Digitized by Google

BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
12
33 D
10 11

Digitized by Google



GYMNASIVM
SPECVLATIVVM
À
F. AVGVSTINO GOTHVTIO, MONIL. IANVENSI, ORD. MIN. OBSERVAN.
ARTIVM, AC SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORE;
Ex varijs cùm Philoſop. tùm Theologis concinnatum;
& in Quinque Claſſes pulchrè diſtributum.
Quarum Prima eſt, Logicorum; Secunda, Phyſi.
Tertia, Metaphyſicorum, & Mathematic.
Quarta, Formaliſtarum; Quinta, Theologorũ.
Et horum quiſq; in Claſſe propria, de Sciẽtia,
quam profitetur, ſubtiliſs. & clariſs. diſſerit.
Omnibus cuiuſuis Scholæ, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ,
Candidatis, apprimè vtile, ac neceſſarium.

AD
HENRICVM IIII. REGEM CHRISTIANISSIMVM
GLORIOSE LECTOR,
Eximios Doctores, & Scientias Selectas hoc in Gymnaſio
ab ipſis diſputatas, verſa Epiſtola, tibi ob oculos ponit.

PARISIIS M. DC. V.
Apud MICHAELEM SONNIVM, via Iacobæa,
ſub ſcuto Baſilienſi, cum Priuilegio
Regio ad decennium.


STIGIAS FERTVR
VNDAS INCOL
VR D VNDAS
NVNOVAM
VIRTV

HENRICO QVARTO,
FRANCORVM, AC NAVARRORVM
REGI, CHRISTIANISSIMO,
Potentiſſimo, & Clementiſſimo.
S. P. D.

F. AVGVSTINVS GOTHVTIVS
MONILIANVS, IANVENSIS, ORDINIS
S. Franciſci de Obſeruantia, Artium, ac Sacræ
Theologiæ Lector, ac Humilis Ieſu-
Chriſti Præco Euangelij.

SI fortè quærunt, cur volumen hoc nouiſſimarum lucubrationum mearum, ſuas in Claſſes tributum, ad communem omnium, qui poſt hac ſeſe totos litteris, boniſque artibus tradere, & conſecrare volēt vtilitatem, auſus ſum ego iacens, & abiectus, omniaque mea poſt Deum, vnius in Diui Franciſci Patriarchæ mei humilitate, ac inopia collocans, Tibi Rex potentiſſime Henrice IIII. dicare, & ceu grāde aliquod Anathema appēdere ad Arā Regiæ Maieſtatis tuæ? In promptu, & ſub manu mea eſt, quod ſtatim, breuiterque reſpondeā. Tu Sol,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſatis id ſcio, quo radiante, nè quidẽ, quæ putantur ſplendidiſſimæ ſtellæ cerni, diſtinguique poſſunt. Et verò nùm propterea non lucere, fulgereq́ue, eas arbitramur? Nequaquam ſanè; imò luminoſas dicimus, quia ſuum cum illis decus, ac fulgorem Sol liberaliſsimè communicet, & tãquam fœneretur. Qui præfixum operi meo Regis tàm Auguſti effigiem videbunt, ac nomen legent, cupient effigie hac, vel hoc vno nomine, manibus illud attrectare, & retortis oculis perluſtrare, ac peruolutare. Neque verò hîc dẽtem exerent ſuum, à morſiunculis abſtinebunt: alioq́; virus, ac liuorem proprium euoment, denique mallent nihil eſſe linguæ ſibi, quàm illam eò vibrare, vbi Henrici IIII. imaginem auguſtam. ac formidabile nomen conſpicient. Accipe igitur magne Rex in tuam fidem, & clientellam; tùm opus, tùm opificem. Tuere me ſartum, & tectum, & quem edo, foraſq́; mitto ingenij, atque induſtriæ meæ fœtum, fac, obſecro, hunc, tuo, vt dignère præſidio, adiuncta interminatione mulctæ, ac quaſi fraudis capitalis, ſi qui fortaſſe tanta proiecti audacia, atque amentia

fuerint, vt quemadmodum ſæpe inermi, imbelliq́ gallinæ aliis ſubtrahuntur, & impactis vncis ſublimè abripiuntur ſui pulli ab accipitre; illi ſimiliter libros, quaſi liberos meos parenti ſuo abſtractos, vnguibus ſuis lacerant, diſcerpant, concipilent. Nihil iſtos miluios; ſed nè quidem Medeam, ſi reuiuiſcat, extimuerint paruuli mei abſyrtuli, dummodò, Tu Rex, idemq́ Auguſtiſsimus Dominus, hos ſaluos, atq; incolumes eſſe Tibi velis, iubeas. Sed hæc ſatis de Fraterculi Franciſcani, & quaſi terræ filij volumine Quinque in claſſes diſtributo, ac diribito, quod hoc tempore nihil reformidans, quia è veſtigio effigiem, & nomen oſtentat tuum, à lychno, à lucerna, à clepſydra, à Muſeo tui Seruuli, & Clientuli Auguſtini Gothutij exit, prodit in publicū. Si quid iuuat, quoſcunq́ tandem iuuabit doctrina excultos euadere: id non tàm mihi, qui nihil ſum, & ſi quoad potui, elaboraui, quàm Tibi, qui omnia es omnibus, quique vt huic me labori ſub tuo nomine, ac Maieſtate mācíparem effeciſti, debebūt. Franciſcanum nomen abiectū, atque humile eſt, veruntamen tale, vt omiſsis cæteris exemplis, quæ ſunt infinitiora æuo ſu-

periore non ſine ſanis, neceſſarijſq; conſilijs Inoanis Capiſtrani è familia noſtra Franciſcana Turcicũ fulmen, ac flumen longè, & latè minax, & formidoloſũ, Imperãte Mahumeto II. à ceruicibus, atq; ab oculis totius Poloniæ auerſum, ac depulſum ſit. Te verò primum regnante, cùm facienda, ac percutienda pax fuit cum Ibero, tũc temporis formidabili, quem conciliatorem, quem ſequeſtrum, atq; (vt ita loquar) Proxenetã operis tàm operoſi, ac ſpiſſi adhibuiſti? Nùm Franciſcanorum toto orbe diſperſorum, & ſuis domicilijs, ac ſedibus diſpertitorum Præfectum, ac Generalem Miniſtrũ totius Seraphicæ Religionis Bonauenturam à Calathagyrõe præoptaſti? Nudipes, cordiger, & ſuo obſitus panno, aut leuidenſa tectus vſui eſt aliquandò principibus. Si quid præſertim accidat, quod publicam ſpectet vtilitatem, & Ieſu Chriſti Regis Summi, & Immorlis honorem: At cuinàm, Regi, Imperatori, Monarchæ vir vtiliſſimus potius, priuſq; commodaſſet, quàm tibi Henrice, tàm expectate, & ad extremum cælitus reſeruate? vt nempè vnus fores, qui trãquilatis rebus quæ æternam penè noctem attulerunt tuæ

Franciæ, fœlicitate pluſquam humana hiſce adeò terris viuus perfruerere? Te beatũ, ac fœlicem dico. Non ſicut vulgus, quòd Rex es, omniq́ copiarum genere abundas, & circũfluis: id enim multi non Reges conſequuti ſunt, ſed idcirco beatum, ac fœlicem, quod vt demum talis eſſes effecerunt. In primis Deus, dein natura, atque induſtria.

Diuinæ curæ, atq́ prouidentiæ nulli magis compotes eſſe ſolent, quàm Reges, & verò inter Reges, quinàm pleniore manu, quàm Francorum Monarchæ? Taceo, quod incõfeſſo eſt, totq́ iam retrò ſæculis teſtatum ſingulare illud Dei erga vos ſolos, beneficium, ſtrumis medendi, quo cæteri carent, quorum ſunt immenſæ opes, lata imperia, & dominatus tàm diffuſus, vt vix terræ finibus, circumſcribi, terminarique poßit, quod (cœlo dilecte Errice ab incunabilis es, non dicam (onſul factus (vt aiebat ille) ſed Rex deſignatus duplici ſceptri, & coronæ, Deus Deus ipſe effecit, Nauarræ regnum tibi mater, Franciæ regnũ tibi pater iuſta hæreditate reliquerunt, Quin, & Dei opus illud, ac ſingularis eius eſt erga te amor, quod quæcunq́ ſunt regno tuo excogitata, ac vitæ tuæ ſtru-

ctæ,poſitæque inſidiæ, vix enim tot noctuæ, ac veſpertiliões Erriceam iſtam lucem,quæ ſtatim ,primóque aſpectu ſeſe ità fundebat paßim,vt vel ad ignotos,barbaroſq; Odriſſas pertineret ,ferre poterant , has planè ſupremi Solis,ac Regis radio fretus aperuiſti, patefeciſti , protuliſti. Enim verò naſci Te Deus voluit,poſtremaque in hæc tẽpora reſeruauit,vt hoĩes palã , priuatimq; agnoſcerent,ac prædicarent Te veri Iouis ſemen, germenq;eſſe, quo tandẽ erumpẽte quotquot Orcus,aut Erebus lucifugos , ac tenebriones excitare vno tẽpore,atque euomere potuit, ità diffugerent, vt, & Deo ſua θυσία ſupremusué cultus,& Regi,quæ debetur θεράπεια atque obſeruantia melior promptiorque, quàm antea maneret.

Quòd initio ex Cotraſia pugna triũphaſti, quòd deinceps ad Siluanetũ victor extitiſti,quòd proximè Druidas, qui cõtra te venerant debellaſti,quòd Arquenſi,Depẽſique prælio tàm formidoloſo,& quo vno ſumma Regiæ ditionis tuæ ſummum in diſcrimẽ adducta putabatur,fregiſti aduerſarios, quòd Iuriana dimicatione nonCaſtor, & Pollux, ſed Lucidißima omnia , & proſperrima

aſtra Tibi affuerunt, palmànque penes Te vnum eſſe voluerunt, quòd ſubditos maximā partē in gyrū rationi, atq; obediētiæ coëgiſti, effeciſtique, vt nunc nō tàm Regem, ac dominū, quā patrē, atque Euergetem, addo, & Soterem ſuum arbitrātur, quòd receptis omnibus orbis tui Franciſci vrbibus, quas nihil neceſſe eſt à me nominari, ità ſunt ob oculos omniū poſitæ, Monarchia tua præſtare, anteiréque, oībus aliorū dominādi formis, credita eſt, quòd denique reciperatis, poſtremò Caletis, Adreis, Fereis, Ambianis, & quid prætereà exorbitarat Erriceū iugū tolerabilius multò, q̃ plerorūq; Dynaſtarū iudicatū eſt. illud illud inquā à Cœlo fuit, quēadmodū Indidē delapſa eſt has in terras Pax illa, quā cū Potētiſſ. Ibero percuſſam admirādorū operū tuorū coronidē, & colophonē optimo iure dicere, nominaréque poſſumus.

Verùm à natura, & induſtria tua nihilnè tibi peculariter peperiſti? Nū, & harū partes ſuæ sūt? Nū natura Regis tā beati, ac fœlicis aliquid prætereà tribuem⁹? Fuit enim sēper in te pcipua quædā εὐφυΐα *& naturæ bonitas, atq; indoles, quæ te ad benè prōerendū, etiā de inimicis tuis mirū quātū incitauit. de*

magno,alto,excelſoq́ animo,& verè regio tuo,quid attinet hîc dicere,cùm in ore ſit omnium,& tuorũ,& exterorum non ſediſſe in ſolio iſto liliato ἀνδρειότερον πρὸς ἅπαντα *fortiorẽ,maioreq́ vi, ac animi robore præditũ in omnibus ex quo cœpta eſt per tres ſtirpes propagari ipſa oĩum prima,& antiquiſſima Franciæ Corona? Verùm ad iſtam magnanimitatẽ, quam Tibi non* ἐμπειρία στρατιωτικὴ *peperit,tametſi nulla pars ætatis tuæ non exercita bello eſt,at cùm natura ipſa maximo Regi futura ingenerauit,atq́ inſeuit,ad eam inquam, animi magnitudinem tecũ natam, adiunxiſſe inſuper clemẽtiam,hoc vnius eſt Henrici IIII.hoc totum eſt tuũ, ac propriũ cæteri reges* ἀντίθεοι *ac ſemidei illi Gordium citius, & facilius,quàm Erriceũ iſtum nodum, nexumque tantæ fortitudinis, & clementiæ tuæ exſciderint. Cur enim diſſociarent,aut etiam diuellerent, quæ tu Dei gratia Rex communia cum Deo habere cupis? Vt diuinum,ſic regium eſt ſupplicibus opem ferre, hoc ſaltem tanto quantus ipſe es; Regi conuenit,nullaque re proprius ad Deum accedas, quàm ſalutem lapſis dando. Quoties te placabilis,& per humanus iſte genius tuus*

induxit, vt facilè ignoſceres, nõ ſolum ijs, qui ſeriò culpæ veniam deprecarentur: verum, & ijs, qui ne cæteris quidem parcere ex neſcio qua belluina conſuetudine didiciſſent. Alij Nerone ipſo ſint Neroniores, Tu Henrice sẽper appetiſti tua cũ fortitudine certaret Clementia, alij nõ longè abſint à duro, diroq; Annibale, qui inſpecta foſſa hominum cruore oppleta, pulchrum id, & iucundum ſpectaculũ appellauit ſuum: Tu ſanguinem largiri tuum Reipub. quàm cuiuſquã expetere ſatius multò ſemper exiſtimaſti, alij Mitridatis ad exemplũ ſeſe cõponant, qui vna litterarũ ſignificatione octuaginta Ciuiũ Rom. millia in Aſia cõtrucidauit, tua manu occidit nemo, niſi hoſtis, niſi in acie, & patẽti cãpo, aliter haud facturus eras, qui vnà cũ lacte nutricis geminã, & magnificã ipſam laudẽ ſuxiſti, Regis tùm fortis, & magnanimi, tùm candidi, & Clemẽtis.

Sed hæc preſtantiſſimæ naturæ fuerint tuę. Quid induſtria porrò ſibi ſuo iure vindicat? Eadẽ ab initio inuitauit, & cõmonuit identidẽ tecũ non ſemel perpẽderes natũ Henricum, non ad otium, & veternũ quendam, vt aliquorũ regum ſuperiorũ exẽplo talis, ac teſſeris abditus alicubi luderes, & Regni tui habenas

maioribus Palatij, & Baſilicæ tuæ permiteres, verùm ad res nauiter, & fortiter cùm ſuſtinendas, tùm gerendas, ſiue enim Curias oẽs regni replicent tui, vbi reſidet ſacra Themis, & poſita in Throno ſuo eſt Aſtræa, nihil illic fit, quod te lateat, aut fugiat, ſiuè Aerarij, & immenſæ pecuniæ tuæ Argos, & peruigiles cuſtodes in ſpectẽ, Tu perſpicatior oĩbus es, neque ſerpens ille Epidaurius, quàm tu accutius, penitiusq; videre potuit, ſiue belli, paciſque Artes rimer, non priora ſæcula maiorem, nõ ſequẽtia parẽ ferent. Ecquis Regum ſuperiorũ, qui tibi Sceptrum, ceu lampadem tradiderũt, quique Lilia, & coronam iſtã Ariatnea fulgentiorẽ, pluribuſque Exornatã à Deo gemmis reliquerũt, habuiſſe dicitur ſuum: Lutetiæ præſertim, quæ arx, & caput regni eſt, Armamẽtarium plenius, copioſius, inſtructius omni armorũ, ac tellorũ genere, quàm quod habeas hoc tẽpore tàm ſtudioſè, ac diligenter adſeruatũ, & cuſtoditum? hoc ità inſtructũ, refertúmque prẽptuarium omnes extimeſcunt, hoc alienegìnæ, atq; extrarij, hoc ciues, atq; indigenæ exhorreſcunt, hoc omnes, quos ambitio, aut rerum nouarum ſtudiũ ſæpe exſuſcitat, & tranſuerſos agit, reuerentur.

Iam, & induſtriæ non poſtremum illud eſt tuæ, quod vbique præſertim verò, vbi commorari Te iuuat plerũque, veluti Fontibellaquei, ſeu Blaudij, & Sangermani, quod Aprugni nomine increbruit, atque in primis Lutetiæ, quę Regum eſt, fuitq; ſemper Metropolis, regiam elucere magnificentiam, ac munificẽtiam voluiſti ædificijs lautis, opiparis, ſumptuoſis, quæ Franciſcus I. magnus ille ſui temporis molitor, atque ędificator, ſi reuiuiſcat ſtuperet, ſuaque præ tuis tuguriorum, atque gurguſtiorum locum, numerumque obtinere ſine controuerſia fateretur. Auorum ætas de Lutetia ſua nunquam non magnificè, & gloriosè loquuta eſt. Et verò quæ vrbs Lutetiæ componenda, & comparanda, quæ non orbis tantùm Franciſci decus, & margaritum eſt, verùm etiam tantò alias toto orbe fundatas extructaſque vrbes ſuperat, quantò inter viburna (vt dici ſolet) proceriores sũt cupreſſi. At eadẽ Lutetia, quo ſæculo, quáue ætate, tàm pulchra, tàm amabilis, tàm habitabilis fuit, quàm nunc eſt, tua ab vnius induſtria, atque ingenio? Tibi facilè cedunt, & Ægyptiorum Pyramides, & muri Semiramidis, & apud Rhodios Solis Coloſſus, & Artemiſiæ

Mauſoleum, & Epheſi templũ ducentis, & viginti extructum annis Dianæ, & quicquid inſuper inſani, ſumptuoſiq; operi fuit veteribus neſcio quid maius, & auguſtius præ ſe fert, atq; oſtẽtat Pariſiorũ vrbs, quæ te annuente, cùm priuatis ciuium ſubſtructionibus, tũm publicis, hoc eſt, tuis, & Erriceis molitionibus nõ tàm nouata, atque inſtaurata, quã noua planè, ac recens nũc conſpicitur: innumerabileſq; ad contẽplationẽ, & admirationẽ ſui ex oĩbus orbis partibus aſſeruit, attrahit, allicit. Pons ille nouus, qui affectus tãtùm nõ perfectus eſt, qui enim decennio, & eò amplius opus tàm arduũ, tàm inſperatum, tamque inſolẽs, abſolui queat? Põs inquã, qui patẽti, apertaq; oĩbus à Baſilica tua ad Aug. Monachos, tranſmiſſo ſequana, ducit, ac reducit, non donandus noĩe alio eſt, atq; Erriceo, quis enim de tàm vtili, tãq; vrbi maximæ, ac populoſiſſimæ neceſſario opere abſoluendo cogitaſſet, niſi Tu vnus extitiſſes, qui inchoatũ à Fratre tuo Henrico III. & velles, & poſſes perficere.

Sed omiſſo hoc Ponte, qui ab immortalitate digno Rege Henrico abſolutus tandiù ſtabit, quandiù erunt homines, liceat nobis per te obire pauliſper, ac perluſtrare Inambulatio-

nem,porticum,Xyſtum,nempè orbis tui Frãciſci illud miraculum,quod ab hinc ſex annos inchoatum penè ad exitum profligaſti. Te ſacro è cubiculo, ac conclaui tuo egredientem Xyſtus iſte excipit, & aliquamultis ſpacijs cõfectis rectè in hortos pluſquã Luculianos, aut Alcinoos,quibus Laterariæ,Tegularięve nomẽ eſt extra vrbẽ deducit,& reducit. Eſt porrò intus,& foris,ante,& ponè,infra,& ſupra tàm operoſè, & affabrè factus, vt hæc vna magnificentia, non alium, quàm Principem quàm Regẽ,quàm Henricum IIII. arguat, & demonſtret,non cuiuſuis eſt, quanquã opibus circumfluat magna, & ſplendida opera moliri,atque, extruere. Alexandria in Ægypto condita eſt olim, ſed à Rege longè poſt homines natos ſumptuoſiſsimo,& magnificẽtiſsimo. Bizantium quoque ad Euxinum Põtem conſtructum eſt, ſed ab Imperatore, qui Conſtantinopolim de ſuo noĩe appellauit, Roma reliqui orbis Epitome,cùm,vt ità loquar antea eſſet fermè lateritia, marmoreã reliquit,non ille quidem priuatus Ciuis, qui ſuis fructibus numeroſum exercitũ alere ſe poſſe gloriabatur,ſed Aug.ſtãtus Ceſar,atque Im-

perator, ſed neque Deus ipſe, qui terras, qui maria, qui mundum curat vniuerſum paſſus eſt, tot iam ante annos conſtrui ſibi templum, niſi ab vno Rege Salomone. Enimverò quòd, & tui ſæculi, & quotquot conſequtura ſunt ad probationem ſummámque laudem meretur, ac merebitur quæcunque regali opere, ac fabrica hactenus erexiſti, illa ſunt exſtructa, non tàm ad oſtentationẽ, & locorum nobilitatem, aut etiam ad oculos paſcendos, quàm ad publicam commoditatem, & vtilitatem; fiunt infiniti ſumptus, ſed quales Rex ferat facilè; pecunia multa impẽditur; ſed Regis ærarium, quæ opera exaurient; profuſionẽ alius appellabit, ſed ſi Regis eſt fundum non habet; alius inutiliter hæc fieri dicet, ità ſanè, ſi de Pyramidibus Ægyptiacis quæritur, quæ iactationem in populo habuerunt, præterea nihil; tantùm abeſt, vt Erricea iſta ad exigui temporis memoriam durent, vt quoniam publicis tùm commodis, tùm ornamentis ſunt dedicata, titulum, noménque Potẽtiſſimi, & Magnificentiſſimi Regis, cũ omni poſteritate ſint adæquatura ex ſexaginta tribus Franciæ Regibus, alij aliud ſtuduerũt, ſeque in reliquũ

tempus

tempus propria, & peculiari quadam laude & cõmendatione trãſmiſſum iri putârunt. Atque ſecula de te HENRICE *Rex, poſthac loquentur, ad fortitudinem, & clementiam tuam illud neceſſariò adiungent, vt coronæ Franccia, quã factioſi obruere, obtuereque volebãt, Reſtitutor, diuina fretus virgula exſtitiſti, ſic publicarum, priuatarumque ædiũ, quas non tã vetuſtas temporis, quàm peruersè conſpirantium hominum Partes defecerant, aut etiam ſolo æquârant Inſtaurator fueris.*

Quarũ profectò rerum ſempiterna gloria tibi vni debebatur, qui hactenus ità vixiſti, itàque regnaſti, vt Tu Auguſtiſſim. Rex ab omnibus vbique valeas appellari. Idipſum agnoſcunt, & fatẽtur liberè, qui te vſu, & conſuetudine, comem, atq; affabilem, qui dictis ſententijſque argutum, atque ſubtilẽ, qui verbis, & collocutionibus, facilem, & blãdum, qui moribus teretem, ac rotundum, qui promiſſis, ac fide data, firmum, & ſtabilem, qui agendo promptum, ac celerem, qui labore, vel improbo illo nunquam fractum, aut debilitatum, qui in periculis magnani-

mum, ac fortem, qui iuſtis prælijs, & conferenda cum hoſte manu formidabilem, qui parta victoria placabilem & moderatum, qui denique, vt vno abſoluam verbo, omnibus in rebus, non tàm regalem, quàm Regem [illegible] merum & purum, toties explorarũt. Equidem quoties ego tempus tuum [illegible], & in vitam intueor tanti Regis, videor mihi in ſiluam ingredi, vbi quaque [illegible] arbores ob oculos obuerſentur: Si quam [illegible] defringere coner, vt indè ramũ [illegible] facit copia, incertus [illegible], aut ſcirpiculã ad-[illegible], vt multitudine innu-[illegible] pendere, ac momento tantæ, [illegible] ancipitem reddent, [illegible] Annalium Confectorem, [illegible] tandem de Henrico [illegible]. Ordinẽ ſeque-[illegible], ſed ità ſunt æquales, [illegible], vt quæ poſtpo-[illegible] valdè laboret, & [illegible] Regis Pancratio victo-[illegible] Quod delibaui ego Fran-

ciſculus, & Minor, ad pedes Celſiſſimæ, & Clementiſſimæ Maieſtatis tuæ, id attigi, admirator potiùs tuarum Virtutū, quàm ſcriptor, aut aſſentator; alterum, quoad viuam, profitebor, alterum verò, tanquam cane & angue peius, ſemper odero. HENRICE *IIII. populi tui amor,* AVE *mihi, nō* VALE. *Si quidem Romanis illud matutinæ, hoc veſpertinæ ſalutationis fuit.* SALVE, *quem omnes orientem, ſemperque illuceſcentem ſibi, nunquam verò ſeneſcentem, cupiunt.*

magno, alto, excelſoq; animo, & verè regio tuo, quid attinet hîc dicere, cùm in ore ſit omnium, & tuorũ, & exterorum non ſediſſe in ſolio iſto liliato ἀνδρειότερον πρὸς ἅπαντα *fortiorē, maioreq; vi, ac animi robore præditũ in omnibus ex quo cœpta eſt per tres ſtirpes propagari ipſa oĩum prima, & antiquiſsima Franciæ Corona? Verùm ad iſtam magnanimitatē, quam Tibi non* ἐμπειρία στρατιωτικὴ *peperit, tametſi nulla pars ætatis tuæ non exercita bello eſt, at cùm natura ipſa maximo Regi futura ingenerauit, atq; inſeuit, ad eam inquam, animi magnitudinem tecũ natam, adiunxiſſe inſuper clemētiam, hoc vnius eſt Henrici IIII. hoc totum eſt tuũ, ac propriũ cæteri reges,* ἀντίθεοι *ac ſemidei illi Gordium citius, & facilius, quàm Erriceũ iſtum nodum, nexumque tantæ fortitudinis, & clementiæ tuæ exſciderint. Cur enim diſſociarent, aut etiam diuellerent, quæ tu Dei gratia Rex communia cum Deo habere cupis? Vt diuinum, ſic regium eſt ſupplicibus opem ferre, hoc ſaltem tanto quantus ipſe es, Regi conuenit, nullaque re proprius ad Deum accedas, quàm ſalutem lapſis dando. Quoties te placabilis, & per humanus iſte genius tuus*

induxit, ut facilè ignoſceres, nō ſolum ijs, qui ſeriò culpæ ueniam deprecarentur: uerum, & ijs, qui nè cæteris quidem parcere ex neſcio qua belluina conſuetudine didiciſſent. Alij Nerone ipſo ſint Neroniores, Tu Henrice sēper appetiſti tua cū fortitudine certaret Clementia, alij nō longè abſint à duro, diroq; Annibale, qui inſpecta foſſa hominum cruore oppleta, pulchrum id, & iucundum ſpectaculū appellauit ſuum: Tu ſanguinem largiri tuum Reipub. quàm cuiuſquā expetere ſatius multò ſemper exiſtimaſti, alij Mitridatis ad exemplū ſeſe cōponant, qui una litterarū ſignificatione octuaginta Ciuiū Rom. millia in Aſia cōtrucidauit, tua manu occidit nemo, niſi hoſtis, niſi in acie, & patēti cāpo, aliter haud facturus eras, qui unà cū lacte nutricis geminā, & magnificā ipſam laudē ſuxiſti, Regis tùm fortis, & magnanimi, tùm candidi, & Clemētis.

Sed hæc preſtantiſſimæ naturæ fuerint tuę. Quid induſtria porrò ſibi ſuo iure uindicat? Eadē ab initio inuitauit, & cōmonuit identidē tecū non ſemel perpēderes natū Henricum, non ad otium, & ueternū quendam, ut aliquorū regum ſuperiorū exēplo talis, ac teſſeris abditus alicubi luderes, & Regni tui habenas

maioribus Palatij, & Baſilicæ tuæ permitteres, verùm ad res nauiter, & fortiter cùm ſuſtinendas, tùm gerendas, ſiue enim Curias oēs regni replicent tui, vbi reſidet ſacra Themis, & poſita in Throno ſuo eſt Aſtræa, nihil illic fit, quod te lateat, aut fugiat, ſiuè Aerarij, & immenſæ pecuniæ tuæ Argos, & peruigiles cuſtodes in ſpectē, Tu perſpicatior oībus es, neque ſerpens ille Epidaurius, quàm tu accutius, penitiuſq; videre potuit, ſiue belli, paciſque Artes rimer, non priora ſæcula maiorem, nō ſequētia parē ferent. Ecquis Regum ſuperiorū, qui tibi Sceptrum, ceu lampadem tradiderūt, quique Lilia, & coronam iſtā Ariatnea fulgentiorē, pluribuſque Exornatā à Deo gemmis reliquerūt, habuiſſe dicitur ſuum: Lutetiæ præſertim, quæ arx, & caput regni eſt, Armamētarium plenius, copioſius, inſtructius omni armorū, ac tellorū genere, quàm quod habeas hoc tēpore tàm ſtudioſè, ac diligenter adſeruatū, & cuſtoditum? hoc ità inſtructū, refertúmque prēptuarium omnes extimeſcunt, hoc alieneginæ, atq; extrarij, hoc ciues, atq; indigenæ exhorreſcunt, hoc omnes, quos ambitio, aut rerum nouarum ſtudiū ſæpe exſuſcitat, & tranſuerſos agit, reuerentur.

Iam, & induſtriæ non poſtremum illud eſt tuæ, quod vbique præſertim verò, vbi commorari Te iuuat plerũque, veluti Fontibellaquei, ſeu Blaudij, & Sangermani, quod Aprugni nomine increbruit, atque in primis Lutetiæ, quę Regum eſt, fuitq; ſemper Metropolis, regiam elucere magnificentiam, ac munificētiam voluiſti ædificijs lautis, opiparis, ſumptuoſis, quæ Franciſcus I. magnus ille ſui temporis molitor, atque ędificator, ſi reuiuiſcat ſtuperet, ſuaque præ tuis tuguriorum, atque gurguſtiorum locum, numerumque obtinere ſine controuerſia fateretur. Auorum ætas de Lutetia ſua nunquam non magnificè, & glorioſè loquuta eſt. Et verò quæ vrbs Lutetiæ componenda, & comparanda, quæ non orbis tantùm Franciſci decus, & margaritum eſt, verùm etiam tantò alias toto orbe fundatas extructaſque vrbes ſuperat, quantò inter viburna (vt dici ſolet) proceriores sũt cupreſſi. At eadẽ Lutetia, quo ſæculo, quáue ætate, tàm pulchra, tàm amabilis, tàm habitabilis fuit, quàm nunc eſt, tua ab vnius induſtria, atque ingenio? Tibi facilè cedunt, & Ægyptiorum Pyramides, & muri Semiramidis, & apud Rhodios Solis Coloſſus, & Artemiſiæ

Mauſoleum, & Epheſi templũ ducentis, & viginti extructum annis Dianæ, & quicquid inſuper inſani, ſumptuoſiq; operi fuit veteribus neſcio quid maius, & auguſtius præ ſe fert, atq; oſtẽtat Pariſiorũ vrbs, quæ te annuente, cùm priuatis ciuium ſubſtructionibus, tũm publicis, hoc eſt, tuis, & Erriceis molitionibus nõ tàm nouata, atque inſtaurata, quã noua planè, ac recens nũc conſpicitur: innumerabileſq; ad contẽplationẽ, & admirationẽ ſui ex oĩbus orbis partibus aſſerſit, attrahit, allicit. Pons ille nouus, qui affectus tãtùm nõ perfectus eſt, qui enim decennio, & eò amplius opus tàm arduũ, tàm inſperatum, tamque inſolẽs, abſolui queat? Põs inquã, qui patẽti, apertaq; oĩbus à Baſilica tua ad Aug. Monachos, tranſmiſſo ſequana, ducit, ac reducit, non donandus noĩe alio eſt, atq; Erriceo, quis enim de tàm vtili, tãq; vrbi maximæ, ac populoſiſſimæ neceſſario opere abſoluendo cogitaſſet, niſi Tu vnus extitiſſes, qui inchoatũ à Fratre tuo Henrico III. & velles, & poſſes perficere.

Sed omiſſo hoc Ponte, qui ab immortalitate digno Rege Henrico abſolutus tandiù ſtabit, quandiù erunt homines, liceat nobis per te obire pauliſper, ac perluſtrare Inambulatio-

nem,porticum,Xyſtum,nempè orbis tui Frãciſci illud miraculum,quod ab hinc ſex annos inchoatum penè ad exitum profligaſti.Te ſacro è cubiculo, ac conclaui tuo egredientem Xyſtus iſte excipit, & aliquamultis ſpacijs cõfectis rectè in hortos pluſquã Luculianos, aut Alcinoos,quibus Laterariæ,Tegularięve nomẽ eſt extra vrbẽ deducit,& reducit.Eſt porrò intus,& foris,ante,& ponè,infra,& ſupra tàm operoſè, & affabrè factus, vt hæc vna magnificentia, non alium, quàm Principem quàm Regẽ,quàm Henricum IIII. arguat, & demonſtret,non cuiuſuis eſt, quanquã opibus circumfluat magna, & ſplendida opera moliri,atque, extruere. Alexandria in Ægypto condita eſt olim , ſed à Rege longè poſt homines natos ſumptuoſiſſimo,& magnificẽtiſſimo. Bizantium quoque ad Euxinum Põtem conſtructum eſt, ſed ab Imperatore, qui Conſtantinopolim de ſuo noĩe appellauit, Roma reliqui orbis Epitome,cùm,vt ità loquar antea eſſet fermè lateritia , marmoreã reliquit,non ille quidem priuatus Ciuis, qui ſuis fructibus numeroſum exercitũ alere ſe poſſe gloriabatur,ſed Aug.ſtãtus Ceſar,atque Im-

perator, ſed neque Deus ipſe, qui terras, qui maria, qui mundum curat vniuerſum paſſus eſt, tot iam ante annos conſtrui ſibi templum, niſi ab vno Rege Salomone. Enimverò quòd, & tui ſæculi, & quotquot conſequtura ſunt ad probationem ſummámque laudem meretur, ac merebitur quæcunque regali opere, ac fabrica hactenus erexiſti, illa ſunt exſtructa, non tàm ad oſtentationē, & locorum nobilitatem, aut etiam ad oculos paſcendos, quàm ad publicam commoditatem, & vtilitatem; fiunt infiniti ſumptus, ſed quales Rex ferat facilè; pecunia multa impēditur; ſed Regis ærarium, quæ opera exaurient; profuſionē alius appellabit, ſed ſi Regis eſt fundum non habet; alius inutiliter hæc fieri dicet, ità ſanè, ſi de Pyramidibus Ægyptiacis quæritur, quæ iactationem in populo habuerunt, præterea nihil; tantùm abeſt, vt Erricea iſta ad exigui temporis memoriam durent, vt quoniam publicis tùm commodis, tùm ornamentis ſunt dedicata, titulum, nomēnque Potētiſſimi, & Magnificentiſſimi Regis, cū omni poſteritate ſint adæquatura ex ſexaginta tribus Franciæ Regibus, alij aliud ſtuduerūt, ſeque in reliquū

tempus

tempus propria, & peculiari quadam laude & cõmendatione trãſmiſſum iri putârunt. Atque ſecula de te HENRICE *Rex, poſthac loquentur, ad fortitudinem, & clementiam tuam illud neceſſariò adiungent, vt coronæ Franciæ, quã factioſi obruere, obtuereque volebãt, Reſtitutor, diuina fretus virgula exſtitiſti, ſic publicarum, priuatarumque ædiũ, quas non tã vetuſtas temporis, quàm peruersè conſpirantium hominum Partes defecerant, aut etiam ſolo æquârant Inſtaurator fueris.*

Quarũ profectò rerum ſempiterna gloria tibi vni debebatur, qui hactenus ità vixiſti, itáque regnaſti, vt Tu Auguſtiſſim. Rex ab omnibus vbique valeas appellari. Idipſum agnoſcunt, & fatẽtur liberè, qui te vſu, & conſuetudine, comem, atq; affabilem, qui dictis ſententijſque argutum, atque ſubtilẽ, qui verbis, & collocutionibus, facilem, & blãdum, qui moribus teretem, ac rotundum, qui promiſſis, ac fide data, firmum, & ſtabilem, qui agendo promptum, ac celerem, qui labore, vel improbo illo nunquam fractum, aut debilitatum, qui in periculis magnani-

mum, ac fortem, qui iuſtis prælijs, & conferenda cum hoſte manu formidabilem, qui parta victoria placabilem & moderatum, qui denique, vt vno abſoluam verbo, omnibus in rebus, non tàm regalem, quàm Regem, ſicuti es, merum & purum, toties explorarũt. Equidem quoties ego tempus tuum perpendo, & in vitam intueor tanti Regis, videor mihi in ſiluam ingredi, vbi quaque verſus arbores ob oculos obuerſentur: Si quam ſaltẽ defringere coner, vt indè ramũ auferam, inopem me facit copia, incertus cuinam ſecurim impingã, aut ſcirpiculã admoucã. Res tuæ geſtæ, vt multitudine innumerabiles, ſic pondere, ac momento tantæ, tàm graues, tàm idoneæ ancipitem reddent, ac dubium, tuorũ Annalium Confectorem, quicunque exorietur tandem de Henrico IIII. dicturus, & ſcripturus. Ordinẽ ſequetur, dices, ac ſeriem, ſed ità ſunt æquales, & regiæ omnes tuæ laudes, vt quæ poſtponi, quæuè præferri debeat valdè laboret, & Panegyriſtes, & Regis Pancratio victoris Encomiaſtes. Quod delibaui ego Fran-

ciſculus, & Minor, ad pedes Celſiſſimæ, & Clementiſſimæ Maieſtatis tuæ, id attigi, admirator potiùs tuarum Virtutũ, quàm ſcriptor, aut aſſentator; alterum, quoad viuam, profitebor, alterum verò, tanquam cane & angue peius, ſemper odero. HENRICE *IIII. populi tui amor,* AVE *mihi, nõ* VALE. *Si quidem Romanis illud matutinæ, hoc veſpertinæ ſalutationis fuit.* SALVE, *quem omnes orientem, ſemperque illuceſcentem ſibi, nunquam verò ſeneſcentem, cupiunt.*

AD R. P. F.
AVGVSTINVM GOTHVTIVM,
MONILIANVM, IANVENSEM, ARTIVM,
& S. Theologiæ Lectorem, & Gymnaſij Speculatiui Conſtructorem.

EST inter Herbas planè poſtrema, vt potè, in parietinis, & aridis tectis, aut depreſſis, ac ſterilibus in ſuggrundis innaſci ſolita, ſed epithetis, & honorificis nominibus, ac titulis, quibus eam pingunt tùm Latini, tùm Græci, facilè prima, & ſingularis Herba. Quòd enim nuſquàm, & nũquam intermoritur; quòd æternùm viget, ac viret, eam idcircò, & illi Semper-viuam, ac vitalem, & hi ἀείζωον, ἀειθαλῆ, αἰώνιον, dixerunt. Quin Græci plura in eam encomia congeſſerũt, dùm prætereà, & χρυσόσπερμον, & ζωόφθαλμον, & ἠρογόννυτον, libenter nominant. Aureum profectò germen, & quod non alma tellus, ſed aër nobis circunfuſus, & ipſe purus, ad iugem perennemque oculorum oblectationem, gignit. Sed pręter iſtud oculorum lenocinium, ac delenimentum, quod ex Semper-viridi, Semperq; viua Herba percipitur, eſt etiam illa commemorabilis, quòd nulla tàm peruia, & ad ſanitatẽ prompta, parataq; ſit. Huius vires non tantùm Medici, Pharmacopolæ, Chirurgi, ſed ipſi adeò Rureſtres homines, quibus non ſunt ad manum tot Corporum Aliptę, & Curatores, hac vna Herbula, ad omnia, eſt enim Panchreſtum medicamentum, vtantur.

Quod dùm penitùs conſidero, ſimillima, & maximè

gemina D. Franciſci mihi proles viſa eſt. Vt parens ipſe, ſic eius ſoboles ignobilis, abiecta, contempta, & verò Mundi fabula, atq; irriſio, aut, ſicut olim prædixerat Apoſtolus, merum hominum Peripſema. Atquæ Proles cæteris Minor eſt, quæq; in humilitate, atq; obedientia, ſua ponit omnia, quæ deniq; paupertatẽ, atq; inopiam, ità diuitijs omnibus anteponit, vt tùm ſe copioſam, & opibus circumfluentem exiſtimet, cùm nihil planè poſſidet; quo in honore, fama, exiſtimatione, gloria fuit, ex quo cœpta eſt inter homines haberi? Quadringenti ferè anni fluxerunt, cùm Seraphicus ipſe Franciſcanorum cœtus, & φεραγγία, ceu Iouis Herba, radices egit, atque propagata eſt. Initio deſpicatui, & ludibrio hominum propoſita, quã eſſet vtilitatẽ Eccleſiæ allatura, non ſatis liquebat. Verùm quæ ſummi Dei Planta, erat quæq; nõ terris, ſed cœlo ortum ſuum trahebat, tam firmis támẽ; diuinis nixa fibris, continuò ſparſa, atq; diſſeminata eſt per Orbem vniuerſum. Hanc ſeclis conſequentib. nulla Hæreticorum flabella demouere, nullus inuidorum, aut inimicorum impetus eruere, non anni, non vetuſtas, nõ tempeſtas vlla delere potuit. Hæc ἀειθαλὴς, Semper-Virens, & ἀΐζωος Semper-viua, & αἰώνιος æterna atq; immortalis manſit, ac manebit. Tanto mehercule profectu, & progreſſu, vt poſt annos quater Centenos, non vlla exſtiterit Hominum natio, quæ Eccleſiam validiùs defenderet, atq; à multitudine magnitudineq́; fluctuũ, & aduerſorum flatuum, oportuniùs vindicaret, quàm D. Franciſci, Laris ter-maximi, longè, & latè fuſa familia. Nàm, quod nemo neſcit, ſingulis annis, ex decumano illo, & auſpicatiſſimò Ouo, Pulli ſemper eruperunt, quorum alij ſuis Lucubrationibus, & ſcriptis, alij aperta concertatione, & cõgreſſu, alij Panegyribus, & Demegorijs, Religioni vni, ac veræ ſuum decus, lumenq́; aſſeruerũt. Omitto tot magnos, ac diuinos Concionatores. Nihil dico nũc de ſubtiliſſimis, acerrimiſque Diſputatoribus,

quos demirata ſua tempora partim in Deorum cæleſtiũ concilio,& ſanctimonia collocârunt, partim,vt æterna hominum memoria vigerẽt, effecerunt. Scriptores aũt, qui tot paginas implêrunt, qui totas Bibliothecas referſerunt,qui tam multa,ad communem fructum,atq; vtilitatem,ediderunt,ſi coner perſequi numerãdo, cauſſam non dico, quin id ruſticè ſanè facere videar, præſertim cùm, cæteris etiam ſilẽtibus,quidquid litteris tradi,atq; vtiliter transfundi ad Poſteritatem poteſt,hoc traditum, traductumq; ab vnis Franciſcigenis putetur. Sed queadmodum vſu ſæpe venit,vt aurum,argentum, gemmæ,& ſi quid præterea ẽ,quod ſpẽdore,ac lumine ſuo intuẽtes paſcat,ſi incluſum tenetur, aut defoſſum, atq; adeò niſi renouetur,ac ſubĩdè retractetur,obſoleſcere neceſſe eſt, & nitorem illum ſuum deperdere; ſic ex infinita Scriptorum multitudine,qui ſingulis ſeclis, ex vna Seraphici Patris benedicta, beatáq; domo effloruerunt, & Rempubl.ipſam Chriſtianam iuuerunt, atque auxerunt,fieri non potuit,quin multis, & pretioſis eorum libris non aliqua adhæſerit fuligo,vetuſtatéque neglectus fuerit is ſplendor, quo primùm,ac plurimùm elucebant. Adeò vt profectò non parua ijs gratia debeatur,qui Auctores ipſos à ſitu, & ſquallore vindicant, ab iiſdémque tenebras,& obductam tempore obliuionem depellunt.

In iis mihi nunc es, AVGVSTINE GOTHVTI, Franciſcane,cui non ſatis fuit anno ſuperiore lucem reddidiſſe tot Frãciſcanis tuis,Fõtano,Titelmãno,Sarnano,Brugnato, Fabro,Radæ,Maronio; atq;vt melius etiã quã anteà, lucerent, effeciſſe; Sed ecce hicce nouus Annus, qui ſupra Milleſimum,& ſexcenteſimum, quintus eſt, ſiq; Deus Opt.Max. ita volet, longè fortunatiſſimus, excipit, admiratur, laudat tuos Lychnos,tuas Lucernas, & Cleſydras,quibus es vſus dies,noctéſq; illuſtrandis,illuminandiſq; tot bonis Doctoribus, qui ceteroqui vitã amiſerant, tametſi immortalitate digniſſimi,& ij.denique,

quorum Commentationes cum omni Poſteritate adæquandæ erant. Perierant, ità me Deus amet, niſi perijſſet; neq; à principio, cum ſe ſuo ſeculo patefecerunt, tãtum illis acceſſit gloriæ, & gratiæ, quantũ nunc noſtro æuo, noſtris in oculis, te vindice, ac reſtitutore, colligunt. Sed, amabo te, audi, quale de labore, vigilijs, diligentia, aſſiduitate tua iudiciũ faciunt boni, verique exiſtimatores. Hoc enim te vel parem, vel etiam maiorem mereri laudem cenſent, quàm quorum ſparſa, & diſiecta Scripta recolligis, vnumque in corpus redigis, quòd optabilius ſit Muſarum alumnis, ac ſcire volentibus, habere in prõptu, & numerato, quod addiſcant, quodque vno Volumine, quaſi vna expoſitum Tabula, perlegant. Verùm, quòd te feciſſe video induſtrioſiſſimè, Opus tuum totũ in certas Claſſes tribuiſti. Num antiquo, & Romano illud more? Vt enim ampla, almaque Ciuitas non vnius paris-ue fuit conditionis, ac fortunæ, alijque copijs rei familiaris locupletes, & pecunioſi magis erant, quã alij; Sic inter Scriptores tuos, quos tàm ſtudioſè, ac diligẽter coaceruaſti, non fuit æquum, qui de Rhetorica, aut de Grammatica (niſi Speculatiua) proluſerunt, eos in ſimili Claſſe cõſtituere, atq; alios, qui Phyſicã, qui Theologiã, &, quæ meritò τὰ μαθήματα vocantur, pertractarunt. Non adſcribebantur in primam Claſſem, qui cenſu, qui opibus, qui fortunæ commodis maximis atque ampliſſimis non abundaſſent: Contrà erat quinta Claſſis poſtremorum, & ferè Myſis ipſis tenuiorum, qui ſiquid iuuabant Rempubl. non id ſanè ex latifundijs, aut refertiſſimis loculis, quibus carebant, ſed prole, & ſobole, qua vna re omnium erant copioſiſſimi. Attamen, & hos, & illos, incredibile, quantum amabat, excipiebatque Reſp. communis omnium Parens. Perluſtrentur tuæ Claſſes, & eorũ, quos ad vitã reuocas, Ordines. Vnaquęque Claſſis habet ſuos viros, atque eos quidẽ induſtrios, ac diligentes, qui nõ ſibi, ſed alijs nati, multum operæ, in

commentando, ſcribendóque poſuerunt. At Rhetori palmam dare, quæ Philoſopho, aut Theologo debetur, aut conijcere illum in glorioſã atque honoratã Claſſem, quæ diuino quodam ſpiritu afflatis excipienda, reſeruãdaque eſt, non Dij, non Homines, non Columnæ, vt Poëta loquitur, conceſſēre.

Vt igitur, ſi quædam eſt Aula ſuperior, Attalicis inſtrata atque inſtructa tapetibus, & multo marmore atq; emblematis decorata, eò gradibus eſt aſcendendum: qui verò id aggreditur, cùm eſt ad ſummum progreſſus, ibidem conquieſcens, lætitia perfunditur incredibili: Sic ad diſciplinarum, & ſcientiarum faſtigium, culmen, apicem, qui adſpirare aut accedere audent, non modò non ſibi aditus intercludi, ſed poni etiam gradus faciles cupiunt, quibus rectè, & ſine errore, perueniant, quò contendunt. Hoſce gradus, ſi per eximium, & ſingularem virum, Gothutium, & Franciſcanæ proſapiæ, ac germinis virum, diſpoſitos, & exalciatos, ad commoditatem Aſcendentium, non palam agnoſco, ac profiteor, mora nulla eſt, quin me hominis gloriæ, ac meriti inuidum, & obtrectatorem proclamem, publicéque denunciem. A qua ſanè inuidia, & infuſcata maleuolentia, tàm longè abſum, quàm fortaſſe propiùs ceteris, qui te non ità norunt, iuſtas, & tibi debitas laudes, ex animi mei ſentẽtia, ſine fuco, & colore, attingo. Vberiùs idem facient, & ſingillatim, quod ego ſtrictim, carptimque, non modo Indoles ipſa, & Pubes Franciſcana, quę vno faſciculo, & quidem eo non ità graui, habere ſe in poſterum gaudebit, quod abſque opella tua, è ſexcentis fuiſſet repetendũ, Voluminibus; Sed & omnes Anni conſequẽtes, quod eſt in veteri, Formula, Bonum-factum laudabunt tuum: Quippe qui Auctores ſemimortuos, vel iam ſepultos, iniecto illis vetuſtatis puluere, in dias luminis oras reuocâris. Et verò, ſi propterea congeſtos Communes in vnũ Locos probant, quod ijs conſulatur, tum Memorię, quæ

capere nequit omnia, tum Peregrinationi, quæ Bibliothecam habere comitem non poteſt; tum etiam Paupertati, quæ non patitur innumerabiles, qui ſunt peruolutandi, libros tibi compares: Hem, quod ſubſidium Artium, quod adiumentum doctrinæ, quæ ſuppetiæ, præſidium, receptus, diſcere atque intelligere cupientibus, futurum eſt vnum hoc volumen Gothutianum. Quod, mehercule qui gerent ſecum, iis diſſimiliter fiet, atque Luciani, lepidiſſimi Scriptoris, Iumento, cui, comportatis Iſidis ſacris, & myſterijs, tantum abeſt, vt honorifica, eáque debita, merces ſolueretur, vt totius domus viliſſimus attributus, ſit locus. Tui verò Lectores, Auguſtine Gothuti, qui hunc vnum, qui multorum millium inſtar erit, Librum ferent, & quæ, inibi continentur, Myſteria, ſeriò, ac religioſè obſeruabunt, iis deſtinatus iàm deſponſuſque eſt, inter ciues, & ſuos, & alienos, locus ſine inuidia primus. Quod, vt ità eueniat, faxit, qui huic Operi nauantem te operam, ac ſtudium, adiuuit Deus, Optim. Maximus. Hæc voueo, & hîc valere te iubeo,

IOAN. ROENNVS, Rotomagenſis. Conſiliarius atq; Eleemoſynarius Regis, Collegii Theſaurarii, Lutetiæ, Prouiſor, Artium, in Academiarum prima, Doctor, in eadémque Cenſor, vnus è quatuor, ſupremò à ſenatu inſtitutis.

M. DC. V. Die 1. Aprilis.

Digitized by Google

IN GYMNASIVM F. AVGVSTINI GOTHVTII.

MAgno Auguſtino duce, dux Eccleſia nuſquam
Deerrat, ſi quando eſt auia, peruia fit.
Obtendente facem tanto Doctore, recedit
Caligo, & ſacris lux datur alma libris.
Alter nunc ſurgit Gothutius Auguſtinus,
Diui Franciſci, quem pia Norma iuuat.
Hic tenebris merſos ſcriptores vindicat, aurea
Et reddit luci, quam meruêre, ſua.
Quin ſpeculatiua conſtructor Gymnadis idem
Explanat Scoti ita qua tenebroſa Schola.
Gymnaſium hoc viuat, quod vita, & lumine caſſos
Doctores auris ætheriis reuocat.
Hoc pacto, & ſeſe tumulo Gothutius atro
Eripit, æternans ſéque, ſuumque librum.
Quem ſtudioſa Cohors manibus vix ponet, ab vno
Theſauro promens, quod volet, Attalico.

IO. ROENNVS, ROTOMAG.
Artium Doctor, & vnus ex 4. Cenſor.

AD F. AVG. GOTHVTIVM GYMnaſij Speculatiui Editorem, Epigramma.

QVæ tibi ſacra cohors Doctorum, ô Docte Gothuti,
Munere pro tanto præmia digna ferat?
Eximios, qui tot turpi caligine merſos.
Auctores vno codice reſtituis,
Materna quos liuor edax ſuppreſſit ab aluo,
Tempus idemque ortûs. interitûſque dedit.
Hos vindex antris rediuiuos eximis Orci,
Solis ad ignoti lumina grata vocans.
Vndè Scoti lucem tenebris offundis opacis,
Et præbes atri peruia Sacra Sophi.
Scilicèt hoc pretium eſt: ſimul vt perfuſus eodem
Lumine, perpetuùm clarus & ipſe mices.

GVLIELMVS MACHARIVS,
Doctor Claſſicus, Pleſſæus.

DE AVCTORIBVS SCOTISTIS à F. Auguſtino Gothutio luce donatis; Epigramma interlocutorium.

α.

QVa noua Muſarum ſeries? quis laureus ordo?
Quæ-ue alacres agitat plebs rediuiua choros?
Verùm lætitiam prodit, miſtumque dolorem,
Qui ſedet explicito plurimus ore ſitus.
Unde mihi refer ora tuæ fuſcata cateruæ
Turpiter infecit, feſte Chorage, ſitus?

β.

Quos cernis longo ductatos agmine nobis,
Aonides natos parturiere ſibi.
Inuida Mnemoſynæ ſed tunc Obliuio paruos
Naſcentes durâ compede præpediјt:
Optatámque Scoti lucem præferre libellis
Faſſos damnauit perpetuis tenebris.
Terpſichores, aſt vnus ego, qui filius almæ,
Euaſi cladem, matre tegente Dea.
Et fatis ſimul ac feruens deſeuiјt ira,
Carcere, & effracto rumpere vincla datum eſt.
Accipio reduces mutata ſorte propinquos,
Claraque perdomito ex hoſte trophæa fero.
At quem ſqualorem, cariemque tuêris in ore,
Contraxère grauis tempora ſeruitiј.
Quas tandem ſordes Chalcographus eluet, & tunc
Splendeſcent docti pignora pura Chori.

GVLIEL. MACHARII Lexou.

DE IISDEM AVCTORIBVS, EPIGRAMMA.

ROma Sibyllinas abſtruſa oracula Sortes
Ter dedit vt poſſent pandere quinque viros.
Edit at in lucem, ter quinque Lutetia, quorum
Lumine de vitâ nubilus error abit.
Differitas; illis nam lumina denſa tenebris,
Vnde ſuboſcurus ſerperet error, erant:
Aſt horum auſpicio, Sophia caligine pulſa,
Fata hominum vita iam manifeſta patent.

EIVSDEM MACHARII LEX.

ΕΙΣ ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΝ ΓΟΘΟΥΤΙΟΝ
τὸν τὰ παλαιά τινα βιβλία ἐκδιδοῦντα.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

ΩΠΟΤΕ δουλοσύνης χαλεπὸν βάρος αἰσχρὰ
λαχόντες,
Πειθόμενοι λύτρου ἐλπίδι μηδεμιῇ.
Ὕμμε ἐλευθερίης τις τόνδ' ἔνδυνε χιτῶνα,
Ἐς τέλος οὐλόμενον καὶ ἀπέσεισε ζυγόν;
Κεῖνος ἀνὴρ ἀγαθός τε, καὶ ἄξιος ἔπλετο, πάντες
Οἵ τε γεραίροιεν, καὶ πρυτανεῖον ἔχοι.

ΒΙΛΛΕΛΜΟΥ ΜΑΧΑΡΙΟΥ.

AD PHILOSOPHIÆ, ET SACRÆ THEOLOGIÆ CANDIDATVM LECTOREM, in Gymnaſium Speculatiuum R. P. Auguſtini Gothutij, Elegia.

Ecquis opes memoret Sophia, quas nota miniſtrant
Arcana ingenijs, artibus eloquio?
Quis referat quantùm Sophia qui ſepta recludit
Formandis animis proſit Ariſtoteles?
Quámque iuuent ſed qua linquit ſchola culta Lycai
Qui tradunt, recta detur vt ire via?
Quæ deſunt ſupplent: acuunt ſpeculantia formas,
Ingenia abſtractas ſuppoſito, & ſpecie.
Nec ſpinis caruere: roſa qua lumine primo
Aſperiora putas florea ſerta dabunt.
Seraphicum lector, iuuat hoc ſpectare roſetum:
Tradita quò ſtudijs vtiliora legas.
Fontanus Sophia fontem deſignat vt aptè
Diſceptes: artis mox elementa notas.
Exponis vocum varias Iudoce figuras.
Diſpoſitis artes, diſtribuiſque modis.
Pandis Ariſtotelis Logicen Hiſpane: ſecundis
Gothuti indicijs Porphiriana doces,
Hunaeus rigidâ quo concertetur arena,
Concinnè appoſitum tradit vtrinque modum,
Tartarietus opus dedit in pralecta, priores
Sex Sophia libros interioris habens.
Nicolae Orbelle bis ſena volumina ſumma,
Perpendis Sophia, quin Matheſique iuuas.
Quam Syrecte modo, Mauriti, & Brulifer apto.
Nouiſtis formas pangere Scotigena?
Conſona natura Scotus ſpeculatur, & arti
Grammatica rebus congrua verba probans.

EPISTOLA.

Naturæ ratione notas Sarnane recundens,
Res quas intuitu poſteriore vides.
Is, fortuna bonum dederat cui nominis omen,
Seraphico voces explicat ore pias.
Vocibus adiungit Mairo ſua lumina ſacris.
Vt docilis Tiro ſcandere celſa queat.
Quid, reſecans fuſum Lombardum, Arnolde recludis,
Quattuor in libris pagina longa docet.
Semiſepulta diu nox hac monumenta premebat
Liuor edax carie ſegnitieſque ſitu.
Eruit hæc tenebris ſophia Gothutius arte,
Inſiuis luci reſtituique ſua.
Dum veterum reputas quam ſit pretioſa ſupellex?
Aſſertor quantus laudibus actus erit,
Quid veteres poſcant, & quid Gothutius ipſe,
Qui tot luminibus lux rediuiua datur.
Sacra virum ſtimulat pietas, GOTHVTIVS *aptè*
Theutonibus DOMVS *eſt, námque dicata Deo.*
Ingenuj eſt animi, quæ ſunt benefacta fateri:
Et qui profuerint mente referre piâ.
Ordine cuique ſuas laurus ſic defer in omnes,
Atque animum memorem candide lector habe.

MAXIMILIANI VIGNACVRTII I. V.
Prolytæ Nob. Atreb.

PIO, AC ERVDITO LECTORI
F. AVGVSTINVS GOTHVTIVS.

TRadit Ariſtoteles, omnium Peripateticorum Philoſophorum facilè primus, in ſuo de prima, ſeu diuina Philoſophia libro, quòd omnes homines natura ſcire deſiderant, quod quidem ità conſtabilitum reliquit, vt tanquam ſolidiſſimum Adagium, ab omnibus citrà cõtrouerſiam ſemper receptum ſit; id etiam quàm plurimi de bonis artibus, ac ſcientijs benè meriti Viri, atq; ingenio excellentes, & clari non obſcurè teſtati ſunt, qui non ſolùm proprios lares, ac limites, ſuoſq; charos cognatos, & perdulces parentes reliquêre, verùm, & varias luſtrarunt Prouincias, immò, & multa pertulerunt incommoda (vt de aliquibus Diuus refert Hieronymus). Sed quorſum iſta? Nõnè vt expeditius, ac liberius eò ſeſe totos conferre poſſent, vbi abditas rerum cauſas, ac naturæ reconditas proprietates inueſtigandi, ac ſpeculandi commodiorem haberent facultatem? Ità ſanè. Quòd ſi hi, qui ſupernaturali, ac diuino Fidei lumine, & ſplendore orbati erant, tanta animi propenſione, ac ardenti deſiderio ad rerum naturalium inueſtigationem, & cognitionem ità anhelabant, quid igitur agere debemus nos diuini luminis radio illuſtrati, atque fide illuminati, vt ſacrarum ſcientiarum gradum aliquem adipiſci poſſimus? Quarum profectò ſcientiarum cognitio talis, ac tanta eſt, vt beatos, ac propè diuinos reddat illos, qui omni conatu, ac totis viribus die, ac nocte, illis inſudare, atq; inuigilare contendunt; At vt verũ dicã, quænã ſciẽtia,

aut diſciplina, ità celebris, ac præclara inueniri poteſt, quæ diuinæ, & Sac. Theologiæ ſciẽtiæ cõparari queat? Theologiæ ſublimitas, ſuperni ſplẽdoris radius eſt, qui noſtrũ illuminat intellectũ: Hæc, melle, & fauo delectabilior eſt: Hæc, diuinorũ Myſteriorum abundãs, & vberrima eſt Apotheca, Hæc, Theſaurus eſt ſuper aurũ, ac lapidẽ præcioſũ multũ deſiderabilis: Hæc fons eſt, qui de paradiſo voluptatis egrediens, Eccleſiæ militantis irrigat hortũ: Hæc deniq; diuina ſapiẽtia, aliarũ ſcientiarũ meritò Princeps, & Regina nuncupatur. Ad hanc igitur, qui ſe conferre affectat ei manè inuigilare opus eſt, nàm qui manè inuigilauerint inuenient eam: nulloq; improbo parcere labori qui omnia vincit, huiuſmodi enim ſcientia in terris ſuauiter viuentium non inuenitur, At cùm ad diuinã hanc ſapientiam per nonnullos gradus ordinatè accedendum ſit, Theologo futuro, vt ſibi de huiuſmodi prouideat gradibus, ſiuè medijs, neceſſum eſt, gradus quippè, qui nos ad iſtius cœleſtis ſcientiæ ſublimitatẽ conducere valent, cæteræ artes, ac diſciplinæ ſunt, quæ tanquam pediſſequæ ipſi famulari tenentur Theologiæ. Quæ licèt ſcientia ſcientiarũ cõmuniter vocetur, vt potè, quæ ſuper omnem Philoſophicam ſpeculationẽ extollitur, atque dignitate, & vtilitate alijs antefertur ſcientijs, ipſam tamen abſque Philoſophicarũ diſciplinarum peritia poſſidere perfectè poteſt nemo, Vndè non tantũ huiuſmodi ſcientiarũ genus Catholicæ Religionis alumnis, ac Sac. Theolo. cãdidatis imprimis oportunũ eſſe duxi, ſed vix fieri poſſe, vt harũ ope, & præſidijs ſcientiarũ deſtitutos, vel abdita ſacrarũ literarũ Myſteria, aut ipſos adiſcere,

adiſcere, aut alios cõmodè docere, ſicuti grauiſſimas quæſtiones ab Hæreticis, noſtræ Religionis hoſtibus in cõtrouerſiã vocatas, haud rectè diiudicare poſſe, sẽper (ſicuti, & docti viri) exiſtimaui; Iccircò cũ iã multi parati, & accinti eſſent ad harũ diſciplinarũ ſibi fũdamẽta iaciẽda, ſummis (vt aiunt) labris vix eas delibãtes, à nodoſis quæſtiõib. & abſtruſis difficultatibus, quæ ſtatim è veſtibulo eis ſeſe offerebant pluſquã par erat, deterrebãtur; Alij verò, quia inopia, & paupertate preſſi, vndè tot auctores ſibi cõparandi facultatẽ haberẽt, non videbãt, prouinciã hãc aggredi, non audebãt; Alij aũt, etſi cõmoditas aliqua ex parte ſibi eſſet, quia tamẽ diuino Cultui dicati, & alijs neceſſarijs occupati, otiũ eis ad tot, & tãta volumina reuoluenda, quãta in ipſis facultatibus sũt neceſſaria, tẽporis anguſtia non permittebat: vix à limine ingenuas has diſciplinas nec ſalutabãt, nec ſalutare audebãt, prætactas difficultates nimiũ extimeſcentes, Vndè à recto bonarũ literarũ curſu, toto (quod aiunt Cœlo) nõ abſq; literarum diſcrimine, ac ingẽti Eccleſiæ Catholicæ iactura, florida iuuentus prorſus aberrabat. Verũ id doctiſſimi, & de bonis literis, & Religione bene-meriti viri animaduertentes, modos aliquos, quib. literarũ ſtudioſis ſuccurrere poſſẽt, excogitarũt, Quãobrẽ Aliqui cõcluſiones ex immẽſis, & magnis voluminibus collegerũt; Aliqui lucidiſſima Cõmentaria ediderũt; Alij Epitomata cuderũt: Alij verò Cõpendia, & Sũmaria in oĩ diſciplinarũ genere cõfecerũt: vt his adiuta cãdidata, ac tenera iuuẽtus ad liberaliũ diſciplinarũ peritiã faciliùs, ac iucũdius proueheretur. Ipſi enĩ non ignorabãt haud parũ referre in adiſcẽdo, aut docẽdo tenere rerũ Sũmas, ac præcipuos. Locos in oĩ arte

optima methodo,ac ſerie digeſtos,qua breuiter, & vtiliter in oĩ eruditionis genere artiũ Cãdidati euaderẽt doctiores. Eximij aũt,atq; præſtãtes Viri, qui ſuis vigilijs ſudoribus,atq; elucubrationibus ſtudioſos bonarũ artium haud parũ iuuerũt;etſi quã plurimi extitêre,præcipuè tamẽ inter cæteros Seraphicæ Religionis Frãciſcanæ floruêrũt,imprimis,S. Bonauentura,S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis,& Doctor Seraphicus,Ioan. Dũs Scot. Doctor Subt. vbiq; (nemine reclamãte) nũcupatus,Franciſ. Maronius Doctor illuminatus,ac Sorbonici Actus primus Inuentor. Nicolaus de Orbellis,Antonius Sirectus, Stephanus Bruliſer,Fõtanus,Petrus Tataretus, Docto. oẽs Pariſienſes,et tã in humanis, quàm in diuinis litteris peritiſſimi. Mauritius Hybernicus Archiepiſcopus Tuanẽſis,& Ioãnis Scoti ſubtiliũ principis fideliſſimus a ſecla: Petrus Hiſpanus antiquiſſimus Philoſophus. Iudocus Clichtoueus peritiſſimus itidẽ Philoſophus. Auguſtinus Hunæus,& Arnoldus Veſalienſis,ambo doctiſſimi Philoſophi,& Theologi, Hi oẽs ſuis vigilijs,& elucubrationib. totã ferè Philoſophiã,ac Scolaſticã Theologiã,ità illuſtrarũt,vt vnuſquiſq; abſq; vlla difficultate, immò cũ ſolatio,& animi voluptate,pauca adhibita opera,iſtorũ Virorũ vigilijs,& lucubrationib. fretus queat copioſus,& abſolutus cũ Philoſophus,tũ Theolo. breuiter euadere,quod ante hac abſq; ipſis diuturno,atq; Herculeo labore vix cõſequutus eſſet. Verũ cũ oĩa tot nobiliũ præclariſſimorũ,ac de ſtudijs benè meritorũ Virorũ Volumina ob tẽporis iniuriã iã ſemiſepulta,& ferè mortua eſſent,neque vllus,vt reuiuiſcerent, inueniretur, nè bonis addicti artibus deterimentũ tàm magnũ paterẽtur; Id ego (qui inter oẽs Minores, minimus ſum) non abſque

animi dolore ſæpe, ac ſæpius mecũ cõſiderãs, egréq; ferẽs incõmodũ tã magnam literis, ac literarũ ſtudioſis inferri, operepræciũ, & non inutile eſſe exiſtimaui, ſi tot eruditos, & percelebres viros ab inuidia Tẽporũ, & ſitu, expulſis tenebris ad vitã reuocare poſſẽ; At conſiliũ meũ haud parũ retardabat, tûm laboris immenſitas, & ingenij mei imbecilitas, tùm tot auctores inueniendi maxima difficultas, tũ illorũ, quos difficilimè inuenerã, locorũ aſperitas, quæ oĩa deprauata, ſenticoſa, confuſa, ac prorſus neglecta oſtendebat; Vndè propè modũ ſententiã mutaueram, & abiecerã conſiliũ, niſi allatæ ſuperius rationes, & tot laborum, vigiliarum, & elucubrationum iſtorum Doctorum, quorum doctrinæ ſẽper addictus fui, interitũ perpetuũ nõ ſine cõmuni oĩum diſcrimine extimuiſſẽ.

Itaque pietatẽ, ac publicã ſequutus vtilitatem virib. vt quonque reſũptis, ad meũ priſtinũ inſtitutũ denuò me accinxi, et vt præſertĩ literarũ amãtiſſimis perĩde ac mihi prodeſſem veteris illius non oblitus ſentẽtiæ, Bonũ ĩquit, eſt ſui ipſius diffuſiuum, et quò cõius, eò melius, qua propter quotquot ex Italia habere potui, & in Gallijs reperire ipſorũ Doct. exẽplaria collegi, & vigilãtia, ac diligentia, qua potui maiori ab innumeris, quibus ſcatebant erroribus caſtigaui, & vẽdicaui, oẽsq; copioſis Marginibus, & Indicib. exornaui, & aliquos ẽt, vbi opus fuit per Tractatus, & Cap. diuiſi; inſuper totũ Opus in Quinque Claſſes nẽpè Logico. Phſic. Metap. & Mathem. Formal. ſeu Scotiſt., ac Theolog. maioris diſtinct. & claritatis gratia ſatis cõmodè, (vt puto) diſtribui, Quibus Claſſibus proprios Docto. ordine ſeruato, aptaui, ſic quòd in Logic. Claſſe, quæ prĩa ẽ, Logicos ordinaui, in Claſſe verò Phyſic. Phiſicos, quod & in cæteris obſeruatum eſt Claſſib.

Docto.autem in Claſſe Logico. doctiß. & clariß. diſſerentes ij ſunt, Imprimis, F. Symon Fontanus, & Iudocus Clichtoueus, iſti puros, ac meros alloquuntur Grãmaticos, eiſq; prima Dialectices, ac cæterarũ ſcientiarũ elementa breuiter, & dilucidè exponũt: quib. deindè Petrus Hyſpanus vniuerſã Ariſtot. Logicam adunguẽ declarat: quos ego Porphyrianas Quĩq; voces pro formali, ſiuè (vt aiũt) in ſecũdis Intentionib. acceptas explano, quibus Doctor alius (Titelmanũ puto) breuẽ definiẽdi, ac diuidẽdi Methodũ aperit, quos hiſce ſciẽtijs iã imbutos Auguſtinꝰ Hunæus aßidua diſputatiõe exercet, Vocũq; diuiſiones haud inutiliter docet. Hæc oĩa Dialectices, ac Logices cãdidati adiſcere valẽt in Claſſe Logic. Qui iam Logicalib. eruditi ad Claſsẽ Phyſico. vt ſe accingant, opus eſt, in qua quippè Claſſe eximiũ Philoſop. Magiſtrũ Petrũ Tataretũ Doct. Pariſiensẽ inueniẽt, qui doctiſſ. ſanè, ac clariſſ. totũ Philoſophic. curſũ ad veterũ Docto. Parienſientiũ normam edocet, quæ oĩa in breui Tabella in vniuerſũ pinxi, vt ab eiſdẽ videri poſſint: Iã Logicalib. ac Philophicis initiati, ad altiorẽ ſcientiæ gradũ cõtendent, ſic in Claſſẽ Metap. ſe recipient, vbi duo præclari Metaphiſici, Doctor videlicèt Pariſienſis de Sex Metaphiſico. libris Ariſt. ad ritũ antiquorũ Pariſienſium: & M. Nicolaus de Orbellis de Duodecĩ libris diſceptãtes inueniũtur, hic vltimus Mathematic. diſciplinã cõpendiosè quidẽ, ſed clarè oſtendit, his tribus imbuti ſciẽtijs literarũ cãdidati, antequã ad altiorẽ ſcientiã ſe accingãt, fructuoſum, & pervtile erit, ſi primò Formaliſt. ſeu Scotiſt. Claſſẽ inuiſerint, & Tres illos præſtãtes Formalizãtes ſalutatione dignauerint, vt abſtruſas, et abditas entiũ Diſtĩctiones, & Idẽtitates ipſis aperiãt, quib. antequam egrediãtur Docto. Subtilem de

Grãmatica Speculatiua diſputantem, et Cardinal. Sarn. Primas, ac Secundas Intent. explanentem videre ſuadeo. Nàm huiuſcemodi Formalitatum cognitio, non modicum fructum, & emolumentum adferre ſolet futuris Theologis, qui Logices tãdẽ, Phiſices, Metaphyſi. ac ſatis Mathematices, nec non Formalitatum ſcientia muniti, atq; inſtructi; ad ſciẽtiarũ oĩum Principẽ, & Reginã ſe cõferre cõmodè poterũt, in cuius ſacra Claſſe Quatuor grauiſſimos, Theologos in ſuis Palæſtris ſedẽtes, & Sacræ Theol. Myſteria recõdita breuiter, & dilucidè aperiẽtes inuenient: ſic quòd in Prima ſede S. Bonauẽturam Theologicos Terminos exponẽtẽ, in Altera Doct. Subt. eiuſdẽ profeſſionis Terminos definientẽ, in Tertia Doct. Illuminatũ de eiſdẽ differentẽ, in Quarta verò M. Sẽtentiarũ, ſiuè potius Arnoldũ Veſalienſem, ipſum abreuiãtẽ cõſpiciẽt, à quibus poterũt tãtum Theolog. imbibere vt breui in copioſos Theologos euadere queãt, & ad maiora, altioraq; ſine difficultate tendere. Hæc oĩa ità cõcinnata reperies (Pie, ac Erudite Lector) ĩ hoc noſtro Gymnaſio, quod modo, nõ abſque multis laborib. & difficultatib. abſolutũ, tibi offero, & vt æquo aĩo, vultu ſereno, ac gratis manib. illud ſuſcipias, te vehementer rogo, quod ſi feceris aĩum iã ad maiora aggredienda paratũ prõptiorẽ, & faciliorẽ reddes, Reliquũ eſt, vt ſi laude dignum tibi aliquid occurrerit Deo Opt. Max. ac eius Virgini Matri Mariæ tribuas, ſi verò quid nõ ità aptè poſitũ, & diſpoſitũ inuenies, imperitiæ meæ, & tẽporis breuitati aſcribas, & cõpartiaris, illudq; oĩ cũ pietate, vt corrigas, obnixè deprecor, Opus enĩ, & meipſum (ſicuti, & ipſi Doct. fecẽre) Sacro S. Rom. Eccl. pedib. exvolũtatus meæ ſinceritate, ſimplicitate, & Chriſt. humilitate ſubmito. Vale.

SVMMA PRIVILEGII
Regis Christianissimi.

HENRICI IIII. Francorum, ac Nauarrorum, Dei gratia Regis Chriſtianiſſimi, ſpeciali Priuilegio ſancitum eſt; nè quis Typographus imprimere; néue quis Bibliopola diuendere audeat ante decem annos in toto Regno Galliæ, ſeu Nauarræ GYMNASIVM SPECVLATIVVM à Fratre Auguſtino Gothutio Moniliano, Ianuenſi Ordinis Minorum Obſeruantiæ Artium, ac Sacræ Theologiæ Profeſſore, ex varijs cùm Philoſophis, tùm Theologis concinnatum, & in Quinq; Claſſes pulchrè diſtributum, ſine ipſius Auctoris licentia, aut facultate; qui ſecùs fecerit, pœna in ſanctione exiſtimata mulctabitur, vt fuſius Regiò Diplomate continetur. Datum Pariſijs, Quarta die Octobris. M. DC. IIII.

Subſcriptio, DV PONT.

APPROBATIO.

FRATER Iacobus Pignè Ord. Min. S. Franciſci de Obſ. Doctor Theologus Pariſienſis, ac eiuſdem vrbis Conuentus humilis Gardianus, R. P. F. Auguſtino Gothutio, Philoſophiæ, & ſacræ Theologiæ Lectori, ſalutem. Quod nobis nuperrimè oſtẽdiſti Opus, ex præclariſſimis Philoſophis, & Theologis, noſtræ præſertim Seraphicæ Religionis à te concinnatum, & in Quinque Claſſes pulchrè diſtributum, ac GYMNASIVM SPECVLATIVVM inſcriptũ nõ ſolũ vidimus; ſed & attentè legimus, cũque in eo nil reperiatur, quod vel contrarium, vel diſſonum ſit fidei noſtræ Ortodoxæ, & Romanæ; atque exiſtimemus, non tantùm Scoticæ noſtræ ſcholæ alumnis, ſed & omnibus Philoſophiæ, ac ſacræ Theologiæ candidatis neceſſariũ eſſe, magnumque commodum, atque vtilitatẽ haud mediocrem allaturum, tenore præſentium, ac paterna cum benedictione tibi liberam præfati Gymnaſij imprimendi concedimus facultatem. In cuius rei fidem, has noſtro officij ſigillo munitas, & propria manu ſubſignatas tibi dedimus litteras. Vale, Datum Pariſijs in noſtro Conuentu. Anno à Virginis partu 1605. Die XXII. Martij.

F. IACOBVS PIGNE' *Gardianus Pariſienſis.*

P. MESSIER *Doctor Sorbonicus.*

Frater PETRVS CALOEL, *Doctor Regens, & Lector Ordinarius Sacræ Theologiæ in Magno Conuentu Pariſienſi.*

CATALOGVS DOCTORVM, QVI IN *Quinque huius Gymnaſij Claſsibus Doctiſsimè, et Subtiliſsimè diſſerunt.*

IN CLASSE Logicorum diſſerit.

- FONTANVS, DE DIALECTICIS Prodidagmatis, & Terminis Philoſophicis. 2
- IVDOCVS CLICHTOVÆVS, de Terminorũ Explanatione, & Scientiarũ Diuiſione. 72
- PETRVS HISPANVS, de Logica Ariſt. 139
- F. AVGVSTINVS GOTHVTIVS, de Quinque Vniuerſalib. Porphyrij pro formali. 149
- TITELM. de MODO definiẽdi, et diuidẽdi 178
- PETRVS TATARETVS, de Duobus Libris Poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis. 183
- AVGVSTINVS HVNÆVS, de aptè inſtituenda Diſputatione, dèque Vocũ diuiſionib. 262

IN CLASSE Phyſicorum diſſerit.

- PETRVS TATARETVS, de Tota Naturali Philoſophia Ariſtotelis, vnà cum Tabula vniuerſæ Philoſophiæ Auctoris Gymnaſij. 293

IN CLASSE Metaphyſicorum, & Mathematicorum diſſerit.

- PETRVS TATARETVS, de Sex Libris Metaphyſicorum Ariſtotelis. 8
- NICOLAVS DE ORBELLIS, de Duodecim Libris Metaphyſicorum Ariſtotelis; & de Mathematica compendioſè, & dilucidè. 564

IN CLASSE Formaliſtarũ, ſeu Scotiſtarum diſſerit.

- F. ANTONIVS SIRECTVS, de Forma-
- F. STEPHANVS BRVLIFER, -litatibus
- F. MAVRITIVS HYBERN. Scoti. 781
- F. IOANNES SCOTVS, de Grammatica Speculatiua. 861
- CARDINALIS SARNANVS, de Primis, ac Secundis Intentionibus. 933

IN CLASSE Theologorum diſſerit.

- SANCTVS BONAVENTVRA, de Terminis Theologicis. 968
- F. IO. SCOTVS, de Definitionib. Theolog. 981
- F. FRANCISCVS DE MAYRONIS, de Explanatione Terminorum Theologalium 995
- ARNOLDVS VESALIENSIS, de Quatuor Libris Magiſtri Sententiarum. 1040

PRIMA CLASSIS

PRIMA CLASSIS, QVÆ LOGICORVM EST,

IN QVA

DOCTISS. ET CLARIS. DISSERVNT,

FONTANVS, DE DIALECTICIS Prodidagmatis, & Terminis Philoſophicis.

IVD. CLICHTOVEVS, de Terminorum Cognitione,ac Artium,&Scientiarũ Diuiſione.

PETRVS HISPANVS, de Logica Ariſtotelis.

F. AVGVST. GOTHVTIVS, de Quinque Vniuerſalibus Porphyrij in Secũdis Intẽtionibus.

D. PARISIENSIS, de Duobus Libris Poſterior. Analyticorum Ariſtotelis.

AVG. HVNÆVS, de Diſputatione aptè inſtituenda,& Formula diſputãdi,déque Vocũ Diuiſione.

FONTANVS, DE DIALECTICIS Prodidagmatis ad Ariſtotelem.

Quid ſit Dialectica, in quem vſum inuenta, quid Definitio, Diuiſio argumentatio, & quid Propoſitio, in quo eſt veritas, vel falſitas, quæ à Dialectica diſcernitur.

CAPVT I.

QVID eſt Dialectica? Ars definiendi, diuidendi, & argumentandi. In quem vſum inuenta Dialectica? Vt definiendo, diuidendo, & argumentando verum à falſo diſcernamus. Definire autem (quantum pro hoc ſatis eſſe putatur) eſt quid res ſit oſtendere: vt cùm definitur homo eſſe animal rationale. Diuidere eſt communius quoddam per minus communia, quàm ſit latum patefacere, vt cùm diſcernitur animal per rationale, & irrationale. Argumentari, eſt vel ex

Dialectica quid. *Diffinire quid.* *Diuidere.* *Argumentari quid.*

vna propoſitione colligere alteram per notam illationis: vt cùm colligitur, Petrus diſputat, itaque loquitur: vel ex duabus tertiam, vt cùm argumentamur: Quicquid ratione, præditum eſt, ipſum ad veram fœlicitatem eſt natum. Homo præditus eſt ratione: igitur, & ad fœlicitatem veram natus eſt. Nota illationis eſt, quæ ſequi aliud ex alio denotat: cuiuſmodi ſunt hæ coniunctiones, ergo, igitur, itaque, proinde, ſi, quia, & ſimiles.

Nota illationis.

Veritas, aut falſitas in propoſitione

In quo eſt veritas, falſitáſue, quas Dialectica alteram ab altera diſcernit?

In oratione, nec omni, ſed ea, quæ ſimul eſt propoſitio. Quid eſt oratio? Dictionum grammatica diſpoſitio: vt homo iuſtus, filius hominis, credo in Deum, mulier timens Deum, parum fortiter, ſi periero, ob culpam, hei mihi. Quid eſt propoſitio? Oratio verum, aut falſum ſignificans: vt Iuſtitia eſt virtus

Propoſitio.

Propoſitio Dialectica, duas habet partes proprias, verbum, & nomen. Verbi datur definitio, qua compoſitum verbum non admittit: nec adiectiuum, ipſum verbum prædicatum cum ſubiecto coniungere declarat. Subſtantiuum, Sum, *recipit: quod quandoque, vt adiectiuum reperitur.*

Capvt. II.

Duæ propoſitionis Dialecticæ partes.

Propoſitionis Dialecticæ partes quot ſunt? Duæ præſertim: Verbum, & Nomen. Nam et ſi tot eſſe videri poſſunt, quot in oratione grammatica: de verbo tamen, & nomine proprio quodam iure idcircò differit, quod ex illis facilius veritatem aut falſitatem, venetur orationis. Verbum quid eſt? Pars orationis (finitore Ariſt.) quæ conſignificat tempus cuius nulla pars ſignificat extra, & eſt ſemper eorum, quæ de altero dicuntur nota. Conſignificat tempus (dixi) id eſt, ſignificat cum tempore (vel cum temporis differentia) nám tempus ſignificare nomini magis eſt proprium. Et nulla pars eius extra, id eſt, ſeparatim poſita ſignificat. Literæ enim, ex quibus verbum componitur (mediatè) etſi coniunctæ ſignificant, at non ſeorſim poſitæ. Quin & compoſita verba Ariſtoteles non dignatur verbi appellatione, primi Peri hermenias cap. 1. quod partes illorum extra ſignificent. Quod additum eſt, Eorum, quæ de altero prædicantur, ſemper eſt nota propter participia additum eſt, nè ad ipſa effundi verbi definitio poſſit: licèt ea cum tempore, vt verba ſignificent, &

Verbum.

Compoſita verba ab arte arcentur.

partes extra conſtitutæ ſignificationem non habeant: non enim participium de ſubiecto dici prædicatum denotat. Tum vt veriſſimam verbi naturam in eo conſtitutam intelligamus, vt alteram propoſitionis extremitatem copulet cum altera, propter quod & vulgato nomine copula verbalis dicitur. Itaque Ariſtoteli ipſi verba adiectiua nomina verius ſunt, quam verba, quod cum vera verbi natura quiddam adiectum ſignificant: vt Curro, cum natura verbi (quę eſt, vt prædiximus, vt extremitatum Dialecticæ propoſi-poſitionis denotet coniunctionem) curſum obiicit animo concipiendum: quomodo & de talibus omnibus conuenit iudicare. Vnicum proprie verbum eſt, nempe Sum: quod eapropter ſubſtantiuum etiam à Grammaticis appellatum eſt, quod omni ſubſiſtat prædicato, adeò vt & in ipſis adiectiuis verbis ſub intelligi oporteat. Cum enim audis: Petrus diſputat, ita concipis, vt ſi dictum ſit: Petrus eſt diſputans, in qua propoſitione meram habet verbi naturam, nihil quam extremitates copulans propoſitionis. Veruntamen illud non eſt omittendum, quod verbum, Sum, & ipſum non raro inuenitur adiectiuum, vt cum dicitur: Quicquid viuit, eſt. Significat enim hic verbum, eſt, exiſtentiam (vt ſic dicam) cum veriſſima verbi natura. Quoties autem hoc modo poſitum notatur de ſecundo adiacente veteribus dicitur propterea quod propoſitio duas modo partes habeat manifeſtas, nempe ſubiectum, & verbum illud, quod inuoluit prædicatum. Alibi de tertio dicitur adiacente, quod propoſitio tres partes apertiſſimas habeat, ſubiectum, verbum, & prædicatum. Id quod in hac propoſitione clariſſimum eſt: Homo particeps eſt rationis.

Verbi natura.

Verbum ſubſtantiuũ eſt Dialecticũ verbum.

Verbum ſum interdum adiectiuum.

Secũdi adiacentis propoſitio.

Tertij adiacentis proloquium.

Duplex nominis definitio: prior Ariſto. poſterior (quæ plura continet) authoris, abnuens compoſita nomina, adiectiua, cum caſibus obliquis, & infinito nomine. Nomina ſcripta & prolata, ad placitum ſignificant, inſtitutione, vel vſu: conceptus autem vltimati per voces deſignati, naturaliter proprie.

CAPVT III.

NOMEN quid eſt? Vox ſignificatiua ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata. Definitio eſt Ariſtotelis vocem modo definiẽtis, at non vetantis interim fuſiorem definitionem nominis

Nomẽ Philoſophicum.

aſſignare. Sed ante explicanda nominis Ariſtotelica finitio, quam id faciamus. Primo ſignificatiuam vocem eſſe iubet, ne vſurpent nominis rationem dictiones non ſignificatiuæ. Hæ enim licet ſubiecta ac prædicata propoſitionum materialium videri poſſint, vt in vulgatiſſima hac oratione, Buf eſt buf: at non poſſunt tamen vera eſſe nomina cum nihil ſignificent. Rurſus abſque tempore eſſe debent nomina: quod non ita accipi debet, vt nomen tempus ſignificare non poſſit: nam hora, dies, menſis, & annus tempora ſignificant: ſed vt non cum tẽporis modo .j. temporis differentia (quod eſt verbo proprium) ſignificẽt. Denique nullam nominis partem ſeorſum ſignificatiuam eſſe conuenit, vt ne oratio, vel compoſita nomina veri nominis vocabulum ſubeant: quorum partes ſeparatæ quidpiam ſignificant. Iam vniuerſalis nominis definitio, quæ ad omnia ſcripta ac mentalia pateat, hæc tradi poſſe videtur.

Nomẽ ſummanum. Nomen eſt pars orationis ſine tempore aliquid, vel aliqua, vel certè modo quodam ſecundum placitum, aut naturaliter propriè ſignificans, finita, & recta, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, ſolaque cum verbo perfectam conſtituit orationem. Pronomina, aduerbia, coniunctiones, præpoſitiones, & interiectiones, nomina eſſe non poſſunt Dialectica, quamuis ſecundum placitum modo quodam ſignificent, propterea quod partes Dialecticæ orationis non ſunt. Etſi enim locum quendam, habere videantur in oratione dialectica, ſed tamen non propriè partes ſunt, quales eſſe paulo ante declaraui. Verbis non poteſt aptari finitio nominis, licet modo quodam & ipſa ſecundum placitum ſignificent: quia conſignificant tempus, (.j. ſignificant cum temporis differentia) vti prędiximus. Aliquid *Definitionis emendatio.* ſignificat nomen ſingulare, aliqua plurale & collectiuum: nihil certum fixúmve, ſed modo quodam ſolum ſignificãt, Omnis, nullus, totus, & eius claſſis omnia. Secundum placitum, id eſt, ex inſtitutione vel vſu, ſignificant voces & ſcripturæ: deinde naturaliter, communiter, & illis reſpondentes non vltimati conceptus ſeu notiones. Naturaliter propriè conceptus vltimati, ſeu notitiæ vocum aut ſcripturarum vltimæ, quę certè rerum ſunt per voces aut ſcripturas deſignatarum. Finitam denique & rectam oportet eſſe eam orationis partem, quæ nomen ſit Ariſtot. quod nomen infinitum (vt non homo) & nominum obliqui non ſint no-

mina. Non enim ille pro nominibus recipit, niſi ea quæ cum verbo perfectam orationem enunciatiuam, id eſt veram, aut falſam conſtituere poſſunt: quæ facultas genitiuis, & aliis obliquis caſibus non ineſt. Nam non eſt recta oratio, Catonis eſt, aut Catoni: ſed, Cato eſt. Eandem ob rem adiectiua nomina quidam extrudunt ordine nominũ, quòd cum verbo ſola perfectam orationem reddere nequeant. Non enim (inquiunt) recta oratio eſt, pij interdum grauia tolerant: ni illud, pij, concipiatur iam vt non adiectiuum nomen, ſed ſubſtantiuum: de quo ſuo loco dicemus. Si placet nominum ordine vt adiectiua exulent, ne in illa quadrare nominis finitio poſſit videri, id ipſi finitioni ſuperaddendum: & quæ ſola cum verbo perfectam orationem poteſt conſtituere.

Adiectiua nomina exulans.

Sectione.5

Nomen apud Ariſtotelem dicitur terminus, quòd in eum reſoluatur propoſitio, & ipſam terminet (quod ſubſtantiui nominis proprium eſt non adiectiui, obliqui, aut verbi) quæ prædicata aut ſubiecta propoſitionum ſubſidiariè tantùm eſſe poſſunt.

CAPVT. IIII.

EST-ne altera nominis appellatio? Pro nomine etiam ipſe Ariſtoteles termini vocabulum vſurpat primo capite prioris libri Analyticorum priorum, hac (opinor) de cauſa, quòd propoſitionem vtrobique terminet. Porrò ſic definit ibi Ariſtoteles terminum. Terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio, vt in prædicatum, & de quo prædicatur (id eſt in ſubiectum) vel appoſito, vel ſeparato eſſe, vel non eſſe. In ſubiectum & prædicatum reſoluitur propoſitio, velut totum in ſuas partes. Vt enim cùm diſſoluitur coniunctio animæ, & corporis, homo deſinit, nec iam illius quicquam præter animam, ac corpus habetur, quæ ſunt eius partes: ita ſi à propoſitione eripiatur verbum, quod extremitates propoſitionis connectit, nihil niſi ſubiectum maneat, & prędicatum. Cęterùm quod addidit, Appoſito, vel ſeparato eſſe, vel non eſſe, non ſic accipiendum, quaſi reſolutio propoſitionis huiuſmodi in prędicatum, & ſubiectum fiat per affirmationem, vel negationem, cum affirmatio, & negatio integram propoſitionem, & conſtitutam exigant, non deſtitutam aut reſolutam: ſed ſic, vt prædicatum, & ſubiectum dicantur

Nomen alia nominatione terminus nũcupatur.

Terminus.

tum,&ſolum termini propoſitionis,cum negatio ineſt,vel affirmatio.Si enim propoſitio nec affirmatiua erit, nec negatiua,non erit propoſitio: quapropter nec termini. Proinde illud, Appoſito, vel ſeparato eſſe,vel non eſſe,ſic intelligi conuenit: cum affirmando,aut negando, eſſe,aut non eſſe apponuntur. Si affirmabitur prædicatum de ſubiecto, appoſitum erit eſſe:ſi negabitur, ſeparatum erit. Itaque nec verbum propriè terminus eſt,nec aliæ orationis grammaticæ partes,niſi quatenus ad præcipuos propoſitionis terminos tanquam ſubſidiariæ accerſuntur, quapropter & ad illas termini patiemur laxari vocabulum. Subiectum autem propoſitionis Dialecticæ (vt ne illud etiam, quanquam minutulum, prætereamus) ipſum eſt prorſus, quod grammatici ſuppoſitum nominant: quod ſanè ſubiecti,& ſuppoſiti vicina vocabula indicant. Prędicatum,illud quod ibidem vocant appoſitũ, niſi quòd appoſiti nomen Grammaticis vſque ad obliquos effunditur. Dialecticis prædicatum propriè veriſſimorum eſt nominum. Eapropter nec adiectiua vlla,nec obliqui propriè termini ſunt:permittitur tamen illis vocabulum termini, quòd ad verorum terminorum tam propè accedunt naturam, vt vix ſeparata videantur. Vnde & termini diuiſiones illis etiam communes fiunt.

Verbum nō eſt terminus.

Subiectum.

Prædicatũ.

Septem accidunt termino. Qualitas in ſignificatione conſiſtit, quæ eſt ad placitum, naturalis propria, naturalis communis, vel ex inſtinctu naturæ.

Capvt V.

Termino quot accidunt? Septem potiſſimum. Quæ? Qualitas, ſuppoſitio, ampliatio, reſtrictio, appellatio, diſtributio,& expoſitio. Qualitas terminorum in quo eſt: Bipartita eſt. Quomodo? Aut enim ſecundum placitum naturaliterve propriè ſignificant,vt vox homo,&cognitio hominis, túmque ſignificatiui dicuntur: aut naturaliter communiter ſolùm, vt vox nondum ad ſignificandum inſtituta, túmque ſunt non ſignificatiui. Secundum placitum ſignificant termini, qui non ex ſeſe,ſed alieno ſignificant arbitrio atque vſu: cuiuſmodi ſunt omnes voces,ſcripturæ, & notiones non vltimatæ. Naturaliter quidem omnia ſignificant ſeipſa, ſuíque ſimilima. Neque enim opus eſt

Septem termino obtingunt.

Duplex termino qualitas.

Secundum placitum.

alieno inſtituto, vt res, id quod eſt, eſſe noſcatur, cùm lapis (rem dico, non vocem) lapidem ſe eſſe omnibus patefaciat ſuapte natura. At naturalis ſignificationis, & alij duo gradus ſunt: ex inſtinctu (quem vocant) naturæ, vt planctus, etiamſi nulla ſit inſtitutio, ægritudinem ſignat: & propriæ, vt mentales conceptiones rerum, quas vltimatas appellant. Itaque termini ſcripti ſe ac vocales, & mentales non vltimatos: vocales ſe ſcriptos, eoſdémque mentales: ipſi denique mentales, ſe vocales & ſcriptos ſibi ſimilimos naturaliter communiter ſignificant, vt inter ſe affinia ſunt ea omnia, quæ ad eandem rem denotandam analogiam ſiue habitudem habent. Cógnitiones rerum vltimatæ, res quidem ipſas ſignificant naturaliter propriè, ſe ac ſimillimas conceptiones naturaliter communiter modò. Canum latratus offenſorem ex inſtinctu naturæ deſignat, vagitus infantulum, & ſexcenta talia. Dicta eſt naturalis ſignificatio communis inde, quòd omnibus communiter eadem ſit: naturalis propria, quòd ſit rerum propriè & priuato quodam modo: ex inſtinctu naturæ, quòd natura ad id ſignificandum inſtiget atque incitet. *Nota.* *Etymologia ſignificationum.*

Terminus aut vocalis, ſcriptus, aut mentalis eſt: qui rurſus vltimatus, vel non vltimatus, dicitur. Inuenti ſunt termini vocales vt exprimerent conceptus, & conceptiones hominum.

SECTIO I.

NVNQVID verò vnius generis ſunt omnes termini? Differentias terminorum plurimas veteres tradidere: at ſat viſum eſt ſupérque futurum, ſi ſeriores tradidero. Termini aliqui ſunt vocales, aliqui ſcripti, alij mentales. Vocales, ſunt vocabula ore prolata, aut illis ſimilima: quod poſtremum adieci: idcirco quòd vox Pſittaci ac Picæ, nec eorum modò, ſed & ab angelo, aut certè à Deo in aëre expreſſa, terminus vocalis ſit, tametſi non ore prolatus vel terminis vocalis eſt qui auditu percipitur. Scripti, ſunt dictiones literis effigiatæ, aut qui viſu corporeo cernitur. Mentales, ſunt animi notiones, ſiue, vt vocant, conceptus: iique duplices ſunt, nõ vltimati (ſic enim nominant) & vltimati. Non vltimati, ſunt terminorum notitiæ, qua termini ſunt: vltimati, ipſiſſimę rerum, quas voces ſcripturęve ſignificant, imagines ſimilitudinéſque in animo. Bis conſideratur ter- *Termini nõ ſunt vnius generis.* *Vocales.* *Scripti.* *Mentales.*

Bis conſideratur terminus. minus, ſemel qua res eſt quædam, ac tum cogitatio quæ illi reſpondet, vltimata eſt: iterum qua terminus, id eſt ſignum quoddam eſt rei alterius, túmque notitia, qua hoc pacto concipitur, eſt non vltimata. Hinc dicta, quòd conſiderando ſic terminum, non ſic cogitandi finis, ſed ad rem ſignificatam poſt hac animus progrediatur: cæterum vbi rem conceperit, ſtabit animus, propter quod rei cognitio vltima, ſiue vltimata appellata eſt.

Terminorum quidam categorematici .j. qui prædicata eſſe poſſunt alij ſyncategorematici (.j. qui cum aliis prædicari poſſunt.)

Sectio II.

Categorematici. Syncathegorematici. TERMINI quidam categorematici dicuntur, id eſt (ſi ſic liceat reddere) prædicatiui: alij ſyncategorematici, id eſt comprędicatiui. Categorematici, ſunt qui per ſeſe, ac ſoli prædicata propoſitionum eſſe poſſunt: vt veriſſima nomina, de quibus ſuprà tradidimus: ſyncategorematici, qui per ſeſe quidem, ac ſoli, prædicata eſſe non poſſunt, adiungi tamen poſſunt, & velut partes adiutrices, & minus præcipuę prędicatorum exiſtere: vt omnia adiectiua, pronomina, participia, & caſus obliqui. Cur verò verba, aduerbia, coniunctiones, prępoſitiones, & interiectiones, ſyncategoremata dici debeant, omninò non video: cùm vel prędicatum eſſe, vel partem prędicati, proprium ſit nomini, & his que ad nominis naturam accedunt. Veruntamen nō ita refragor traditionibus veterum, vt etiam non admittam ſyncategoremate ſignificari ea, quæ in propoſitione aliquid loci habere poſſunt: ſiue ſignificabunt aliquid, ſiuę modum quendam rei: cuiuſmodi ea ſunt, quæ adieciſſę videbar.

Quidam ſunt termini ſingulares (qui vnicam rem) alij communes (qui plura vnico nomine denotant) è quorum numero, adiectiua, participia, pronomina reiciuntur, hac diuiſio datur docendi gratia.

Sectio III.

Singulares termini. TERMINORVM alij ſingulares ſunt, alij communes. Singulares ſunt, qui pluſquã vnam rem ſinguli non ſigni-

ficant: vt Petrus, hic homo, filius hominis in Euangelio, Deus pater, vrbs Roma: quamobrem & à Grammaticis dicuntur nomina propria, id eſt, vni rei ſignificandæ ſic deſtinata, vt plures ſignificare non queant. Communes autem ſunt, qui plura vnico nomine ſingulari ſignificant, vt homo, ratio: Quamquam illi rectius dicuntur communes, qui ſinguli plura vnico nomine vnicáque definitione deſignant, vt homo. In illis enim communitas vocis eſt & rei: in alijs ſolius nominis communicatio exiſtit. Proinde quoties de termino communi mentio incidit, de illis intendimus, potius quàm de aliis. Ex his videri poteſt, quàm non ſint ſingulares, aut communes termini, adiectiua nomina, pronomina, & participia: quum nihil commune pluribus denotent primario illo ſignificatu, ad quem ſunt inſtituta. *Cõmunes.*

Termini quidam vniuoci, reliqui æquiuoci. Iſtorum duo ſunt genera: primum à caſu, ſecundum à conſilio: quælibet patiantur quoſdam æquiuocè enunciari, aut prædicata vniuoca dici, non tamen nomine æquiuoci aut vniuoci termini denominari.

SECTIO IV.

AMPLIVS, Termini quidam vniuoci ſunt, alij æquiuoci, quibus non alias finitiones attribuemus, quàm Ariſtoteles aſſignarit capite primo libri Prædicamentorum. Vniuoca, inquit ille, dicuntur, quorum nomen commune eſt, & ſecundum nomen eadem ſubſtantiæ ratio: vt homo, & bos, in reſpectu ad animal. *Vniuoca.* Æquiuoca è contrariò dicuntur, quorum nomen ſolum commune eſt, ſecundum verò nomen ſubſtantiæ ratio, diuerſa: vt homo viuus, & homo pictus in reſpectu ad hominem. *Æquiuoca.* Atque licet æquiuoca æquiuocata, & vniuoca vniuocata, quæ ſunt ſignificata terminorum, potius definita videantur, quàm æquiuocata æquiuocantia, & vniuoca vniuocantia, quæ ſunt termini ipſi: tamen ex illis fecit hæc intelligi. Si enim æquiuocata nomen habent commune, & ſubſtãtiæ rationem diuerſam: ipſe certè terminus æquiuocus, nomen erit commune pluribus, quorum ſubſtantiæ ratio ſecundum illud nomen, id eſt, per nomen illud denotata, diuerſa eſt. Et ſi vniuocata nomen commune habent, & ſubſtantiæ eandem rationem: terminus

Ratio pro definitione eſſentialis ſumitur. vniuocus nomen erit commune pluribus, quorum ſubſtantiæ ratio ſecundum illud nomen, eadem eſt. Rationem autem ſubſtantiæ, definitionem eſſentialem vocat Ariſtoteles, eandem vniuocatis, vt animal rationale omnibus hominibus: & diuerſam æquiuocatis, vt animal latrabile, ſignificatis huius nominis canis. Significat enim non ſolùm latrabile animal, at etiam piſcem, & ſydus cæleſte, quibus ſua cuique eſt definitio. Ergo diuerſa ſunt terminum eſſe æquiuocum, & prædicari æquiuocè: terminum item vniuocum eſſe, & prædicatum vniuocum. Nam *Terminus ſingularis æquiuocè de pluribus prædicatur.* terminus ſingularis æquiuocè de pluribus eiuſdem nominis prædicatur: vt cùm dicimus, Hic, & ille homo ſunt duo Iacobi, tametſi inſuetus eſt hic loquendi tropus: nec tamen eſt terminis æquiuocus, cùm non ſit pluribus commune nomen vnica impoſitione. Iterum, Album prædica- *Album eſt prædicatum vniuocum.* tum eſt vniuocum ad hominem & parietem, cùm in animo illi conceptio reſpondeat communis vtrique: nec tamen propriè terminus eſt vniuocus, idcircò quòd definitionem illis communem haud ſignificet. Proinde prædi- *Prædicatio æquiuoca.* catio eſt æquiuoca, cum parilitas eſt tantùm nominis, cæterùm rerum nullus eſt conſenſus, vt hæc: Sydus eſt canis, animal eſt canis. *Vniuoca prædicatio.* Vniuoca cùm prædicati ratio, ſeu definitio, eſt ſubiecti quoque definitio, vel pars definitionis, vt hæc: Homo eſt animal. *Homonymorum duo genera.* Æquiuocorum interim duo ſunt genera: alterum quod à caſu nominatur: alterum quod à conſilio, ſiue analogum. Prius illud eſt veriſſimè æquiuocum, alterum diminutè, propterea quòd vnum ex ſignificatis præcipuè ſignificat, reliqua vtcunque, & ex analogia quadam, ſic homo viuum præcipuè ſignificat: & vt cunque pictum, ex analogia, & proportione quadam ad hominem viuum.

Subſtantiui ſunt termini quidam: è quorum numero homo de Deo enunciatus, in adiectiuorum tranſit numerum: qui ei primarium ſignificatum veluti adiacere, & inhærere denotat: cæteri adiectiui, inter quos multi, vt ſubſtantiui accipi ſolent.

Sectio V.

Adiectiui termini. Terminorvm nonnulli adiectiui ſunt, plurimi ſubſtantiui. Adiectiui ſunt quotquot præcipuum ſeu primarium ſignificatum velut adiacere ſecundario deno-

tant: vt iuſtus, pius, dominus, cæcus, pater, filius, famulus. Illud enim omnibus terminis quiddam ſignificantibus, modo ne ſingularibus cõmune eſt, vt duos ſignificatus habeant, vnũ præcipuum, qui & primarius, ac principalis dicitur: alterum ſecũdarium, qui & minus principalis. Quoties igitur terminus primariũ illum denotat velut adiacere, ſeu hærere ſecundario, terminus eſt adiectiuus: vt candidus candorem quidem præcipuè ſignificat, deinde non ita rem candidam: at quia candorem, rei velut hærentem, per quem illa candida fit, ſignificat, idcircò adiectiuus terminus Dialecticis dicitur. Quanquam Grammatici non omnia talia pro adiectiuis admitterent. Nam illis nomen dominus nihil quàm ſubſtantiuum eſt, Dialecticis ob cauſam præmiſſam rectiſſimum eſt adiectiuum. Dixi, velut adiacere, quòd non ſemper adiaceat, ſiue hæreat illud primarium ſignificatum ſecundario, ſed modum ſaltem habere debet ſignificantis adiacens, vt hoc nomen cæcus. Cæcitas enim cùm ſit priuatio (quæ res nulla eſt) non hæret quidem: at de animali perinde enuntiatur, vt ſi hæreret. Iterum, candor, & rubor, hærent quidem perpetuò rei candidæ, ac rubræ: at non ſunt tamen hæc omnia candor, & rubor, adiectiua, quum velut adiacentes colores non ſignificent, ſed velut per ſe ſtantes. Sunt itaque ſubſtantiua, ſeu termini ſubſtantiui. Nam termini appellantur ſubſtantiui, qui rem velut in ſeſe ſubſtantem ſignificant, id eſt, non quaſi hærentem, concipiendam obijciunt, vt homo, ſcientia, literæ, lapis. Non prætereundum tamen ex omnibus ſubſtantiuis vnum in adiectiuum euaſiſſe, nempè, homo de Deo enuntiatum. Ea enim prædicatio eſt adiectiui de ſubſtantiuo, & ſubſtantialis Deus eſt homo: propterea quòd illud, homo, humanitatem non quidem hærentem Deo (Deo enim nihil hærere poteſt) at velut hærentem ſignificat. Ex adiectiuis plurima ad ſubſtantiuorum tranſeunt ordinem, vt illorum affectiones ſubire valeant. Id accidit, quoties non additur mox adiectiuo ſubſtantiuum: quando ſubſtantiuari, aut etiam ſubſtantiuè accipi Dialectici dicunt.

Priuatio nõ inhæret.

Subſtãtiui termini.

Nota.

Adiectiuus terminus aliàs connotatiuus, ſubſtantiuus verò altero nomine abſolutus dicitur.

Sectio VI.

Termini adiectiui aliàs connotatiui vocantur, idcircò quod cum primario ſignificato notant ſecundarium, cui præcipuum illud velut inhærere ſignificatur: ſubſtantiui, abſoluti: quod rem abſolutè, ac velut non affixam, alij denotant.

Ex adiectiuis & ſubſtantiuis quidam concretiui, alij abſtractiui dantur. Poſtremi vltimatè, vel non vltimatè abſtractiui dicuntur, Abſtractionum autem alia à ſubiectis, altera à fundamento, & ſubiecto, vltima (de qua nihil niſi per ſe primò prædicatur) ab inferioribus nominatur.

Sectio VII.

Concretiui termini.

Ex vtriſque, id eſt adiectiuis, & ſubſtantiuis, quidam dicuntur concretiui, vt pius, doctus, rationalis, homo: quibus ſui ſunt abſtractiui, vt pietas, doctrina, humanitas. Concretiui hinc nomen illud ſortiti ſunt quòd cum eo, quod præcipuè ſignificant, illud cui ineſt vna opera, cernere faciunt. Cùm enim pronunciatur vox homo, humanitatem quidem concipis, ſed vt in ſingulari homine receptam: quam propterea ſimul concipis. Abſtractiui ob id appellati ſunt, quòd rem velut iam non addictam ſeu affixam, at velut abſtractam ſignificant. Nam cùm auditur albor, ſic concipitur, vt ſubiecti alboris nihil mentem ſubeat, ſed ſolius coloris ſit conſideratio. At verò abſtractiuorum differentia eſt. Quidam ſunt poſtremè, ſiue vltimè (vt loquuntur) abſtractiui, quemadmodum quædam inuenietur abſtractio poſtrema, ſiue vltima, vt humanitas, pietas. Alij ſunt non poſtremè abſtractiui, ſicut abſtractio eſt non poſtrema, vt religio: à quo nomine iterum fit abſtractiuus terminus religioſitas: & albor, à quo iterum albedinitas (fictum eſt à Dialecticis nomen explicandæ naturæ alboris gratia) abſtrahitur. Abſtractio poſtrema eſt poſtquàm non eſt

Abſtractiuus.

Poſtrema Abſtractio.

iterum abſtrahendi locus, ſed tota exprimitur natura: vt humanitas conſideratione abſtracta ab homine, totam hominis ſignificat naturam. Quapropter & nomen humanitas, abſtractiuum eſt, etiam poſtremè. Non poſtrema eſt, poſtquàm ſuperat quod iterum abſtrahas conſideratione: vt ab religionis nomine, quod iam abſtractiuum eſt, iterum religioſitatem abſtrahis, religionis, quæ potuit eſſe diuerſa, vnicam naturam. Æquum viſum eſt, quò facilius abſtractiones huiuſmodi (quæ per ſolam conſiderationem fiunt) aſſequaris, adferre quæ de his veteres Dialectici tradidêre. Fit aliquoties abſtractio à ſolis ſubiectis, vt cùm albor conſideratur abſque ſubiecto, ſignificatúrque ea abſtractio nomine ſubſtantiuo accidentis. Fit ſæpe abſtractio à fundamento etiam: vt conſideratione abſtrahitur cauſalitas (ſic enim loquuntur) ab igne qui eſt ſubiectum: & à calore, qui eſt fundamentum: ita vt quemadmodum hæc falſa propter abſtractionem fuerat, paries eſt albor, ita & hæ falſæ ſunt, ignis eſt cauſalitas, &, calor eſt cauſalitas. Fit creberrimè abſtractio ab inferioribus: vt cùm ab omnibus hominibus abſtrahitur cogitando natura illis communis, quæ eſt humanitas. Hæc poſtrema, eſt veriſſima abſtractio, & quam vocant vltimam: de qua niſi per ſe primo modo nihil enunciatur.

Non poſtrema abſtractio.

Abſtractio fit à ſubiectis.

Fundamento.

Ab inferioribus.

Duobus modis dicitur terminus abſolutus. Primò, vt opponitur connotatiuo, adiectiuo: Secundò vt pugnat cum relatiuo.

SECTIO VIII.

CVM terminorum abſolutorum paulò antè meminerim, non feram diutius, quin quot modis abſolutus terminus dicitur, aperiam. Semel concipitur, vt ex oppoſito connotatiuo correſpondet: de quo non ita pridem accepiſti: Iterum concipiuntur termini abſoluti, vt è diametro pugnant cum relatiuis. Itaque hoc modo termini abſoluti dicuntur, qui nullam ſignificant habitudinem vnius ad alterum: vt Deus, homo, lapis. Econtrariò relatiui ſecundum eſſe ſunt, qui primario quidem ſignificato ſecundarium referri ſignant ad aliud: vt pater, filius. Illicò enim vt concipitur pater, ſimul & filius intelligitur: quum neceſſariò pater filij pater ſit, & è diuerſo, filius patris ſit filius.

Multiplex termini abſoluti acceptio.

Relatiui.

Inter terminos quidam ſynonymi ſunt, quòd adæquatè idem eodem modo eſſentiali,vel accidentali,ſignificent, alij non ſynonymi.

Sectio IX.

Synonymi termini.

Ad haec terminorum alij ſynonymi ſunt, alij minimè. Synonymos dicimus, qui idem eodem etiam modo ſignificant, ſaltem in recto: quod, vt ne obliqui excludantur, eſt poſitum, vt Petra, & lapis, Marcus, & Tullius, Saulus, & Paulus, Petrus, & Cephas. Cæterùm quotcunque eodem modo non ſignificant, ſynonymi non ſunt, licet fortè conuertibiles. Quocirca mortalis, & homo, tametſi eandem rem denotant, ſynonymi tamen termini non ſunt: quò prior ille hominem ſub mortis connotatione, poſterior ſimpliciter, nullàque connotatione ſignificat.

Conuertibiles quidam ſunt termini (de quibus omnia prædicata, modo ne ſecundæ intentionis, veriſſimè dicuntur) reliqui ad conuertentia (de quibus veluti à primis differentibus non eodem pacto enunciantur prædicata) vocantur.

Sectio X.

Termini conuertibiles.

Qvando in explicanda nouiſſima diuiſione terminorum, de conuertibilibus ſermo incidit, conuenit vt de illis tradere non differamus, Terminos appellamus conuertibiles, qui ſe mutuò inferunt conſequentia, vt mortale, & animal, riſibile, & homo, definitum, & definitio. Conſequitur enim rectiſſimè, Animal rationale ſtudet virtuti, itaque & virtuti homo ſtudet, & contrà. E diuerſo, quotcunque non ad hunc modum ſe habent, non conuertibiles ſunt. Aduertendum interim diuerſiſſima eſſe dici ad conuertentia, & eſſe conuertibilia. Dicuntur ad conuertentia, quæ eſſe ſimul accipiunt, ac perdunt, reliqua verò non item: vt correlatiua omnia. Sequitur enim rectè: Pater eſt, igitur & filius eſt, & contrà. Non autem, Pater probus eſt, igitur & filius. Conuertibilibus verò omnia, prædicata æquè conueniunt, modò ne ſecundæ intentionis: vt idonea eſt conſequutio, Homo ad

Nota.

virtutem nititur, itaque & riſibile nititur ad virtutem, & è contrariò: non autem, riſibile eſt terminus adiectiuus, aut proprium, igitur & homo eſt terminus adiectiuus, & proprium: quod hæc poſtrema prædicata termini ſint ſecundarum intentionum.

Termini ſunt primarum intentionum, aut ſecundarum. Illi ſignificant res prædicamentorum, ſicut illas, quæ citra mentis noſtræ præuiam comparationem eſſe poſſunt. Hi vero termini artium, maximè Dialecticæ, Grammaticæ, & Rethoricæ, ſunt ſecundarum, quæ ſub ente rationis, tanquam ſub genere, continentur, quod per opus intellectus (fundamento, & termino præſuppoſitis) fiant.

SECTIO. XI.

ADMONENT, quæ mox præcedunt, vt de terminis primæ, & ſecundæ intentionis etiam paucula dicamus. Primæ intentionis termini ſunt, qui eas res ſignificant, quæ citra mentis noſtræ comparationem præuiam eſſe poſſunt, vt res omnium prædicamentorum. Illæ enim etiam ſi eas adinuicem, aut etiam aliter, mens noſtra non conferat, ſunt, naturamque ſuam ſingulæ continent. E diuersò termini ſecundæ intentionis ſunt, qui ſecundas intentiones, id eſt paſſiuas quaſdam comparationes, relictas ex actiuis, ſignificant, vt omnes termini omnium artium, diſciplinarúmque, præſertim verò Dialecticæ, Grammaticæ, ac Rethoricæ. Eas quidem intentiones ſecundas, ſiuè comparationes paſſiuas, qui de illis tradunt, aſſerunt nihil eſſe, id eſt, nullam rem eſſe, tamen intelligibiles: quapropter & illas entia rationis, id eſt, mentis, vocitant, illiſque prædicamenti cuiuſdem ordinem attribuunt, in quo genera ſint pro modulo ſuo, & ſpecies, & indiuidua. Vndè apud illos termini diſciplinarum, præcipuè ſecundas intentiones ſignificant: deindè illa, in quibus fundantur comparationes illæ paſſiuæ; vt, terminus, ſecundam intentionem præcipuè denotat, deinde voces, ſcripturas, & notiones, in quibus ſecunda intentio fundatur. Si fundandæ intentionis modum illos rogaueris, audies: Poſtea, inquient, quam intellectus vocem vnam contulit cum altera, ſub ea conditione, vt cum illa propoſitionis prædicatum, vel ſubiectum eſſe

Termini primæ intentionis.

Secundæ intentionis termini.

Modus ſecundæ intentionis fundandæ.

poſſit, in ea voce putamus relictam comparationem paſſiuam (cum enim intellectus eam vocem alteri comparauerit, igitur ea vox paſſa eſt comparationem) quæ eſt ſecunda intentio, ſubiectum appellata. Atque ad hunc modum per analogiam de reliquis diuinare conueniet.

Terminorum alij diſparati, quidam non diſparati. Priores, qui de ſe inuicem non prædicantur, ſaltem in abſtracto: poſtremi, qui de ſeipſis, in abſtracto & concreto, enunciantur.

SECTIO. XII.

Diſparati termini.

TERMINORVM alij diſparati ſunt, alij non diſparati. Diſparatos vocant Dialectici, qui de ſe inuicem non ferunt affirmatiuè enunciari, ſaltem in abſtractiuis: vt homo, lapis: album, & dulce. Nunquam enim vera erit enuntiatio, humanitas eſt (liceat fingere vocabulũ ad exprimendam lapidis naturam) lapiditas: nec, albor, & dulcedo, licèt in concretiuis terminis ea eſſe vera poterit: album eſt dulce, nempe ſi de lacte erit affirmatio. E contrario non diſparati, ſunt, qui de ſe inuicem patiuntur, vel in abſtractiuis, vllo modo affirmatiuè enunciari: vt homo, & rationale, homo, & animal, rationale, & riſibile. Nam & hæ in abſtractiuis veræ ſunt propoſitiones: humanitas eſt rationalitas, & humanitas eſt animalitas, rationalitas eſt riſibilitas identicé.

Non diſparati.

Caute lege.

Sicut quædam negatio negans, alia infinians reperitur: ſic quoſdam terminos infinitos, alios infinitatos, (ab allis ſic affectos) vltimos finitos eſſe, facilè iudicabitur.

SECTIO. XIII.

Termini finiti.

TERMINI aliqui finiti, aliqui infiniti, alij infinitati dicuntur. Finiti ſunt, quos nulla negatio ſolos afficit, ſiue determinat: vt hîc, vera eſt indoles, quæ pietatem promittit. Et, nullum hominem, morte excipit mortis dilatio, vbi hominem terminus eſt finitus. Solos dixit, quod negationes plerumque non tantum in proximos terminos exerant vim ſuam, ſed & in remotos quoque: quando negantes appellantur, & teneri neganter dicuntur. Aliquando in ſolos ſibi propinquos nehandi vim exercent: vt cum

poſt

poſt Prophetam dixit Apoſtolus: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſequutam, miſericordiam conſequutam. Et iterum. Ad æmulationem vos adducam in non gentem. Tumque dicuntur negationes infinitantes, & infinitanter concipi. Infinitati termini ſunt, quos infinitans negatio afficit: qui ſi non admoti eſſent negationi illi, alioqui finiti vocabantur. At ita eſt, ſi in illos ſolos negatio exerat efficaciam. Si enim in alios quoque effunderet, vt hîc concipi poteſt, Non ſtudio literario afficior: illud, ſtudio, non eſſet terminus infinitatus. Infiniti termini ſunt negationum & dictionum, quas ſic afficiant, aggregationes, vt illa, Non plebs, non dilecta. *Infinitati.* *Infiniti.*

Limitati ſunt quidam termini, res prædicamentales ſignificantes: reliqui tranſcendentes, res prædicamentali ordine ſuperiores, & laxiores, denotantes.

SECTIO XIIII.

EXCITAVIT nomen termini infiniti, vt terminorum diſtinctionem in limitatos, & tranſcendentes addetem. Limitatos itaque terminos vocamus, qui rem ſignificant prædicamenti cuiuſpiam ambitu coërcitam conſtrictamve: vt homo, candor, linea. Tranſcendentes, qui rem prædicamẽtali ordine ſuperiorem, laxiorémve ſignificant: vt Deus, & quæcunque de Deo enũciantur eſſentialiter, vel identicè, cuiuſmodi ſunt ſua ſapientia, bonitas, & diuinæ relationes. Addidi, laxiorémve, propter hæc nomina, ens, res, aliquid, bonum, verum, accidens, relatio, & ſi qua ſunt talia: quorum ſignificatio vaſtior eſt, quam prædicamentorum. *Termini Limitati.* *Tranſcendentes.*

Complexi termini, compoſitionem quandam Grammaticam apertam, vel latentem habent, illiſque reſpondet in animo conceptio complexa. Incomplexi autem quamlibet compoſitionem Grammaticam refugientes, illis, in mente ſola notitia ſimplices reſpondent. Complexum duplex, indiſtans (quod copula, eius partes non coniungat) aliud diſtans (quod eius partes iungat) iure dicitur.

Sectio XV.

Incomplexi termini.

Finis erit ſectionum terminorum, vbi dixero de incomplexis,& complexis. Igitur incomplexi termini dicuntur,qui ſic ſimplices ſunt,vt in illis non ſit vlla Grammatica compoſitio. Vel,vt aliis placet,quibus in mente reſpondent notitiæ ſimplices,& incomplexæ: vt præceptor, diſcipulus. Contra, Complexi ſunt, qui Grammaticam quandam compoſitionem habent apertam, vt vir bonus: aut latentem,vt ſi litera aliqua conſtituatur ad id ſignificandum, quod hæc complexio, animal rationale. Tum enim ea litera etſi palam ſimpliciſſima viſa ſit,clam tamen complexa eſſet. Alij ita, ac rectè quidem, definiunt terminos complexos eos eſſe,quibus in animo reſpondet conceptio complexa. At quia multo paratiora ingenia ad poſterioris huius cognitionem poſcuntur, quam vt Dialecticæ candidatorum ſint, malui vti priore, nihil interim derogans,his,qui ſecus non modo hæc, verum etiam omnia, quæ hoc libello ſcripſimus, definierint. Cæterum duplex eſt complexum,indiſtans, & diſtans. Prius illud eſt, cuius partes verbo non copulantur:vt,adoleſcens bene moratus, homo magna prudentia, fœmina bonæ formæ. Alterum eſt, cuius partibus verbi copula intercedit: vt, ad reliquas omnes diſciplinas Dialecticæ cognitio eſt neceſſaria. Hactenus de ſerioribus terminorum ſectionibus. Iam pergendum ad reliqua.

Complexi.

Duplex cõplexum.

Suppoſitionis definitio, terminos pro re poni:res autem, & figmenta reſ(niſi ampliationis ergo)affirmans, rem demonſtrabilem,ſenſu, aut intellectu,poſtulat aduerbia, aliáſque determinationes aliquando omittendas. In illa demonſtratione (quæ pronomine demonſtratiuo fit) & adiectiua (quæ propriè non ſupponunt) in ſubſtantiua mutanda eſſe docet.

Caput VI.

Suppoſitio.

Quid eſt ſuppoſitio? Termini in propoſitione poſitio, pro re quam ſignificat, quæ tamen oſtendi poteſt. Dixi,termini:non enim in propoſitionibus res ponuntur, ſed qui illas ſignificant termini. Et in propoſitione quod extra propoſitionem non ſit ſuppoſitio propriè. Nam ibi

rectius dicuntur termini, ſupponere, ſiue, vt rectius diceretur, ſupponi (ſupponuntur enim propriè, ea quæ aliorum loco ponuntur) vbi de illis affirmatur quippiam, aut negatur, quam vbi tantum res per terminos ſimpliciter concipiendæ offeruntur. Secus quomodo negari poſſint alia ſigna, quæ tamen termini eſſe non poſſunt, ſupponere, vt index vini venalis: ſi pro re ſignificata ſatis ſit poſitum eſſe? Talia tamen ſupponere inſanum verius, quàm abſurdum dicere. Et quæ poteſt demonſtrari. Illud ad excludenda commentitia poëtarum eſt additum: quæ cum nihil ſint, imo vero contradictio ſit ea exiſtere quæ ſignificant, ſupponere nullo modo poſſũt, niſi forſan per beneficium ampliationis, de qua poſtea. Huiuſmodi ſunt Chimæra, Hircocernus, Syrem, Cyclops, Harpya, Styx, Acheron, Cocytus, Satyrus, Hippocentaurus, & ſexcenta talia. Porro demonſtratio fit per pronomen demonſtratiuum adhibitum termino rei ſignificatæ in propoſitione affirmatiua vera de eodem verbo: vt ſi oſtendendum erit ſubiectum huius enunciati, Homo ad Dei cognitionem labore promerendam eſt conditus: ſic oſtendes, hoc eſt homo: iuxta quem modum & reliquos terminos de rebus ſignificatis verificabis. Cauendum autem, vt oſtendendo, aliud oſtendamus, quam pro quo erat ſuppoſitio: quamobrem & aduerbia, aliæque determinationes omnes aliquoties omittendæ erunt. Igitur vt oſtendatur ſubiectum huius effati, Omne creans neceſſariò eſt Deus, non erit ſic oſtendendum: hoc neceſſariò eſt creans, hæreticum enim id eſſet: ſed, hoc eſt creans. Neque hoc ſolum, ſed & adiectiua plerumque in ea nomina vertenda erunt, quæ adiectiuorum ſecundarij ſignificatis eſſent propria. Non enim extrema huius propoſitionis, Album poſſibile eſt eſſe nigrum, ſic oſtendes: Hoc poſſibile eſt eſſe album, & idem eſſe nigrum: ſed ſic, hoc eſt paries. Significabat enim vtrumque illius propoſitionis extremum parietem ſecundariè, ſiue ſignificato minus principali. Nec ſubiectum huius, Ens non demonſtratum eſt in profondo maris, ſic oſtendere conuenit: hoc eſt ens non demonſtratum: ſed, hoc eſt lapis, vel quidpiam aliud quod ſubiectum ſignificabat. At expecto vt abiicias, repugnare ſibi terminos ipſos, nempè vt oſtendatur lapis, quem propoſitio affirmat non demõſtratum. Duplex eſt oſtẽſio, vna ſenſuum, altera mentis, ſiue intellectus. Certè id quod in profondo maris eſt, nullo quidem ſenſu demonſtratur,

Commentitia poëtica exulant.

Quomodo fit demonſtratio.

Duplex oſtenſio.

ſed intellectu. Intelligit enim mens noſtra lapidem, etiamſi reconditiſſimus ſit, ſibique ipſi oſtendit, quod eſt ſatiſſimum. Ex ſuppoſitionis definitione illud tandem colligimus, quod adiectiua, ſi modo adiectiuè teneantur, non ſupponunt, quum etſi res quaſdam ſignificent, non tamen propriè, vt abſoluta quædam, ſed habitudine ad ſubiectum: propter quod aliqualiter (vt loquuntur) ſignificant, verius quam aliquid. Atqui his ſuppoſitio ſolis congruit, quæ aliquid ſignificant etiam propriè.

Suppoſitionis collectio.

Cum triplex ſit ſuppoſitionum genus, perſonalis) quæ non diſtinguit ſuperius ab inferiore) ſemel in communem, & diſcretã ſubdiuiditur. Prior iterum in determinatam (quæ ſine ſigno vniuerſali, particulari, vel cum duo ſigna ſibi inuicem ſunt obſtaculo, fit) confuſam tantum (quæ propter ſignum aliquod confuſiua virtutis, vel plura ſeſe mutuo in eodem termino prohibentia) quam deſunctam (quæ ſupponunt prædicata propoſitionum vniuerſalium, & quæ hæc aduerbia, æternum, ſemper, &c. ſequuntur) efficiunt, in terminos remotos, ſigna vniuerſalia affirmatiua: in propinquos, dictiones excluſiuè: copulatam vero, ſigna vniuerſalia in ordine ad dictiones numerales, & illæ numerales in terminos propinquos efficiunt, ſicut & duo ſigna vniuerſalia, quæ poſt operationem prioris, ſibi mutuo ſunt obſtaculo. Poſtremo in confuſam & diſtributiuam diuiditur, quam quæ dictiones efficiant, ſententia demonſtrat.

Capvt VII.

Tria ſuppoſitionis genera.

Tria ſuppoſitionis genera à veteribus Dialecticis conſtituta ſunt, perſonalis, ſimplicis, & materialis. Perſonalem hinc dixère, quod terminus pro perſonis ſignificatis in propoſitione ponatur: vt in hoc pronunciato, Homo plerunque homini bellua eſt: in quo illud, homo, non pro vniuerſa hominum natura ponitur, ſed pro perſonis aliquot, quæ in ſuæ naturæ conſortes non ſecus ac belluæ ſæuiunt. Nec tamen tam ſeuerè vocabulum ſuppoſitionis perſonalis accipiendum eſt, vt ad eos terminos laxari non debeat, qui perſonas non ſignificant: ſunt enim permulti qui res ſignificant, quæ nec perſonæ eſſe poſſunt, nec in perſonis eſſe: vt terra, lapis, mundus, aqua, bos, leo, anima, quæ tamen ſupponunt perſonaliter. Proinde ſic licet definire. Suppoſitio perſonalis eſt termini in propo-

Suppoſitio perſonalis.

ſitione poſitio,pro re quam ſignificat,in ordine ad alterum, qui non diſcernit ſuperius ab inferiore: vt hîc, Veritas in vino eſt. Superius appellatur, quod cum latioris ſit ſignificationis, de his quæ ſub ſe complectitur, neſſariè,atque eſſentialiter dicitur: vt animal in reſpectu ad hominem, bouem,aſinum,& cætera animalia: quæ ipſa inferiora ſunt in reſpectu ad illud,propterea quod tam effuſæ ſignificationis non ſint, & de his illud neceſſariè,atque eſſentialiter affirmetur, Terminus autem diſcernit ſuperius ab inferiore,cum de vno ſic affirmatur, vt non item de altero. Horum exempla in proximo accipies. Interim diſtinguenda perſonalis ſuppoſitio in communem,& diſcretam. Diſcreta eſt termini ſingularis (quem idcirco diſcretum nominant, quod diſcernat ſingula ab inuicem) pro re quam ſignificat in propoſitione poſitio: vt hîc, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Communis, eſt termini communis in propoſitione poſitio pro re quam ſignificat in ordine ad alterum, qui non diſtinguit ſuperius ab inferiore: vt, Vinum non habet clauum. Nam non habere clauum, tam commune eſt inferioribus,id eſt,ſingulis vini portionibus, quam generali naturæ vini: & illud, vinum, cum ſit terminus communis, nec cohibeatur aliqua particula ſingularizante,vt vocant,procul dubio ſupponit communiter, quum in ea propoſitione poſitum ſit pro omnibus vini portionibus communiter. Hæc vero communis ſuppoſitio iterum in tres diducitur, determinatam, confuſam tantum: & confuſam diſtributiuam. Determinata, eſt termini communis poſitio in propoſitione, pro re quam ſignificat,in ordine ad alterum, qui non diſtinguit ſuperius ab inferiore, idque abſque vllo ſigno ſingulari vel vniuerſali,aut certè cum diuerſa ſigna ſibi mutuo ſunt obſtaculo: vt Veritas pati,vinci non poteſt. Et, Non quicunque librum gerit, is continuò doctus eſt. Confuſa eſt termini communis in propoſitione poſitio, pro re quam ſignificat in ordine ad alterum,qui non diſtinguit ſuperius ab inferiore, idque propter ſignum aliquod confuſiuæ virtutis,vel plura ſeſe in eo termino mutuò prohibentia: vt in his proloquiis, Omnes aſpiramus ad fœlicitatem, &,Nemo non afficitur priuatis commodis, illa, fœlicitatem,& commodis,ſupponunt confuſè tantum. Cauſas accipies,cum diſſeretur de deſcenſu. Hanc porrò ſuppoſitionem faciunt disiunctam in terminos remotos,& diſſitos

Quid ſuperius.

Terminus diſcernit ſuperius.

Diſcreta ſupp.

Communis.

Determinata.

Confuſa.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſigna vniuerſalia affirmatiua, vt omnis, quicunque, totus, & ſimilia. In propinquos dictiones excluſiuæ, vt, Solus Deus eſt ſummè bonus: Tantùm rationis facultate homo differt à beſtijs. Prædicata quoque propoſitionum vniuerſalium affirmatiuorum omnia, etiamſi propter negatiua ſigna tales exiſtant, ſupponunt confuſè tantum diſiunctè: vt hic, Nemo non eſt rei ſuæ intentus. Æquiualet enim huic: Omnes intenti ſunt ad rem ſuam. In qua propoſitione haud dubiò illud, rem, ſupponunt confuſè tantum diſiunctè, vt prædiximus. Denique termini, qui poſt hæc aduerbia ſubſequuntur, ſemper, æternùm, perpetuò, infinitè, & ſimilis ſignificantiæ omnia: propterea quod complexo ex ſigno vniuerſali, & dictione diſtributa æquiualeant, nempè huic, omni tempore, vel ſimili. Confuſam autem copulatam efficiunt ſigna vniuerſalia, in ordine ad numeralem dictionem, ſic: Omnes Apoſtoli ſunt duodecim: Omnes Categoriæ Ariſtotelis decem ſunt: in quibus orationibus illa (Apoſtoli, & Categoriæ) ſupponunt confuſè tantum copulatim. Dictiones item numerales in terminos propinquos: vt, Tres ſunt diuinæ perſonæ. Hoc ſupponendi genere ſupponit & dictio, in qua negatiuum ſignum, quod iam ſemel in alia vim exeruit, prohibitum eſt per affirmatiuum: vt in hoc proloquio, Nemo omni ſcientia præditus eſt. Quinimò illud vniuerſum adijci poteſt, quod quoties duo ſigna vniuerſalia poſt prioris primam (vt ſic dicam) operationem, ſibi mutuo erunt impedimento, ſuppoſitio futura ſit confuſa, & copulata: vt hic, Omne animal præter hominem eſt expers rationis: in qua propoſitione, ſi dicamus illud, hominem, ſupponere confuſè tantum copulatè, rectius erit, & apertius. Nam quomodo alij eius dictionis ſuppoſitionem conſtituunt, moleſtiſſimus eſt deſcenſus, & vix erui veritas poteſt. Iam ſuppoſitio confuſa, & diſtributiua eſt poſitio termini in propoſitione, pro re quam ſignificat, in habitudine ad alterum, qui non diſtinguit ſuperius ab inferiore, ita vt alter ille terminus, omnibus ſic ſupponentis ſingularibus debeat conuenire: vt, Omnis homo mortis edicto eſt obnoxius. Propterea enim diſtributiua appellata eſt, quod omnibus comprehenſis ſub termino ſic ſupponente, alter terminus diſtribuatur, fiatque communis. Vim autem huius ſuppoſitionis efficiendæ habent ex nominibus, omnis, cuncti, vnuſquiſque, cætera, cæterum, alius, totus, quotus, quotuſquiſque, vterque, neuter, ſolus, nemo,

Confuſa copulata.

Confuſa diſtributiua.

Signa ſuppoſitionem diſtributiuam efficientia.

nullus, vnicus, orbus, nudus, ſpoliatus. Ex aduerbiis, nonnũquam, neutiquã, haud, haud quaquam, nequaquã, nuſquã, nullibi, ſolũ, ſollummodò, tãtùm, tantũmodò. Ex coniunctionib⁹, nec, neq;, quatenus, quà, inquantũ. Ex præpoſitionibus, ſine, abſque, præter, citra, extra, ſupra, infra. Ex interiectionibus, exclamatiuæ omnes. Ex verbis, differo, diuerſus ſum, diſtinguo, repugno, nego, priuo, orbo, nudo, ſpolio, Denique quotquot negationem habent latentem, ea omnia, diſtribuunt caſum, quem exigunt: vt gradus comparatiui, & ſuperlatiui. Aduerte tamen non eandem omnibus diſtribuendi, id eſt, efficiendæ ſuppoſitionis confusè, & diſtributiuè rationem eſſe. Nomina enim affirmatiua omnia, propinquum terminum quem afficiunt, hoc modo compellunt ſupponere: præterquam ſolus, & vnicus, quæ more excluſiuarum dictionum, hanc vim efficiendæ ſuppoſitionis differunt ad terminos remotos. Nam perinde, vt hìc, Tantum Deus eſt infinitus, illud, infinitus, ſupponit confusè, ac diſtributiuè: ſic, & in hac oratione, Vnicum eſt ſummum bonum, illud, ſummum bonum, ipſo ſuppoſitionis genere ſupponit. Negatiua autem non proximum terminum modo diſtribuunt, at etiam diſſitum ſiue remotum, ni ab illis prohibeantur. Illud enim perpetuum eſt, vt ſigna eiuſdem efficaciæ ſibi occurrẽtia, ita ſibi inuicem obſint, vt proximus terminus non diſtribuatur: ſi tamen alterum ſignorum negatiuum fuerit, quam non potuit in vicinam exerere, vim differet in remotum: in quo, quod ſit negationis vis maior, quam affirmationis, nullum patietur obſtaculum.

Affirmatiua nomina

Negatiua nomina.

Regula.

Suppoſitio ſimplex definitur, quod pro re ſimplici terminus in propoſitione ponatur, ſuperiuſque diſtinguat ab inferiore: cuius, ſicut quidam eſt terminus communis, alius ſingularis, ſic eius ſubdiuiſio in communem, & diſcretam aſſignatur: quarum rerum demonſtratio pronomine demonſtratiuo oſtenſiuo ſit, non ſingulariZante.

CAP. VIII.

QVID eſt ſuppoſitio ſimplex? Termini in propoſitione poſitio, pro re quam ſignificat, in ordine ad alterum, qui diſtinguit ſuperius ab inferiore: vt, Homo eſt ſpecies animalis, iuſtitia ſpecies virtutis, Paulus indiuiduũ quoddam eſt humanæ ſpeciei. In iſtis propoſitionibus, ſic

Suppoſitio ſimplex.

prædicata aptantur ſubiectis, vt nec inferioribus illorum, aut ſuperioribus etiam aptari poſſint. Sic enim homo ſpecies animalis eſt, vt nullus homo interim ſit ſpecies animalis, ſed modo indiuidua ſunt ſinguli. Et ſic Paulus indiuiduum exiſtit humanæ ſpeciei, vt homo interim non ſit indiuiduum, ſed ſpecies. Ergo ſuppoſitio, idcirco dicta eſt ſimplex, quod per eam terminus pro re ſimplici, ac præcipuè ſignificata ponatur in propoſitione. Qui verò termini diſtinguant ſuperius ab inferiore, nondum numerati ſunt; ſaltem hæc id præſtant, ſuperius, inferius, commune, minus commune, ſingulare, particulare, vniuerſale, prædicabile, genus, ſpecies, indiuiduū: proindèque ſemper nomina, quæ ex habitudine, ad huiuſmodi ſupponūt, ſimpliciter ſupponunt. Eſt autem ſimplex ſuppoſitio, & ipſa duplex, cōmunis, & diſcreta. Communis eſt, per quam terminus cōmunis ſupponit ſimpliciter: vt, Animal genus quoddam eſt ſubſtantiæ, Obedietia iuſtitiæ eſt ſpecies. Diſcreta, per quā terminus ſingularis (quem & diſcretum vocant) ſupponit ſimpliciter; vt, Petrus eſt indiuiduū humanæ ſpeciei, Paulus eſt perſona humana. Dubitari poſſit interim quo pacto huius ſuppoſitionis oſtenſio fieret, quæ omni ſuppoſitioni neceſſaria eſt: quum non legitimè oſtendatur, ſi ſic oſtendatur, hoc eſt homo. Supponebat enim pro hominum vniuerſa natura, quæ eſt ſpecies, non qua ſingularis, ſed qua communis, quæ tamen oſtendi ſingularis videtur, quum ſic oſtenditur, hoc eſt homo. In pronomine, hic, hæc, hoc, vis eſt gemina, oſtendendi, & ſingulare conſtituendi, ſiue (vt loquuntur) ſigularizandi. Si prioris erit vſus modo, recta erit oſtenſio: ſi etiam alterius, minùs recta quum aliter oſtendatur, quam eſſet termini ſuppoſitio.

Quare dicta ſimplex ſuppoſitio.

Simplex ſuppoſitio eſt duplex.

Duplex pronominis facultas.

Materialis ſuppoſitio ob id dicitur, quòd terminus pro termino (qui vilis quadam materia reſpectu alterius ſignificati, quod formale nuncupatur, dicitur) cuius tot ſunt differentiæ, quot ſunt impersonali.

Capvt IX.

Suppoſitio materialis

Qvid eſt ſuppoſitio materialis? Termini poſitio in propoſitione pro ſeipſo, aut pro ſibi ſimili: vt hic, homo eſt terminus communis, illud, homo, pro ſeipſo ponitur: hìc verò, Homo, eſt terminus, vocalis, ponitur

pro voce, hactenus ſimili ſcripturæ, quòd ad eandem rem ſignificandam inſtituta ſit. Suppoſitionis materialis tot differentiæ eſſe poſſunt quot perſonalis: ita vt qui illas calluerit, has non poſſit ignorare. Illud tantùm ſuperaddendum videtur, quòd propterea materialis ſuppoſitio vocata eſt, quòd per eam terminus pro termino ſupponit, qui ſordida quædam viliſque materia eſt, collatus, ad ſignificatum, quòd ea de cauſa etiam formale conſueuit nominari.

Deſcenſus, qui eſt enumeratio omnium pro quibus fit ſuppoſitio, quadruplex eſt (qui fit ſub termino ſupponente, confuſè & diſtributiuè) copulatiuus (ſub termino confuſè copulatè ſupponente factus) disiunctiuus (qui eſt ſub termino determinatè ſupponente) & disiunctus (qui ſub termino confuſè disiunctè ſupponente reperitur) quod quomodo ab inuicem differant, docet litera.

CAPVT X.

VT veritas propoſitionum apertiùs erueretur, excogitarunt veteres Dialectici, deſcenſum, per quem ſuppoſitionis natura innoteſceret. Definierunt autem eſſe enumerationem omnium pro quibus erat ſuppoſitio, in conſequentia bona. Vt, hæc enumeratio, hic venter non habet aures, vel hic venter non habet aures, atque hoc modo de reliquis, deſcenſus eſt omnium, pro quibus ponebatur ſubiectum huius propoſitionis. Venter non habet aures. Dixi, pro quibus erat ſuppoſitio: vt excludamus inutilem ambiguitatem, vtrum enumerando vtendum ſit eodem termino, an aliis idem ſignificantibus. Nam non idcircò hic deſcenſus non eſt idoneus, Petrus viuit, Paulus viuit, Adam viuit, atque ita de reliquis, enumerando ea, pro quibus poſitum fuerat ſubiectum huius pronunciati, Omnis homo viuit, quòd aliorum terminorum vſus ſit, quàm eſſet in ſubiecto eius orationis, ſub cuius ſubiecto deſcenditur, ſed quòd aliquid numeratur, pro quo non erat ſuppoſitio, nempè Adam. Eſt autem quadruplex deſcenſus, copulatiuus, & copulatus, disiunctiuus, & disiunctus. Quid eſt deſcenſus copulatiuus? Enumeratio copulatiua omnium, pro quibus erat ſuppoſitio, ídque in conſequentia bona: vt cùm ſub huius propoſitionis prædicato, Tempus reuelat omnia, ſic deſcenditur. Igitur tempus hæc

Deſcenſus.

Quadruplex deſcenſus.

Copulatiuus.

reuelat, & tẽpus hæc reuelat, eóque pacto de reliquis. Et ſub huius ſubiecto: Quicunque vitulũ ſuſtulerit, taurum tollet, ſic: Igitur hic qui vitulum ſuſtulerit, taurũ tollet, & hic, qui vitulũſuſtulerit, taurũ tollet, ac perindè reliqua. Quoties eſt ſuppoſitio confuſa, & diſtributiua, hunc deſcẽſum colligere opportet ſub termino ſic ſupponẽte. Quid eſt deſcenſus copulatus? Enumeratio copulata omniũ, pro quibus erat ſuppoſitio, hoc pacto: vt ſub prædicato huius propoſitionis, Nemo mortaliũ benè ſapuit omnibus horis, ſic deſcẽditur ſiue enumeratur: Igitur nemo mortalium benè ſapuit hac hora, & hac hora, & cæteris omnibus: & ſub ſubiecto huius, Omnes Apoſtoli Chriſti ſunt duodecim, ſic: Igitur hi Apoſtoli Chriſti, & hi Apoſtoli Chriſti, & deinceps reliqui, ſunt duodecim. Quoties eſt ſuppoſitio confuſa copulata, hoc modo decet enumerare. Id autem intereſt copulatiuo deſcenſui, & copulato, quòd ille eſt propoſitio copulatiua, ex pluſculis conſtituta: hic vnica eſt propoſitio, cuius alterum extremum eſt copulatum. Quid eſt deſcenſus diſiunctiuus? Enumeratio diſiunctiua omnium pro quibus erat ſuppoſitio. Idque in conſequentia bona: vt ſub ſubiecto huius propoſitionis, Exercitatio poteſt omnia, ſic deſcenditur: Itaque hæc exercitatio poteſt omnia, vel hæc, exercitatio poteſt omnia, atque ita de reliquis. Quãquàm ſi rigorẽ canonis obſeruemus, pulchrior erit oratio, quàm verior. Et ſub huius itẽ ſubiecto: Parit ſatietas ferocitatẽ, ſic: Itaque hæc ſatietas parit ferocitatẽ, vel hæc ſatietas parit ferocitatẽ, àc ita de reliquis. Quoties autẽ ſuppoſitio eſt determinata, hic deſcẽſus colligitur. Quid eſt deſcẽſus diſiunctus? Enumeratio diſiuncta omniũ, pro quibus erat ſuppoſitio, idq; in cõſequentia bona: vt ſub ſubiecto huius propoſitionis, Sola virtus nobilitat hominem, ſic deſcenditur. Itaque ſola hæc, vel hæc virtus nobilitat hominem. Et ſub prædicato huius, omnes frangimur mollitie, ſic: Igitur omnes frãgimur hac, vel hac mollitie. Iam quoties ſuppoſitio eſt confuſa diſiuncta, ſic conuenit enumerare. Duobus autem diſtinguuntur deſcenſus diſiunctiuus, & diſiunctus: Vno, quòd ille eſt propoſitio diſiunctiua ex pluſculis conſtituta: hic alterum tantùm extremorum diſiunctum habet. Altero, quòd diſiunctiui, pars aliqua vera eſt determinatè, diſiuncti non ita: ſed ſufficit in genere, ſiue in communi, terminum ſic ſupponentem alteri coaptari.

Copulatus. *Diſiunctiuus.* *Diſiunctus.* *Nota.*

De canonibus deſcenſus.

Deſcenſus eſt ſub ſolo termino communi. Quando fit ſub ſubiecto, manet prædicatum inuariatum: quando verò ſub prædicato, iteratur ſubiectum, & dum ſub ſubiecto propoſitionis exceptiuæ vertitur illud, præter, in aliud ab. Non reperitur autem ſub terminis hypotheticarum propoſitionum, veluti nec ſub termino ſimpliciter ſupponente.

PRIMVS, Sub ſolo termino communi licet enumerare, ſiue deſcenſum colligere: quùm is ſolus plura complectatur ſignificatione, quæ enumerando colligi poſſint, Termini enim ſingulares tantùm vnum ſignificant. *Sex deſcenſus canones. Primus.*

Secundus, Quoties deſcenſus fit ſub ſubiecto, maneto prædicatum inuariatum. Secus enim verum colligeretur ex falſo. Nam ſi enumeres vna opera ſub vtraque extremitate huius propoſitionis, Omnis homo, eſt omnis homo, verum colliges in hunc modum, Itaque hic homo, eſt hic homo, & hic homo, eſt hic homo, ſic affirmando de ſingulis: quùm tamen falſa ſit propoſitio. Proínde ſic enumeretur, Igitur hic homo, eſt omnis homo, & hic homo, eſt omnis homo: tum patebit proloquium falſum eſſe. *Secundus.*

Tertius, Enumerando ſub prædicato, toties iteretur ſubiectum cum hac particula, idem hoc pacto: Homo eſt omne animal. Itaque homo eſt hoc animal, & idem homo eſt hoc animal, ac perínde de cæteris. *Tertius.*

Quartus, Sub terminis hypotheticarum propoſitionum, non patimur enumerare, ſiue deſcenſum colligere, ne falſum conſequatur ex vero. Si enim ſub ſubiecto huius pronunciati, Si omnes piè vixerint, omnibus tandem erit optimè, ſic colligas: Itaque ſi hic piè vixerit, omnibus tandem erit optimè: falſum concludetur ex vero. *Quartus.*

Quintus, Cùm fit deſcenſus ſub ſubiecto propoſitionis exceptiuæ, verti debet illud, præter, in aliud ab, ne ſit illatio ſordida, ſic: Omne animal præter hominem expers eſt rationis: Igitur hoc animal aliud ab homine expers eſt rationis, & non, Igitur hoc animal præter hominē: quùm exceptio non fiat, niſi ab vniuerſali, ſeu diſtributione. *Quintus.*

Sextus, Sub termino ſimpliciter ſupponente deſcenſus non permittitur, ne ex vero falſum colligi videatur. *Sextus.*

Ampliatio, accommodatio, ſiue extenſio quædam liberior termini ad temporis differentias, quàm alias eſſet, ſi

vſque ad poſſe eſſe, quibuſdam aduerbiis (poſſ. impoſſ. conting. neceſſe) verbis poſſum, queo, valeo: adiectiuis in bilis, & bile, terminatis: quæ omnia ampliant nedum terminos præcedentes, ſed etiam ſequentes, ſi modò tales termini, præcipua ſint propoſitionum extrema. Hac ampliatione minimè afficiuntur propoſitiones neceſſariæ: quinimo à tempore potius dicuntur abſolui.

Capvt XI.

Ampliatio.

QVID eſt ampliatio? Liberior quædam termini accommodatio ad temporis differentias, quàm ſecus: vt hîc, Malum hominem poſſibile eſt fore bonum, illud malum hominem, liberiùs accommodatur differentię temporis futuri, quàm ſi ſimpliciter dictum eſſet, Malus homo erit bonus. Itaque prior illa oratio, veriſſima eſt, hæc poſterior dubia: nec diſcrepantiam interim tantam aliud quàm terminorum ampliatio facit.

Quæ ampliant terminos.

Ampliant terminos, ſeu verius laxant vſque ad poſſe eſſe, hęc aduerbia, Poſſibile, impoſſibile, contingens, & neceſſè, ſiue neceſſariò, nec ea ſolùm, ſed & verba, Poſſum, queo, valeo. Vim non diſſimilem terminos effundendi habent nomina adiectiua in bilis, vel bile terminata, & in tiuus, tiua, tiuum. Proinde huius pronunciati, Creantem neceſſe eſt eſſe Deum, ſubiectum effunditur vſque ad poſſe eſſe: quod ita explicatione doceo. Sic nimirum explicatur, Quod eſt, vel fuit, vel erit, vel certè poteſt eſſe creans, neceſſariò eſt Deus: adeò vt non poſſimus de eo ſolo concipere, qui nunc creat: ſed de eo, qui creandi facultatem olim fingeretur habiturus.

Animaduerſio.

Cęterùm quum explicamus effuſionem ſiue ampliationem termini, ita id decet nos facere, vt cæteri maneant haud variati, ni fortè illi ampliati quoque eſſent, ſimúlque placeret explicare. Quapropter? ſubiectum huius propoſitionis, Neceſſe eſt eum, qui velit cœlum conſcendere, piis factis dare operam, ſic explicabitur: Neceſſe eſt eum, qui fuit, aut eſt, aut erit, aut eſſe poteſt, ſi modò velit cœlum conſcendere, dare piis factis operam. Vel ſic vna opera explicabis terminos huius, Poſſibile eſt hominem, ſiquidem niti velit, omnium peritum fieri: poſſibile eſt hominẽ qui eſt, aut fuit, aut erit, aut eſſe poteſt, ſiquidem niti voluerit, peritum eum eſſe, qui nunc eſt, aut fuit, aut erit, aut eſſe poteſt. Volunt enim Dialectici veteres præſtitutas ampliandi dictiones ſequentes terminos, æquè vt pręcedentes am-

pliare: quòd mihi quidem probabitur, ſi de terminis ſentiant, qui aut præcipua extrema ſunt propoſitionum, aut pro præcipuis poſita. Non enim video, cur illud, cœlum amplietur in hac oratione, Neceſſe eſt eum, qui velit cœlum conſcendere, piis factis dare operam: in qua etiam illud, eum, pro præcipuo extremo poſitum eſt: id quod ſi reſoluas, erit liquidum. Sic enim reddes: Is, qui cœlum vult conſcendere, neceſſariò dat piis factis operam. Ad ſuperiorem dictionum amplitiuarum numerum, quidam terminos ſecundarum intentionum adiiciunt: Alij verbum imaginor, & aduerbium imaginariè: qbod etiam volunt latioris eſſe amplificationis. Non enim (aiunt illi) vſque ad poſſe laxant terminum modò, at etiam vſque ad fingi, propter quod illis ſupponunt commentitia nomina: alioqui non ſuppoſitura, ſi, vel verbum, imaginor, vel aduerbium imaginariè, non adponeretur. Sentiunt itaque has falſas eſſe, Hircoceruus ludit cum Chimæra, Fauni ſyluas pererrant, Sphinx eſt ab Oedipo ſuperata, quòd ſubiecta nõ ſupponant: id quod tamen in omni propoſitione affirmatiua eſt neceſſarium, hanc autem veram, Hippocentaurus imaginatur, ſeu fingitur (habet enim id verbi tantum facultatis) componi ex equo, & ſeſſore homine: quòd iam per adhibitionem huiuſmodi, nomina videantur ſupponere, quæ ſecus non erant ſuppoſitura. *Termini ſecundæ intentionis non ampliantur.*

Quid tandem de propoſitionibus neceſſariis, An in illis eſt ampliatio, Minimè, ſed temporis abſolutio. Cùm enim audis, homo eſt animal, ſic concipis, vt nullum certum tempus interim concipias, ſed ita eſſe, vt ſignificat hæc oratio, pro omni tempore tibi ſuades verum eſſe, quomodo non concipiuntur propoſitiones contingentes. *Propoſitiones neceſſariæ à temporis differentia abſoluuntur.*

Reſtrictio ampliationi contraria, termini eſt cohibitio, ne tam latè eius ſignificatio pateat, qua omnibus orationis partibus (interiectione dempta) fit: nomine autem non vnico modo. Aut enim admoto adiectiuo (quod aut reſtringens aut alienans dicitur) aut ſubſtantiuo ſit, vel obliquo nomine: poſtremò appoſitione dictionis minùs communis, ad latiorem, ſiue communiorem, ſicut additione alicuius relatiui. Cum verò reſtrictio ſit nominis (vt quandoque aduerbij, & verbi, notandum reſtrictum terminum ſupponere pro modulo cohibentis. Quare ſi verbum ſignificationem ſubiecti reſtrinxerit, illud pro permiſſione verbi tantùm ſupponet,

CAPVT XII.

AMPLIATIONI contraria eſt reſtrictio: quòd illa effundat terminum, hæc colligat, atque compeſcat. *Reſtrictio.* Eſt itaque reſtrictio, termini cohibitio, ne tam latè illius ſignificatio pateat: vt hic, Homo pius Deo acceptus eſt: illud, homo, non tam latè ſignificationem expandit, vt ſi adiectiuum, pius, illi admotum non eſſet. Si enim auferas adiectiuum, de omni homine poſſit intelligi: cùm adhibetur, non ita. Rurſus hîc, Tantam peccandi licentiam blanditia peperit, illud, blanditia, non omnem ſignificat blanditiam, quùm ea interdum ſit maximè vſus: ſed præteriti temporis. Quot modis fit reſtrictio? Plurimis, non ex *Per cunctas orationis Grammaticæ partes fit reſtrictio.* ſolo nomine, ſed & ex verbo, pronomine, participio, aduerbio, coniunctione, & præpoſitione: vt, Vir doctus, illud meritum, homo ſapit, minùs prudenter, amor æſtuans, lapis quatenus quadratus, crudelis in patriam. Nunquid vno modo per nomen fit reſtrictio? Immò verò tribus. Semel admoto adiectiuo, ſic: Amicus certus in re incerta noſcitur: Et, Homines ſtudioſi officio, quàm verbo melius cognoſcuntur. At interim non omittendum, quòd adiectiua non omnia vim eandem reſtringendi habent. Aliqua *Dictionum alia compeſcens, alia auertens.* enim ſolummodò compeſcunt, ac contrahunt ſignificationem, ne tam procul exeat, vt ea quæ in exemplis mox præmiſſis adduximus, vocantúrque determinationes reſtringentes. Alia prorſus auertunt ſignificationem, vt mortuus, pictus, & ſi qua ſunt talia. Hîc enim, Homo eſt mortuus, iam illud homo, pro ſolo cadauere ponitur: & hîc, Cicero eſt pictus, pro ſola pictura, illud, Cicero, concipitur: quare huiuſmodi adiectiua determinationes di- *Obliquo nomine fit reſtrictio.* ſtrahentes, ſiue alienantes appellata ſunt. Rurſus obliquo nomine, id eſt non recti caſus fit reſtrictio: vt, Ciceronis officia, puer ſpectabilis indolis, homo pulchro nomine. Et appoſitione dictionis conſtrictioris, ſiue minus communis, ad latiorem, ſiue communiorem: vt Virgo Maria, Chriſtus Ieſus, Vrbs Roma.

Relatio. Denique per relatiuum, ſic: Is frangat nucem, cui nucleũ eſſe vult: per quam orationem, non omnibus frangẽda nux edicitur: ſed ei ſaltem, qui nuclei delitias affectat. Ergo ſi nominis erit reſtrictio, illud pro paucioribus ponetur, qu citra reſtrictionem: ſi verbi, id non tam libere accommodabitur ſubiecto: vt hic, Ingratè paret, qui paret com ĩ.

pulſus: &, Amore pecuniæ omnia ſunt facilia: à quibus orationibus ſi auferas illa, ingratè, &, amore pecuniæ, non ita conſtricta erit accommodatio verborum ad ſubiecta. Si denique aduerbij reſtrictio per aliud fuerit, vt parùm candidè, tantùm contrahetur aduerbij ſignificatio, vt non ſit tam libera. Poſtremò illud perpetua retinendum memoria, quòd terminus cohibitus, ſiue reſtrictus, ſupponit pro modulo cohibentis, ſiue reſtringentis, vt Vir pius pro ſolis piis. Et de verbo reſtringente, ſiue cohibente ſignificationem ſubiecti, hic eſt celeberrimus canon, quod *Canon celebris.* ſubiecta propoſitionem ſupponunt pro ratione, ac permiſſu verborum: adeò vt ſi verbum ſit contingens, pro his tantùm, quibus congruere verbi ſignificatio poteſt, erit ſubiecti ſuppoſitio: ſi neceſſariam ſubiecti, ac prædicati cōiunctionem denotet, ſubiectum pro omnibus, præteritis, futuris, præſentibus, ac poſſibilibus ponetur.

Appellatio, euocatio quadam peculiaris alterius ſignificatorum termini, ſolis adiectiuis efficitur, idque nominum aut participiorum (qui ſoli termini appellatiui dicuntur) reſpectu: cuius tales traduntur regula: Si nomina numeralia abſolutis admoueantur terminis, pracipuum ſignificatum (quod & formale vocatur) appellabunt: ſin verò adiectiuis adhibebuntur, ſecundarium (quod & materiale.) Quòd ſi adiectiua adiectiuis adhibita fuerint, alterorum ſignificata ſecundaria euocabunt: Participia, vt & verba accommodant ea, quibus iunguntur ſuo tempori.

CAPVT XIII.

QVID eſt appellatio? Eſt peculiaris quædam euocatio ſignificatorum alterius termini: vnde & appellationis nomen exortum eſt. *Appellatio.* Veteres laxabant appellationem ad plurima: quæ, quia ſuperuacanea viſa ſunt, à nobis ſunt prætermiſſa. Tantùm ſeriora præcepta trademus, quibus ſcitis maximoperè vſus eſt, nō in ſola Philoſophia, ſed & in Theologia, idque quàm clariſſimo licebit ordine. *Tria appellationis præcepta.* Illud principio perſuaſum eſto, ſolis adiectiuis facultatem appellādi ineſſe: deinde omnes appellatiuos terminos propriè nomina eſſe, aut participia, Nomina numeralia, ſi abſolutis terminis admoueantur, præcipuum ſignificatum appellabunt. Quocirca falſæ ſunt enuntiationes, Duo ſunt ſpiratores in diuina Trinitate, & tres ſunt creatores: quòd ſit

duobus vna vis modò ſpirandi, & tribus vna creandi efficacia, per hos terminos ſignificatæ. Sin terminis adiectiuis adhibebuntur, appellabunt ſecundaria, præſertim ſi ea modum operationis exeuntis habebunt. Propter quod hæ ſunt veræ, Tres ſunt in diuina Trinitate creantes, Duo ſunt ſpirantes. Alia adiectiua adiectiuis adhibita euocant alterorum ſignificata ſecundaria: vt cùm audimus, Franciſcus, eſt modeſtiſſimus Princeps, Hieronymus eſt abſolutiſſimus Theologus: ſic concipimus, vt non ſit principatus, id eſt res relatiua modeſtiſſima: non Theologia abſolutiſſima, etiam ſi ſic poſtremum concipi poſſit: ſed Franciſcus, & Hieronymus, qui ſignificabantur ſecundariè ab adiectiuis Princeps, & Theologus. Illud tandem diſſimulandum non eſt, quòd vt verba, ita participia accommodant ea, quibus adiunguntur, ſuo tempori. Vnde cùm dicitur. Veneror principem, obſequor præceptori, ita concipi oportet, vt tum ſint princeps, & præceptor, cùm veneror, & obſequor.

Tres ſunt creantes, & non creatores, duo ſpirantes, & non ſpiratores in S. Trinitate.

Nota.

Diſtributio, laxatio termini ad ſecundaria ſignificata copulatiuè accipienda duplex cernitur, vna partium, ſecunda ſingularium. Totus, & infinitus (qua diſtributionem partium efficiunt) quandoque diſtributiuè, ſiue ſyncategorematicè, aliàs non diſtributiuè, ſiue categorematicè ſumuntur. Diſtributio ſingularium duplex eſt, duorum, & omnium: omnium, quadruplex. Eſt enim aut ſimplex (qua eſt vniuerſalis diſtributio cùm nihil ſubducitur) aut ſingularis (qua fit cùm ſuum cuique, non idem omnibus accommodatur) vel interpollata (qua eſt quotiens inter diſtributa quidpiam eiuſdem generis interſeritur) aut in termino qua dignoſcatur, dum non licet altero termino vti in enumeratione, quàm poſito in propoſitione, Simplex iterum diſtributio ſubdiuiditur in diſtrib. generum (qua à tota collectione quadam excipit) diſtrib. ſingulorum (qua nihil excipit diſtrib. accommodam) qua ex modo diſtributionis quiddam excipit, & diſtrib. ſigillatim (cui in altera extremitate alia reſpondet diſtributio.)

CAPVT XIIII.

Diſtributio.

QVID eſt diſtributio? Laxatio termini ad omnia ſignificata ſecundaria copulatiuè accipienda: vt hic, Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci: illud punctum, ob ſignum diſtributionis laxatur ad ſignificandá omnia

omnia puncta. Dixi copulatiuè, quod omnis terminus communis laxetur quidem ad ſignificata omnia ſecundaria, ſed non ſemper copulatiuè: nimirum cùm dicitur, Anus ſimia ſerò capitur: illud ſimia, omnes quidem ſimias anus concipiendas obijcit, ſed diſiunctiuè, non copulatiuè: quùm nonnunquàm accidere videamus, vt vel annoſiſſimæ capiantur. Hic contrà, Omne ſolum viro forti patria eſt, illud, ſolum, omnia ſignificata ſimul obijcit concipienda copulatiuè, adeò vt nihil exceptum ſit. Itaque diſtributionem appellarunt hanc termini affectionem, idcircò quòd quicquid de termino ſic affecto dicitur, id omnibus, quæ ille ſignificat, eſt diſtributum. Nunquid vnica eſt diſtributionis ſpeciès? Vna eſt partium, altera ſingularium, ſiuè inferiorum, vt vocant. Prior illa tribuitur his nominibus, totus, & infinitus. Certè enim cùm dicimus, Hoc rumore tota perſtrepit ciuitas: ſic concipimus, vt omnes ciuitatis partes, id eſt ciues, hunc rumorem pertractent quidem: non autem omnes ciuitates. Et cùm loquimur, Infinita linea nequit effici: non ſic concipimus, quaſi nulla linea effici poſſit, ſed quod magnitudo immenſa omnem ſuperat facultatem. Veruntamen aduertendum, quòd non ſemper hæ dictiones diſtributione funguntur. Aliquandò enim illud, totus, concipitur, vt ſignificat habens partes, vel conſiſtens ex partibus: vt cùm dicimus. Totus homo cognitus eſt, non ita accipimus, vt nihil hominis ſit, quod non ſit cognitum: ſed quòd hominis natura pernota ſit. Igitur in præmiſſa propoſitione nō eſt diſtributio Quandoque (vt ſuperiora produnt exempla) concipitur, vt ſignificat omnes partes, túmque diſtribuit, vt docuimus. Haud aliter, & de infinitis, venit dicendum. Plerúnque enim ſignificat non habere finem, crebriùs, non tot quin plures, aut non tantùm quin maius, aut non tam quin magis. Proindè bis explicari poſſunt hæc pronuntiata, Toto vorato boue in cauda deficit, & , Infinita magnitudo nequit concipi. Semel, ſic, vorato boue, qui conſiſtebat ex partibus, deficit in cauſa: iterum ſic deuoratis omnibus bouis partibus, dèficit in cauda. Si ſequamur priorem expoſitionem, ſecundum quam illud totum, veteres dixère categorematicè teneri, propoſitio vera erit: ſin poſteriorem (ſecundum quam ijdem dixerunt illud, totum, teneri ſyncategorematicè) erit falſa, cùm & cauda pars bouis

Plures diſtributionis ſpecies. 1. partium 2. ſingularium.

ſit: nec tamen vorata, iterum infinitam lineam ſemel concipere valemus, ac ſi fine carentem, tùmque iuxta priſcos Dialecticos tenebitur categorematicè: ſemel etiam vt partes habentem non tot, quin plures, tùmque tenebitur ſyncategorematicè. Adeòque hoc poſteriore modo linea cogitari poteſt infinita fieri, id eſt, non tot habens partes, quin plures habere poſſit. Iam ſingularium diſtributio, & ipſa in genere eſt duplex, Duorum, aut ſimul omnium. Duorum, inquam, vt, Vterque horum grauiter ſtudet, & Neuter ſatis reſpondet officio. De duobus enim modo intelligitur eſſe diſtributio: Omnium diſtributio quadruplex exiſtit, ſimplex, ſingularis, interpollata, & in termino.

Diſtributio ſingulariũ eſt duplex.

Omnium diſtributio eſt quadruplex.

1. Simplex.

2. Sigularis.

3. Interpollata.

4. In termino.

Simplex eſt, vniuerſaliſque diſtributio, cùm nihil ſubducitur: vt hîc, Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Singularis, cùm non idem omnibus accommodatur, ſed ſuum cuique: vt, ſingulis dedit ſingulos denarios: non enim ſingulis eundem denarium dedit, ſed ſuum cuique. Interpollata eſt, quoties inter diſtributa quidpiam einſdem generis interieritur, vt, Decimus quiſque Thebæorum plexus eſt capite: nàm inter decimum quemque erunt omiſſi nouem. In termino diſtributio dicitur, cùm vetamur enumeranda diſtributa, alio termino vti, quàm qui in propoſitione ponebatur: qua ſaltem nobis vtendum, cùm de rebus diuinis loquentes dicimus, Omnis eſſentia diuina eſt pater: quæ propoſitio veriſſima eſt, & de fide noſtra. Veruntamen ſi ſubiecti enumeres ſignificata diſtributa, vſus propriis illorum nominibus, falſa erit, & hæretica, Sic quippè enumerabis: Igitur Pater eſt Pater, & Filius eſt Pater, & Spiritusſanctus eſt Pater: quæ ſunt nomina illorum propria, quę hoc nomine eſſentia diuina ſignificantur. Proindè enumerando, retinendum eſt ipſum nomen, ſic: Igitur hæc eſſentia diuina eſt Pater, & hæc eſſentia diuina eſt Pater, & hæc eſſentia diuina eſt Pater: quæ omnes ſunt veræ, proptereà quod eadem trium diuinarum perſonarum ſit eſſentia. De ſimplici diſtributione illud iterum eſt tradendum, quod ea quadruplex eſt generum, ſingulorum, accommoda, & ſigillata.

Simplex diſtributio eſt quadrupl.

1. Generũ.

2. Singulorũ.

Diſtributio generum eſt, quæ à tota collectione quædam excipit: videturque potius in genere complecti omnia quàm in ſpecie, ſeu ſingulari: vt, In omnem terram exiuit ſonus Apoſtolorum, id eſt, totius terrę præcipuas regiones. Diſtributio ſingulorum nihil excipit. Accom-

moda eſt, quæ ex modo diſtributionis, quidpiam excipit: vt, Omnia per ipſum facta ſunt. Omnia in ſapientia feciſti. Certè enim ipſe ſaltem conditor excipitur, qui cætera condidit. Sigillata dicitur, cui in altera propoſitionis extremitate, altera quoque reſpondet diſtributio: vt, Omnis Deus eſt omnis Deus. Hæc non admittitur, niſi in his, quæ vno plura non ſunt: vt Sol, luna, mundus, phœnix, & ſimilia. Cæterùm quoties eſt ſuppoſitio confuſa, & diſtributiua, eſt diſtributio huiuſmodi: & quotquot dictiones vim habent eam ſuppoſitionem conſtituendi ea, & diſtribuunt, ſingula pro ratione ſignificationis propriæ. Vnde quotuſquiſque, omniſque, quicunque, & quotquot, ſimpliciter diſtribuunt in habitudine ad verbum quotieſcunque interpollatè: quilibet, & quiuis optionem modò proponunt, non autem diſtribuunt. 3. *Accommoda.* 4. *Sigillata.* *Nota.*

Expoſitio (verius propoſitionis affectio, quam termini) explicatio eſt obſcuritatis, quæ ratio aduenit propter ſignum aliquod. Sunt autem exponibilium ſeptem genera, de quibus in ſequentibus capit. Nunc verò de primo genere. j. de propoſitione excluſiua, quam reddit obſcuram ſignum aliquod, quale, eſt ſolus, vnicus, modo, tantùm, tantummodo, vel ſolummodo: proindeque exponibilem maximè quod plura exiſtimentur excluſi, quam excludantur. Illa enim tantùm excluduntur altero extremo propoſitionis excluſiua, de quibus aliud quod admonebatur dictioni excludenti, non poteſt neceſſariè, neque accidentariè enunciari. Sicut ſunt diuerſæ propoſitiones excluſiua (nam alia negatione caret: ſecunda, toti orationi præpoſitam negationem habet: tertia, copulæ antepoſitam: quarta, & poſtrema, duas negationes: vnam, ſignum, & alteram, copulam, afficientes, admittit) ſic diuerſis propoſitionibus (quæ ordine exprimuntur his vocabulis, Piger, ſtertit, orans rarò) affirmatiuis, negatiuis, vniuerſalibus, tùm particularibus, explicantur, Quædam videntur excluſiua, quæ licet non ſint, aliquas tamen exponere gratia alietatis, vel pluritatis conuenit.

CAPVT XV.

EXPOSITIO (fateor) verius eſt affectio propoſitionis, quàm termini: quia tamen obſcuritas, ob quam tollendam expoſitionis excogitatum eſt artificium, per terminum obrepſerat in propoſitionem, idcirco termin⁎

quadantenùs expoſitio arrogata eſt, & attributa. At quid tandem eſt expoſitio? Explicatio obſcuritatis, quæ orationi ex aliquo ſigno obrepſerit, vt exemplis manifeſtis paulò poſt docebimus. Quot exponibilium propoſitionum genera? Septem. Quænam? Sunt excluſiuæ, exceptiuæ, reduplicatiuæ, comparatiuæ, ex verbis incipit, & deſinit, & ex differt, diuerſum, & aliud, quas nos ordine explicabimus. Quæ ſunt propoſitiones excluſiuæ? quas dictiones excluſiuæ obſcuras reddiderunt: vt, Solus prudens repentinis non mouetur. Quæ ſunt ſigna excluſionis? Hæc, ſolus, vnicus, modò, ſolùm, tantùm, tantummodò, ſolummodò, & ſi qua ſunt huius ſignificationis. In quo ſita eſt obſcuritas propoſitionum excluſiuarum? In eo quod plura excluſa eſſe arbitrari contingit, quam excluſa ſint. Nam propoſitionem, Tantùm homo eſt animal, contingit ſic concipere, vt homo animal quidem ſit, cęterùm aliud nihil: vſque adeò vt neque rationalis ſit, aut ſubſtantia: quod tamen eſt falſum. Proinde ad eruendam ſententiam, & veritatem propoſitionum excluſiuarum, hic obſeruandus eſt canon. Excluduntur ab altero extremo propoſitionis excluſiuæ, ea ſola, de quibus dici non poteſt, neque neceſſariè, neque accidentariè alterum, quod dictioni excludenti admouebatur. Quare cum audis: Tantùm homo eſt animal, non excluditur Chriſtus, ſed neque homo candidus, licèt de Chriſto, & de homine candido, homo accidentariè enuncietur, ſed bos, leo, pardus, & cætera, quibus hominis natura non competit. Expoſitione vero quod diximus, innoteſcit: quæ non vnius formæ eſt, ſicut nec propoſitione excluſiuè omnes vnicam formam habent. In quibuſdam enim nulla negatio eſt, quę ad exemplum hoc exponuntur. Tantùm homo eſt riſibilis: exponitur: Homo eſt riſibilis, & nihil non homo eſt riſibile. In aliquibus negatio toti præſtituitur orationi: quę hoc item paradeigmate explicantur. Non tantũ homo eſt rationalis, exponitur: Nullus homo eſt rationalis, vel aliquid, quod non eſt homo, eſt rationale. In aliis non quidem dictioni excludenti, ſed verbo prępònitur negatio, hoc pacto, Tantùm Deus non eſt creatura: quæ ſic exponitur, Deus non eſt creatura: &, quicquid non eſt Deus, eſt creatura. Quam explicationis figuram ſimiles propoſitiones imitantur. In reliquis duplex eſt negatio, prior dictionem excluſiuam afficiens, poſterior verbum: ſic, Non tan-

Expoſitio. *Septem exponibilium genera.* *Propoſitiones excluſiua.* *In quo ſita obſcuritas propoſitionum excluſiuarum.* *Regula.* *Quadruplex excluſiuarum declaratio.* 1 2. 3. 4.

tùm homo non eſt immenſus: quæ hoc modo exponitur, Omnis homo eſt immenſus,vel aliquid quod non eſt homo,etiam non eſt immenſum. His explicationum formis diuturniore memoria ſeruandis, ſeruire poſſunt hæc vocabula,piger,ſtertit,orans,raro:quorum ſpectandæ ſunt literæ vocales modò, ita vt, i, propoſitionem particularem affirmatiuam ſignificet, e, vniuerſalem negatiuam, a, vniuerſalem affirmatiuam, o, particularem negatiuam. Itaque ſi accommodes, prima dictio te docebit primi generis expoſitionem,ſecunda ſecundæ,tertia tertiæ,&quarta quartę. *Quatuor artis vocabula.*

At rogas,cur quoties negatio pręfigitur excluſiuę dictioni, explicatio per diſiunctionem fit? Illud perpetuum eſt omnibus ſignis diſtributiuis, vt ſi ab aliis prohibeantur, non diſtribuant:quapropter cum hæc ſigna excluſiua vim diſtribuendi diſſitum,ſeu remotū ſaltem terminum habeant, per negationem prohibita, iam diſtribuendi amittunt facultatem: vt ſicut non eſt ſuppoſitio confuſa, & diſtributiua, ita nec copulatiuæ coniunctiones vſus eſſe debeat. *Canon.*

Habes exponendarum excluſiuarum propoſitionum rationem: accipe de illis paucula, quę figuram quidem habent excluſiuarum, nec ſunt interim. Ipſæ ſunt, in quibus dictio excluſionis adhibetur dictioni numerali; vt, Tantùm tres ſunt diuinæ perſonæ, tantùm quatuor ſunt elementa, tantùm duodecim Chriſti ſunt Apoſtoli:quæ (vt dixi) non ſunt propriè excluſiuę, ſiquidem (vt magis id conuenit facere) gratia pluralitatis concipiantur, Huiuſmodi enim, veteres Dialectici bis poſſe concipi opinati ſunt, ſemel gratia pluralitatis, ita vt per nomen explicarę oporteat, ſic: Tantùm quatuor ſunt elementa, quatuor ſunt elementa,nec plura quam quatuor. Iterum gratia alietatis, ita vt per nomen alius,alia,aliud,exponendæ veniant, hoc pacto: Quatuor ſunt elementa, nec alia ab his quatuor ſunt elementa. *Exponuntur propoſitiones gratia pluralitatis, & gratia alietatis.*

Quædam propoſitiones (quæ excluſiuæ videntur) de extremo excluſo dicuntur,pro quarum interpretatione notatur, quod ſi extremum,cui adhibetur excluſiuum ſignum, ſit de eſſentia alterius extremi,ea ſola excluduntur ab eo,quæ ſunt aliorum prædicamentorum. Quod ſi idem extremum,cui adhibitum eſt ſignum accidentarium, aliquid acceſſiſſe denotauerit, tantum ea excludentur accidentia quæ erunt eiuſdem generis. Dictio, vnicus,in ſpecie, vel genere excludit: ſolus verò, aliquando haud excluſionis vim habet.

CAPVT XVI.

De extremo excluſo, duo traduntur canones propoſitionis.

PLVSCVLAS eſſe orationes, in quibus dictiones excludentes ponuntur, quæ tamen excluſiuæ non ſunt, tam eſt obuium, vt negari non poſſit. Quin & illud aſſerere poſſumus, eas quæ excluſiuæ videntur, ſic aliquoties concipi poſſe, vt ſi non ſint excluſiuæ. Quamobrem propoſitiones de excluſis extremis conſtituere oportet, & quam ſignificationis vim habeant ediſſerere. De huiuſmodi traduntur hi canones. In propoſitione de extremo excluſo, ſi dictio mox adhibita ſigno excluſionis quiddam ſignificet, quod ſit de natura aut ſubſtantia alterius extremi, in cuius habitudine fit excluſio: ea ſolùm excludentur, quę ſunt aliorũ prædicamentorũ: vt cùm dicimus, Homo eſt tantùm animal, non inficiamur interim ſubſtantiam eſſe, aut rationalem, vel riſibilem: ſed coloratum, aut quolibet accidente affectum. Igitur fœdiſſimè lapſus eſt Arius, qui Chriſtum Dominum tantùm hominem eſſe docuit, excludens diuinitatem: quæ eſt altera Chriſti natura. Rurſus: Si dictio, mox adpoſita vocabulo excluſiuo, id ſignificet quod alteri extremitati accidentarium eſt modò, excludentur ſolùm alia accidentia, quæ ſunt eiuſdem rationis, aut generis. Sic cùm dicimus, Petrus eſt tantùm Grammaticus, non negamus eſſe magnũ, pium, aut candidum: ſed Dialecticum, aut Theologum, aut quauis alia præditum diſciplina. Quomodo excludit, vnicus? In genere, vel ſpecie. Vnde cum dicitur, Vnicus homo initiò conditus eſt, non excluduntur cętera, quę ante hominem condita fuêre: ſed concipimus ex hominum ſpecie tantùm vnum, nec plures fuiſſe initiò conditos. Nunquid, ſolus, ſemper excluſionis eſt dictio? Minimè. Quandoque enim id ſignificat quod ſolitarius, aut ſine comite: vt, Solus orat, ſolus prandet, ſolus ambulat.

Vnicus excludit in genere, vel in ſpecie.

Solus, non ſemper dictio excluſionis.

Propoſitio exponibilis exceptiua, quæ obſcura eſt ſignis exceptiuis, præter, præterquam, exceptio, & ſimilibus, vno altero modo, adfirmatiuè videlicet, excepta dictione exceptiua (ſunt quædam affirmatiua eſt) & negatiuè, eadem dictione ablata (vt eſt altera negatiue) explicari ſolet, & has tanquam idoneas admittit, quæ cum dictione exceptiua, ſignum vniuerſale, & aliquando forſan cum ſigno negationem illud antecedentem habuerit.

CAPVT XVII.

QVAE ſunt propoſitiones exceptiuæ? Quas dictiones excipientes reddunt obſcuras, ac proinde exponibiles: vt, Omnia præter Deum ſunt corruptioni obnoxia. Quæ ſunt exceptionis vocabula? Hæc, præter, præterquàm, excipio, & ſi qua ſunt huius ſignificationis. Quomodo explicantur? non aduerſabor quidem canones priſcorum Dialecticorum, quos exceptiuis exponendis præſcripſere: tantùm tradam rationes, ac formas aliquot, per quas & facilius eruetur veritas, & tenaciore memoria ſeruabitur. Itaque duobus modis ſatis explicari poſſe exceptiuas propoſitiones arbitror, ſiue illæ affirmatiuæ erunt, ſiue negatiuæ. Priore, harum exemplo, Omne animal præter hominem expers eſt rationis: quæ ſic facilimè explicabitur, Omne animal quod non eſt homo, expers eſt rationis: &, Nulla res præter Deum infinita: quæ ſic explicanda venit, nihil quod non eſt Deus eſt infinitum. Iam vero rogo, nunquid non hæc exponendi ratio ſatis, ſuperque euoluit exceptiuam? Altero etiam modo poſſunt eædem explicari, ſi pro eo, quod excipitur, & à quo fit exceptio, id ſtatuas pro quo poni videbantur. In priore enim illa, Omne animal præter hominem eſt expers rationis illud, omne animal præter hominem, id totum erat quod excipiebatur, & à quo fiebat exceptio: ab animali enim fiebat exceptio: & homo, excipiebatur. Quodſi pro illo id placet ſtatuere, pro quo erat ſuppoſitio, ſic breuiſſimè facilimè explicabis, Omne brutum eſt expers rationis. Id enim ſignificat oratio, Omne animal præter hominem eſt expers rationis. In poſteriore hac, nulla res præter Deum eſt infinita, id totum, nulla res præter Deum, ponebatur pro vniuerſa creatura, quapropter ſic legitimè explicatur, Nulla creatura eſt infinita. Quod attinet ad veterum de huiuſmodi exponendis præſcripta, mihi indicaſſe quod rectiſſimè conſequentur propoſitiones ex vna exceptiua videntur, veriùs quam expoſuiſſe. Nam ex hac vna, Omne animal præter hominem vincitur appetitu, tres iſtæ conſequuntur, Omne animal quod non eſt homo, vincitur appetitu, &, Omnis homo eſt animal, nullus homo vincitur appetitu. Et ex hac vna, Non omnis homo præter Ioannem ſapit, tres conſequuntur, Non omnis homo, qui non eſt Ioannes ſapit, vel Ioannes non eſt homo, vel Ioannes ſapit. Et ex illis quatuor exceptiuarum generibus,

Propoſitiones exceptiuæ.

Duobus modis ſatis explicantur exceptiuæ propoſitiones.

quæ illi tradiderunt, duo tantùm recipio, quod ſint tolerabilia, & Latina: altera duo non poſſum dignari expoſitione, quùm meri ſolœciſmi ſint. Proinde pro idoneis exceptiuis hæ admittantur, Omne animal, præter hominem, ſuis afficitur commodis, Nullus populus (Chriſtianum ſemper excipio) rectè Deum veneratur: cum quibus hæc fortaſſè tolerabitur, Non omne peccatum, excepta fornicatione, extra corpus eſt. Hæ prorſus ſordidæ ſunt, Non omne animal, præter hominem, non eſt expers rationis, &, Omne animal, præter hominem, non eſt rationale, quùm Latinæ non ſint. Nemo enim benè Latinus ſic loquitur. Multo vero minùs admittendæ ſunt, Omnis homo non præter ſortem, currit, &, Omnis homo non præter ſortem non currit, &, Non omnis homo non præter ſortem non currit: &, Non omnis homo non præter ſortem currit: quibus tamen adhuc quidam perinde ac ſacris vtuntur.

Reduplicatiua propoſitio, quam reddit obſcuram dictio reduplicatiua, vt inquantùm, quatenus, vel qua, & ſimiles dictiones, talis dicitur: quod in vno extremo hæ dictiones velut replicent cauſam, propter quam illi conueniat cum altero: Et vbi tales reduplicatiuæ dictiones proprijs officijs non funguntur, ſed ſpecificatiuè ſumuntur (vt ne quis abutatur) deſinit tunc reduplicatiua eſſe propoſitio, vocaturque ſpecificatiua. Recipitur verò tanquam reduplicatiua propoſitio, quæ dictionem reduplicatiuam, & negationem illam antecedentem, vel ſignum diſtrib. vtramque praeuntem habuerit: quod probabitur, ſi vniuerſalis affirmatiua, ex affirmatiua ſine reduplicatione colligi poſſit: vel ſi particularis affirmatiua, & negatiua (in qua accidentia, vel poſteriora de ſubiectis, non priora de poſterioribus, enuntientur) inferatur.

Capvt XVIII.

Reduplicatiuæ propoſitiones, & ipſarum ſigna.

Reduplicatiuæ propoſitiones, quæ ſunt? Quas reduplicationis dictio reddit obſcuras: vt homo quatenus rationalis, capax eſt beatitudinis illius nunquam deſituræ. Quæ ſunt ſigna, ſiue dictiones reduplicationis? Hæc, inquantùm, quatenus, qua, & quæcunque huius ſignificationis vim obtinent. Cur dictæ ſunt reduplicatiuæ? Quod in vno extremo hæ dictiones velut replicent cauſam, propter quam illi conueniat cum altero extremo; Cum enim audis, homo quatenus ex materia, ac forma conſiſtit, cor-

ruptioni obnoxius eſt, illud, quatenus ex materia, & forma conſiſtit, ita accipis, vt id ſit cauſſa, cur ſit obnoxius homo corruptioni. Idque ſi reduplicatiuum ibi eſſe illud, quatenus, concipiatur. Poſſunt enim reduplicantes dictiones quandoque ſpecificatiuè concipi etiam, vt hic. Quia ſtudioſus es, amo te. In qua propoſitione illud, ſtudioſus, non denotat præcipuam amoris cauſam, cum ob aliam magis forſitan amemus: ſed ſpecificat, vt loquuntur, ac in quadam ſpecie denotat, ob id etiam amari, quanquam ſi id non eſſet, non deſineret amari. Specificatiua igitur propoſitio tum dicitur, cum dictones reduplicantes non funguntur officijs illis ſibi magis proprijs, ſed ſpecificant modò: nec inter exponibiles numerantur, quæ ſic afficiuntur orationes. At tandem quomodo exponuntur reduplicatiuæ? Si affirmatiuæ erunt, hoc pacto: Homo quatenus rationalis, fœlicitatis illius capax eſt, quæ nihil miſeriarum admittit, exponitur, homo capax eſt felicitatis illius, quæ nihil admittit miſeriarum: & quia rationalis eſt, illius fœlicitatis eſt capax. Vel ſic: Homo capax eſt fœlicitatis illius, quæ omnem ignorat miſeriam: idque habet à rationis facultate. Sin erunt negatiuæ, hoc modo: Non inquantùm homo rationalis eſt, is pius eſt, exponitur: homo non eſt pius, vel non ideò quia rationalis eſt, is pius eſt. Reduplicatiuarum quoque propoſitionum hæc duo genera recipi debent, Homo quatenus rationalis, eſt riſibilis, &, Homo non inquantùm rationalis, eſt candidus: quibus tamen nihil prohibet præfigi ſigna diſtributiua, hoc pacto, Omnis homo quatenus rationalis, eſt riſibilis, &, nullus homo inquantùm rationalis, vel, non inquantùm homo eſt rationalis, eſt etiam riſibilis. Hoc autem genus orationis eſt ſordidum: Non omnis homo quatenus rationalis, non eſt riſibilis. Quartum non perinde probatur, Omnis homo inquantùm rationalis, non eſt riſibilis: quanquam tolerari forſan poſſit. Prorſum abijci debent quæ etiam alijs modis figurantur. Hoc tandem artificio depræhendes veras propoſitiones reduplicatiuas affirmatiuas, ſi vniuerſalem affirmatiuam abſque reduplicatione collegeris, ſic: Homo inquantùm rationalis, eſt riſibilis: igitur omne rationale eſt riſibile, Negatiuas, ſi particularem affirmatiuam intuleris, hoc modo: Non inquantùm homo eſt rationalis, is eſt candidus: igitur aliquod rationale poteſt eſſe non

Duo genera propoſitionum reduplicatiuarũ recipiuntur.

candidum. Quod quidem poſtremum in his modò verum eſt, in quibus accidentia, vel certè poſteriora de ſubiectis, vel prioribus enunciantur: non ſi priora de poſterioribus: non enim ſimiliter conſequitur. Non inquantùm homo eſt riſibilis, is rationalis eſt: igitur quidam homo poteſt eſſe non rationalis: quandoquidem propria paſſio (cuiuſmodi eſt riſibilitas) eſt poſterior rationalitate, quæ hominis definitio eſt, & homine, qui eſt definitum.

Quæ obſcurè per incipit, & definit, fiunt cum res quaſdam permanentes (quæ naturam totam, quantum in ſe ſitum eſt, ſimul accipiunt, & retinent) vel quoad fieri quæ non ſemper ſunt, ſed creſcendo naturam accipiunt, vel res ſucceſſiuas, quoad eſſe, quæ creſcendo totam naturam ſumunt, vel aliam quod ad fieri ſucceſſiuas, quæ dum fiunt, ſemper tranſit quod factum eſt ſignificent, eas exponi, vt res poſtulant, neceſſariò conuenit. Cùm igitur diuerſa inſtantia quæ indiuiſibilia ſunt in temporis conſtitutione, & quibus partes temporis colligantur, in quibus res incipiunt, & deſinunt, noſſe decet per primum inſtans eſſe, res permanentes propriàs incipere, & vt illud explicari, deſinere, & per primum non eſſe, & exponi: ſucceſſiuas autem per vltimum non eſſe, incipere, & deſinere per primum non eſſe: Res ſubinde momentaneas non propriè incipere, aut deſinere eſſe. Quod ſi quædam propoſitiones negatione afficiantur, vel de futuro aut præterito ſint, paulo alio modo, exemplis, in textu poſitis explicare licebit.

Capvt XIX.

Vt de expoſitionibus propoſitionum, quas verba incipit, deſinit, & eius ſignificationis alia reddunt obſcuras, diſſeramus, quædam tractanda ſunt, quę non perinde Dialectica ſunt, ſed Phyſica veriùs: Nempè de rebus permanentibus, & ſucceſſiuis, ac de inſtantium varietate, hîc tamen ſcitu neceſſarijs, ſiquidem Dialecticus rectè exponere propoſitiones huiuſcemodi ſtudio habuerit. Itaque res permanentes Phyſici diſcernunt in duo genera: vnum illarum, quæ & quoad eſſe, & quoad fieri (ſic enim priſci loquuntur) permanentes ſunt: alterum illarum, quæ quoad eſſe permanentes ſunt, ſed non quoad fieri. Priores illæ ſunt, quæ naturam totam, quantùm in ſe eſt ſitum, ſimul accipiunt, atque retinent, vt homo, lapis,

In duo genera res permanentes diſcernuntur.

Angelus,anima. Poſteriores hæ, quæ non ſemper totam naturam ſimul accipiunt,ſed creſcendo: licèt quod ſemel acceperint,diù in illis ſimul permaneat: vt, Calor, frigus, & cętera talia.Succeſſiuas iidem diſtinguunt in eas,quas proximè diximus creſcendo accipere totam naturam,& in eas quę veriſſimè ſunt ſucceſſiuæ: nimirùm quod dùm fiant,ſemper abeat quod factum eſt,vt tempus, & motus. Inſtantia autem, id eſt quædam in temporis conſtitutione indiuiſibilia, quibus temporis partes colligantur, quadruplicia præſcribunt, inſtans primum eſſe, inſtans primum non eſſe, inſtans vltimum eſſe, & inſtans vltimum non eſſe. Inſtans primum eſſe eſt,quod nos ſic exponimus, nunc eſt,& immediatè antè hoc non fuit: atque ſic exponuntur propoſitiones de rebus permanentibus prioris illius generis, quæ incipiunt eſſe,hoc pacto: Homo incipit eſſe,homo nunc eſt,& immediatè antè hoc non fuit. Inſtans primum non eſſe eſt,quod nos ſic explicamus, Nunc non eſt, & immediatè ante hoc fuit: quomodò exponuntur propoſitiones de rebus permanentibus prioris generis,quæ deſinunt eſſe: hunc in modum: Homo deſinit eſſe,homo nunc non eſt, & immediatè antè hoc fuit. Inſtans vltimum eſſe,eſt quod nos ſic exponimus, Nunc eſt,& immediatè poſt hoc non erit: quomodò haud ſcio vtrum res aliquæ deſinere dicantur, niſi fortè momentaneæ. Inſtans vltimum non eſſe eſt, quod nos ita ediſſerimus: Nunc non eſt, & immediatè poſt hoc erit: ad quem modum exponuntur propoſitiones de quibuſlibet ſucceſſiuis, quæ incipiunt eſſe, ſic: Tempus incipit eſſe, tempus nunc non eſt, & immediatè poſt hoc erit. Itaque res propriè permanentes incipiunt per primum eſſe, quod illi dicunt per primum ſic: & deſinunt per primum non eſſe,quod eſt illis,per primum non. Res contrà ſucceſſiuæ quælibet incipiunt per vltimum non eſſe: & deſinunt per primum iſtans non eſſe,quod illi aliter dicunt,per primum non. Res momentaneæ,non propriè incipiunt,aut deſinũt: ſed ſimul incipiunt,ac deſinunt eſſe. Quòd ſi contentioſus aliquis volet eas incipere, & deſinere, vtatur regulis rerum permanentium. Sed quid,ſi poſt verba ponatur negatio, hoc modo: Lapis incipit non eſſe,homo deſinit non eſſe? Illa prior exponatur vt hæc, lapis deſinit eſſe, & hæc poſterior, vt homo incipit eſſe. Nunquid verò hæ,

Quadruplicia inſtãtia

Res ſucceſſiua.

Momentanea.

Homo incipit eſſe, homo deſinit eſſe, homo incipit eſſe, homo deſiit eſſe, per hos canones explicandæ ſunt? Minimè, ſed hac forma: homo incipiet eſſe, ſic: homo erit, & idem non ſemper erit, homo deſinet eſſe, ſic homo erit, & idem aliquando non erit: homo incœpit eſſe, ſic homo fuit, & idem non ſemper fuit, Homo deſiit eſſe: ſic homo fuit, & idem aliquando non fuit: ad quos canones etiam res ſucceſſiuæ differendæ ſunt, ſi inciderint. Verba denique, fio, generor, producor, exorior, & huius farinæ omnia, explicantur vt incipit, deſtruor, corrumpor, pereo, morior, & huius ordinis reliqua, vt deſinit.

Exponibiles propoſitiones ob verbum differt, & nomina, alius, diuerſus, & alienus, vtrumque extremum rem exiſtentem ſignificare poſtulant: & quamuis hoc illis commune ſit, quòd dicantur tantùm de rebus exiſtentibus, non tamen commune eſt quòd de omnibus: cùm quædam ex illis, diſtinctionem eſſentialem (vt aliud, diuerſus, & alienus) faciant inter ea de quibus enuntiantur: Alia autem (diſtinguor, & alius) diſtinctionem tantùm realem, & ob id de diuinis perſonis poſſe dici narrantur. Explicantur autem propoſitiones, in quibus ſunt diſtinguor, aut alius, duabus propoſitionibus affirmatiuis de ſecundo adiacente ex ſubiecto, & prædicato exponibiles, factis, & propoſitione de tertio adiacente, negationem ante copulam admittente, & ſubiectum, & prædicatum exponibilis retinente. Eodem pacto interpretantur propoſitiones, in quibus ſunt aliud, diuerſus, & alienus, addendo ſolùm poſt negationem, & copulam, eadem rea cùm vt prædicatum, ſit ablatiui caſus. Cætera quæ in textu ponuntur, ad idem referuntur.

CAPVT XX.

NON eodem prorſus modo ſignificant hæc, differo, diſtinguor, alius ſum, diuerſus, & alienus. Primum enim illud cum duobus poſtremis, de rebus diuinis non rectè affirmatur: cùm in illis nihil differat, diuerſum ſit, aut alienum: ſecundum, ac tertium, etiam de Deo enuntiatur, quamquàm non vno modo. Nam tertium, nempè alius, in maſculino genere, ac fœminino perinde habet, vt verbum diſtinguor, non autem in neutro: in quo genere par eſt duobus poſtremis, diuerſum, & alienum, eodémque modo exponitur. Omnibus tamen id commune eſt, *Canon.* vt niſi de rebus exiſtentibus legitimè non dicantur: ſitque aliàs abuſiua comparatio. Age itaque, explicemus ſingula,

Propoſitiones ex verbo diſtinguor, & nomine alius, ſiquidem affirmatiuæ ſint, hoc modo exponuntur: Pater diſtinguitur à Filio, exponitur: Pater eſt, & Filius eſt, & Pater non eſt Filius: Et, Paulus alius eſt à Petro, exponitur: Paulus eſt, & Petrus eſt; & Paulus non eſt Petrus. Sin erunt negatiuæ, illarum expoſitio contradictoria eſto expoſitioni affirmatiuarum, hoc pacto: Paulus non eſt alius à Saulo, exponitur: Paulus non eſt, vel Saulus non eſt, vel Paulus eſt Saulus. Quid cenſes, ſi verbum ſit temporis, vel præteriti, vel futuri? Aliquando diuerſa erit expoſitio, hoc modo: Remus alius fuit à Romulo, exponitur: Remus fuit, & eodem temporis articulo Romulus fuit, & Remus non fuit Romulus. Antichriſtus alius erit ab Helia, exponitur: Antichriſtus erit, & Helias erit, eodem temporis articulo, & Antichriſtus non erit Helias. Cur adiecisti illa, eodem temporis articulo? Ne fortè exponibilis falſa ſit, & exponentes tamen veræ. Si enim diuerſis ætatibus vixiſſent Remus, ac Romulus, alius fuit à Romulo, cùm vtramque comparationis partem alteri coexiſtere ſit neceſſarium: eſſent tamen verè exponentes, ſi ſimpliciter explices, Remus fuit, & Romulus fuit, & Remus non fuit Romulus. Eodem modo, ſi diuerſis temporibus futuri eſſent Helias, & Antichriſtus, non eſſet vera propoſitio, Helias alius erit ab Antichriſto: cuius tamen expoſitio vera ſit, ſi ſimpliciter dicas: Helias erit, & Antichriſtus erit, & Helias non erit Antichriſtus: quanquam rigorem hunc non ita obſeruant ſcriptores Latiniſſimi, tùm ſacri, tùm prophani. Propoſitiones autem ex verbo differo, aliud, alienum, diuerſum, eandem quidem figuram expoſitionis habēt cum ſuperioribus, niſi quòd quiddam adponendum eſt, ſic, Petrus differt, aliud eſt, diuerſus eſt, alienus eſt, à Paulo, exponitur: Petrus eſt, & Paulus eſt, & Petrus non eſt eadem res cum Paulo. Propter quod hæ falſæ ſunt, Pater diuinus differt à filio ſuo, filius aliud eſt à Spiritu ſancto: Spirituſſanctus diuerſus eſt à patre, & tres perſonæ diuinæ alienæ ſunt ab eſſentia diuina, cùm ſint tres eadem res, & natura.

De comparatiuo gradu exponibilis propoſitio (quæ perfacilis eſt) poſitiuum de vtroque comparationis termino enunciari deſiderat: quæ ſi affirmatiua fuerit, & in ea diminutionem comparatiuus denotauerit, duabus propoſitionibus affirmatiuis (quarum ſubiecta, ſunt exponibilis extrema, & poſitiuus, compara-

tiui gradus, prædicatum,) & , vna negatiua, cùm non eſt æquè interpretabitur: ſi affirmatiua ſit, & comparatiuus additionem ſignificauerit, eodem modo explicabitur, mutando tantùm id quod eſſet prædicatum tertiæ propoſitionis, in ſubiectum, quod ſi negatiua, per contradictorias duas exponentium affirmatiuarum: & vnam alteram (in qua poſitiuus de vtroque extremo prædicabitur) exponetur. In omnibus autem exponentibus debent diſtribui termini, qui diſtribuebantur in exponibili.

Caput XXI.

Tam prompta eſt aſſequutio propoſitionum de comparatiuo, vt non numerari potuerint cùm exponibilibus. Veruntamen quia veteribus Dialecticis habitæ ſunt pro exponibilibus, de illis quoque trademus hæc paucula. Vt idonea ſit propoſitio de comparatiuo, id neceſſarium eſt, vt de vtroque comparationis termino enunciari poſſit poſitiuus. Quamobrem non eſt recta comparatio, Creatura eſt imperfectior creatore, Deus melior eſt diabolo, Linea puncto maior: cùm hæ orationes veræ eſſe non poſſint, Creator eſt imperfectus, diabolus eſt bonus, punctus eſt manus. Iam quæ idonæam ſignificant comparationem, hoc modo explicantur, Homo Angelo dignitate eſt inferior, exponitur: Homo aliquam habet dignitatem, & omnis Angelus aliquam dignitatem habet, & homo non eſt æquè perfectus atque Angelus. Sic, inquam, explicantur propoſitiones de comparatiuo affirmatiuæ, in quibus comparatiuus diminutionem ſignificat, vt minor, infirmior, debilior, rarior, inferior, & ſimilis ſignificationis cætera. Nam in quibus comparatiuus additionem denotat, ſic exponuntur mutata tertia: Hercules fortior eſt Acheloo, Hercules eſt fortis, & Achelous eſt fortis, & Achelous non eſt æquè fortis, vt Hercules: videlicèt in hac tertia præpoſito, quòd poſtponebatur in illa. Negatiuis verò propoſitionibus ſunt expoſitiones affirmatiuarum expoſitionibus contradicentes, hoc pacto: Petrus eruditione non eſt Ioanne inferior, exponitur: Petrus non eſt eruditus, vel Ioannes non eſt eruditus, vel Petrus æquè eſt eruditus, vt Ioannes. Et, Plato non eſt Ariſtotele melior, exponitur: Plato non eſt bonus, vel Ariſtoteles non eſt bonus, vel Ariſtoteles æquè bonus eſt, vt Plato. Cauendum interim, vt has exponibiles explicando, reſtituatur ſaltem ſuppoſitio ter-

minis,itá,vt ſi ſint diſtributi in illis, diſtribuantur in exponentibus. Qua propter explicando hanc, Angelica natura præſtantior eſt humana, ſic reſtituemus: Angelica natura eſt præſtans, & tota natura humana eſt præſtans, & tota natura humana non eſt æquè præſtans, vt Angelica. Sceùs enim propoſitio falſa habitura ſit exponentes veras, nempè hæc, Angelus ſanctior eſt homine: cuius eſſent hæ exponentes, ſi non reſtituatur ſuppoſitio: Angelus eſt ſanctus, & homo eſt ſanctus, & homo non eſt æquè ſanctus, vt Angelus, quæ vtique veræ ſunt, cùm illud, homo, in omnibus determinatè ſupponat pro aliquo. Ergo, vt expoſitio tota falſa ſit, ſicut exponibilis propoſitio hæc conſtituatur: Angelus eſt ſanctus, & omnis homo eſt ſanctus, & nullus homo eſt æquè ſanctus, vt Angelus: in qua expoſitione, illud, homo, diſtribuitur, quemadmodum & in exponibili.

Superlatiui gradus, quaſdam obſcuras propoſitiones reddunt, propterea quòd affirmationem ſimul & negationem continere videantur: & ſi propter negationem explicanda ſit propoſitio de ſuperlatiuis, duæ efficientur affirmatiuæ propoſitiones, in quibus poſitiuus gradus prædicabitur de vtroque extremo propoſitionis exponibilis, & vltima vniuerſalis negatiua cum comparatiuo gradu: vt excedens regatur in ablatiuo caſu, vt exemplis apertè demonſtrat textus. Si verò negatiua ſit propoſitio eius expoſitio erit affirmatiuarum expoſitioni contradictoria, in quibus omnibus par ſemper debet eſſe terminorum ſuppoſitio.

CAPVT XXII

PROPTEREA, ad exponibiles relegatæ ſunt propoſitiones de ſuperlatiuis, quod ſuperlatiuus bis concipi poteſt, ſemel vt includat negationem, iterùm vt affirmationem, ac proindè non continuò emicet veritas. Si placet interpretari per negationẽ, huius ternionis exemplum imitabere: Achilles fortiſſimus eſt Græcorum, exponitur: Achilles eſt fortis, & Græci omnes ſunt fortes, & nullus Græcorum eſt fortior Achille. Si vis per affirmationem exponere, ſe queris hoc paradigma: Cicero eſt Romanorum facundiſſimus, exponitur: Cicero eſt facundus, & Romani omnes facundi ſunt, & Cicero omnes Romanos facundia anteuertit. Nec ſupernacanea putanda eſt hæc differentia expoſitionũ: quæ ſanè intel-

ligendis ſacris propoſitionibus non eſt inutilis. Si enim ſimpliciter explices, ideſt per affirmationem, has orationes: Chriſtus eſt Mariæ virginis primogenitus, Filius Dei eſt ſapientiſſimus, falciſſimas habiturus es, quæ ſunt de fide noſtra. Hunc enim ſenſum referent, Chriſtus eſt genitus Mariæ virginis, vel ex Maria virgine, & alij omnes poſt eum. Et, Filius Dei eſt ſapiens, & omni alio ſapientior. Atqui vnicum genuit Chriſtum ſanctiſſima Dei mater, & hominis Maria: & æquè ſapientes ſunt pater, & Spiritusſanctus, vt filius. Proindè exponi debēt per negationem, ſic: Chriſtus eſt genitus ex Maria virgine, & ante Chriſtum nullus ex ea genitus eſt: Filius Dei eſt ſapiēs, & nullo eo ſapientior eſt. Quod ſi propoſitiones de ſuperlatiuo erunt negatiuæ, earum expoſitio eſto affirmatiuarum expoſitioni contradictoria: hoc modo: Achilles fortiſſimus Græcorum non eſt, exponitur, Achilles non eſt fortis, vel Græci non ſunt fortes, vel aliquis Græcus eſt fortior Achille: atque ità exponuntur, in quibus ſuperlatiuus conciperetur negatiuè. Aliæ in quibus ſuperlātiuus conciperetur affirmatiuè, hoc modo explicabūtur: Cicero non eſt facundiſſimus Romanorum, exponitur: Cicero non eſt facundus, vel nullus Romanorum eſt facundus, vel, Cicero non eſt facundior cæteris Romanis. His omnibus exponendis danda opera, vt par ſit terminorum ſuppoſitio, ne ſit exponibilis falſa, & exponentes veræ, nempè hæc: Petrus eſt hominum ſapientiſſimus, quæ poteſt eſſe falſa, cuius tamen exponentes etiam tùm eſſent veræ, cùm illa falſa eſſet. Sic enim exponeretur: Petrus eſt ſapiens, & homines ſunt ſapientes, & homines non ſunt æquè ſapientes, vt Petrus, tribus propoſitionibus veris. Quare diſtribuendum illud, homines, in exponentibus, vt in exponibili diſtribuebatur, ſic: Petrus eſt ſapiens, omnes homines ſapientes ſunt, & nulli homiues æquè ſapiētes ſunt, ac Petrus. Hactenus de termino, eiuſque affectionibus, quantum quidem ſatis eſſe viſum fuit: quæ ſuperant, explicabuntur ediſſerendo ſeriora Dialectices præcepta in ſubſequenti Appendice vocabulorum Simonis Fontani. FINIS.

Hæc propoſitio, Chriſtus eſt Mariæ primogenitus, exponitur per negationē: non autem per affirmationem.

Fontanus

PONTANVS
DE TERMINIS PHILOSOPHICIS,
QVORVM IN CONCERTATIONIBVS ſcholaſticis hactenus vſus fuit, adeóque hodiè perſeuerat.

IN CONCERTATIONIBVS etiam Theologicis abiectione vtuntur, quaſi excluſione. Vnde tradunt ex creatura cognitionem captari creatoris, via abiectionis, & remotionis. Quòd ſi quid boni, ac commendabilis inconſiderata probis occurrat creatura, id omne attribui conueniat creatori, abiecto remotóq; omni cætero, quod vitiũ habere videbatur, Exempli gratia: Intelligere, bonum quoddam creaturæ rationalis putatur, & re vera eſt: id ergo fatendum eſt in Deo eſſe. At in creatura ſua cognitio non eſt niſi per productionem, & ſucceſſionem eſſe ad non eſſe: quod in diuinitate, quæ nihil admittit nouum, eſſe non poteſt. Igitur vt attribuamus Deo cognitionem, id ita faciamus, vt abijciamus ſucceſſionem illam, & productionem cognitionis. Producta enim notitia nihil Deus nouit formaliter, ſed improducta, quàm eſſentialem nominant. *Abiectione pro excluſione vtuntur Theologi.* *Nota.*

Accidens Logicum dicitur, & Phyſicum: Logicum, quicquid de alio accidētariè, & non neceſſariò prædicatur: quomodo & homo de verbo diuinò enuntiatur: Phyſicum, forma eſt, aut priuatio formæ, quæ verè accidit ſubiecto. *Accidens multiplex.*

Actus nomine variè vtuntur in concertationibus Philoſophicis etiam hodiè. Semel pro eo, quo aliquid effici poteſt: atque ſic bifariam. Eſt enim actus primus, & eſt actus ſecundus. Actum vocant primum, vim ipſam, ſeu (vt loquuntur) potentiam: quæ præcipuè efficit, adeó- *Nomine actus multifariam vtuntur concertantes.*

que cauſa etiam eſt actus ſecundi: Actum ſecundum, id quod aliquid efficit quidem, ſed in virtute actus primi. Quare illis natura ipſa ignis eſt actus primus: quùm ſit vis, & facultas calefaciendi, & è ligno ignis efficiendi. Ipſe verò calor, quo ignis præparat lignum, eſt actus ſecundus: quòd aliquid efficiat quidem, ſed virtute ignis, à quo etiam calor effectus eſt. Nec ſic ſolùm concipiunt actum primum, & ſecundum: quin & nomina illa porrigunt vſque ad omnes facultates, ſiue potentias, & illarum operationes: vndè & intellectum dicunt eſſe actum primum, cognitionem verò actum ſecundum. Iterum, Actus nomine ſimpliciter pro ipſa actione vtuntur: quare ſecatio ipſa ligni per ſecurim facta, actus eſt: vtuntur & pro forma, quæ alicui inhæret: vndè & actuare pro informate, ſæpiſſimè dictitant, eo perſuaſi, quòd Ariſtoteles velit materiam, quæ formam non haberet, eſſe potentia verius, quàm actu: tùm autem veriſſimè eſſe, cùm formam habet, idcircò quòd forma det rei eſſe. Denique actum dicunt illud, ad quod eſt propenſio naturalis, quam illi aptitudinem, ſiue inclinationem naturalem appellant: quapropter illis riſus actus dicitur: ipſa verò procliuitas, ſiue propenſio naturalis (quæ nomine riſibilitatis ſignificatur) aptitudo, inclinatio, & appetitus naturalis. Actio duplex. Actio quædam tranſiens dicitur, quæ aliquid ponit in obiecto: alia immaneus: quæ non egreditur facultatem operantem, vt cogitatio, viſio.

Actio duplex.

Abſtractum, & abſtractio ibi declatata ſunt, vbi de terminis concretiuis, & abſtractiuis diſſeruimus.

Adæquatio. Adæquationem appellant eam æquabilitatem, quæ inter res aliquas mutua inuenitur, quam volunt eſſe duplicem, potentiæ, aut etiam actus, & obiecti. Cùm potentia tantùm cognoſcit de obiecto quantum de illo noſci poteſt, & maius obiectum non poteſt attingere: tùm adæquatio eſt potentiæ, & obiecti. Sin obiectum attingitur ab aliqua facultate cognoſcente, ſed non quantùm poteſt noſci: adæquatio quidem erit obiecti ad potentiam, ſed non ad actum.

Duplex cognitio. Adhæſiuam nominant cognitionem, illam exiſtimationem, ſiue animi iudicium, quod de quaque re habetur: Apprehenſiuam, eam cognitionem, quæ de re habetur ſimplex, priuſquàm ſtatuat animus quid de ea re ſentiat, aut in quam deflectat partem iudicij.

Affectum, quem & appetitum nominant, partiuntur in affectum iuſtitiæ, & affectum commodi: priorem illum in ſola rationali natura collocantes, poſteriorem in vnaquaque etiam non ſentiente. Vniuerſa enim natura ſponte propenſa eſt ad commoditatem ſuam. Hinc grauia deorſum, mox, vt permititur ſe proripiunt, ſurſum leuia. Igitur affectus iuſtitiæ eſt appetitus, quo non tam id quod nobis eſt commodum affectamus, quàm quod iuſtum: quo affectu fortis politicus pro ſalute publica vitam diſcrimini obiicit, qui interim afficitur appetitu cõmodi. Eſt enim affectus, ſiue appetitus commodi, amor ille quo noſtrum commodum, qualecunque illud eſſe nobis perſuademus, exoptamus. *Affectuum alius iuſtitiæ, alius cõmodi.*

Alteratione vtuntur pro præparatione materiæ, ſiue ſubiecti ad formæ inducendæ ſuſceptionem. Attingentiã autem tradunt reſpectum quendam eſſe, ſiue habitudinem cognitionis ad obiectum, per quam fit, vt facultas cognoſcens cognitione vti poſſit. Etenim cum cognitio omnis qualitas quædam ſit abſoluta, poſſet omnipotens Deus cognitionem etiã lapidi apprimere, aut certè quadam præſentia adiungere, qua tamen ille non cognoſceret, ob id tantùm, quòd huiuſmodi cognitio attingentiam non haberet, quam in potentia cognitiua habere eſt nata. *Attingentia.*

Cauſa, per ſe dicitur, & per accidens. Cauſa per ſe eſt, quæ natura ſua, vique propria, operatur: vt ignis calefaciendo, vrendóque. Cauſa per accidens, quæ eius cui coniungitur, non propria efficit virtute, quod agere dicitur. Quomodo peritia, árſque in artifice dicuntur cauſæ per accidens, reſpectu eius quod artifex ſua vi operatur. Ampliùs cauſæ per ſe dicuntur eſſentialiter ordinatæ, & per accidens. Per ſe ordinatæ ſunt, quæ dependent inter ſe inferiores à ſuperioribus, ad hoc, vt operentur: & vis, modúſq; agendi diuerſa ſunt, ita vt ſuperior perfectior quoque ſit: Et ſimul ad agendum mouentur, vt Deus, ſol, & aqua, reſpectu ranæ, quæ producitur. Per accidens, quibus, nihil eſt horum, aut non neceſſariò ineſt, vt cùm plures eandem trahunt nauim.

Conceptum, id eſt, notionem, obiectiualem quendam dicunt, alterum formalem. Obiectiualis eſt, quicquid noſci poteſt: Formalis notio, qua res noſcitur. Concernere, & connotare, quid ſibi velint, ex ter-

minorum, concretiuorum & connotatiuorum declaratione deprehendi poteſt.

Aduerbio categoricè non admodum abuti mihi vidẽtur, ſignificantes ſimpliciter, & inconſtanter aliquid dicẽdum: κατηγορεῖν enim Græcis, etiam planè demonſtrare, & appertè ſignificare denotat. Cæterum huius vocabuli, categorematicè, vſu, non ita accedunt ad vim dictionis Græcæ. Significat enim melius, prædicatiuè, enunciatiuè, aut ſignificatiuè, quam vt vtuntur. Ergo quoties rem ſolam, quæ tamen ſubeſt affectioni, ſiue formæ, ac modo, intelligunt, categorematicè concipi volunt: quoties ipſam affectionem, formam, aut modum ſimul cum re ſuppoſita concipiunt, ſyncategorematicè. Sic homo (ſi affectiones non cogitaueris) categorematicè concipitur, homo albus ſyncategorematicè. Sic totum ſi conceperis quiddam eſſe, quod partes habeat, idque ſimpliciter, categorematicè cõceperis: ſin omnes partes conceperis, & mutuam partium rationem, ac modum, ſyncategorematicè: quibus modis & infinitum concipi poteſt.

Cõponere, & diuidere. Componere, ſiue conſtruere, & diuidere frequenter vſurpant, pro eo quod eſt propoſitionem facere affirmantem, aut negantem: quod intellectus volunt eſſe proprium, & ſenſus communis. Inde propoſitionem ipſam aliquoties appellant compoſitionem. *Cõmunicabile, vt quod.* Communicabile, vt quod, volunt id eſſe, quod in multis, de quibus enuntiatur, inuenitur tanquam natura ipſorum, aut pars naturæ: vt homo, & rationale. *Cõmunicabile, vt quo.* Communicabile, vt quo, quod in alio inuenitur, non tanquam natura, ſed accidens: vt albor in pariete, & humana natura in Chriſto.

Contactus duplex. Contactum nominant Mathematicum, quo ſe duæ quantitates extremæ contingunt: vt potè duo linearum extrema, duæ ſuperficies: Phyſicum, quo vis aliqua naturalis in aliud quodpiam agit: vndè cùm in hæc inferiora agit cæleſtis aliqua virtus, contingere dicitur contactu Phyſico, licèt non mathematico.

Quadruplex continentia. Contineri quidpiam in altero quatuor modis aſſerunt, eminenter, potentialiter, eſſentialiter, & virtualiter. Eminenter continentur minùs perfecta in perfectioribus, proptereà quòd perfectior natura, totam minùs perfectè dignitatem complecti videatur cum ſua. Hoc modo, bruti natura in homine continetur eminenter, hominis in An-

gelo, omnium in Deo. Potentialiter ſuperiora prædicata, continent inferiora: ſic ſubſtantia totum ordinem illius prædicamenti potentialiter continet, animal hominem, homo Socratem. Hoc porrò continendi genus idcircò potentiale dixerunt: quòd quemadmodum materia (vt nuper dicebam) potentia eſt veriùs, quam actu, dum abeſt forma, quæ mox adueniens determinat materiam ad certum quoddam eſſe: ita ſuperiora illa prædicata potentia ſunt veriùs, quàm actu, dum nondum determinari, & contrahi ad naturam ſingularem concipiuntur.

E contrariò prædicata ſuperiora eſſentialiter in inferioribus continentur, propterea quod illa de horum eſſentia, & natura ſint: ſic homo continet eſſentialiter animal, & quotquot progrediendo ad ens prædicata inueniuntur: ſic, & Petrus hominem continet. Continetur tandem virtualiter quidpiam in altero, duobus modis: Productione, & notione: productione, cùm id quod cõtinetur, à continente naturam poteſt accipere, vt calor in vino, frigus in niue, ac glacie. Notione, cum eius quod continetur, notionem efficere poteſt continens: ſic res hoc tempore non viſibiles in his viſibilibus continétur virtualiter. Inuiſibilia enim ipſius (inquit Apoſtolus) per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, Sic ſubiecta ſcientiarum virtualiter continent omnia quæ ad diſciplinas illas vttinent. Sic denique, qui de ſecundis intentionibus loquuntur, illas in ſuis fundamentis contineri teſtantur. *Continetur quidpiam virtute duobus modis.*

Contrahere, non ſolum concertantibus in pauca conferre ſignificat, ſed & ſuperiora prædicata velut adducere ad inferiora. Cùm enim conſideramus ſubſtantiam generaliter, nec adhuc corpoream aut incorpoream, quiddam vniuerſale concipere videmur, non particulare. Cùm autem conſideramus corpoream, aut ſpiritualem, velut iam adductam ad hoc eſſe minùs latum, quam illud cogitamus. *Cõtrahere.*

Itaque ſic vniuerſam naturam adduci ad minùs communem, id eſt, ex vniuerſa illa fieri hanc minùs communem, contrahi dicunt. Fit autem huiuſmodi contractio per differentias, quæ aliquid ſunt naturæ: vt animalis generalis natura adducitur, ſiue contrahitur ad humanam per rationalitatem, quæ eſt altera differentia, qua diuidebatur animal in rationale, & irrationale. Rationalitas enim adhibita vniuerſali naturæ ani- *Contractio fit per differentias.*

malis, conſtituit hominem, efficítque vt generalis illa natura, quæ ſe effundebat ad omnia, ſit hominis ſolius. Nam animal rationale tantùm hominem ſignificat, & animal irrationale, tantùm bruta animalia.

Determinatio multiplex. Determinare dicunt multis modis. Semel, vt idem ſit quod contrahere, de quo proximè dicebamus, niſi quòd nihil poſſit contrahere, niſi quod poſitiuum ſit, & de rei natura. Determinant autem quæ non ſatis poſitiua ſunt, ſed quadamtenùs negatiua: vt modi intrinſeci (de quibus poſtea) determinant vniuerſam entis naturam, adducúntque ad entis infiniti, & finiti naturas, penè quo modo differentiæ contrahunt prædicamenta. *Nota.* Ergo contractio eſt in prædicamentis, determinatio ſupra prædicamenta. Iterum, determinare illis hoc ſignificat, quod ad certum quendam modum adducere: ſic forma determinat materiam, ac ſubiectum, ſic voluntas determinat vires, ſeu potentias ſenſitiuas, vt ſic, vel tantùm agant. Hinc profecta hæc nomina, Agens determinatum, & Agens indeterminatum: *Agentium, vnũ determinatum, aliud indeterminatũ.* illud ſic nominatum, quod natura determinetur ad agendum: vt agens non liberum, cuiuſmodi ſunt ignis, lapis, & ſimilia: hoc indeterminatum dictum eſt, quod ſponte ſua non determinatur, neque procliue eſt ad hoc, aut illud agendum, ſed ſeipſo ſe mouet, ac determinat, ad actionem, & actionis genus: vt, voluntas, & omne agens ex arbitrio. Poſtremo determinare aiunt, pro eo quod eſt, terminum Grammatica affectione afficere: vt obliquus determinat rectum, ſic: Ciceronis famulus: & adiectiuum ſubſtantiuum, ſic: Vir eruditus. Vnde is rectus ac ſubſtantiuum determinabilia dicuntur, obliquus & adiectiuum determinationes. Denique quicquid afficitur ab altero, determinabile ſit: quodcunque afficit, determinatio.

Duplex dependentia. Dependere eſt, ab aliquo eſſe quoddam ſumere. Cæterùm, cum eſſe duplex ſit, eſſentiale, & accidentarium: ita, & duplex eſt dependentia, eſſentialis, & accidentaria. Cùm aliquid ab altero ſic eſſe accipit: vt ſine contradictione aperta, vel inuoluta abſque illo eſſe nequeat, dependentia eſt eſſentialis. Sic dependent relationes ab extremis, ſine quibus non poſſunt intelligi. Contradictio enim eſt, ſi concipiamus relationem, nec fundamentum habere, nec terminum. Sic

dependent Creaturæ omnes à Deo Creatore. Contradictio enim eſſet, ſi abſque Creatore eſſe intelligantur. Quicquid enim à Deo non dependet, Deus eſt. Igitur ſi non dependeat Creatura à Deo, Deus erit, ac proinde non Creatura: quod tamen eſſe præſupponebatur.

Dependentia vero accidentis eſt, quoties id quod ab altero accipit eſſe, ſine cõtradictione vlla poteſt eſſe abſque illo, à quo dependet. Sic filius dependet à patre, ſic lumen à ſole, ſic calor ab igne, ſic accidens à ſubiecto: quùm huiuſmodi omnia, ſiquidem velit Deus, abſque illis eſſe poſſint. *Accidentaria depẽdentia.*

Veruntamen illud aduertendum, quod cum Ariſtoteles, qui rerum, cauſarumque ordinem neceſſarium eſſe ſentiebat, putaret abſque contradictione fieri non poſſe, vt accidens non penderet à ſubiecto ſuo, & calor ab igne tanquam à cauſa ſua, is dependentias huiuſmodi referat ad eſſentiales, non ad accidentales. Quo fit vt paſſim, vel diſputando, vel ſcribendo, tùm Philoſophi, tùm diſputatricis Theologiæ ſcriptores, cum de hac accidentis dependentia diſſerunt, more id faciant, ſenſuque Ariſtotelis.

Dictionum formæ concertantibus variæ ſunt: quas operæpretium duxi ordine explicare, ſingulas ſingulis exemplis. Interdum argumentando obiicitur, Sol eſt calidus, Venenum eſt frigidiſſimum. Diſtingunt. Formaliter quidem, id eſt, calore re ipſa ſoli inexiſtente, ſol non eſt calidus, cum cœleſtis ſubſtantia huiuſmodi qualitatibus non ſit obnoxia: virtualiter autem calidus eſt, id eſt, vìm habet efficiendi calorem in obnoxiis. Sic & venenum virtualiter quidem frigidiſſimum eſt, formaliter autem non ſemper: id eſt, venenum vim ſummam habet frigefaciendi, non tamen ſemper frigus in ſe reipſa habet, cum igne poſſit calefieri.

Aliquoties opponitur, Ex rebus non conſtituuntur orationes, ſed ex vocibus: Diſtingunt. Formaliter quidem, id eſt per ſeſe res non conſtituunt orationes, at obiectiuè conſtituunt, id eſt, obiecta ſunt cognitionum vocibus reſpondentium. Non enim ſolùm ſeſe offerunt cognitioni voces, ſed potius res quas ſignificant: vnde & res obiecta ſunt propoſitionum mentalium.

Obiicitur. Si litera, A, inſtitueretur ad id ſignificandum, quod hæc propoſitio, homo eſt animal, eſſet haud dubiè propoſitio, nec interim prædicatum haberet, nec ſubiectum. Diſtingunt. Formaliter quidem, id eſt, ſeparatis, ſeu diſtinctis terminis, prædicatum, ſubiectumve

non haberet, haberet autem æquiualenter. Vel ſic, explicitè, id eſt apertè plures voces non haberet: at haberet implicitè, id eſt rectè, & inuolutè. Cùm enim tantùm ſignificatura ſit, quantùm oratio, ſi inſtituatur, certè inuolutas partes orationis ſit habitura.

Obiicitur, Homo denominatur viſus, cum eam formam, quæ eſt viſio, non ſuſcipiat. Diſtingunt. Extrinſeca quidem denominatione denominatur viſus, non autem intrinſeca. Denominationem autem extrinſecam appellant, qua denominatur quidpiam tale, nec interim denominantem formam in ſe admittit: Intrinſecam è contrariò. Res itaque quæ videntur, ipſam viſionem, quæ eſt quædam forma, in ſeſe non recipiunt: propter quòd extrinſeca denominatione viſæ denominantur. Paries autem, cum in ſeſe alborem recipiat, albus denominatur denominatione intrinſeca. Itaque homo denominatur creatus intrinſeca denominatione, Deus autem creans extrinſeca: quòd homo paſſiuam creationem in ſe habeat, Deus minimè.

Proponitur, inferni pœna infinita eſt, Diſtinguunt. Extenſione, vel, vt loquuntur, extenſiuè: id quidem eſt verum, quùm extenſionis illius non ſit futurus finis: intentione autem, ſeu intenſiuè, minimè, quùm pœnarum infernalium certus quidam modus ſit, nec omnium pœnæ æquè graues futuræ ſint.

Offertur propoſitio, Cæcus poteſt videre. Diſtinguitur. Potentia propinqua nequit videre, remota poteſt. Potentiam propinquam dicunt, eam diſpoſitionem per quã perfectè exitetur in actum, ſi externum ſolummodò obſtaculum eſſet amotum: Remotã, diſpoſitio eùm quidem ineſt qualiſcunque, ſed non perinde operationi propinqua. Igitur qui in tenebris eſt, inoffenſis alioqui oculis, videre poteſt potentia propinqua: Cæcus autem minimè, quùm videndi facultatem offenſam habeat. Aliter etiam diſtinguunt hoc pacto: In ſenſu diuiſo poteſt quidem Cęcus videre, non ita in ſenſu compoſito. Senſus diuiſus eſt, quùm res ſimpliciter fieri poteſt, quomodò omninò poſſibile, vt, ſi velit Deus, Cæcus videat. Senſus compoſitus, cum propoſitio de iiſdẽ extremis copulatis per verbum præſentis temporis, abſque verbo poteſt, aut eius ſignificationis nomine, vel aduerbio, eſt vera, vel falſa pro ratione ſuperioris propoſitionis. Atqui hęc falſa eſt prorſus, Cæcus videt: quapropter ſenſus com-

poſitus illius, Cæcus poteſt videre, falſus ſimiliter fuerat.

Opponitur: Antichriſtus ſæuiet in verum Chriſtum. Igitur Antichriſtum aliquando neceſſe eſt eſſe. Diſtinguitur. Neceſſitate conſequentię, id quidem fatendum eſt, at non neceſſitate conſequentis. Neceſſitas eſt conſequentiæ, cum ex antecedente admiſſo, refugi non poteſt conſequutio. Vnde admiſſo hoc antecedente, Antichriſtus ſæuiet in verum Chriſtum, neceſſum eſt, & hanc conſequutionem admittere. Igitur Antichriſtus erit, cum non ſit ſæuiturus, niſi idem ſit futurus. Neceſſitas conſequentis, cum, ſiue neceſſariò colligatur ex antecedente, ſiue minùs, neceſſe eſt ita eſſe, vt ſignificat propoſitio: ſicut Deum eſſe, hominem eſſe rationale: cuiuſmodi non eſt hoc conſequens, Antichriſtus erit. Eſt enim propoſitio prorſùs contingens, & falcificabilis. *Conſequẽtiæ neceſſitas.* *Conſequẽtis neceſſitas.*

Obiicitur, Petrus, & Paulus portant lapidem, quẽ neuter ſolus poteſt portare. Diſtinguitur. Si illud, &, complexiuè accipiatur, id quidem verum eſt, non ſi diuiſiuè. Accipitur complexiuè, cum facit orationem categoricam, ex copulato ſubiecto, vel prædicato: ac tùm eſt vera. Accipitur diuiſiuè, cùm diſſoluitur in plures propoſitiones, ſic: Petrus portat lapidem, quẽ ſolus nequit portare: &, Paulus portat lapidem, quem ſolus nequit portare: quæ ſunt falſæ.

Illud denique opponitur, Homo pictus eſt homo. Quanquam ea propoſitio ſimpliciter negari poteſt, cùm (vt ante docuimus) ſubiectum, & prædicatum ponantur pro diuerſis. Diſtingui tamen ſolet, ſic: Simpliciter, ac propriè homo pictus non eſt homo, cum pictura non ſit homo. Eſt autem ſecundum quid, id eſt, qualicumque imitatione, & analogia. Sic quibus aliis diſtinctionibus erit vtendum, facilimum fuerit tùm ex ſuperioribus, cùm ex ſequentibus eruere: pergamus ad reliqua.

Ens ratum appellant, quod habet firmum, ac verum eſſe exiſtentiæ, vel cui nõ repugnat habere: vt homo, lapis, & cætera huius generis: quæ vel eſſe illud ratum accipiunt à Deo, à quo ſunt quod ſunt: vel ex ſeipſis habent, cùm non repugnat illis id verum eſſe habere, & id non habent. Itaque homo qui nondum eſt, ens ratum eſt: non ſphinx, aut centaurus, quæ figmenta ſunt. Ens per ſe, & per accidens quæ ſint, exponetur in ſequentibus.

Dictione, Eſſe, variè vtuntur in concertationibus. Audies enim aliquoties eſſe totale, eſſe partiale, eſſe diminutum, eſſe ſecundum quid, eſſe formale, eſſe

quidditatiuum, eſſe genericum, eſſe ſpecificum, eſſe indiuiduale, eſſe cognitum, eſſe poſſibile, eſſe ſimplex, eſſe compoſitum, eſſe per eſſentiam, eſſe per participationem, eſſe eſſentiæ, eſſe exiſtentiæ, & eſſe ſubſiſtentię: quorum quædam non perinde difficile eſt aſſequi ex dictionibus ipſis, vt eſſe totale: quod nihil eſt, quàm id quod toti reſpondet: & partiale, quod parti. Sic homo, habet eſſe totale, corpus, & anima partiale. Eſſe diminutum vocant, non quidem illud quod res habet dum exiſtit: ſed quod habet à Deo cognita, Cùm enim cognouit res Deus ab æterno, rebus quoddam eſſe dedit ſua cognitione, non id ſimplex quod nunc habent, dum ſunt conditæ, ſed diminutum quoddam, id eſt cognitum, vel poſſibile. Cognitum autem vocatur, propterea quòd cognoſcendo, res id eſſe accipiunt à Deo: poſſibile, idcirco quod tum verè, ac perfectè poſſibiles factæ ſunt, cum cognitæ à Deo fuêre. Non tamen idem prorſus ſunt eſſe cognitum, & eſſe poſſibile: immò verò hoc conſequitur poſt illud. Nam quia res cognouit Deus, proinde poſſibiles ſunt. Quare eſſe poſſibile rerum, propius accedit ad verum eſſe, quam eſſe cognitum. Eſſe ſecundum quid, eſt eſſe imitatione qualicunque veri eſſe: vt cum res, ſiue à Deo, ſiue à nobis cognita eſt, quia imitari quadamtenùs videtur, id verum eſſe, quod res extra cauſam poſita habet eſſe ſecundum quid dicitur. Id eſſe ſecundis intentionibus ſuis tribuunt, qui de illis contendunt. Eſſe formale, id eſſe eſt, quod à forma accipitur: vt hominem eſſe ab humanitate, album eſſe ab albore. Eſſe formaliter in aliquo, duobus modis interpretantur: vno, vt id ſit de forma, id eſt definitione: altero, vt ſit in illo expreſſè, Priore modo rationalitas eſt formaliter in homine. Poſteriore corpus eſt in loco formaliter. Eſſe ex natura rei ipſis vocibus facilè cognoſci poteſt. Id enim in aliquo eſſe dicitur ex natura rei, quod ab illius rei proficiſcitur natura: vt ſapientia, bonitas, & cæteræ perfectiones ſunt in Deo, propenſio ad riſum in homine, vel quod eſt de rei natura, vt definitionis partes. Eſſe quidditatiuum (quod idem eſſentiale vocant) eſt id eſſe quod dat definitio, quam toties Ariſtoteles appellat, quid: vt, Eſſe animal, eſt eſſe quidditatiuum hominis. Nec ſibi conſentiũt omnes in hoc eſſe, quibuſdam affirmantibus idem omninò eſſe,

Eſſe formaliter in aliquo biſariam.

quidditatiuum, & eſſe de quidditate, aliis diſtinguentibus. Qui diſtinguunt eſſe quidem quidditatiuum, tribuunt toti definitioni, eſſe autem de quidditate ſoli generi. Quare iſtis animal eſt de quidditate hominis, non item rationalitas, licèt ſit de eſſe quidditatiuo. Eſſe genericum, eſt id vaſtum eſſe, quod habent genera. Eſſe ſpecificum, id eſſe commune, quod ſpecies habent: eſſe indiuiduale, ſiue ſingulare id eſt proprium, quod indiuidua habent. Eſſe ſimplex dicitur, quod nullam admittit compoſitjonem: compoſitum è diuerſo, quod compoſitionem recipit. Cęterùm compoſitio in genere ęſt duplex, Metaphyſica, quæ fit per adhitionem differentiarum ad genera, vel ſpecies, aut certè modorum intrinſecorum ad communiora illa prædicata: & Phyſica, quæ duplex eſt, ex his, vt homo componitur ex materia, & forma: & cum his, vt anima componitur cum corpore, adeóque omnis forma cùm ſubiecto. Eſſe per eſſentiã bifariã dicũt: Vno modo, vt ſit de natura, quam vocant eſſentiam: vt, Homo eſt animal per eſſentiam. Altero, vt excludat participationem, ſiue acceptionem ab alio: vt, ſolus Deus eſt, quòd eſt per eſſentiam. Quis enim dedit Deo, & retribuetur ei? eſſe per participationem, eſt ipſum eſſe ab alio accipere: vt, Res omnes ſunt per participationem diuini eſſe. Eſſe eſſentię, eſt ipſa eſſentia, ſiue rei natura: eſſe exiſtentiæ, idem prorſus, niſi quod connotat naturam extra cauſam ſuam eſſe. Sunt, qui ſeparent eſſe eſſentię ab eſſe exiſtentię: ſed potiùs audiendi, qui non ſeparãt. Eſſe ſubſiſtentiæ, eſt id indiuiduale eſſe, quod res habet contracta ad ſingulares naturas, ſeu indiuidua. Subſiſtere enim tradunt eſſe, incommunicabiliter exiſtere, quomodò ſingulares naturæ, & indiuidua exiſtunt. *Compoſitionum in genere vna Metaphyſica, al'a Phyſica.*

Æquiualent termini tribus modis, ſuppoſitione, ſiue, vt loquuntur, ſupponendo: vt, Homo, & mortalis: prima cauſa, & primus motor: quæ nomina in propoſitione pro ſe viciſſim poni poſſunt: ſignificatione, vt homo, & mortalis, petra, & lapis: illatione, ſiue inferẽdo, vt homo, & riſibile: qui termini, cùm ſint conuertibiles, vnus ad alterum conſequitur, vt ſuo diximus loco. *Termini tribus modis æquiualent.*

Formam dicunt totius, & partis, ſubſtantialem, & accidentariam. Formam totius id vocant, quod conſurgit ex partibus eſſentialibus, aut integralibus (ſic enim vocitant) *Forma totius.*

de quibus audies ſuo loco: vt humanitas, quæ eſt totum illud, quod conſurgit ex compoſitione animæ, & corporis. Formam partis, eam formam, quæ alteram compoſitionis partem informat, ac afficit: vt anima, quæ corpus afficit. Formam ſubſtantialem dicunt eam formam, quæ eſt ſubſtantia, vt anima: Accidentariam, quæ eſt accidens, vt candor, quantitas.

Forma partis.

Formam iterùm nominant, conſequentiæ diſpoſitionem: vnde ab Ariſtotele figuræ, ſiue formæ adornandorum ſyllogiſmorum tres conſtitutæ. Hinc nata nomina, formalis conſequentia, materialis conſequentia. Illa eſt ſic bona, vt quæcunque ſimilis eſt, bona ſit: vt omnes diſpoſitiones ſyllogiſmorum. Hæc ſic bona, vt non quæcunque ſimilis eſt, continuò ſit bona: vt, Omnis homo eſt particeps rationis, igitur Petrus eſt particeps rationis, &, Paulus eſt particeps rationis, eſt materialis conſequentia: quandoquidèm hæc illi ſimilima eſt, nec bona tamen: Omnis homo eſt particeps ratonis, igitur Petrus eſt particeps rationis, & Bucephalus eſt particeps rationis.

Fundamenti nomen vſurpant nonnunquàm pro materiali, ſecundario, & minùs principali ſignificato (idem enim illis valent hæc tria vocabula) creberrimè pro priore extremo relationis. Idque duplex eſt, propinquum, & remotum. Propinquum vocant, in quo proximè fundatur relatio: vt albor propinquum fundamentum eſt relationis, quæ eſt ſimilitudo. Remotum, quod tolerat, ſuſtinétque propinquum: vt, Quantitas, vel ſubſtantia, fundamentum eſt remotum ſimilitudinis: vel in quo id etiam fundatum exiſtit, quod propinquum dictum fuit: vt, Pater fundamentum remotum eſt eius diſtinctionis, quæ eſt inter paternitatem, & quodlibet aliud: quia in patre fundatur relatio paternitatis, quæ eſt propinquum fundamentum diſtinctionis.

Fundamentum propinquum

Remotum.

Habitudo.

Habitudinis voce vtuntur, nec iniquè, pro harmonia, ac conuenientia, quæ eſt vnius ad alterum, vt ſubiecti ad prædicatum, & contrà, termini ad ſignificatum, accidentis ad ſubiectum.

Quæ ſint generum Logici, & Phyſici, rationes vide- to.

Genus Logicum eſt, quod definitur à Porphyrio: Phyſicum autem genus forma communis eſt, quam quæcunque admittere poſſunt, ac recipere: vt, Homo, lapis, ferrum, aqua, lignum. Eiuſdem generis Phyſici dicuntur, quod calorem, & colorem poſſint admittere. Cæterum, quicunque

non admitterent, diſtinguerentur ab his genere phyſico: vt, Cælum, & omnia incorruptibilia, quæ has qualitates peregrinas non recipiunt.

Intentiones tres numerant, actualem, habitualem, & virtualem. Actualem habet, quiſquis actu de re cogitat, ferturque ad illam. Habitualem, quiſquis frequenter intendit, ac propoſuit ſe quidpiam facturum, licèt nondum fecerit. Virtualem, quiſquis ita intendit, vt operi ſe accinxerit, iamque illud inceperit, ea animi certitudine, ac firmo propoſito, vt perſequatur, ac cœpta perficiat: Cuiuſmodi ſunt qui profectionem longinquam aggrediuntur. Si enim prius deſtinant animo certo, ac decernunt quòd eundum, quidque facturi ſint per viam: quæ cum fiunt ab illis, licèt non cogitantibus, procedere dicuntur ab intentione ipſorum virtuali. *Triplex intentio.*

Immediatio duplex ponitur, cauſæ, & effectus. Immediatione cauſæ immediatè agit vltima cauſarum reſpectu effecti cuiuſpiam ordinatarum. Cæteræ agunt mediatè, nempè quod vltima ſaltem media, ſit inter illas, & effectum. Omnes immediatè operantur immediatione effectus, idcircò quod omnes ſimul idem efficiunt: nec ab vlla quidpiam producitur, quod medium ſit inter cauſas, & effectum commune. *Immediatio duplex.*

Materiæ nomen Dialectici capiunt ad ſignificandam conſequentiam materialem. Quare cum audis tenere conſequentiam gratia materiæ, vel gratia formæ, puta te audire bonam eſſe conſequentiam, ſed materialem, vel formalem, Phyſici materiæ nomine alteram compoſitionis partem: Metaphyſici differentiam indiuidualem ſignificari volunt: quam & differentiam idcircò vocant materialem. *Nomē materiæ multiplex.*

Medium cognoſcendi vnum, & alterum eſt: Cognitum inquam, vt principium eſt concluſionis noſcendæ medium, ſed prius notum quam concluſio: Et incognitum, vt ſpecies ſenſibilis eſt rerum cognoſcendarum medium quoddam, quod non neceſſariò cognoſcitur. *Varia mediorum officia.*

Medium tùm agendi, tùm recipiendi duplex eſt: vt, quod, nempè res ipſa quæ agit, aut patitur: vt quo, quod eſt ipſa agentis forma, aut recipientis.

Modus intrinſecus eſt, qui additus alteri non variat rationem formalem conſtituti per ipſum (aiunt) nec eſt remotus ab illo, propter quod intrinſecus dicitur, vt diſtinctus ſit ab alijs accidentarijs modis, qui remoueri poſſunt. *Modus intrinſecus.*

Omne enim accidens, modus quidam eſt ſubſtantiæ, ſed extrinſecus: Igitur finitas, & infinitas modi ſunt intrinſeci determinantes ens generaliſſimum, ille ad hoc vt ſit creatura, fit, vt ſit creator Deus: potentia vero, actus, contingentia, intenſio, remiſſio, & exiſtentia, ſunt modi intrinſeci rerum creatarum. Rationem autem formalem definitionis naturam appellant: quæ non fit alia per adhibitionem modi intrinſeci. Nam non aliter definitur, candor quatuor graduum, ac candor quinque graduum: nec homo exiſtẽs, quàm non exiſtens.

Ratio formalis.

Quapropter modum intrinſecum concipere nos oportet, quiddam eſſe indiſtinctum ab eo quod conſtituit: ſed ita eſſe id, quod conſtituit, vt abſque illo concipi non poſſit.

Naturale, dicitur vel quod non eſt ſupernaturale, vel quod non eſt voluntarium, vel quod non eſt ars, ſiue artificiale.

Negatio duplex.

Negatio negans, de qua ſuperius paucula, duplex eſt, in genere, & extra gẽnus. Negatio in genere eſt, quæ exigit id eſſe ens quoddam, de quo dicitur, vt negatio quæ clauditur dictionibus priuatiuis, & latentèr negatiuis: cuiuſmodi ſunt, cæcus, orbus, nudus, ſpoliatus, priuatus, cum ſuis verbis, diſtinguor, ſeparor, ſecernor, differo, & quæcunque talia. Nihil enim cæcum, orbum, nudum, aut priuatum eſt, quod non eſt res aliqua. Dicta verò in genere, non quaſi ens, quod eſſe præſupponit id de quo dicitur, ſit genus, ſed generis modum habeat. Negatio extra genus, quæ nihil tale exigit, vt nec, nullus, non, minùs, minimè.

Obiectum ſemel dicitur, id quod facultati, ſiue potentiæ cognitiuæ, ac appetitiuæ obiicitur conſiderandum, ſentiendum, amandum, vel fugiendum. Quod & duplex eſt: Adæquatum, vt ſonus facultati auditiuæ: quicquid enim auditur, eſt ſonus. Inadæquatum, cum quo & aliud percipi poteſt ab eadem potentia. Iterum, id eſt obiectum alicuius ſcientiæ, quod ſolum conſideratur, & expenditur in ea ſcientia: vt verum, vel falſum in Dialectica, res naturalis in Phyſica. Id alias ſubiectum nominatur.

Obiectum adæquatũ, & Inadæquatum.

Habet præterea obiectum varia agnomina, dicitur enim naturale, primum, ſecundum, ſiue ſecundarium, per ſe, formale, materiale. Obiectum naturale, volunt id eſſe, ad quod vocibus naturæ facultas, ſiue potentia, poteſt planè perfectèque attingere, vel ad quod natura propendet,

Obiectum naturale.

inclinaturve: hoc poſteriore modo, Deus eſt obiectum naturale mentis humanæ, non priore. Natura enim humanis animis appetit Deum noſſe, licet perfectè haud queat facultate ſola naturæ. Obiectum primum dicunt, vel quod eſt adæquatum potentiæ, vt ſonus audiendi facultati, vel quod primo conſideratur à potentia: è contrariò de obiecto ſecundario cenſentes. Obiectum autem per ſe aiunt illud eſſe, vel quod eſt adæquatum potentiæ, vel quod habet per ſeſe virtutem mouendi potentiam. Formale abiectum quidam putant eſſe idem quod adæquatum, & materiale aliquid ſub adæquato contentum. At falluntur, cum hic albor peræquè ſit formale obiectum, videntis potentiæ, vt color: eſt igitur formale obiectum, id quod per ſe immutat, ac ciet potentiam ad operandum, vt color oculum: materiale, id quod ſubditur illi formali, nimirùm homo, vel lapis, quod alias nominatur remotum, & illud propinquum.

Obiectum primum. *Obiectum per ſe.* *Obiectum formale.*

Partium non vnum eſt, nec genus, nec nomen. Quædam dicuntur eſſentiales, aliquæ integrales, cæteræ ſubiectiuæ. Eſſentiales ſunt, quæ neceſſariò deſiderantur ad cõpoſitionem rei, & altera materia eſt, altera forma: vt corpus, & anima eſſentiales ſunt hominis partes. Integrales, quæ ſimul vnitæ integrum quiddam efficiunt, vt gradus aliquot alboris coniuncti integrum quendam alborem reddunt, & aliquot partes integram lineam. In qua tamen coniunctione nihil eſt materia, nihil alterius forma. Partes autem ſubiectiuas, inferiora, ſiue minus communia dicunt eſſe alicuius ſuperioris prædicati, vel communioris. Sic homo, bos, leo, & aſinus, partes ſubiectiuæ ſunt animalis, Petrus, Ioannes, Iacobus, & Paulus hominis.

Pars eſſentialis. *Integralis.* *Subiectiua.*

Partes iterum quaſdam vocant homogeneas, quæ idem cum ſuo compoſito nomen ſortiuntur, vt partes alboris, lineæ, aquæ, lapidis. Eſt enim pars alboris albor, lineæ linea, aquæ aqua, lapidis lapis. Alias hæterogeneas, quæ compoſiti refugiunt nomen, vt corpus, & anima. Nam nec corpus eſt homo, nec anima eſt homo.

Homogenea. *Heterogenea.*

Perfectio ſimpliciter, eſt ea, quæ eſt melior in omni ſuppoſito, qua ſuppoſitum eſt, quàm non ipſa, vt ſcientia. Nam lapidi etiam (ſi conſideretur qua ſuppoſitum eſt, non qua lapis) melior eſſet ſcientia, quàm non ipſa, id eſt carentia ſcientiæ, vt ſic dicam.

Perfectio ſimplex.

Potentia. Potentiæ vocabulum aliquoties pro facultate,ſeu vi effe ctrice vſurpatur: vt cum intellectus potentia cognitiua, oculus potentia ſenſitiua, vtraque potentia naturalis, voluntas potentia libera nominatur. Idem non raro pro poſſibilitate accipi videtur: vt cum paulò ante diximus potentiam propinquam, & remotam, & nunc dicturi ſumus de potentia obiectiua, & ſubiectiua. Itaque poſſibilitas, ſiue potentia obiectiua eſt, cùm res nondum eſt, at eſſe poteſt. Sic Antichriſtus eſt in potentia obiectiua. Subiectiua autem, cùm res eſt quidem, at nondum formam ſubſtantialem, aut accidentalem habet, cui poteſt ſubijci: quomodò omnes ſubſtantiæ creatæ ſunt in potentia ſubiectiua.

Potentia obiectiua.

Subiectiua.

Potentiale. Potentiale vocant, quicquid determinari poteſt, vel differentijs, vt genera, & ſpecies: vel forma, vt materia.

Prædicatio formalis. Prædicationes ſunt, formalis, vniuoca, æquiuoca, identica. Formalis eſt, in qua prædicatum ſubiecti formam eſſentialem, vt hîc, homo eſt animal. Petrus eſt rationalis: vel accidentariam denotat, vt hîc, homo eſt pius, lapis eſt candidus. Quanquàm hoc poſterius genus prædicationis formalis, veriùs prædicatio denominatiua dici debet.

Vniuoca. Vniuoca, in qua prædicatum denotatur ſignificare aliquid commune omnibus, quæ per ſubiectum ſignificantur: vt hîc, homo eſt animal.

Æquiuoca. Æquiuoca è contrariò, in qua prædicatum nihil, excepto nomine, commune ſignificat his, quæ ſubiecto ſignificabantur: vt hîc, ſydus eſt canis.

Identica. Identica, in qua prædicatum nec forma eſt ſubiecti, nec modum habet formæ: ſed tantùm rem enunciat, quæ eadem eſt ei, quæ ſignificatur ſubiecto: vt, quicquid riſibile eſt, id homo eſt. His prædicationum differentiis, exercita, & ſignata ab illis adduntur, qui ſecundas dignantur intentiones.

Exercita. Proinde illis exercita prædicatio eſt, in qua verbum, eſt, genuinam, natiuamque retinet ſignificationem: vt Iuſtitia eſt virtus.

Signata. Signata, quæ fit per hæc verba, ſignifico, fundor, prædicor, dicor, affirmor, & ſimilia ſecundarum intentionum verba, vel per verbum, eſt, loco iſtorum poſitum.

Igitur ſignatæ prædicationes ſunt terminus, homo ſignificat hominem, ſecunda intentio generis fundatur in animali, ſpecies de homine prædicatur, ſubſtantia eſt vniuerſale. Nam hæc poſtrema huic æquiualet, ſecunda intentio vniuerſalis fundatur in ſubſtantia. Hæc verò cauſa con-

ſtituendarum.

ſtituendarum prædicationum poſtremarum fuit, vt ſe faciliùs extricarent huiuſmodi propoſitionibus, genus eſt ſpecies vniuerſalis, differentia eſt ſpecies, vniuerſale eſt genus. In quibus prædicatio ſignata eſt, ac proinde veræ ſunt propoſitiones: non exercita, quùm ſic ſecundæ intentiones ne de ſeipſis quidem enuncientur, niſi ſubiecta ſint inferiora, id eſt minùs communia contenta ſub prædicatis: vt hic, genus eſt vniuerſale, quod prædicatur de pluribus ſpecie differentibus.

Primum duobus modis aliquid dicitur: adæquatione, vel perfectione, quod ipſi vulgò dicunt eſſe primum, vel primitate adæquationis, vel perfectionis. Priore modo obiectum, quod adæquatum eſt potentiæ, ita vt totum ipſum, & nihil aliud ab ipſo percipiatur ab ipſa potentia. Primum dicitur poſteriore, id quod ſub adæquato contentum, eſt melius, ac nobilius, vt Deus eſt obiectum primum intellectus cuiuſcunque. *Primum duobus modis aliquid dicitur.*

Principium non ſemel id ſignificat quod initium: crebò quod cauſa: quomodo materia, forma, & priuatio ab Ariſtotele tria principia rerum naturalium eſſe dicuntur, & definitio (quod & principium intrinſecum dicitur) rei metaphyſicæ. Dialectici id nomen vſurpant, ad ſignificandam orationem aliquam generalem, ex qua particulares pluſculæ colligi poſſunt: atque iterum duplex eſſe volunt: primum, quod per ſeſe omnibus notum eſt: vt, Omne totum eſt maius ſua parte: non primum, quod non omnibus, ſed in aliqua diſciplina verſantibus, vt in ſcientia de homine hocce, Omnis homo eſt animal rationale. *Principij variæ acceptiones.*

Proportionem duplicem conſtituunt, Arithmeticam, & Geometricam. Arithmetica conſiſtit in æqualitate exceſſus, aut etiam defectus: Geometrica in æqualitate proportionis. Hinc verum eſt, quòd, qua proportione ſe habent quatuor ad duo, eadem ſe habent octo ad quatuor, nempè dupla: ſi modo de Geometrica proportione intelligatur, non de Arithmetica. Velut & verum eſt, quod qua proportione ſe habet virtus motiua vt decem, ad mobile retinens vt octo, eadem ſe habet virtus motiua vt octo, ad mobile retinens vt ſex, ſi proportione vtamur Arithmetica. Vtraque enim virtus motiua vincit mobile duobus virtutis gradibus. *Proportio duplex.*

Perfectio rei duplex eſt: Intrinſeca, qua ipſa forma tribuit: & extrinſeca, quam rès mutuatur à fine. Quo enim *Perfectio triplex. Intrinſeca.*

finis melior eſt, ad quem res ordinatur, hoc ipſa quoque eſt melior. Cæterùm vtraque perfectio duplex iterum traditur, permiſſiua, & poſitiua. Permiſſiua, Animal (inquantùm genus eſt) perfectius eſt muſca, idcircò quod permittitur animalis natura inueniri in homine, qui longè eſt quàm muſca perfectior: Poſitiua, muſca perfectior eſt quam animal, ſecundum quod genus eſt, idcirco quod vnaquæque ſpecies propriam addit perfectionem ei, quam fortè acceperit à genere.

Permiſſiua.

Poſitiua.

Propoſitionis non vnius ſunt generis.

Propoſitio multis nominibus dicitur, præiacens, de ineſſe, modalis, categorica, hypothetica. Propoſitio præiacẽs nominatur ea, quæ antè modalis fuerat, ſed amotæ ſunt dictiones, quæ modalem conſtituerant. Modalem autem conſtituunt propoſitionem hæ dictiones, poſſibiliter, contingenter, neceſſariò, impoſſibiliter. Ergo modales ſunt. Homo poſſibiliter non peccat, Chriſtus neceſſariò eſt Deus, Deus contingenter creat. Quod creauit mundum impoſſibiliter eſt creatura: à quibus ſi modos ſummoueris, erunt hæ præiacentes, Homo non peccat, Chriſtus eſt Deus, Deus creat, quod creat, eſt creatura. De ineſſe propoſitio eſt, in qua mutatum eſt præteriti, vel futuri temporis verbum, in præſentis temporis: vt cùm verbum huius pronunciati, Adam fuit, mutatur ſic, Adam eſt, hæc, Adam eſt, dicitur propoſitio de ineſſe illius. Adàm fuit. Iam illud perpetuò verum eſt, vt propoſitio de præterito, vel futuro olim debeat habuiſſe, vel habere propoſitionem de ieneſſe veram. Non enim eſſet vera, Deus creauit hunc mundum, niſi hæc olim vera fuiſſet, Deus creat hunc mundum: nec, filius hominis iudicabit viuos, & mortuos, ſi non aliquandò hæc futura ſit vera, filius hominis iudicat viuos, & mortuos. Cauendum tamen reducendo huiuſmodi ad ſuas propoſitiones de ineſſe, vt labaris. Nam artificium eſt. Igitur ſi quod erit aduerbium, aut nomen aduerbiale, id eſt ex aduerbio profectum, non erit ſemper reddendum: vt reducendo has, Heri ſcripſi, & cras proficiſcar, non dices, heri ſcribo, cras proficiſcor, ſed ſimpliciter, ſcribo, proficiſcor. Huius quoque, Heſterna dies præteriit, de ineſſe propoſitio non eſt, heſterna dies præterit, ſed ſimpliciter, hæc dies præterit. Rurſus, ſi propoſitionis de præterito, vel futuro, alterum extremum copulatum ſit, cuius vtraque pars non ſimul, eodémque tempore fuerit, reducetur ad duas, huius exemplo, Adam, &, Noë fuerunt: quæ ad has reducitur,

Adam eſt, Noë eſt. Quando verò dictiones numerales,& pluralis numeri occultum copulatum complectuntur, ad plures quoque propoſitiones de ineſſe reducendæ ſunt: vt, Hieroboal genuit ſeptuaginta filios, &, Cornelia genuit hos Gracchos. ſic reducuntur ad plures: Hieroboal gignit hunc filium, & idem gignit hunc, atque ita reliquos ordine: Et, Cornelia gignit hunc Gracchum filium, & eadem hunc gignit filium Gracchum. Denique illud obſeruandum, vt tollatur id, quod cauſa eſſet pugnantiæ, reducendo, Sic, Album, erit nigrum, hanc habebit de ineſſe, hoc eſt nigrum, eo oſtenſo quod futurum erat nigrum. Categorica propoſitio eſt, quæ habet ſubiectum verbum, & prædicatum pro partibus principalibus, vt hæc, Deus eſt iuſtus iudex. Hypothetica, quæ propoſitiones pro principalibus partibus habet, aut certè complexa propoſitionalia, quæ vocant: Hæc apertè Hypothetica eſt, in hoc mundo deliciis quidam affluunt, & alij extremam tolerant inediam. Hæc non tàm manifeſtè, Si nos anteactæ vitæ pœniteret, ſentiremus mitiorem Deum: propterea quòd non ex propoſitionibus conſtituta ſit, ſed ex complexis propoſitionalibus.. Vocant verò complexa propoſitionalia, collectionem nominis, & verbi, quòd ſi indicatiui modi eſſet, eſſet idonea propoſitio: vt Sentiremus mitiorem Deum, erit propoſitio idonea, ſi illud, ſentiremus, vertas, in ſentimus.

Per ſe, & per accidēs. Per ſe duobus dicitur modis, totidémque per accidens. Vno modo per ſe id ſignificat, quod per aliquod inteſtinum quod in ſe eſt, & è contrario per accidens, id quod per quiddam extrarium. Hoc pacto, Animal mouetur per ſe: quùm naturam inteſtinam habeat, per quem moueatur: & qui vehuntur, per accidens: quod ab extrario moueantur. Altero: id ſignificat, quod neceſſariè, & ex principiis intrinſecis: atque ita bifariam, per ſe primo, & per ſe ſecundo. Sic homo per ſe, animal eſt rationale primo modo: quia animal rationale eſt ipſiſſima hominis natura. Idem eſt riſibilis per ſe ſecundo modo, quia riſibilitas continuò proficiſcitur ex ipſa natura. Itaque definitio, & omnia ſuperiora prædicata dicuntur de re per ſe primo modo, paſſiones per ſe ſecundo modo.

Per ſe ens. Per ſe ens, vel ens per ſe (malunt enim ſic loqui) ſemel dicitur, quod ſolum eſt, id eſt, ab alio ſeparatum: quomodò anima ſeparata à corpore eſt ens per ſe. Iterum

dicitur ens per ſe, quod in alio non eſt, neque eſſe affectat ex natura: quomodo vniuerſum genus ſubſtantiæ eſt ens per ſe: quod quidem rationem formæ ſeparabilis non habet. Nam anima, licèt ad ſubſtantiæ pertineat ordinem quoquomodò, non eſt hoc modo ens per ſe, quòd forma ſit ſeparabilis à corpore. In alio eſſe, pro inhærere alij, à nobis eſt poſitum. Cæterùm, ens per accidens aggregatum nominant ex accidente, & ſubiecto, vt album.

Per ſe potentia, & per ſe actus. Per ſe potentia, & per ſe actus, potentia ſunt, & actus, ex quorum compoſitione ſurgit ens per ſe: vt corpus, & anima, ex quibus homo componitur: qui (vt nunc dicebamus) eſt ens per ſe. Aliæ potentiæ, & alij actus (qui & formæ dicuntur) ſunt potentia, & actus per accidens.

Ratio. i. definitio. Ratio definitionem ſignificat, cùm dicimus, Animal eſt eſt de ratione hominis. Significat & argumentationem: vnde ratiocinari, pro argumentari, vtuntur.

Ratio neceſſaria. Ratio in ſe neceſſaria eſt, habitudo terminorum ſic neceſſaria, vt ſi verbum interceſſerit, fiat neceſſaria enunciatio: vt, Homo animal, homo rationalis, homo riſibilis.

Ratio contingens. Ratio in ſe contingens, eſt terminorum contingens habitudo, ita vt ſi verbum interſeratur, futura ſit ex illis propoſitio contingens: vt, Homo pius, lapis quadratus.

Ratio in ſe falſa. Ratio in ſe falſa eſt, habitudo terminorum talis, vt ſi verbo copulentur, fiat falſa propoſitio, vt fuit horum terminorum: Deus homo, in triduo mortis Chriſti. Falſa enim fuiſſet propoſitio, Deus eſt homo. Sic & nomen, Chriſtus, eodem triduo, continebat rationem falſam, nempè Deum hominem: cùm (vt dictum eſt) Deus non eſſet homo.

Ratio in ſe impoſſibilis. Ratio in ſe impoſſibilis eſt, habitudo terminorum ea, vt ſi connectantur verbo, futura ſit impoſſibilis propoſitio: vt, Deus malus.

Secundum quid. Id complexum ſecundum quid, imitationem quandam ſolum ſignificat: vt cum dicimus hominem pictum eſſe hominem ſecundum quid. Significat & imminutionem tantùm, vt præ eo nihil propè æſtimari poſſit, aut videri: quomodò eum qui ſolos dentes albos habuerit, album ſecundum quid dicimus.

Conceptus ſimpliciter ſimplex. Simpliciter ſimplicem conceptum vocant obiectinalem conceptum, id eſt quidpiam intelligibile, quod reſolui non poteſt in ſuperiora prædicata: vt ens, quod non habet quicquam ſe ſuperiùs, id eſt latius, in quod reſoluatur,

velut minus commune, aut inferius in communius, aut ſuperius: & differentiæ, ac paſſiones, quæ nulli rectè ſupponuntur generi, in quod reſolui poſſint.

Reſolui autem in ſuperiora, volunt eſſe, definiri per ſuperiora.

Subiectum ſemel Dialectici appellant prius propoſitionis extremum: iterùm id, de quo præcipuè conſideratur, & per ſe, ac primo in aliqua facultate, & diſciplina, & ad quod cætera illius facultatis reducuntur: vt Theologiæ ſubiectum eſt Deus, Dialecticæ modus ſciendi, vt volunt qui ſecundas meditantur intentiones in vniuerſa Dialectica. *Subiectum.*

Vocatur autem id ſubiectum continentiæ, idcircò quòd virtualiter contineat omnes concluſiones colligendas in ea diſciplina, cuius eſt ſubiectum. *Subiectum continentiæ.*

Phyſici ſubiectum dicunt id, quod accidenti ſubſternitur, ipſumque tolerat.

Eſt autem duplex, propinquum, & remotum. Horum accidentium, quæ quantitatem poſcunt, vt hæreant: quantitas eſt propinquum ſubiectum, & ſubſtantia eſt remotum. *Subiectum propinquum & remotum.*

Scibile propinquum appellant, ipſam concluſionem, quæ demonſtratione noſci poteſt: remotum, rem ipſam quam tegit concluſio ſcibilis. *Scibile propinquum.*

Speciei nomen frequenter id ſignificat, quod communius partitur in minùs communia: vt, Homo, & bos, partiuntur animal: atque in hac ſignificatione duplex ſpecies conſtituitur, ſubijcibilis, & prædicabilis. Subijcibilem dicunt eam, quæ rectiſſimè ſubiitur generi in ſerie prædicamentali: vt, Homo animali in prædicamento ſubſtantiæ. Prædicabilem, quæ genus propriè non habet, cui ſit rectiſſimè ſubiecta in prædicamento: habet tamen quædam inferiora, de quibus enuntietur: vt anima, quæ cum ſit pars, locum non habet in recta ſubſtantiæ linea, habet tamen ſingulares animas, de quibus hæ ſunt propoſitiones veræ, & neceſſariæ, hæc anima eſt anima, & hæc anima eſt anima. Creberrimè ſpeciei vocabulo ea ſignificantur, quæ vllo modo profecta ab obiecto afficiente, facultatem perceptiuam, perceptionem illius aliquo modo efficiunt. Sunt autem eorum tria genera. Quædam enim ſolùm externum ſenſum afficiunt: ea quoque vocantur ſenſibiles ſpecies: vt ſpecies ſoni, quæ effunduntur ad aures vſque, vt percipi ſonum faciant. *Species ſubijcibilis.* *Prædicabilis.*

Aliqua,poſteaquam ſenſus externus percepit obiectum, ad animam penetrant nondum prorſus ſpiritualier agentem,ſed cum carne:atque ea,ſpecies phantaſticę,ſiue phantaſmata nominantur. Reliqua iam non corporali modo referunt obiectum, ſed ſpirituali : proindéque ſpecies intelligibiles appellatæ ſunt.

Primę illæ ſpecies præſens obiectum referunt, aut certè paulo poſtquam abiit : quod propter ſonum dictum volui,qui iam deſiit, cum auditur. Secundæ abſens quidem,ſed ſub conditionibus (ita loquuntur) indiuiduantibus,id eſt,rem,vt ſingularis eſt, & indiuidua. Conditiones enim indiuiduantes appellant, quęcunque rem percipi cogunt ſingularem,& indiuiduam,vt accidentia. Tertiæ ſpecies, id eſt intelligibiles, & abſens obiectum repræſentant,ac referunt,& modo ſpiritali, iam non vt corporeum, aut indiuiduum , ſed vt commune quiddam : vt cum poſteaquam ſenſus percepit Petrum, & vis animæ interior phantaſiauit, vt ſic loquar, abſentem etiam, tandem anima ex phantaſia, quæ adhuc Petri fuerat, eruit quiddam ſpirituale, quod ſibi refert naturam Petri generalem, ac illi cum reliquis hominibus communem. Huiuſmodi ſpecies intelligibiles,ſæpè etiam habitus,ſiue habituales notitiæ vocitantur, propterea quòd qualitates ſunt diutiùs animæ hærentes, vt habitus.

* * *

Si non die,anno.

FINIS.

IVDOCVS CLICHTOVEVS PHILOSOPHVS SVBTILISSIMVS, DE TERMINORVM COGNITIONE, ac Artium, & Scientiarum Diuiſione.

AD LECTOREM ADMONITIO.

BENEVOLE Lector: Vt omnibus vtriúſque ſcholæ ſtudioſis, nempè cùm Nominalium, tùm Realium nuncupatorum viam, ac opinionem ſequentibus, hoc noſtrum Gymnaſium commune ſit: atque vnuſquiſque alterius ſemitā commodè cognoſcere queat, & mentem, (id enim ſtudentibus maximè conducit) hîc Iudoci Clichtouei, Nominalium Philoſophi Doctiſſimi, ſuas de Terminorum cognitione, ac Artium, & Scientiarum diuiſione vtiliſſimas, & doctiſſimas interpoſui introductiones, quæ ſanè emolumentum, magnamque, vtilitatem eiſdem omnibus valent adferre, multa enim valdè vtilia, & neceſſaria præcepta, perpaucis, reſolutoriéque perſtringunt: ſicuti legentibus videre licet. VALE.

IN TERMINORVM COGNITIONEM

Introductio Iudoci Clichtouei Neoportuenſis: adiectis eiuſdem nonnullis annotatiunculis, familiariter declarata.

Terminus,
Rei.
Propoſitionis.
Terminus propoſitionis,
Termin⁹ vocalis,
Scriptus.
Mentalis.
Terminus vocalis.
Vniuocus
Æquiuocus.
Vniuocus,
Categorematicus
Mixtus.
Categorematicus,
Materialis.
Perſonalis.
Perſonalis,
Incomplexus
Complexus.
Incomplexus.
Abſolutus,
Connotatiuus.
Abſolutus,
Communis.
Singularis.
Communis.
Primæ intẽtionis.
Secũdæ intẽtionis,
Secundæ intentionis,
Logicus.
Non Logicus.
Logicus.
Diuiſio.
Diuiſum.
Mẽbra diuidentia.
Deffinitio.
Deffinitum.
Argumentatio.
Antecedens.
Conſequens.
Maior.
Minor.
Concedere.
Negare.
Diſtinguere.

TERMINVS eſt, quod aliquid claudit, & terminat.

Terminus rei eſt cuiuſlibet rei, finis, ac vltimum.

Terminus propoſitionis eſt propoſitionis extremum.

Præſens introductio tria continet.

PRæſens introductio, vt & aliæ ſolent, tria continet. Primo diuiſiones termini, deinde deffinitiones eorũ, quæ in diuiſione poſita ſunt: & tertio, regulas. Diuiſiones quidem hæc formula, complectitur: in qua dictio, cui præponitur paragraphus, eſt diuiſum: & dictiones ſine paragrapho, adiecto ſuppoſitæ, ſunt membra diuidentia, in quibus ſemper intelligendum eſt diuiſum,

quamuis ad vitandam prolixitatem non exprimatur. Itaq; in omnibus, & diuiſis, & membris diuidentibus, intelligi debet iſta dictio, terminus: quouſque ad extremum paragraphum deuentum fuerit: cui poſtpoſitæ dictiones per ſe, & ſine alicuius adiectione ſumendæ ſunt. Exempli gratia: terminus, primo diuiditur in terminum rei, & in terminum propoſitionis. Deinde terminus propoſitionis, ſubdiuiditur in terminum vocalem, terminum ſcriptum, & terminum mentalem. Poſtea terminus vocalis, in terminum yniuocum, & terminum æquiuocum: & ita deinceps vſque ad vltimum paragraphum. Et quamuis vnum membrorum diuidentium ſolùm vlterius diuidatur: alia tamen membra condiuidentia in pleriſque diuiſionibus intelligenda ſunt conſimiliter debere diuidi: vt terminus ſcriptus, & mentalis, eodem modo diuiduntur, quo vocalis: & complexus, ſicut incomplexus: & connotatiuus ſicut abſolutus, & ita in alijs. Poſt vltimum autem paragraphum, propriè non eſt diuiſio, ſed numeratio terminorum Logicorum: non quidem omnium, ſed eorum duntaxat qui ad aliquantulam diuiſionis, definitionis, & argumentationis (quæ tria præcipuè in Logica traduntur) cognitionem ſunt neceſſarij. Nam tres primæ dictiones, ſcilicèt diuiſio, diuiſum, & membra diuidentia, ad naturam diuiſionis intelligendam pertinent. Deinde duæ ſequentes, ad diffinitionem ſpectant. Quinque aliæ ad argumentationem. Et denique tres vltimæ, ad reſpondendum in argumentationibus, & diſputationibus. Horum enim rudis cognitio neceſſaria eſt iuuenibus, Dialecticam audituris: ſicut quid adiectiuum, ſubſtantiuum, ſuppoſitũ, & appoſitum, cognoſcere debet, qui grammaticam diſcit.

Conſequenter, ſeruato eodem prorſus ordine, qui in diuiſione eſt habitus, ad faciliorem memoriam, deffiniuntur omnia priùs numerata. Et primò terminus communiter, & generaliter acceptus diffinitur, quod eſt ens, aliquid claudens, & terminans, vt extremitas ligni, nam claudit, hoc eſt finit, & terminat aliquid, ſcilicèt lignum. Similiter iſta dictio, homo, eſt terminus, nã claudit, & terminat aliquid, ſcilicèt propoſitionem, cuius eſt extremum: vt hanc, homo eſt animal.

In diffinitione autem termini rei, particula cuiuſlibet, non vniuerſaliter, ſed particulariter accipitur: vt idem ſit quod alicuius. Nam ſigna vniuerſalia in diffinitionibus

poſita,particulariter accipũtur. Et res non cõmuniter ſumitur pro ente:ſed propriè pro eo, quòd non eſt ſignum, ſiue (vt vulgato vtar nomine) pro re ad extra. Finis autem,& vltimum non capiuntur ſolùm pro eo, in quod aliquid deſinit: ſed indifferenter pro illo à quo aliquid incipit, vt caput hominis,vel in quòd aliquid deſinit,vt pes hominis. De termino propoſitionis, exemplum, vt homo: nam eſt extremum propoſitionis: vt huius,homo eſt animal, aut alterius,ſimiliter & animal,

Propoſitio eſt oratio indicatiua,verum,vel, falſum ſignificans.

Oratio indicatiua eſt, quæ ex verbo indicatiuo conſtituitur.

Extremum eſt ſubiectum,vel prædicatum.

Subiectũ eſt extremũ,copulá verbalẽ præcedẽs.

Prædicatum verò,ſequens.

Copulaverbalis eſt,verbum ſubſtantiuum,propotionis extrema copulans.

Termin⁹ vocalis eſt,terminus,qui ore profertur.

Scriptus,qui ſcribitur.

Mentalis verò,qui mente concipitur.

Terminus vniuocus eſt, qui vnica ratione,ſignificationéque ſua ſignificata ſignificat.

Æquiuocus,qui diuerſis.

Æquiuocus,homonymus.

Quia prius diffinitus eſt terminus propoſitionis, eſſe propoſitionis extremum, ideò ne ex ignotis detur deffinitio, quid ſit propoſitio,& quid extremum, ſubiungitur. De propoſitione exemplum, vt homo eſt animal,nam eſt oratio indicatiua (cum ex verbo indicatiui modi conſtituatur) verum, vel falſum ſignificans:nam ſignificat verum,& ſicut res ſe habet. Similiter homo eſt lapis, eſt propoſitio, nam eſt oratio indicatiua, verum, vel falſum ſignificans, ſignificat enim falſum, & aliter quàm res ſe habet. Et quia coniunctio diſiunctiua in deffinitione poſita, denotat aliquam diuiſionem difiniti: ex diſiunctione prædicta innuitur hæc diuiſio, Propoſitionum, aliqua eſt vera, & aliqua eſt falſa, cuius quidem diuiſionis mem-

bra, poſterius declarabuntur.

Deinde diffinitur extremũ propoſitionis, quod eſt ſubiectum propoſitionis, vel prædicatum, vt in hac propoſitione, homo eſt animal: terminus homo, eſt extremum, quia ſubiectum, cùm præcedat copulam verbalem. Etiam animal, eſt extremum, quia prædicatum, ſequitur enim copulam verbalem. Verbum autem ſubſtantiuum eſt copula, nam copulat extrema datæ propoſitionis: quòd ſi interdum copula, & prædicatum includuntur in aliquo verbo, illud reſoluendum eſt in verbum ſubſtantiuum eiuſdem tẽporis, & ſuum participium præſentis temporis: & tunc manifeſtè conſpicietur copula, & prædicatũ, vt currit, eſt currens, legit, eſt legens. Nam regula eſt. Ad propoſitionem implicitam ne reſpondeas, priuſquam explicueris illam. Et quamuis deffinitio prædicati in litera videatur incompleta, ne fiat crebra, & inepta eiuſdem repetitio: ex diffinitione tamen ſubiecti ita perficienda eſt. Prædicatum eſt extremum copulam verbalem ſequens. Et ita, quoties diffinitio imperfecta ponitur, ex præcedenti eſt perficienda. *Regula notanda.*

Et vt ex grammaticis iam cognitis fiat ad Logica intelligenda manuductio: quæ plurimum rudibus adhuc adoleſcentulis conducit: oratio ex ſuppoſitio, & appoſito conſtituta in grammatica, eſt propoſitio Logica. Quod vocãt ſuppoſitum in grammatica, eſt ſubiectum in Logica. Et nominatiuus poſt verbum rectus, eſt prædicatum. Verbum autem ſubſtantiuum, eſt copula. *Suppoſitum in Grammatica.*

De termino vocali exemplum, vt iſta vox homo, nam eſt terminus propoſitionis, qui ab ore profertur. *Scriptus.*

De termino ſcripto, vt hæc ſcriptura, homo: nam eſt terminus, qui ſcribitur, non quidem in præſenti tempore, ſed aptus eſt ſcribi. Et verba in diffinitionibus poſita, non actũ ſed aptitudinem important. Neque hîc ſcribi, capitur ſolũ, vt ſignificet calamo literas in papyro formari, ſed communiter, vt ſignificat literas effigiari in qualibet materia, ſiue in lapide, ſiue in ligno, & quocunque inſtrumento. De termino mentali: vt iſte terminus, homo, in animo alicuius exiſtens. *Terminus vocalis.* *Mentalis.*

Neq; hîc quiſquã exigat materiã conceptuũ, & notionũ animi declarari. Nã hæc difficiliora ſunt, quàm vt à teneris adhuc adoleſcentũ animis intelligãtur: & ſuo loco declarãda reſeruari debẽt. Non verò collocãda ſunt prima fundamenta Logicæ intelligẽtiæ: quæ nihil niſi captu facillima

requirunt. Non etiam ſophiſticis captionibus enitendum eſt tenella adhuc ingenia obtundere, & rectam eorum, quæ dicuntur intelligentiam ſubuertere, quamuis quo modo illæ ſolui debeant, adiectę ad literam explanationes ſatis declarant, Sed dictorum in primis recta expeti debet intelligentia. Qua habita, facilè quis obiectiones formare, & eas diſſoluere ſciet: imò rectius, & promptius quàm qui ſolùm ſophiſticis imbuuntur. Nam qui cognoſcit rectum, cognoſcit & obliquum: ſicut qui ſcit formare orationem congruam, ſcit etiam formare incongruam: ſed non è diuerſo. Nam rectum eſt index ſui, & obliqui.

Rectum eſt index ſui, & obliqui.

Terminus vniuocus.

De termino vniuoco exemplum, vt homo ad hominem viuum, nam vnica ſignificatione, ſua ſignificata, ſcilicèt omnes homines, ſignificat. Neque ibi iſta dictio, ſignificata, deſignat ſignificationum pluralitatem: ſed rerum ſignificatarum multitudinem, & indifferenter ſecundum numerum accipitur, vt tantùm valet ſicut vnum ſignificatum, vel plura. Nam vocabula in diffinitionibus poſita, indifferenter ſecundum numerum accipiuntur. De termino æquiuoco exemplum, vt homo ad hominem viuum, & pictum. Nam diuerſis rationibus, ſignificationibúſque ſua ſignificata ſignificat. Neque inconueniens putetur eundem eſſe terminum vniuocum, & æquiuocum reſpectu diuerſorum ſignificatorum. Terminus autem æquiuocus, & terminus homonymus, idem ſunt: hoc græcum, illud Latinum.

Æquiuocus, & homonymus idē.

Terminus categorematicus eſt, qui aliquid ſignificat: & ſyncategorema non includit.

Significare eſt præter ſeipſum intellectui quicquam repræſentare.

Terminus categorematicus, terminus ſignificatiuus, categorema: idem.

Terminus mixtus eſt, qui terminum categorematicum ſimul, & ſyncategorema includit.

Syncategorema eſt, quod per ſe nihil ſignificat, aliis tamen dictionibus in oratione adiungitur.

Syncategorema, conſignificatiuum: idem.

Terminus materialis eſt, qui pro ſola voce: cum eam ex impoſitione non ſignificet, accipitur.

Terminus materialis, terminus materialiter acceptus: idem.

Terminus perſonalis eſt, qui pro re ipſa, quam ex impoſitione deſignat, ſumitur.

Terminus perſonalis, terminus perſonaliter acptus, terminus ſignificatiuè acceptus: idem.

Vt terminus ſit ſimpliciter, & purè categorematicus, qualis hîc diffinitur: primò requiritur quòd per ſe, & ſolitariè ſumptus aliquid ſignificet, vt homo per ſe prolatus, omnes homines, per quod excluduntur ſyncategoremata. Secundò requiritur quòd non includat ſyncategorema, neque reſoluatur, aut exponatur per illud: vt homo nullum prorſus in ſe ſyncategorema continet, per quod excluduntur termini mixti. *Quæ requiruntur ad terminum categorematicum.*

Vt autem quid ſignificare dicatur: oportet, quòd aliquid, vel aliqua intellectui repræſentet vltra ſeipſum: vt iris, ſignificat pluuiam, & circulus pendens ante tabernam: vinum venale. Sic vox homo, vbi auditu percepta fuerit: apud intellectum repræſentat omnes homines, quòd ſi aliquid ſolùm ſeipſum ſignificaret, vt buf, non idcircò diceretur ſignificare, niſi ſeipſum ex impoſitione importaret, vt iſta dictio, hæc vox (demonſtrata per pronomen ipſamet voce) ſolùm ſeipſum repręſentat, & tamen ſignificat: quia ſeipſam ex impoſitione importat. Deinde ponitur interpretatio termini categorematici. Eſt autem interpretatio nominis minus noti per nomen totius conuertibilis explicatio, & cum diffinitione, magnam habet affinitatem. Vt in propoſito, terminus categorematicus, ſiue categorema, eſt terminus minus notus, & græcus: terminus verò ſignificatiuus, ſiue ſignificatiuum, eſt terminus notior. Et vniuerſaliter, quando plures virgulis diſtinctæ ponuntur dictiones, quibus poſtponitur hoc pronomen, idem ibi eſt interpretatio explicita. Aliquando verò pronomen omittitur, & eſt interpretatio implicita. *Quid requiritur ad hoc quòd quid ſignificare dicatur.*

De termino mixto exemplum, vt nihil, includit enim terminum categorematicum, ſcilicet ens: & ſyncategorema, ſcilicet nullum. Ita nemo, id eſt, nullus homo, nunquam, id eſt nullo tempore, ſemper, id eſt omni tempore. De ſyncategoremate exemplum, vt omnis, nullus, non, &, vel. Nam quodlibet eorum per ſe ſolitariè ſumptum, nihil *Terminus mixtus quid.* *Syncategorema.*

ſignificat, alijs tamen dictionibus ſignificatiuis in oratione notum eſt adiungi: vt omnis homo eſt animal. Súntque ſimilia fruticibus, qui per ſe ſubſiſtere non poſſunt: ſolidioribus autem innixi: vt vineæ ſtipitibus, aut vlmis alligatæ, benè ſubſiſtunt. Et quòd Græci dicunt ſyncategorema: latini vocant conſignificatiuum. Vnde ſyncategorema non eſt terminus: cùm non poſſit eſſe totum propoſitionis extremum.

Syncategorema, quare non ſit terminus.

Terminus materialis quid.

De termino materiali exemplum: vt in hac propoſitione vocali, homo eſt nomen: iſta vox, homo, eſt terminus materialis, nam accipitur pro ſola voce, quam tamen ex impoſitione non ſignificat, quòd ſi dictio aliqua ſumeretur pro voce, & eam ex impoſitione ſignificaret: vt ſubiecta harum propoſitionum, omnis vox ore profertur, omnis ſonus auditur, non acciperetur materialiter, ſed ſignificatiuè. Et ſub voce hîc comprehenduntur ſcriptura, & conceptus, quæ dictio excluſiua ibi poſita non excludit: ſed ſolùm ſecludit rem ex impoſitione ſignificatam: pro qua dictio materialiter accepta non ſupponit.

Terminus perſonalis quid.

De termino perſonali exemplum, vt in hac propoſitione, omnis homo eſt animal: iſte terminus, homo, capitur ſignificatiuè, quia ſumitur pro re ipſa, quam ex inſtitutione primi impoſitoris ſignificat. Et in diffinitione termini perſonalis, iſta dictio, res, generaliter accipitur pro ante, vt etiam extendat ſe ad ſigna.

Terminus incomplexus eſt, ſimplex terminus, & ex pluribus dictionibus minimè conſtitutus.

Complexus verò: qui ex multis conſtituitur dictionibus.

Terminus abſolutus eſt, qui ſolùm illud pro quo in propoſitione ſupponit, ſignificat.

Connotatiuus autem, qui vltra idipſum, aliud importat.

Et hîc prætereа concretum dicitur, & denominatiuum.

Subſtantiuum autem ei voce, & ſignificato reſpondens: abſtractum eius eſt, & denominans.

Terminus communis eſt, qui natus eſt prædi-

cati de pluribus.

Prædicari eſt verè, & affirmatiuè de aliquo enuntiari.

Terminus cōmunis, vniuerſale, prædicabile: idē.

Terminus ſingularis eſt, qui de pluribus prædicari non poteſt.

Terminus ſingularis, terminus diſcretus, ſingulare, indiuiduum: idem.

Terminus incomplexus quid. De termino incomplexo exemplum: vt homo, & vnuſquiſque terminus per ſe ſumptus: nam eſt terminus ſimplex, non quia partes non habeat, & ſit indiuiſibilis: ſed quia ex pluribus dictionibus non conſtituatur. *Terminus cōplexus.* De termino complexo, vt homo albus, & omnis oratio ex adiectiuo, & ſubſtantiuo, aut dictione regente, & dictione recta conſtituta: nam ex pluribus conſtituitur dictionibus non facientibus vnum vocabulum, & integram dictionem. Quod ad excludendum nomen compoſitæ figuræ adiectū eſt: nam licèt ipſum ex pluribus conſtituatur dictionibus: illæ tamen faciunt vnum vocabulum, ergo nomen compoſitæ figuræ non eſt dictio complexa.

De termino abſoluto. De termino abſoluto exemplum, vt homo: quia ſolùm ſignificat illud pro quo in propoſitione ſupponit, ſcilicèt omnes homines. *De termino connotatiuo.* Album autem eſt terminus connotatiuus, quia vltra idipſum pro quo in propoſitione ſupponit, aliud importat, ſupponit enim pro re alba, & prætereà, importat albedinem.

Terminus autem pro illo in propoſitione ſupponit: de quo verificatur mediante copula ſuæ (in qua ſupponit) propoſitionis, hoc eſt, quando mediante eadem copula verificatur de pronomine, eam rem pro qua ſupponit, demonſtrante, vt in hac propoſitione, homo eſt animal, iſte terminus homo, ſupponit pro Sorte: quia, eo demonſtrato, verum eſt dicere, hoc eſt homo. Etiam iſte terminus, animal, ſupponit pro Sorte: quia demonſtrato Sorte, verum eſt dicere, hoc eſt animal. Itaque terminus connotatiuus ſupponit pro ſubiecto in quo eſt accidens: & vltra hoc, adhuc ſignificat accidens, quòd eſt in illo ſubiecto, & explicatur per nomen abſtractum. Vt album ſupponit pro re alba: & inſuper ſignificat albedinem. Calidum ſupponit pro re calida: &

Varia nomina termini connotatiui. præterea deſignat caliditatem. Vocatur autem terminus connotatiuus, alio nomine concretum, ſiue denominatiuum, ſubſtantiuum verò ab eo formatum, & ei voce reſpondens, ſic quòd conueniat cum eo in principio, & differat in fine: inſuper eidem in ſignificato reſpondēs, ſic quòd idem ſignificet accidens, ſicut ipſum concretum: dicitur eius abſtractum, ſiue eius denominans, Vt album, concretum eſt, & denominatiuum: albedo verò eius, eſt abſtractum, & denominans.

De termino communi. De termino communi exemplum, vt homo: quia natus eſt prædicari de pluribus: dicendo, Sortes eſt homo, Plato eſt homo.

Et diffinitur hìc terminus, nomine, & re, communis, qui ſcilicèt habet rationem ſignificandi communem, & plures res ſignificatas: vt homo, animal, lapis. Non autem diffinitur terminus communis nomine tantùm, qui ſcilicèt rationem ſignificandi habet communem, ſed rem ſignificatam, vnicam, & ſingularem: vt ſol, luna. Nam talis non poteſt prædicari de pluribus diuerſis ob defectum rei. Et ergo huiuſmodi terminus quodammodò medius eſt inter terminum communem nomine, & re, & terminum ſingularem, cùm vocem quidem habeat communē, & rem ſingularem. Neque hic capitur prædicari largè, & communiter, vt idem ſit quod eſſe prędicatum in quacunque propoſitione, ſed propriè, & ſpecialiter, vt ſit idem, quod eſſe prędicatū in propoſitione vera, & affirmatiua, vt homo eſt animal. quare terminus, qui prędicatur in propoſitione affirmatiua, ſed falſa, aut vera, ſed negatiua, aut falſa, & negatiua: nō dicitur in propoſito prędicari, vt prędicatū harū propoſitionū, lapis eſt animal, lapis nō eſt animal, homo nō eſt animal. Terminus autē communis, alio nomine dicitur vniuerſale, ſiue prædicabile: quæ tria omninò ſunt idem: cùm eandem habeant diffinitionē, ſcilicèt prędicari de pluribus.

De termino ſingulari. Terminus ſingularis, eſt qui nō eſt natus prędicari de pluribus, ſupponentibus quidem pro diuerſis. Quòd poſtremum in diffinitione eius intelligendum eſt: quia non eſt inconueniens terminum ſingularem prædicari de pluribus terminis acceptis pro eodem, vt hic: homo eſt Sortes, animal eſt Sortes. Terminus autem communis benè prædicatur de pluribus diuerſis: vt Sortes eſt homo, Plato eſt homo. Itaque quod in grammatica dicitur, nomen appellatiuum: eſt in logica terminus communis. Et quod in grammatica

grammatica nomen proprium eſt, in logica terminus ſingularis.

Terminus primæ intentionis eſt, qui ſignificat res, quæ non ſunt ſigna.

Terminus primæ intentionis, terminus primæ impoſitionis, terminus primè intentionaliter ſumptus: idem.

Terminus ſecundæ intentionis eſt, qui ſolum ſigna ſignificat.

Signa, ſigna doctrinalia.

Terminus ſecundæ intentionis, terminus ſecundæ impoſitionis, terminus ſecundè intentionaliter acceptus: idem.

Signum eſt, quod præter ſeipſum, alicuius eſt ſignificatiuum.

Quod quidem ſi res ſit, quæ neque eſt vox, neque ſcriptura, neque conceptus: ſignum reale dicitur.

Si verò tale ſignum terminus eſt, aut ex terminis compoſitum, & ad doctrinam accommodatum; ſignum eſt doctrinale.

Vox, ſcriptura, conceptus.

Terminus logicus eſt, terminus ſecundæ intentionis, qui logicæ eſt determinationis.

Non logicus, qui ad alterius diſplinæ rationalis conſiderationem ſpectat.

Diſciplina rationalis eſt, quæ præcipuã ſermonis curam, peculiaremque determinationem agit.

Grammatica, logica, rhetorica.

Congruum, verum, ornatum.

Diſciplina rationalis, diſciplina ſermocinalis, idẽ.

De termino primæ intentionis. De termino primæ intentionis exemplum, vt homo. Significat enim res quæ non ſunt ſigna, ſcilicet omnes homines, qui neque ſunt voces, neque ſcripturæ, neque conceptus. Et quamuis nonnulli termini primæ intentionis

F

ſignificent ſigna: vt ſonus, qualitas, ens: cum hoc tamen etiam ſignificant res quæ non ſunt ſigna: quod ſufficit ad hoc quòd aliquis ſit terminus primæ intentionis.

De termino ſecundæ intentionis

De termino ſecundæ intentionis exemplum: vt nomen, ſubiectum, propoſitio. Nam dati termini, ſolùm ſigna ſignificant, non qualiacunque, ſed doctrinalia. Vt enim ſequens diffinitionem interpretatio oſtendit: terminus ſecundę intentionis ſolùm debet ſignificare ſigna doctrinalia, hoc eſt voces, ſcripturas, aut conceptus. Quare iſti termini imago, effigies, ſimulacrum, ſtatua, non ſunt termini ſecundæ intentionis: quia ſolùm ſignificant ſigna realia, & non doctrinalia. De ſigno exemplum, vt iris eſt ſignum pluuiæ: circulus ad tabernam ſuſpenſus, vini venalis, & vnuſquiſque terminus, eſt ſignum rei ſignificatæ: quia vltra ſeipſum illam repræſentat. Et eſt duplex: ſignum ſcilicèt reale, & doctrinale. Signum reale eſt, ſignum quod eſt res, & non vox, ſcriptura, vel conceptus, vt imago Sortis eſt ſignum Sortis reale, & ſtatua Herculis ipſius Herculis. Signum doctrinale eſt ſignum, quod eſt terminus, aut ex terminis compoſitum, & ad doctrinam accommodatum, vt homo, lapis, homo albus, lapis eſt ſubſtantia. Et ipſum eſt triplex, vt innuût tria vocabula vox, ſcriptura, cõceptus poſt eius diffinitionẽ in litera poſita: ſcilicèt vocale, ſcriptũ, & mentale. Signum vocale, & doctrinale, quod ab ore profertur: vt iſta vox homo. Signum ſcriptum eſt, quod ſcribi natum eſt: vt iſte terminus ſcriptus, homo. Signum mentale, eſt quod mente concipitur: vt iſte terminus mentalis homo, & quælibet oratio mentalis.

De termino logico.

De termino non logico.

De termino logico exemplum, vt verum, falſum, affirmatiuum, negatiuum, & ſimiles. Nam hi, logicæ ſunt determinationis. De termino non logico, vt adiectiuum, ſubſtantiuum, ſuppoſitum, appoſitum, & cæteri grammaticæ, vel rhetoricę termini. Nam ſunt termini ſecundæ intentionis, qui ad alterius à logica diſciplinæ rationalis, ſcilicèt grammaticæ, vel rhetoricæ conſiderationem ſpectant.

Diſciplina rationalis quid ſit

Diſciplina rationalis triplex.

Eſt autem diſciplina rationalis, quæ principaliter de ſermone tanquam ſubiecto attributionis determinat: & ergo alio nomine diſciplina ſermocinalis dicitur. Et eſt triplex, vt innuunt tria vocabula eius diffinitioni poſtpoſita, ſcilicèt grammatica, logica, & rhetorica. Grammatica quidem determinat de ſermone congruo, logica de vero, & rhetorica de ornato: quod denotãt tria nomina congruum, verum

ornatum, ſermocinalis diſciplinę ſpeciebus ſuppoſita. Sub quibus comprehenduntur eorum oppoſita, ſcilicèt incongruum, falſum, & inornatum. Nam in diſciplinis, vnum oppoſitorum per alterum intelligitur.

Diuiſio eſt, termini communioris in plures terminos minùs communes diductio.

Diductio, partitio, ſectio, diſtributio: idem.

Terminus communior eſt, qui altero plura ſignificat.

Minùs communis: qui pauciora.

Diuiſum eſt, terminus cõmunior, qui diuiditur.

Membra diuidentia ſunt, termini minùs communes, qui diuidunt.

Diffinitio eſt oratio, quid ſit diffinitum conuertibiliter explicans.

Diffinitum eſt dictio, quæ à diffinitione conuerſim explicatur.

Conuerſim, conuertibiliter: idem,

Ea conuertibiliter dicuntur: quæ vniuerſaliter de ſe inuicem, & mutuo verificantur.

De diuiſione.

Diffinitur in litera diuiſio logicalis, quòd ſit diductio, ſiue partitio termini communioris, ſcilicèt diuiſi, in plures terminos minùs communes, ſcilicèt membra diuidentia. Vt animalium, aliud homo, aliud brutum. Ibi enim eſt partitio termini communioris, ſcilicèt animal, in plures minùs communes: ſcilicet hominem, & brutum. Et quòd animal ſit terminus communior, patet, quia plura ſignificat, quàm homo: plura itidem, quàm brutum. Quicquid enim ſignificat homo: id ſignificat animal, & adhuc amplius. Et è diuerſo, homo terminus eſt minùs communis, quàm animal, nam pauciora ſignificat. Quod ex prædicatione ſtatim eſt notum. Nam terminus communior prædicatur de termino minùs communi vniuerſaliter ſumpto, & non contrà, vt omnis homo eſt animal, ſed non omne animal eſt homo.

De termino cõmuniori, & minùs communi.

Et diuiſio logicalis facilè intelligitur per analogiam diuiſionis realis: quæ eſt alicuius totius in partes minores diſſectio, vt diuiſio ligni. Nam vt in diuiſione reali eſt totũ,

Diuiſio logicalis per analogiam

ad realem intelligitur. & maius quod diuiditur : & præterea partes minores in quas totum diuiditur:ita in diuiſione logicali, eſt diuiſum, & membra diuidentia. Vt in ſupradicta diuiſione, animal eſt diuiſum : quia eſt terminus communior, quàm quodlibet membrorum diuidentium ſigillatim ſumptum. Et homo, & brutum,ſunt membra diuidentia : quia ſunt termini minùs communes:non quidem ſimul per disiunctionem ſumpti. Nam ſic ſunt æquè communes,ſicut diuiſum, & cum eo conuertuntur.

De disiuncto. Disiunctum enim ex membris diuidentibus conuertitur cum ſuo diuiſo : vt quicquid homo eſt,vel brutum, eſt animal: & omne animal, eſt homo, vel brutum. Quemadmodum partes ſimul ſumptæ æquantur ſuo toti: vt quatuor,& duo ſunt ſex. Sed membra diuidentia ſunt termini minùs communes,quando vnumquodque eorum per ſe, & ſigillatim ſumitur, & ad diuiſum comparatur, vt homo eſt terminus minùs cōmunis,quàm animal,&etiam brutū. Sicut & quælibet pars per ſe ſumpta eſt minor, quam ſuū totum ; & quaternarius minor ſenario, & etiam binarius. Et diffiniuntur membra diuidentia in plurali numero, quia ſemper eiuſdem diuiſi debent eſſe plura diuidentia, ad minùs duo : non tamen eſt inconueniens eſſe plura duobus. Sicut totum reale ſemper in multas diuiditur partes,ſaltem in duas,& interdum in plures. Quare vulgata propoſitio, omnis diuiſio debet eſſe bimēbris,ſi ita intelligatur:omnis diuiſio debet ad minùs habere duo membra, & non pauciora, vera eſt. Si verò hoc pacto exponatur: quòd omnis diuiſio debet ſolùm habere duo membra diuidentia, & nō plura, eſt falſa. Sicut & falſum eſt omne totū reale ſolùm debere diuidi in duas partes,& non plures. Neque laborandū eſt, vt omnis diuiſio reducatur ad bimembrem : tùm quia id ſuperuacuo labore pluribus diuiſionibus pro vna fieri plerumque deberet : tùm quia interdum non minùs difficilè occurreret, quam vitrum in plurimas partes confractum ad duas redacere.

Vulgata propoſitionis expoſitio.

De deſinitione. De diffinitione exemplum, vt hæc oratio,animal rationale,eſt diffinitio hominis, quia eſt oratio explicans quid eſt homo. Conuenienter enim reſpōdetur ad quæſitiuum, quid, de homine. Vt quærenti quid eſt homo ? recta datur reſponſio: eſt animal rationale. Præterea dicta oratio explicat quid eſt homo conuertibiliter, quia conuertitur cū homine. Omnis enim homo eſt animal rationale,& omne

animal rationale eſt homo. Iſte autem terminus homo, eſt eius diffinitum: quia eſt dictio, quæ à ſua diffinitione cōuertibiliter explicatur. Omnis enim diffinitio cum ſuo diffinito conuertitur: & de eo conuertibiliter dicitur: quia & diffinitio de diffinito vniuerſaliter ſumpto, & diffinitum è contra de diffinitione vniuerſaliter ſumpta verificatur, quod ſi interdum diffinitio videtur eſſe communior diffinito, & alicui conuenire, cui non conuenit diffinitum: hoc eò venit, quia non tota diffinitio ſumitur, ſed genus diffiniti omittitur: quod tamen addendum erat. In cuiuſlibet enim diffinitionis principio, exprimendum eſt genus diffiniti, aut ſaltem intelligendum. Quod cum exprimitur: diffinitio eſt ſecundum vocem completa: cum verò intelligitur, eſt imperfecta ſecundum vocem: nihilominus tamen ſemper perfecta ſecundum mentem. Sicut in diuiſione diuiſum debet repeti cum membris diuidentibus: aut ſaltem in eis intelligi. Quod cum expreſſè ponitur ad membra diuidentia: ipſa ſunt completa ſecundum vocem. Cū verò ſolùm intelligitur: ſunt imperfecta ſecundum vocē, tamen perfecta ſecundum intelligentiam. Et hæ duæ regulæ ſunt ſummoperè notandæ.

Omnis diffinitio cum ſuo conuertitur diffinito.

Regula notanda.

Argumentatio eſt vnius propoſitionis ex alia per conſequentiæ notam illatio.

Argumentatio, conſequentia: idem.

Nota conſequentiæ eſt coniunctio, vnam ex altera propoſitionem ſequi denotans.

Nota conſequentiæ, nota illationis: idem.

Antecedens eſt prima pars argumentationis, & alteram propoſitionem inferens.

Antecedens, aſſumptum: idem.

Conſequens eſt argumentationis ſecunda pars, & quæ ex altera propoſitione infertur.

Conſequens, concluſio: idem.

Maior eſt prima pars antecedentis, & coniunctionem copulatiuam præcedens.

Minor eſt antecedentis ſecunda pars, & coniunctionem copulatiuam, aut eius æquiualentem ſequens.

De argumentatione. Quid ſit argumentatio, per analogiam propoſitionis hoc modo intelligatur. Sicut in propoſitione ſunt tria, ſcilicèt ſubiectum, prædicatum, & copula: ita in argumentatione ſunt antecedens, conſequens, & nota illationis. Antecedens quidem in argumentatione eſt, vt ſubiectum in propoſitione: vtrunque enim eſt prima pars. Conſequens in argumentatione eſt, vt prædicatum in propoſitione: quia vtrũque eſt ſecunda pars. Et nota illationis in argumentatione, eſt vt copula verbalis in propoſitione, quia vtrunque ſui totius partes coniungit. Huius tale ſumatur exemplum, vt hæc eſt argumentatio: homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia, nam eſt illatio vnius propoſitionis, ſcilicèt conſequentis, homo eſt ſubſtantia, ex altera ſcilicèt antecedente, homo eſt animal, per notam conſequentiæ, ſcilicèt coniunctionem: ergo. Et in hac diffinitione ſimiliter, & cæteris ſequentibus: termini indifferenter ſecundum numerum accipiuntur, vt ſit ſenſus. *Argumentatio quid.* Argumentatio, eſt illatio vnius propoſitionis, aut plurium, ex altera, aut ex aliis pluribus.

Sicut quatuor modis poteſt variari propoſitio, ita argumentatio. Nam ſicut quatuor modis poteſt variari propoſitio penes extremorum incomplexionem, vel complexionem. Primò, poteſt ſubiectum eſſe incomplexum, & etiam prædicatum: vt homo eſt animal. Secundò, ſubiectum complexum, & prædicatum incomplexum: vt homo albus eſt animal. Tertiò, ſubiectum incomplexum, & prædicatum complexum, vt homo eſt animal rationale. Quartò, tam ſubiectum, quam prædicatum complexum: vt homo albus eſt animal rationale: Ita argumentatio quatuor modis poteſt variari penes anteced ntis, & conſequentis ſimplicitatatem, & compoſitionem. Primò, antecedens poteſt eſſe ſimplex, & vnica propoſitio, ſimiliter & conſequens: vt homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Secundò, antecedens compoſitum, & ex pluribus propoſitionibus cõſtitutũ, conſequens autem ſimplex: vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Tertiò, antecedens ſimplex, & conſequens cõpoſitum, vt homo eſt animal, ergo homo eſt ſenſibilis, & homo eſt ſubſtantia. Quartò, antecedens compoſitum, & conſequens compoſitum: vt omne animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſenſibilis, & omnis homo eſt ſubſtantia. Et primus modus conſequentiæ primò modo propoſitionis reſpondet

ſecundus ſecundo,& ita deinceps. Vocabula artis ſunt, Ex vno vnum. Ex pluribus, vnum. Ex vno, plura. Ex pluribus, plura. *Vocabula artis.*

Neque ſemper oportet conſequens eſſe alterum ab antecedente ſecundum rem: ſed interdum eſt ſolummodò alterum ſecundum rationem, vt in hac argumentatione, homo eſt animal,ergo homo eſt animal, conſequens eſt reipſa idem antecedenti, ratione tamen ab eo diuerſum. Nam iſta propoſitio, homo eſt animal, dicitur antecedens inquantùm infert conſequens, & præponitur notæ illationis. Et dicitur conſequens, quatenus infertur ex antecedente, & poſtponitur notæ illationis. Quemadmodum in propoſitione, interdum prædicatum eſt reipſa diuerſum à ſubiecto: vt in hac propoſitione, homo eſt animal. Interdùm vero eſt reipſa idem ſubiecto, & ſolum ratione ab eo diuerſum: vt homo eſt homo. In qua propoſitione terminus,homo, quatenus præponitur copulæ, dicitur ſubiectum: & quatenus poſtponitur, eſt prædicatum.

De antecedente exemplum, vt in hac argumentatione, homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia: iſta propoſitio homo eſt animal, eſt antecedens,quia eſt prima pars argumentationis, & quæ alteram infert propoſitionem, ſcilicèt conſequens. Iſta vera propoſitio: homo eſt ſubſtantia,eſt conſequens,quia eſt ſecunda pars materialis argumentationis,& quæ ex altera propoſitione infertur:ſcilicèt ex antecedente. Et iſta coniunctio, ergo, eſt nota illationis:quia eſt coniunctio denotãs vnam propoſitionem, ſcilicèt conſequens,inferri ex altera, ſcilicèt ex antecedente. Similiter,& cæteræ coniunctiones rationales: vt ideò, igitur,itaque,& ſimiles:ſunt notæ illationis. In data autem argumentatione, non eſt maior, aut minor: cum antecedens ſit ſimplex,& vnica propoſitio. Cùm autem antecedens eſt compoſitum,& ex pluribus propoſitionibus coniunctione copulatiua, aut æquiualente coniunctis,conſtitutum,tunc eius prima pars eſt maior,& ſecunda pars(quæ ſcilicèt coniunctionem ſequitur)eſt minor. Vt in hac argumẽtatione,omne animal eſt ſubſtantia,& omnis homo eſt animal:ergo omnis homo eſt ſubſtantia: iſta propoſitio,omne animal eſt ſubſtantia, eſt maior: & iſta, omnis homo eſt animal, eſt minor:& totum aggregatum ex maiore,& minore conſtitutum, eſt antecedens. *De antecedente.*

Aliquando tamen altera partium antecedentis,& ſæpius

maior,ſpeciali nomine dicitur ſequela:cum ſcilicèt ipſi adiungitur coniunctio ſi, & verbum optatiuum denotans aliquam ſequelam. Vt in hac argumentatione,ſi omne animal eſſet irrationale,ſequeretur quòd omnis homo eſſet irrationalis,ſed hoc eſt falſum:ergo & illud ex quo ſequitur. Maior,ſi omne animal eſſet irrationale,ſequeretur quod omnis homo eſſet irrationalis, vocatur ſequela. Diffinitio autem antecedentis,conſequentis,maioris,& minoris, intelligenda eſt de parte principali, & propinqua: quæ ſcilicèt ſolum eſt pars totius, & non pars partis. Et non de parte minus principali, & remota: quæ non ſolum eſt pars totius, ſed etiam pars partis,quomodo litera, & ſyllaba, & terminus, benè eſt pars argumentationis antecedentis, & conſequentis: ſed de hac non loquuntur authores.

Concedere propoſitionem eſt, & ipſam veram eſſe admittere.

Propoſitio vera eſt, quæ vt res eſt, ita ſignificat.

Negare propoſitionem eſt, aſſerere ipſam eſſe falſam.

Propoſitio falſa eſt, quæ aliter quam res ſe habet, ſignificat.

Diſtinguere propoſitionem eſt, ipſam multiplicem in plures ſenſus dirimere.

Dirimere, diuidere,

Propoſitio multiplex eſt, propoſitio diuerſos habens ſenſus.

Antecedens, conſequens, maior, minor.

Concedere conſequentiam eſt, datam argumentationem bonam eſſe admittere.

Bona conſequentia eſt, cuius ſi antecedens ſit verum: & conſequens ſimul verum eſſe eſt neceſſe.

Negare conſequentiam eſt, aſſerere datam argumentationem eſſe malam.

Mala conſequentia eſt, cuius etſi antecedens ſit verum: non oportet eius conſequens ſimul eſſe verum.

Diſtinguere conſequentiam eſt, ob aliquam diuerſitatem ei accidentem: ipſam modo bonam, & modo malam eſſe oſtendere.

Tunc propoſitio conceditur: cum à concedente admittitur ipſa eſſe vera, vt homo eſt viuens. Vnde quemadmodum circulus ante tabernam pendens; dicitur eſſe verum ſignum, cum in domo eſt vinum venale ſicut circulus repræſentat: ita propoſitio dicitur eſſe vera, quando ita eſt in re ſicut ipſa ſignificat eſſe, vt homo eſt albus: vel non ita eſt in re ſicut ipſa ſignificat non eſſe, vt chimæra non eſt homo, equus non eſt lapis. Sed hæc particula, negatiua, comprehenditur in litera ſub particula affirmatiua per hanc regulam. Negatio ſub affirmatione comprehenditur; & per affirmationem intelligitur negatio. Et ſub temporis præſentis verbo, ſcilicet eſt, intelliguntur & aliorum temporum copulæ, ſcilicet fuit, erit, & poteſt eſſe. Nam authores ſub vno ſimili, alia ſimilia comprehendunt: & pauca exprimentes multa ſubintelligunt, ab his qui rectam intelligentiam imprimis quærunt, facile cognoſcenda. Itaque propoſitio de præterito vera eſt, quæ vt res fuit, ita ſignificat fuiſſe: vt Adam fuit, & propoſitio de futuro vera eſt, quæ vt res erit, ita ſignificat fore; vt ſol orietur cras, & ita de alijs per analogiam. Et hæc intelliguntur de propoſitionibus in quibus copula importat tempus. In his autem quarum copula abſoluitur à tempore, & nullam prorſus differentiam temporis deſignat propoſitio, vera eſt: quæ vt res nata eſt eſſe, ita ſignificat, vt tonitruum eſt ſonus: nullo etiam exiſtente tonitruo. Nam ad huiuſmodi propoſitionum veritatem non requiritur rei ſignificatæ exiſtentia: cum æquè veræ ſint re non exiſtente, ſicut exiſtente, ſed ſufficit naturalis rei aptitudo. Et in hac diffinitione, iterum ſub affirmatione intelligatur negatio.

Quando propoſitio conceditur.

Propoſitio autem negatur: cum ipſa aſſeritur eſſe falſa, vt nullus homo eſt viuens. Vnde quemadmodum circulus ante tabernam ſuſpenſus dicitur falſum ſignum, cum in ea domo non eſt vinum venale, & aliter eſt, quam ipſe repræſentat: ita ſanè propoſitio dicitur eſſe falſa, quando ſignificat aliter quam eſt in re, vt nullus homo eſt albus, hoc eſt, quæ ſignificat id eſſe, quod non eſt, vel id non eſſe, quod eſt: & ita de alijs prædicatis: iterum ſub affirmatione

Quando propoſitio negatur.

negationem, & ſub tempore præſenti cætera tempora comprehendo, vbi verò copula nullam temporis rationem importat: propoſitio falſa eſt, quæ aliter quã res nata eſt eſſe, ſignificat: vt tonitruum non eſt ſonus, homo non eſt animal. Et hæ diffinitiones ſumuntur ex hac propoſitione Ariſtotelis, Ab eo quod res eſt, vel non eſt: oratio dicitur vera vel falſa. In qua Ariſtoteles apertè, faciliter, & verè oſtendit, à quo ſumenda eſt propoſitionum veritas, aut falſitas. Cuius ſententiam, quia noſtra tempeſtate non ſequantur, neque probent pleríque qui dialecticam profitentur: idcirco ad opinionum varietatem, & graues controuerſias lapſi, in diuerſa problemata incidêrũt: à quibus facilè liberarentur, ſi eam, quæ videtur Ariſtotelis, reciperent determinationem.

Propoſitio Ariſtotelis.

Tunc autem propoſitio diſtinguitur: cum ipſa in plures ſenſus diuiditur, vt iſta propoſitio: canis eſt animal, hoc modo diſtinguitur. Si eius ſubiectum capitur pro cane domeſtico, aut æquoreo, ipſa eſt vera: ſi vero pro cane cœleſti, eſt falſa. Et data propoſitio eſt multiplex: quia diuerſos habet ſenſus, qui modò dicti ſunt. Quatuor autem vocabula, virgulis diſtincta, ſcilicèt antecedens, conſequens, maior, minor, in textu poſita: denotant quòd iſta tria verba, Concedere, Negare, Diſtinguere poſſunt ad quodlibet ipſorum quatuor comparari, & ſic ſumentur duodecim ſpecialia diffinita, ſcilicèt concedere antecedens, negare antecedens, diſtinguere antecedens: Item concedere conſequens, negare conſequens, diſtinguere conſequens: & ita de alijs. Et hæc duodecim diffinienda ſunt per analogiam diffinitionum priùs poſitarum: ſolùm loco dictionis communioris, particularem ponendo: hoc modo. Concedere antecedens, eſt antecedens verum eſſe admittere. Negare antecedens, eſt aſſerere antecedens eſſe falſum. Diſtinguere antecedens, eſt antecedens multiplex in plures ſenſus diuidere, & ita de alijs. Porro, conſequentia conceditur, cum ipſa admittitur eſſe bona: vt homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Bona autem conſequentia eſt cuius non poteſt antecedens eſſe verum, & conſequens ſimul falſum, vt ea quæ ante data eſt. Non enim poteſt iſta eſſe vera, homo eſt animal: & ſimul iſta falſa, homo eſt ſubſtantia.

Quando propoſitio diſtinguitur.

Notanda.

Quando conſequẽtia admittatur.

Quòd ſi quis obijciat. Poteſt iſta eſſe vera, homo eſt animal, & ſimul iſta non erit vera, homo eſt ſubſtantia, ſcilicèt, ſi ipſa ponatur non eſſe, ergo non oportet ſi ante-

cedens ſit verum, quòd eius conſequens ſit verum.

Facilis eſt ad eam obiectionem reſponſio: concesso antecedente, negando conſequens, & conſequentiam, quia ſi iſta propoſitio homo eſt ſubſtantia, non ſit: tunc non eſt conſequens huius propoſitionis, homo eſt animal, neque hæc illius antecedens. Nam antecedens, & conſequens ſunt relatiua actu, quare non poteſt eſſe quod denominatur ab vno: quin ſimul ſit quod denominatur ab altero. Præterea diffinitiones conſequentiæ bonæ, & malæ, intelliguntur in ſenſu compoſito, hoc pacto. Neceſſè eſt ſi bonæ conſequentiæ antecedens ſit verum: & eius conſequens ſimul eſſe verum. Siue, quod in idem redit. Impoſſibile eſt antecedens bonæ conſequentiæ eſſe verum, & ſimul eius conſequens eſſe falſum, capiendo neceſſe, & impoſſibile, vt faciunt modales compoſitas. *Antecedẽs, & conſequens ſunt actu relatiua.*

Negatur autem conſequentia: quando ipſa aſſeritur eſſe mala, vt homo eſt ſedens, ergo equus eſt ambulans. Mala autem conſequentia eſt, cuius antecedens poteſt eſſe verum, & conſequens ſimul falſum. Quæ diffinitio, eiuſdem eſt ſententiæ cum diffinitione poſita in litera: vt prius data conſequentia, cuius antecedens, ſcilicèt, homo ſedet, poteſt eſſe verum: & conſequens, equus eſt ambulans, ſimul eſſe falſum, ſcilicèt omni equo ſimul ſedẽte. Nõ enim oportet ſi homo ſedeat, protinus equum ambulare. *Quando conſequẽtia negatur.*

Vnde bonitas conſequentiæ non pendet ex eo, quod antecedens eſt verum, aut conſequens verum: ſed ex neceſſaria habitudine antecedentis ad conſequens penes veritatem. Poteſt enim bonæ conſequentiæ antecedens eſſe verum, & conſequens verum, vt homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia. Poteſt & antecedens eſſe falſum, conſequente exiſtente vero, vt homo eſt equus, ergo homo eſt animal. Denique poteſt antecedens eſſe falſum, & conſequens falſum, vt homo eſt equus, ergo homo eſt irrationalis. Sed nunquam poteſt antecedens eſſe verum, & conſequens falſum: Ita inualiditas conſequentiæ non euenit ex falſitate antecedentis, aut conſequẽtis, ſed ex eo quòd non eſt neceſſaria antecedentis ad conſequens in veritate habitudo. Poteſt enim malæ conſequentiæ antecedens eſſe verum, & conſequens verum: vt homo eſt, ergo equus eſt. Poteſt & antecedens eſſe verum, conſequente exiſtente falſo, vt homo eſt animal, ergo homo eſt brutum. Præterea poteſt antecedens eſſe falſum, & conſequens *Vnde bonitas conſequentiæ pendet.*

verum, v nullus homo eſt, ergo equus eſt. Denique poteſt antecedens eſſe falſum, & conſequens falſum: vt nullus homo eſt, ergo nullus equus eſt.

Et hæ duæ diffinitiones tantam habent veritatis neceſſitatem, vt non modo veriſſimæ ſint, ſed prima Logicæ principia: neque earum quærenda eſt probatio, cum nullas habent manifeſtiores per quas oſtendi poſſint. Obiectiones autem quæ contra eas fiunt: ſophiſticæ ſunt, & ſuis locis diluendæ. De quibus nihil in præſentiarum dicendum eſt.

Quando diſtinguitur cōſequentia. Diſtinguitur autem conſequentia, cum propter aliquam varietatem in ea exiſtentem, ipſa oſtenditur aliquādo eſſe bona, & aliquando mala, vt hæc conſequentia, omne animal eſt ſenſibile, igitur canis eſt ſenſibilis: hoc modo eſt diſtinguenda. Si in conſequente canis capitur pro cāne domeſtico, vel marino, ipſa eſt bona, & eius cōſequens verum, ſicut antecedens. Si verò in conſequente canis ſumitur pro ſidere cæleſti, ipſa eſt mala, cùm antecedens eius ſit verum, & conſequens falſum. Neque idcirco concedendum eſt eandem conſequentiam eſſe bonam, & malam, nam illa non eſt eadem ſecundum vocem, & rem ſimul: ſed ſecundum vocem tantum. Idem autem in tota Logica ſumitur pro eo, quod idem eſt nomine, & re ſimul. Quemadmodum iſta propoſitio, canis eſt animal, in diuerſis ſenſibus accepta aliquando eſt vera, & aliquando falſa. Sed quia non eadem ſecundum rem, & vocem ſimul: idcirco non ſequitur eandem propoſitionem ſimul eſſe veram, & falſam. Nam conſequentia multiplex ita ſe habet ad bonitatem, aut inualiditatem: ſicut propoſitio multiplex ad veritatem, & falſitatem.

1. Regula. In diſciplinis, æquiuocatio ſummoperè fugienda eſt.

2. Regula. In prædicationibus doctrinalibus, termini ſignificatiuè, & non materialiter, accipiuntur.

3. Regula. Termini ſingulares, à diſciplinarum conſideratione ſunt reiecti.

Termini Logici, in ſecundæ intentionis ſignificantia ſunt accipiendi.

In diſciplinis, omnia expetenda ſunt ſecundum materiam ſubiectam.

Dictio in genitiuo, partitionis notā præcedens, eſt diuiſum: quæ vero ſequuntur, membra ſunt diuidentia.

Nota partitionis eſt dictio partitiua indiuiſione poſita; vt aliquis, alius, hic, ille.

Prima regula, docet æquiuocationem, & multiplicitatem terminorum à diſciplinis eſſe remouendam. Nam quærenda eſt vnica ſignificatio termini, quam authores in loco intendunt: & aliæ omnes reijciendæ. Vt enim diuerſitas multarum viarum in vnum concurrentium, viatori affert ambiguitatem, per quam potiſſimum ſit eundum, non autem vna ſola: ita diuerſitas, & multitudo ſignificationum eiuſdem termini, intellectum reddit ambiguum, de qua ſignificatione præcipuè agitur ſermo, hinc qui nouas pro arbitrio dictionum ſignificantias imponunt, & confingunt, ad ſophiſticam potius labi, quàm rectas tradere diſciplinas dignoſcuntur. *1. Regula declaratio.* *Pulcra ſimilitudo.*

Secunda regula, oſtendit quod in prædicationibus doctrinalibus extrema non accipiuntur materialiter, ſed ſignificatiuè. Sunt autem prædicationes doctrinales, propoſitiones in quibus diffinitio de diffinito, aut ſuperius de inferiori prædicatur, & ita de alijs quibus diſciplinæ vtuntur: vt ſubiectum eſt extremum propoſitionis, ſubiectum eſt extremum copulam præcedens. In iſtis, extrema capiuntur perſonaliter. *2. Regulæ declaratio.* *Prædicationes doctrinales quæ.*

Tertia regula dicit terminos ſingulares eſſe reiectos à diſciplinis: ſic quòd non ſunt principaliter in eis conſiderati, neque principiorum, neque concluſionum, aliarumve quarumlibet propoſitionum ad diſciplinas pertinentium extrema. Non enim hæ præpoſitiones principia ſunt, neque concluſiones: Sortes eſt homo, Plato eſt animal. Nam diſciplinæ infra ſpecialiſſima numquam deſcendunt. Non tamen negauerim, eas conſiderari in diſciplinis tanquam exempla, & terminorum doctrinalium ſignificata, vt cum diffinitur terminus ſingularis, ſiue indiuiduum, dentur exempla: Sortes, Plato, Petrus, & Paulus, hic homo. *3. Regula declaratio.*

Quarta regula docet terminos Logicos eſſe accipiendos ſecundè intentionaliter. Et quamuis aliam habeant ſignificationem in qua ſunt termini primæ intentionis: illa tamen non conſideratur in Logica, vt terminus, ſub- *4. Regula declaratio.* *Tamen non dicimus Lo-*

gicā conſiderare principaliter ſecūdas intētiones adiūctas primis.

iectum, prædicatum, genus ſpecies. Et ratio eſt, quia Logica principaliter de ſignis repræſentatiuis determinat, quare, & ſui termini præcipuè ſigna ſignificant, & ſunt ſecundæ intentionis.

5. Regula declaratio.

Quinta regula præcipit quæcunque in diſciplinis dicuntur: intelligenda eſſe ſecundum propoſitum de quo fit ſermó. Vt in Logicis omnia intelligenda Logicè: & in Phiſicis Phyſicè, & in Metaphſiycis Metaphyſicè. Quæ quidem regula, ſi (vt debet) benè obſeruaretur, non fierent tam extortæ, & impertinentes expoſitiones: quales fieri conſpiciuntur cùm Logica Metaphyſicè, Phyſica Logicè, & Metaphyſica non Metaphyſicè explicantur. Vnde maxima in ſcientijs confuſio exorta eſt.

6. Regula declaratio.

Sextæ regulæ exemplum, vt in hac diuiſione: Animalium, aliud homo, aliud brutum: genitiuus animalium eſt diuiſum, & nominatiui homo, & brutum, ſunt membra diuidentia: & dictio, aliud, eſt nota partitionis, quia eſt dictio denotans fieri diuiſionem, & tantùm ibi valet ſicut, aliquis. Apud authores etiam hæc pronomina, hic, & ille, ſunt notæ partitionis, & ſignificant etiam idem quod aliquis, vt propoſitionum, hæc vera eſt, illa falſa: hoc eſt, propoſitionum, aliqua vera eſt, & aliqua falſa. Et intelligitur hæc regula de modo diuidendi communi, & vſitato, nam poſſunt & alij diuidendi modi fieri, in quibus non ſeruabitur hæc regula.

Aliud eſt nota partitionis.

7. Regula. Quod ad quæſitiuum, quid, de aliquo conuenienter reſpondetur, eſt diffinitio, & quod interrogatur eſt eius diffinitum.

8. Regula. Cùm difinitum de aliquo per quæſitiuum, quare, interrogatur: protinus reſpondenda eſt eius diffinitio.

9. Regula. Omnis diffinitio, per applicationem eius ad varia exempla particulatim declaranda eſt, & intelligenda.

10. Regula. Propoſitio notæ illationis præpoſita, eſt argumentationis antecedens: poſtpoſita vero, conſequens.

11 Regula. Ad argumentationem, & quæſtionem, ne reſpondeas prius quam repetiueris illam. Nam præ-

ceps, & inpræmeditata reſponſio carere vitio non ſolet.

Quæſtio eſt, cùm nota interrogationis ſumpta dubitabilis propoſitio.

Notæ interrogationis ſunt: cur, quare, quid, an, ne, vtrum & ſimiles.

Septimæ regulæ exemplum: vt ſi quis interroget quid eſt ſubiectum, & reſpõdeatur, eſt extremum, copulam verbalem præcedens. Ibi, quod in reſponſione ponitur, eſt diffinitio: & quod in quæſtione cum ſigno quæſitiuo locatur eſt diffinitũ. Et capitur hic interrogatiuum quid, vt eſt quęſitiuum diffinitionis, & non vt eſt quæſitiuũ prædicabilis ſuperioris: quia ad interrogationem factam per quid, hoc ſecundo modo ſumptum, non reſpondetur diffinitio, ſed ſuperius ad quæſitum: vt ſi quæratur, quid eſt homo? reſpondetur, eſt animal. *7. Regula declaratio.*

Octauæ regulæ exẽplum, vt ſi quis interroget, quare homo eſt ſubiectum iſtius propoſitionis: homo eſt animal, apta datur reſponſio, quia eſt extremum, copulam verbalẽ præcedẽs. Ibi diffinitum, ſcilicèt ſubiectum, quæritur de aliquo, ſcilicèt de iſto termino, homo, per quare: & ergo rectè, eius reſpondetur diffinitio. Ei ſicut ad diffinitũ affirmatiuè interrogatũ reſpondetur diffinitio affirmatiuè: ita ad diffinitũ negatiuè interrogatum reſpondenda eſt diffinitio negatiuè, vt ſi quis quærat, quare datæ propoſitionis, homo eſt animal, iſte terminus, animal, nõ eſt ſubiectũ: bona datur reſponſio, quia non eſt extremũ, copulam verbalẽ præcedens. Eſt enim diffinitio prima, & præcipua cauſa quare diffinitum alicui conuenit, aut diſconuenit, & idcircò ſemper reſpondenda. *8. Regula declaratio.*

Nonæ regulæ exẽplum: in omniũ diffinitionũ priùs poſitarũ declaratione fermè ſumi poteſt: vt cùm diffinitio propoſitionis explicaretur, data eſt pro exẽplo vna oratio ſignificãs verum, deinde altera ſignificãs falsũ: quo ſingulæ diffinitionis particulæ fierent manifeſtæ. Hac itidẽ regula ſæpiùs in explanatione introductionum Logicaliũ vſi ſumus: vt modus cõueniens aperiatur: quo omnis diffinitio rectè declaretur. Nihil enim ad rectam diffinitionis intelligentiam magis conducere puto: quàm variã exemplorum ad eam applicationem per frequens exercitium. *9. Regula declaratio.*

Decimæ regulæ exẽplum, vt in hac argumẽtatione, homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia: iſta propoſitio, ho- *10. Regula declaratio.*

mo eſt animal, eſt antecedens, quia præcedit notam illationis, iſta verò, homo eſt ſubſtantia, eſt conſequens, quia ſequitur illationis ſignum. Et intelligitur hæc regula, quando nota illationis eſt coniunctio rationalis, quæ ſolum eſt nata interponi antecedenti, & conſequenti. Nam ſi illationis nota fuerit coniunctio conditionalis, ſi tunc antecedens eſt propoſitio, quæ immediatè ſequitur coniunctionem, ſi conſequens verò propoſitio, quæ non immediatè ſequitur dictam coniunctionem, ſed aut præcedit, vt homo eſt ſubſtantia, ſi homo eſt animal; aut mediatè ſequitur (quod frequentius fit) vt ſi homo eſt animal, homo eſt ſubſtantia: in vtraque harum conſequentiarum iſta propoſitio, homo eſt animal, eſt antecedens. Et hæc, homo eſt ſubſtantia, eſt conſequens: non quidem ſecundum ſitum, ſed ratione inferendi.

11. Regulæ declaratio. Vndecimæ regulæ ratio eſt, quia cum argumentatio, aut quæſtio propoſita reſumitur à reſpondente: melius ab eo, intelligitur, & ſi inter reſumendum reſpondens errauerit, perperámque intellexerit, dirigitur ab opponente. Inſuper, interea conceditur ei tempus meditandi, excogitandíque argumentationis ſolutionem, aut rectam quæſtionis propoſitæ reſponſionem. Quocirca, reſumendæ argumentationis, quæſtioníſque conſuetudinem iuuenes aſſumere debent. Nam oppoſita eueniunt mala, ſi quis ſine reſumptione reſpondere tentauerit, ſcilicet quòd interdum non exactè intelligat, quòd à recta formatione aberret, quòd ſolutionem aptam aſſignare non valeat.

Ad quæſtionem doctrinalem, duo requiruntur. Ad quæſtionem autem doctrinalem (quæ ſola hic diffinitur) duo requiruntur, primò quòd propoſitio quæ interrogatur ſit dubitabilis, hoc eſt, nata dubitari, & non ſit propoſitio manifeſtè vera, aut manifeſtè falſa, quare hæc non eſt quæſtio, vtrum totum eſt maius ſua parte, vtrum homo eſt lapis. Secundò requiritur quòd huiuſmodi propoſitio ſumatur cum ſigno interrogatiuo, ſiue aduerbio interrogandi: quòd ſi omitteretur, non eſſet perfecta quæſtio, cum (ſicut hic diffinitur) quæſtio ſit aggregatum ex ſigno quæſitiuo, & propoſitione interrogata; vt vtrum omnis homo eſt ſuſceptiuus diſciplinæ, vtrum ſolus homo habet intellectum.

Regula 2. Propoſita ab opponente argumentatione, & eadem à reſpondente ſemel repetita: ad ſingulas

eius

eius partes iterum ſigillatim reſumandas qua proponuntur ſeriè, particulatim eſt reſpondendum.

Modi autem reſpondendi ſunt tres: concedere, negare, diſtinguere.

Omnis propoſitio ab opponente propoſita: cum peculiari ſuæ denominationis, vt antecedentis, conſequẽtis, maioris, aut minoris expreſſione, à reſpondente eſt concedenda, neganda, aut diſtinguenda.

Opponens, eſt qui alteri argumentum proponit, negatum probat, & datam ſolutionem ſequẽti obiectione impugnat.

Reſpondens, eſt qui argumentationẽ ab altero propoſitam diluit, & diſſoluit.

Duodecima regula oſtendit ordinem ſeruandum à reſpondente in ſolutione alicuius argumenti propoſiti. Debet enim primo argumentum integrum reſumi: vt præcedens regula admonuit. In qua repetitione maximè enitendum eſt: vt in eadem forma repetatur qua ab opponente eſt propoſitum, non mutata ſententia. Deinde quælibet pars ſigillatim eſt repetenda & ad eam reſpondendum, vt primo repetenda per ſe maior: & ad eam danda reſponſio, deinde repetenda ſola minor, & ad eã ferenda reſponſio: poſtea reſumendum conſequens: & ad ipſum reſpondendum eſt. Denique ad conſequentiam adhibenda eſt reſpõſio. Modi autem reſpondendi quibus in argumentorum ſolutione vtitur reſpondens, ſunt tres. Nam omnem propoſitionem in argumentatione propoſitam aut debet concedere, aut negare, aut diſtinguere.

Decima tertia regula, docet reſpondentem non debere cõcedere, negare, aut diſtinguere aliquam propoſitionem inter reſpondendum, niſi adiecto, & expreſſo ſpeciali nomine ſuæ denominationis, quo deſignatur eſſe pars illius argumentationis. Vt ſi ſit antecedens, expreſſo nomine antecedentis: & ſi ſit conſequens, adiecto ad dicta verba nomine conſequentis, & ita de alijs. Exempli gratia. Si ad maiorem habeat reſpondere, non ſufficit dicere, concedo, nego, aut diſtinguo, nullo amplius addito: ſed adijcien-

dum,eſt maioris nomen ad prædicta verba ſic; concedo maiorem,nego maiorem, diſtingo maiorem. Et ita de cæteris argumentationis partibus, Sic enim reſpondens oſtēdit ſe cognoſcere ad quam argumentationis partem reſpondet,tollítque incertitudinem.

Deinde ponitur diffinitio opponentis in argumentatiua diſputatione exprimens tria eius officia. Primum eſt: quòd opponens reſpondenti argumentum, hoc eſt obiectionem,contra aliquod reſpondētis propoſitum, format. Secundum,quòd opponens propoſitionem ſuæ obiectionis à reſpondente negatam, probat. Tertium, quòd opponens ſolutionem præcedentis obiectionis à reſpondente datam, vlteriori obiectione impugnat: quod vulgo replicare vocant, & oppoſitum eius quod reſpondens in ſolutione aſſeruit,ſequenti inſtantia probare nititur. Diffinitio autem reſpondentis, vnicum eius officium exprimit: ſcilicèt ſoluendi obiectionem ab opponente propoſitam: ſub quo comprehenduntur cætera particularia officia: vt pote concedendi,negandi, & diſtinguendi: quæ in reſpondendi officio includuntur.

In diſputatione, propoſitio vera eſt concedenda: falſa,neganda: & multiplex,diſtinguenda. Itidē conſequentia bona eſt concedenda: mala neganda: & multiplex diſtinguenda.

Diſputatio, eſt mutuæ exercitationis gratia de aliquo propoſito duorum diſceptatio.

Nota. Cum argumentandi, reſpondendíque promptitudo potiſſimum vſu,ac exercitatione (quemadmodum ars omnis, & doctrina) pariatur: vt à primis Dialecticæ rudimentis adoleſcentes diſputationi aſſueſcant,curandum eſt.

Exercitatio eſt frequens, & aſſiduus vnius, eiuſdémque rei vſus.

Decimæquartæ regulæ exemplum: vt propoſitio, homo eſt animal, in diſputatione aſſumpta, eſt concedenda: quia eſt vera. Et propoſitio, homo eſt lapis, eſt neganda: quia falſa. Hæc verò, canis eſt animal, eſt diſtinguenda: quia eſt multiplex. Ita hæc conſequentia, homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia, in diſputatione eſt concedenda: quia

eſt bona, Et hæc, homo eſt animal, ergo homo eſt ſedens, eſt neganda: quia mala. Hæc verò, omne animal ſentit, ergo canis ſentit, eſt diſtinguenda: quia eſt multiplex. Diffinitur deinde diſputatio per triplicem cauſam. Primo per materialem, circa quam verſatur cum dicitur, de aliquo propoſito. Nam propoſitum hîc, eſt propoſitio quam reſpondens veram defendit, & opponens impugnat: quam vulgo poſitionem vocant. Secundo per cauſam efficientẽ, cum dicitur, duorũ, ſcilicèt opponentis, & reſpõdentis, neque ibi nomen duorũ, denotat numerum diſputãtium, poſſent enim plures, duobus, inter ſe diſputare: ſed exercentiũ officia in diſputatione, quæ ſolum ſunt duo: ſcilicèt officiũ opponentis, & reſpondẽtis, quòd ſi quis apud ſeipſum diſputet: ipſe vnus eſt, reipſa: ſed duo, ratione: cũ viciſſim duorum fungatur officio: ſcilicèt primò opponentis, & deinde reſpondentis. Tertiò, per cauſam finalem, cum dicitur mutuæ exercitationis gratia. Nam ad hunc finem potiſſimum adoleſcentum diſputatio debet ordinari: vt ex mutua exercitatione euadant promptiores.

Decimaquinta regula, rationem reddit cur adoleſcentes Logicam audituri, frequenter diſputationem exercere debeant: idque vt faciant, admonet. Nam ex crebra diſputatione, acquiritur in eis promptitudo opponendi, pariter & reſpondendi, quæ non niſi aſſidua exercitatione haberi poteſt, quandoquidem ars omnis, & doctrina, frequenti vſu pariatur, vt ſæpe ſcribendo, euadit quis ſcriptor: frequẽter pingendo, pictor: & crebrò Latinè loquendo, grammaticus. Tolle vſum, exercitationémque remoue: omnem pariter tollis artem, & ſcientiam, & nè vnam quidem perfectè conſequeris, hinc antiqui, vſum, doctrinæ patrem dixerunt: quod ex vſu, exactiſſima quæque doctrina gignatur, & ſine ea, nulla prorſus. Proinde ſæpius admonendi ſunt adoleſcentes, vt diſputationis, & eorum quæ diſcunt, exercitationem in primis habeant: ſi ad perfectam ſcientiarum cognitionem peruenire volunt. *15. Regulæ expoſitio.* *Vſum doctrinæ patrem antiqui dixere.*

De exercitatione exemplum, vt exercitatio ſcribendi, eſt frequens, & aſſidua ſcriptio. Exercitatio pingendi eſt crebra, ſæpiúſque iterata depictio. Et exercitatio loquendi Latinè, eſt frequens, & continua, ſecundum grammaticæ regulas, loquutio, & ita de alijs. *De exercitatione.*

Introductionis in terminorum cognitionem, pariter & annotationum illi adiectarum, Finis.

IVDOCVS CLICHTOVEVS NEOPORTVENSIS INTRODVCTORIE

De Artium, Scientiarúmque Diuiſione. Adiectis eiuſdem explanatiunculis ad faciliorem literæ Intelligentiam.

- *Ars.*
  - *Mechanica.*
  - *Doctrinalis.*
- *Mechanica.*
  - *Lanificium.*
  - *Nemorarta.*
  - *Militaris.*
  - *Nautica.*
  - *Agricultura.*
  - *Medicina.*
  - *Fabrilis.*
- *Doctrinalis.*
  - *Liberalis.*
  - *Non liberalis.*
- *Liberalis,*
  - *Sermocinalis.*
  - *Mathematica.*
- *Sermocinalis.*
  - *Grammacica.*
  - *Logica.*
  - *Rhetorica.*
- *Mathematica,*
  - *Muſica.*
  - *Arithmetica.*
  - *Geometria.*
  - *Aſtronomia.*
- *Non liberalis,*
  - *Moralis.*
  - *Naturalis.*
  - *Supernaturalis*
- *Moralis.*
  - *Ethica.*
  - *Oeconomica.*
  - *Politica.*
- *Naturalis,*
  - *Phyſica.*
  - *Medicina.*
- *Supernaturalis,*
  - *Metaphyſica*
  - *Theologia.*

ARS eſt, rectè quicquam faciendi, aut cognoſcendi, præceptione, vſu, ac imitatione acquiſita promptitudo.

IN hac introductione (vt præcedenti) præmittitur, eorum quæ determinanda ſunt, diuiſio. In qua, dictio, cui præponitur paragraphus, eſt diuiſum: & quæ ſine paragraphi adiectione directè ſupponuntur, ſunt membra diuidentia: quemadmodũ etiam in præcedenti. Porrò in principio ars communiter, & largè ſumpta diuiditur in artẽ mechanicam & doctrinalẽ. Secundo, mechanica in ſeptem diuiditur ſpecies: quarum nomina his vulgatis carminibus habentur.

Lana, nemus, miles, & nautica, rus, Medicina.
His ars fabrilis connumeranda venit.

Et quòd plerique ſecundo carmine, architectonicam nominant, hoc modo: his ars fabrilis architectonica ſubſit: non id faciunt, octauam aliquam ſpeciem deſignantes. Non enim architectonica, nona eſt artis ſpecies. ſed nomē adiectiuum, & artis fabrilis epithetum, ſignificans in Latino idē quod præcipua, vel principalis. Medicina autem, ſexta artis mechanicæ ſpecies, non hic pro ea ſumitur ſciētia, quæ humani corporis complexionem, morbóſque cōſiderat (nam illa ars doctrinalis eſt, & in nona diuiſione ſub arte naturali collocatur, ſed pro illa quæ vulnera, & exteriores corporis læſiones curat. Et hæ ſeptem ſunt artes mechanicæ generales: ad quas aliæ ſpeciales habent reduci, vnaquæque ad eam cum qua maiorem habet conuenientiam, numeróque ſeptenario hīc aſſignantur: quod ab alijs totidem, & eo ordine aſſignari ſoleant.

Tertio, ars doctrinalis diuiditur, in artem liberalem, & non liberalem. Vocamúſque artem non liberalem, omnē artem doctrinalem, quæ non eſt vna ſeptem artium liberalium, quæ ferè ab omnibus aſſignantur: cum aptius nomen non occurrat.

Quarto, ars liberalis diducitur in ſermocinalem, quæ deinde in tres ſpecies ſubdiuiditur: & in mathematicam, quæ ſexta diuiſione in quatuor membra diſtribuitur. Cæterùm artis liberalis ſeptem ſpecies, ſuo ordine in hoc vſitato carmine continentur.

Gra loquitur, Dia vera docet, Rhe verba colorat:
Mus canit, Ar numerat, Geo ponderat, As colit aſtra.

Deinceps, ars non liberalis, in tres ſpecies diducitur: quarum vnaquæque in ſua membra conſequenter diſſecatur, vt ipſa formula, quam apertiſſimè oſtendit.

Poſtea, eo quo diuiſa ſunt ordine, diffiniuntur omnia: & primo ars. In cuius diffinitione per particulam, faciendi, innuitur ars mechanica: quæ facere, hoc eſt circa materiam exteriorem operari dicitur. Et per particulam, cognoſcendi, tangitur ars doctrinalis, quæ docet cognoſcere. Cuiuſlibet autem artis proprium eſt, vt ad rectè, & ſine errore agētem dirigat: quemadmodum regula plombea dirigit ducētem lineam, nè in obliquum protrahat. Præterea, dirigit ars ad agendum promptè, expeditéque: & ſine magna mora, ſiue difficultate. Reddit enim ars hominem prom-

ptiſſimum: vt, cum voluerit, ſine negotio, id cuius artem callet, peragat. Tres autem particulæ præceptione, vſu, & imitatione: exprimunt tria, quibus ars omnis perfectè acquiritur: vt prima regula clarius oſtendet.

Ars mechanica eſt ars expeditè operandi ea, quæ corpori humano ſunt neceſſaria.

Ars mechanica, ars ſeruilis: idem.

Mechanica quidem: quòd eorum ſit operum effectrix, quæ ingenio ſimul, & manibus fiunt, Μηχανάομαι enim (vnde hæc dictio deriuatur) molior, machinor, inuenio, & excogito ſignificat.

Seruilis verò, quòd ad cæteras artes eam ſeruet habitudinem, quam ſeruus ad Dominum: qualē itidem corpus ad animum.

Quòdque natura ſeruis hominibus, & ingenuą indole minimè præditis accommodetur.

Ars ſeruilis, ſeruus, corpus.

Ars doctrinalis, Dominus, animus.

Ars doctrinalis eſt ars promptè cognoſcendi ea quæ animum perficiunt, ſcientemque reddunt.

Ars mechanicha quid. Ars mechanica, diffinitur eſſe ea, quæ ad humanæ vitæ neceſſitatem, & ad corporis curam accommodata parat: vt lanificium, homini indumenta. Ars nemoraria, ligna &c. ignis fomenta. Militaris, ſuarum rerum defenſionem. Nautica, & Agricultura, alimenta. Medicina, læſionum ſanationem. Ars fabrilis, ædificia, & habitationem. Et ab Ariſtotele vocatur alio nomine, ars ſeruilis. Vtriuſque autem denominationis redditur in littera ratio. Nam huiuſmodi ars, circa exteriorem materiam, ſuam operationem exercens dicitur mechanica: eo quod cum quadam animi ſolertia, tum etiam manibus, cæteriſque corporis membris exercetur, cuius commodum huius artis totus eſt ſcopus. Inde mechanicus, mechanicarum artium opifex vocatur. Scribitúrque rectius hæc dictio e ſimplici, citra diphthongum: vt placet Græcarum litterarum non ignaris. Eadem ars dicitur ſeruilis, duabus de cauſis. Prima eſt: quia ipſa ad artes

Ars mechanica ab Ariſtotele ars ſeruilis vocatur duabus cauſis.

doctrinales eam habet proportionem, comparationemque, quam habet ſeruus ad dominum: ſiue, quam habet corpus humanum ad animum, quandoquidem ars ſeruilis corpori, doctrinalis verò, animo curando applicatur. Secunda cauſa eſt, quia dicta ars circa extrinſecum opus intenta hominibus animo ſeruis, obtuſo ingenio, hebetata mente, & fluxa memoria, exercenda deſtinatur: qui natura eam indolem non ſunt ſortiti, vt ad literas addiſcendas ſint idonei. Ars autem doctrinalis, ijs natura deſignatur: quibus natura pulchras rerum cognitiones non inuidit, quibus acrę ingenium, claram mentem, tenacémque memoriam optimas dotes, beneficia contulit: quoſque ipſa ad bonarum literarum ſtudia deſtinaſſe viſa eſt.

Quibus ars ſeruilis conuenit, & quibus ars doctrinalis.

Sequentia autem vocabula, virgulis diſtincta, breui arte comprehendunt eas comparationes, quæ factæ ſunt: in quibus primum vocabulũ ſuperius, primo ſibi directè ſuppoſito in hac analogia reſpondet, & ſecundum ſecundo, & tertium tertio. Tripléxque ex illis colligitur habitudo. In quarũ prima confertur primũ ad primum, & ſecundum ad ſecundum, hoc modo. Ars ſeruilis, ſeſe habet ad artem doctrinalem, vt ſeruus ad dominum, At ſeruus, longè eſt inferior, & indignior domino ſuo: igitur & ars ſeruilis artę doctrinali. In ſecunda comparatur primum ad primum, & tertium ad tertium, hoc modo: Ars ſeruilis, ſe habet ad artem doctrinalem, ſicut corpus, cui neceſſaria prouidet, ad animum. Sed corpus eſt imperfectius, quam animus, ſicut, caducum, & mortale, eſt multo ignobilius quam permanẽs, & immortale: ergo & ars ſeruilis, eſt ignobilior arte doctrinali. In tertia comparatur ſecundum ad ſecundum, & tertium ad tertium, hoc pacto. Sicut ſeruus ſe habet ad dominum: ita corpus ad animum. Atqui ſeruus eſt multo minor, & ignobilior domino ſuo, igitur & corpus animo. Poſtremùm, diffinitur ars doctrinalis ea eſſe, quæ animum cognoſcentem, & ſcientem efficit, vt grammatica, reddit hominem latinæ linguæ peritum: logica, diſſerendi modũ aperit: rhetorica, perſuadendi, & ita de cęteris.

Ars ſeruilis ſeſe habet ad doctrinalem, vt ſeruus ad dominum.

Excellentia artis doctrinalis.

Cum itaque tanta ſit artis doctrinalis ſupra ſeruilem, & animi ſupra corpus excellentia: veſtrum omnium officiũ eſt, ô generoſi adoleſcentes, literarum ſtudio deſtinati, animo peruoluere ad quã dignam prouinciam eſtis deſignati, ad quantam animi perfectionem vocati potius, quam cæteri, qui ſolis artibus mechanicis impendunt operam ſuã.

Pulchra exhortatio ad ſtudioſos adoleſcẽtes vt vacent literis.

Et ex hac conſideratione voſipſos ad laborem incitate pro animo excolendo, pro artibus doctrinalibus conſequendis: quę animum tantopere perficiunt. Si enim quanto dignius eſt quicquam, tanto maior diligentia ad illud aſſequendum eſt adhibenda: quis vigilias, & ſudorem recuſauerit ad comparandam doctrinam? quandoquidem videmus éos, qui artes mechanicas primum diſcunt, totos dies, & interdum noctes illis operam præſtare, nullúmque labori tempus intermittere. Nolite obſecro illud committere, vt ab illis aſſiduitate laboris vincamini: quos longè vincere deberetis. Neque minùs pro re digniori deſudetis, quàm illi pro re minùs digna. Sanè nihil turpius eſt, quàm his qui mechanicas artes exercent labori intentis: voſipſos otio torpeſcere, & tempus inaniter conterere.

Lanificium eſt, ars mechanica, lanam ad humani corporis vſum præparans.

Nemoraria eſt, quæ circa arborum cultum, lignorumque ad humanam neceſſitatem apparamenta, verſatur.

Militaris eſt, quæ militiam, & bella gerenda tractat.

Nautica, quæ nauigationem.

Agricultura eſt, agros colendi ad fructus afferendos induſtria.

Medicina eſt ars, vulnerum curationem peragens.

Et eadem, chirurgia græco nomine dicitur, id eſt manualis: quod exteriore manuum applicatione, officioque exerceatur.

Fabrilis eſt, quæ ferrum in hominum vſus excudit: aut ligna ad ædificiorum constructionem diſponit.

Et hæc in ferrariam diducitur, & lignariam.

Ferraria eſt, ars fabrilis, quæ duris incudibus ferrum ad humanas functiones parat.

Lignaria verò, quæ ad ædes extruẽdas, aliudvè ligneũ opus componendum, ligna accommodat.

Diffiniuntur hic artis mechanicæ ſeptem ſpecies. In quarum diffinitionibus, id obſeruandum eſt: quod ſub nomine materiæ in qualibet diffinitione expreſſę comprehēduntur, & cętera conſimilia, quæ ed eundem finem, idémque opus applicantur. Vt nomine lanæ, intelliguntur cætera ex quibus hominum parantur indumenta: quemadmodum linum, tela, & ſimilia. Nam ad humani corporis indumenta paranda principaliter lanificium ordinatur. Ars autem nemoraria, ad nemorum culturam, & lignorum, alteriúſuè materię, qua nutritur ignis, præparationem ordinatur: quo homines frigora depellant, & cibaria decoquant. Militaris vero, inſtrumenta, quibus exercetur militia, vt equos, phaleras, haſtas, & cętera armamenta: ipſamque bellorum gerendorum induſtriam complectitur, ad patrię, & reipublicæ, ſuique defenſionem. Nautica vero, nauigationem, ad piſcium capturam, & mercium ab vno loco ad alterum deuectionem: commerciáque inter diſtantes longo inſtertitio facienda, principaliter pertractat. Agricultura, agros colit ad alimenta homini ſubminiſtranda. Medicina (quę chirurgia) vulnera, vlcera, & cætera id genus, quibus humanum lęditur corpus, pręſertim manuum officio ſanat. Fabrilis vero, aut ferrum parat ad varios hominum vſus: aut ligna ad conſtruenda ædificia. Nomina ædificiorum, cętera quæ ex ligno fiunt machinamenta intelligendo, vt naues, carpenta, & conſimilia. Et diſiunctio in eius diffinitione poſita, duas eius ſpecies innuit, ſcilicèt, ferrariam: quæ per primam, intelligitur diffinitionis particulam: & lignariam, quæ eſt per ſecundam. Ars fabrilis ferraria, ea eſt, quæ ferrum, aliúdvè metallum, vt aurum, argentum, & ſtannum excudit, ex ipſiſque opus componit. Lignaria vèro, quæ ex ligno, aut aliquo vices ligni ſupplente, vt lapide, marmore: domos ad hominum habitationem conſtruit. Hinc faber ferrarius dicitur, qui ferrum: lignarius, qui ligna ad opus accommodat. Proindè de Dędalo ingenioſiſſimo architecto dicit Ouidius: Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis,

Finis lanificij. *Artis nemorariæ finis.* *Militaris.* *Nautica.* *Agricultura.* *Medicina.* *Artis fabrilis.*

Neque inficior, alio modo artes mechanicas aſſignari poſſe: ipſiſque, aut aliam materiam, aut operationē, aut finem alium aſcribi, necnon oſtendi poſſe: quo modo tota artium mechanicarum multitudo ad has ſeptem reducitur. Sed cum hæc nihil, aut parum vtilitatis afferre putantur, illis qui vitam literariam amplectuntur, idcircò de

ipſis pauca, vel in tranſcurſu dicta ſufficere putauimus: ad alia magis accommodata,eis quibus operam noſtram prodeſſe cupimus,feſtinantes.

Ars liberalis eſt ars doctrinalis, quæ circa ſermonis, aut quantitatis determinationem negotiatur.

Et hoc dignum nomen ſortita eſt, quia liberum requirit animum, liberóſque,& ingenuos homines decet.

Ars non liberalis eſt ars doctrinalis,aliud quicquam à ſermone, quantitateque conſiderans.

Et hæc æquè animum requirit ingenuũ, liberalique ingenio præditos homines decet,atque liberalis: cui etiam dignitate par eſt,aut ſuperior. Nomine tamen negatiuo nuncupatur:quod non eandem, quam vulgo liberales dictæ materiam contemplatur, quòdque nomen affirmatiuum conuenientius non ſuppetit ad eam propriè denominandam.

Ars ſermocinalis eſt ars liberalis,quę præcipuam ſermonis determinationem agit.

Mathematica: quæ quantitatis.

Quantitas: numerus,magnitudo.

Artis liberalis duæ ſpecies. Ars liberalis, vt geminas habet ſpecies: ita duas ſua ratione particulas complectitur: quarum prima, artẽ ſermocinalem deſignat:ea enim circa ſermonis determinationẽ verſatur. Secunda,artem mathematicam inſinuat, cum ipſa circa quantitatis determinationem occupata ſit.

Cur dicatur ars liberalis. Dicitur autem ars liberalis: quia requirit animum liberũ, hoc eſt rerum externarum curis minimè impeditum, qui totus in cognitionem, & ſpeculationem ſit intentus. Nam vt oculus inſtabili motu ad varia diſtractus,defixa acie non intuetur ſolem: ita quoque animus ſolicitudine mundi implicatus,ad huiuſmodi artium cognitionem non eſt diſpoſitus. Prætetea liberalis dicitur: quia decet homines liberos,hoc eſt animi perturbationibus, & affectionibus non obnoxios,& ſuorum affectuũ ſeruituti minimè ſubiectos;

& ingenuos, id eſt generoſos, & nobiles animo, qui ſcientiam & literarum cognitionem vera animi bona exiſtimant: in ipſiſque ſolam eius nobilitatem conſiſtere, perſuaſum habent.

Ars non liberalis qua.

Ars non liberalis, eſt ars doctrinalis, neque ſermonem, neque quantitatem determinans: ſed aliquid aliud vt Phyſica, res naturales: Ethica, hominum mores conſiderans.

Et hæc vocatur nomine negatiuo, non quia minimè requirat animum liberum, aut quia non deceat homines liberos: cum non minùs, & animi libertatẽ, & generoſitatem exigat, quam liberalis. Neque etiam vocatur nomine negatiuo: quia ſit imperfectior ars non liberalis, quàm liberalis. Nam ars non liberalis: aut æquè perfecta eſt ſicut liberalis, quemadmodum Phyſica æquè digna ſicut Geometria, aut etiam perfectior: vt Metaphyſica. Sed huiuſmodi nomen negatiuum, habet ars non liberalis. Primò, quia non conſiderat eandem materiam, ſcilicet ſermonem, aut quantitatem: quàm ars liberalis. Secundò, quia deeſt nomen affirmatiuum ad ſignificandum omnes artes doctrinales, quę non ſolent inter artes liberales numerari: idcirco circumloquimur ipſum per aggregatum ex nomine affirmatiuo, & negatione præpoſita. Nam cum deeſt nomen vnius membri diuidentis: loco eius, circumlocutio ex nomine alterius cum negatione ſumpto, vtendum eſt. Cæterùm cum hæ rationes, quãuis ſint conuenientes, tamen videantur arbitrariæ: qui aliam rationem aſſignauerit, quare artes liberales dicãtur, aut non liberales, etiã rectè dicet. Cùm non ſit inconueniens, eiuſdem plures, & eaſdem veras eſſe rationes.

Ars ſermocinalis, qua

Deinde diffinitur ars ſermocinalis ea eſſe, quæ ſermonem principaliter conſiderat, aut congruum, vt Grammatica: aut verum, vt logica: aut ornatum, vt Rhetorica. Et eadem in præcedenti introductione dicta eſt diſciplina rationalis.

Ars mathematica.

Ars autem mathematica, eſt quæ præcipuam quantitatis determinationem agit: non quidem cuiuſcumque, ſed aut numeri, vt Muſica, & Aritmetica (Muſica numeri harmonici: Arithmetica numeri ſimpliciter) aut magnitudinis, & Geometria, & Aſtronomia: Geometria, magnitudinis ſimpliciter: Aſtronomia, magnitudinis cæleſtis. Et hoc innuitur per id quod in arte ſubiungitur in litera poſt diffinitionẽ mathematicę. Deſignatur enim quod quãtitas

cuius determinationem agit Mathematica eſt, vel numerus, vel magnitudo.

Grammatica eſt, ars ſermocinalis, congrui ſermonis compoſitionem tradens.

Logica eſt, quæ verum à falſo dijudicat: & propriam argumentationis determinationem ſuſcipit.

Logica, dialectica: idem.

Et hæ duæ ad cæteras ſcientias acquirendas vſqueadeò neceſſariæ, vt ſine eis, aliæ minimè haberi poſſint: perinde atque alarum præſidio deſtituta, non poteſt auis in ſublime ſuſtolli. His itaque (grãmatica dico, & Logica) quaſi geminis alis ſubnixi ſint, oportet: qui ad ardua ſcientiarum faſtigia peruolare contendunt. Nempè ea de cauſa adminicularię dicuntur: quod alijs diſciplinis conſequendis adiumentum præſtent, & ſint tanquam earum inſtrumenta.

Rhetorica eſt, ars ſermocinalis, quæ venuſta oratione perſuadere docet.

Perſuadere eſt, dicendo aliquem in ſuam ſententiam inducere.

Et hæ tres artes ſermocinales ſimul ſumptæ, triuium dicuntur: quod triſido calle in vnam metam, vtpotè, ſermonis cognitionem, tendant.

Grammaticæ officiũ. Diſſiniuntur hîc tres artes ſermocinales: quarum grammatica congruum ab incongruo diſcernit: & latinæ orationis contextum docet, literarum enim, ſyllabarum, dictionúmque determinationem in hunc finem refert: vt orationem congruam, latinámque componat. *Logicæ officium.* Logica, verum à falſo internoſcit, & omnem argumentationis rationem, modúmque declarat: cætera omnia, vt terminorum proprietates, propoſitionúmque diuerſas paſſiones ad argumentationis cognitionem ordinans. *Grammaticæ, & logicæ neceſſitas.* Et eadem alio nomine Dialectica dicitur: non quidem capiendo dialecticam pro ea parte logicæ, quæ de locis dialecticis eſt, ſed pro tota logica.

Deinde ipſius grammaticæ, & logicæ neceſſitas pariter, & vtilitas oſtenditur. Neceſſitas quidem: quòd ſine eis, aliæ ſcientiæ non poſſint perfectè haberi. Vtilitas verò, quòd earum præſidio, in cæteras ſcientias omnes, patet aditus. Nempè Grammatica, ſermonem docet, quo omnis diſciplina traditur, & alteri communicatur. Logica verò, ratiocinationem: qua in omni ſcientiarum genere veritas comprobatur. Quare Grammaticam, & logicam intentiſſima diligentia ſibi comparare debent, antequam ad cæteras perdiſcendas ſe conferant: qui in altioribus diſciplinis profectum, & intelligentiam quærunt.

Denique rhetorica, venuſtum ab inuenuſto diſtinguit: & perſuaſionem docet. Eſt autem perſuaſio: cum quis dicendo, hoc eſt venuſtè, & ſecundum leges rhetoricæ orationem habendo, inducit aliquem in ſuam ſententiam. Vt orator, & quiſquis agit cauſas, tunc perſuadet: cum ſua oratione, iudicem, ad id quod intendit, inflexerit. *Rhetorica ſcopus.* *Perſuaſio quid ſit.*

Dicuntur autem prædictæ tres artes ſermocinales ſimul ſumptæ triuium, nomine ſcilicèt Metaphorico: quaſi tribus vijs in vnum finem, ſcilicèt ſermonis notitiam, tendentes. *Quare iſta tres ſcientia dicantur triuium.*

Muſica, eſt ars liberalis, ſonorum harmonias, proportionéſque diffiniens.

Arithmetica eſt, quæ numeros, & eorum proprietates contemplatur.

Geometria: quæ magnitudines.

Et ſub hac, perſpectiua continetur: quæ circa lineam viſualem, ſpeculaque, & cætera id genus, quibus fit viſio, intenta eſt.

Aſtronomia eſt, quæ corpora cæleſtia, & eorum motus ſpeculatur.

Et hæ quatuor ſimul acceptæ, vocantur quadriuium: quod quatuor methodis, & vijs in vnum terminum, ſcilicèt quantitatis notitiam, progrediantur.

Diffiniuntur hîc quatuor artes Mathematicæ, quarum muſica conſonantias ſonorum, & numerum harmonicum conſiderat. Arithmetica verò, numerum ſimpliciter, non conſiderando cuius rei ſit, contemplatur. Geometria, ma- *De artibus Mathematicis.* *Arithmetica.*

Geometria, *Perſpectiua.* gnitudines ſimpliciter non ſimul attendendo, in quo ſubiecto exiſtant, earúmque proprietates docet. Sub qua comprehenditur perſpectiua, quæ principaliter de radio viſuali (quam lineam viſualem dicunt) pertractat, & ſpeciebus rerum viſibilium, de varijs ſpeculorum generibus: & ſummatim, quo pacto fit viſio, demonſtrat. *Aſtronomia.* Aſtronomia, magnitudines cæleſtes, earúmque motus, & vertigines edocet.

Quæ etiam dicuntur quadriuiū. Et hæ quatuor ſcientiæ Mathematicæ ſimul ſumptæ, nomine tranſlatitio dicuntur quadriuium: quaſi quatuor vijs in vnum finem procedentes, ſcilicèt in quantitatis contemplationem. Quælibet autem earum ſeparatim ſumpta, dicitur ars Mathematica, quemadmodum vnaquæque ſermocinalium per ſe ſumpta, dicitur ars ſermocinalis: ſed tres ſimul acceptæ, dicuntur triuium.

Ars moralis eſt, ars hominum mores, quo bene, beatéque viuant, rectè inſtituens.

Ars naturalis eſt, quæ rerum naturalium, humanive contemperamenti determinationē ſibi vendicat.

Supernaturalis, quæ ſupramundanorum, reſque naturales ſupereminentium.

Res naturales, ſunt totæ ſubſtantiæ quæ in hoc mundo ſenſibili conſiſtunt.

Supramundana: Deus ſuperbenedictus, & intelligentiæ, ſpirituſque cæleſtes.

Ethica eſt, ars moralis, vnumquemque hominem honeſtè, & ſecundum virtutem viuere docēs.

Et eadem, monaſtica dici poteſt: quod vnum hominem ad vitæ probitatem dirigat.

Oeconomica eſt, quæ domum, familiamque gubernandam curat.

Politica, quæ rempublicam, & hominum multitudinem.

Oeconomica, familiaris, domeſtica: idem.

Politica, ciuilis: idem.

Et ſub hac, ius Canonicum (quod Eccleſiaſticum dirigit ordinem) & ius ciuile (quod ciuile

hominum genus moderatur) comprehenduntur.

Ius canonicum, ius pontificium, ius diuinum, decreta.

Ius ciuile, ius Cæſareum, ius humanum, leges.

Ars moralis, à componendis hominum moribus nomen ſumit. Et tripartita eſt: aut enim vnius hominis mores inſtituit, & dicitur Ethica, aut multorum, vnam domum, & familiam conſtituentium, & vocatur Oeconomica, aut multorum, rempublicam, & ciuitatis multitudinem componentium: & dicitur Politica. *De Arte Morali, qua tripartita eſt.*

Ars naturalis, aut rerum naturalium determinationem agit, vt phyſica: aut humanæ complexionis ſanitatiſque, vt medicina. Sunt autem res naturales, ſubſtantiæ compoſitæ in hoc mundo ſenſibili exiſtentes, vt ignis, aer, equus, homo, & cætera, quæ generantur, & corrumpuntur: de quibus in phyſica determinatio ſuſcipitur. *Artis naturalis finis.*

Ars vero ſupernaturalis, ſupramundanorum, & res naturales dignitate ſupereminentium determinationem ſibi vendicat. Sunt autem ſupramundana, digniſſima naturæ entia, res ſenſibiles hoc in mundo contentas perfectione, & nobilitate longè excedentia, vt Deus ſemper benedictus, & ſpiritus angelici. *Ars ſupernaturalis.*

Deinde tres artis moralis ſpecies diffiniuntur, & primo Ethica. In cuius diffinitione, adiectiuum, vnumquemque, capitur indifferentur ſecundum genus: vt non modo viros, ſed etiam mulieres in ſua vniuerſalitate complectatu: ſenſúſque ſit, vnumquemque virum, & vnamquamque mulierem honeſtè, hoc eſt ſecundum virtutem viuere docens. Id enim in diſciplinis frequentet vſu venit: vt vocabula indifferenter ſecundum genus, numerum, aut perſonam, & ſimilia accidentia ſumantur. Et eadem græco nomine, monoſtica dicitur: quia vnum hominem ad virtutem moderatur. Oeconomica autem, docet patremfamilias rectè gubernare domum, & familiam ſuam, ſcilicèt vxorem, liberos, & ſeruos. Et latino nomine dicitur familiaris, à familia, vel domeſtica à domo regenda. Denique politica, docet magiſtratus, & optimates gubernare rempublicam, regem moderari regnum, & imperatorem ſuum imperium. Et latino nomine, ciuilis facultas, ſiue diſciplina ciuilis dicitur. *Ethica finis* *Oeconomica finis.* *Politica finis.*

Sub politica autem continetur ius canonicum, quod *Ius canonicum.*

Eccleſiaſtici ordinis viros dirigit, eorúmque vitam, ac mores componit: decreta, ſacráſque ſanctiores, ad eccleſiaſticam rempublicam moderandam conſtituens. Et dicitur alio nomine ius Pontificium: quod à ſummis Pontificibus ſit compoſitum. Præterea ius diuinum: quòd de rebus diuinis, & ſacris pertractet. Poſtremò vulgato nomine dicuntur decreta: quòd ſanctorum patrum ſint conſtitutiones.

Continetur ſub Politica & ius diuinum, & ius ciuile. Continetur inſuper ſub politica ius ciuile: quod ciuium, eccleſiaſticæ ſorti minimè deſtinatorum rempublicam regit. Vocatúrque alio nomine, ius Cæſareum: quòd à Cæſaribus, & imperatoribus Romanis ſit conditum. Dicitur, & ius humanum: quia ſit de rebus humanis, & eius conſtitutiones vulgariter leges dicuntur.

Phyſica eſt, ars, res naturales, & earum motus conſiderans.

Medicina eſt, quæ circa humani corporis ſanitatem, contemperamentumque inſiſtit.

Metaphyſica eſt, ars ſupernaturalis, quæ ex inferiorum ſcientiarum adminiculis ad cæleſtium contemplationem ſubuehit.

Theologia verò, quæ ſublimiore modo ex ſacris eloquijs ad diuinorum cognitionem aſſurgit.

Omnes autem artes doctrinales ſuo ambitu philoſophia complectitur: quæ diffinitur eſſe perfecta rerum humanarum, diuinarumque cognitio.

Et philoſophus dicitur, qui conſummatam rerum humanarum, diuinarumque ſcientiam aſſequutus eſt.

Quo nomine, dignus Peripateticorum omnium iudicio, in primis habitus eſt Ariſtoteles.

De Arte naturali, & ſupernaturali. Diffiniuntur hìc artis naturalis, & ſupernaturalis ſpecies, & primo Phyſica, quòd res naturales, earúmque motus vt generationem, corruptionem, augmentationem, diminutionem, alterationem, & ſecundum locum mutationem determinet. *Artis naturalis officium, & Medicina.* Deinde medicina diffinitur, quòd circa ſanitatem, & hominis contemperamentum verſetur. Sub ſanitate, ægritudinem, & ſub contemperamento diſtemperamentum comprehendendo per hanc regulam.

Negatio,

Negatio, ſub affirmatione comprehenditur, & per eam in relligitur. In qua affirmatio capitur pro re digniore, & perfectiore, negatio verò pro re minus digna, minùſque perfecta, vt ſanitas perfectior eſt, ægritudo imperfectior. Poſtea diffinitur Metaphyſica, quæ quamuis idem conſideret, quod Theologica: non tamen eodem modo, neque eiſdem medijs. Nàm Metaphyſica ex inferiorum ſcientiarum, vt liberalium, moralium, & naturalium præſidijs ad cæleſtia contemplanda perducit: vt ex magnitudine ipſius primi entis, immenſam plenitudinem: ex multitudine, eius vnitatem: ex motu, eius ſemper fixam ſtabilitatem: ex tempore, æternitatem: ex virtutum pulchra imitatione, ſummam eius bonitatem. Theologia verò, altiore medio ex ſacris literis, prophetarum oraculis, ſanctiſſimorum eloquiorum authoritate, ad ipſius Dei, & cœleſtium cognitionem tendit. Et hæc ſanctiſſimorum Apoſtolorum, atque prophetarum ſcriptis eſt tradita. Illa verò, priorum, & dignè de Deo ſentientium philoſophorum. Et hæc de cuiuſlibet ſcientiæ materia, & nomine generatim adducta præſenti introductioni ſufficere putentur: quæ nihil niſi nomina ſcientiarum cognoſcenda, earùmque materiam ſummatim aperiendam ſuſcepit. Nam propria vniuſcuiuſque ſcientiæ, exactaque determinatio: eo in loco vbi ipſa peculiariter traditur, requirenda eſt. Poſtremò, diffinitur philoſophia, quæ in ſua ratione omnes artes doctrinales, ſcilicèt liberales, morales, naturales, & ſupernaturales coniunctim continet: cum per ſe ſine adiuncto ſumitur. Nam quando ei adiungitur adiectiuum alicuius ſpecialis ſcientiæ: tunc ratione adiunctionis pro illa ſolum ſumitur, vt moralis Philoſophia, pro arte morali: naturalis philoſophia, pro Phyſica: ſupernaturalis philoſophia, pro Metaphyſica. Diffinitúrque eſſe perfecta cognitio rerum humanarum, ad denotandum diſciplinas inferiores de rebus humanis, & quæ apud nos ſunt, à nobiſque perſentiuntur tractantes: quales ſunt artes liberales, morales, & naturales. Dicitur prætereà eſſe rerum diuinarum cognitio, propter diſciplinas ſuperiores, & de rebus diuinis determinantes, quales ſunt Metaphyſica, & Theologia. Et philoſophus, dicitur qui ipſam philoſophiam cùm humanam, tùm diuinam complete aſſecutus eſt.

Regula logicalis. *Metaphyſica.* *Theologia.* *Philoſophia deſinitio.* *Philoſophus quis ſit.*

Quo quidem nomine, quamuis priſcorum ſapientum multi fuerint inſigniti, omnium tamen vnus Ariſtoteles

ante cæteros, huiuſmodi titulo viſus eſt digniſſimus, qui alios, & ſcientiarum inuentione, earùmque ad omnium vtilitatem editione longè exuperauit, qui diuino quodam munere conceſſus eſt mortalibus, vt eorum mentes ignorantiæ tenebris caligantes, clariſſimo doctrinæ lumine perfunderet, eſſétque omnium literarum ſtudia amplectentium dux primarius. Qui ſolus etiam poſteritati, & maximè Chriſtianis eſt viſus accommodatiſſimus, quem ipſi in literaria profeſſione, vt principem haberent: cuius doctrinam, & philoſophandi rationem, prætermiſſis aliis, ſectarentur, nec ab re quidem. Eſt enim eius doctrina ſolida, & veritati firmiter innixa, ſine opinionum incertitudine, ſine problematum ambagibus, clariſſima, rationibus, quæ diſſolui non poſſunt, firmata: breuibus verbis copioſam ſententiam comprehendens, animúmque veritatis amatorem reddens ſine fluctuatione, & vacillatione trãquillum. Quæ omnia vix in altero quoquã vſque adeò cumulata inuenias.

Ariſtotelis ſcientia eſt ſolida.

Porrò omnis ars doctrinalis, intellectum, & ſcientiam, vt præcipuas partes ſuas continet.

Intellectus, eſt habitus principiorum.

Habitus, eſt ex aſſiduo vſu acquiſita quicquam operandi conſuetudo.

Principia, ſunt propoſitiones manifeſté veræ: per quas in diſciplinis aliæ probantur.

Sic intellectus grammaticus, eſt principiorum grammaticorum habitus, & logicus logicorum, & ita de cæteris ſub arte doctrinali cõtentis ſpecieb⁹.

Scientia, eſt habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus.

Concluſio eſt, quæ per alias demonſtrari nata eſt, eſt principiis illata propoſitio.

Demonſtratio, eſt ex principijs concluſionem manifeſtans argumentatio.

Ita ſcientia grammatica, eſt concluſionum grammaticarum habitus per demonſtrationem grammaticam acquiſitus: & logica, logicarum. Et hoc pacto deinceps per cæteras artis doctrinalis ſpecies procedendo.

Quemadmodum tota argumentatio, continet antecedens,& conſequens, tanquàm partes ſuas præcipuas,& integrales: ita quælibet ars doctrinalis, intellectum (qui eſt antecedentis notitia) & ſcientiam(quæ eſt cognitio conſequentis) vt ſuas partes principales complectitur. Quare in analogia ipſa,tota ars eſt,vt tota argumentatio intellectus, vt antecedens,& ſcientia,vt conſequens. Et quoniam vnum relatiuè oppoſitorum eodem modo diuiditur,vt reliquum: quemadmodum ars doctrinalis prius diuiſa eſt: ita & intellectus diuiditur, & ſcientia. Primum enim intellectus, diducitur in intellectum liberalem,& non liberalem. Deinde liberalis, in intellectum ſermocinalem,& mathematicum. Intellectus ſermocinalis, in grammaticum, logicum, & rhetoricum. Mathematicus verò, in muſicum, arithmeticum,geometricum,& Aſtronomicum: & ita conſequenter. Ita ſcientia,diuiditur in ſcientiam liberalem,& non liberalem. Scientia liberalis,in ſermocinalem & mathematicam. Sermocinalis, in ſcientiam grammaticam, logicam, & rhetoricam: & ita per cætera membra formulæ diuiſionis in principio huius introductionis poſitæ, procedendo. Deinde diffinitur intellectus eſſe habitus, hoc eſt firma,& non facilè ab animo delebilis cognitio principiorum, vt notitia huius principij, omne totum eſt maius ſua parte, aut huius,omnis pars eſt minor ſuo toto, firmiter,& tenaciter hærens animo,eſt intellectus. Habitus autem,eſt conſuetudo agendi aliquid, ſiue extrinſecum animo, ſiue intrinſecum: acquiſita ex aſſiduo vſu,& exercitatione. Acquiritur enim omnis habitus ex operationibus frequenter iteratis. Nam ſola vna operatio, minimè gignit habitum: vt vna ſcriptio non reddit quenquam ſcriptorem, nec vna depictio hominem efficit pingendi peritum: quare debet habitus omnis acquiri frequenti vſu: vt habitus pingendi aſſiduo pingendi vſu : & habitus citarizandi, eſt conſuetudo rectè pulſandi citharam, acquiſita per aſſiduum vſum.

Vnum relatiuè oppoſitorum eodem modo diuiditur,vt reliquum.

Intellectus diuiſio,& ſcientia.

Vna ſola operatio non gignit habitum.

Poſtea diffiniuntur principia doctrinalia: quorum duplex in illa diffinitione oſtenditur proprietas. Vna, quòd ſunt propoſitiones manifeſtè veræ, hoc eſt per ſeipſas, & non per alias notæ: queádmodum ſol,per ſe eſt lucidus: & ignis, à ſe calidus. Secunda eſt, quòd ipſa principia manifeſtant, & probant alias propoſitiones non à ſeipſis notas:

Principiorũ doctrinalium deſinitiones.

ſicut ſol illuminat illa, quæ ſuapte natura non ſunt lucida: & ignis ea calefacit, quæ de ſe non ſunt calida. De principijs exemplum: vt impoſſibile eſt idem eſſe, & ſimul non eſſe. Quod eſt maius toto: etiam eſt maius illius parte, & ita de alijs. Diuiduntur autem principia, eodem modo ſicut intellectus. Nam primo aliqua ſunt liberalia: alia non liberalia. Liberalium: aliqua ſunt ſermocinalia, alia Mathematica. Sermocinalium, quædam ſunt principia Grammatica, quædam logica, quædam rhethorica, & ita de alijs. Principia grammatica, ſunt propoſitiones grammaticæ manifeſtè veræ: per quas in grammatica aliæ probantur. Et principia logica, ſunt propoſitiones logicæ manifeſtè veræ, per quas in logica aliæ probantur, & ita de cæteris.

Principiorũ diuiſio.

Principia, Grammatica.

Principia Logices.

Scientia quid.

Poſtea diffinitur ſcientia eſſe habitus, id eſt firma, & non facilè mente abolebilis notitia concluſionis, vnius, vel plurium: acquiſitus per demonſtrationem vnam, vel plures. Nam vocabula in diffinitionibus, indifferenter ſecundum numerum accipiuntur. Vt habitus huius concluſionis, terra mouetur deorſum, acquiſita per hanc, vel ſimilem demonſtrationẽ, Omne graue mouetur deorſum, terra autem eſt grauis, ergo terra mouetur deorſum: eſt ſcientia.

Concluſio demonſtrationis duas habet conditiones oppoſitas conditionibus principiorũ.

Concluſio autem demonſtrationis (nam ea ſola hìc diffinitur) duas habet conditiones, oppoſitas conditionibus principiorum. Prima eſt, quòd ipſa de ſe non eſt manifeſta: ſicut neque aer de ſe eſt lumine clarus: neque lapis de ſe calidus. Altera: quòd ab alijs propoſitionibus, ſcilicèt à principijs ſuæ veritatis cognitionem accipit, ſicut aer ſuſcipit lumen à ſole: & lapis calorem ab igne, & diuiditur prorſus eodem modo concluſio ſicut ſcientia, & ars doctrinalis.

Concluſio Grammatica & logica.

Eſtque concluſio grammatica: quæ per alias probari nata eſt ex principijs grammaticis illata propoſitio. Et concluſio logica, eſt propoſitio logica ex logicis principijs illata, atque probata.

Demonſtratio quid.

Demonſtratio Grãmatica, & logica quępam ſint.

Demonſtratio autem eſt tota argumentatio compoſita ex principijs poſitis in antecedente, & concluſione, quæ eſt conſequens, vt hæc argumentatio, Quicquid progreditur habet pedes, cancer autem progreditur: ergo cancer habet pedes, eſt demonſtratio: quia eſt argumentio manifeſtans concluſionem illatam, ex principijs in antecedente aſſumptis. Diuiditúrque demonſtratio in eadem penitus membra: in quæ ars doctrinalis, ſecundum diſciplinarum nume-

tum, & varietatem. Et demonſtratio grãmatica, eſt ex principijs grammaticis concluſionem grãmaticam, manifeſtãs argumentatio, & logica demonſtratio: ex logicis logicam.

Ex his, quid ſit habitus intellectualis, & quid ſuarum ſpecierum quælibet: non diſſicilè eſt deprehendere.

Habitus intellectualis, eſt habitus, qui circa veri cõſiderationem verſatur, intellectumque perficit.

Intellectus, eſt animæ rationalis potentia, qua intelligit.

Eius ſpecies ſunt quinque; ſcientia, intellectus, ſapientia, ars, & prudentia.

Quid ſcientia ſit, & intellectus: modo, cum de partibus artis doctrinalis ſermo fieret, dictum eſt.

Sapientia, eſt rerum diuinarum cognitio. Quæ ſi ex humanis diſciplinis ad cæleſtia conſcendat, metaphyſica: ſi verò ex ſacratiſſimis, & diuinitus reuelatis ſcripturis: theologia prius dicta eſt.

Ars, ars mechanica: quæ prius etiam diffinita eſt.

Prudentia, eſt habitus rectè conſultandi de ijs, quæ ab homine agenda, vel fugienda ſunt.

Conſultare, eſt de dubijs, & incertis à nobis operabilibus, quo pacto agenda ſunt, per rationem inquirere.

Sed hæc ſummis (vt aiunt) labris delibata ſufficiant: quãdoquidem exactior eorum determinatio, alio loco requirenda eſt.

Quid requiratur ad hoc, quod aliquid dicatur habitus intellectualis.

Vt quis dicatur habitus intellectualis: opus eſt in primis, quòd circa verum verſetur. Quare opinio, ſuſpicio, & error non ſunt habitus intellectuales ſecundum hanc rationem, quia plerunque ſunt falſorum, & non perficiunt intellectũ: ſed potius imperfectum reddunt. Hinc ſiquidẽ habitus intellectualis, pro virtute intellectuali ſumitur, habitúq; perficiente: & non generaliter pro quocunque habitu, quo intellectus aliquid cognoſcit. Verſatúrque habitus omnis intellectualis circa conſiderationem veri, aut actiuam, vt ars

& prudentia,quæ ordinantur ad agendum: aut contemplatiuam,vt ſcientia, intellectus,& ſapientia quæ ſunt ad ſpeculandum. Et in diffinitione habitus intellectualis,non capitur intellectus pro habitu principiorum,nam hoc modo eſt ſecunda ipſius ſpecies: ſed pro virtute,ſiue potentia intelligendi,qua ſolus animalium,homo,præditus eſt:in qua ſunt habitus intellectuales, tanquam in ſubiecto. Deinde enumerantur ipſius intellectualis habitus quinque ſpecies, ſub quibus aliæ continentur, vt ſub intellectu, continetur intellectus grammaticus, intellectus logicus:ſub ſcientia, comprehenditur grammatica,logica,& cæteræ diſciplinæ, quæ ſpeciali nomine expreſſæ, vt eas diuiſionis ſeries continet,deprehenduntur eſſe quatuordecim:ſcilicèt grammatica,logica,rhetorica, muſica, arithmetica, geometria, & aſtronomia,ethica,œconomica,politica, phyſica, medicina,metaphyſica, theologia. Ita ſub arte, continentur omnes artes mechanicæ. Ars autem doctrinalis,collocatur ſub ſcientia, & intellectu coniunctis: quoniam ex illis,vt ſuis partibus,componitur. Ars verò generaliter ſumpta, vt eſt ſupremum in principio poſitæ diuiſionis, conuertitur cum habitu intellectuali: eaſdémque ſpecies, ſcilicèt has quinque hîc enumeratas,habet. Prius autem diffinita eſt ſcientia, & intellectus: cum fieret mentio de partibus artis doctrinalis. Quid etiam ſit ſapientia,ex ſuperioribus ſatis cõſtat,nam Metaphyſicæ,& Theologiæ rationem cõtinet:& ad diuerſa conſideratione habita,modo metaphyſica dicitur,& modo theologia. Quarta deinde ſpecies ſcilicèt ars etiam diffinita eſt, nam vt cæteris annumerata ſpeciebus quartum obtinet locum.pro arte mechanica ſumitur. Poſtremò prudentia, diffinitur eſſe habitus intellectualis,quo homo rectè conſultat, & deliberat de agendis à ſe,aut fugiendis.Et hic ad benè, beatéque viuendum perquam neceſſarius eſt, oſtendit enim quomodo faciendæ ſunt operationes humanæ, & eas ad rectitudinem dirigit: haud ſecus ac oculus corporeus,pedes ad rectè, & ſine offenſione ambulandum moderatur.Conſultare autem, eſt inquirere per rationem,circunſtantiarúmque actionis humanæ conſiderationem,de dubijs,& incertis. Nam quæ certa ſunt,vt præſentia,præterita,neceſſaria,non veniunt in conſultationem. Præterea conſultatio eſt de operabilibus à nobis, id eſt,de his,quæ à nobis fieri poſſunt, ſi volumus: & dimitti itidem ſi volumus. Impoſſibilium enim, & eorum quæ

Habitus intellectualis verſatur circa veri conſiderationem.

Intellectus quinque ſunt habitus.

Prudentia quid ſit.

Conſultare quid ſit.

non ſunt in poteſtate noſtra non eſt coſultatio. Verum de his hactenus: nam ad moralem philoſophiam ſpectat accuratior eorum declaratio.

Omnis ars, tribus potiſſimum acquiritur: præceptione, vſu, & imitatione. *1. Regula.*

Præceptio, eſt certa lex, & regula, aliquid rectè agere docens. *Præceptio quid.*

Vſus eſt frequens, & aſſidua vnius, eiuſdemque rei operatio. *Vſus quid.*

Imitatio eſt, aliorum ad aliquid ſimiliter agendũ æmulatio. *Imitatio quid.*

Artes doctrinales, eo maiore diligentia, quàm mechanicæ comparandæ ſunt, quo his digniores habentur: animumque ſuapte natura cognoſcendi cupidum perfectiorem reddunt. *2. Regula.*

Artes mechanicæ, ſuam quæque materiam habent, & finem: quibus à ſeinuicem diſtinguuntur. *3. Regula.*

Materia artis eſt circa quã eius operatio verſatur. *Materia artis, & finis quid.*

Finis artis, id eſt, ad quod ipſa ordinatur.

Artiũ doctrinalium, cuique ſuum eſt genus ſubiectum: quo vna ab altera diſcrimen habet, & ſuus author. *4. Regula.*

Genus ſubiectum eſt, quod præcipuè in aliqua ſcienta determinatur. *Subiectum genus quid.*

Genus ſubiectum, ſubiectum attributionis, materia circa quam: idem. *Multipliciter dicitur ſubiectum.*

Author, eſt qui primus aliquam diſciplinam inuenit: aut inuentam, ſua opera completiorem reddidit. *Auctor quid.*

Prima regula intelligitur de arte quæ altero docente acquiritur, nam quæ per propriam habetur inuentionem prçceptione ab altero ſuſcepta non indiget, neque imitatione: cum nullus eam artem exercuerit, à quo, præcepta artis accipiat, aut quem imiteretur: ſed ſolùm requirit vſum. Ea verò quç ab altero per doctrinam ſuſcipitur: vt perfecta habeatur, tribus indiget, exempli gratia: ars ſcribẽdi, primò *Prima regula expoſitio.*

requirit certas regulas dirigentes diſcentem ad characterũ literariorum formationem: ſecundo, vſum, & aſſiduam ſcriptionem: tertiò, imitationem, qua diſcens pro viribus nititur formare literas ad ſimilitudinem literatum docentis: quas tanquam exemplar ante oculos propoſitas habet, eáſque attentius conſiderat: vt quantum poſſit, ſimiles efformet. Et horum trium, præceptio ſola ab altero habetur, ſcilicèt à docente. Vſus autem, & imitatio; à ſeipſo ſolùm. Debet enim diſcens exercere frequenter operationem, cuius artem vult aſſequi: neque quicquam pro eo id facere poteſt, cuius operatione euadat promptior, & peritior. Debet, & imitari eum à quo diſcit artem, ſi ad illius perfectionem peruenire contendit: non aliter quam ſi quis ad metam peruenire cupit, quam alius aſſecutus eſt, debet eadem via proficiſci qua progreſſus eſt alter.

2. Regulæ expoſitio.

Secunda regula hortatur ad diligentem operam artibus doctrinalibus comparandis impendendam, duplici ratione. Prima, quanto aliquid dignius eſt, tanto vigilantior cura ad illud obtinendum eſt præſtanda: ſed artes doctrinales ſunt longè digniores, quam mechanicæ, vt ex ſuperioribus apertè conſtat: ergo maior vigilantia ad doctrinales, quam mechanicas artes eſt adhibenda. Secunda, quantò aliquid animum perfectiorem efficit, tantò maiore diligentia eſt quærendum: ſed artes doctrinales, animum longè magis perficiunt, quam mechanicæ: ſunt enim doctrinales ad animum, mechanicæ verò ad corpus accommodatæ: igitur artes doctrinales maiore diligentia, quam mechanicę ſunt comparandę.

Hortatur adoleſcentes ad ſtudia literarum.

Quocirca, ingenui adoleſcentes, & qui degenere non eſtis animo, nullo parcite labori, nullas vigilias recuſate ad pretioſas animi diuitias: diſciplinas dico liberales, & ingenua ſtudia, & bona gemmis, & auro digniora conſequẽda. Mementote vos ipſos ad ſtudia literarum, vt ad rerum pretioſiſſimarum mercaturam, deſtinatos eſſe. Doctrina vobis compoſita eſt comparanda: pro qua labor aſſiduus, & ſudor exoluendus eſt. Sine pecunia non emuntur opes, & pretioſæ merces. Sine labore (qui pretium eſt ad ſcientiam ſibi vendicandam conſtitutum) non acquiritur doctrina. Itaque tanti theſauri poſſeſſionem nolite paruipendere: neque inanes, omniſque doctrinæ vacui torpeſcere. Quoniàm vt diſſipata inutiliter pecunia mercator nullis comparatis mercibus, domum reuerſus, non mediocri pro-

Sine pecunia opes, & ſine labore doctrina nõ poteſt haberi.

bro eſt dignus. Ita ſi nihil doctrinę aſſecuti fueritis, cum tempus, & opportunitas affuerit perditis impenſis, & tempore, ſine fructu conſumpto, cum ſummo dedecore, ignari, inglorij, & ſera pœnitudine, triſtes, miſeram trahetis vitam. Hęc alta mẽte reponite, hæc ſæpius animo peruoluite, his quaſi ſtimulis, torpentia corda ad ſtudium excitate.

Tertia regula, oſtendit quòd artes mechanicæ ab inuicẽ diſtinguuntur per duo. Primò, per materiam circa quã verſantur, ſiue ex qua earum opera fiunt: vt lanificium, circa lanã: ars nemoraria, circa ligna: militaris, circa arma, vt inſtrumenta, quibus exercetur, intenta eſt. Secundò, per finẽ ad quẽ ordinantur: vt lanificium, ad indumẽta corporis: ars nemoraria, ad ignis, pro mortalium neceſſitate, vſum. Militaris, ad ſuarum rerum defenſionem, & ita per cæteras artes mechanicas procedendo: vt hæc figura oſtendit.

Tertia regula explicatio.

Quomodo artes mecanicæ per duo diſtinguãtur ab inuicem.

Artes mechanicæ	*Earum materia*	*Earum fines*
Lanificium	*Lana*	*Indumentum corporis*
Nemoraria	*Arbores, & ligna*	*Vſus ignis*
Militaris	*Arma, & bella*	*Suarum rerũ defenſio*
Nautica	*Nauis, & vela*	*Alimentũ et mercatura*
Agricultura	*Agri, & ſegetes*	*Nutrimentũ hominis.*
Medicina	*Vulnera*	*Sanatio hominis*
Ars fabrilis	*Ferrum, & ligna*	*Habitatio hominum*

Quarta regula oſtendit vnamquamque artem doctrinalem habere propriam, quam determinat, materiam, qua ab aliis differt: pariter & authorem ſuum, à quo inuenta, aut conſummatior facta fuerit, vt hęc figura monſtrat.

4. regula explicatur.

Vnaquaque ars propriã habet materiam.

Scientiarũ nomina	*Subiecta attribu.*	*Earum authores*
Grammatica	*Sermo latinus*	*Priſcianus*
Logica	*Argumentatio*	*Ariſtoteles*
Rhetorica	*Oratio perſuadens*	*Cicero*
Muſica	*Numerus harmonic⁹.*	*Boetius*
Arithmetica	*Numerus*	*Pythagoras*
Geometria	*Magnitudo*	*Euclides*
Aſtronomia	*Magnitu. celeſtis*	*Ptolomeus*
Ethica	*Bonum hominis*	*Ariſtoteles*
Oeconomia	*Bonum domus*	*Ariſtoteles*
Politica	*Bonum reipublicæ*	*Ariſtoteles*
Phyſica	*Res naturalis*	*Ariſtoteles*
Medicina	*Bonũ corporis huma.*	*Hippocrates*
Metaphyſica	*Primum ens*	*Ariſtoteles*
Theologia	*Deus ſup benedictus*	*Prophet. & Apoſt.*

Eſt autem ſubiectum attributionis, ſcientiæ, circa quod principaliter ſcientia verſatur, vt grammatica, præcipuè conſiderat ſermonem latinum, & logica, argumentationē, quare ſermo latinus, grammaticæ, & argumentatio logicæ ſubiectum eſt. Et alio nomine vocatur genus, ſubiectum, ſiue materia circa quam. Author autem dicitur, qui ſcientiam aliquam inuenit, vt Ariſtoteles logicam: aut ſcriptis ſuis perfectionem reddidit, vt Cicero rhetoricam.

Subiectum attributionis variè capitur.

5. Reg. Artes ſermocinales, præſertim grammatica, & logica, quod cæteris ſcientiis habendis apprimè conducunt: ante alias ſummo cōnamine vendicandæ ſunt.

6. Reg. Artes mathematicę, acumen intellectui, & diſſerendi celeritatem afferunt: ad aliaſque diſciplinas cùm humanas, tùm diuinas, & neceſſariæ, & vtiles ſunt.

7. Reg. Cùm non minùs virtute, quàm ſcientiis inſtituendus ſit animus, moralis philoſophiæ ſtudium ad mores componēdos in primis eſt neceſſarium, ſummopereque expetendum.

8. Reg. Philoſophia naturalis, necnon cæteræ diſciplinæ inferiores, ad metaphyſicas contemplationes viam pandunt, aditumque miniſtrant.

9. Reg. Metaphyſica, omnium ſcientiarum meta eſt, & finis vltimus: ad quam, vt ad ſummum philoſophiæ apicem, cæteræ omnes miro quodam decore ordinantur.

5. Regula explicatio. Artiū ſermocinaliū neceſſitas. Quinta regula artium ſermocinalium, præſertim grammaticæ, & logicę neceſſitatem declarat, ſimul & vtilitatem: quæ etiam poſt diffinitionem logicæ prius oſtēſa eſt. Monétque ambas intentiſſima cura haberi debere, antequam ad alias ſcientias procedatur.

6. Regula exponitur. Sexta regula, triplicem commoditatem artium mathematicarum oſtendit. Prima eſt, quod reddunt intellectū acutum, & perſpicacem in diſpicienda veritate: & ad rectam intelligentiam, ſine lapſu in cæteris habendam, plurimum iuuant. Secunda eſt, quòd intellectui præſtant ce-

leritatem demõſtrandi,& promptitudinẽ oſtendẽdi cuiuſuis propoſitionis veritatem. Qui enim in mathematicis demonſtrationibus,quæ certiſſimæ ſunt, & ordinatiſſimę, fuerit promptus: in omni diſciplina ad aliquid demonſtratione comprobandum, erit aptiſſimus. Tertia eſt,quòd ad cæteras ſcientias ſunt neceſſariæ, & vtiles. Neceſſariæ quidem : quod ſine illis non poſſunt aliæ poſteriores, vt phyſica,moralis philoſophia,& metaphyſica acquiri. Vtiles verò : quòd earum præſidio aliæ facilè habentur. Quare ab his, quos pulchra literarum ſtudia delectant, minimè prætermitti, aut negligi debent. *Artium mathematicarum triplex commoditas.*

Verùm cum reliqua ſcientiarum iactura, hoc quoque vulnus bonis literis illatum eſt:quòd ſcientiæ mathematicæ apud pleroſque nunc in nullo ſunt pretio: tanquam penitùs inutiles, & nullius momenti relinquuntur: putatúrque earum ſtudium ſuperuacuum prorſus, nullámque afferre cultoribus ſuis vtilitatem. Et quod dolentius dicendum eſt, certiſſima earum principia à quibuſdam negantur qui cùm ſibi, tùm cæteris viam doctrinæ ſæpiunt, occludúntque fores,quibus ad eandem ſit ingreſſus. Hinc eò deuentum eſt, vt loco ſeriarum diſciplinarum, inania penè agitentur, & captioſa quędam parum fructus, detrimenti plurimum ad veritatem ipſam cognoſcendam, afferentia. Multi etiam diſciplinas mathematicas venerantur, & amant. Vtinam feliciora redirent tempora,& illæ literarum ſtudioſis maiori eſſent curæ! nam tum primum, cùm curæ habentur, earum explorata eſt dignitas,& vtilitas. *Deploratio huius temporis.*

Septima regula, philoſophiam moralem, eiúſque ſtudium commendat, nec immeritò : nam virtus ſine ſcientia datur laudi, & poteſt : ſcientia, verò ſine virtute, non modò non prodeſt, verum etiam nocet, & grauiorem dedecoris notam infert. Maiore ſiquidem vituperio dignus eſt,qui quid agendum ſit, nouit, & tamen non facit: quam eorum,quæ agenda ſunt, ignarus. Igitur ſcientia,virtuti,ſcientięque virtus coniungenda eſt, ad conſummatam animi perfectionem adipiſcendam. Ad quod moralis philoſophiæ ſtudium mirum in modum conducit. Nam ipſa docet, quo pacto honeſtè viuendum eſt, virtutúmque officia peragenda ſint. *7 Regula expoſitio.* *Virtus ſine ſcientia prodeſt, ſcietia ſine virtute nocet.*

Quod vt cupidiſſimè amplectantur adoleſcentes, admoneo:non ſolùm vt ſciant, verumetiam vt cũ ſciuerint, operentur:meminerintq́; ſe non ſcientiæ cõparandę gratia *Notanda obſeruatione digna.*

duntaxat deſudare debere, ſed & virtutis: quæ ſola ſuo officio beatos efficit homines. Non itaque apud ipſos de moribus vltima fiet quæſtio, ſed prima ſi ſe ſcientia dignos haberi velint, & ab hominum literatorum conſortio non excludendos.

8 & 9. Regulæ expoſitio. Octaua, & nona regula, ordinationē Philoſophiæ naturalis, & cęterarum inferiorū ad Metaphyſicā edisserit. Sanè quemadmodū in gradu ſurſū tendēte gradus infimus, & intermedij omnes ordinantur ad ſupremum, ad quem etiā aſcenſum præſtant: ſic & infirmæ, & intermediæ omnes diſciplinæ citra Metaphyſicam numeratæ ad ipſam Metaphyſicam, vt ſupremam omnium, ordinantur, præſtántque illi acquirendæ præſidium. Cæterùm, ſupra Metaphyſicam, non eſt vlteriùs conſcendendum: ſicut neque ſupra ſupremum gradum. Et ergo Metaphyſica, ſupremus Philoſophiæ apex dicitur.

10. Regula. Cum expedita quicquam agendi, niſi parto iam habitu, non aſſit facilitas: adoleſcentes eorum, quę diſcunt habitum ſibi formare pro viribus contendant.

11. Regula Non in opinionum inter ſe diſſidentium varietate, & in certitudine ſcientia eſſe exiſtimetur: ſed in vnica, certa, ſibíque conſtante (quam rectè diſciplinæ docent) veritate.

12. Regula. Non item argutijs ſophiſticis (quæ ad contranitendnm veritati inaniter excogitantur) ſcientia comparari exiſtimetur: ſed demonſtratione, aliave recta argumentatione, quæ ex manifeſtioribus minùs honeſta comprobet.

Habitus ſcientiarū cōparādus. Decima regula admonet eorum, quæ ſcire expeditè volumus, habitum eſſe comparandum: quoniam ſine habitu, nihil promptè, & cum facilitate quoties libet, facere poſſumus. Non enim ſcribendi cuiquam eſt promptitudo, niſi ſcribendi habitum habuerit, neq; depingēdi imaginē, niſi artis pictoriæ habitus ſibi cōparatus fuerit: neque quis facilè, & rectè citharā pulſat, niſi acquiſito citharā tangēdi habitu. Ita neque promptè quis argumentabitur, aut diſſeret, ſi conſuetudinem argumentandi non conquiſierit. *Ad habitū acquirendū duo requiruntur.*

Ad habitum autem acquirendum, duo requiruntur. Primum, quod frequenter fiant operationes illæ ex quibus naſcetur habitus: nam vnica operatio non ſufficit ad eius acquiſitionem. Quod Baptiſta Mantuanus eleganter hoc carmine annotauit,

Ver non vna dies, non vna reducit hirundo.
Sic neque ſolerſes breuis experientia rerum
Fert animos: vigilans prudentia ſurgit ab vſu
Multiplici, ſicut de mille coloribus iris.

Secundum eſt quòd illæ operationes conſimiliter fiant, & poſteriores non diuerſo modo peragantur à prioribus: quoniam ſi fuerint diſſimiles, non perficient habitum, ſed confundent: ſicut albedini additus alius color, itẽ & alius eam non reddit intentiorem, ſed alijs coloribus permixtam. Itaque ad aliquid firmiter memoria tenendum (id enim ſolum ſe quis ſcire exiſtimet, quod memori fixum eſt animo) debet illud bis, item & ter, frequentíque repetitione reſumi, eodem penitus modo poſterius, quo prius, ſine mutatione ordinis, ſine vnius dictionis pro alia commutatione, imò vero ſine literarum, aut ſyllabarum euariatione: & tùm primum firmus naſcetur habitus, haud facilè abolendus animo.

Vndecima regula, oſtendit in quo vera conſiſtit ſcientia: comparátque opinionem ad ſolidam doctrinarum veritatem tripliciter. Primo, quia opiniones ſunt inter ſe repugnantes, & oppoſitæ. Quod enim vna concedit: negat altera. Et hoc ipſo argumento oſtendunt ſe à veritate longè ſemotas eſſe: quæ eſt ſibi conſtans, & concors. Nam, vt inquit Ariſtoteles, verum vero conſonat: falſum autem & à vero, & à falſo diſcrepat. Hinc perſpicuum eſt, vt plurimum opiniones falſas eſſe, & veritati minimè cohærere. Atqui in falſitate non conſiſtit ſcientia, quæ eſt concluſionis veræ, & neceſſariæ habitus: igitur non quærenda eſt ſcientia in opinionum contrarietate. Secundo, quia opiniones ſunt variæ, & plurimum inter ſe diuerſæ. Nam ferè vna ab alia, etiam circa eandem materiam, quoquo pacto euariatur, vt vix duæ omninò conueniant. Veritas autem doctrinarum eſt vnica, ſicut vnicum eſt circuli centrum, & idcircò in perfectione eſt cum ad vnitatem tẽdat. Opiniones autem, ad imperfectionem labuntur: quia ſemper in maiorem creſcunt multitudinem. Verum, ſicut geometriæ imperiti, verum circuli centrum aſſignare neſ-

Vndecima regula explicatur, vbi ſcientia conſiſtit.

Doctrinarũ veritas vnica.

cientes, diuerſa aſſignant in circulo puncta,quiſque ſuum, quod dicit eſſe centrum,ſicque vnius circuli plura deſignāt centra, quorum nullum eſt verum, niſi fortaſſe caſu quiſquam, id ignorans, cum vero centro coinciderit: Ita qui ipſam doctrinarum vnicam veritatē amplecti nequeunt: diuerſi diuerſa aſſignant inter ſe omninò varia: quorum vnuſquiſque ſuam aſſertionem dicit eſſe ipſam veritatem: nulla tamen earum cum veritate conſpirat, niſi quis in rectam ipſius determinationem caſu inciderit. Hinc varia Ariſtotelis fiunt interpretamenta, frequentius ab eius intentione diſſidentia: & ipſius dicta in diuerſam trahuntur ſententiam plerúmque menti eius repugnantem. Tertio, quia opiniones ſunt incertæ. Eſt enim opinio,alicuius cū incertitudine credulitas. Veritas autē,ſcientiarū eſt certiſſima: omnis penitus ambiguitatis expers. Itaq; ſciētia(quæ certa eſt concluſionis cognitio)nullū cum opinione habet commercium: ſed cum ſolida tantùm,quam oſtendit,veritate.

Sciētia certa eſt concluſionis cognitio.

Modus acquirendi ſcientiam.

Duodecima regula, oſtendit quo modo acquiritur ſciētia, eiuſque acquirendæ potiſſimum declarat inſtrumentum,ſcilicèt argumentationem. Non quidem ſophiſticā, quæ diſciplinarum currentium eſt, & penè vulgarium: parum ad veras ſcientias aſſequendas conducens. Nam ferè ſemper, aut verum nititur probare eſſe falſum: aut falſum oſtendere eſſe verum. Et ex multiplicatæ dictionis,vel orationis, aut mala argumentatione,aut non recta applicatione propoſitionum doctrinalium duntaxat habet vim: atque per rectam ſolutionem fit inualida. Sed ſcientia comparatur per argumentationem doctrinalem, quæ eſt propoſitionis veræ, ſed incognitæ per notiorem manifeſtaſtio. Et hanc potiſſimum curant rectæ diſciplinæ: eámque in primis Logica conſiderat. Et eius officium,eſt verum probare: & falſum refellere. Hæc rectam argumentandi formam ſeruat,fallaciam omnem deteſtatur,& refugit: verum aſſumit, & ex eo verum concludit, quòd ſi interdum aſſumat falſum,aut concludat: id facit vt ex interemptione falſi cùm cōcluſi,tùm aſſumpti,verum comprobet. Denique hæc adeò eſt efficax, & tantæ virtutis: vt nulla ſolutione infirmari,aut dilui queat. Et tanto eſt argumentatione ſophiſtica dignior: quanto oratio grammatica, elegans & venuſta,perfectior eſt ea oratione,quæ barbariſmi, aut

Scientia quomodo acquiritur.

ſolœciſmi hẽt vitiũ. Quã haud ſecus ãplecti debẽt, qui verã quærũt ſcientiam: quàm qui grammaticus euadere cupit, orationem latinam, barbariſmo, aut ſolœciſmo non vitiatã.

Argumentationum ſophyſticarum captionibus, & modis adoleſcentes (vt aliorum argutias euitare, malamque à recta argumentatione ſecernere poſſint) principio exercendi ſunt: & intereà ad ratiocinationes doctrinales rectitudinem ſemper amplectendam inducendi. *13. Regula.*

Principia ſcientiarum, vera eſſe ſupponenda ſunt neque quoquo pacto requirenda eſt cauſa, per quam veritatis eorum conſtet certitudo. *14. Regula*

Et ſi concluſiones ſcientiarum, antequam ex principijs ſuam cognitionem acceperint, dubitabiles ſunt: vbi tamen demonſtratæ fuerint, tanta certitudine verę eſſe credendę ſunt, vt nullo modo à veritatis ſuæ firmitudine decidere poſſint. *15. Regula.*

In principijs, & concluſionibus ſcientiarum, quinimò in omnibus propoſitionibus ad diſciplinas pertinentibus, verba nullam temporis rationem, aut actum importánt: ſed abſoluuntur à tempore, aptitudinemque ſignificant. *16. Regula*

Quamuis præcedens regula dixerit argumentatione ſophiſtica ſcientiam minimè acquiri: nihilominùs hæc decimatertia oſtendit adoleſcẽtes eſſe imbuendos arte ſophiſtica duabus de cauſis. Prima vt cognoſcentes ſophiſticum argumentandi modum, ſibi caueant, nè ab alijis circũueniãtur, ſophiſticas rationes obijcientibus: ſed promptitudinem ad ea reſpondendi, rectè ſoluendi, & defendendæ veritatis contra ſophiſticas calumnias habeant. Non enim malum euitatur, niſi cognitum. Vt non vitabit grammaticus ſolœciſmum, niſi cognouerit quomodo ſolœciſmus, & quandò committitur. Neque vitabit auis laqueos, aut inſidias viator: vbi eas non deprehenderit. *14. Regula exponitur. Adoleſcẽtes eſſe imbuẽdos arte ſophiſtica, duobus de cauſis.*

Secunda cauſa eſt: vt per cognitionẽ artis ſophiſticæ, verã argumẽtationẽ ab appatẽte internoſcere poſſint adoleſcẽtes Qui enim diſcrimẽ inter aliqua duo, differentiámq; ponere vult: vt eorum vtrumque cognoſcat, neceſſè eſt. Non enim

In ſophiſticis argutijs non diu immorandum

adulterina numiſmata à veris diſcernet, qui ea nō cognoſcit neque herbam noxiam à ſalubri internoſcere poterit, qui hanc, & illam non agnouerit. Ita neque apparentem argumentem à vera diſtinguet, qui illius naturam & conditionem ignorat. Non tamen ſophiſticis argutiis ſemper immorandum eſt, ſed paulatim ab illis auocandus: animus, & ad doctrinalem argumentationem conuertendus, quæ tanto pluris, quàm altera facienda eſt, quanto plus efficaciæ, & roboris habet ad verum oſtendendum, & falſū improbandum.

14. Regula principiorū nō eſſe quærendā cauſam.

Decimaquarta regula, monet principiorum non eſſe quærendam cauſam propter quam vera ſunt: quia ſunt, primæ cauſæ. Vt in logica, non eſt interrogandum, quare omnem propoſitionem, aut veram, aut falſam eſſe neceſſè eſt; aut quare impoſſibile eſt eandem propoſitionem ſimul eſſe veram, & falſam: nàm vtrumque, principium eſt. Et quia diuiſiones ſcientiarum, & diffinitiones, ſunt earum, principia: an authorum diffinitiones rectè ſint aſſignatæ, aut diuiſiones ſufficientes, minimè percontandum eſt: ſed id ſine alicuius probationis teſtimonio ſupponendum.

15. Regula, Dicit ſcientiarum cōcluſiones ante demōſtrationem dubitari queunt.

Decimaquinta regula, dicit concluſiones ſcientiarum, antequam demonſtrentur, dubitari poſſe. Verum, vbi demonſtratæ ſunt eas veriſſimas, & certiſſimas credi, haberique debere. Vt antequam hæc propoſitio eſt demonſtrata in logica. Si alicuius conſequentiæ antecedens eſt neceſſarium: & eius conſequens itidem eſt neceſſarium, ipſa poteſt, imò debet, dubitari. At cùm fuerit demonſtrata: omnis eius tolli debet ambiguitas, & firma veritatis eius certitudo haberi.

16. Regula. Verba diſciplinarum abſoluūtur à tempore, & importent aptitudinem.

Decimaſexta regula, docet in diuiſionibus, diffinitionib' principiis, cōcluſionibus, cæteriſque propoſitionibus, diſciplinarū verba abſolui à tempore, & importare aptitudinem Vt cū logicus dicit, Superiora de ſuis inferioribus vniuerſaliter verificantur: non id de actuali vatificatione intelligendum eſt, ſed quòd nota ſint verificari. Et cum Phyſicus aſſerit, omne graue moueri deorſum: non de motu actuali intelligit, ſed de eo qui fieri natus eſt. Senſuſque eſt, omne graue, natum eſt moueri deorſum. Et hæ tres regulæ etiam alijs locis poſitæ ſunt. Verum quia rectarum diſciplinarum viam ingredi volentibus, mirum in modum ſunt neceſſariæ: & operæ pretium eſt, vt eas ſibi perſuaſas habeant, qui primum promouent pedem ad ſcientiarum acquiſitionem: idcirco non ſuperfluum exiſtimari debet eas hîc repetitas eſſe: quo tenatius & firmius animis diſcentium figantur.

Petrus Hiſp.

PETRVS HISPANVS PHILOSOPHVS ANTIQVISSIMVS, ET DOCTISSIMVS, DE ARISTOTELIS Logica compendioſè, & dilucidè.

CVI NVNC PROPTER MAIVS Studentium commodum, ac vtilitatem Tres egregios adiecimus Tractatulos, Quorum Vnus eſt de Quinque Vniuerſalibus Porphyrij pro ſecunda intentione: Alter de Diuiſione, & Definitione, Tertius verò de duobus libris Poſteriorum Analyticorum Magiſtri Pariſienſis in Ariſtotelem.

DE ENVNTIATIONE, Tractatus primus.

Vniuerſum Ariſtotel. de interpretatione librum mira breuitate complectens.

De Dialectica. CAPVT I.

DIALECTICA eſt ars artium, ſcīētia ſcientiarum, ad omnium Methodorum principia viam habens. Sola .n. Dialectica probabiliter diſputat de principiis omnium aliarum ſcientiarum. Et ideo in acquiſitione omnium aliarum ſcientiarum dialectica dicitur eſſe prior. Dicitur .n. dialectica à dia, quod eſt duo, & logos, quod eſt ſermo, vel lexis, quod eſt ratio, *Dialectica.* ὁ λόγος λέξις.

quaſi duorum ſermo, vel ratio. ſ. opponentis, & reſpondentis in diſputando. Sed quia diſputatio non poteſt haberi, niſi mediante ſermone, nec ſermo, niſi mediãte voce, nec vox, niſi mediante ſono: ideò à ſono, tanquam à communiori inchoandum eſt.

De Sono & Voce.

CAPVT II.

Sonus quid. SONVS eſt, quicquid ab auditu propriè, & per ſe percipitur. Dico autem propriè: quia licèt homo, vel campana *Soni diuiſio.* audiatur: hoc non eſt per ſe, ſed per ſonum ſuum. Sonorum alius vox, alius non vox.

Vox quid. Sonus vox idem, quod ipſa vox. Vnde vox eſt ſonus ab ore animalis prolatus, naturalibus inſtrumentis formatus. *Inſtrumẽta naturalia vocis quæ, & quot.* Naturalia inſtrumenta, quibus vox formatur, ſunt nouem: guttur, lingua, palatum, quatuor dentes, & duo labia, verſus.

Inſtrumenta nouem ſunt, guttur, lingua, palatum.

Quatuor, & dentes, & duo labia ſimul.

Sonus non vox eſt, qui generatur ex colliſione duorum corporum inanimatorum, vt fragor arborum, ſtrepitus pedum. *Diuiſio vocis.* Vocum, alia ſignificatiua, alia non ſignificatiua. Vox ſignificatiua eſt illa, qui auditui noſtro aliquid repræſentat, *Vox ſignificatiua & nõ ſignificatiua quid.* vt homo hominem. Vox non ſignficatiua eſt illa, quæ auditui noſtro nihil repræſentat: vt buf, baf. Vocum ſignificatiuarum, alia ſignificat naturaliter, alia ad placitum. Vox ſignificatiua naturaliter eſt illa, quę apud omnes idem repræſentat: vt gemitus infirmorum, latratus canum. Vox ſignificatiua ad placitum eſt illa, quæ ad voluntatem primi inſtituentis aliquid ſignificat, vt homo hominem, equus equum.

Vocum alia complexa, alia incomplexa. Vocum ſignificatiuarum ad placitum alia complexa, alia incomplexa, complexa, vt oratio, incomplexa, vt nomen, vel verbum.

De Nomine.

CAP. III.

Nomẽ quid NOMEN eſt vox ſignificatiua ad placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſeparata aliquid ſignificat, finita, & recta. *Declaratio diffinitionis nominis.* Vox, in iſta diffinitione ponitur loco generis. Significatiua, ponitur ad differentiam vocis nõ ſignificatiuæ. Ad placitum ponitur ad differentiam vocis, ſignificantis naturaliter. Sine tempore, ponitur ad differentiam verbi, quod ſignificat cum tempore. Cuius nulla pars ſeparata ſi-

gnificat aliquid, ponitur ad differentiam orationis, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant. Finita ponitur ad differentiam nominis infiniti, quod non eſt nomen ſecundum logicum, ſed nomen infinitum: vt non homo: non equus. Recta ponitur ad differentiam nominum obliquorum: vt Catonis, Catoni: quæ non ſunt nomina ſecundum logicũ, ſed nomina obliqua, vel caſus nominum, vnde ſolus rectus ſecundum logicum dicitur eſſe nomen.

De Verbo.

Cap. IIII.

Verbum eſt vox ſignificatiua ad placitum cum tempore, cuius nulla pars ſeparata, aliquid ſignificat: finita, & recta. Cum tempore, ponitur ad differentiam nominis, quod ſignificat ſine tempore. Finita, ponitur ad differentiã verbi infiniti, vt non currit, nõ laborat, quæ non ſunt verba, ſecundum dialecticũ, ſed verba infinita. Recta ponitur ad differentiam verborũ obliquorũ, vt currebã, cucurri, cucurrit, currebat, quæ non ſunt verba ſecundũ dialecticũ, ſed verba obliqua: vnde ſolũ verbũ præſentis tẽporis indicatiui modi ſecundum dialecticũ dicitur eſſe verbum. Reliqua vero verba eiuſdem modi, & aliorum modorum dicuntur verba obliqua. Aliæ verò particulæ ponuntur hîc eadem ratione, qua ponebantur in diffinitione nominis. Et ſciendum eſt, quod Dialecticus, ponit tantùm duas partes orationis. ſ. nomen, & verbum, alias autem appellat ſyncategorematicas, id eſt cum aliis ſignificatiuas. *Diffinitionis verbi declaratio.*

De Oratione.

Cap. V.

Oratio eſt vox ſignificatiua ad placitum, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant. Hoc totum ponitur ad differentiam nominis, & verbi quorum partes ſeparatæ nihil ſignificant. Aliæ verò particulę ponuntur hîc eadem ratione, qua in diffinitione nominis, & verbi ponebantur. *Oratio quid. Declaratio diffinitionis Orationis.*

Orationum; alia perfecta, alia imperfecta. Perfecta eſt illa, quæ perfectum ſenſum generat in animo auditoris, vt homo currit. Imperfecta eſt illa, quæ imperfectum ſenſum generat in animo auditoris, vt homo albus. Orationum perfectarum, alia indicatiua, vt homo currit: Alia imperatiua, vt Petre fac ignem. Alia optatiua, vt vtinam eſſem bonus clericus. Alia coniunctiua, vt ſi veneris ad me, dabo tibi equum. Alia deprecatiua, vt Miſerere mei Deus. Ha- *Orationis diuiſio. Orationis ſubdiuiſio.*

tum autem orationũ ſola indicatiua dicitur eſſe propoſitio.

De Propoſitione, & eius partibus.
CAP. VI.

Quid propoſitio, & quotuplex. Propoſitio catheg.

PROPOSITIO eſt oratio verum, vel falſum ſignificans indicando, vt homo currit. Propoſitionum autem alia cathegorica, alia hypothetica. Cathegorica eſt illa, quæ habet ſubiectum, & prædicatum, & copulam, tanquam principales partes ſui, vt homo currit. In hac. n. propoſitione, homo eſt ſubiectum, currit verò prædicatum, & quod coniungit vnum cum alio, eſt copula, vt patet reſoluendo, homo currit, id eſt homo eſt currens, homo eſt ſubiectum, currens prædicatum, & illud verbũ eſt, copulat vnum cum altero. Et dicitur cathegorica à cathegorizo, zas, quod idem eſt quod prædico, prędicas; vnde cathegorica. i. quod prædicatiua.

Propoſitio cathegorica vnde dicta. Subiectum & prædicatum propoſitionis quid.

Subiectum eſt illud, de quo aliud dicitur, ſcilicèt prædicatum. Prædicatum eſt, quod dicitur de alio, ſcilicèt de ſubiecto.

De Quantitate Propoſitionum Cathegoricarum.
CAP. VII.

Propoſitionis cathegoricæ diuiſio. Signa vniuerſalia quæ. Propoſitio particularis quid.

PROPOSITIONVM cathegoricarum, alia vniuerſalis, alia particularis, alia indefinita, & alia ſingularis. Propoſitio vniuerſalis eſt illa, in qua ſubijcitur terminus communis ſigno vniuerſali determinatus, vt omnis homo currit. Terminus communis eſt, qui aptus natus eſt prædicari de pluribus, vt homo de Sorte, & Platone. Signa vniuerſalia ſunt hæc, omnis, nullus, quilibet, neuter, & ſimilia.

Signa particularia quæ. Propoſitio indefinita quid. Propoſitio ſingularis quid. Terminus ſingularis quid.

Propoſitio particularis eſt illa, in qua ſubijcitur terminus communis ſigno particulari determinatus, vt quidam homo currit. Signa particularia ſunt hæc, quidam, alter, aliquis, & ſimilia. Propoſitio indefinita eſt illa, in qua ſubijcitur terminus communis ſine ſigno, vt homo currit. Propoſitio ſingularis eſt illa, in qua ſubijcitur terminus diſcretus, vel terminus communis cum pronomine demonſtratiuo, vt Sortes currit, vel ille homo currit. Terminus ſingularis, vel diſcretus eſt, qui aptus natus eſt prędicari de vno ſolo, vt Sortes de ſeipſo.

De Qualitate Propoſitionum Cathegoricarum, & de triplici quaſitiuo ipſarum. CAP. VIII.

Propoſitionis catheg. ſubdiuiſio.

ITEM propoſitionum cathegoricarum, alia eſt affirmatiua, alia negatiua. Affirmatiua eſt illa, in qua prædicatum affirmatur de ſubiecto, vt homo currit. Negatiua eſt illa, in qua prædicatum negatur de ſubiecto, vt homo non currit.

Diuiſa propoſitione tripliciter,ſciendum eſt, quod triplex eſt quæſitum, per quod quęrimus de ipſa propoſitione, ſ. quę,qualis,& quanta. Quæ quærit de ſubſtãtiæ propoſitionis, ideo ad quæſtionem factam per quam reſpondendum eſt cathegorica, vel hypothetica. Qualis,quærit de qualitate propoſitionis,ideo ad quęſtionem factam per qualis, reſpondendum eſt affirmatiua, vel negatiua. Quanta,quęrit de quantitate, ideo ad interrogationem factam per quãta, reſpondendum eſt,vniuerſalis, vel particularis,vel indefinita, vel ſingularis, vnde verſus. *Propoſitionis negat.quæ. Propoſitionis triplex eſt quæſitũ, quæ qualis, & quanta.*

Quæ ca. vel hyp.qualis ne.vel af.u. quanta par.in ſing.

Propoſitionum Cathegoricarum,ſubdiuiſio.

CAP. IX.


ITEM propoſitionum cathegoricarum, quædam participant vtroque termino, vt homo eſt animal,homo nõ eſt animal; aliæ participant vno tantum : vt homo currit, homo diſputat.Item propoſitionum participantium vtroque termino:aliæ participant ſecundum eundem ordinem, vt homo currit ; homo non curritaliæ vero ordine è conuerſo, vt, homo eſt animal,animal eſt homo. *Propoſitionum cath. ſub diuiſio alia.*

De Oppoſitione Propoſitionum categoricarum.

CAP. X.

ITEM propoſitionum vtroque termino participantium ſecundum eundem ordinem, aliæ ſunt contrarię, alię ſubcontrarię, alię contradictotiæ, aliæ ſubalternæ. Contrariæ ſunt vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua, eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati; vt omnis homo currit, nullus homo currit. Subcontrariæ ſunt particularis affirmatiua,& particularis negatiua, eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prædicati, vt quidam homo currit,quidam homo non currit.Contradictorię ſunt vniuerſalis affirmatiua,& particularis negatiua, vel vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, eiuſdem ſubiecti, & eiuſdem prędicati,vt omnis homo currit,quidam homo nõ currit,nullus homo currit, quidam homo currit. Subalternę ſunt vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, vel vniuerſalis negatiua, & particularis negatiua,eiuſdem ſubiecti,& eiuſdem prędicati, vt omnis homo currit, quidam homo currit, nullus homo currit,quidam homo non currit. *Propoſitionum alia contraria, alia ſubcõtraria, alia cõtradictoria, & alia ſubalterna.*

Quilibet homo currit, *Nullus homo currit.*



Quidam homo currit. *Quidam homo non currit.*

Propoſitionum cathegoricarum triplex eſt materia. Materia naturalis quæ. Materia contingens, & remota quæ. Contrariarum propoſitionum conditiones. Subcontrariarum propoſitionum leges. Contradictoriarum propoſitionum

De Materia Propoſitionum Cathegoricarum, & legibus earum.

CAPVT XI.

PROPOSITIONVM cathegoricarũ triplex eſt materia, ſcilicet naturalis, cõtingẽs, & remota. Naturalis eſt illa, in qua prædicatũ eſt de eſſentia ſubiecti, vel proprium eius.

Contingens, eſt illa, in qua predicatum poteſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, vt homo eſt albus, homo non eſt albus.

Remota eſt illa, in qua prædicatum non poteſt conuenire cum ſubiecto, vt homo eſt aſinus.

Lex, ſiue natura contrariarum talis eſt: quod ſi vna eſt vera, reliqua erit falſa: & non ẽ conuerſo. Poſſunt enim ambæ ſimul eſſe falſæ in materia contingenti, vt omnis homo eſt albus, nullus homo eſt albus. In naturali verò materia, & remota ſemper vna eſt vera, reliqua falſa: vt omnis homo eſt animal, nullus homo eſt animal: omnis homo eſt aſinus, nullus homo eſt aſinus. Lex, ſiue natura ſubcontrariarum talis eſt: quod ſi vna eſt falſa, reliqua eſt vera, & non ẽ conuerſo. Poſſunt enim ambæ ſimul eſſe veræ, in contingenti materia, vt quidam homo eſt albus, quidam homo non eſt albus. Vnde lex ſubcontrariarum contrario modo ſe habet legi contrariarum. Lex, ſiue natura contradictoriarum, talis eſt, quod ſiue vna eſt vera, reliqua eſt falſa, & ẽ conuerſo. In nulla enim materia poſſunt ſimul eſſe veræ, aut ſimul falſæ, vt omnis homo eſt animal, quidam homo non eſt animal. Lex, ſiue natura ſubalternarum talis eſt,

quod ſi vniuerſalis eſt vera, particularis erit vera, & nō è cōuerſo: poteſt enim particularis eſſe vera, ſua vniuerſali exiſtente falſa: vt omnis homo eſt albus. Sed ſi particularis ſit falſa, vniuerſalis eius erit falſa; & non è conuerſo. *Subalternarum propoſitionum conditiones.*

De Triplici Conuerſione Propoſitionum cathegoricarum.

Capvt XII.

Item, propoſitionum cathegoricarum vtroque termino participantium ordine è conuerſo, triplex eſt conuerſio, ſcilicèt ſimplex, per accidens, & per cōtrapoſitionem. Conuerſio ſimplex eſt, quando fit de ſubiecto prædicatum, & de prædicato ſubiectum, manente eadem qualitate, & quantitate: & hoc modo conuertitur vniuerſalis negatiua in ſe ipſā, & particularis affirmatiua in ſe ipſam, vt nullus homo eſt lapis, nullus lapis eſt homo: quidam homo eſt animal, quoddam animal eſt homo. *Conuerſio propoſitionum.*

Conuerſio per accidens eſt facere de ſubiecto prædicatum, & de prædicato ſubiectum, manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate: & hoc modo cōuertitur vniuerſalis affirmatiua in particularem affirmatiuam: & vniuerſalis negatiua in particularem negatiuam: vt omnis homo eſt animal: ergo quoddā animal eſt homo: nullus homo eſt lapis: ergo quidam lapis non eſt homo. Conuerſio per cōtrapoſitionem eſt facere de ſubiecto prędicatum, & de prædicato ſubiectum, manente eadem qualitate, & quantitate, ſed mutatis terminis finitis in terminos infinitos: & hoc modo cōuertitur vniuerſalis affirmatiua in vniuerſalem affirmatiuā, & particularis negatiua in ſeipſam: vt omnis homo eſt animal: ergo omne non animal eſt non homo: quidam homo non eſt lapis: ergo quidam non lapis non eſt non homo: vnde verſus. *Conuerſio per accidens quid.* *Conuerſio per contrapoſitionem.*

Simpliciter feci, conuertitur eua per acci.
Aſtro per contra, ſic fit conuerſio tota.
Aſſerit A, negat E, ſunt vniuerſaliter ambæ.
Aſſerit I, negat O, ſunt particulariter ambæ.

Et ſciendum eſt, quod ſignum poſitum in ſubiecto propoſitionis, qui debet conuerti, debet poni ſupra totum prædicatum, & totum reduci ad ſubiectum in conuertente. Præterea eadem eſt conuerſio propoſitionis particularis, indefinitæ, & ſingularis.

De Propoſitione Hypothetica.

Capvt XIII.

Seqvitvr de propōne hypothetica. Propoſitio hypothetica eſt illa, quę habet duas cathegoricas propoſitio- *Propoſitio hypothetica quid.*

nes,tãquam principales partes ſui: vt ſi homo currit, homo mouetur. Et dicitur hypothetica ab hypos, quod eſt ſub,& theſis,quod eſt poſitio: quaſi ſuppoſitio, ſiue ſuppoſitiua locutio: quia vna pars eius ſupponitur alteri. Propoſitionum hypotheticarum alia cõditionalis,alia copulatiua, alia diſiunctiua. Conditionalis eſt illa, in qua coniunguntur duæ cathegoricæ per hanc coniunctionem,ſi,vt ſi Sortes currit, Sortes mouetur, & illa cathegorica,cui immediatè præponitur illa coniunctio,ſi,dicitur antecedens,reliqua verò cõſequens. Ad veritatem cõditionalis exigitur, quod antecedens,non poſſit eſſe verum ſine cõſequente, vt ſi homo eſt, animal eſt, vnde omnis conditionalis vera eſt neceſſaria, & omnis falſa eſt,impoſſibilis. Ad falſitatem cõditionalis ſufficit, quòd antecedens poſſit eſſe verum, conſequenti exiſtente falſo, vt ſi homo eſt, album eſt.

ὑπὸ καὶ θέσις. — *Propoſitionum hypothetica diuiſio.*

Propoſitionu copulatiua quot cõditiones.

Copulatiua eſt illa,in qua coniunguntur duæ cathegoricæ per hanc cõiunctionem,&: vt Sortes currit,& Plato diſputat. Diſiunctiua eſt illa,in qua coniunguntur duæ cathegoricæ per hanc coniunctionem, vel, vt Sortes currit, vel Plato diſputat. Ad veritatem copulatiuæ exigitur, vtrãque partem eſſe veram,vt homo eſt animal,& Deus eſt. Ad falſitatem eius ſufficit alteram partem eſſe falſam. vt homo eſt animal,& equus eſt lapis. Ad veritatem diſiunctiuæ ſufficit, alteram partem eſſe veram, vt homo eſt animal, vel equus eſt lapis. Tamen permittitur, quod vtraque ſit vera, ſed non ita propriè, vt homo eſt animal, vel equus eſt hinnibilis. Ad falſitatem eius exigitur vtramque partem eſſe falſam: vt homo eſt aſinus, vel equus eſt lapis.

De Æquipollentijs. CAPVT XIIII.

SEQVITVR de Æquipollẽtijs, de quib. tales dãtur regulæ. Prima eſt,quod ſi alicui ſigno vniuerſali, vel particulari præponatur negatio, æquipollet ſuo contradictorio, vt iſtæ æquipollent,non omnis homo currit, quidam homo non currit. Secũda regula eſt,quod ſi alicui ſigno vniuerſali poſt ponatur negatio, æquipollet ſuo contrario, vt iſtæ duæ æquipollent,omnis homo non currit, nullus homo currit. Tertia regula eſt, quod ſi alicui ſigno vniuerſali,vel particulari præponatur,& poſtponatur negatio, æquipollet ſuo ſubalterno: vt iſtæ duæ æquipollent, non omnis homo nõ currit, quidam homo currit: vel non nullus homo nõ currit,quidam homo non currit. Et dictæ regulæ in his verſib. continentur.

Regula æquipolentiarum. *Regula prima.* *Regula ſecunda.* *Regula tertia.*

Præ contra dic: poſt contra, præ póſtque ſubalter.
Non omnis quidam non: omnis non, quaſi nullus.
Nonnullus, quidam: ſed nullus non, valet omnis.
Non aliquis nullus: non quidam non, valet omnis.
Non alter neuter: neuter non, præſtat vterque.

Ex iſtis regulis infertur regula, quæ eſt talis. Si duo ſigna vniuerſalia negatiua ponãtur in eadem locutione, ita quod vnum ſit in ſubiecto, & reliquũ in prædicato, primũ æquipollet ſuo contrario per ſecundã regulam, & ſecũdum ſuo contradictorio per primã regulã: vt nihil eſt nihil, æquipollet huic, quodlibet eſt aliquid: quia per ſecũdã regulã: nihil non, & quodlibet æquipollent: ſicut omnis non, & nullus: & per primam regulã non nihil, & aliquid, æquipollent: ſicut nõnullus, & quidã: & ſic duæ primæ ſunt æquipollẽtes. *Correlariũ.*

De Modalibus. Capvt. XV.

Modus eſt adiacẽs rei determinatio: & habet fieri per adiectiuũ. Sed duplex eſt adiectiuũ: quoddã eſt adiectiuũ nominis: vt albus, niger, & ſimilia. Aliud eſt adiectiuũ verbi: vt aduerbia. Secundũ.n. Priſcianũ, aduerbiũ eſt vi verbi adiectiuum. Et ideo duplex eſt modus: vnus nominalis, quod fit per adiectiuũ nominis: alius aduerbialis, qui fit per aduerbiũ, vt homo currit velociter. Itẽ aduerbiorũ quidam determinãt verbũ gratia cõpoſitionis, vt iſta ſex: neceſſariò, cõtingẽter, poſſibiliter, & impoſſibiliter, vero, & falſo. Alia determinãt verbũ gratia rei verbi, vt fortiter agit, velociter currit. Alia determinãt gratia tẽporis: vt hodie, cras, & alia aduerbia tẽporalia. Alia aduerbia determinãt ratione modi, vt aduerbia optãdi, hortandi: & ſic ſumitur multipliciter modus per aduerbia. Sed omiſſis omnib. alijs, ſolum nũc de illis dicendũ eſt, qui cõpoſitionẽ determinãt, vt ſunt neceſſario, cõtingẽter, &c. Cũ enim dicitur, homo neceſſariò ſedet, ſignificatur, quod cõpoſitio ſeſſionis cũ homine ſit neceſſaria: ſed cum dicitur, homo currit bene, vel velociter, ſignificatur, quod curſus hominis ſit velox, vel bonus, & in iſta determinatur res verbi: in prima verò cõpoſitio: Vnde ſolũ illi modi, qui cõpoſitionẽ determinãt, faciunt propoſitionẽ modalẽ: ideò de talib. ſolũmodo hic intẽdimus. Et ſumũtur quãdoq; prędicti modi nominaliter, vt poſſibile, impòſſibile, cõtingẽs, neceſſariũ, verũ, & falſũ: quãdoq; aduerbialiter, vt poſſibiliter, impoſſibiliter, neceſſario, cõtingenter, vero, & falſo. Propoſitio modalis eſt illa, quę determinatur aliquo iſtorũ ſex modorũ, poſſibile, impoſſibile, cõtingẽs, neceſſariũ, verũ, & falſũ: vt Sortẽ currere eſt poſſibile, &

Modus propoſitionis quid. *Duplex adiectiuum, & duplex Modus.* *Modus Propoſitionis duplex.* *Propoſitio Modalis quid.*

ſic de alijs. Et in iſtis modalib. verbũ dẽt ſubijci, modus aũt prædicari: oẽs aũt aliæ propõnes, quæ nõ determinãtur per illos ſex modos dicũtur de ineſſe. Sed adhuc illæ propõnes, quæ modificãtur his modis, vero, & falſo, ad præſens relinquũtur: quia in illis eodẽ mõ ſumũtur oppoſitio, & æquipollẽtia, ſicut in illis de ineſſe. In illis aũt de his quatuor modis poſſibile, impoſſibile, contingens, & neceſſariũ, alio modo ſumitur oppoſitio, & æquipollentia, vt poſtea patebit.

De Æquipollentijs Modalium. CAPVT XVI.

Quilibet quatuor iſtorum modorum 4. facit. propoſitiones.

SCIENDVM autem, quod quilibet iſtorũ quatuor modorũ quatuor facit propoſitiones modales, ideo cũ modi ſint quatuor, quatuor quatuor erunt propõnes, & ſic erunt ſexdecim. Verbi gratia, iſte modus, poſſibile, ſi ſumatur ſine negatione facit vnã propoſitionem modalem, vt Sortẽ currere eſt poſſibile. Si autem ſumatur cum negatione lata ad verbũ, facit ſecundam vt Sortem nõ currere, eſt poſſibile. Si verò cũ negatione poſita ad modũ, facit tertiam, vt Sortẽ currere, non eſt poſſibile: ſed cũ negatione poſita ad verbũ & ad modum facit aliam, vt Sortẽ, non currere, nõ eſt poſſibile. Et hoc modo ſecundum vnumquemque aliorum modorum ſumuntur quatuor propoſitiones modales.

De Regulis Propoſitionum Modalium CAPVT XVII.

Regula pro æquipollentia propõnũ modalium.

HARVM autem propoſitionum modalium æquipollẽtiæ quatuor regulis cognoſcuntur: quarum prima eſt.

Regula prima.

Cuicunque dicto affirmato attribuitur poſſibile, eidem attribuitur cõtingens: & ab eodẽ dicto remouetur impoſſibile: & ab ei° cõtradictorio oppoſito remouetur neceſſe: vt Sortẽ currere eſt poſſibile: Sortẽ currere eſt cõtingẽs: Sortẽ currere nõ eſt impoſſibile, Sortẽ nõ currere, nõ eſt neceſſe.

Secunda regula.

Secũda regula: Cuicũque dicto negato attribuitur poſſibile, eidẽ attribuitur cõtingens: & ab eodẽ remouetur impoſſibile, & ab ei° cõtradictorio oppoſito remouetur neceſſe, vt Sortẽ nõ currere eſt poſſibile: Sortẽ nõ currere eſt cõtingẽs: ſortẽ nõ currere nõ eſt imp. ſortẽ currere nõ eſt neceſſe.

Tertia regula.

Tertia regula eſt; à quocũq; dicto affirmato remouetur poſſibile, ab eodẽ remouetur cõtigẽs, & eidẽ attribuitur impoſſibile, & eius cõtradictorio oppoſito attribuitur neceſſe, vt ſortẽ currere nõ eſt poſſibile, ſortẽ currere nõ eſt cõtingẽs, Sortẽ currere eſt impoſſibile, Sortẽ nõ currere eſt neceſſe.

Quarta regula.


Quarta regula eſt; A quocũq; dicto negato remouebitur poſſibile, ab eodẽ remouetur contingẽs, & eidẽ attribuitur impoſſibile, & ei° cõtradictorio oppoſito attribuitur neceſſe, vt Sortẽ nõ currere, nõ eſt poſſibile, Sortẽ nõ currere, nõ

eſt contingens, Sortem non currere, eſt impoſſibile, Sortem currere eſt neceſſe. Iſtarum autem regularum exempla diſponuntur in quatuor lineis, ſiue ordinibus figuræ ſequẽtis, qui poſſunt per hos verſus denotari.

Primus Amabimus, Edentulíque ſecundus.
Tertius Illiace Purpurea reliquus.
Deſtruit, V totum ſed, A, confirmat vtrumque.
Deſtruit, E, dictum, deſtruit, I, que modum.
Omne neceſſariat, impoſſibile, quaſi nullus.
Poſſibile, quidam, quidam non, poſſibile non.

E, dictum negat, i, que modum, nihil, A ſed, V, votum. Omnes autem propoſitiones, quæ ſunt in prima linea, æquipollent per primam regulam, & conuertuntur inter ſe. Quæ verò in ſecunda per ſecundam, quæ in tertia per tertiam, quæ in quarta per quartam. Item æquipollentiæ, vel conſequentiæ modalium poſſunt haberi per hanc regulam. Omnes propoſitiones de poſſibili, & impoſſibili æquipollent, verbo ſimiliter ſe habente, & modo diſſimiliter, vt Sortem currere eſt poſſibile, Sortem currere non eſt impoſſibile, & omnes de impoſſibili, & neceſſario æquipollent, verbo diſſimiliter ſe habente, & modo ſimiliter, vt Sortem currere non eſt impoſſibile, & Sortem non currere non eſt neceſſe; ſed omnes propoſitiones de poſſibili & neceſſario æquipollent, verbo, & modo diſſimiliter ſe habentibus. Et intelligitur modus ſimiliter, aut diſſimiliter ſe habere quantum ad affirmatioñe, & negatioñe; vt dicatur modus ſimiliter ſe habere, cùm affirmatur in vtraque, vel in vtraq; negatur. Diſſimiliter autẽ, quando affirmatur in vna, & negatur in alia, & eodem modo intelligendum eſt de verbo, ſicut & dictum eſt de modo. Et ſciendum eſt, quod in prædicta regula non facimus mentionem de contingenti, eo quod conuertitur cum poſſibili, vnde idem eſt iudicium de propoſitionibus vtriuſque. Exempla autẽ huius quærantur in figura diſpoſita per quatuor ordines, quia iſta regula generalis eſt ad omnes. *Contingens & poſſibile idem.*

PVRPVREA.	ILLIACE.
Sortẽ non poſſibile eſt nõ currere,	*Sortem non poſſibile eſt currere*
Sortẽ non cõtingẽs eſt non currere	*Sortẽ non contingens eſt currere*
Sortẽ impoſſibile eſt non currere	*Sortem impoſſibile eſt currere*
Sortem neceſſe eſt currere.	*Sortem neceſſe eſt non currere,*



AMABIMVS.	EDENTVLI.
Sortem poſsibile eſt currere	*Sortem poſsibile eſt non currere*
Sortem contingens eſt currere	*Sortē contingens eſt non currere*
Sortē non impoſsibile eſt currere	*Sortē nō impoſsibile eſt nō currere*
Sortē non neceſſe eſt non currere.	*Sortē non neceſſe eſt currere.*

De Modalium Oppoſitione. CAP. XVIII.

ITEM, propoſitionum modalium aliæ ſunt contrariæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ contradictoriæ, aliæ ſubalternæ. Vnde quartus ordo, & tertius contrariantur, ſiue propoſitiones poſitæ in tertia & quarta lineis. Primus ordo, & ſecundus ſubcontrariantur: primus ordo, & tertius contradicunt, & ſimiliter ſecundus, & quartus, ſed primus ordo ſubalternatur quarto, & ſimiliter ſecundus tertio. Vnde verſus.

Diuiſio propoſitionum modalium.

Tertius eſt quarto ſemper contrarius ordo.
Sit tibi linea ſubcontraria prima ſecundæ.
Tertius eſt primo contradictorius ordo.
Pugnat cum quarto, contradicendo ſecundus.
Prima ſubeſt quartæ, vice particularis habens ſe.
Hanc habet ad ſeriem, ſe lege ſecunda ſequentem.

DE QVINQVE VNIVERSALIBVS, Tractatus Secundus.

Porphyrianas quinque voces, ſeu (vt vocant) Prædicabilia, ſummatim compræhendens.

Quomodo capitur Vniuerſale, & quomodo differt à Prædicabili, & quid vtrumque ſit.

CAP. I.

PRAEDICABILE quandóque ſumitur propriè, quandóque communiter, & ſic dicitur prædicabile, quod de pluribus vniuocè prædicatur, vt homo de Sorte, & Platone, &c. Quandóque ſumitur communiter, & ſic dicitur prædicabile, quod de vno ſolo, ſiue de pluribus prædicatur vniuocè, vel æquiuocè, vt homo de Sorte, vel de Platone. Vnde prædicabile propriè ſumptum, & vniuerſale idem ſunt ſecundum rem, tamen differunt ſecundum rationem: quia vniuerſale diffinitur per eſſe, in prædicabile verò per, dici de. Eſt autem prædicabile, quod aptum natum eſt dici de pluribus: vniuerſale autem, quod aptum natum eſt eſſe in pluribus: Prædicabile autem propriè ſumptum: ſiue vniuerſale diuiditur per genus, ſpeciem, differentiam, proprium, & accidens. Et ſolū de his hîc intendimus. *Prædicabile, & Vniuerſale quid.*

De Genere. CAP. II.

GENVS, dicitur tripliciter. Primo non dicitur genus, vt eſt collectio multorum quodammodo ſe ha- *Genus capitur tripliciter.*

genus ſuperueniens, vel genus generaliſſimum eſt, quod cum ſit genus, non poteſt eſſe ſpecies. Et diuiditur in decem genera generaliſſima, quæ ſunt decem prædicamenta. ſ. ſubſtantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, paſſio, ſitus, habitus, vbi, & quando. Hæc autem decem dicuntur genera generaliſſima, quia nullum genus habent ſupra ſe. Et licèt ens ſit ſupra ipſa, tamen non dicitur de ipſis, vniuocè, ſed æquiuocè, ideo non eſt genus. De his autem nihil ad præſens dicetur: ſed in prædicamentis. Genus ſubalternum eſt, quod cum ſit genus, benè poteſt eſſe ſpecies, vt animal eſt genus hominis, & equi, & ſpecies corporis animati.

Genus generaliſſimum quid ſit, & quomodo diuiditur in decem genera generaliſſima.

Genus ſubalternum quid ſit.

De Specie.

Cap. III.

Species eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid eſt. In hac .n. diffinitione hoc verbum, prædicatur, dicit aptitudinem, & non actum. Similiter, & in alijs: vt homo prædicatur de Sorte, & Platone, & de alijs particularibus hominibus qui differunt numero, vt priùs patuit. Diffinitur etiam ſic ſpecies. Species eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere: & de qua genus in eo quod quid prædicatur. Et diuiditur in ſpeciem ſpecialiſſimam, & ſubalternam. Species ſpecialiſſima eſt, quæ cum ſit ſpecies, non poteſt eſſe genus: vt homo, equus, & ſimilia. Vel eſt illa, ſub qua non eſt alia inferior ſpecies ſub ſe. Species ſubalterna eſt: quæ cum ſit ſpecies, benè poteſt eſſe genus. Vnde quæcunque ſunt inter genus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimam, poſſunt eſſe genera, & ſpecies: ad aliud tamen & ad aliud ſumpta: ſunt .n. genera reſpectu inferiorum: ſpecies verò reſpectu ſuperiorum, ſicut patet in arbore. Vt hoc autem ſit magis planum ſumatur exemplum, in vnoquoque prædicamento: vt ſubſtantia eſt genus primũ, & ſub hoc ponitur corpus, & ſub corpore, corpus animatum: ſub corpore animato, animal, ſub animali animal rationale, & ſub rationali, homo: & ſub homine ſunt indiuidua, vt Sortes, & Plato. Indiuiduum eſt, quod de vno ſolo prædicatur, vt Sortes de ſeipſo.

Species quid.

Verbũ prædicatur, dicit aptitudinem.

Speciei 2. diffinitio.

Speciei diuiſio in ſpecialiſſimã, & ſubalternam.

Digitized by Google

De Differentia.
CAP. IIII.

Differentia quid, & quotuplex. *Differentia communis quid.* *Differētia propria quid.* *Differentia magis propria quid.* *Quod nam prædicatur in quale.*

DIFFERENTIA dicitur tripliciter: communiter, propriè, & magis propriè. Communiter, differentia eſt, qua vnum differt ab altero ſeparabili accidente: vt Sortes ſedens differt à Platone currente. Propria differentia eſt, qua vnum differt ab altero inſeparabili accidente, vt Sortes ſimus differt à Platone aquilo. Differentia magis propria eſt, qua vnum differt ab altero ſpecifica differentia: vt homo per rationale differt ab equo, & aſino. Et diffinitur ſic: Differentia eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale, vt rationale prædicatur de homine, & de his, quæ differunt ſpecie: ſumus enim rationales nos, & dij, vt vult Porphyrius: ſed mortale additum nobis ſeparat nos ab illis. Illud autem dicitur prædicari in quale, per quod conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quale, vt cum quæritur, qualis eſt homo, conuenienter reſpondetur, rationalis, & ideo rationale prædicatur de homine in quale.

	Ens	
Corporea	*Subſtantia*	*Incorporea*
Animatum	*Corpus*	*Inanimatum.*
Senſibile.	*Corpus animatū*	*Inſenſibile.*
Rationale	*Animal*	*Irrationale.*
Sortes	*Hmo*	*Plato.*

Differentia alia definitio. *Eadem Differentia eſt diuiſiua, & conſtitutiua.*

Aliter ſic diffinitur: Differentia eſt, qua abundat ſpecies à genere, vt homo abundat ab animali his differentijs, rationale, mortale. Et ſciendum eſt, quod eadem differentia eſt diuiſiua, & conſtitutiua, ſcilicèt diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei, vt rationale diuidit animal cum differentia ſibi oppoſita. Dicimus enim animalium aliud rationale, & aliud irrationale, & iſtæ duæ differentiæ conſtituunt diuerſas ſpecies ſub animali. Omnis enim differentia adueniens generi, conſtituit ſpeciem, & ideò conſtitutiua, vel diuiſiua nominatur: mortale enim additum ſuper hoc genus, animal, conſtituit ſpeciem. Et dicit Boetius, quod ſola ſpecies diffinitur, diffinitio

finitio enim conſtat ex genere & differentia, ſed ſola ſpecies habet genus & differentias, & omne illud, quod habet genus & differentias, diffinitur. *Imò Ariſt 7. Metap. 14.*

De Proprio. CAP. V.

Proprium quid, & quotuplex

PROPRIVM dicitur quadrupliciter. Vno modo dicitur proprium, quod conuenit ſoli, ſed non omni: vt eſſe grammaticum. Secundo modo dicitur proprium, quod conuenit omni, ſed non ſoli: vt eſſe bipedem. Tertio modo dicitur proprium, quod conuenit omni, & ſoli: ſed non ſēper: vt caneſcere in ſenectute. Quarto modo dicitur proprium, quod conuenit omni, & ſoli, & ſemper, vt riſibile ineſt omni homini, & ſoli ſpeciei hominis, & ſemper: non enim dicitur homo riſibilis eo, quod ſemper actu ride, ſed quia aptus natus eſt ad ridendum: & proprium hoc modo ſumptum, eſt vnum de quinque prædicabilibus, & diffinitur ſic ab Ariſtotele. Proprium eſt, quod conuenit omni, & ſoli, & ſemper, & conuerſim prædicatur de re, & non indicat quod eſt eſſe rei, vt riſibile ineſt homini. Non indicat quod eſt eſſe rei, ponitur in diffinitione proprij, ad differentiam diffinitionis, quæ conuerſim prædicatur de re, & indicat quid eſt eſſe rei. Subſtantia animata ſenſibilis conuertitur cum animali, & indicat eius eſſe: quia omnis diffinitio datur per ſubſtantialia, omne enim ſuperius eſt de eſſentia inferioris. Diffinitio enim diffinitur ſic ab Ariſtotele. Diffinitio eſt oratio, quod eſt eſſe rei ſignificans, proprium autem non indicat quod eſt eſſe rei. *Diffinitiō quid ſit.*

De Accidente. CAP. VI.

ACCIDENS eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem: vt album, nigrum, hæc enim poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem. Aliter diffinitur ſic, Accidens eſt, quod nec eſt genus, nec ſpeceis, nec differentia, nec proprium, ineſt autem rei. Vel ſic: Accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe: vt album, nigrum, ſedere, & huiuſmodi. Et de his duabus diffinitionibus vltimis dicit Ariſtoteles, quòd ſecunda melior eſt quàm prima: quia ad cognoſcendum primam oportet ſcire quid ſit genus, quid ſpecies, quid differentia, quid proprium: ſecunda autem per ſe finita eſt ad cognoſcendum, quid per eam dicitur. Accidentium aliud ſeparabile, aliud inſeparabile. Separabile eſt illud

Accidens quid.

Negatiōe cōgnoſcitur per affirmationem 2. peribe. In ſi. & 4. Met 2. & 16.

Accidens duplex.

quod poteſt ſeparari à ſubiecto: vt album, nigrum, ſedere, & huiuſmodi. Inſeparabile eſt, quod non poteſt ſeparari à ſubiecto: vt nigredo in coruo, & albedo in cygno. Non temen eſt contra diffinitionem, qua dicitur, quòd accidens eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem: quia, vt vult Porphyrius, coruus poteſt intelligi albus, & æthiops nitens candore, præter ſubiecti corruptionem. Accidentium aliud commune, aliud proprium. Commune, vt album, nigrum. Proprium, vt albedo Sortis, ſimitas Platonis.

Cap. de Accidente.

Cõmune eſt autẽ omnibus Quinque Prædicabilibus de pluribus prædicari. Differunt autẽ genus, & ſpecies: quoniã genus de pluribus prædicatur, quam ſpecies, & quàm alia prædicabilia, & per hoc differt ab alijs. Differẽtia autẽ differt à genere, quoniã genus prædicatur in quid, differentia vero in quale. Item differentia differt à ſpecie, eo quòd prædicatur de pluribus ſpeciebus: ſpecies verò non. Similiter Differentia differt ab accidente, quia accidentia ſuſcipiunt magis, & minùs, intenſionem, & remiſſionem: Differentia verò non ſuſcipit magis neque minùs. Differt autem ſpecies à genere, quia genus continet ſpecies, & non continetur ab eis. Species autem differt à differentia, quia ex pluribus differentijs benè conſtituitur vna ſpecies: vt iſtæ differentiæ, rationale, mortale coniunguntur ad conſtitutionem huius ſpeciei, homo, ſpecies verò non coniungitur ſpeciei, vt gignat aliam ſpeciem, quædam enim particularis equa cuidam particulari aſino permiſcetur ad muli generationem, ſed non equa, & aſinus in communi. Species autem differt à proprio, quia ſpecies natura prior eſt proprio, proprium verò poſterius eſt ſpecie. Præterea, quorum termini & diffinitiones ſunt differentes, ipſa ſunt differentia: ergo ſpecies, & proprium ſunt differentia. Species autem differt ab accidente, quia ſpecies prædicatur in quid, accidens verò in quale, vel quomodo ſe habet ſpecies etiam natura prior eſt accidente: omne enim accidens natura poſterius eſt ſuo ſubiecto. Proprium autem differt ab accidente, quia proprium de vna ſola ſpecie prædicatur, cuius eſt proprium: accidens verò de pluribus ſpeciebus, & accidens primo ineſt indiuiduis, & per poſterius generibus, & ſpeciebus: non enim dicitur, homo, aut animal currit, niſi quia Sortes, vel Plato currit. Proprium autem primo conuenit ſpeciei, & per ſpeciem conuenit indiuiduis. Item, Genus,

differentia, ſpecies, proprium æqualiter participantur ab omnibus, de quibus prædicantur, accidens verò non, ſed ſuſcipit intenſionem, & remiſſionem. Item genus, differentia, proprium vniuocè prædicantur, accidens autem non prædicatur vniuocè, ſed denominatiuè. Prædicari autem vniuocè, eſt prædicari ſecundum vnum nomen, & rationem vnam, ſecundum illud nomen ſumptam, vt homo ſecundum vnum nomen prædicatur de Sorte, & Platone, vt Sortes eſt homo, Plato eſt homo, & ratio eius ſecundum illud nomen eſt vna, vt animal rationale, mortale: Et ob hoc ens non poteſt eſſe genus, quia licèt ſecundum nomen prædicetur de pluribus, non tamen ſecundum vnam rationem. Ratio enim entis, ſecundum quod dicitur de ſubſtantia, eſt ens per ſe, ſecundum autem quod dicitur de alijs nouem prædicamentis, eſt ens in alio, & ſic prædicatur ſecundum diuerſas rationes, & ideo non prædicatur vniuocè, ſed potius æquiuocè, aut multipliciter. Prædicari autem æquiuocè, eſt prædicari vno nomine, & rationibus diuerſis, ſecundum illud nomen ſumptis, vt canis vno nomine prædicatur de cane latrabili, ſydere cæleſti, & piſce marino, non autem ſecundum illud nomen ratio eſt eadem omnibus, ſed alia, & alia. Denominatiua dicuntur, quæcunque ab aliquo ſolo caſu ſunt differentia, & ſecundum illud nomen habent appellationem, vt à grammatica grammaticus, à fortitudine fortis, vnde grammaticus, & fortis prædicantur denominatiuè, ergo & accidens denominatiuè dicitur prædicari.

Prædicari vniuocè, æquiuocè, & denominatiuè quid.

FRATER AVGVSTINVS GOTHVTIVS, MONILIANVS, IANVENSIS Ordinis Minorum, Obſeruantiæ, De Quinq; Vniuerſalibus, ſeu Prędicabilibus Porphyrij, ſecundè intentionaliter, ſiue formaliter ſumptis.

TRACTATVS TERTIVS.

AD LECTOREM.

CVM maxima ſit difficultas circa Quinq; Vniuerſalia, ſiue Prædicabilia Porphyrij Logicaliter, ſiue formaliter capta, opere prætium eſſe duxi, pro maiori eorum declaratione, Studētiumque commoditate, atque vtilitate, & ad Dei gloriam, iuxta ingenij mei imbecillitatem; ac præceptorum meorum placita, hîc breuiter eorum definitiones, ſeu deſcriptiones, ſecundè intentionaliter datas apponere, vt nil valeat ab ipſis deſiderari huic noſtro Gymnaſio, quod in ipſorum gratiam ſit. VALE.

De Genere. CAP. I.

INCIPIENS ergo à capite de Genere, quod eſt primum Quinque Vniuerſalium iuxta Porphyrium, cuius quidem generis ipſemet Porphy-

rius tres aſſignat acceptiones, quarum prima talis eſt: Genus eſt collectio multorum quodammodo ſe habentium ad vnum aliquid, & ad ſe inuicem, ſecundum quam ſignificationem Romanorum collectio dicitur Genus; à Romulo, & à Romanorum habitudine inter ſe. Secunda talis eſt: Genus dicitur vniuſcuiuſque generationis principium, vel ab eo, qui genuit, vel à loco, in quo quis genitus eſt. Sic enim dicimus Oreſtem habere genus à Tantalo, & Pindarum eſſe Thebanum genere. Tertio modo Genus dicitur; cui ſupponitur ſpecies, vel ſic: Genus eſt, quòd prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod quid, vt animal prædicatur de homine, & equo, qui differunt ſpecie. Et de iſto Genere tertio modo capto eſt ſermo apud Philoſophos. Quod quidẽ genus in genus generaliſſimũ & ſub alternũ ab eodẽ Porphyrio diuiditur. Genus generaliſſimũ (inquit ille) eſt ſupra quod nõ eſt aliud genus ſuperueniens, vel quod cum ſit genus, non valet eſſe ſpecies, quod poſtea in decem genera generaliſſima (quæ ſunt decem Prædicamenta) ſecatur. Genus verò ſubalternum aſſerit eſſe illud, quòd cum ſit genus poteſt eſſe ſpecies, aliter, & aliter, vt animal eſt genus hominis, & equi, ſpecies verò corporis animati.

Tres generis acceptiones.

Generis prima acceptio, & definitio.

Secunda generis acceptio, & definitio.

Tertia generis acceptio, & definitio.

Genus diuiditur in genus generaliſſimũ, & ſubalternum.

Genus generaliſſimũ quid ſit.

Genus ſubalternum quod ſit.

MODO has ipſius Generis diffinitiones formaliter datas videamus, & primò primã eius acceptionem, cuius Logicalis diffinitio talis eſt. Genus eſt vna relatio, ſiue vna ſecunda intẽtio fundata in aliqua collectione cognita habente affinitatẽ, & ordinẽ ad ſe inuicem, & ad vnum principium, & terminata ad ſingularia, illius multitudinis: Verbi gratia, Omnes Romani comparati ad Romulum ſunt Genus primo modo dictum; Similiter omnes Ianuenſes collati ad Ianum ſunt genus primo modo dictum, ſic etiam omnes homines ad Adam comparati habent rationem generis primo modo dicti: intellectus enim meus quando comparat omnes homines cognitos collectos, &

Primæ acceptionis Generis definitio in ſecundis intẽtionib.

Digitized by Google

Quomodo fundatur Genus primo modo pro ſecunda intentione.

affinitatem, & ordinem habentes, ad Adam, ad Antonium, Vincentium, & Auguſtinum, nec ad alia indiuidua, in tali collatione vnus derelinquitur reſpectus, vel ſecunda intentio, quæ quidem intentio dicitur genus primo modo dictum, & ſecundè intentionaliter ſumptum.

Quid ſit Genus ſecundo modo pro ſecunda intentione.

Genus verò ſecundo modo ſecundè intentionaliter captum, eſt vna relatio rationis fundata in illo principio, nempè Ianum, & terminata ad principiata. i. ad omnia indiuidua ſub illo principio conteta, ecce exéplum, in Iano conſiderato ſub ratione principij productiui vniuoci fundatur vnus reſpectus, ſiue vna relatio, quæ terminatur ad principiata. i. ad Antoniũ Vincentiũ, & Auguſt. i. ad omnes alios Ianuẽſes, ſiue ad oĩa, & alia indiuidua, & talis reſpect⁹, ſiue relatio dicitur gen⁹ ſecũdo modo à Porphyrio captũ, qui reſpectus cũ fundatus ſit iuxta proprietaté in re ipſa repertã, non valet fundari in alia ré nõ habente talé proprietatem, vt pnta, non poteſt fundari in ſole talis reſpectus generis, cũ Sol tali careat proprietate. De⁹ enim, aut Sol non eſt principium productiuũ vniuocum hominũ, ſicut fuit Ianus Ianueniũ, aut Adam omniũ hominũ: & hæc quantũ ad principiũ productiuũ, nã de conſeruatiuo principio dico, quòd eſt relatio, ſiue reſpectus fundatus in loco reali in ratione cõſeruantis, & terminata ad ré conſeruatã: exéplum. In Ciuit. Pariſ. illud aggregatũ ex quatuor elemétis & ex qualitatibus, & influxibus cæleſtibus, quatenus eſt cõſeruatiuum omnium rerum illic immorantiũ, & habet reſpectum ad res cõſeruatas, dicitur locus pro reali: ſed reſpectus fundatus in illo aggregato cognito in ratione conſeruantis, & terminatus ad ré conſeruatã, dicitur loc⁹ pro formali. Notanter dixi in ratione conſeruantis, quia in ratione locantis eſt alius reſpectus; aliter enim hic ſumitur locus, quam in 4. Phyſicæ, ab Ariſtotele deſcribebatur, ibi enim definitur eſſe ſuperficiem corporis continentis, hic autem (vt ſupra tetigi) pro terræ ſuperficie, ac eius profunditate, & qualitatibus, nec non cœlorum influxibus ſumitur: certum eſt enim in noſtris Liguriæ partibus, palmas, oliuas, poma aurea, cyanos, & multa alia id genus tempore hyemis naſci, & conſeruari, quæ nec Pariſijs, nec in multis alijs Galliæ partibus valent naſci, vel conſeruari, quod ratione loci accidere aſſerunt Naturales, ſumendo locum, pro illo aggregato: Vnde ex hoc habetur, quod, nec locus violentus, nec aër peſtifer, nec terra ſterilis, nec aqua arua deſtruens, ſunt locus, & haud digna nomine generis, vel loci conſeruantis.

Genus tertio modo captũ diffinitur pro ſecunda intentione.

Genus autem tertiò modo dictum, quod eſt genus Logicũ, logicaliter diffinitur ſic. Genus eſt vniuerſale in actu, ſiue vna ſecunda intentio, (quæ vniuerſale dicitur) quæ fundatur, vel apta nata eſt fundari in aliquo obiecto cognito, vel cognoſcibili, quod quidem obiectum cognitum prędicatur, vel aptum natum eſt prædicari de pluribus. j. de multis ſpecie differentibus in quid partialiter: quod declaro his exemplis, In animali cognito fundatur vna relatio, quæ ad hominẽ, ad leonem, & ad alias ſpecies terminata dicitur genus Logicum. Similiter in plãta cognita fundatur vnus alius reſpectus, qui ad hanc ſpeciem, vel illam, puta, palmam, oliuam, & cypreſſum, & ſic ad alias ſpecies terminatus dicitur genus logicum: Itidem in colore cognito fundatur vnus reſpectus, qui ad albedinem, nigredinem, & alios colores terminatus dicitur genus logicum, modo ab iſtis reſpectibus, .ſ. à reſpectu fundato in animali cognito, in plãta cognita, & in colore cognito facio abſtractionẽ dicẽdo ſic, iſte reſpectus generis in animali cognito fundatus, & ad hominem, & leonẽ terminatus eſt genus, & iſte alius reſpectus generis in planta cognita fundatus, & ad hãc ſpeciẽ, & illã plantæ, puta palmæ, & oliuæ terminat⁹ eſt genus. Itẽ talis reſpectus generis in colore cognito fundatus, & ad ſpeciem eiuſdem generis, albedinem videlicèt, & nigredinem terminatus eſt genus: & ſic genus ab iſtis in commune abſtractum eſt primum vniuerſale logicum, quod in actu exercito in ſecundis intentionibus prædicatur tantùm de pluribus differentibus numero, vt clarè patet hoc exẽplo, dicẽdo ſic, Hoc genus fundatũ in animali cognito eſt genus, hoc genus fundatum in planta cognita, eſt genus, hoc genus fũdatũ in colore cognito eſt genus, & ſic de aliis: vnde patet, quod genus ab iſtis abſtractum eſt primum vniuerſale logicũ. Sed pro ſecunda diffinitione generis à Porphyrio aſſignata, talẽ ipſius generis in ſecũdis intẽtionibus do definitionẽ. Genus eſt vna relatio, ſiue ſecunda intẽtio fundata in aliquo obiecto cognito, cui ſupponitur ſpecies, terminata verò ad illam ſpeciem in ratione correlatiui, exemplum, conſidero animal cognitũ, in quãtũ ei ſubijcitur ſpecies. ſ. homo cognitus, & refertur ad ipſum hominem cognitũ, & homo cognitus ad ipſum animal cognitũ, & ſub hac conſideratione, derelinquitur in animali cognito vnus reſpectus, qui ex parte ipſius animalis dicitur genus, qui terminatus ad hominem cognitum in ratione ſubijcibilis, & correlatiui dicitur ſpecies.

Secunda definitio generis.

Modò videamus diffinitionẽ generis generaliſſimi, & ge-

Genus generaliſſimum, quid ſit. neris ſubalterni in ſecundis intentionibus. Genus generaliſſimum, eſt relatio rationis tantùm ad ſuperiora terminata, aptitudinem non habentia ad prædicari de pluribus differentibus ſpecie, Genus verò ſubalternum, eſt relatio rationis, *Genus ſubalternum quid.* ſiue vna ſecunda intétio fundata in aliquo obiecto cognito, quod habet aptitudinem ad prædicari de pluribus differentibus ſpecie, & aptitudinem tùm ad fundandam hanc ſecundã intentionem ſpecies, dum ſuum reſpicit ſuperius, tùm ad fũdandam hãc ſecundam intentionem genus, dum reſpicit ſua inferiora. Et hæc de primo Vniuerſali, nempe de Genere pro ſecunda intentione, dicta ſint.

De Specie. CAP. II.

Species capitur dupliciter, vno modo pro pulchritudine, alio modo pro alio, quod ponitur ſub aſſignato genere. IN hoc capite Porphyrius dat duplicẽ Speciei acceptionem: Prima acceptione inquit ſpeciem eſſe vniuſcuiuſque rei formam: vnde dictum eſt, ſpecies Priami digna eſt imperio; alio modo dicit, quod ſpecies eſt id, quòd ſub aſſignato ponitur genere, & de qua genus in eo quod quid prędicatur, ita quod ſpecies ab eo definitur, eſſe id, quod prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid, quæ in *Species logicae duplex, ſpecialiſſima, & ſubalterna.* duplici reperitur differentia. Alia eſt enim ſpecies ſpecialiſſima, quæ cum ſit ſpecies non poteſt eſſe genus, vel ſub qua non eſt alia inferior ſpecies, alia verò ſpecies eſt ſubalterna, quę cum ſit ſpecies, benè *Species ſpecialiſſima quid ſit.* poteſt eſſe genus; vnde quæcumque reperiuntur inter genus generaliſſimum, & ſpeciem ſpecialiſſimã *Species ſubalterna quid ſit.* poſſũt eſſe genera, & ſpẽs, alio tamẽ & alio reſpectu, ſunt enim genera reſpectu inferiorum, ſpecies verò reſpectu ſuperiorum, vt in hoc claro paret exemplo, *Omnia quæ ſunt infra primum Genus, & vltimã ſpeciem ſunt genera, & ſpecies ſubalterna.* Subſtantia, eſt genus primum, & generaliſſimum ſub quo ponitur corpus, ſub corpore, corpus animatum, ſub corpore animato animal, ſub animali homo, & ſub homine ſunt indiuidua, omnia ergo quæ ſunt inter ſubſtãtiam, & hominem, ſunt ſpecies ſubalternæ, & genera ſubalterna, ad aliud tamen & ad aliud ſumpta: ea verò quæ ſub homine çontinentur

Digitized by Google

indiuidua ſunt, vt Socrates & Plato. Indiuiduum eſt quod de vno ſolo prædicatur, vt Socrates de ſeipſo.

MODO videamus ipſius Speciei definitiones ſecundè intétionaliter datas, cuius ſpeciei Porphyrius duplicẽ ponebat acceptionem: in quarũ prima ſpecies pro pulchritudine & forma rei accipiebatur, quæ non eſt aliud, quam aggregatum per accidens, ex conuenienti faciei menſura, hilaritate, & ſplendido colore affecta, quã pro ſecunda intentione ſumendo, non eſt aliud niſi reſpectus rationis in illo toto aggregato, derelictus, ac ad rem pulchram terminatus: ecce exemplum, comparo aggregatum, puta pulchritudinem Priami ad ipſummet pulchrum, vel ad alios homines deformes, & ſic in ipſius Priami pulchritudine vnus fundatur reſpectus ad ipſum pulchrum, vel ad alios deformes terminatus, quæ dicitur ſpecies iuxta primam acceptionem.

Species autem logica pro per ſe ſignificato ſic diffinitur. Species eſt vniuerſale in actu, quod aptum natum eſt fundari in aliquo obiecto cognito, apto nato prædicari de pluribus numero tantùm differentibus in quid totaliter, exemplum; in homine cognito in ſpecie intelligibili relucente, dum ad ſuã comparatur indiuidua, derelinquitur vna relatio, quæ dicitur ſpecies, & vt hoc magis clareſcat hoc illuſtro exemplo. In natura leonis in ſpecie intelligibili relucentis fundatur vna relatio rationis, quæ ad indiuidua leonis terminata nuncupatur ſpecies logica, & pro ſecunda intentione: ſic in natura equi relucentis in ſpecie intelligibili fundatur vnus reſpectus rationis, qui ad indiuidua equi terminatus dicitur ſpecies, & ſic de alijs, intellectus poſtea abſtrahit ab iſta, & ab illa, dicens, hæc intentio ſpeciei fundata in natura leonis eſt ſpecies, & hæc intentio ſpeciei in natura equi fundata eſt ſpecies, & ſic talis ſpecies abſtracta dicitur ſecundum Vniuerſale logicum, & formaliter captum. *Species logica quid ſit.*

Secunda definitio ſpeciei pro formali talis eſt: Species eſt vna ſecunda intentio fundata, ſiue derelicta per opus intellectus collatiuum in aliquo obiecto cognito; quod immediatè, & directè ponitur ſub determinato genere, & de quo in actu exercito, & in primis intentionibus prædicatur genus in quid; exemplum, homo eſt ſpecies, quæ directè, & immediatè ponitur ſub animali, de qua animal in actu exercito, & in primis intentionibus prædicatur in quid, dicẽdo homo eſt animal. Species autem ſubalterna diffinitur ſupra, quod eſt illa, quæ cum ſit ſpecies poteſt eſſe genus, nos vero diffini- *Speciei ſecunda deſinitio.* *Species ſubalterna, quid ſit.*

mus eam formaliter eſſe vnam ſecundam intentionem attributam, & fundatam in aliquo obiecto cognito, quod cùm ſit ſpecies, poteſt eſſe genus, quæ habet pro fundamento illud obiectum cognitum, & pro termino ſuum ſuperius, quod eſt genus, ad quod terminatur, & talis relatio dicitur genus pro formali: exemplum, in animali cognito fundatur vna relatio ſub hac ratione, quatenus ſubiicitur ſuo ſuperiori, & terminata ad illud dicitur ſpecies ſubalterna.

De Differentia. Cap. III.

Differentia ad mentem Porphyrij trifariam ſumitur; communiter videlicet, propriè, & magis propriè. Nos vale dicendo differentijs communibus, & proprijs, quæ pro nunc non ſpectant ad noſtrum inſtitutum, tantùm de differentia magis propria ſermonem habebimus, quæ eſt qua alterum differt ab altero ſpecifica differẽtia, vt homo differt ab aſino, & equo per rationale, & irrationale.

Differentia quid ſit.

Nos verò dicimus ipſam in ratione Differẽtię, & logicaliter ſumptã eſſe vnã relationem rationis ab intellectu attributam, ſiue fundatam in differentia cognita, & ad illud, quod ab alijs facit differre, terminatam, ſub hac ratione, ſecundum quam facit differre alterum ab altero, notanter diximus in ratione differentiæ, quia differentia in ratione vniuerſalis, eſt relatio rationis in ſignificato cõmuni cognito fũdata, & ad ſignificata inferiora in ſuppoſitis terminata; quod hoc declaro exemplo: in ſignificato adæquato huius termini rationale, intellectus meus fundat vnã ſecundam intentionẽ, quæ poſtea ad rationale in Antonio, Vincentio, & Auguſtino terminata dicitur differentia pro formali, in ſenſibili quoque ad ſenſibilitatẽ in homine, boue, & aſino comparato, intellectus meus fundat vnam ſecundam intentionem, quæ dicitur differentia pro ſecunda intẽtione, differentia deinde ab intellectu abſtracta à differẽtia fũdata in ſenſibili, & rationali in ordine ad ſua inferiora dicitur tertiũ vniuerſale pro formali

Differentia in ratione Differentiæ differt à Differẽtia in ratione Vniuerſalis.

De Proprio. Cap. IIII.

Proprium dicitur quatuor modis: de primo, ſecundo, & tertio, in præſentiarum nihil dicemus, ſed tantum de quarto, quod propriè ſpectat ad logicum, quod definitur ſic: Proprium eſt, quod conuenit omni, & ſoli, & ſemper, & conuerſum præ-

dicatur de re,& non indicat quod eſt eſſe rei:ſicut riſibile,quod conuenit omni homini, & ſoli ſpeciei humanæ, & ſemper; nam ſiue Sortes ſit, ſiue non ſit,ſemper eſt riſibilis,& deiſto pro formali erit noſter ſermo.

PROPRIVM itaque quarto modo, & formaliter ſumptum poteſt conſiderari dupliciter: primo in ratione Proprij,ſecundo vero in ratione Vniuerſalis. Proprium in ratione Proprij ſic definitur pro per ſe ſignificato: Proprium eſt vna relatio rationis in proprietate cognita ſub hac ratione, qua conuenit omni indiuiduo ſpeciei humanę,ſoli ſpeciei,& ſemper, & conuerſim prædicatur de re,ab intellectu fundata,& ad illud,cui ſic cõuenit terminata, quæ relatio dicitur proprium quarto modo in ratione proprij pro ſecunda intentione: ecce exemplum clarũ; in riſibilitate cognita reperit intellectus meus hanc proprietatem, quod conuenit omni indiuiduo hominis,& ſoli ſpeciei hominis, & ſemper,& conuertibiliter prædicatur de homine,& non indicat eſſe hominis, à tali inquam proprietate in ipſa riſibilitate reperta intellectus habet occaſionem fundandi in ea vnam relationem rationis,quæ ad ipſum hominem terminata,dicitur propriũ quarto modo in ratione Proprij ſecundè intentionaliter ſumptum. Proprium autem in ratione Vniuerſalis,eſt relatio rationis in aliqua proprietate, ſiue propria paſſionę ab intellectu cognita, & fundata ſub hac proprietate, quæ eſt prædicari de pluribus in quale accidentaliter conuertibiliter, & ad plura de quibus prædicatur terminata, & iſta relatio à logicis dicitur propriũ quarto modo,in ratione Vniuerſalis ſecundè intentionaliter conſideratum, ecce exemplum; in riſibili cognito ſub hac proprietate, qua aptum natum eſt prædicari de pluribus in quale accidentale, & tranſmutabiliter intellectus fundat vnam relationem rationis, quæ ad riſibile in Petro, & Franciſco terminata, nuncupatur proprium quarto modo, ſimili modo in rudibilitate cognita,(quę eſt paſſio Aſini) intellectus relinquit vnam aliam relationem, quæ ad rudibilitatem in iſto,& illo aſino terminata,dicitur proprium quarto modo,poſtea intellectus abſtrahendo ab iſto proprio ſecundè intẽtionaliter ſumpto fundato in riſibili,&ab illo fundato in rudibili&c.dicẽdo,hæc intentio proprij fundata in riſibilitate cognita eſt propriũ,& hæc intẽtio proprij fũdata in rudibilitate cognita eſt proprium,cauſat quodãmodo Quintũ Vniuerſale logicum,quod eſt Proprium ſic abſtractum.

Propriũ in ratione proprij quid ſit.

Proprium in ratione vniuerſalis quid ſit.

De Accidente. CAPVT V.

PORPHYRIVS hoc in loco aſſerit, Accidens eſſe, quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem, vel quod non eſt genus, nec ſpecies, nec differentia, nec proprium, ineſt autem rei, vel ſic: Accidens (inquit) eſt, quod contingit eidem eſſe, & non ineſſe, vt album, nigrum, ſedere, & huiuſmodi: & de his duabus definitionibus vltimis, inquit, Ariſtoteles ſecũdam meliorem eſſe prima, cum ad cognoſcendam primam oporteat ſcire, quid ſit genus, quid ſpecies, quid differentia, quid proprium: ſecunda autem per ſe finita eſt ad cognoſcendam quid per eã dicatur. Poſtea ponit duas ipſius Accidentis diuiſiones, in prima inquit, Accidentium aliud ſeparabile, aliud inſeparabile eſſe: in ſecunda verò, ait, Accidentium aliud eſſe commune, aliud ſingulare.

MODO videam de ipſo pro formali: Notãdũ igitur, quod Accidens duobus poteſt conſiderari modis, videlicet primè intentionaliter, & ſecundè intentionaliter: ſecundè intentionaliter adhuc dupliciter conſideratur, videlicet in ratione Accidentis, & in ratione vniuerſalis. Accidens in ratione Accidentis non eſt, niſi vna relatio rationis ab intellectu derelicta in aliquo obiecto, cognito, ſub hac proprietate, quæ eſt inhærere, & non inhærere, ſiue adeſſe, vel abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionem, & ad ſubiectũ, cui poteſt adeſſe, & abeſſe, ſiue inhærere, aut nõ inhærere terminata, quod clarius manifeſtabit hoc exemplum, Paries eſt albus, & albedo poteſt adeſſe, & abeſſe parieti præter parietis corruptionem, in albedine ipſius parietis cognita ſub hac ratione, qua poteſt ei adeſſe, & abeſſe, intellectus derelinquit, ſiue fundat vnam ſecundam intentionem, quæ ad parietem terminata dicitur accidens logicum in ratione Accidẽtis ſecundè intentionaliter ſumpti. Accidens verò in ratione Vniuerſalis logicaliter ſic deſcribitur: Accidens eſt vna ſecunda intentio ab intellectu fundata in aliquo obiecto cognito ſub hac proprietate, qua aptum natũ eſt prædicari de pluribus in quale accidentaliter, non conuertibiliter, & ad illa plura terminata, exempli gratia, intellectus meus abſtrahit album ab iſto homine, & ab iſto, & ab illo: & ſic album in communi abſtra-

Accidens in ratione vniuerſalis quid ſit.

ctum comparo ad album in Petro, in Franciſco, & Ioanne, tunc temporis in albo in communi abſtracto derelinquitur ab ipſo intellectu quidam reſpectus, ſiue quædam ſecunda intentio, quæ ad album in Petro Franciſco, & Auguſtino terminata, dicitur Accidens ſecundè intentionaliter ſumptum, deinde intellectus à relatione in albo in communi fundata, & à relatione rationis nigredini attributa tunc facit abſtractioné, dicendo, hæc intentio accidentis fundata in albedine cognita eſt accidens, hæc intentio accidentis in nigredine cognita fundata eſt accidés, & ſic de reliquis. Vnde cauſat impropriè Quintum Vniuerſale Accidens nuncupatum, ſecundè intentionaliter ſumptum in ratione vniuerſalis.

Et quantum ad ſecundam Accidentis diffinitionem, in qua dicitur, quod accidens nec eſt genus, nec ſpecies, &c. dico ipſam logicaliter debere ſic intelligi. Accidens eſt vna ſecunda intentio fundata in aliquo obiecto cognito, quod reſpectu ſui ſubiecti nec eſt genus, nec ſpecies, nec proprium, &c. Tertia verò definitio eſt eadem cum prima, & ideo eodem debet intelligi modo.

Quantũ verò ad diuiſioné qua Accidens diuiditur in Accidens ſeparabile, & inſeparabile, nota inſeparabile logicaliter ſumptum eſſe illud, quod non valet verè negari de ſubiecto, ſeparabile verò illud eſſe quod poteſt verè negari de ſuo ſubiecto, & cũ omne accidens poſſit prædicari verè, & negatiuè de ſubiecto logicaliter, nullũ datur accidens inſeparabile, niſi proprię paſſiones. Nã iſtę propoſitiones, paries nõ eſt albus, coruus non eſt niger, nix non eſt alba, ſunt poſſibiles, & poſſunt eſſe verè logicaliter, ſaltem per potentiam diuinam.

Quod ſi inſtas, nigredinem in coruo, & albedinem in cigno dici accidentia inſeparabilia: reſpondeo hoc verum eſſe ſecundum communem curſum naturæ, non tamen abſolutè, & reſpiciendo Dei omnipotentiam. Interim animaduertas Accidens inſeparabile ſecundè intentionaliter, & formaliter ſumptum nihil aliud eſſe niſi relationem rationis fundatam in accidente cognito à parte prædicati poſito ſub hac proprietate inſeparabili conſiderato, ad ſubiectum verò terminatam: verbi gratia, in hac propoſitione, nix eſt alba, in albedine niuis reperitur hæc proprietas, quod eſt prædicatum à ſubiecto inſeparabile, quod accidentaliter prædicatur de ſubiecto, & talis proprietas dicitur accidens inſeparabile, Accidentis ſeparabilis ſecundè intentionaliter ſumpti talis datur definitione ſecundis intentionibus. Accidés ſeparabile eſt relatio rationis ab intellectu fundata in prædicato acci-

dentali, quod poteſt ſecundum communem curſum naturæ ſeparari à ſubiecto; exemplum, Vincentius eſt rubeus, in illo prædicato rubeus, fundatur vna ſecũda intentio, quæ ad Vincentium terminata nuncupatur accidens ſeparabile formaliter, ſiue logicaliter ſumptum. Et hæc de Quinque Vniuerſalibus in ſecundis intentionibus ad communem Studentium vtilitatem, & Dei Gloriam, pro modulo ingenij mei dicta ſufficiant: & qui maiora quærit, videat Tractatulos de ſecun- intentionibus, qui ſubtiliſſimè docent modum huiuſmodi ſecundas intentiones fundandi.

DE PRÆDICAMENTIS.

Tractatus Quartus.

Decem Ariſtotelis Cathegoriis concinnè reſpondens.

AD cognoſcendum Prædicamenta, quędam ſunt neceſſariò præmittenda, ſine quorum cognitione nequaquàm poteſt haberi cognitio Prædicamentorum. Eorum ergo, quæ dicuntur, quædam ſunt Vniuoca, quædam Æquiuoca, & quædã Denominatiua. Aequiuoca dicuntur, quorum ſolum nomen eſt commune: & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eſt diuerſa: vt animal ſignificat animal viuum, & animal pictum: & nomen eius ſolum eſt commune, & ſecundum illud nomen ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa. Dicimus enim de leone picto in pariete: ecce terribile animal: & de leone viuo idem dicimus, æquiuocè. Et de ſtatuis regum dicimus: iſti ſunt tales reges: & de his, qui adhuc regnant, idem dicimus, ſumendo nomen regis æquiuocè.

Æquiuoca quid.

De Vniuocis Æquiuocis, & Denominatiuis.

CAP. II.

VNIVOCA dicuntur, quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eſt eadem: vt hoc nomen, animal, eſt commune homini, boui, & leoni: ſimiliter ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eſt eadem: vt homo eſt animal, bos eſt animal, & homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: bos eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, & ſic nomen eſt commune eis, & ratio ſecundum illud nomen eſt eadem: nihil enim aliud eſt homo, ſecun-

Vniuoca quæ.

Digitized by Google

dum quod eſt animal, quam ſubſtantia animata ſenſibilis,& ſimiliter bos Denominatiua dicuntur, quæcunque ab aliquo ſolo caſu ſunt differentia, & ſecundum illud nomen habent appellationem: vt à Grammatica Grammaticus,& à fortitudine fortis, differunt ſolo caſu. i. ſola cadentia, quæ eſt à parte rei: & ſecundum illud nomen habent appellationem. Nomen enim denominatiuum debet communicare cum nomine vniuoco in principio, & differre in fine, vt à Grammatica Grammaticus, ab albedine albus. Eorum, quæ dicuntur cum complexione vt homo currit, quædam ſine complexione,vt homo,vel currit.

Denominatiua quæ.

Secundum Antepræd.camentum in genere.

De Diuiſione Antepræd camentorum.

Capvt. III.

Sed priuſquam alterum membrum diuiſionis huius ſubdiuidatur, diſtinguendi ſunt modi eſſendi in: quia neceſſarij ſunt ad ſequentem diuiſionem cognoſcendam, & ad ea, quæ poſtea dicentur.

Octo modi eſſendi in.

Primus igitur modus eſſendi in, eſt,quando aliquid dicitur eſſe in aliquo, ſicut pars integralis in ſuo toto: vt digitus in manu, & paries in domo.

Secundus modus eſſendi in, eſt ſicut totum integrale in ſuis partibus,ſimul ſumptis: vt domus in pariete, tecto, & fundamento.

Tertius modus eſt, ſicut ſpecies in ſuo genere: vt homo in animali, vel vnumquodque inferius in ſuo ſuperiori.

Quartus modus eſt, ſicut Genus in ſpecie: vt animal in homine, vel ſimiliter, quodlibet ſuperius in ſuo inferiori.

Quintus modus eſſendi in, dicitur ſicut forma in materia: & in quintus modus ſubdiuiditur: quia quidam eſt forma ſubſtantialis,vt anima eſt forma ſubſtantialis hominis: quidam eſt forma accidentalis vt albedo hominis. Et prima harum dicitur propriè eſſe in, ſicut forma in materia, vt anima in corpore. Alia autem dicitur eſſe in alio, ſicut accidens in ſubiecto; vt albedo in pariete.

Sextus modus eſſendi in, eſt ſicut aliquid eſt in ſua eam efficiente, vt regnum in regente.

Septimus modus eſſendi in, eſt ſicut aliquid eſt in ſuo fine,vt virtus in beatitudine.

Octauus modus eſſendi in,dicitur, ſicut aliquid eſt in ſuo continente,vt vinum in vaſe,& locatum in loco. Hos autem octo modos eſſendi in,diſtinguit Ariſt. 4. phyſico. tex. com. 23. Boetius autem aſſignat nouem: quia ſubdiuidit quintum, vt dictum eſt: vnde verſus.

Digitized by Google

In Prædica. cap. de ſubſtantia. Diuiſio rerum.

Inſunt pars, totum, ſpecies, genus, & calor igni.
Rex in regno, res in fine, locóque locatum.

Eorum quæ ſunt; quædam dicuntur de ſubiecto, in ſubiecto vero nullo ſunt; vt genera ſpecies, ſubſtantiæ, & differentiæ earum, quæ omnia dicuntur ſubſtantiæ vniuerſales extẽſo nomine ſubſtantia: vt homo animal rationale. Dici de ſubiecto provt hic ſumitur, eſt ſuperius dici de inferiori, vt animal dicitur de homine, & homo de Sorte, & color de albedine: & eſſe in ſubiecto ſumitur, ſecundum quod accidẽs eſt in ſubiecto. Alia verò neque de ſubiecto dicuntur, neque in ſubiecto ſunt: vt indiuidua ſubſtantiæ. Alia dicuntur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto, vt genera & ſpecies aliorum nouem prædicamentorum dicuntur de inferioribus, & ſunt in ſubiecto, ſicut accidens in ſubiecto, & color dicitur de albedine, vt de inferiori, & eſt in corpore, vt in ſubiecto. Alia verò in ſubiecto ſunt, & de ſubiecto nullo dicuntur, vt hæc ſcientia, eſt in anima, vt accidens in ſubiecto: ſed non dicitur de aliquo inferiori: vt iſte color eſt in corpore, vt in ſubiecto, & nõ dicitur de ſubiecto, omnis enim color in corpore eſt. Quãdo alterũ de altero prædicatur; vt de ſubiecto, quæcunque de eo, quod prædicatur dicuntur, omnia de ſubiecto dicuntur: vt Sortes eſt homo: homo eſt animal: ergo Sortes eſt animal. Diuerſorum generũ, & non ſubalternatim poſitorũ diuerſæ ſunt ſpecies & differẽtiæ: vt animalis, & ſciẽtiæ, quæ ſunt diuerſa genera. Differentiæ enim animalis ſunt rationale, irrationale; diuiditur enim per has Differentias, vt animalium aliud rationale, aliud irrationale. Differentiæ autem ſcientiæ ſunt naturale, morale, & ſermocinale, diuidimus enim ſcientiam per has differentias, vt ſcientiarum alia naturalis, alia moralis, alia ſermocinalis.

Dici de ſubiecto & eſſe in ſubiecto quid.

Tertium antepradicamentum in genere.

De Prædicamentis in generali. CAP. 4.

EORVM, quæ ſecundum nullam complexionem dicũtur, ſingulum, aut ſignificat ſuperbiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut ad aliquid, aut agere, aut pati, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habere. Eſt enim ſubſtantia (vt exemplariter dicatur) vt homo, equus; quantitas, vt bicubitum, tricubitum; ad aliquid, vt duplum triplum: qualitas vt albedo, nigredo; vbi, vt in loco eſſe; quando, vt heri fuiſſe, cras fore; ſitus, vt iacere, ſedere: habere, vt armatum eſſe, calceatum eſſe; agere, vt ſecare, vrere; pati, vt ſecari, vri.

His habitis dicendum eſt de vnoquoque Prædicamentorum: & primo de ſubſtãtia: cum ſit prior alijs prædicamentis

De Subſtantia.

Digitized by Google

De Subſtantia, & eius Proprietatibus.

Cap. V.

Svbstantia autem diuiditur per primam, & ſecundam. Prima ſubſtãtia eſt, quæ propriè, principaliter, & maximè ſubſtare dicitur. Vel prima ſubſtãtia eſt, quę neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto dicitur; vt aliquis homo, aliquis equus. Secundæ ſubſtantiæ ſunt ſpecies, in quibus ſunt primæ ſubſtantię: & harum ſpecierum genera, vt homo, & animal. Eſt enim aliquis homo in homine, qui eſt ſpecies, & homo in animali, quod eſt genus. Indiuidua ſubſtantiæ dicuntur primæ ſubſtantię; quia primò ſubſtant alijs. Genera verò, & ſpecies earum dicuntur ſecundæ ſubſtãtiæ; quia ſecundò ſubſtant alijs, vt aliquis homo dicitur Grammaticus, & currens, & animal, & ſubſtantia; ergo homo dicitur Grammaticus, currens, animal, & ſubſtantia. Item ea, quæ dicuntur de ſubiecto, omnia prædicantur nomine, & ratione; vt homo prædicatur de Sorte, & Platone. Eorum verò, quę ſunt in ſubiecto, in pluribus quidem neque nomen, neque ratio prędicatur de ſubiecto; vt hæc albedo; vel hoc album. In aliquibus autem nomen nihil prohibet prædicari de ſubiecto, rationem verò prædicari de ſubiecto, eſt impoſſibile: vt album prædicatur de ſubiecto: ratio vero albi, nunquam de ſubiecto prædicatur. Item ſecundarum ſubſtantiarũ ſpecies eſt magis ſubſtãtia, quàm genus, quia ſpecies eſt propinquior primæ ſubſtantiæ, quàm genus: & etiam quia pluribus ſubſtat: quibuſcunque enim ſubſtat genus, eiſdem ſubſtat ſpecies, & cum hoc ſpecies ſubſtat ipſi generi, Sed ſpecies ſpecialiſſimæ æqualiter ſubſtant, & ęqualiter ſunt ſubſtantiæ, vt homo, equus & ſimilia.

Subſtantia quid & quotuplex.

His viſis, dicendũ eſt de cõmunitatibus, & proprietatibus, ſubſtantiæ. Commune eſt omni ſubſtantię in ſubiecto non eſſe, quia eſſe in ſubiecto competit ſolum accidenti. Hoc patet in primis ſubſtantijs per deffinitionem primæ ſubſtãtiæ. In ſecundis autem patet inductione, & ſyllogiſmo. Inductione ſic; homo non eſt in ſubiecto, equus nõ eſt in ſubiecto, neque animal, & ſic de ſingulis: ergo nulla ſecunda ſubſtantia eſt in ſubiecto. Syllogizo ſic: Nihil eorũ, quæ ſunt in ſubiecto, prædicatur nomine, & ratione de ſubiecto: ſed omnis ſecunda ſubſtantia prædicatur nomine, & ratione de ſubiecto: ergo nulla ſecunda ſubſtantia eſt in ſubiecto. Hoc

Subſtantiæ proprietates quæ, & quot.

autem non eſt proprium ſubſtantiæ, ſed etiam differentiæ competit: & hoc intelligitur de differentiis ſubſtantiæ. Nec eſt inſtantia de partibus ſubſtantiæ, quæ ſunt in ſuo toto: & ideò videntur eſſe in ſubiecto, quia alius eſt modus eſſendi in, vt accidens in ſubiecto: & alius ſicut pars eſt in ſuo toto: vt prius patuit: Item omnibus ſecundis ſubſtantiis,& differentiis earum conuenit vniuocè prædicari de primis. Hæc enim omnia prædicantur de primis ſubſtantiis nomine,& ratione; quare vniuocè prædicantur. Item, omnis prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid, id eſt indiuiduum, & vnum numero, ſed ſecunda ſubſtantia videtur ſignificare hoc aliquid ſub appellationis figuræ, eo quod eſt in prima ſubſtantia, vel etiam de eſſentia eius, non tamen ſignificat hoc aliquid, ſed potius quale quid, ſiue quid commune: non enim illud, quod ſignificatur per ſecundam ſubſtantiam, eſt vnum numero, ſicut illud, quod ſignificatur per primam ſubſtantiam.

Item, ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, ſed hoc non eſt proprium ſubſtantiæ, quia non conuenit ſoli ſubſtantiæ, ſed etiam quantitati, & quibuſdam aliis. Item, ſubſtantia non ſuſcipit magis,& minus, non enim dico, quod vna ſubſtantia non magis ſubſtat, quàm alia, ſed dico, quod vnaquæque ſubſtantia ſecundum ſuum eſſe non intenditur neque remittitur; vt album quandoque eſt magis album, quandoque minus album, Sortes verò non eſt magis homo vno tempore, quam in alio tempore, nec magis homo, quàm Plato. Item, propriè proprium eſt ſubſtantiæ, cum ſit vna, & eadem numero, ſecundum ſui mutationem eſſe ſuſceptibilem contrariorum, vt idem homo aliquando eſt albus, aliquando niger, aliquando calidus, aliquando frigidus, aliquando prauus, aliquando ſtudioſus. Neque eſt inſtantia de oratione: quia licèt hæc eadem oratio: Sortes ſedet, aliquando fit vera, aliquando falſa, tamen hoc non eſt ſecundum ſui mutationem, ſed ſecundum mutationem rei: vt quia Sortes ſedet, vel currit. Et ideo nota, quod verum,& falſum ſunt in rebus, vt in ſubiecto: & ſunt in oratione, vt in ſigno, vnde æquiuocatur modus eſſendi in, cum dicitur verum, vel falſum eſſe in rebus, & in oratione. Similiter æquiuocatur ſuſceptibile; cum dicitur, res eſt ſuſceptibilis veri, & falſi, & oratio eſt ſuſceptibilis veri & falſi, ſicut æquiuocatur ſuſceptibile, cum dicitur, vrina eſt ſuſceptibilis ſanitatis, & animal eſt ſuſceptibile ſanitatis, hæc enim ſuſcipit ſani-

Soluitur inſtantia orationis.

Verum, & falſum ſunt in rebus vt in ſubiecto, in oratione vt in ſigno.

Digitized by Google

tatem, quia ſignificat eam, illud verò quia eſt ſubiectum eius, & ita hoc proprium non conuenit orationi, ſed ſoli ſubſtantiæ.

De Quantitate, & eius Proprietatibus, & Communitatibus. Capvt VI.

Qvantitatis aliud continuum, aliud diſcretum. Quantitas continua eſt, cuius partes copulantur ad eundem terminum communem, vt partes lineæ copulantur ad punctum. Eſt autem diſcreta quantitas numerus, & oratio. Vnde duæ ſunt ſpecies eius, non enim eſt in numero aliquis terminus, communis ad quem partes eius copulantur: vt in decem quinque, & quinque, aut tria & ſeptem, ad nullum terminum copulantur: ſed ſemper diſcreta ſunt. Eſt autem numerus multitudo ex vnitatibus aggregata, ſimiliter in oratione ſyllabæ non copulantur ad aliquem terminum communem, ſed vnaquæque ſeparata eſt ab alia. Quantitatis autem continuæ, alia linea, alia ſuperficies, alia corpus, alia tempus, alia locus: vnde quinque ſunt ſpecies eius. *Quantitas quid, & quotuplex. Quantitas Continua quid. Quantitatis Continuæ diuiſio.*

Quòd autem linea ſit quantitas continua, patet, quià partes eius copulantur ad aliquem terminum communem, puta ad punctum: Et partes ſuperficiei ad lineam: partes corporis ad ſuperficiem: partes autem temporis ad nunc, vt preteritum, & futurum ad præſens: partes autem loci ad eundem terminum copulantur, ad quem corporis particulæ. *Linea eſt Quantitas Continua.*

His viſis eſt dicendum de communitatibus quantitatis. Prima communitas eſt, quantitati nihil eſt contrarium, vt bicubito, tricubito, vel ſuperficiei, nihil eſt contrarium, quia contrarietas primo ineſt qualitatibus non omnibus, ſed quibuſdam: quantitas autem non eſt qualitas, quare ſequitur, quod contrarietas non eſt in quantitate. Item, quantitas non ſuſcipit magis, neque minus. Non enim vna linea eſt magis linea, quam alia, nec numerus ternarius eſt magis numerus, quàm binarius, & ſic de aliis. Item, proprium eſt quantitati, ſecundum eam æquale, vel inæquale dici, vt vnus numerus eſt æqualis, vel inæqualis alteri numero; & vnum corpus eſt æquale, vel inæquale alteri: & vna linea eſt æqualis, vel inæqualis alteri lineæ. *Proprietates Quantitatis.*

De Relatione, & eius Proprietatibus.

CAP. VII.

Relatiua, quæ & quotuplicia

AD aliquid verò talia dicuntur, quæcunque hoc ipſum, quod ſunt, aliorũ dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud: vt duplum dimidij duplum, & dimidium dupli dimidium: pater filij pater: filius patris filius: vel ſub habitudine alterius caſus, vt maius minore maius: & minus maiore minus: vel vt ſimilis ſimili ſimilis: vicinus vicino vicinus.

Relatiuorum tres ſpecies.

Relatiuorum tres ſunt ſpecies: quædam dicuntur ſecundum æquiparantiam, vt quæcunque eodem nomine dicuntur: vt ſimilis ſimili ſimilis: & æqualis æquali æqualis: & vicinus vicino vicinus. Alia ſecundum ſuperpoſitionem dicuntur, vt duplum, triplum; quia ipſa ſuperponuntur alijs; ſicut dominus ſeruo ſuperponitur. Alia verò ſecundum ſuppoſitionem, vt ſeruus domino ſupponitur, & filius patri, & dimidium duplo.

Proprietates Relatiuorum.

Poſt hæc ſequuntur communitates Relationis. Prima eſt, quòd contrarietas ineſt relationi: vt virtus eſt contraria vitio, cum vtrumque eorum ſit ad aliquid: hoc autem non conuenit omni relationi: duplo enim nihil eſt contrarium, neque triplo. Item, relatiua ſuſcipiunt magis, & minus, vt ſimile dicitur magis, & minus ſimile: & ſimiliter inæquale: ſed hoc non conuenit omnibus relatiuis, duplum enim non dicitur magis, & minus duplum, neque triplum, neque pater. Item relatiua dicuntur ad conuertentiam, vt pater filij pater: filius patris filius. Item relatiua ſunt ſimul natura, ſimul enim ſunt duplum, & dimidium: pater, & filius. Item, relatiua poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt, vt ſi duplum eſt, dimidium eſt, & è contra: & ſi duplum non eſt, dimidium non eſt, & è contra.

Relatiuorum ſecunda definitio.

Item alia diffinitio Relatiuorum talis eſt. Ad aliquid ſunt, quibus hoc ipſum eſſe, eſt ad aliud quodammodo ſe habere, & hæc diffinitio eſt propria relatiuorum. Item, proprium eſt relatiuorum, quòd ſi quis diffinitè nouerit vnum relatiuorum, diffinitè noſcet, & reliquum, vt ſi diffinitè nouerit, quid ſit duplum, diffinitè noſcet id, cuius eſt duplum. Neceſſe eſt enim in vtrorumque rationibus vtriſque vti.

Digitized by Google

De Qualitate, & eius Speciebus, & Proprietatibus.

CAP. VIII.

QVALITAS eſt, ſecundum quam, quales eſſe dicimur: vt ſecundum albedinem, dicimur albi: & ſecundum iuſtitiam, iuſti. De 4. ſpeciebus qualitatis. Qualitatis quatuor ſunt ſpecies. Prima eſt habitus, & diſpoſitio. Differt autem habitus à diſpoſitione, quia habitus permanentior eſt, & diuturnior: vt ſunt virtutes, & ſcientiæ. Scientia enim difficillimè eſt mobilis, niſi fortè grandis permutatio fiat, vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiuſmodi circa ſcientē. Similiter de virtute, iuſtitia enim, vel caſtitas non citò de facili permutantur. Diſpoſitiones verò dicuntur, quæ de facili permutantur, vt calor, frigiditas, ægritudo, ſanitas. Vnde habitus poſſunt dici diſpoſitiones, & non è conuerſo. Illi enim qui habitum habent, quodammodo ſunt diſpoſiti, vel melius, vel peius ad ea, quæ habent: diſpoſitiones autem non ſunt habitus, vnde habitus poteſt ſic diffiniri. Habitus eſt qualitas difficillimè mobilis.

Qualitas quid, & eius ſpecies.

Qualitatis prima ſpecies.

Habitus quid ſit.

Secunda ſpecies qualitatis eſt naturalis potentia, vel impotentia aliquid facilè faciendi, vel patiendi, vt ſanatiuus dicitur, qui habet naturalem potentiam, vt nihil ab aliquibus accidentibus, ægritudinem inferentibus patiatur, & ægrotatiuus dicitur, qui habet naturalem impotentiam aliquid patiendi: durum autem dicitur habere naturalem potentiam reſiſtendi ſectioni, & molle naturalem impotentiam, quia cito ſecatur. Curſores enim, & pugillatores dicuntur ſimul de iſta ſpecie, non quia exerceant actus ſuos, ſed quia habent naturalem potentiam hoc faciendi. Tertia ſpecies qualitatis eſt paſſio, & paſſibilis qualitas, vt illæ qualitates, quæ efficiunt in ſenſibus paſſiones, vt in guſtu dulcedo, amaritudo, & ſimilia. Et etiam illæ qualitates ſunt in hac ſpecie, quæ ab aliquibus paſſionibus generantur, vel facilè, vel difficilè mobilibus, & permanentibus, ſiue enim nigredo ab aliqua paſſione naturali generetur, ſiue ab ægritudine, vel ab æſtu, qualitas paſſibilis dicitur. Quarta ſpecies qualitatis eſt forma, & circa hoc aliquid conſtans figura, vt diſpoſitio corporis, vt triangulatio, quadrangulatio, rotunditas, curuitas, rectitudo.

Qualitatis ſecunda ſpecies.

Qualitatis Tertia ſpecies.

Qualitatis Quarta ſpecies.

Qualia verò dicuntur, quæ ſecundum hæc denominatiuè dicuntur: vel quomodolibet aliter ab his, vt à grammatica grammaticus: à iuſtitia iuſtus. Vel quæcunque dicuntur ab aliqua qualitate, non denominatiuè, eo quod nomen non

Qualia quæ, & quotuplicia.

eſt impoſitum ipſi qualitati; vt curſor, & pugillator. Et nota, quod curſor, & pugillator dicuntur dupliciter. Vno modo dicuntur curſor, & pugillator ab arte currendi, & pugillandi: & ſic ſunt in prima ſpecie qualitatis: quia iſtæ artes ſunt habitus. Alio modo dicitur curſor, non quòd habeat artem currendi, ſed quia habet naturalem potentiam ad actum currendi: & pugillator, non quòd habeat artem pugillandi, ſed quia habet naturalem potentiam ad actum pugnādi. Et iſto modo dicuntur qualia ab iſtis naturalibus potentijs, ſed nō denominatiuè, eò quod nomina nō ſūt impoſita iſtis naturalibus potentijs, à quibus dicuntur qualia. Et ſic curſor, & pugillator ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis. Alia autem dicuntur qualia non denominatiuè, quando nomen eſt impoſitum qualitati, ſecundum quam dicitur quale: ſed eam non participant ſecundum illud nomen: vt ſtudioſus à virtute: & ſic ſunt tres modi ſumendi quale à qualitate. Eſt autem contrarietas in qualitate: vt albedo contrariatur nigredini: iuſtitia iniuſtitiæ: hoc autem non eſt proprium qualitati: quia non conuenit omni qualitati: figura enim nō habet aliquod cōtrarium, neque aliquis medius color, vt rubedo, albedo. Et ſciendum, quod ſi vnum contrariorum fuerit quale, reliquum erit quale: vt iuſtitia eſt qualitas, ergo iniuſtitia: iuſtum eſt quale, ergo iniuſtum. Item, qualitas ſuſcipit magis & minus. Dicitur enim iuſtus magis, & minus iuſtus: & albus, & grammaticus: ſed hoc non eſt proprium qualitati: quia quadratum non ſuſcipit magis, neque minus, neque circulus, neque quadrangulatio, neque circulatio. Item, proprium eſt qualitati, ſecundum eam ſimile, vel diſſimile dici: vt albus albo ſimilis dicitur: & iuſtus iuſto: albus nigro diſſimilis dicitur.

Qualitatis proprietates.

De Actione, & Paßione.

CAPVT IX.

Actio, quid & eius proprietates.

ACTIO eſt, ſecundum quam in id, quod ſubijcitur, agere dicimur, vt ſecans aliquis dicitur agere in eo, quod ſecat: vnde ſectio eſt actio, & ſecundum ſectionem agit ſecans in eo, quod ſecat, & percuſſio eſt actio. Proprium actionis eſt, ex ſe inferre paſſionem. Recipiunt autem agere, & pati contrarietatem, calefacere enim eſt contrarium ei, quod frigidum facere, & delectari eſt contrariū ei, quod eſt triſtari. Recipiunt agere, & pati magis, & minus: calefacere enim magis, & minus dicitur, & calefieri dicitur magis, & minus,

Digitized by Google

& ſimiliter delectari, & triſtati. Paſſio eſt affectus, illatioque actionis, vt calefieri infertur ex calefacere, & efficitur. Proprium autem paſſionis eſt primò inferri ex actione. Item paſſio non eſt in agente, ſed in patiente. De reliquis verò quæ prius dicta ſunt, modò ſufficiant. *Paſſio quid, & eius propria.*

De Quando, Vbi, Poſitionis & Habitus, & ipſorum proprietatibus.

CAPVT X.

QVANDO eſt, quod ex adiacentia temporis in te temporali derelinquitur, vt hodie eſſe, cras fore. Item, duplex eſt Quando ſcilicèt ſimplex, & compoſitum, ſicut duplex eſt tempus. Item, tres ſunt proprietates Quando. Prima eſt, quod Quando non ſuſcipit magis, neque minus. Secunda eſt, quod Quando nihil eſt contrarium. Tertia eſt, quod Quādo eſt in omni illo, quod incipit eſſe in tempore. *Quādo quid & quotuplex, & eius propria.*

VBi eſt circūſcriptio corporis locati, à loci circūſcriptione procedens, vt in eccleſia eſſe, in foro eſſe. Et diuiditur Vbi, quia quoddā eſt Vbi ſimplex, & eſt illud, quod à ſimplici loco procedit, vt eſt locus punctotum. Et quoddam eſt Vbi compoſitum, & eſt illud, quod à loco compoſito procedit. Proprietates Vbi ſunt duæ. Prima eſt, quòd Vbi nihil eſt contrarium. Secunda eſt, quod Vbi non ſuſcipit magis neque minus, hoc eſt, Vbi non recipit intenſionem, & remiſſionem. *Vbi quid, quotuplex, & eius proprietates.*

POſitio eſt quidam partiū ſitus, & generationis ordinatio, vt ſeſſio, ſtatio, & ſic de alijs. Item tres ſunt proprietates poſitionis. Prima eſt, quod poſitio non habet contrarium. Secunda eſt, quod poſitio non ſuſcipit magis, neque minus. Tertia eſt, proprium eſt poſitioni, ſubſtantiæ proximè aſſiſtere. *Poſitio quid & eius proprietates.*

HAbitus eſt corporū, & eorum, quæ circa corpus ſunt, adiacētia, vt tunicatū eſſe, loricatū eſſe. Et ſunt tres proprietates eius. Prima eſt, quòd habitus ſuſcipit magis, & minus, vt eques eſt armatior pedite. Secunda eſt, quòd habitus non habet contrarium. Tertia eſt, quòd habitus ſemper eſt in pluribus, ſcilicèt in habente, & in habito. *Habitus quid, & eius propria.*

De Oppoſitionibus. CAPVT XI.

DICITVR autem alterum alteri opponi quadrupliciter. Oppoſitorum enim quædam ſunt relatiua, vt pater & filius: duplum & dimidium. Quædam ſunt priuatiuè oppoſita, vt priuatio & habitus, viſus & cæcitas, auditus & ſurditas: Alia ſunt contrariè oppoſita, vt album, & nigrum. Alia ſunt contradictoriè oppoſita, vt ſedere, non ſedere. Quæ autem ſunt relatiuè oppoſita, dictum eſt in capitulo de Relatione. Contraria ſunt, quæcunque ſub eodem *Oppoſitio quotuplex, & quæ.*

genere poſita, maximè à ſe inuicem diſtant, mutuo ſe expellunt, & eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt, à quo mutuo ſe expellunt, niſi alterum inſit à natura, vt albedo in cygno, & nigredo in coruo, & æthiope: caliditas autem nõ eſt in igne, vt accidens in ſubiecto, imò vt ſubſtantiale in eo, cuius eſt ſubſtantiale, ſicut ſunt quædam, quæ cadunt in diffinitione alicuius non ſecundum prædicationem, ſed potius vt principium, vt punctus in diffinitione lineæ, vnitas in diffinitione numeri: & iſte modus eſſendi, in, continetur ſub quarto modo, ſecundum quem vnaquæque pars diffinitionis eſt in ſuo diffinito, & ſic ignis non eſt ſubiectũ caliditatis, ſed materia ignis eſt ſubiectũ eius, hæc.n. ſuſceptibilis eſt caliditatis, & frigiditatis. Vnde caliditas eſt in materia ignis, vt in ſubiecto, in igne verò non vt in ſubiecto, ſed vt ſubſtantiale in eo, cuius eſt ſubſtãtiale. Priuatiuè oppoſita ſunt, quæ habẽt fieri circa idem ſubiectum ordine irregreſſibili, & tẽpore determinato à natura. Ordine irregreſſibili dico, quia ab habitu in priuationẽ deuenire poſſibile eſt, ſed non è conuerſo: impoſſibile.n. eſt à priuatione in habitum regreſſum fieri, vt viſus, & cæcitas habent fieri circa oculum, à viſu autem deuenire in cæcitatem poſſibile eſt, ſed non è conuerſo.

De Priori. CAPVT XII.

Prius quotupliciter dicatur.

PRIVS dicitur quintupliciter. Primo modo, & propriè aliquid dicitur prius altero ſecundum tempus, prout alicuis dicitur ſenior, & antiquior altero: ſicut homo habens triginta annos dicitur prior homine habente viginti annos. Secundo modo aliquid dicitur prius, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia: vt vnum eſt prius duobus. Duobus enim exiſtentibus mox conſequens eſt vnum eſſe, vt ſi duo ſunt, vnum eſt, & non è conuerſo. Tertio modo dicitur prius ſecundum ordinem quendam, vt in diſciplinis principia priora ſunt concluſionibus, & in grammatica literæ ſunt priores ſyllabis, & in oratione procemium eſt prius narratione. Quarto modo prius dicitur, quod melius eſt, & honorabilius. Conſueuerũt enim plurimi homines honorabiliores, & magis dilectos apud ſe, dicere priores. Præter hos quatuor modos iam dictos, eſt vnus alter modus prioris, eorum ſcilicèt quæ cõuertũtur ſecundum eſſendi conſequentiam, & alterum eſt quodammodo cauſa alterius, & hoc modo aliquid dicitur prius altero natura, vt res eſt cauſa veritatis orationis de ſe factæ, vt hominẽ currere cõuertitur cum hac oratione, homo currit. Et ſi hominẽ currere ſit verum, hæc eſt vera, homo currit, & è conuerſo. Res autẽ eſt cauſa veritatis orationis

de ſe factæ, & non è contra. Ab eo enim, quòd res eſt, vel non eſt oratio dicitur vera, vel falſa: ergo hæc res, hominē currere, prior eſt hac oratione, homo currit. *Propoſitio vulgata.*

De Simultate. Cap. XIII.

SImul dicitur tribus modis. Primo modo dicuntur ſimul, quorū generatio eſt in eodem tēpore, & neutrū eſt prius, neq; poſterius, & hæc dicuntur ſimul tēpore. Secundo modo dicuntur ſimul quæcunque conuertuntur, & neutrum eſt cauſa alterius, ſicut quælibet relatiua, vt duplum, & dimidiū, pater, & filius, & ſic de alijs. Tertio modo dicuntur ſimul, quæ æqualiter condiuidunt aliquod genus, vt homo, equus, leo, & ſic de aliis, quæ cōdiuidunt hoc genus animal, & ſimiliter differētiæ diuidētes aliquod genus, dicūtur ſimul, vt rationale, irrationale, & ſic de aliis. Iſti āt duo vltimi modi dicūtur ſimul natura, primus aūt modus dicitur ſimul tēpore. *Simul tripliciter dicitur.*

De Motu. Cap. XIV.

MOtus ſex ſunt, ſpecies. ſ. generatio, corruptio, augmētatio, diminutio, alteratio, & ſecundū locū mutatio. Generatio eſt progreſſio à non eſſe ad eſſe. Corruptio eſt progreſſio ab eſſe ad nō eſſe. Augmētatio eſt præexiſtentis quātitatis maioramentū. Diminutio eſt præexiſtētis quantitatis minoramentū. Alteratio eſt mutatio de cōtraria qualitate in cōtrariā qualitatem, vel in mediā, vt cū aliquid permutatur ab albedine in nigredinē, vel in medios colores. Motus ſecundū locum eſt mutatio de vno loco in alterum. Motus autem ſecundū locum ſex ſunt ſpēs, ſiuè differentiæ ſ. ante, retro, ſurſū, deorſū, & dextrū, & ſiniſtrum. Ad oēs autē has partes fit motus. *Motus ſpecies, & quid vnaquaque earum.*

De Habere. Cap. XV.

HAbere dicitur multis modis. Primomō dicitur habere aliquā qualitatē, vt diſciplinā aut virtutē. Secūdo mō dicitur habere quātitatē, vti magnitudinē, vt bicubitū, tricubitū. Tertiomō dicitur habere ea, q̄ circa corp⁹ ſunt adiacētia, vt veſtimentū, & tunicam: aut circa mēbrū, vt in manu annulū. Et habitus iſto tertio modo ſumptus, eſt vnū de decem prædicamentis, & diffinitur ſic: Habitus eſt corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt, adiacentia, vt ē. armatio, vel caligatio: & ſimiliter fingantur nomina in alijs ſecundū adiacentiā illam, hæc. n. dicuntur habere, illa vero haberi. Quarto mō dicitur habere mēbrum, vt manum, aut pedem. Quinto modo, dicitur habere ſicut continens contentum, vt lagena vinum, aut modius grana tritici. Sexto modo dicitur habere poſſeſſionē, vt domum, aut agrum. Septimo modo, dicitur habere vxorē, & de hoc modo dicit Ariſtoteles, quod iſte modus eſt *Habere quot modis dicitur.* *In poſt præd.*

alieniſſimus in eo, quod eſt habere, propter hoc quod vir habẽs vxorem, etiã habetur ab ea: vinculum.n. matrimonij indiſſolubiliter ligat vtrumque. Et dicit, quòd fortè alij modi apparebunt in eo, quod eſt habere, ſed qui conſueuerunt dici, penè omnes enumerati ſunt.

DE SYLLOGISMO Simpliciter Dicto.

Tractatus Quintus.

Reſolutorios Priores Ariſtotelis optimè redolens.

De Propoſitione, & Termino. CAP. I.

Propoſitio quid.

PROPOSITIO eſt oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo. Terminus eſt in quem reſoluitur, propoſitio, vt in ſubiectum, & in prædicatum. Dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto de quo non dicatur prædicatum, vt omnis homo currit; hic, curſus prædicatur, de homine, & nihil eſt ſumere ſub homine, de quo non dicatur curſus. Dici de nullo, eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, à quo non remoueatur prædicatum, vt nullus homo currit: hic curſus remouetur ab omni homine, & nihil eſt ſumere ſub homine, à quo non remoueatur curſus.

Terminus quid

Dici de omni, & dici de nullo quid.

De Syllogiſmi definitione, & eius Partibus, ſiue Principijs materialibus. CAP. II.

Syllogiſmus quid.

SYLLOGISMVS eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, & conceſſis, neceſſe eſt aliud accidere per ea, quæ poſita ſunt, & conceſſa: vt omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia: hoc totum eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, ſcilicèt duabus præmiſſis, neceſſe eſt aliud accidere, ſcilicèt concluſionem. Omnis autem Syllogiſmus conſtat ex tribus terminis, & duabus propoſitionibus, quarum propoſitionum prima vocatur maior, ſecunda minor. Ex tribus autem terminis non poſſunt fieri duæ propoſitiones niſi alter illorum ter-

Ex quot, & quibus terminis conſtatur Syllogiſmus

Digitized by Google

minorum ſumatur bis, & tunc ille terminus bis ſumptus aut ſubijcitur in vna, & prædicatur in alia, & ſic eſt prima figura: aut prædicatur in vtraque, & ſic eſt ſecunda figura, aut ſubijcitur in vtraque, & ſic eſt tertia figura. Horum autem terminorum alter vocatur medium, alter maior extremitas, alter verò minor extremitas. Medium eſt terminus bis ſumptus ante concluſionem. Maior extremitas eſt terminus ſumptus in maiori propoſitione cum medio. Minor extremitas eſt terminus, ſumptus in minori propoſitione cum medio.

De Principijs, ſiue partibus formalibus Syllogiſmi.

Cap. III.

Figura Syllogiſtica quid.

Ad Syllogiſmum autem exigitur modus, & figura. Figura eſt ordinatio trium terminorum ſecundum ſubiectionem, & prædicationem. Hæc autem ordinatio fit tribus modis, vt dictum eſt prius, & ſecundum hoc tres ſunt figuræ. Prima figura eſt, quando medium ſubijcitur in vna propoſitione, & prædicatur in alia, vt omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo, omnis homo eſt ſubſtantia. Secunda figura eſt, quando medium prædicatur in vtraque, vt omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo. Tertia figura eſt, quando medium ſubiicitur in vtraque, vt omnis homo eſt animal, omnis homo eſt ſubſtantia, ergo quædam ſubſtantia eſt animal. Verſus.

Sub, præ, prima ſecunda præbis, tertia bis ſub.

Modus Syllogiſmorum quid.

Modus eſt ordinatio duarum propoſitionum in debita qualitate, aut quantitate. Debita qualitas eſt, quòd ſi vna ſit negatiua, reliqua erit affirmatiua. Debita quantitas eſt, quòd ſi vna eſt particularis, reliqua erit vniuerſalis. Vnde tales dantur regulæ vniuerſales ad quamlibet figuram. Ex puris particularibus indefinitis, & ſingularibus nihil ſequitur. Vnde oportet alteram præmiſſarum eſſe vniuerſalem. Item, ex puris negatiuis nihil ſequitur. Vnde oportet alteram præmiſſarum eſſe affirmatiuam. Item, ſi aliqua præmiſſarum fuerit particularis, concluſio erit particularis, & non è contra. Item, ſi aliqua præmiſſarum fuerit negatiua, concluſio erit negatiua. Item, medium numquam debet poni in concluſione.

Regulæ generales.

De Prima Figura, & eius Modis.

CAPVT IIII.

PRIMA figura nouem habet modos. Primi quatuor modi concludunt directè: reliqui verò quinque concludunt indirectè. Directè concludere eſt maiorem extremitatem prædicari de minori in concluſione. Indirectè concludere eſt minorem extremitatem prædicari de maiore in concluſione.

Directè, & indirectè concludere quid.

Nota duas regulas, quarum prima tantùm conuenit primæ figuræ, quò ad quatuor primos modos, & ſecundæ, quo ad omnes. Secunda etiam conuenit tantùm primæ figuræ, quò ad eius quatuor primos modos, & tertiæ figuræ quò ad omnes. Prima regula eſt. Maiore exiſtente particulari, nihil ſequitur. Secunda regula talis eſt. Minore exiſtente negatiua, nihil ſequitur.

1. Reg. *2. Reg.*

Modi primæ Figuræ. *Barbara.* *Celarent.*

Barbara, primus modus, conſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis, vniuerſalem affirmatiuam directè concludentibus, vt omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Celarent, ſecundus modus conſtat ex maiore vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, vniuerſalem negatiuam directè concludentibus, vt nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis.

Darij.

Darij tertius modus, conſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam directè concludentibus, vt omne animal eſt ſubſtantia, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo eſt ſubſtantia.

Ferio.

Ferio quartus modus, conſtat ex maiore vniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem negatiuam directè concludentibus, vt nullum animal eſt lapis, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo non eſt lapis.

Baralipton.

Baralipton, quintus modus, conſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis, particularem affirmatiuam indirectè concludentibus, vt omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo quædam ſubſtantia eſt homo. Et reducitur ad primum modum primæ figuræ per conuerſionem concluſionis per accidens.

Celantes.

Celantes, ſextus modus conſtat ex maiore vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, vniuerſalem negatiuam indirectè concludentibus, vt nullum animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo.

Digitized by Google

Et reducitur ad ſecundum modum primę figuræ,conſequentia conuerſa ſimpliciter.

Dabitis, ſeptimus modus cōſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua,& minore particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam indirectè concludentibus: vt omne animal eſt ſubſtantia, quidam homo eſt animal, ergo quædam ſubſtātia eſt homo. Et reducitur ad tertium modum primæ figuræ concluſione conuerſa ſimpliciter. *Dabitis.*

Fapeſmo, octauus modus conſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua, & minore vniuerſali negatiua, particularem negatiuam indirectè concludentibus, vt omne animal eſt ſubſtantia,nullus lapis eſt animal, ergo quædam ſubſtantia non eſt lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ,maiore conuerſa per accidens,& minore ſimpliciter, & per trāſpoſitionem præmiſſarum. *Fapeſmo.*

Friſeſomorum, nonus modus conſtat ex maiore particulari affirmatiua,& minore vniuerſali negatiua, particularem negatiuam indirectè concludentibus: vt quoddam animal eſt ſubſtantia,nullus lapis eſt animal, ergo quædam ſubſtantia non eſt lapis,& reducitur iſte modus ad quartum modum primæ figuræ, maiore & minore conuerſis ſimpliciter,& per tranſpoſitionem præmiſſarum. *Friſeſomorum.*

De Secunda Figura, & eius Modis.

Capvt V

Seqvitvr ſecunda figura, cuius tales dantur regulæ. In ſecunda figura maiore exiſtēte particulari:nihil ſequitur. Itē, in ſecunda figura ex puris affirmatiuis:nihil ſequitur. *Secūda Figura, & eius regulæ.*

In ſecunda figura ſemper concluditur negatiuè. Secunda figura quatuor habet modos.

Cæſare, primus modus conſtat ex maiori vniuerſali negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, vniuerſalem negatiuā directè concludentibus,vt nullus lapis eſt animal,omnis homo eſt animal,ergo nullus homo eſt lapis. Et reducitur iſte modus ad ſecundum modum primæ figurę,maiore conuerſa ſimpliciter. *De Caſare.*

Cameſtres, ſecundus modus conſtat ex maiore vniuerſali affirmatina,& minore vniuerſali negatiua, vniuerſalem negatinam directè concludentibus,vt omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo, & reducitur iſte modus ad ſecundum modum primæ figuræ, minore, & concluſione conuerſis ſimpliciter, & per tranſpoſitionem premiſſarum. *Cameſtre.*

Feſtino. Feſtino, tertius modus, conſtat ex maiore vniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem negatiuam directè concludentibus, vt nullus lapis eſt animal, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo non eſt lapis,& reducitur iſte modus ad quartum modũ primæ figuræ,maiore conuerſa ſimpliciter.
Baroco. Baroco,quartus modus,cõſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua,&minore particulari negatiua particularẽ negatiuã directè concludentib', vt omnis homo eſt animal:quidam lapis nõ eſt animal:ergo quidam lapis non eſt homo,& reducitur ad primum modum primæ figuræ per impoſſibile. Reducere autem per impoſſibile eſt,ex oppoſito concluſionis cum altera pręmiſſarum inferre oppoſitum alterius præmiſſæ. Sumatur.n.oppoſitũ concluſionis: ſ. iſta propoſitio,omnis lapis eſt homo,cum maiore huius quarti, ſ. cum iſta, omnis homo eſt animal, ſic arguetur: omnis homo eſt animal, omnis lapis eſt homo: ergo omnis lapis eſt animal.

De Tertia figura, & eius Modis. CAP. VI.

SEQVITVR de tertia figura,cuius tales dantur regulæ.
Regulæ,& modi tertiæ Figuræ. In tertia figura,minore exiſtente negatiua,nihil ſequitur. Item in tertia figura concluſio debet eſſe particularis. Tertia figura ſex habet modos.

Darapti. Darapti, primus modus, conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiore, & vniuerſali affirmatiua minore, particularem affirmatiuam concludemtibus directè:vt omnis hommo eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt ſubſtantia,& reducitur ad tertium modum primæ figuræ, minore conuerſa per accidens.

T.c.17. *Felapton.* Felapton, ſecundus modus,conſtat ex vniuerſali negatiua maiore,& vniuerſali affirmatiua minore,particularem negatiuam directè concludentibus,vt nullus homo eſt lapis: omnis homo eſt animal: ergo quoddam animal non eſt lapis, & reducitur ad quartum modum primæ figuræ,minore conuerſa per accidens.

Diſamis. Diſamis, tertius modus, conſtat ex particulari affirmatiua maiore,& vniuerſali affirmatiua minore, particularem affirmatiuam directè concludentibus, vt quidam homo eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo quoddam animal eſt ſubſtantia, & reducitur ad tertium modum primę figuræ, maiore,& concluſione conuerſis ſimpliciter, & per tranſpoſitionem pręmiſſarum.

Datiſi. Datiſi, quartus modus, conſtat ex vniuerſali affirmatiua maiore, & particulari affirmatiua minore, particula-

Digitized by Google

tem affirmatiuam directè concludentibus, vt omnis homo eſt ſubſtantia, quidam homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt ſubſtantia, & reducitur iſte modus ad tertium modum primæ figuræ, minore conuerſa ſimpliciter.

Brocardo, quintus modus, conſtat ex maiore particulari negatiua, & minore vniuerſali affirmatiua, particularem negatiuam directè concludentibus, vt quidam homo non eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal non eſt lapis, & reducitur ad primum modum primæ figuræ per impoſſibile, Sumatur enim oppoſitum contradictorium concluſionis cum altera præmiſſarum, & inferatur oppoſitum alterius præmiſſæ, vt omne animal eſt lapis, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt lapis, Hæc enim concluſio facta per impoſſibile in primo modo primæ figuræ, contradicit maiori quinti, ſcilicèt tertiæ figuræ. *Brocardo.*

Feriſon ſextus modus, conſtat ex maiore vniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua, particularem negatiuam directè concludentibus, vt nullus homo eſt lapis, quidam homo eſt animal, ergo quoddam animal non eſt lapis. Et reducitur ad quartum modum primæ figuræ, minore conuerſa ſimpliciter. *Feriſon.*

De Regulis Vniuerſalibus cùm pro conditione, tùm pro reductione Syllogiſmorum. Cap. VII.

Syllogismorvm concludentium particularem negatiuam indirectè, tales dantur regulæ. *Regulæ pro reductione Syllogiſmorum.*

Nullus ſyllogiſmus, concludens particularem negatiuam indirectè poteſt etiam concludere directè, & concludens directè, poteſt concludere indirectè. Item, prima figura concludit omnia genera propoſitionum, ſcilicèt vniuerſalem, particularem, affirmatiuam, & negatiuam.

Secunda figura concludit particularem negatiuam, & vniuerſalem negatiuam.

Tertia concludit particularem affirmatiuam, & negatiuam, verſus.

Barbara, Celarent, Darij, Ferio, Baralipton.
Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum.
Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco, Darapti.
Felapton, Diſamis, Datiſi, Brocardo, Feriſon.

In his quatuor verſibus prædictis ſunt decem, & nouem dictiones, decem, & nouem modis deſeruientes, ita quòd per primam dictionem intelligitur primus modus primæ figuræ, & per ſecundam ſecundus modus &c.

Vnde primi duo verſus deſeruiunt omnibus modis primæ figuræ.

Tertius vero verſus, præter vltimam eius dictionem, deſeruit modis ſecundæ figuræ, ita quòd prima dictio deſeruit primo modo, & ſecunda ſecundo modo, & ſic de alijs. Vltima verò dictio tertij verſus cum alijs dictionibus quarti verſus deſeruit modis tertiæ figurę.

Sciendum, quòd per vocales, ſcilicèt, a, e, i, & o, intelliguntur quatuor genera propoſitionum: ita quòd per hanc vocalem, a, intelligitur vniuerſalis affirmatiua, & per, e, vuerſalis negatiua, & per, i, particularis affirmatiua, & per, o, particularis negatiua.

Et in qualibet dictione ſunt tres ſyllabę, & aliud reſiduum eſt ſuperfluum, niſi, m, vt poſtea patebit.

Et per primam illarum ſyllabarum intelligitur maior propoſitio, & per ſecundam minor, & per tertiam concluſio. Verbi gratia: prima dictio, ſcilicèt Barbara: habet tres ſyllabas: in quarum qualibet ponitur a: & per. a, ter poſitum, ſignificatur, quod primus modus primæ figurę conſtat ex duabus propoſitionibus vniuerſalibus affirmatiuis, vniuerſalem affirmatiuam concludentibus: Et ita intelligitur de alijs dictionibus, ſecundum vocales ibi poſitas.

Et ſciendum eſt, quòd quatuor dictiones primi verſus incipiunt ab his conſonantibus b, c, d, & f, & omnes aliæ dictiones ſequẽtes, & per hoc intelligendum eſt, quod omnes, quę incipiunt per dictionem inchoatam per b, debent reduci ad primum modum primæ figuræ, & omnes, quæ incipiunt per dictionem inchoatam per, d, ad tertium, & per, f, ad quartum.

Item, vbicunque ponitur s: in illa dictione ſignificatur, quod propoſitio intellecta per vocalem immediatè præcedentem, debet conuerti ſimpliciter, & propoſitio intellecta per vocalem immediatè præcedẽtem iſtam litteram, p, debet conuerti per accidens, & vbicunque ponitur, m, debet fieri tranſpoſitio in præmiſſis.

Eſt enim tranſpoſitio in præmiſſis facere de maiore minorem, & è conuerſo, & vbicunque ponitur, c, ſignificatur, quod modus intellectus per illam dictionem, in qua ponitur, debet reduci per impoſſibile. Vnde verſus.

Simpliciter vult, s, verti, p, verò, per acci,
M, vult tranſponi: c, per impoſſibile duci.
Seruat maiorem, variatque ſecunda minorem.
Tertia maiorem variat, ſeruatq; minorem.

Sed

Sed quia Ariſtoteles in Prioribus oſtendit coniugationes, in quibus non ſequitur concluſio ex præmiſſis, eſſe inutiles per inuentionem terminorum, in quibus non tenet huiuſmodi coniugatio, ideo vtilis eſt inuentio talium terminorum, vbicunque etiam fiat inutilis coniugatio, contra regulas ſyllogiſmorum priùs aſſignatas. Accipiendi igitur ſunt duo termini diuerſi, ſcilicèt duæ ſpecies ſub vno genere, differentia, vel proprio, vel accidente, vt homo, aſinus, animal, vel duo termini, quorum alter de altero prędicetur, ſiue conuertibiliter, ſiue non, cum extraneo vtriuſque; vt homo, riſibile, lapis, vel homo, animal, lapis; vel accipiendi ſunt duo termini, quorum alter de altero prædicetur ſiue conuertibiliter, ſiue non cum ſuperiore ad vtrunque; vt homo riſibile, ſubſtantia, vel homo, animal, ſubſtantia. Per hanc enim regulam diſiunctiuam cuicunque generi applicetur, ſiue ſubſtantiæ, ſiue quantitati, ſiue alicui aliorum, ſemper inueniuntur termini, per quos inutilis coniugatio demonſtrabitur non tenere, & tales terminos appellat Ariſtot. in prioribus terminos, in quibus non.

Li. 1. c. 3. & vide.

Vbi ſupra & c. 17. & li. 2. c. 2.

Et nota quòd inuenire terminos, in quibus non, eſt acceptis tribus terminis, facere coniugationem, in qua præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio falſa; manente eadem qualitate, & quantitate propoſitionum: verbi gratia, hæc eſt inutilis coniugatio, nullus homo eſt aſinus, nullus lapis eſt homo, ergo nullus lapis eſt aſinus, & iſti ſunt termini, in quibus ſic.

Contra hanc inutilem coniugationem accipiuntur termini, in quibus non, per ſecundum membrum regulæ, homo, riſibile, aſinus. Arguitur ſic. Nullus aſinus eſt homo, nullum riſibile eſt aſinus, ergo nullum riſibile eſt homo: ecce præmiſſæ ſunt veræ, & concluſio eſt falſa, manente eadem qualitate, & quantitate propoſitionum in vtraque coniugatione, & vtrobique manente eadem figura.

DE DIVISIONE, ET DEFINITIONE.

Tractatus Sextus.

QVANDOQVIDEM ſola tertia Dialecticæ pars hactenùs ex inſtituto tradita eſt, & de Diuiſione, atque Definitione nõ, niſi quatenus ad inuentionem argumentorum ſunt vtiles, diſputatum fuit: operæ pretium eſſe duxi aliqua de duabus illis partibus ſeorſim ex Analyticis, Topicis, alijſque Ariſtotelis libris præſertim, Metaphyſicis in hunc locum congerere.

Diuiſio quid. Membra diuidentia quæ.

DIVISIO igitur, quòd ad Dialecticum attinet, eſt oratio, qua totum in ſuas partes diuiditur. Atque id quidem, quod diuiditur, Diuiſum: Partes verò in quas diuiſio finitur, ac terminatur, Membra diuidentia, vel diuiſionis dicuntur. Vt autem totum non vnica ratione ſe habet, ſic neque diuiſio: Quoddam enim totum partibus conſtat, quæ æquiuocationem, ambiguitatémque totius verè efficiunt: Aliud partes habet, quæ ipſum verè integrant: Aliquod partibus conficitur, quæ eius eſſentiam verè, realiter, & phyſicè conſtituunt: Aliud partes continet, eius eſſentiam conſideratione ſola componentes; Denique aliud partes habet ſibi ſubiectas, hinc ex quintuplici toto, quod partes habet, quæ per ſe, ſeu ratione ſui ſunt partes, oritur quintuplex diuiſio per ſe. Vox enim multiplex, cuius partes ambiguitatem efficiunt, diuiſione vocis in ſuas ſignificationes, & ſenſus, quę alias diſtinctio appellatur, declaratur, Totum verò, quod integrantes partes amplectitur, diuiſione totius integri in ſuas partes integrales diſtinctè, quà totum eſt, explanatur. Totum pręterea, quod phyſicis, realibúſque partib' abſoluitur, diuiſione phyſica in ſuas partes diſtribuitur. Deinde totum, quod partibus à materia, ſenſuque auulſis coaleſcit, Metaphyſica diuiſione in eaſdem partes ſecatur. Tandem totum vniuerſale per enumerationem partium ſibi ſubiectarum diuiditur.

Et ad hoc poſtremum diuiſionis genus, quidam diuiſionem generis in differentias (quam alij omninò è medio tol-

ſunt)reuocandam putant: alij per ſe, alij per accidens fieri contendunt, ſicut & differentiarum communiorum in minùs communes diuiſionem, quorum rationes hìc ſubijcere meum eſſe non arbitror. Cæterùm, cùm ſæpe totum in alia quædam, quaſi in ſuas partes diuidatur, quot ſunt totius diuiſiones per ſe, eiuſdem tot fieri poſſunt diuiſiones per accidens. Nam vox multiplex, totum integrale, Phyſicum, & Metaphyſicum ita diuidi poſſunt, vt membra diuidentia non ſint per ſe partes diuiſi, ſed earum accidentia: Vniuerſale verò totum, aut diuidetur in ea, quæ accidunt partibus ſibi ſubiectis, aut in ea, quibus accidunt partes ſubiectæ diuiſi, aut in ea, quibus accidunt partes ſubiectæ eius rei, cui accidit diuiſum, quę tria poſtrema diuiſionum genera communiter dicuntur, Diuiſio ſubiecti in accidentia, Accidentis in ſubiecta, & Accidentis in accidẽtia. Et hæc quidem de diuerſis diuiſionum generibus, nunc qua verborum formula conficiendæ ſint diuiſiones, attendamus. *Diuiſio multiplex.*

Diuiſiones quatuor priorum generum ſic conficiuntur. Initio diuiſionis, poſito nomine diuiſi in gignendi caſu ſingularis numeri, ante nomen cuiuſque membri diuidentis inſerenda ſunt hæc verba, altera pars, alia pars, vel ſimilia. In diuiſionibus autem quinti modi ſic procedendum. Diuiſo in gignendi caſu pluralis numeri poſito, ſubijciuntur membra diuidentia ſine nomine, pars, cum ſolo nomine alius, alia &c. aut quodam ſimili. Cauſa autem huius diſcriminis eſt, quia totum in ſuperioribus quatuor diuidendi formis, vt plurimùm, eſt vnum tantùm indiuiduum, parteſque ſuas continet, proindéque nomen illius eſt ſingularis numeri, cui additur nomen, pars: At in vltima, cùm totum partes ſibi ſubiectas habeat, neceſſariò eſt vniuerſale, & idcircò nomen eius eſt pluralis numeri, ſuppreſſo nomine, pars. Porrò quatuor in diuidẽdo ſunt obſeruanda. Primo, vt ſingula mẽbra diuidentia minùs contineant quã diuiſum, omnia verò ſimul ſũpta diuiſo adæquentur. Cuiuſcunque enim bonæ diuiſionis membra omnia, vel copulatim, vel diſiunctim ſimul accepta reciprocantur cum diuiſo: Copulatim ſcilicèt in quatuor prioribus, & diſiunctim in poſteriore diuidendi genere. Secũdo, vt quantũ fieri poterit, diuiſio fiat in proxima mẽbra diuidẽtia. Tertio vt in diuidendo nõ vna tantũ pars totius nominetur, & reliquæ negatione illius ſignificentur; nec tam multæ nominentur, vt longior æquo fiat oratio, illic enim totum non dilucidaretur, hìc verò memoria confunderetur, & obrueretur. *Quatuor in diuiſione obſeruãda.*

Digitized by Google

Tribus tamen de cauſis cogimur interdùm diuidere rem in partem vnam, & in negationem eiuſmodi partis. Prima vt faciamus diuiſionem neceſſariam, & quam nemo negare poſſit. Secunda quia membra illi parti oppoſita carent nominibus poſitiuis, quò fit vt ad negatiua ſit confugiendum. Tertia quia partes plures ſunt, quàm diuiſionis perſpicuitas ferre poſſit.

Quartum præceptum eſt, vt membra diuidentia ſint oppoſita, ſeu repugnantia, id eſt inter ſe ſic affecta, vt nullum in alio includatur, vel de eo affirmetur. Huc vſque de Diuiſione: nunc de Definitione breuiter agendum eſt.

DE DEFINITIONE.

Definitio quid. DEFINITIO eſt oratio, quæ eſſentiam, naturamvè definiti declarat: hæc enim diſtinctè ſubijcit intellectui, quod nomen definiti confusè proponit. Quanquam autem omnis definitio aliquo modo dici poſſet definitio rei, eam tamen Philoſophi in definitionem Nominis, & Rei diuidere conſueuerunt.

Deffinitionis diuiſio. *Deffinitio nominis quid.* DEFINITIO NOMINIS, quam Ariſtoteles nominis interpretationem, Cicero notationē, Græci ἐθυμολογίαν plerique definitionem quid nominis vocant, eſt oratio, qua nominis natura, origo, & ſignificatio declaratur.

Definitio rei duplex. DEFINITIO REI rurſus in duo genera tribuitur, in Deſcriptionem, quam Ariſtoteles, & Proprium (quia conuertitur cum re) & Orationem coniunctione vnam (quia multas naturas in eadem re coniunctas, non vnam tantùm, ſignificat) vocat, atque in Definitionem eſſentialem, quam ille cùm ſimpliciter, & abſolutè definitionem (quia ſimpliciter, abſolutè, & perfectè rem definit) tùm etiam Terminum (quia cognitio ab accidentibus externis profecta, non poteſt vltra eam progredi, ſed in illa velut in perfecta rei apprehenſione terminatur) denique Orationem, quæ vnum ſignificat (quia ex partibus illius vna conſtat eſſentia) appellat.

Deſcriptio quid. DESCRIPTIO eſt oratio, quę non ſignificat quod quid erat eſſe rei, ſoli autem ineſt, & conuerſim de re prędicatur. In omni deſcriptione primò ponatur genus, deinde addatur vna proprietas rei, non multę, niſi ſint deſcriptiones conglobatæ. Ad deſcriptionem reuocantur illæ, quæ

loco proprietatis conſtant collectione aliqua communium accidentium, quæ orationem recurrentem facit cum re propoſita: & illæ definitiones, quibus genera definiuntur per differentias, quibus diuiduntur. Præterea orationes, & Metaphoricæ explicationes, quibus oratores, & poëtę rem veluti oculis ſubijciunt. Tandem definitiones illæ quæ per genus & cauſas externas, efficientem ſcilicèt, finem, vel exemplar quidditatem rei explicant.

Definitio eſſentialis quid.

Definitio essentialis eſt oratio, quod quid erat eſſe rei ſignificans, & quę eſſentiam eius declarat. Hæc autem vel conſtat genere, & nominibus propriæ materiæ, & formæ definiti, vel proximo genere (quandoque etiam remoto) & differentia eiuſdem. Ad hoc genus definitionis reuocantur, quę fiunt ex genere, & enumeratione partium integrantium, quæ ſpectant ad eſſentiam rei: Præterea, que generi, & differentiæ proprietatem adiungunt aliquam, & quæ conſtant nomine aliquo, quod quidem definiti eſſentiam non ſignificat, eiuſmodi tamen eſt, vt ſine ipſo eſſentia definiti intelligi non poſſit, quales ſunt definitiones relatiuorum.

Notandum omnia non eodem definiri modo.

Porrò non omnia eodem modo definiuntur. Nam Genera ſuprema, & indiuidua non definiuntur: illa quia non conſtant differentia: hæc quia non ſunt vniuerſalia, ac proinde remotè tantùm in ſpeciebus definiuntur, propinquè autem ex multorum accidentium collectione deſcribuntur.

Species omnes eſſentialiter definiri poſſunt.

Sed ſpecies omnes eſſentialiter definiri poſſunt: Sola tamen ſubſtantia corporea per materiam, & formam, reliquę per genus, & differentiam ſolùm definiri poſſunt. Imò ſi ſubſtantia cum alijs prædicamentis conferatur, hæc ſola eſſentialiter definiri comperietur, ſiquidem accidentia non habent ſimpliciter quod quid erat eſſe, ſed quodam modo, quia non per ſe, ſed in ſola ſubſtantia cohærere poſſunt: vnde omnia modo aliquo per ſubſtantiam in qua cohærent definienda ſunt, quod maximè patet de accidentibus, quæ in ſubiectis, & partibus determinatis fiunt. Sed & plurima accidentia per actus ſuos, aut per obiecta ſuos actus terminantia definiuntur, vt de habitibus operantibus, potentijs naturalibus, & relatis quæ per ſua correlata definiuntur, manifeſtum eſt.

Diuiſio, & collectio poteſt eſſe ratio inueſtigandæ definitionis.

Via, et ratio inueſtigandæ definitionis poteſt eſſe diuiſio, & collectio. Diuiſio quidem; ſi ſumatur prædicatum communius, quàm res definienda, deinde illud diuidatur, & differentia quæ rei conuenit addatur illi pręđicato

ruſſus ſi nondum oratio reciprocetur cum re propoſita, diuidatur id totum, quod aſſumptum eſt, & tandem eò vſque fiat progreſſio diuidendo, donec oratio propria efficiatur, quæ nullam in rem aliam transferri poſſit. Collectio autem ſic efficietur, ſi infimæ alicuius ſpeciei definitio inquiratur, inſpicienda erit in indiuiduis illius ſpeciei ratio quædam, ob quam in tali nomine conueniant, eoque nomine ſimul vocentur, & illa ratio ſi propria ſit, erit definitio talis ſpeciei, Atque hæc ſanè methodus inuentionis ordini eſt accommodata, prior tamen exactior eſt, & naturæ ordini, perfectæque diſciplinæ magis conueniens. Ceterùm quia de definito propinquo ſuperiùs locuti ſumus, quæ conditiones in eo requirantur obiter notandum eſt.

Cōditiones requiſita ad diffinitum.

Definitvm igitur immediatum debet eſſe vnum, per ſe vniuocum, vniuerſale, ſubalternum, aut ſpecialiſſimū, poſitiuum, & compoſitum, id eſt non ſimpliciter, nec ſummè ſimplex. Et hac de re ſatis, ſuperque. Iam ſupereſt, vt aliqua rectè definiendi præcepta ſubijciantur. Primum itaque præceptum eſt, vt quicquid definitur, ex notioribus definiatur: quapropter tranſlationes, præſertim remotæ, verba parum vſitata, ſicut & ambigua, definitioni non ſunt adhibenda, neque idem per idipſum, neque contrarium per ſuum contrarium definiendum eſt, licèt poſterior hic modus non ſit omninò repudiandus. Secūdum Definitio ſit propria definiti, id eſt nec latiùs, nec minùs latè pateat, quàm definitum, ſed cum eo reciprocetur.

Præcepta rectè diffiniendi valde notanda.

3. In definitione nihil deſit, aut ſuperſit.

4. Definitio ſit breuis, modò breuitas obſcuritatem non pariat, ſed ita ſit conſtituta, vt ex paucis omnium obiectionum ſolutio colligi poſſit.

5. Cum via diuiſionis definitio inueſtigatur, ſumantur ea ſola, quæ eſſentialiter prædicantur, & naturæ ordine collocentur, communiora ſcilicèt minùs communibus præponendo, & nulla differentia prætermittatur, donec tota oratio recurrat, & conuerſim ſe habeat cum definito: cùm autem Collectionis methodo definitio inueſtigatur, cauendum ne à minùs communibus ad communiora progrediendo, aliquam incurramus æquiuocationem. Et hæc conciſè dicta de Diuiſione, & Definitione ſufficiant.

Digitized by Google

DOCTOR PARISIENSIS, MAGISTER PETRVS Tataretus, De Duobus libris Poſteriorum Analyticorum Ariſtotelis.

Tractatus Septimi LIBER PRIMVS.

Ex Textu Commenti. i. & indè.

OMNIS Ars, & omnis Diſciplina intellectiua ex praexiſtente fit cognitione, Manifeſtum eſt autem hac ſpeculantibus in omnes, &c.

ISTE eſt Primus liber Poſteriorum Analyti-
corum, id eſt, de poſteriori reſolutione, quæ eſt
reſolutio cõſequentis. Et diuiditur in duas par- *Totius libri*
tes, ſcilicèt prœmialẽ, & executiuã. In prima *diuiſio*
parte prœmiali ponitur primo talis conditio. *in duas*
Omnis diſciplina, & omnis doctrina intellectiua fit ex præ- *partes.*
exiſtenti cognitione: quam cõcluſionem probat inductiuè, *Omnis do-*
tam in ſcientijs ſpeculatiuis, quàm practicis. In ſpeculatiuis *ctrina fit*
probat etiam inducendo: nam in Mathematicis ex cognitio- *ex praexi-*
ne principiorum deuenimus in cognitionem concluſionis, *ſtente co-*
& etiam in ſcientijs Dialecticis, ſicut ſunt ſcientiæ, quæ ha- *gnitione.*
bentur per ſyllogiſmum, & inductionem, & etiam in ſciẽtijs
Rhetoricis, ſicut ſunt ſcientiæ, quæ habẽtur per enthimema, *Text.*
& exemplum. Vnde enthimema verè eſt ſyllogiſmus, ideſt, *Com. 1.*
virtualiter, & ſic etiam probatur in ſcientijs practicis, in qui- *Text.*
bus notitia concluſionis habetur ex notitia principiorum. *Com. 3.*
Conſequenter ſubdit, quod duę ſunt præcognitiones in de- *Text.*
monſtratiuis, ſcilicèt quid eſt, & quia eſt. Et ſecundum hoc, *Com. 4.*
tria inueniuntur in demonſtratione, ſcilicèt dignitates, ſeu *& ind.*
præmiſſæ, paſſio, & ſubiectum, de quibus præſupponitur ali- *Duæ ſunt*
qua præcognitio. Conſequenter ponit ordinem cognitio- *præcognitio-*
nis præmiſſarum ad concluſionem dicens, quod maior, vel *nes, & tria*
minor prius tempore cognoſcuntur, quam concluſio, *præcognita.*

Digitized by Google

Soluitur dubium Antiquorum.

Sed maiore, & minore ſimul cognitis, ſimul tempore cognoſcitur concluſio. Finaliter remouet vnum errorem antiquorum, qui dixerunt nos nihil poſſe ſcire de nouo, cuius rationem aſſignat Plato in Menone, id eſt in tali libro, quia ſi ſciremus aliquid de nouo, maximè eſſent concluſiones, ſed hoc non, quia ſi concluſiones ſciremus de nouo, ſic quod prius neſciuerimus eas, ſequitur, quod non magis aſſentiremus eis de nouo, quam ſuis oppoſitis, vt probat per ſimile de ſeruo fugitiuo reperto à magiſtro, quem non cognoſceretis, niſi prius eum cognouiſſet. Ad hanc rationem reſpondet Ariſtoteles dicens, quod concluſiones ante demonſtrationem quodãmodo ſcimus, ſcilicèt in vniuerſali, ſed ignoramus in propria forma, & in particulari.

Ex Textu Commenti. 7. & indè.

Scire autem opinamur vnumquodque ſimpliciter (ſed non ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens) cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & non eſt contingere hoc aliter ſe habere. &c.

Partis executiua diuiſio.

ISTA eſt pars executiua huius libri, quæ diuiditur in tres tractatus. In primo, determinat de Demõſtratione, & diuiditur in duodecim capitula.

Scire quid.

In primo determinat de ſcire, dicens. Scire autem vnumquodque opinamur ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, cum cauſam arbitramut cognoſcere, propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & non eſt contingere hoc aliter ſe habere, quam diffinitionem probat, quia tam ſcientes, quam ignorantes vtuntur aliquo modo ſcire, & non niſi iſto modo, quia ſcientes, & non ſcientes non credunt ſe aliquid ſcire, niſi cauſam cognoſcant, & cum cauſam cognoſcunt, credunt ſe aliquid ſcire. Secunda diffinitio ſcire, ſcire eſt per demonſtrationem intelligere.

Scire ſecunda definitio.

Demonſtratio quid.

In ſecunda parte ponit duas diffinitiones demonſtrationis. Quarum prima dicitur formalis ſumpta à fine, & eſt hæc.

Demonſtrationis 2 definitio.

Probantur omnes particula definitionis ſcire.

Demonſtratio eſt ſyllogiſmus apodicticus; i. ſyllogiſmus faciens ſcire. Secunda diffinitio eſt materialis. Demonſtratio eſt ſyllogiſmus procedens ex primis, veris, immediatis, prioribus, notioribus, cauſiſque concluſionis. Et dicit, quod prædictæ particulæ non conueniunt ſyllogiſmo demonſtratiuo inquantum ſyllogiſmus eſt, ſed inquantum eſt demonſtratiuus. Et quod procedat ex veris, probat, quia concluſio vera non ſcitur, niſi ex veris, ſed concluſio demonſtrationis eſt

vera; ergo non ſcitur niſi ex veris. Minorem probat, quia quod non eſt, id eſt quod nō eſt verum, non contingit ſcire.

Et quod procedat ex primis, id eſt ex indemonſtrabilibus probat, quia concluſio non ſcitur, niſi per demōſtrationem, vel ergo præmiſſæ illius concluſionis ſunt indemonſtrabiles, vel non, ſi primum, habetur intentum, ſi non, ſequitur proceſſus in infinitum.

Quod procedat ex cauſis, & immediatis probat, quia idem eſt primum, & immediatum, ſed procedit ex primis; igitur, de cauſis prioribus notioribus; probat per diffinitionem ſcire.

Et ſubdit, quod aliqua dantur notiora dupliciter. Vno modo ſimpliciter; alio modo quo ad nos, quæ ſunt propinquiora ſenſui, cuiuſmodi ſunt ſingularia. Sed illa ſunt notiora ſimpliciter, quæ ſunt remotiora à ſenſu, cuiuſmodi ſunt vniuerſalia. Ex quo infert, quod vniuerſale, & ſingulare opponuntur adinuicem.

Aliqua dicuntur notiora dupliciter.

Vniuerſale, & ſingulare opponuntur.

In tertia parte diffinit quædam principia materialia demonſtrationis, & primo ponit octo diffinitiones.

Quarum prima eſt. Propoſitio immediata eſt, qua non eſt altera prior, id eſt carens medio, per quod poſſit oſtendi.

Propoſitio immediata quid.

Secunda. Propoſitio eſt altera pars enunciationis enuncians vnum de vno.

Tertia. Propoſitio dialectica, eſt propoſitio indifferenter capiens vtramque partem contradictionis: hoc eſt ambæ partes contradictionis ſunt propoſitiones dialecticæ, dummodo non ſint impoſſibiles.

Propoſitio dialectica quid.

Quarta. Propoſitio demonſtratiua eſt, quæ capit tantùm vnam partem contradictionis, ſcilicet veram.

Propoſitio demonſtratiua quid ſit.

Quinta. Enunciatio eſt, quæ capit quamlibet partem contradictionis, id eſt quælibet pars contradictionis eſt enunciatio, ſiue ſit poſſibilis, ſiue impoſſibilis.

Enunciatio quid ſit.

Sexta. Contradictio eſt oppoſitio, cuius ſecundum ſe non eſt dare medium.

Contradictio quid.

Septima. Affirmatio eſt enunciatio alicuius de aliquo.

Octaua. Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo. Deinde diuidit propoſitionem immediatam in poſitionem, & dignitatem.

Affirmatio, & negatio quid ſint.

Propoſitionis immediata diuiſio.

Poſitio eſt propoſitio, quam non contingit demonſtrare ſaltem in illa ſcientia, in qua eſt poſitio, & non eſt neceſſe quemlibet edocendum eam habere.

Poſitio quid.

Digitized by Google

Dignitas quid. Dignitas eſt propoſitio, quam non contingit demonſtrare; & eſt neceſſe quemlibet edocendum eam habere. Deinde diuidit poſitionem dicens, quod poſitionum, quędam eſt ſuppoſitio, & quædam eſt definitio. *Poſitio quotuplex.*

Suppoſitio quid. Suppoſitio, eſt enunciatio enuncians aliquid de aliquo affirmando, vel negando.

Diffinitio non affirmat, neque negat. Sed diffinitio non affirmat, neque negat aliquid de aliquo.

Tria corollaria. In quarta parte infert tria corollaria.

Primum. In omni demonſtratione principia ſunt magis nota, quàm concluſio, quia propter vnumquoque tale, & illud magis: ſed concluſio ſcitur propter principia: ergo principia ſunt magis nota.

Secundum corollarium eſt. Neceſſe eſt magis credere pręmiſſis, quàm concluſioni, quia neceſſe eſt magis ſcire principia, quàm concluſionem.

Tertium corollarium. Nihil debet eſſe magis notum capienti ſcientiã per demonſtrationẽ, quàm oppoſita principiorum eſſe falſa, quia qui dubitat de falſitate vnius oppoſitorum, debet dubitare de veritate alterius, ſed nullus debet dubitare de veritate principiorum: igitur nullus debet dubitare de falſitate ſuorum oppoſitorum.

Ex textu Commenti 18. & indè.

Quibusdam autem propter id, quod oportet prima ſcire, non videtur ſcientia eſſe, &c.

Duo errores antiquorum circa ſcientiam. ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo ponit duos errores antiquorum.

Primus eſt, principiorum non eſt ſcientia.

Secundus error eſt, quòd principiorum eſt ſcientia per demonſtrationem. Ratio primi erroris fuit, quia ſi ſciatur aliqua concluſio, oportet, quòd ſciatur per aliqua principia, &, ſic oportet iſta principia eſſe ſcita, aut eſſe preceſſus in infinitum, quod non eſt dicendum. Ratio ſecundi erroris fuit, quia ſicut concluſio ſcitur per principia, ita principia per concluſionem. *Ratio primi erroris. Ratio ſecũdi erroris.*

Errorum reprobatio per duas cõcluſiones. Deinde reprobat dictos errores, ponendo duas concluſiones.

Notanda propoſitio. Quarum prima eſt. Aliqua ſciuntur ſine demonſtratione, quia primorum principiorum demonſtrationis non eſt demonſtratio, & tamen ipſa ſciuntur ſine demonſtratione. Principia enim cognoſcimus inquantùm terminos cognoſcimus.

Impoſſibilis Secunda concluſio. Impoſſibile eſt demõſtrare circulariter,

Digitized by Google

quod probat tribus rationibus. *eſt demonſtratio circularis.*

Prima,quia demonſtratio procedit ex notioribus,ſed impoſſibile eſt aliquid eſſe prius,& notius ſeipſo, quod tamen contingeret, ſi demonſtraretur circulariter.

Secunda ratio. In demonſtratione circulari fit regreſſus ſuper alterum principiorum: ſed concluſio non habet vim demonſtrandi,niſi ſecundum quod eſt demonſtrata per tale principium: igiur tale principium æquiualenter demonſtraretur per ſeipſum, quod eſt impoſſibile.

Tertia ratio.Demonſtratio circularis non habet fieri,niſi in his,quæ conuertuntur,vt dictum eſt in ſecundo Priorum, *Cap. 3.* ſed talia ſunt pauca, & propter talia non eſt fienda demonſtratio.

Ex quo paſſu elicitur hęc auctoritas: Propter pauca non eſt ponendum vnum genus demonſtrationis. *Auctoritas famoſa.*

Finaliter remouet vnum dubium, quoniam dictum eſt, quod demonſtratio circularis ſit in terminis cōuertibilibus, crederet aliquis,quod ex vno poſſet ſequi concluſio; hoc remouet,dicēs,quod ex vno nihil ſequitur,ſupple ſyllogiſticè. *Remouet vnum dubium.* *Ex vno nil ſequi quomodo intelligitur.*

Ex Textu Commenti, 28. & indè.

Quoniam autem impoſſibile eſt aliter ſe habere,cuius eſt ſcientia ſimpliciter, &c.

Istvd est Tertium Capitulum huius Tract.in quo Philoſophus probat demonſtrationem procedere ex neceſſarijs;quia omnis ſyllogiſmus faciens ſcire,procedit ex principijs neceſſariis,ſed omnis ſyllogiſmus demonſtratiuus facit ſcire:ergo procedit ex neceſſariis. Maior patet,qnia omnis ſyllogiſmus faciēns ſcire,facit ſcire concluſionem neceſſariam, ſed concluſio neceſſaria non ſcitur niſi per principia neceſſaria, igitur. *Demonſtratio eſt ex neceſſarijs.*

Conſequenter diffinit de omni, dicens: De omni quidem dico, quòd vtique ineſt, non in quodam quidem ſic, nec in quodam quidem non, nec aliquando quidem ſic, nec aliquando quidem non,ſed de omni,& ſemper, vt homo eſt animal,in omni linea eſt punctus. Hoc declarat à ſigno,quia nos non ferimus inſtantias contra demōſtratorem, niſi ſumat aliquam propoſitionem, in qua prædicatum conueniat alicui ſuppoſito ſubiecti,& alicui non. *De Omni quid.*

Conſequenter ponit modos per ſe,dicens,quod quatuor ſunt modi per ſe.

Digitized by Google

Primus modus per ſe quid. Primus, quando prædicatum eſt de ratione ſubiecti, vt linea per ſe ineſt triangulo, & punctus lineæ, quia ſubſtantia eorum ex his eſt, id eſt in definitione ſubſtantiali trianguli ponitur linea, & in diffinitione lineæ punctus. *Secundus modus per ſe quid.* Secundus modus, per ſe eſt, quando propria paſſio prædicatur de ſubiecto. Et dat quatuor exempla. Primum eſt rectū, vel circulare, reſpectu lineæ: ſecundū par, vel impar, reſpectu numeri: tertium eſt, primum, vel compoſitum, reſpectu numeri: quartum, æquilaterum, vel altera parte longius, reſpectu trianguli, & iſti duo modi per ſe dicuntur modi dicēdi. *Tertius modus per ſe quid.* Tertius eſt, quando illud, quod dicitur per ſe, non dicitur de aliquo ſubiecto, per quod exiſtat, cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ primæ, & iſte modus dicitur modus eſſendi per ſe. *Quartus modus per ſe quid.* Quartus eſt, quando in ſubiecto includitur cauſa, vel ratio, propter quam prædicatum ſibi ineſt, vt interemptum, interijt. Et ſubdit quod in ſimpliciter ſcibilibus, id eſt in demonſtrationibus reperiuntur duo modi per ſe, ſcilicèt, primus, & ſecundus. Subdit etiam, quod quæcunque per ſe inſunt, neceſſario inſunt, quia quęcunque per ſe inſunt, non contingit non ineſſe, igitur neceſſariò inſunt. Antecedens eſt notum de his, quę per ſe primò inſunt: ſed de his, quæ per ſe ſecundo inſunt, patet, quia talia prędicata, aut ſunt ſimplicia, aut compoſita ex duobus oppoſitis diſiunctim, & vtroque modo iſta neceſſariò inſunt, vt lineæ neceſſariò ineſt rectum, vel obliquum.

Quid eſt Vniuerſale. Conſequenter diffinit Vniuerſale dicens, quod vniuerſale eſt, quod eſt de omni, de per ſe, & de ſecundum quod ipſum, id eſt conuertibiliter ſe habens cum ſubiecto. Secundam partem probat per exempla, nam punctus per ſe ineſt lineæ, & ſecundū quod ipſum, ſimiliter rectum, & curuum inſunt per ſe lineæ, & ſecundum quod ipſum. *Per ſe, & ſecundum quod ipſum idem ſunt.* Et ſubdit, per ſe, & ſecundum quod ipſum idem ſunt, ſed non conuertibiliter, quia in plus ſe habet de per ſe, quam ſecundum quod ipſum.

Ex Textu commenti 28. & indè.

Remouentur tres errores circa determinationē Vniuerſalis.

Oportet autem non latere, quoniam multoties contingit peccare, & non eſſe vniuerſale &c.

ISTVD eſt quartum Capitulum, in quo remouet tres errores incidentes circa aſſignationem vniuerſalis. Primus error eſt, quando ſub aliquo ſuperiori non poſſumus inuenire niſi vnum ſingulare, ſi illi ſingulari aſſignetur paſ-

ſio ſuperioris tanquam ſubiecto adæquatio eſt error, vt ſi habere tres aſſignaretur per ſe adæquatè primo iſocheli, eſt error.

Secundus error eſt, quando aliqua paſſio ineſt pluribus differentibus ſpecie, quorum ſuperiori non eſt nomen impoſitum, ſi contingat, demonſtrare illam paſſionem ſuperioris de aliquo illorum tanquam de ſubiecto primo, eſt error, vt cõmutatim proportionari ineſt numeris, lineis, corporibus, & temporibus, & illa non habent ſuperius nominatum, de quo huiuſmodi paſſio primo poſſit demonſtrari, ideo ſi de vno illorum demonſtretur, eſt error. *Quomodo erratur circa Vniuerſale.*

Tertius error contingit, ſi paſſio inferioris demonſtretur de ſuperiori tanquam de ſuo primo ſubiecto, vt ſi non concurrere, quod eſt paſſio linearum paralellarum, demonſtratur de lineis rectis tanquam de ſubiecto primo, error eſt.

Finaliter ponit duo documenta ad debitè aſſignandum Vniuerſale. Primum. Si aliqua duo ſubiecta ſint pænitus idem, tunc ſi aliqua paſſio demonſtretur de vno tanquam de ſubiecto primo, etiam poteſt demonſtrari de alio tanquam de ſubiecto prius. Secundum documentum. Si aliqua paſſio inſit pluribus ſubiectis, & velimus ſcire cui illorum ineſt tanquam ſubiecto primo, videndum eſt, quo illorum poſito ponatur paſſio, & quo remoto ipſa remouetur, quia tunc illud eſt ſubiectum, vt iſtis tribus, figuræ, triangulo, & iſocheli, ineſt hæc paſſio, habere tres, quæ ponitur poſito triangulo, & remouetur ipſo remoto, ideo triangulus eſt eius primum ſubiectum.

Ex Textu Commenti 50. & indè.

Si igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſarijs principijs, quod enim ſcitur, non poteſt ſe habere aliter &c.

Istud eſt quintum capitulum, in quo philoſophus oſtendit, quòd omnis demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe. Et intendit ſeptem concluſiones.

Prima eſt, Demonſtratio procedit ex propoſitionibus per ſe, quia demonſtratio eſt ex neceſſariis, ſed propoſitiones per ſe ſunt neceſſariæ: ergo procedit ex propoſitionibus per ſe. Maiorē probat duabus rationibus, & vno ſigno. Prima eſt, quia illud quod demonſtratur, puta ipſa concluſio eſt neceſſaria: ergo demonſtratio eſt ex neceſſarijs, quia neceſſariū nō ſcitur niſi ex neceſſarijs. Secūda ratio, quia demōſtratio procedit ex illis, quæ ſunt per ſe: ſed illa, quæ ſunt per ſe, inſunt per ſe primo, vel ſecundo modo, & quodlibet illorum eſt neceſſarium: igitur. Deinde probat à ſigno, quia ex illis eſt *Demōſtratio procedit ex propoſitionibus per ſe. Neceſſariū non ſcitur niſi ex neceſſarijs.*

demonſtratio, propter quorum defectum ferimus inſtantiā contra demonſtratorem, & hoc eſt quando præmiſſæ non ſunt neceſſariæ: igitur.

Secunda concluſio. Secunda concluſio. Neceſſarium non ſcitur niſi ex neceſſariis: probat duabus rationibus.

Probat per rationes. Prima. Nullus ſcit aliquid niſi cognoſcat illud, propter quod eſt verum, ſed neceſſarium non eſt verum propter medium contingens, igitur oportet tale medium eſſe neceſſarium. Secunda ratio, quia ſi res ſit ſalua.i.ſcibilis, & tu ſis ſaluus.i.non corruptus, & nihil ſis oblitus, & illud medium contingens ſit mutatum, per quod tu ſciebas concluſionem, tunc nihil es oblitus, & tamen tu neſcis illud medium, quia eſt mutatum: ergo tu non ſciuiſti illam concluſionem per illud medium. Et ſubdit, quòd non impedit, ſupponatur tale medium contingens eſſe falſum, quia poſſibili poſito ineſſe, nullum ſequitur impoſſibile. *Poſſibili poſito ineſſe, nullum ſequitur impoſſibile.* Tertia concluſio. Quamuis neceſſarium non demonſtretur niſi ex neceſſariis, tamen benè ſyllogizatur ex non neceſſarijs. *Tertia concluſio.* Quod probat per ſimile, quia verum benè ſyllogizatur ex non veris.

Quarta cõcluſio. Quarta concluſio. Ex neceſſariis non ſyllogizatur niſi neceſſarium, ſicut ex veris non ſyllogizatur niſi verum.

Quinta cõcluſio. Quinta concluſio. Si concluſio non ſit neceſſaria, præmiſſæ non ſunt neceſſariæ, patet, per concluſionem præcedentem.

Sexta concluſio. Sexta concluſio. Concluſio demõſtrationis eſt per ſe, quia omnis propoſitio neceſſaria, ſaltem intrans demonſtrationem eſt per ſe, ſed concluſio demonſtrationis eſt neceſſaria: igitur.

Septima concluſio. Septima concluſio. Demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe, quia demonſtratio eſt ex propoſitionibus neceſſarijs, ſed omnes propoſitiones neceſſariæ, quæ.ſ. intrant demonſtrationem propter quid, ſunt huiuſmodi, igitur. *Inſtantia.* Si quæreret quis, quare ergo quæritur de conſenſu reſpondentis circa pręmiſſas contingentes, ſi non poteſt demonſtrari cõcluſio neceſſaria per præmiſſas contingentes? *Reſponſio.* Reſpondetur per Ariſt. quod hoc ideo eſt, quia ſi præmiſſæ concedantur, oportet concedere concluſionem, & non quod concluſio, neceſſaria demonſtretur per ipſas. Et ſic infert, quod nulla eſt demonſtratio concluſionis contingentis, cum poſſit aliter ſe habere, nec contingentes erunt demonſtrationis medium. *Concluſionis contingentis eſt demonſtratio.*

Digitized by Google

Ex Textu Com. 56. & indè

Propter ipſum autem oportet, & medium tertio, & primum medio ineſſe, &c.

Istvd eſt Sextum Capitulum, in quo philoſophus oſtẽdit Demonſtrationem procedere ex vniuerſalibus, & intendit ſex concluſiones. *Quod demonſtratio procedat ex vniuerſalibus probatur ſex rationibus.*

Prima. Omnis demonſtratio eſt ex vniuerſalibus, quia omnis demonſtratio propter quid, & potiſſima eſt ex propoſitionibus, quæ ſunt per ſe, & ſecundum quod ipſum; ergo omnis demõſtratio eſt ex propoſitionibus vniuerſalibus. *1. Conclu.*

Secunda concluſio. Non contingit demonſtratorem deſcendere de genere in genus, ſic quod per principia vnius ſciẽtiæ nõ poteſt demonſtrari concluſio alterius ſciẽtię. Et dicit, quod in demonſtratione ſunt tria. ſ. dignitas, paſſio, & ſubiectum. Concluſionem probat, in qualibet demonſtratione propter quid extrema debent eſſe eiuſdem generis cum medio, hoc eſt debent conuerti cum medio, ſed impoſſibile eſt, quod medium vnius ſcientiæ conuertatur cum extremis alterius ſcientiæ, igitur. Ex quo infert duo corollaria. *2. Conclu.* *In demonſtratione ſunt tria.* *Duo Corollaria.*

Primum. Vna ſcientia non demonſtrat aliquid de ſubiecto alterius ſcientiæ, vt Geometria non demonſtrat, quod contrariorum eadem eſt diſciplina per medium propriũ eius.

Secundum corollarium. Vna ſcientia non demonſtrat omnia de ſuo ſubiecto, quæ ſibi inſunt, ſed ſolum, quæ ſibi inſunt ſecundum quod ipſum, cuiuſmodi ſunt paſſiones vt Geometer nõ demonſtrat rectã lineam eſſe pulcherrimã.

Tertia concluſio. Neceſſe eſt concluſionem demonſtrationis eſſe perpetuam, quia demonſtratio eſt ex vniuerſalibus. & neceſſarijs, quæ ſunt perpetua, igitur. *3. Conclu.*

Quarta concluſio. Corruptibilium non eſt demonſtratio, nec ſcientia, quia ſcientia eſt ex vniuerſalibus, & neceſſariis, quæ ſunt perpetua, igitur Ex quo infert vnum corollarium, quod diffinitio non eſt corruptibilium, quia diffinitio eſt principium, vel finis demonſtrationis, vel tota demonſtratio poſitione differens. Et ſi quis obiiciat, illorum, quæ aliquando ſunt, & aliquando non ſunt, eſt ſcientia, vt de eclypſi lunæ, igitur non eſt ex his, quæ ſunt incorruptibilia. Reſpõdet, quod quamuis eclypſis lunæ, & ſimilia non ſemper ſint, tamen inquantùm de ipſis eſt demonſtratio, ſemper ſunt. *4. Conclu.* *Diffinitio non eſt corruptibilis.* *Obiectio.* *Reſponſio.*

Quinta concluſio. Demonſtratio propter quid non debet conſtitui ex principiis communibus, quia vnum quodque debet demõſtrari ex his, quæ faciunt ſcire ſecundũ quod ipſũ, ſed principia cõmunia, licèt ſint vera, & indemonſtrabilia, nõ *5. Conclu.*

tamen faciunt ſcire ſecundum quòd ipſum, igitur, &c.

6. Conclu.

Sexta concluſio. Nulla ſcientia habet demonſtrare ſua principia, quia ſcientia procedit ex prioribus, & notioribus, ſed in ſcientia nihil eſt prius, aut notius ſuis principijs: igitur.

Sciētiæ ſpeciales quomodo vtūtur principijs communibus.

Ex textu commenti 72. & indè.

Difficile autem eſt noſcere ſi ſcivit, aut non, difficile eſt enim noſcere ſi ex vniuſcuiuſque &c.

Difficile cognoſcimus quando aliquid ſcimus.

ISTVD eſt ſeptimū capitulū in quo philoſ. oſtēdit quomodo ſcientiæ ſpeciales vtuntur principijs communibus. Et dicit primò, quod demonſtratio non deſcendit de genere in genus, niſi vbi vna eſt ſubalternans, & altera ſubalternata, vt Arithmeticæ ſubalternatur Muſica. Et dicit, quod difficilè eſt cognoſcere, quando aliquid ſcimus, vel non, quia non ex quibuſcunque principijs etiam immediatis contingit ſcire, ſed ſolum ex principijs proprijs.

Principia propria alicuius ſcientiæ ſunt propoſitiones veræ.

Vnde propria principia alicuius ſcientiæ ſunt propoſitiones veræ, quas non contingit demonſtrare. Ex quo ponit aliquas ſuppoſitiones.

Principiorū diuiſio.

Prima. Principiorum alia ſunt propria, & alia ſunt communia. Exemplum de propriis, vt in Geometria linea eſt longitudo ſine latitudine, cuius extremitates ſunt duo puncta: ſimiliter iſta, rectum eſt, cuius medium non exit ab extremis. Exemplum de communibus, ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent ſunt æqualia, & eſt commune geometriæ, & Arithmeticæ.

Nulla ſcientia vniuerſalis vtitur principio communi.

Secunda ſuppoſitio. Nulla ſcientia ſpecialis vtitur principio cōmuni manente in ſua communitate, ſed ſolùm vtitur eo contracto per terminos proprios. Primam partem probat, quia principium commune manens in ſua communitate eſt indifferens ad diuerſas ſcientias ſpeciales, igitur vna non poteſt magis vti eo, quam alia. Secundam partem probat, quia ſi cōtrahatur per teminos proprios, iam appropriatur tali ſciētiæ. Vnde in Geometria ſic contrahitur, ſi ab æqualibus magnitudinibus, &c. ad arithmeticam ſic cōtrahitur: ſi ab æqualibus numeris, &c.

De principijs proprijs alicuius ſcientiæ præſupponitur quid eſt, & quia eſt.

Tertia ſuppoſitio. Principia propria alicuius ſciētiæ ſpecialis ſunt illa, de quibus præſupponitur quid eſt, & quia eſt, vt: Arithmetica præſupponit de vnitate, quid eſt, & quia eſt, & ſimiliter dicatur de aliis ſcientiis, vt Geometria præſupponit quid eſt, & quia eſt de magnitudine.

Tria ſunt in omni demōſtratione.

Ex quo infertur, quod tria ſunt in demonſtratione, de quibus aliqua præſupponunt. ſ. ſubiectum, paſſio, & dignitas. Et ſi quis

ſi quis quærat, vtrū in qualibet ſciētia oporteat illa in principio narrare, ſeu de ipſis mentionē facere? Reſpōdet Philoſophus, quòd nō, quia illa aliquādo ſunt ita nota, quod non oportet, de ipſis mentionem facere. *Obiectio. Solutio.*

Quarta ſuppoſitio. Dignitas, Suppoſitio, & Petitio in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt. Conueniunt in hoc, quod ſunt propoſitiones per ſe veræ, ſed differūt, quia dignitas, eſt propoſitio oībus per ſe nota, nō egens aliquo extrinſeco, ſed ſufficit ei ratio, q̄ eſt in anima, & contra eā non ſit inſtātia, nō autē ſuppoſitio, & petitio, nā dignitas eſt principiū verum ex ſe euidēs, ab oībus communiter conceſſum, vt de quolibet affirmatio, & negatio, & de nullo ambo ſimul. *Dignitas, ſuppoſitio, petitio, & diffinitio quomodo differunt.*

Sed ſuppoſitio eſt principiū, in aliqua ſcientia, nec ita euidens, quin non indigeat aliqua probatione, quia non eſt ab omnib⁹ conceſſum. Sed petitio eſt propoſitio, cui neq; addiſcēs aſſentit, neq; contrariū eius opinatur. Deinde ponit differentiam inter poſitionem, petitionem, & quæſtionem. *Suppoſitio & petitio quid ſint.*

Vnde poſitio dicitur ſuppoſitio, vt eſt conceſſa ab adiſcēte, ſed dicitur petitio prout nec eſt negata, nec conceſſa ab adiſcente, ſed dicitur quæſtio prout eſt ab eo negata. Conſequenter ponit tres differentias inter diffinitionē, & ſuppoſitionē. Prima, quia ſuppoſitio dicit eſſe, vel nō eſſe, hoc eſt, eſt affirmatiua, vel negatiua, diffinitio verò non. *Differētia inter poſitionē, petitionē, & quæſtionem.*

Secūda, quia diffinitio non ſubordinatur cōceptui cōplexo ſiue complexione diſtanti, ſed benè ſuppoſitio. *Tres differentiæ inter diffinitionē, & ſuppoſitionem.*

Tertia, quia ex ſuppoſitionibus debitè ordinatis infertur concluſio, ſed non ex diffinitionibus.

Et ſi quis dicat, in ſcientiis aliquādo ſupponuntur falſa, ergo malè dicitur, quòd ſuppoſitio eſt vera. Antecedens patet, nā Geometer aliquādo ſupponit lineā eſſe bipedalē, quę non eſt bipedalis. Reſpōdet Philoſ. quod Geometer nō ſupponit de linea ſcripta in pariete, quod ſit bipedal. ſed ſupponit illud de linea, quæ per eā intelligitur. Conſequenter, & finaliter infert vnū Corollarium cōtra Platonē, dicens: quod propter demōſtrationē non eſt neceſſe ponere, vniuerſalia eſſe aliquid vnū extra animam, licèt vniuerſale ſit vnum in multis, & de multis, vt alias viſum eſt. *Obiectio.*

Ex Textu Commenti 85. & indè.

Contingere autem idem ſimul affirmare, & negare, neq; vna quidem recipit demonſtratio, &c.

Istvd eſt Octauū Capitulū, in quo Philoſ. oſtendit quomodo primū principium intrat demōnſtrationem, dicens; quòd iſtud principiū, Non contingit idē ſimul eſſe, & nō eſ- *Primum principium quomodò in*

Digitized by Google

greditur demonſtrationem.

ſe,non ingreditur demonſtrationē oſtenſiuā. Quod probat, quia ſi aliqua demonſtratio oſtenſiua vteretur illo principio, hoc eſſet ex parte maioris extremitatis: ſic arguendo, omnis homo eſt animal,& nō eſt non animal, Callias eſt homo, ergo Callias eſt animal,& nō eſt non animal. Vel eſſet ex parte medij in maiori propoſitione, vel minoris in minori, ſed nullū illorum eſt dicendū, quia negatio ſumpta cū affirmatione nihil facit quod ad veritatē, licēt virtute præmiſſarū aliquid faciat ad inferendum talem, vel talem concluſionem.

Primum principium ingreditur demonſtrationē ſi contrahatur.

Deinde ponit talē concluſionē. Primum principium benè ingreditur demonſtrationē ad impoſſibile, ſi contrahatur in tali demonſtratione, quia in tali demonſtratione, aliquid demōſtratur verū per hoc, quòd eius oppoſitū eſt falſum, quod non poteſt fieri ſine primo principio. Sed quòd debeat eſſe contractum, patet, quia demonſtratio oſtenſiua fit ex proprijs terminis; ergo & demonſtratio ad impoſſibile, patet, quia demonſtratio ad impoſſibile, & demonſtratio oſtenſiua fiunt ex eiſdem terminis.

Demōſtrator nō interrogat de vtraque parte contradictionis. Dialecticus verò vtrūq; concludit diuerſimodè. Dialecticā nō eſſe circa determinatum genus ſcientiarum, ad omnes tamen applicabilē.

Finaliter ponit quædam incidentia. Primùm, Omnes ſcientiæ ſpeciales in hoc conueniunt, quia communicant in principijs communibus, quibus vtuntur, non in ſua communitate manentibus, ſed contractis ex illis, ex quibus demonſtrant. Secundùm incidens: Dialectica, & etiam Metaphyſica, quæ ſunt ſcientiæ communes, vtuntur his principijs, nō tamen quòd demonſtrent illa principia, cum demonſtrent tantùm vnam partē, contradictionis ſ. veram. Nā demonſtrator non interrogat de vtraq; parte contradictionis: Dialectica verò vtramq; concludit: non per eundē ſyllogiſmum, ſed per diuerſos. Et ſubdit finaliter, quod Dialect. non eſt circa determinatum genus, ſicut ſunt alię ſcientiæ ſpeciales. Et hoc intelligitur de Dial. vtente, & quo ad applicationem, quia Dialect. eſt applicabilis ad omnes alias ſcientias ſyllogizādo, & demonſtrando ex terminis aliarum ſcientiarum.

Ex Textu Commenti 89. & indè.

Si autē idem eſt interrogatio ſyllogiſtica, & propoſitio, &c.

Cuiuslibet ſcientiæ propriæ interrogationes. Differētia interrogationū a principijs.

ISTVD eſt Nonum Capitul. in quo Philoſophus oſtendit, quod ſicut demonſtratio requirit propria principia, ita requirit proprias interrogationes, ponēs talem concluſionem. In qualibet ſciētia ſunt proprię interrogationes. Probat, quia vnaquæque ſcientia habet proprias propoſitiones, ergo proprias interrogationes: cōſequentia patet, quia illud, quod primo eſt interrogatio, eſt poſtea propoſitio. Differunt autē interrogationes à principijs, quia principia alicuius ſcientiæ

non poſſunt demonſtrari in illa ſcientia, ſed interrogationes bene demonſtrantur. Ex quo infert aliqua corollaria. Primũ. Non omnis interrogatio eſt Geometrica, nec Medicinalis, & ſic de alijs, ſed illa dicitur Geometrica, q̃ ex proprijs principiis, Geometriæ demonſtratur, vel quæ ex propriis terminis Geometriæ eſt conſtituta, & proportionabiliter dicatur de aliis interrogationibus. Secundum Corollarium. Non pertinet cuilibet artifici facere quamlibet interrogationem, neque ad quamlibet reſpondere, ſed ſolùm ad determinatas, & proprias illius ſcientiæ. Tertium Corollarium. Si aliquis diſputat cum habente Geometriam per principia Geometriæ, tunc benè diſputat ſed ſi nõ diſputet per principia Geometriæ, nõ benè diſputat quia per talem diſputationem non poterit Geometer redargui, etiam de tali diſputatione non poteſt cognoſci, an aliquis malè, aut benè diſputet. Conſequẽter mouet tres q̃ſtiones circa interrogationes ſcientiarũ.

Corollariũ ex eiſdem.

Prima, vtrum, ſicut ſunt aliquæ interrogationes Geometricæ, ita etiam ſint aliquæ non Geometricæ, & ſimiliter in aliis ſcientiis?

Quæſtiones circa interrogationes ſcientiarũ.

Secunda quæſtio. Vtrum interrogationes facientes ignorantiam, in Geometria, ſint non Geometricæ?

Tertia quæſtio. Vtrum ſyllogiſmus procedens ex oppoſitis principiorum alicuius ſcientiæ, dicatur paralogyſmus, aut ſyllogiſmus ſecundum ignorantiam? Reſpondet primo, quo ad primam quæſtionem, quod aliqua eſt interogatio non Geometrica, quia interrogatio muſica eſt interrogatio non Geometrica: igitur. Ad ſecundam dicit: quod dupliciter interrogationes aliquæ poſſunt dici non Geometricæ. Vno modo, quia nullo modo ſunt Geometricæ, ſicut illæ, quæ non conſtituuntur ex terminis Geometricis. Alio modo, quia aliquid habent de Geometria, tamen prauè, ſicut sũt interrogationes compoſitæ ex terminis Geometriæ, quæ tamen ſunt falſæ, quod declarat per ſimile. Nam arithmõ vno modo dicitur, quod nullo modo ſonat, alio modo quia prauè ſonat. Ad tertiã reſpõdet, quod ex quo interrogationes faciẽtes errorem in Geometria ſumunt oppoſita principiorum, ſyllogiſmus procedens ex illis dicitur ſyllogiſmus ſecundum ignorantiam. Finaliter ponit quinque differentias inter ſcientias doctrinales, & Dialecticas. Prima, quia in ſciẽtiis doctrinalib. ſiue demonſtratiuis non fit paralogiſmus, ſed benè in Dialecticis. Quod probat, quia in ſcientiis doctrinalib. maior extremitas, dicitur vniuerſaliter de medio, & medium de minori extremitate, ſed hoc excludit omnem dubi-

Solutio triũ quæſtionũ.

Scientiæ doctrinalis, & Dialecticæ diſcrimina, quinque.

tationem in ſyllogiſmo: igitur. Minor probatur per ſimile, quia ſicut in paralogiſmis, puta in iſto, omnis circulus eſt figura, carmen Homeri eſt circulus, ergo carmen Homeri eſt figura, excluditur dubitatio per demonſtrationē ad ſenſum, puta demonſtrando aliquē circulum in pariete deſcriptū, ita in ſcientijs demonſtratiuis excluditur dubitatio, ſeu latentia per diffinitionē. Vnde circulus accipitur dupliciter. Vno mō pro metro, ſicut carmen Homeri dicitur circulus. Alio modo capitur circulus pro linea circulari.

Circulus bifariam capitur.

Secunda differentia, in ſcientijs doctrinalibus non infertur inſtantia, niſi vniuerſalis, ſed in Dialecticis infertur inſtātia, tam vniuerſalis, quam particularis, igitur.

Tertia differentia, quia in ſcientiis doctrinalibus frequēter omittitur forma ſyllogiſtica, vt probat per exēplum Zenonis, qui arguebat ex puris affirmatiuis in ſecunda figura, quæ eſt bona argumentatio gratia materiæ, cū termini ſint conuertibiles. Arguebat ſic. Omne, quod generatur in multiplicata analogia citò generatur, ſed ignis citò generatur, ergo ignis generatur in multiplicata analogia: Sed in Dialecticis non poteſt ita omitti forma ſyllogiſtica. Vnde illa ſunt generata in multiplicata analogia, quando magnitudo eſt multiplex ad magnitudinem eius, ex quo generatur, ſicut ignis genitus ex aëre, in decuplo eſt maior ipſo aëre, ex quo generatur.

Quarta differentia. In demonſtrationib. doctrinalib. fit facilior reſolutio, quā in Dialect. quia in doctrinalibus fit reſolutio tātùm ad vnū. ſ. ad verum, ſed in Dialecticis poteſt fieri reſolutio, & ad verum, & ad falſum, inō facilius eſt reſoluere in vnum, quàm in multa, igitur.

Quinta differentia. Demonſtrationes doctrinales nō poſſunt augeri per diuerſa media, cùm in demōſtratione propter quid, & potiſſima ſit tātum vnū medium: ſed in ſciētijs Dialect. poſſunt ſyllogiſmi Dialectici augeri per diuerſa media, cū eadem concluſio poſſit per diuerſa media Dialecticæ augeri, poſſunt tamen demonſtrationes doctrinales augeri in poſt aſſumendo, & in latus aſſumendo.

Ex Textu Commenti 95. & indè.

Sed quia differt, & propter quod tres primum quidem eadem ſcientia, & ex hac dupliciter, &c.

Demonſtratio propter quid, & quia quomodo differunt.

ISTVD eſt Decimum Capitulum, in quo Philoſoph. ponit duas differentias inter demonſtrationem propter quid, & demonſtrationem quia eſt. Prima. Demonſtratio propter quid procedit per cauſam propinquam, ſed demōſtratio quia eſt, procedit per cauſā remotā, vt omne quod reſpirat, eſt animal: ſed nullus paries eſt animal, ergo nullus

paries reſpirat. Ecce quomodo ibi iſta demonſtratio procedit per cauſã remotam, quia non eſſe animal non eſt cauſa nõ reſpirandi, ergo nec eſſe animal eſt cauſa propinqua reſpirãdi, quia ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationẽ, ita negatio ad negationẽ. Dat aliud exemplũ. Apud Scytas non ſunt vites, ergo apud Scythas non ſunt ſibilatores.

Demõſtratio propter quod procedit per cauſam propinquã, quia eſt, per remotam.

Secunda differẽtia, quia demonſtratio propter quid, procedit per cauſam, ſed demonſtratio quia eſt, procedit per effectum. Vt ſi arguatur ſic. Quæcunque ſtellæ non ſcintillant ſunt propè nos: ſed planetæ non ſcintillant: ergo planetæ ſunt propè nos, hîc.n. demonſtratur eã per effectum, cum non ſcintillare ſit effectus, & eſſe propè nos eſt cauſa: ſi autẽ conuertatur argumentum, erit demonſtratio propter quid.

Demõſtratio propter quid procedit ex cauſa, quia eſt ex effectu.

Dat aliud exemplum, ſic arguendo. Quicquid creſcit, & decreſcit per portiones arcuales, eſt circularis figuræ: ſed luna creſcit, & decreſcit per portiones arcuales: ergo luna eſt circularis figuræ: ibi eſt demonſtratio quia eſt, quæ ſi cõuertatur, erit demonſtratio propter quid.

Ex iſtis infert vnum Corollariũ, dicens, quod demonſtratio propter quod pertinet ad ſcientiam ſubalternantem, & demonſtratio quia eſt, ad ſcientiam ſubalternatam Dat exẽplum de ſcientia ſubalternante, vt Geometria reſpectu Perſpectiuæ, & Arithmetica reſpectu Muſicæ, & Aſtrologia reſpectu ſciẽtiæ naualis, quæ conſiderat ſigna ſerenitatis, & tẽpeſtatis. Vnde iſtæ ſcientiæ ſic ſe habent, quod vna earum cõſiderat ſpeciem, & alia conſiderat genus, id eſt ſubiectum ſcientiæ ſubalternantis contrahitur ad ſubiectum ſcientiæ ſubalternatæ per differentiam accidentalem.

Demonſtratio propter quid pertinet ad ſciẽtiã ſubalternantem, quia eſt ad ſubalternatam.

Iſtarũ ſcientiarum alia genus, alia ſpeciẽ conſiderat.

Deinde remouet vnum dubium, quia ex quo dictum eſt, quod demonſtratio propter quid pertinet ad ſcientiam ſubalternantem, & quia eſt ad ſcientiam ſubalternatam, ideo crederet aliquis, quod in ſcientia ſubalternata nunquam fieret demonſtratio propter quid. Reſpondet, quòd demonſtrationes propter quid, benè etiam fiunt in ſcientia ſubalternata, & hoc capiendo ſcientiam ſubalternatam largè, quia ſcientia ſubalternata reſpectu vnius benè poteſt eſſe ſubalternans reſpectu alterius, vt Perſpectiua, quę eſt ſubalternata Geometriæ, eſt ſubalternans reſpectu ſcientiæ de Iride.

Dubij remotio.

Ex iſtis finaliter infert quòd demonſtratio propter quid, & demonſtratio quia eſt, fiunt in ſcientiis, quarum vna eſt ſubalternans, & alia ſubalternata, fiunt etiã in ſcientiis diſparatis, vt ſunt Medicina, & Geometriã. Vnde Medicus cognoſcit, quia eſt illius cõcluſionis, vulnera circularia tardius,

In quibus ſcientijs demonſtratio propter quid, & quia eſt fiũt.

Digitized by Google

ſanãtur quã oblonga,ſed Geom.cognoſcit talē propter quid·

Ex Textu Commenti. 103. & indè.

Figurarum autem,magis faciens ſcire, maximè eſt prima, Mathematicæ enim ſcientiarum, &c.

Demonſtratio,in qua figura fiat. Probatur vno ſigno & rationib. trib.

ISTVD eſt Vndecimum Cap.in quo Philoſophus determinat de forma ipſius demonſtrationis, oſtendendo, in qua figura habeat fieri ,ponens talem concluſionem.

Prima figura,id eſt primus modus primæ figuræ facit magis ſcire, quàm aliquis alius : probat vno ſigno,& tribus rationib. Signo : Mathematicæ ſciētiæ,quæ maximè ſunt ſciētiæ,faciunt demōſtrationes per primum modūprimæ figuræ.

Prima ratio. Illa figura maximè facit ſcire, quæ facit ſcire propter quid,ſed prima figura facit ſcire propter quid, igitur demonſtratiodebet fieri in tali figura.

Secunda ratio. Illa figura maximè facit ſcire,perquam demōſtratur diffinitio de diffinito,ſed prima figura eſt huiuſmodi,igitur. Minoré probat, quia diffinitio prædicatur vniuerſaliter,& affirmatiuè de diffinito,ſed ſolus primus modus primę figuræ poteſt cōcluderevniuerſalē affirmatiuā : igitur.

Tertia ratio. Illa figura magis facit ſcire, qua indigent aliæ figuræ,& quæ non indiget alijs figuris, ſed prima figura eſt huiuſmodi, igitur.

Ex Textu Com. 104.& indè

Sicut autē a,in b,eſſe cōtingit indiuidualiter,ſic & nō eſſe, &c.

Propoſitio negatiua immediata dabilis, & quot modis dicitur mediata.

ISTVD eſt vltimum Capitul.huius primi Tractatus,in quo Philoſophus oſtendit aliquampropoſitionem negatiuam eſſe immediatam,ponens talem concluſionem. Sicut aliquæ propoſitiones affirmatiuæ ſunt immediatæ, ità aliquæ negatiuæ,& ſicut ſunt aliquæ affirmatiuæ mediatæ, ita aliquæ negatiuæ mediatæ. Et ſubdit, quod propoſitio negatiua tribus modis dicitur m diata.

Prædicamētorū coordinationes impermixtæ.

Primò,quando ſubiectum eſt in aliquo toto,id eſt continetur ſub aliquo ſuperiori, & prædicatum non cōtinetur ſub illo,vt nullum animal eſt quantitas.

Secundò,quādo prædicatum eſt in aliquo toto,ſub quo nō eſt ſubiectū,vt nulla ſubſtantia eſt albedo.

An ſint aliquæ propoſitiones negatiuæ immediatæ.

Tertiò,quādo prædicatū eſt in aliquo toto,ſub quo nōeſt ſubiectū,ſed eſt ſub alio, vt nullum animal eſt caliditas. Ex quo infert, quod extremū propoſitionis poteſt cōtineri ſub aliquo,ſub quo non continebitur,aliud extremum, quia coordinationes prædicamentorum ſunt impermixtæ. Finaliter declarat,quòd aliq propoſitiones negatiuæ ſunt immediatæ, dicens,quòd quando neutrum extremorum propoſitionis continetur ſub aliquo toto, tunc illæ propoſitiones dicuntur immediatæ, vt nulla ſubſtantia eſt quantitas. Quod

probat, quia ſi tales propoſitiones haberēt mediū, tunc neceſſe eſſet alterum extremorum eſſe in aliquo toto, in quo non eſt aliud, & ſic poſſet ſyllogizari in aliqua figura, quod eſt falſum, igitur.

Ex Textu Commenti.109. & indè.

Ignorantia autem non ſecundum negationem, ſed ſecundum diſpoſitionem dicta eſt, &c.

Iste eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de ſyllogiſmo ignorantiæ, & continet vnicum Capitulum, quod diuiditur in duas partes. *Syllog. ignorātia quis.*

In prima parte dicit, quòd duplex eſt ignorantia: quædam eſt puræ negationis, alia eſt prauæ diſpoſitionis. Et primò ponit ſex concluſiones de ignorantia prauę diſpoſitionis. Prima concluſio. Vniuerſalis affirmatiua falſa in prima figura in ſyllogiſmo ignorantiæ concluditur ex duabus falſis, ſiue in toto, ſiue in parte. *Et quotuplex eſt ignorantia. De ignorātia praua diſpoſitionis 6. concluſiones.*

Secunda concluſio. Vniuerſalis negatiua falſa in prima figura concluditur per ſyllogiſmum ignorantiæ ex ambabus falſis, vel ex vna vera, & altera falſa.

Tertia concluſio. Vniuerſalis negatiua, falſa in ſecunda figura concluditur per ſyllogiſmum ignorantiæ ex ambabus in parte falſis, & ex vna vera, & altera falſa, ſiue fuerit maior, ſiue minor. Quarta concluſio. Vniuerſalis negatiua falſa, cōcluditur in prima figura ex ambab. negatiuis per ſyllogiſmū ignorantiæ in parte falſis.

Quinta concluſio. Vniuerſalis negatiua falſa, concluditur per ſyllogiſmum ignorantiæ in ſecunda figura ex ambabus negatiuis falſis, ſiue ex vna vera, & altera falſa.

Sexta concluſio. Vniuerſalis affirmatiua falſa, concluditur in prima figura per ſyllogiſmum ignorantiæ ex ambabus falſis, & ex vna vera, & altera falſa, per medium non proprium. Vndè medium proprium eſt, per quod fit ſyllogiſmus contradictionis ad oſtendendum contrariam, vel contradictoriam concluſionis. In ſecunda parte oſtendit quomodo cauſatur in nobis ignorantia puræ negationis, dicens, quod deficiente nobis aliquo ſenſu à natura, neceſſe eſt ſcientiam nobis deficere de proprijs ſenſibilibus illius ſenſus. Probat, quia nos non capimus ſcientiam niſi per demonſtrationem, aut inductionem, ſed deficiente nobis aliquo ſenſu non poteſt fieri aliquid notum nobis de ſenſibilibus illius ſenſus per demonſtrationem, aut inductionem. Probat primò de inductione, quia inductio procedit ex ſingularibus, quæ cognoſcuntur *Ignorantia puræ negationis quomodo in nobis cauſetur.*

Digitized by Google

per ſenſum. De demonſtratione probat, quia demonſtratio procedit ex propoſitionibus Vniuerſalibus, ſed propoſitiones vniuerſales cognoſcuntur per ſuas ſingulares, & ſingularia per ſenſum.

Ex textu Commenti.135.& indè.

Eſt autem omnis ſyllogiſmus per tres terminos, & hoc quidem demonſtrare poſsibile eſt. &c.

In medio demonſtrationum non eſt procedendum in infinitum.

ISTE eſt Tertius Tractatus huius libri, In quo philoſ. oſtẽdit non eſſe proceſſum in infinitum in medijs demonſtrationis, & diuiditur in tria capitula.

In primo hoc principaliter oſtendit, ponendo aliquas ſuppoſitiones.

Syllogiſmus eſt ex tribus terminis.

Prima. Syllogiſmus eſt ex tribus terminis.

Secunda. Affirmatiua ſyllogizatur ex duabus affirmatiuis, negatiua ex vna negatiua, & alia affirmatiua, & hoc in demonſtratione ſyllogiſtica, quia non oporteret in demonſtratione enthymematica.

Tertia. Ex tribus terminis fiunt duæ propoſitiones, quæ ſunt principia demonſtrationis.

Quarta. Syllogiſmus demonſtratiuus, & Dialecticus differunt, quia ſyllogiſmus demonſtratiuus non eſt ex his, quæ prædicantur per accidens, licèt benè dialecticus.

Deinde mouet tres quæſtiones.

Tres quæſtiones.

Prima, vtrum dato infinito ſubiecto ſit proceſſus in infinitum ſursùm aſcendendo in prędicatis.

Secunda quæſtio, vtrum dato ſupremo prædicato ſit proceſſus in infinitũ, deſcendendo per ſubiecta illius prædicati.

Tertia quæſtio, vtrum, extremis determinatis, poſſibile ſit media eſſe infinita. Et ſubdit, quòd prædictæ quęſtiones poſſunt moueri tàm in negatiuis, quàm in affirmatiuis, ſed non debent moueri in terminis conuertibilibus, quia inter ipſos non eſt ſupremum, nec infimum ſubiectum.

Prædictarũ quæſtionũ ſolutio.

Conſequenter ſoluit prædictas quæſtiones. Et primo ſoluit tertiam, dicens quòd in affirmatiuis determinatiuis extremis impoſſibile eſt media eſſe infinita, quia ſi media eſſent infinita, nunquam contingeret deuenire ad vltimum, cum ſit impoſſibile infinita pertranſire, ergo ſi ſint extrema determinata, neceſſe eſt media eſſe finita.

Deinde hoc probat in negatiuis, dicens, quòd ſi ſit ſtatus in affirmatiuis, etiam erit ſtatus in negatiuis. Probat inductiuè in omni figura: primo in prima, quia in prima con-

cluſio negatiua oſtenditur ex maiore negatiua, & minore affirmatiua: ſed ſi in illa affirmatiua ſit dabile ſubiectum, de quo primo dicatur prædicatum, etiam hoc erit in negatiua, cum omnis negatiua habeat reduci ad affirmatiuam, & hoc declarat in terminis non ſignificatis.

Sed poſſet declarari in terminis ſignificatiuis, vt ſi ſit hæc concluſio, nullus homo eſt quantitas, concludendo in prima figura per hoc medium, corpus, ſic arguendo, nullum corpus eſt quantitas, omnis homo eſt corpus: ergo nullus homo eſt quantitas: huius ſyllogiſmi maior eſt mediata, quæ iterum poteſt probari, aſſumendo illud medium de quo primo negatur vniuerſaliter quantitas. Et arguatur ſic. Nulla ſubſtantia eſt quantitas, omne corpus eſt ſubſtantia: ergo nullum corpus eſt quantitas.

Deinde ſoluit quandam obiectionem; poſſet enim aliquis dicere, quod licèt ſit ſtatus in eadem figura, non tamen in diuerſis, vt ſyllogizando nunc per vnam, nunc per aliam. Reſpondet quod ſi quælibet illarum ſit finita, etiam omnes ſimul ſumptæ erunt finitæ. Finita enim finities ſumpta non ſunt infinita. *Obiectio tacita. Solutio. Finita finitiè ſumpta non ſunt infinita.*

Conſequenter oſtendit eſſe ſtatum in ſurſum, & deorſum, ponens hanc concluſionem. In prædicationibus, & demonſtrationibus affirmatiuis extrema ſunt determinata, ita quod non proceditur in infinitum in prædicatis aſcendendo, neq; in ſubiectis deſcendendo. Et hoc probat tribus rationibus. *In prædicationibus, & demonſtrationibus affirmatiuis extrema eſſe determinata probatur tribus rationibus.*

Quarum prima eſt, quia ſi eſſet proceſſus in infinitum, hoc maximè eſſet in prædicationibus eſſentialibus, ſed hoc non, quia tunc non contingeret aliquid diffiniri, quia in diffinitione alicuius debent poni omnia prædicata eſſentialia eius. Et licèt non ponantur explicitè: tamen oportet reſoluere ad vnum, quo vſque deueniamus ad irreſolubile.

Sed ſi poneretur proceſſus in infinitum in ſurſum, nunquam deueniremus ad finē reſolutionis, & tunc nihil poſſet perfectè diffiniri. Deinde ponit aliquas ſuppoſitiones. *Suppoſitiones*

Prima eſt. Eorum, quæ prædicantur de aliquo, quædam prædicantur ſecundum accidens, ſicut quando ſubiectū prædicatur de accidente, vel accidens de accidente: quædam prædicantur ſecundum ſe, vt accidentia de ſubiectis. *Differentia prædicatorum.*

Secunda ſuppoſitio. Eorum quæ prædicantur, quædam prædicantur in quid, quædam in quale, quędam in quantum, & ſic de alijs prædicamentis. Differunt autem illa, quæ prædicantur in quid ab alijs, quia quæ prædicantur in quid, dicunt totam eſſentiam ſubiecti, aut aliquid eſſentiæ ſubiecti:

Digitized by Google

Aliquorum falſitas circa vniuerſalia.

alia verò non. Ex quo infert falſitatem erroris ponentium vniuerſalia eſſe ſeparata à ſingularibus, quia tunc non prædicarentur in quid de ipſis,nec eſſent de eſſentia ipſorum, ideo dicit de illis deriſoriè: Gaudeant genera & ſpecies, quia ſi ſic ſunt, monſtra ſunt,ſcilicèt nihil ſunt.

Secunda ratio. Si in prædicatis eſſentialibus eſſet proceſſus in infinitũ,ſequeretur quòd concluſio non poſſet ſciri per demonſtrationem cum eius eſſent infinita media.

Tertia ratio. Quæcunque prædicantur in demonſtratione, vel prędicantur per ſe primo modo, vel ſecundo modo, ſed in nullo iſtorum modorum eſt proceſſus in infinitum,igitur.

Tria corollaria.

Ex iſtis infert tria corollaria.

Primũ coro.

Primum. Non omne illlud,quod ineſt pluribus, & non vni per alterum, ineſt eis per aliquod commune, quia tunc eſſet proceſſus infinitus: Genus ineſt primò, & immediatè ſuis ſpeciebus, & non vni per alterum,& tamen non ineſt illis per aliquod commune, vnde hæc eſt communis regula:

Regula communis.

Omne, quod ineſt pluribus, & non vni per alterum, ineſt illis per aliquod commune,quod ſolum habet verum in paſſionibus.

Secundum coroll.

Secundum corollarium. Cuiuſlibet concluſionis demonſtrabilis tot ſunt elementa, quot ſunt media ad demonſtrandum illam concluſionem,& dicuntur elementa in propoſito propoſitiones vniuerſales immediatè.

Tertium coroll.

Tertium corollarium. In nulla demonſtratione mediũ eſt foras extremitatum,aut extraneum vtrique extremitati: nam in demonſtrationibus medium conuertitur cum extremis.

Duo documenta pro reductione propoſitionum mediatarum.

Finaliter ponit duo documenta ad reducendum propoſitiones mediatas ad immediatas.

Primum eſt. Ad reducendum propoſitiones affirmatiuas mediatas ad immediatas, dicens, quod in talibus neceſſe eſt capere aliquid,quod prius prædicetur de ſubiecto, quàm prædicatum illius propoſitionis.

Secundum. Ad reducendum propoſitiones negatiuas mediatas,capiendum eſt medium, à quo prius remoueatur altera extremitatum.

Ex Textu Commenti 160.& indè.

Quæ potior demonſtratio, vniuerſalis, an particularis.

Cùm autem ſit omnis demonſtratio, alia quidem vniuerſalis, alia vero particularis, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo comparat demonſtrationem ad inuicem. Et primò comparat demonſtrationem vniuerſalem ad particularem. Et

Digitized by Google

arguit primo tribus rationibus, quòd particularis ſit potior.

Prima; Illa demonſtratio eſt potior, quæ magis facit ſcire rē, ſed demonſtratio particularis eſt huiuſmodi, igitur, Minor patet, quia res magis ſcitur, quando ſcitur ſecundum ſe, quàm quando ſcitur ſecundum aliud, ſed demonſtratio particularis facit ſcire rē ſecundum ſe, & non vniuerſalis, igitur. Secunda ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quæ eſt de veriori ente, quam illa, quæ eſt de minori ente, ſed demonſtratio particularis eſt huiuſmodi, igitur. Singularia enim verius ſunt, quam vniuerſalia. Nam vniuerſale ſi ſit, non eſt aliquid præter ſingulare. Tertia ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quæ minùs dat cauſam errandi, ſed demonſtratio particularis eſt huiuſmodi reſpectu vniuerſalis. Nam eò quòd demonſtratio vniuerſalis demonſtrat aliquid de aliquo communi, quis poſſet credere, quod illud commune eſſet ſeparatum à ſingularibus, & tunc erraret, igitur.

Res magis ſcitur, quādo ſcitur ſecundum ſe, quàm. Secundum aliud.

Singularia n. verius ſunt, quam vniuerſalia

Vniuerſale non eſt aliud præter ſingul.

Conſequenter ſoluit prædictas rationes.

Et primo primam, negando minorem. Et ad probationem dicitur, quod demonſtratio vniuerſalis facit ſcire rem ſecundum ſe, ſicut & particularis, & adhuc perfectiori modo, quia facit ſcire ſecundum quod ipſum, ſed non particularis.

Ad ſecundam dicitur, quòd ſingulare benè eſt verius ens, id eſt perfectius ens, quam vniuerſale, ſed ex hoc non ſequitur, quòd demonſtratio particularis ſit potior, quam vniuerſalis.

Ad tertiam dicitur, quod licèt demonſtratio vniuerſalis demonſtret aliquid de vniuerſali, id eſt de ſubiecto adæquato, non tamen propter hoc eſt imaginandum, quod vniuerſale ſit ſeparatū à ſingularibus, cum vniuerſale nihil ſit, niſi per intellectum.

Conſequenter probat rationibus; quod demonſtratio vniuerſalis eſt potior particulari.

Prima ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quæ facit ſcire paſſionem de ſubiecto proprio per propriam cauſam, ſed demonſtratio vniuerſalis eſt huiuſmodi, igitur.

Secunda ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quæ procedit per cauſam, vltra quā non contingit aliquid quęrere propter quid, ſed vniuerſalis eſt huiuſmodi igitur. Maior patet, quia cū habemus vltimū propter quid, nō contingit plus quærere, vt ſi quæratur propter quid aliquis venit, & reſpōdeatur, vt rapiat argentū, contingit quærere vltra ſ. propter quid vult reci-

Demōſtrationem vniuerſalē eſſe potiorē particulari probatur ſeptem rationibus.

1. Ratio.

2. Ratio.

pere argentum, & reſpondeatur, vt ſoluat creditori ſuo, tunc ibi erit ſtandum.

3. Ratio. Tertia ratio. Quanto magis deſcenditur ad particularia, tanto magis itur ad infinita, ſed hoc fit in demonſtratione particulari, & non vniuerſali, igitur.

4. Ratio. Quarta ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quę plura facit ſcire, ſed demonſtratio vniuerſalis eſt huiuſmodi, quia facit ſcire vniuerſale, & particulare, igitur.

5. Ratio. Quinta ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quæ eſt ex immediatis, ſed demonſtratio vniuerſalis eſt huiuſmodi, igitur.

6. Ratio. Sexta ratio. Cognoſcens vniuerſale cognoſcit particulare, ſaltem in vniuerſali, ſeu conceptu confuſo, igitur demonſtratio vniuerſalis eſt potior particulari.

7. Ratio. Septima ratio. Sicut intellectus eſt dignior ſenſu, ita demonſtratio, quæ eſt per medium intelligibile, eſt potior ea, quæ eſt per medium ſenſibile: ſed demonſtratio vniuerſalis eſt huiuſmodi, igitur. Conſequenter comparat demonſtrationem affirmatiuam ad negatiuam, ponendo hanc concluſionem. Demonſtratio affirmatiua eſt potior negatiua: quod probat quinque rationibus.

Demonſtratio affirmatiua potior negatiua. Probatur quinque rationibus

1. Ratio. Prima. Illa demonſtratio eſt potior, quia eſt paucioribus indigens, ſed demonſtratio affirmatiua eſt huiuſmodi, igitur: quia ipſa eſt ſolum ex vno genere propoſitionum, puta affirmatiuarum, negatiua verò ex duobus generibus. ſ. affirmatiuarum, & negatiuarum.

2. Ratio. Secunda ratio. Ex duabus affirmatiuis benè fit ſyllogiſmus, ſed non ex duabus negatiuis.

3. Ratio. Tertia ratio. Illud, per quod aliud demonſtratur, & quo indiget aliud, eſt potius illo, ſed negatiua indiget affirmatiua, & non è contra: igitur.

4. Ratio. Quarta ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quę procedit ex prioribus, & notioribus: ſed demonſtratio affirmatiua eſt huiuſmodi, cum ipſa procedat per affirmatiuas: igitur.

5. Ratio. Quinta ratio. Illa demonſtratio eſt potior, quæ procedit ex propoſitionibus prioribus, ſed affirmatiua eſt huiuſmodi: igitur. Finaliter comparat demonſtrationem oſtenſiuam ad demonſtrationem ad impoſſibile, ponens hanc concluſionem. Demonſtratio oſtenſiua eſt potior demonſtratione ad impoſſibile. Et hoc probat ponendo differentiam inter ipſas, quia demonſtratio oſtenſiua procedit ex prioribus ſecundum naturam, & ex veris. Sed demonſtratio ad impoſſibile procedit ſaltem ex vna falſa, conueniunt tamen in hoc, quia poſſunt fieri ex eiſdem terminis.

Demonſtratio oſtēſiua eſt potior ducente ad impoſſibile.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti. 178. & indè.

Certior autem eſt ſcientia, & prior quæ ipſius quia, & propter quid eadem eſt, &c.

Istud eſt Vltimum Capitulum huius Tractatus, in quo comparat Philoſophus ſciētias adinuicē, & ad alios habitus intellectuales, & primo comparat concluſiones ad inuicem, ponēs tres modos, quibus vna ſcientia eſt certior altera.

Primus modus, Illa ſcientia eſt certior, quæ facit ſcire quia eſt, & propter quid, quam illa, quæ ſolum facit ſcire propter quid alicuius concluſionis.

Secundus modus. Illa ſcientia eſt certior, quæ eſt de ſubiecto non contracto, quam illa, quæ eſt de ſubiecto contracto; vt ſcientia, quæ eſt ſubalternans eſt certior, quàm ſcientia, quæ eſt ſubalternata.

Tertius modus. Illa ſcientia, quæ eſt de ſimpliciori, eſt certior illa, quæ eſt de minus ſimplici, Dat exemplum de Geometria, & Arithmetica: Arithmetica enim conſiderat de vnitate, & Geometria de puncto, modo vnitas habet ſimpliciorem rationem quàm punctum, quia punctum vltra vnitatē dicit poſitionem in continuo. Conſequenter oſtendit, à quo ſcientiā continens in ſe diuerſas concluſiones, & demonſtrationes dicitur vnā, & à quo ſcientiæ dicantur diuerſæ, ponens duas concluſiones.

Philoſophus comparat ſcientias adinuicem, & ad alios. Modi probantes vnā ſcientiam eſſe certiorem altera.

Scientia vna habet vnitatem, & diuerſitatem.

Prima; Scientia totalis, continens in ſe plures habitus, concluſionum dicitur vna: ex eo, quod eſt vnius generis ſubiecti, cuius ſunt partes, paſſiones, & principia, de quibus omnibus talis Scientia conſiderat.

Secunda concluſio. Illæ Scientiæ ſunt diuerſæ, quarum principia ſunt diuerſa, non dependentia ex aliis, nec ex ſe inuicem. Et ſubdit Philoſophus, ad eandem ſcientiam pertinent plures demonſtrationes: poteſt enim vna, & eadem concluſio demonſtrari pluribus demonſtrationibus, & per plura principia, & hoc contingit dupliciter. Vno modo capiendo plura media eiuſdem ordinis, ſicut ſunt ſuperius, & inferius. Secundo modo capiendo plura media diuerſorum ordinum. Dat exemplum, vt illa concluſio, lætans tranſmutatur, poteſt vno modo ſic demonſtrari. Omne, quod mouetur: tranſmutatur, ſed lætans mouetur: ergo lætans tranſmutatur. Alio modo poteſt ſic probari. Omne quieſcens tranſmutatur, ſed lætans quieſcit: ergo lætans tranſmutatur, & capitur ibi quieſ-

cens, vt tantum valet, ſicut hoc complexum, tranſiens de motu in quietem.

Conſequenter oſtendit de quibus habetur ſcientia, ponens duas concluſiones.

Concluſiones duæ probantes, de quibus habetur ſcientia.

Quarum prima eſt. Eorum, quæ ſunt à caſu, & fortuna, non eſt ſcientia, quia omnis demonſtratio eſt ex neceſſarijs, & de neceſſarijs, ſed cauſalia, & fortuita non ſunt neceſſaria: ergo de illis non eſt ſcientia. Vnde per cauſalia, & fortuita debemus propriè intelligere propoſitiones contingentes, de quibus non eſt propriè ſcientia.

Secunda concluſio. Per ſenſum non poteſt haberi ſcientia, probat tribus rationibus. Prima. Scientia eſt de vniuerſalibus, quæ ſunt vbique, & ſemper, ſenſus verò eſt de illis, quæ ſunt hic, & nunc: ergo per ſenſum non poſſumus habere ſcientiam. Secunda ratio. Scientia eſt cognitio propter quid concluſionis, ſed talis non poteſt haberi à ſenſu: ergo per ſenſum non valemus habere ſcientiam. Minorem probat per duo exempla. Primum, quia ſi per ſenſum poſſemus percipere, quod triangulus habeat tres, adhuc quæremus, propter quid haberet tres. Secundum exemplum, quia ſi quis eſſet ſupra lunam, & videret terram interpoſitam inter ſolem, & lunam, adhuc quæreret propter quid vniuerſaliter Luna Eclypſatur. Tertia ratio, Vniuerſale eſt honorabilius quàm ſingulare, ex quo vniuerſale eſt prima cauſa paſſionum inexiſtentium ſuis ſingularibus, ſingulare verò non: ergo ſcientia eſt honorabilior quàm notitia ſenſitiua, quæ eſt ſingularium; ergo ſcientia differt à cognitione ſenſitiua, & per conſequens per ſenſum non habemus ſcientiam. Non eſt tamen intelligendum, quòd ſenſus non requiratur ad ſcientiam, ſed quod ſcientia non eſt notitia ſenſitiua. Et ita ſenſus quodammodo ordinatur ad ſcientiam, quia de quibuſdam quærimus propter quid, de quibus ſi ea vidiſſemus, nõ quæreremus propter quid, vt ſi videremus poros, qui ſunt in vitro, per quos tranſit lume, non quæreremus propter quid vitrum eſt tranſparens. Et ponitur hoc exemplum propter illos, qui ponebant vitrũ eſſe perforatum, & plenum paruis poris. Deinde ponit hanc concluſionem. Impoſſibile eſt omnium ſyllogiſmorum eſſe eadem principia. Probat octo rationibus.

Vniuerſale honorabilius ſingulari.

Omnium ſyllogiſm. non eſſe eadem principia probatur ſex rationibus.

Prima Ratio.

Quarum prima eſt. Syllogiſmorum alij ſunt veri, & alii ſunt falſi, ſed verorum principia ſunt vera, & falſorum falſa, igitur.

Secunda Ratio.

Secunda ratio. Concluſiones falſæ poſſunt eſſe contrariæ

Digitized by Google

adinuicem, ſed concluſionum contrariarum principia ſunt contraria, igitur.

Tertia ratio. Diuerſorum generum diuerſa ſunt principia, ſed multi fiunt ſyllogiſmi de diuerſis generibus, igitur. *Tertia Ratio.*

Quarta ratio. Si omnium ſyllogiſmorum verorum eſſent eadem principia, hoc maximè eſſet verum de principiis communibus, ſed talia principia ſunt diuerſa ſecũdum quod capiuntur in ſyllogiſmis factis in diuerſis ſcientiis, quia non ingrediuntur demonſtrationem, niſi ſecundum quod ſunt appropriata ad certum Genus. *4. Ratio.*

Quinta ratio. Principia non ſunt multum minora concluſionibus, ſed concluſiones ſunt diuerſæ: ergo etiam principia. *5. Ratio.*

Sexta ratio. Principiorum alia ſunt neceſſaria, alia contingentia, igitur non omnium ſyllogiſmorum eadem ſunt principia. *6. Ratio.*

Septima ratio. Geometriæ, & Medicinæ ſunt alia, & alia principia, igitur. *7. Ratio.*

Octaua ratio. Quod ſi omnium concluſionum eſſent eadem principia, tunc ex quibuſcumque principiis poſſet demonſtrari quælibet concluſio, quod eſt falſum, quia non quæcunque demonſtrantur ex omnibus principijs. Ex quo infert quod vniuſcuiuſque ſcientiæ principia ſunt diuerſa, & propria. *8. Ratio.*

Finaliter Philoſophus comparat ſcientiam ad alios habitus intellectuales, & ponit primò talem concluſionem. *Scientia quomodo ſe habet ad habitus intellectuales.*

Scibile, & ſcientia differunt ab opinione, quia ſcientia eſt vniuerſalium, & neceſſariorum, opinio verò eſt poſſibiliũ aliter ſe habere.

Secunda concluſio. Intellectus non eſt ſcientia, nec opinio, quia intellectus eſt habitus propoſitionum indemonſtrabilium: ſcientia verò, & opinio non: differunt tamen ſcientia, & intellectus ab opinione, quia ſcientia, & intellectus ſunt circa verum, & neceſſarium, opinio vero circa verum aut falſum contingens. Deinde mouet duas dubitationes, quarum prima eſt, vtrum contingat idem ſimul opinari, & ſciri. Secunda eſt, quare ſcientia non eſt opinio. Et probat, quod contingat idem ſimul ſciri, & opinari ſic. Omne illud, quod aliquis ſcit, ante quam habuerit de illo demõſtrationẽ, potuit opinari, ergo idem poteſt ſciri, & opinari. *An idem contingat opinari, & ſciri, & cur ſcientia non eſt opinio.*

Conſequenter ſoluit ſecundam dubitationem dicens, quod ſi velimus habere notitiam concluſionis, neceſſariò oportet habere per medium neceſſarium, cuiuſmodi ſunt

diffinitiones. Sed ſi haberemus notitiam concluſionis non neceſſariæ per medium contingens, tunc eſt opinio, & non ſcientia, igitur. Deinde ſoluit primam dubitationem dicens, quod quodammodo eiuſdem eſt opinio, & ſcientia. Deinde ſubiungit quomodo ſe habeat ſcientia ad alios habitus intellectuales, ſcilicèt ſapientiam, prudentiam, & artem, & dicit, quod hoc non pretinet ad Logicum determinare.

Scientia quomodo ſe habet ad alios habitus.

Deinde deſcribit ſolertiam, dicens, quod ſolertia eſt quædam ſubtilitas inueniendi medium in non perſpecto tempore: declarat tribus exemplis.

Quid ſit ſolertia, & ſolers.

Primum, quia aliquis videns, quod luna ſemper eſt illuminata verſus ſolem, ſtatim intelligit propter quid hoc eſt, ſcilicèt, quia illuminatur à ſole, ipſe habet ſolertiam.

Secundum exemplum. Si aliquis videat diuitem diſputantem cum paupere, & ſtatim intelligat, quod hoc eſt, quia diues mutuauit pecuniam pauperi, quam non reſtituit, talis dicitur ſolers.

Tertium exemplum. Si aliquis videns duos, qui prius erant inimici, eſſe amicos, ſi intelligat ſtatim quod hoc eſt, quia facti ſunt inimici alicuius tertij, ille dicitur ſolers.

DOCTOR PARISIENSIS, MAGISTER PETRVS Tataretus, de Syllogiſmo Demonſtratiuo Ariſtotelis.

Tractatus Septimi

LIBER SECVNDVS.

Ex Textu Commenti. 1. & indè.

QVÆSTIONES æquales ſunt numero his, quæcunque verè ſcimus. Quærimus autem quatuor, quia eſt, propter quid, ſi eſt, & quid eſt. Cum enim vtrum, &c.

ISTE eſt Secundus Liber Poſteriorum, in quo Phyloſophus determinat de Quæſtionibus verè ſcibilibus. Et diuiditur in tres Tractatus.

Diuiſio huius libri.

In primo determinat de numero ipſarum, & intendit duas concluſiones, quarum prima eſt. Quæſtiones verè ſcibiles ſunt æquales his, quæ verè ſcimus. Et ſunt quatuor quæſtiones

Quæſtiones

nes verè ſcibiles, ſcilicèt ſi eſt, quid eſt, quia eſt,& propter quid eſt. Exemplum de ſi eſt,vt cum quæritur, vtrum Deus eſt,& quæritur de eſſe rei ſimpliciter. Exemplum de quæſtione quid eſt,vt cum cognoſcimus, quod Deus eſt, quærimus quid eſt Deus. Exẽplum de propter quid eſt, vt quando cognoſcimus, quòd ſol eclypſatur,quærimus propter quod ſol eclypſatur. *ſcibiles quæ, & quot.*

Secunda concluſio, Omnes quæſtiones ſcibiles quærunt de medio,quod probat ratione,& ſigno. Ratione ſic. Omnis quæſtio verè ſcibilis quærit de cauſa,ſed medium in demonſtratione eſt cauſa: ergo omnis quæſtio quærit de medio. Maiorem probat, quia omnis quæſtio quærit de illo, quod requiritur ad habendũ ſcientiam de concluſione demonſtrabili,ſed omne tale dicitur quodammodo cauſa ſcientiæ; igitur. Et ſubdit, quod quid eſt, & propter quid eſt, idem quærunt,nam per idem reſpondetur ad vtranque,nam ſi quęratur,quid eſt eclypſis Lunæ; Reſpondebitur,quod eſt priuatio luminis in Luna,propter interpoſitionem terræ inter Solem, & Lunam. *Omnes quæſtiones ſcibiles quærunt de medio.* *Eclypſis lunæ quid ſit.*

Et ſi quæratur,propter quid Luna deficit,etiam reſpondetur propter priuationem luminis in Luna,propter interpoſitionem terræ inter Solem,& Lunam. Signo,ſic probat,quia ſi medium ſit nobis notum,ceſſat omnis quæſtio: ergo ſignum eſt,quod omnis quæſtio eſt quęſtio medij. Antecedens probat exemplo, quia ſi eſſemus ſupra Lunam,& videremus interpoſitionem terræ inter eã,& Solem: tunc nõ quæreremus, vtrum Luna eclypſetur: neque propter quid eclypſatur. *Quare luna deficit.*

Finaliter remouet paruum dubium, quia dictum eſt ſuperius,quod per ſenſum non habemus ſcientiam, nam ſiquis eſſet ſupra Lunam,& videret Lunã eclypſari, adhuc non haberet ſcientiam, & tamen hic dicitur, quod non quæreret propter quid, Reſpondetur quod non quæreret propter quid eſt talis eclypſis Lunæ,tamen adhuc dubitaret,vtrum vniuerſaliter ſic fiat eclypſis Lunæ.

Ex Textu Commenti 9. & indè.

Quomodo autem quòd quid eſt demonſtratur, & quis modus introductionis, & quid eſt diffinitio. &c. *Huius Tractatus diuiſio.*

ISTE eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat quomodo quod quid eſt determinetur. Et diuiditur in ſeptem Capitula. *Quod quid eſt quomodo determinatur.*

In primo ponit tres concluſiones,quarum prima talis eſt:

Non omnis cuius eſt demonſtratio, eſt diffinitio.

Non omnis, cuius eſt determinatio, eſt diffinitio, probat quatuor rationibus.

Prima eſt, Demonſtratio eſt alicuius,propoſitionis negatiuę,& etiam alicuius affirmatiuæ,ſed illorum non eſt diffinitio:igitur.

Secunda ratio: Eorum quæ ſunt, eſt demonſtratio, ſed diffinitiones ſunt ſine eſſe,vel non eſſe,igitur.

Tertia ratio. Aliquid ſcitur per difinitionem, quod non ſcitur per demonſtrationem, & ſolet aliquid ſciri per demonſtrationem, quod numquam ſcietur per diffinitionem: ergo non omne, quod ſcitur per demonſtrationem ſcitur per diffinitionem.

Quarta ratio. Solius ſubſtatiæ, & inconplexi eſt diffinitio, non autem demonſtratio, ergo non omnis, cuius eſt demonſtratio, eſt diffinitio. Ex iſto paſſu habetur quod ſolius ſubſtantiæ eſt diffinitio, vbi debet capi ſubſtantia largè pro omni incomplexo.

Non omnis cuius eſt definitio, eſt demonſtratio, & probatur.

Secunda concluſio. Non omnis, cuius eſt diffinitio, eſt demonſtratio, probat duabus rationibus.

Prima eſt, quia tunc ſequeretur quod illud,quod natum eſt cognoſci,per demõſtrationem cognoſceretur non habita demõſtratione,quia natum eſſet cognoſci per diffinitionem.

Secunda ratio.Diffinitiones ſunt principia demõſtrationum,ſed principia demonſtrationum non ſunt demonſtrabilia,nam alias eſſet proceſſus in infinitum, ergo diffinitiones non ſunt demonſtrabiles,& per conſequens non omnis, cuius eſt diffinitio,eſt demonſtratio.

Tertia concluſio.Nullius,& eiuſdem eſt diffintio,& demonſtratio, probat tribus rationibus.

Nullius, & eiuſdẽ eſſe definitionẽ & demonſtrationem, probatur.

Prima ratio, quia diffinitio facit cognoſcere quid eſt, ſed demonſtrationes præſupponunt illud, igitur.

Secunda ratio. Omnis demonſtratio oſtendit aliquid de aliquo,ſed diffinitio hoc non facit,igitur.

Tertia ratio. Demonſtratio oſtendit quia eſt, & diffinitio quid eſt, ſed iſta ſunt diuerſa, neque vnum eſt pars alterius: ergo eiuſdem non eſt demonſtratio,& diffinitio. Et hoc remouet philoſophus vnum dubium, aliquis poſſet dubitare an diuerſorum poſſit eſſe eadem demonſtratio. Dicit philoſophus quod non, niſi vnum ſit pars alterius, id eſt,quod vnum ſit ſub alio, ſicut eſt pars ſubiectiua ſub ſuo toto,vt ſi oſtenſum fuerit triangulum habere tres angulos, etiam poteſt oſtendi de Iſochele: vndè infert quòd diffinitio,& demonſtratio non non ſunt idem.

An diuerſorum poſſit eſſe demõſtratio.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti, 20. & indè.

Ipſius autem quod quid eſt vtrum ſyllogyſmus ſit, & demonſtratio aut non, ſicut nunc ratio ſupponit, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum in quo Philoſophus inquirit diſputatiuè, vtrum quod quid eſt, ſeu diffinitio poſſit demonſtrari de eo, cuius eſt, id eſt diffinito in ratione quod quid eſt, id eſt ſub ratione diffinitionis, & intendit quatuor concluſiones.

An quod quid eſt poſſit demonſtrari de eo, cuius eſt

Prima eſt. Quod quid eſt, non poteſt demonſtrari de eo cuius eſt, in eo quod quid eſt, per ſyllogiſmum reduplicatiuum, quia vel in tali ſyllogiſmo præmiſſæ ſumerentur cum reduplicatione, vel ſine reduplicatione. Non ſecundum, quia tunc ex ipſis non ſequeretur reduplicatio. Nec primum, quia tunc in tali proceſſu eſſet petitio principij, quia in minore prædicaretur diffinitio de diffinitio cum reduplicatione, vt arguendo ſic, omnis numerus ſe ipſum mouens eſt cauſa viuendi ſibi ipſi in eo quod quid eſt, ſed anima eſt numerus ſeipſum mouens in eo quod quid eſt, ergo anima eſt cauſa viuendi ſibi ipſi in eo quod quid eſt, ibi ſumitur petitio principij, igitur.

Quod quid eſt non poteſt demõſtrari de eo cuius eſt in eo quod quid eſt, nec per ſyllogiſ. reduplicat.

Secunda concluſio. Quod quid eſt non oſtenditur ſyllogiſticè de eo, cuius eſt per ſyllogiſmum diuiſiuum, quod probat; quia arguendo per diffinitionem concluſio non ſequitur de neceſſitate ex premiſſis, imò petitur principium, quia ſemper aliquid ſumitur tanquam probatum, quod non eſt probatum, vt ſic arguendo: corporum aliud eſt animatum, aliud inanimatum, ſed homo non eſt corpus inanimatum, ergo homo eſt corpus animatũ, ibi non ſequitur concluſio, niſi reſpondens concedat iſtam, homo eſt corpus, immo petitur principium.

Quod quid eſt non oſtẽditur ſyllogiſtice de eo cuius eſt per ſyllogiſmum diuiſiuum.

Tertia concluſio. Quod quid eſt, non poteſt oſtendi de eo, cuius eſt in eo quod quid eſt per diffinitionem, probat duabus rationibus. Prima, quia in tali proceſſu eſſet petitio principij, quia in antecedente ſumeretur illud, quod debet concludi. Secunda ratio, quia ſyllogizando concluſionem affirmatiuam, vel negatiuam, non oportet capere diffinitiones ſyllogiſmi, ergo ad concludendum quod quid eſt de aliquo non oportet capere diffinitionem ipſius diffinitionis: probat etiam, quia quod quid eſt non poteſt demonſtrari de eo, cuius eſt in eo quod quid eſt per diffinitionem contrarij, quia ibi eſſet petitio principij, quod declarat per exemplũ, vt ſi aliquis oſtenderet quod omne indiuiſibile eſt

Quod quid eſt non poteſt oſtendi de eo cuius eſt in eo quod quid eſt per diffinitionem.

Quod quid eſt non poteſt oſtendi de eo cuius eſt, per ſyllogiſmum demonſtratiuum.

quod quid eſt ipſius mali, antecedés erit ita notum, ſicut & conſequens, igitur.

Quarta concluſio. Quod quid eſt, non poteſt oſtendi de eo, cuius eſt per ſyllogiſmum demonſtratiuū, probat quadrupliciter. Primò, quia quod quid eſt, non eſt demonſtrabile de eo, cuius eſt, quia non poteſt ſyllogizari de eo, cuius eſt in eo quod quid eſt, igitur. Secundo ſic. Diffinitio vnum ſolum oſtendit, ſcilicèt quidditatem rei, ergo à ſimili demonſtratio vnum ſolum oſtendit ſcilicèt oſtendit quia eſt, ergo non oſtēdit quid eſt. Pro tertia ratione ſupponit, quòd non ponit ſciri de aliquo quod quid eſt, niſi ſciatur quia ipſum eſt: tunc arguitur ſic. Illud quod præſupponitur in demonſtratione, non demonſtratur, ſed quod quid eſt præſupponitur in demonſtratione, igitur. Quarta ratio. Sicut ſe habet diffinitio ad quia eſt, ita demonſtratio ad quid eſt, ſed diffinitio non oſtendit quia eſt, ergo demonſtratio non oſtendit quid eſt.

Ex Textu Commenti 39. & indè.

Quod quid eſt poteſt demonſtrari de eo cuius eſt per aliud quod quid eſt, ſed non in eo quod quid eſt.

Iterum autem ſpeculandum eſt, quid eorum dicitur benè, & quid non benè &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo oſtendit Philoſophus, quomodo terminatur quod quid eſt, & ponit duas concluſiones.

Quarum Prima eſt. Quod quid eſt poteſt demonſtrari de eo, cuius eſt, per aliud quod quid eſt, ſed non in eo, quod quid eſt, probat, quia ſtat aliquod diffinitum habere plures diffinitiones, quarum vna demonſtratur de diffinito per aliam, ideo quòd quid eſt demonſtratur de eo, cuius eſt per aliud quod quid eſt, & ſubdit quòd talis modus arguendi non eſt propriè demonſtratio, ſed magis ſyllogiſmus Dialecticus.

Quod quid eſt quomodo terminatur.

Sicut non poteſt cognoſci propter quid eſt ſine quia eſt, ita nec quid eſt ſine, ſi eſt, licèt benè è contra.

Secunda concluſio. Sicut impoſſibile eſt cognoſcere propter quid, non cognoſcendo quia eſt, ita impoſſibile eſt cognoſcere quid eſt, non cognoſcendo ſi eſt, licet benè è contrà. Et hoc declarat per exempla. Primum, vt ſi ſciatur defectus luminis in luna, propter interpoſitionem terræ inter ſolem, & lunam, citò ſcitur, quod luna eclypſatur, vt ſic arguendo, omne carens lumine propter interpoſitionem terræ inter ſolē, & lunā, eclypſatur: ſed luna eſt huiuſmodi, igitur luna eclypſatur. Secundum exemplum, vt ſi cognoſcamus quod tonitruum eſt ſonus factus in nube, propter incluſio-

nem ignis in nube, citò ſciemus, quod tonitruum eſt. Et ex iſtis infert, quod diffinitionum, quædam eſt quid rei, alia quid nominis. Quid rei, quædam eſt dicens quid tantum quædam vero propter quid tãtum, quædam eſt dicens quid, & propter quid ſimul. *Diffinitionum alia quid rei, alia quid nominis.*

Prima poteſt eſſe concluſio demonſtrationis, vt tonitruum eſt ſonus factus in nube.

Secunda poteſt eſſe principium demonſtrationis, vt tonitruum ſit ex extinctione ignis in nube.

Tertia verò eſt tota demonſtratio poſitione differens, vt tonitruum eſt ſonus factus in nube propter extinctionem ignis in nube.

Ex textu Commenti 51. & indè.

Quoniam autem ſcire opinamur, cum ſcimus cauſam, cauſæ autem quatuor ſunt, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo oſtendit Philoſophus, quod contingit, idem demonſtrari per plures cauſas, & intendit Quinque concluſiones.

Prima. Cum ſint quatuor cauſæ, quælibet illarum poteſt eſſe medium demonſtratiuum, quod probat ratione, & exemplo. Ratione ſic, quia per medium demonſtrationis ſcitur concluſio: ſed ſcire opinamur cùm cauſam rei credimus cognoſcere, igitur medium demõſtrationis eſt cauſa. Exemplo probat in omnibus cauſis. Primo in cauſa materiali, vt omnis triangulus, qui eſt medietas duorum angulorum rectorum, eſt rectus: ſed omnis triangulus cadens in ſemicirculo eſt medietas duorum angulorum rectorum, ergo omnibus triangulus cadens in ſemicirculo eſt rectus. *Quatuor cauſarum quælibet poteſt eſſe medium demonſtratiuũ. Idem poteſt demonſtrari per plures cauſas.*

Vndè in iſto ſyllogiſmo fit demonſtratio de toto per partes, & ideo dicitur fieri per cauſam materialem, quia partes comparatæ ad totum habent rationem materiæ. Exemplum de cauſa efficiente, vt quicunque prius commiſerunt bellum iniuſtum in Medos, iuſtè debellantur à Medis, ſed Athenienſes ſunt huiuſmodi, igitur, vndè commiſiſſe bellum iniuſtum, eſt cauſa efficiens huius, quòd eſt iuſtè debellari. Exemplum de cauſa finali, vt ſi demonſtraretur propter quid homo deambulat poſt cœnam, per hoc quod vult ſanari, eſt demonſtratio per cauſam finalem, vt ſic arguendo: omne, quod facit non eminere cibum iuxta os ventris, eſt cauſa ſanitatis; ſed ambulatio poſt cœnam eſt huiuſmodi, igitur,

Idem cõtingit demonſtrari per plures cauſas, probatur.

Secunda concluſio. Contingit, idem demonſtrari per plures cauſas, probat duobus exemplis. Primum, vt hæc concluſio, lumen apparet per pellem lucernæ, poteſt oſtendi per cauſam materialem: omne corpus minorum partium neceſſariò tranſit per poros largiores, ſed lumen eſt huiuſmodi, ergo neceſſario tranſit per poros largiores, vt ſunt pori lucernæ. Poteſt etiam oſtendi per hoc, vt non lædamus pedem de nocte, ſic arguendo. Omne quod facit non lædere pedem de nocte, exit per pellem lucernæ, ſed lumen lucernæ facit non lædere pedem de nocte, igitur lumen exit per pellem lucernæ. Secundum exemplum eſt de hoc, quod eſt tonare, poteſt enim oſtendi per cauſam efficientem, ſcilicèt per extinctionem ignis in nube, poteſt etiam oſtendi per cauſam finalem. Vnde ſecundum Pythagoram cauſa finalis tonitrui eſt, vt terreantur illi, qui ſunt in inferno.

Quilibet effectus exiſtens cũ ſua cauſa: poteſt demonſtrari per illam ſecundum omnem temporis differentiã.

Tertia concluſio. Quilibet effectus exiſtens ſimul cum ſua cauſa, poteſt demonſtrari per illam ſecundum omnem differentiam temporis tam quo ad eſſe, quàm quo ad fieri; probat exemplo de Cryſtallo, cuius cauſa eſt aqua denſa propter defectum caloris: ſequitur enim benè, aqua eſt denſa propter defectum caloris, ergo cryſtallus eſt. Etiam benè ſequitur; condenſatio aquæ propter defectum caloris fuit, ergo cryſtallus fuit. Etiam condenſatio propter defectum caloris erit, ergo cryſtallus erit. Etiam benè ſequitur, condenſatio aquæ propter defectum caloris fit, ergo cryſtallus fit, & ſic de alijs temporibus. Et videtur iſtud exemplum procedere per cauſam materialem, quia aqua condenſata propter defectum caloris eſt materia cryſtalli.

In cauſis & cauſatis non ſimul exiſtentibus non poteſt demonſtrari effectus per cauſam, & non e conuerſo

Quarta concluſio. In cauſis, & cauſatis, quę non ſimul ſunt per cauſam, non poteſt demonſtrari effectus ſecundum eſſe, nec ſecundum fieri, licèt benè per effectum demonſtretur cauſa, quo ad eſſe, vel fieri. Primam partem probat, quia ad talem cauſam non ſequitur effectus, ergo effectus non poteſt demonſtrari per illam cauſam. Antecedens probat, quia vel ſequeretur in tempore finito, vel infinito. Non infinito, vt notum eſt, nec finito, quia quocunque tempore finito dato ſiue ſit præſens, ſiue preteritum, ſiue futurum, ſtat illam cauſam eſſe ſine effectu, nam fortè anno præſenti ſunt lapides decisi, & non eſt murus eodem anno, igitur. Deindè probat per aliã partẽ, quia fieri cauſæ non ſimul exiſtentis cum effectu, non infert fieri ipſius effectus: ergo per illam cauſam non demonſtratur ille effectus. Deindè probat ſecundam

partem principalẽ, ſcilicèt quod per effectum demonſtratur cauſa quo ad eſſe, vel fieri, & ponatur, quod a, ſit incifio lapidum, & b. ſit murus, vel fundamentum, & c. vltimus effectus, tũc arguitur, ſic. Ex c. ſequitur b, & ex b. ſequitur a. ergo ex c, ſequitur a, quia quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad conſequens.

Quinta concluſio. In cauſis, & cauſatis circulariter ſe habentibus, poſſibile eſt circularis demonſtratio, probat per exẽplum, vt ex pluuia generatur vapor, & ex vapore generatur nubes, & ex nube generatur pluuia, ergo talia circulariter ſe habent, & vnũ demonſtratur per aliud.

In cauſis, & cauſatis circulariter ſe habentibus poſſibile eſt circularis eſt circularis demõſtratio.

Finaliter remouet vnũ dubium: nam diceret aliquis, quod non ſẽper ex pluuia generatur vapor, nec ex vapore nubes, nec ex nube pluuia, ergo iſta non demonſtrant ſe inuicem. Reſpondetur, quod eorum, quæ fiunt, quædam fiunt ſemper vt eclypſis Lunæ, alia fiunt frequenter, vt iſta tria. Vnde illa quæ fiunt ſemper, demonſtratur per medium vt ſemper, & illa, quæ frequenter demonſtrãtur per medium, vt frequenter.

Ex Textu Commenti 69. & indè.

Quomodo autem oportet venari in eo, quod quid eſt prædicantia, nunc dicemus, &c.

Istvd eſt Quintum Capitulum huius Tractatus, in quo docet inueſtigare quod quid eſt, & ponit tres concluſiones.

In prima, docet qualia debent eſſe illla, ex quibus conſtituitur quod quid eſt, dicens, quod ad conſtituendum diffinitionem alicuius debent accipi talia prædicata, quod vnum quodq; illorum ſit in plus quam diffinitum, nõ tamen extra genus, & omnia ſimul capta cõuertantur cum diffinito, vt numerus ternarius benè ſic diffinitur, quod eſt numerus impar vtrobiq; prius, & tamen quælibet pars diffinitionis ſeorſum eſt in plus, quam diffinitum, licèt tota oratio ſit conuertibilis cum diffinito. Vnde aliquis numerus dicitur primus duplicito. Vno modo, quia non numeratur ab aliquo numero præter quam ab vnitate, & ſic quinarius dicitur numerus primus, & multi alij numeri impares. Alio modo dicitur primus, quia non componitur ex alijs numeris, & hoc modo ternarius eſt numerus primus, & etiam binarius.

Qualis debent eſſe illa ex quibus conſtituitur quod quid eſt.

Quod quid eſt quomodo inueſtigandum.

Ad inueſtigandum quod quid eſt per viã diuiſiones quid agendum.

Secunda concluſio. Ad inueſtigandum quod quid eſt alicuius per viam diuiſionis, oportet primò capere genus illius, deinde differentias, quibus tale genus diuiditur, & ſi differentiæ eius ſint ignotæ, oportet capere paſſiones, quo facto, ſi differentia, vel paſſio

ſupplens differentiam, quæ conuenit diffinito iunctæ generi, non reddat totum conuertibile cum diffinito, tunc tale totum iterum eſt diuidendum quouſque deueniatur ad differentiam, quæ reddit totum conuertibile cum diffinito, & tūc illud erit, quod quid eſt. Et ſubdit, quod in tali inueſtigatione duo ſunt cauenda, ſ. inordinatio prædicatorum, & diminutio eorundem. Primam partem probat, nam in diffiniendo non parum refert quid prius, aut quid poſterius ponatur, nam refert dicere, homo eſt animal manſuetum bipes, & dicere. bipes eſt homo manſuetum animal, quia in primo modo eſt conueniens ordinatio, & in ſecundo eſt nugatio. Secunda pars patet, quia diminutio fit omittendo aliquā differentiam, & etiā diuidendo aliquod genus per differētias generis inferioris, vt puta diuidendo animal per differentias auis, aut piſcis, dicendo, animalium aliud eſt totum pennatum.i. habens pennas integras, cuiuſmodi eſt veſpertilio, aliud eſt diuiſum pennis, cuiuſmodi eſt coruus.

Abſurda duo cauenda.

Conſequenter tangit duos errores circa inueſtigationem ipſius quod quid eſt.

Errores circa quod quid eſt

Primus eſt quorundam, dicentium, quod non ſit poſſibile accipere omnes differentias alicuius, quod probant, quia non cognoſcitur differentia vnius ab aliis, niſi cognoſcantur illa alia, ſed non eſt poſſibile cognoſcere omnia alia à quibus differt, igitur. Reſpondet Philoſophus, quod non oportet cognoſcere omnia alia à diffinito poſitiuè, ſed ſufficit cognoſcere ipſa priuatiuè. Secundus error fuit quorundam dicentium, quòd oportet in diuiſionibus repetere, quòd omne ſuppoſitum diuiſi incidit in membra diuiſionis. Reſpondet Philoſophus, quòd non oportet. quia non neceſſe eſt omne ſuppoſitū diuiſi incidere in membra diuiſionis, & hoc ſi ſint differentiæ immediatæ. Deinde ſubdit tres conditiones requiſitas ad ipſum quod quid eſt.

Error primus.

Secundus error.

Prima, quòd omnia poſita in diffinitione, prædicentur in quid de diffinito.

Tres requiruntur. ad quod quid eſt,

Secunda, quòd talia prędicata ſint debitè ordinata, ita quòd magis commune præcedat, & minùs commune ſequatur.

Tertia, quòd nihil omittatur de his, quæ pertinent ad quod quid eſt, & tunc iſtis conditionibus obſeruatis erit bonum quod quid eſt. Tertia concluſio, in qua docet inueſtigare, quodquid eſt per viā reſolutionis, dicens, quod ſi per viā reſolutionis velimus inuenire diffinitionē alicuius, inſpiciendum eſt ad ſingularia illius diffinibilis, accipiendo aliqua, q̄ ſunt ſimila, & aliqua, quæ ſunt diſſimilia, & tunc inſpicien-

Inueſtigatur quod quid per viā reſolutionis.

Digitized by Google

dum eſt, vtrum in aliqua ratione communi conueniant, & ſi ſic, tunc illud erit principium diffinitionis: ſi non, tunc illud erit ęquiuocū. Exemplū vt ſi quęratur quid eſt magnanimus, debemus cōſiderare, quoſdam magnanimos, vt Herculē, Achillem, Aiacem: illi. n. habent vnum commune ſ. non tolerare iniurias: cuius ſignum eſt, quòd Hercules dimicauit, Achilles inſaniuit: & Aiax ſeipſum interfecit.

Iterùm debemus conſiderare alios magnanimos, vt Alexandrū, & Socratem: illi. n. habuerunt aliquid cōmune. ſ. æqualiter ſuſtinere proſpera, & aduerſa, & tūc debemus conſiderare, ſi omnes iſti cōueniāt in aliqua ratione cōmuni, quia ſi ſic, tunc illud erit principiū diffinitionis magnanimitatis: ſi non, tunc magnanimitas non habebit vnam rationem.

Deinde remouet vnum dubium, ex quo dicit, quod reſpiciendum eſt ad ſingularia: crederet aliquis, quod ſingulare poſſet diffiniri, hoc remouet Philoſophus dicens, quòd omnis diffinitio eſt ipſius vniuerſalis, vt Medicus non diffinit ſanitatem in oculo, ſed diffinit ſanitatē, Et ſubdit, quod facilius, eſt diffinire minùs vniuerſale, quā magis vniuerſale, eo quod in magis vniuerſali plures latent æquiuocationes, quā in minùs vniuerſali. Subdit finaliter, quod diffinitio non debet dari per metaphoram, quia ſicut non contingit diſputando vti metaphoris, ità non contingit diffinire vtendo metaphora.

Diffinitio non debet dari per metaphorā

Omnis deſinitio eſt vniuerſalis

Diffinitionē datur per metaphoram.

Ex Textu Commenti 88. & indè.

Vt autem habeamus propoſita eligere, oportet deciſiones, & diuiſiones, &c

Istvd eſt Sextum Capitul. in quo Philoſophus oſtendit, quomodo oportet inueſtigare propter quid: ponendo tria documenta.

Propter quid quomodo inueſtigandum, Et ob id datur triadocumenta.

Primum. Si aliqua paſſio habeat aliquod commune ſubiectum vniuocum, & nominatum, illud erit medium, dicens, propter quid talis paſſio eſt in pluribus, vt animal erit mediū ptopter quid ſua paſſio ineſt homini, & equo.

Secundū documentum. Si aliqua paſſio inſit pluribus, que habeant ſubiectum vniuocum, ſed non nominatum, oportet circumloqui tale ſubiectum, & ipsū accipere pro medio dicente propter quid illa paſſio ineſt pluribus, vt iſtæ paſſiones habere duos ventres, & non habere dentes in ſuperiori mandibula inſunt omnibus animalibus, habentibus cornua: ideò habere cornua poteſt accipi ad circunloquendum nobis ſubiectum innominatum.

Tertium documentũ: Si aliqua paſſio inſit aliquibus analogicè, tunc accipiendum eſt medium analogum, per quod demonſtratur illa paſſio de illis, vt iſtis tribus, oſſi, ſepioni, ſpinæ, conuenit ſuſtẽtare partes molles analogicæ: ideò oportet accipere aliquod medium, per quod illud demonſtretur, quod ſit analogũ.ſ. habens duritiem ſic: omne habens duritiẽ ſuſtentat partes: os eſt huiuſmodi: igitur. Finaliter ponit duas concluſiones. Prima. Plura problemata conueniunt in idem medium, quod eſt diuerſarum rationum, vt iſta tria, propter quid eſt ſonus Echon; propter quid ſit Iris; propter quid videtur res in ſpeculo? Reſpondetur, propter reflexionẽ, & ſic reflexio eſt medium illorum trium problematũ. Secunda concluſio. Aliqua ſunt problemata, quibus cõpetunt plura media ſubordinata, vt ſi quæratur, propter quid Nilus fluit magis in fine menſis, Reſpondetur, quia tunc menſis eſt magis pluuialis; huic concluſioni ſubordinatur alia, ſcilicè t propter quid menſis eſt magis pluuialis. Reſpondetur, quia tunc deficit luna.

Ex Textu Com. 96. & indè

De cauſa autem, & cuius cauſa eſt, dubitabit aliquis nunquid cum cauſatum eſt, & cauſa eſt, &c.

ISTVD eſt Septimũ Capitulum, in quo Philoſophus mouet quaſdam quæſt. quarum prima eſt, vtrum ex cauſato ſequatur cauſa, ſiue è contra. Reſpondet Philoſophus per duas concluſiones.

An ex cauſato ſequatur cã, & è conuerſo.

Prima. Si vnius cauſati ſit tantũ vna cauſa ſufficiens, tunc ex cauſato ſequitur cauſa, ſicut è contra, dat exẽplum, vt eclypſis lunæ eſt, ergo terra interponitur inter Solem, & Lunam. Aliud exẽplum. Folia arboris cadunt; ergo illa folia ſunt lata.

Secunda concluſio. Si eiuſdem effectus ſint plures cauſæ, quarum quælibet per ſe ſit ſufficiens ad eſſe cauſati, tunc ex cauſato non ſequitur cauſa, licèt è contra.

Vnius concluſionis an vnum mediũ, vel plura.

Reſpondet per duas cõcluſiones ad prædictam quæſtionẽ.

Secunda quæſtio. Vtrum vnius concluſionis demonſtrabilis ſit tamen vnum medium proprium, per quod poſſit demõſtrari, vel vtrũ ſint plura media. Reſpondet per duas concluſiones, quarũ prima eſt. Si demonſtratio ſit ſecundũ quod ipſũ, & potiſſima, tunc vnius cõcluſionis erit vnicum mediũ propter quid, & potiſſimũ per quod talis cõcluſio poterit demonſtrari: ſed ſi demonſtratio ſit ex propoſitionibus, quæ non ſunt ſecundũ quod ipſum, tunc vna, & eadem concluſio poteſt demonſtrari per diuerſa media. Primam partem probat, quia talis concluſio demonſtratur per rationem vltimi termini, id eſt per diffinitionem ſubiecti, quæ ſo-

Digitized by Google

ſum eſt vna. Probat per exempla, vt ſi hæc paſſio, habere tres angulos, demonſtretur de triangulo, hoc erit per vnum medium, puta per rationē vltimi termini, ſed ſi demonſtretur de inferioribus ſubiecti, puta de Iſoſcele, ſcaleno, vel Iſopleuro, tunc poterunt eſſe plura media.

Ex Textu Commenti 101. & indè.

De principijs autem qualiter ſunt cognita, & quis eſt cognoſcentis habitus, &c.

Iste eſt Tertius, & Vltimus Tract. huius Libri, continens vnum Capitul. in quo mouet quaſdam quæſt, quarum prima eſt qualiter principia indemonſtrabilia ſunt nobis cognita. Secunda, vtrum, ſit idē genus cognitionis, quo ſcimus concluſiones, & principia, vel vtrum, & alterum genus. Tertia, vtrum notitia principiorum ſit nobis innata a natura. Soluit has quæſtiones ponendo quatuor concluſiones.

Principia prima quomodo nobis innoteſcūt.

Prima concluſio. Notitia principiorum non ineſt nobis à natura, quia talis notitia eſt certiſſima, cum oporteat magis credere principiis, quā concluſioni; modo abſurdum eſt dicere, quod actu habeamus notitiam certiſſimā de aliquo, & quod lateat nos habere illam. Secūda concluſio. Actualis notitia principiorum nō acquiritur in nobis per doctrinā propriè dictā, quia oīs notitia acquiſita per doctrinā fit ex cognitione aliquorum principiorum magis notorum, ſed principia non habent alia principia notiora, quia tunc eſſet proceſſus in infinitum, igitur. Tertia concluſio. A natura ineſt nobis potentia, per quam determinamur naturaliter ad aſſentiendum illis principiis. Probat, quia omnes naturaliter aſſentiunt primis principiis, cognitis terminis, quod non eſſet, niſi nobis ineſſet aliquod principium, ſeu potentia, per quā ſic determinamur ad ſic aſſentiendum. Vndè omnibus animabus innata eſt quædam potentia naturalis, per quam omnia animalia poſſunt iudicare de ſenſibilibus ſibi præſentatis, & illam vocamus ſenſum. Vnde animalium ſenſum habentium, quædam ſunt ſine memoria, & illa nullam habent notitiam niſi in præſentia ſenſibilium: alia ſunt, quæ habent memoriam, & illa ſunt duplicia, quia quædam præter memoriam habent intellectum, ſicut homines: alia habent memoriā, ſed non intellectum, vt aliqua bruta. Vndè principium vniuerſale ſic fit nobis notum; nam primo habemus notitiam ſenſitiuam de aliquo ſenſibile, vt iſte ignis eſt calidus, & ſic in memoria conſeruamus, deinde

Notitia principiorū non ineſt nobis à natura.

Actualis notitia principiorum quomodo acquiritur in nobis.

A natura ineſt nobis notitia ad aſſētiendū principiis.

Animaliū differētia.

Principiū vniuerſale quò fit nobis notum.

alium ignem, & ſeruamus in memoria, & tunc quando videmus alium ignem, iudicamus, quòd eſt calidus abſque hoc, quod percipiamus eius calorem per experientiam, ſiue iudicium experimentale, deindè formamus vnam propoſitionem vniuerſalem, puta, quod omnis ignis eſt calidus, & illud vocamus principium artis. Quarta concluſio. Notitia principiorum non fit in nobis ex alijs principijs euidétioribus, ſed mediante ſenſu, memoria, & experimento, quod probat, quia ex ſenſu fit memoria, & ex memoria experimentum, & ex experimento fit principium artis. Probat etiam per ſimile, quia facta oſtenſione belli, cum vnus immobiliter incipit ſtare, ſine fugiendo, alius ſtatim ſibi adiungitur, & cum eo ſtat, & deinde alter, & ſic deinceps, ita quod faciunt principium belli, ſic etiam in memoria ſeruatur notitia vnius particularis, deinde aduenit notitia alterius particularis, ſic quod tandem habetur principium vniuerſale, & immediatum, & ſubdit, quod quamuis potentia ſenſitiua ſit vniuerſalis, tamen actus ſentiendi non eſt niſi ſingularis. Finaliter declarat, quod habitus, quo cognoſcuntur principia, non eſt ſcientia propriè dicta, quia ſcientia habetur per demonſtrationem, ſed principia non ſciuntur per demonſtrationem, igitur. Ex quo infert, quòd habitus, quo cognoſcuntur principia, non eſt ſcientia, ſed intellectus.

Notitia principiorũ non fit ex principijs notioribus.

Potentia ſenſitiua vniuerſalis, actus ſentiendi ſingularis eſt.

DE LOCIS DIALECTICIS.

Tractatus Octauus.

Ariſtotelis Topicen ad amuſſim attingens.

De multiplici acceptione iſtius nominis, Ratio.

CAP. I.

Ratio quotupliciter ſumitur.

RATIO dicitur multis modis. Primo modo ratio idem eſt, quod diffinitio, vel deſcriptio, vt hic, Vniuoca dicuntur, quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtãtiæ ſecundum illud nomen eſt eadem. Secundo modo eſt quædam virtus animæ. Tertio modo idem eſt, quod oratio oſtendens aliquid, ſicut ſunt propoſitiones, vel rationes diſputantium. Alio modo idem eſt, quod forma

materialis, vt in cultello ferrum eſt materia, diſpoſitio verò inducta in ferro eſt forma. Alio modo idem eſt, quod eſſentia communis, prædicabilis de pluribus, vt eſſentia generis, vel ſpeciei, vel differentiæ. Alio modo idem eſt, quod mediũ inferens concluſionem, & hoc modo ſumitur ratio in diffinitione argumenti, quæ talis eſt.

Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, ideſt, medium probans concluſionem, concluſio enim debet confirmari per argumentum. *Argum. quid.*

Eſt autem concluſio, argumento, vel argumentis probata propoſitio, ſed antequàm probetur, eſt dubitabilis, & tunc eſt quæſtio. Quæſtio ſic diffinitur. *Concluſio quid.*

Quæſtio eſt dubitabilis propoſitio. *Quæſtio quid.*

Medium eſt, quod habet duo extrema. *Medium quid.*

Argumentatio eſt argumenti per orationem explicatio, id eſt oratio explicans argumentum. Differt autem argumẽtum à medio, & ab argumentatione, quia medium dicitur, eò quod habet duo extrema. Argumentum autem addit ſupra medium virtutem probandi concluſionem. Vnde ad hoc, quòd ſit argumentum, exigitur quod ſit medium, & habeat virtutem probandi concluſionem. *Argumentatio quid.*

Argumentatio autem dicitur totalis oratio compoſita ex præmiſſis, & concluſione, & in illa manifeſtatur virtus argumenti, aliquando enim tota oratio poteſt inferre vniuerſalem affirmatiuam, aliquando non niſi particularem affirmatiuam: aliquando vniuerſalem negatiuam: aliquando particularem negatiuam, & ſic manifeſtatur tota virtus argumenti, cum oſtenditur ſupra quã concluſionem poteſt ipſum argumentum, & ſupra quam non poteſt, quod quidem fit in argumentatione, vt prius patuit.

De Quatuor ſpeciebus Argumentationis.
Cap. II.

Argvmentationis quatuor ſunt ſpecies, ſcilicèt Syllogiſmus, Inductio, Enthymema, & Exemplum. Diffinitio autem ſyllogiſmi dicta eſt prius. *Argumentatiõis quot ſpecies.*

Inductio eſt à ſingularibus ſufficienter enumeratis, ad vniuerſale progreſſio, vt Sortes currit, Plato currit, & ſic de alijs, ergo omnis homo currit. *Inductio quid.*

Enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus, ideſt oratio, in qua non omnibus præmiſſis poſitis infertur feſtinata concluſio, vt omne animal currit, ergo omnis homo currit. In hac enim argumentatione includitur hæc propoſitio, omnis *Enthymema quid.*

2 Prio. in fine. homo eſt animal, quæ ſi poneretur, perfectus eſſet ſyllogiſmus. Ariſtoteles ſic diffinit Enthymema.

Enthymema eſt ex icotibus, & ſignis, Icos idem eſt quod propoſitio probabilis.

Signum, vt hic ſumitur, idem eſt, quod demonſtratiua, ſeu neceſſaria propoſitio, vel probabilis, & hoc inferendo. Signum, vt hic ſumitur dicit neceſſitatem illationis, Icos autem dicit probabilitatem ipſius propoſitionis in ſe, ſecundum quam probabilitatem propoſitio dicitur eſſe vera. Vndè licèt in Enthymemate ſit tantùm vna propoſitio inferens, & alia illata, tamen ſecundum quod propoſitio inferens apparet omnibus eſſe vera, vel pluribus, ſic dicitur Icos, id eſt probabilis, vt quilibet diligit diligentem ſe: ſecundum autem quod ipſa infert concluſionem de neceſſitate, ſic eſt ſignum, & ſic eadem propoſitio eſt Icos, & ſignum, ſecundum aliud, & aliud. *Eadem propoſitio Icos, & ſignum.* *Inſtantia.* Si quis obijciat, quod Enthymema debeat ſic definiri. Enthymema eſt ex Icote & ſigno, cum tantùm ſit vna propoſitio inferens, quæ eſt Icos, & ſignum ſecundum diuerſa: Ad hoc ſic dicendum eſt, quod licèt ſit vna propoſitio inferens actu tamen habet in ſe virtutem duarum propoſitionum, quia habet in ſe virtutem propriã, *Reſponſio.* & illius quæ ſub intelligitur, & ſic eſt vna ſecundum ſubſtantiam, & duæ ſecundum virtutem, & ideo dicitur in plurali numero ex Icotibus, & ſignis, & non ex Icote, & ſigno.

Enthymema quomodo reducitur ad completum ſyllogiſmũ. Sciendum eſt, quod omne Enthymema debet reduci ad ſyllogiſmum. In Enthymemate enim ſunt tres termini, ſicut in ſyllogiſmo, & duo illorum ſunt in concluſione, & ſunt maior extremitas, & minor extremitas: alius autem non ponitur in concluſione, & eſt medium. Illarum autem extremitatum altera ſumitur bis, & altera ſemel. Ex extremitate ergo tantùm ſemel ſumpta, & ex medio fit vna propoſitio ſecundum exigentiam modi, & figuræ, & ſic habetur ſyllogiſmus. Verbi gratia, in hoc Enthymemate, omne animal currit, ergo omnis homo currit: homo, & currit ſunt duæ extremitates, & animal eſt medium, ſed illa extremitas, ſcilicèt homo, ſumpta eſt tantùm ſemel: ex ipſa ergo; & ex medio fiet vna propoſitio, ſcilicèt omnis homo eſt animal, & tunc erit perfectus ſyllogiſmus, ſic: omne animal currit: omnis homo eſt animal, ergo omnis homo currit.

Exemplum quid ſit. Exemplum eſt, quando vnum particulare probatur per aliud propter aliquod ſimile repertum in ipſis, vt Pariſienſes pugnare contra Rhotomagenſes, malum eſt: ergo Turo-

nenſes pugnare contra Pictanienſes malum eſt, quia vtrobique eſt pugnare affines contra affines.

De Loco Dialectico. Cap. III.

QVIA autem argumentum per Locum confirmatur, id eo danda eſt diffinitio loci, prout locus hic ſumitur.

Locus eſt ſedes argumenti, vel id, à quo ad propoſitã quæſtionem conueniens trahitur argumentum. Quid autem ſit quæſtio dictum eſt. Et ſciendum, quod Propoſitio, Quęſtio, Concluſio, & Enunciatio ſecundum ſubſtantiam idem ſunt, differunt autem ſecundum rationes, diuerſas enim habent rationes, ſiue diffinitiones, vt prius patuit: ſecundum enim quod dubitabilis eſt, eſt quæſtio; prout verò iam probata eſt per argumentum, concluſio; prout vero ponitur pro alio in præmiſſis, eſt propoſitio, quia propoſitio dicitur ſecundum quod eſt in præmiſſis ad probandum concluſionem. Enunciatio autem eſt, ſecundum quod ſignificat eſſe, vel non eſſe, vt Sortes currit, Sortes non currit. Habito de diffinitione Loci, ſequitur diuiſio ipſius Loci. Locus autem diuiditur in locum maxima, & in locum differentiam maximè. Locus maxima idem eſt, quòd ipſa maxima. Maxima eſt propoſitio, qua non eſt altera prior neque notior, vt omne totum maius eſt ſua parte. Item, de quocunque prædicatur diffinitio, & diffinitũ. Et de quocunque prędicatur ſpecies, de eodẽ prædicatur genus. Locus differentia maximè, eſt illud, quo vna maxima differt ab alia, vt iſtæ maximę, de quocunque prædicatur ſpecies, & genus, de quocunque prædicatur diffinitio, & diffinitum, differunt per terminos ex quibus componuntur, Vna enim componitur ex genere, & ſpecie. Altera ex diffinitione, & diffinito: vndè iſti termini ſimplices dicuntur differentia maximè. Eſt ſciendum, quod tam locus maxima, quam locus differentia maximè dicitur locus, quia vterque confert firmitatem, & robur argumento. Vndè proportionabiliter ſumitur hic locus ad locum in rebus naturalibus quia ſicut ille ſeruat res omnes in eſſe, ſic ſimiliter hic locus confirmat argumentum. Item locus differentia maxime diuiditur per locum intrinſecum, extrinſecum, & medium.

Locus Dialecticus quid. Propoſitio, quæſtio, concluſio quomodo differunt. Propoſitio quid. Enunciatio quid. Locorum Dialecticorũ diuiſio. Locus maxima. Locus differentia maximè.

Locus intrinſecus eſt, quando ſumitur argumentum ab his, quæ ſunt de ſubſtantia rei, vt in diffinitione; vt ſi dicatur, animal rationale, mortale currit, ergo homo currit.

Locus intrinſecus.

Locus extrinſecus eſt, quando ſumitur argumentum ab his quæ omnino ſeparata ſunt à ſubſtantia rei, vt ab oppoſitis; vt ſi quæratur, vtrum Sortes eſt albus, & probetur, Sortes nõ eſt niger, ergo Sortes eſt albus.

Locus extrinſecus.

Locus medius, Locus medius eſt, quando ſumitur argumentum ab his, quæ partim conueniunt cum terminis in quæſtione poſitis, & partim differunt ab eis, ſicut vniuoca, & denominatiua, quæ dicuntur coniugata: vt ſi quæratur, vtrum iuſtitia ſit bona? & probetur ſic, iuſtum eſt bonum, ergo iuſtitia eſt bona.

De Multiplicitate Loci Intrinſeci, & eius Diuiſione in Tres à Subſtantia, & in Octo à Concomitantibus Subſtantiam.

CAP. IV.

ITEM locus intrinſecus diuiditur per locum à ſubſtãtia, & per locum à concomitantibus ſubſtantiam.

Locus à ſubſtantia. Locus à ſubſtãtia eſt, quando ſumitur argumentũ ab his, quæ ſunt de ſubſtãtia terminorum in quæſtione poſitorum. Et ille locus diuiditur per locum à diffinitione, à deſcriptione, & à nominis interpretatione.

Diffinitio quid. Diffinitio eſt oratio, indicans quid eſt eſſe rei, per eſſentialia. *Locus à diffinitione.* Locus à diffinitione, eſt habitudo diffinitionis ad diffinitum, & continet quatuor argumenta, & quatuor maximas. Primò ſubijciendo diffinitionem affirmatiuè, vt animal rationale currit, ergo homo currit. Maxima, quicquid prædicatur de Diffinitione, & de Diffinitio. Secundò prædicando diffinitionem affirmatiuè, vt Sortes eſt animal rationale mortale: ergo Sortes eſt homo. Maxima, de quocunque prædicatur diffinitio, & diffinitum. Tertiò ſubijciendo diffinitionem negatiuè, vt animal rationale mortale non currit, ergo homo currit. Maxima, quicquid remouetur à diffinitione, etiam remouetur à diffinito. Quartò prædicando diffinitionẽ negatiuè, vt lapis non eſt animal rationale, mortale, ergo lapis non eſt homo. Maxima, à quocunque remouetur diffinitio, & diffinitum.

Locus à diffinito. Locus à diffinito, eſt habitudo ipſius ad ſuam diffinitionem. Et continet quatuor argumenta, quatuor maximas, ſicut locus à diffinitione. Primò ſubijciendo diffinitum affirmatiuè, vt homo currit, ergo animal rationale, mortale currit. Maxima, quicquid prædicatur de diffinito, & etiam de diffinitione. Secundò prædicando diffinitum affirmatiuè: vt Sortes eſt homo: ergo Sortes eſt animal rationale, mortale. Maxima, de quocunque prædicatur diffinitum, & diffinitio. Tertiò ſubijciendo diffinitum negatiuè: vt homo non currit, ergo animal rationale mortale non currit. Maxima, quicquid remouetur à diffinito, & etiam à diffinitione. Quartò prędicando diffinitum negatiuè, vt lapis non eſt homo, ergo lapis

Digitized by Google

lapis non eſt animal rationale, mortale. Maxima, à quocunque remouetur diffinitum, etiã diffinito. Eſt ſciendum, quod locus ſemper debeat denominari à termino inferente, & non ab illato, vt quando diffinitio eſt inferens, eſt locus à diffinitione. Quando verò diffinitũ eſt inferẽs, eſt locus à diffinito.

Locus à quo ſemper debeat denominari.

Deſcriptio eſt oratio, ſignificans eſſe rei per accidentalia, vt animal riſibile, eſt deſcriptio hominis, vel ſic: Deſcriptio eſt oratio, conſtans ex genere, & proprio, vt animal riſibile.

Deſcriptio quid.

Locus á deſcriptione, eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum. Et continet quatuor argumenta, & quatuor maximas, ſicut locus à diffinitione, & formantur hic eodem modo argumenta, & maximæ, ſicut ibi, niſi quod ibi ponitur diffinitio, & diffinitum, hîc verò deſcriptio, & deſcriptum.

Locus à deſcriptiõe.

Interpretatio eſt duplex: quædam eſt enim quæ non conuertitur cum interpretato ſuo, vt lædens pedem eſt interpretatio huius nominis, lapis. Alia eſt quæ conuertitur cum interpretato ſuo, vt amator ſapientiæ, eſt interpretatio huius nominis, Philoſophus. Et hoc modo ſumitur hic, & diffinitur ſic. Interpretatio eſt expoſitio vnius nominis minùs noti, per aliud nomen magis notum, vel per integram orationem.

Nominis interpretatio duplex.

Interpretatio quid.

Locus à nominis interpretatione, eſt habitudo interpretationis ad interpretatum. Et continet tot argumenta, & tot maximas, ſicut Locus à diffinitione. Primò ſubijciendo interpretationem affirmatiuè, vt amator ſapientiæ currit: ergo Philoſophus currit. Maxima, quicquid prædicatur de interpretatione, & de interpretato. Vel fit à parte prædicati, vt Sortes eſt amator ſapientiæ, ergo eſt Philoſophus. Maxima, de quocunque prædicatur interpretatio, & interpretatum. Negatiuè ſic à parte ſubiecti, vt amator ſapientiæ non currit, ergo Philoſophus non currit. Maxima, quicquid remouetur ab interpretatione, & etiam ab interpretatione, & etiam ab interpretato. A parte prædicati ſic: Sortes non eſt amator ſapientię, ergo non eſt Philoſophus. Maxima, à quocunque remouetur interpretatio, & etiam interpretatum. Et eodem modo intelligitur de interpretato, ſicut de diffinito.

Locus ab Etimologia.

Sequitur de Locis à concomitantibus ſubſtantiam, quæ ſunt quando ſumitur argumentum ab his, quæ conſequuntur terminos in quæſtione poſitos. Et diuiditur, quia alius eſt locus à toto, alius à parte, alius à cauſa, alius ab effectu, alius à generatione, alius à corruptione, alius ab vſibus, alius à communiter accidentibus.

Locus à cõcomitantibus ſubſtãtiam diuiditur.

Locus à toto diuiditur, ſicut ipſum totum. Eſt enim

Locus à toto.

Totum multiplex. quoddam totum vniuerſale, aliud totum integrale, aliud totum in quantitate, aliud totum in modo, aliud totum in loco, aliud totum in tempore. Et ſecundum hoc multiplex eſt loc° à toto, quia alius eſt locus à toto vniuerſali, alius à toto integrali, & ſic de alijs. Et ſimiliter diuiditur locus à tempore.

Totum vniuerſale, & pars vniuerſalis quid. Totum vniuerſale, vt hic ſumitur, eſt quodlibet ſuperius ſubſtantiale ſumptum ad ſuum inferius in linea prædicamentali, vt animal ad hominem, & homo ad Sortem.

Pars ſubiectiua dicitur quodlibet inferius, ſub toto vniuerſali ſumptum.

Locus à toto vniuerſali. Locus à toto vniuerſali, ſiue à genere, eſt habitudo ipſius totius vniuerſalis ad ſuam partem ſubiectiuam, ſiue ad ſuam ſpeciem, & eſt ſemper deſtructiuus prædicando totum, vt lapis non eſt animal, ergo lapis non eſt homo. Maxima à quocunque remouetur genus, ſiue totum vniuerſale, ab eodem remouetur ſpecies, ſiue pars ſubiectiua.

Locus à ſpecie ſubiectiua. Locus à ſpecie, ſiue à parte ſubiectiua eſt habitudo ipſius ad genus, ſiue ad ſuum totum vniuerſale: & eſt ſemper conſtructiuus: & tenet duo argumenta, & duas maximas. Primò ſubijciendo ſpeciem affirmatiuè: vt homo currit: ergo animal currit. Maxima: quicquid prædicatur de ſpecie, ſiue parte ſubiectiua, hoc etiam prædicatur de genere, ſiue de toto vniuerſali. Secundò prædicando ſpeciem affirmatiuè: vt Sortes eſt homo: ergo Sortes eſt animal. Maxima: de quocunque prædicatur ſpecies, ſiue pars ſubiectiua, de eodem prædicatur genus, ſiue totum vniuerſale.

Totum integrale, & pars integralis quid. Totum integrale eſt, quod eſt compoſitum ex partibus habentibus quantitatem: & pars eius dicitur pars integralis.

Pars integralis eſt, quæ cum alijs partibus conſtituit totũ.

Locus à toto integrali. Locus à toto integrali, eſt habitudo totius integralis ad ſuam partem: & eſt conſtructiuus ſemper: vt domus eſt, ergo paries eſt. Maxima: poſito toto integrali, ponitur, & qualibet eius pars.

Locus à parte integrali. Locus à parte integrali eſt habitudo ipſius ad ſuum totum: & eſt ſemper deſtructiuus: vt paries non eſt: ergo domus non eſt. Maxima: deſtructa parte integrali, deſtruitur, & ſuum totum.

Totum in quantitate, & pars in quantitate quid ſit. Totum in quantitate eſt vniuerſale, ſumptum vniuerſaliter, vt omnis homo, nullus homo. Pars in quantitate eſt quodlibet inferius contẽtum ſub illo toto vniuerſali, vniuerſaliter ſumpto.

Locus à toto in quantitate. Locus à toto in quantitate eſt habitudo ipſius ad ſuã partem: & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructius ſic:

omnis homo currit, ergo Sortes currit. Maxima: quicquid prædicatur de toto in quantitate, & etiam de qualibet eius parte. Vel ſic: ſi vniuerſalis eſt vera, quælibet eius particularis erit vera. Deſtructiuè ſic: nullus homo currit, ergo Sortes non currit. Maxima: quicquid remouetur à toto in quantitate, & à qualibet eius parte. Vel ſic: ſi vniuerſalis eſt falſa, quælibet eius particularis erit falſa.

Locus à partibus in quantitate, eſt habitudo omnium partium in quantitate ſimul ſumptarum ad ſuum totum: & tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè ſic: Sortes currit, Plato currit, & ſic de aliis: ergo omnis homo currit. Maxima: quicquid prædicatur de partibus in quantitate ſimul ſumptis, & de ſuo toto. Deſtructiuè ſic: Sortes non currit, Plato non currit, & ſic de alijs, ergo nullus homo currit. Maxima: quicquid remouetur à partibus in quantitate ſimul ſumptis, & ab eius toto, vel ſi quælibet ſingularis non eſt vera, ſua vniuerſalis non erit vera. *Locus à partibus in quantitate.*

Totum in modo eſt vniuerſale ſumptum ſine determinatione, vt homo. Pars in modo eſt vniuerſale ſumptum cum determinatione non diminuente, vt homo eſt albus. Et eodem modo ſumitur argumentum in hoc loco, ſicut in loco à genere ad ſpeciem. *Totum in modo, & pars in modo quid ſit.*

Totum in loco eſt dictio comprehendens omnem locum aduerbialiter, vt vbique, nuſquam. *Etiam in loco, & pars in loco quid.*

Pars in loco eſt dictio comprehendens aliquem locum aduerbialiter, vt ibi, hic.

Locus à toto in loco, eſt habitudo ipſius ad ſuam partem, & tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè ſic. Deus eſt vbique, ergo Deus eſt hic. Maxima: cuicunque competit totum in loco, & quælibet eius pars. Deſtructiuè ſic: Cæſar eſt nuſquam, ergo non eſt hic, Maxima: quicquid remouetur à toto in loco, & à qualibet eius parte. Locus à parte in loco, eſt habitudo ipſius ad ſuum totum, & eſt ſemper deſtructiuus, vt Cæſar non eſt hic, ergo non eſt vbique, Maxima: cuicunque non competit pars in loco, nec eius totum. *Locus à toto in loco* *Locus à parte in loco.*

Totum in tempore eſt dictio comprehendens omne tẽpus aduerbialiter, vt ſemper, nunquam. Pars in tempore, eſt dictio comprehendens aliquod tempus aduerbialiter, vt nũc heri, cras. Exempla autem ſumantur hic, ſicut à toto in loco. *Totum in tẽpore, & pars in tẽpore quid.*

Cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur aliud ſecundum naturam. Et diuiditur in cauſam materialem, formalem, efficientem, & finalem. *Cauſa quid & quotuplex.*

Cauſa efficiens quid.

Cauſa efficiens eſt, à quo primo fit motus ad hoc, quod fiat aliquid; vt domificator eſt primus mouens, & operans, vt fiat domus, & faber, vt fiat cultellus.

Locus à cauſa efficiente.

Locus à cauſa efficiente eſt habitudo ipſius cauſæ efficientis ad ſuum effectum: & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiuè ſic. Domificator eſt bonus: ergo domus eſt bona, Maxima ſi cauſa efficiens eſt bona, ipſum, quod fit, bonum eſt. Deſtructiuè ſic. Domificator non eſt bonus, ergo domus non eſt bona. Maxima: cuius cauſa efficiens non eſt bona, ipſum, quod fit, non eſt bonum, & è conuerſo: tenet locus ab effectu ad cauſam efficientem.

Materia quid. Et quotuplex.

Materia eſt, ex qua cũ alio aliquid fit. Et eſt duplex, quædam enim eſt permanens, & quædam tranſiens. Permanẽs, vt in cultello ferrum. Tranſiens, vt in pane, farina, & aqua: & diffinitur etiam ſic materia: Materia eſt quæ tantùm eſt in potentia.

Locus à cauſa materiali.

Locus à cauſa materiali, eſt habitudo ipſius ad ſuum effectum, & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiuè ſic, ferrum eſt, ergo arma ferrea poſſunt eſſe. Maxima: poſita cauſa materiali, poſſibile eſt eius effectus poni. Deſtructiuè ſic ferrum: non eſt: ergo arma ferrea non poſſunt eſſe. Maxima: remota cauſa materiali permanente, remouetur & eius effectus. Locus ad effectu cauſę materialis tenet conſtructiuè

Locus ab effectu cauſa materialis. Genus herba.

ſic: arma ferrea ſunt, ergo ferrum eſt. Maxima: poſito effectu cauſæ materialis permanentis, ponitur eius cauſa. Locus ab effectu cauſæ materialis trauſeuntis tenet conſtructiuè: vt vitrum, vel panis eſt, ergò ſilex, vel farina fuit. Materia enim tranſiens non manet ſed transfertur in aliam materiam. Maxima: poſito effectu materiæ tranſeuntis, neceſſe eſt ipſam materiam præfuiſſe.

Forma quid. Locus à cauſa formali.

Forma eſt, quæ dat eſſe rei, & conſeruat rem in eſſe. Locus à cauſa formali eſt habitudo ipſius cauſæ formalis ad ſuũ effectum, & tenet conſtructiuè; & deſtructiuè. Conſtructiuè ſic: albedo eſt: ergo album eſt. Maxima; poſita cauſa formali, ponitur, & eius effectus. Deſtructiuè ſic: albedo non eſt, ergo albũ non eſt. Maxima; remota cauſa formali, remouetur, & ei' effectus: E cõtra verò eſt de effectu cauſæ formalis.

Finis quid. Locus à cauſa finali.

Finis eſt, gratia cuius aliquid fit.

Locus à cauſa finali eſt habitudo ipſius ad ſuum effectum, & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiuè ſic, beatitudo eſt bona: ergo virtus eſt bona. Maxima: cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt. Deſtructiuè ſic; pœna bona eſt bona, ergo peccatum non eſt bonum. Maxima,

cuius cauſa eſt mala, ipſum quoque malum eſt. E conuerſo autem eſt de loco ab effectu cauſæ finalis. Generatio eſt progreſſio à non eſſe ad eſſe. Locus à generatione eſt habitudo ipſius generationis ad ſuum generatum, & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiuè tenet ſic; generatio domus eſt bona, ergo domus eſt bona. Maxima: cuius generatio eſt bona, ipſum que bonum eſt. Deſtructiua ſic: generatio latronum eſt mala, ergo latro eſt malus. Maxima; cuius generatio eſt mala, ipſum quoque generatum malum eſt. E conuerſo autem de loco à generato. *Generatio quid. Locus à generatione.*

Corruptio eſt progreſſio ab eſſe ad non eſſe. Locus à corruptione eſt habitudo corruptionis ad corruptum, & eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiuè ſic: corruptio Anti-Chriſti eſt bona, ergo Anti-Chriſtus eſt malus. Maxima: cuius corruptio eſt bona, ipſum corruptum malum eſt. Deſtructiuè ſic: corruptio domus eſt mala, ergo domus eſt bona. Maxima, cuius corruptio mala eſt, ipſum quoque bonum eſt, & è conuerſo eſt de loco à corrupto. *Corruptio quid, & eius locus.*

Viſus, vt hic ſumitur, eſt operatio rei, ſiue exercitium ipſius, vt equitare eſt operatio equi, & ſecare ſecuris. *Vſus quid.*

Locus ab vſib. eſt habitudo ipſius operationis ad id, cuius eſt operatio, ſiue vſus. Et eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiuè ſic: equitare eſt bonum, ergo equus eſt bonus. Maxima: cuius vſus bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt: Deſtructiuè ſic; occidere hominem malum eſt, ergo occiſor eſt malus. Maxima, cuius vſus malus eſt, ipſum quoque vſitatum malum eſt, è contra eſt de loco ab vſitato. *Locus ab vſu.*

Communiter accidentia ſunt duplicia, quædam enim ſunt, quæ aliquando ſe conſequuntur, & aliquando non, vt comptus, & adulter, & ab his non ſumitur locus Dialecticus, ſed Sophiſticus. Alia ſunt quorum vnum ſemper ſequitur ad deliquiſſe, & ab his ſumitur locus Dialecticus, & tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè ſic; iſtum pœnitet, ergo deliquit. Maxima: ſi communiter accidentium poſterius ineſt, & primum infuit. Deſtructiuè ſic; iſte non deliquit, ergo non pœnitet. Maxima: ſi communiter accidentiū prius non ineſt, & poſterior non inerit. *Accidentia in duplici ſunt differentia.*

De ſeptem Locis extrinſecis.
Cap. V.

Seqvitvr de Locis extrinſecis: quid autem ſit Locus extrinſecus, dictum eſt prius. Locorum autem extrinſecorum alius eſt ab oppoſitis, alius à maiori, alius à minori, *Supra cap. 77.*

Google

Loci extrinſeci, qui, & quot.

alius à ſimili, alius à proportione, alius à tranſſumptione, alius ab authoritate. Item, oppoſitorum quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet relatio, contrarietas, priuatio, & contradictio.

Species oppoſitionis quatuor.

Relatiuè oppoſita ſunt, quorum alterum ſine altero non poteſt eſſe.

Locus à relatiuis.

Locus à relatiuis eſt habitudo vnius relatiuorum ad aliud. Et eſt conſtructiuus, & deſtructiuus. Conſtructiuus ſic: pater eſt: ergo filius eſt, & filius eſt, ergo pater eſt. Maxima: poſito vno relatiuorum, neceſſariò ponitur, & reliquum. Deſtructiuè ſic: pater non eſt, ergo filius non eſt, & è conuerſo. Maxima. Remoto vno relatiuorum, remouetur, & reliquum.

Locus à relatiuè oppoſitis.

Locus verò à relatiuè oppoſitis tenet ſolum deſtructiuè ſic: Sortes eſt pater Platonis, ergo non eſt filius eius. Contrarietas eſt contrariorum oppoſitio, vt albi, & nigri. Contrariorum, quædam ſunt mediata, vt album, & nigrum, inter quæ ſunt medij colores. Quædam verò immediata, vt ſanum, & ægrum circa animal.

Locus à contrariè oppoſitis.

Locus à contrarijs eſt habitudo vnius contrariorum ad reliquum, & tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè ſic: hoc animal eſt ſanum, ergo non eſt ægrum. Maxima: poſito vno contrariorum, remouetur reliquum. Deſtructiuè tenet tantùm in contrarijs immediatis cum conſtantia ſubiecti, vt hoc animal non eſt ſanum, ergo eſt ægrum, Maxima: Remoto vno contrariorum ponitur reliquum, ſubiecto manente.

Cap 55.

Locus à priuatiuè oppoſitis.

Quæ autem ſunt priuatiuè oppoſita, dictũ eſt prius. Locus à priuatiuè oppoſitis eſt habitudo priuationis ad habitum, vel habitus ad priuationem, & tenet conſtructiuè: vt iſte eſt videns, ergo non eſt cæcus. vel eſt cæcus, ergo non eſt vidẽs. Maxima, poſito vno priuatiuè oppoſitorũ circa aliquod ſubiectum, ab eodem remouetur reliquum. Deſtructiuè non tenet, niſi cum conſtantia ſubiecti, & cum tempore determinato à natura, Catulus enim non dicitur videns, neque cæcus ante nonum diem. Et puer non dicitur edentulus ante tempus determinatum à natura.

Contradictio quid.

Contradictio eſt oppoſitio, cuius ſecundum ſe non eſt dare medium.

Locus à contradictoriè oppoſitis.

Locus à contradictoriè oppoſitis eſt habitudo vnius contradictoriè oppoſitorum ad reliquum, vt Sortem ſedere eſt verum, ergo Sortem non ſedere eſt falſum. Maxima, ſi vnum contradictorium eſt verum, reliquum erit falſum.

Diſparatè oppoſita.

Sunt autem alia oppoſita, quæ dicuntur diſparata, quæ non ſunt oppoſita ſecundũ aliquod genus prędictæ oppoſitionis, ſed ſunt diuerſa, vt homo, & aſinus, & à talibus ſumitur ſic

argumentum. Sortes eſt homo, ergo non eſt aſinus. Maxima, de quocunque dicitur vnum diſparatorum abſtractiuè, ab illo eodem remouetur, & reliquum. Dicitur notanter, abſtractiuè, quia ſi concretiuè ſumerentur, tunc non ſequeretur, quia non ſequitur, hoc eſt album, ergo non eſt quantum, ſed benè ſequitur, hoc eſt albedo, ergo non eſt quantitas.

Maius, vt hîc ſumitur, eſt quod ſupraponitur alicui in potentia, & virtute. Minus eſt, quod ei ſupponitur. *Maius, & minus quid.*

Locus à maiori eſt habitudo ipſius maioris ad minus, & eſt ſemper deſtructiuus, vt Rex non poteſt expugnare caſtrum, ergo nec miles. Maxima: ſi id, quod magis videtur ineſſe, non ineſt, nec id, quod minus videtur ineſſe, inerit. *Locus à maiori.*

Locus à minori eſt habitudo minoris ad maius, & eſt ſemper conſtructiuus, vt miles poteſt expugnare caſtrum, ergo, & Rex. Maxima: ſi id, quod minus videtur ineſſe, ineſt, & id, quod magis videtur ineſſe, inerit. *Locus à minori.*

Similitudo eſt rerum differentium eadem qualitas. Locus à ſimili eſt habitudo vnius ſimilium ad reliquum, & tenet conſtructiuè, & deſtructiuè. Conſtructiuè ſic, ſicut riſibile ineſt homini, ita hinnibile ineſt equo: ſed riſibile ineſt homini, vt propriũ, ergo hinnibile ineſt equo, vt proprium. Maxima: de ſimilib. idem eſt iudicium. Deſtructiuè ſic: ſicut riſibile ineſt homini, ita hinnibile ineſt equo, ſed riſibile non ineſt homini, vt genus, ergo nec hinnibile ineſt equo, vt genus. Maxima: de ſimilibus idem eſt iudicium. *Similitudo quid. Locus à ſimili.*

Proportio eſt rerum differentium eadem habitudo. Locus a proportione eſt habitudo vnius proportionabilium ad reliquum, vt ſicut ſe habet rector nauis ad nauem, ità ſe habet rector Scholarium ad ſcholas: ſed in naui regenda eligendus eſt rector non ſorte, ſed arte, ergo in ſcholis regendis eligendus eſt rector non ſorte, ſed arte. Maxima: de proportionibus idem eſt iudicium. Differt autem iſte locus à loco à ſimili, quia in loco à ſimili ſumitur cõparatio ſecũdum ſimilitudinẽ inhærentiæ; vt ſicut riſibile ineſt homini, ità hinnibile ineſt equo. In loco autẽ à proportione non attenditur ſimilitudo inhærentiæ, ſed comparatio habitudinis, vt ſicut ſe habet rector nauis ad nauem, ita ſe habet rector ſcholarium ad ſcholas. *Proportio quid, & Locus ab ea ſumptus. Differentia loci à proportione à loco à ſimili.*

Tranſſumptio eſt duplex: quædam enim eſt, quãdo dictio, vel oratio vnum ſignificans tranſſumitur ad ſignificandum aliud propter ſimilitudinem aliquam in eis repertam, vt *Tranſſumptio quid, & quotuplex.*

hæc dictio, ridere, tranſſumitur ad ſignificandum florere, cum dicitur, pratum ridet.

Similiter oratio tranſſumitur, cum dicitur, littus aratur idest opera perditur, ſicut ſolet dici, cum quis in vanum laborat, & hæc tramſſumptio pertinet ad ſophiſticum.

Alia eſt, quando nomen magis notum ſumitur pro nomine minùs noto, vt ſi debeat probari, quod Philoſophus non inuidet, & fiat tranſſumptio ad hoc nomen ſapiens, & iſta tranſſumptio pertinet ad Dialecticum.

Locus à tranſſumptione.

Locus à tranſſumptione eſt habitudo tranſſumptionis ad tranſſumptum, vt ſapiens non inuidet, ergo philoſophus non inuidet. Maxima: quicquid alicui conuenit ſub nomine magis noto, eidem conuenit ſub nomine minùs noto. Differt autem iſte locus à loco à nominis interpretatione, quia in loco à nominis interpretatione accipitur diffinitio, ſiue expoſitio nominis, vt ſi exponatur hoc nomen, philoſophus, per hoc quod eſt amator ſapientiæ. In loco autem à trāſſumptione non accipitur expoſitio, ſiue deſcriptio nominis, ſed pro vno nomine minus noto accipitur aliud nomen magis notum, per quod faciliter poteſt probari propoſitum.

Authoritas quid.

Auctoritas, vt hîc ſumitur, eſt iudicium ſapientis in ſua ſcientia, vndè iſte locus ſolet denominari à rei iudicio.

Locus ab auctoritate.

Locus ab auctoritate, eſt habitudo auctoritatis ad illud, quod per eam probatur, & tenet conſtructiuè ſolum, vt Aſtronomus dicit, cœlum eſſe volubile, ergo cœlum eſt volubile. Maxima: vnicuique experto in ſua ſcientia credendum eſt.

De Locis Medijs. CAPVT. V.

QVID autem ſit Locus medius, dictum eſt prius. Locorum mediorum alius à coniugatis, alius à caſibus, & alius à diuiſione.

Loci medij quot ſunt.

Coniugata, & caſus differunt ſic, quia vniuocum ſiue principale, ſiue abſtractum, quod idem eſt, dicitur coniugatum cum ſuo denominatiuo, vt iuſtitia, & iuſtum, albedo, & album.

Caſus qui dicatur.

Caſus autem dicuntur ea, quæ cadunt à principali, vt iuſtum, & iuſtè à iuſtitia. Et Differentiam hanc aſſignat Ariſt. in ſecundo Topicorum.

Locus à coniugatis.

Locus à coniugatis, eſt habitudo vnius coniugatorum ad reliquum, vt iuſtitia eſt bona; ergo iuſtum eſt bonum. Maxima, quicquid conuenit vni coniugatorum, conuenit & reliquo, & ſi vnum coniugatorum ineſt, ineſt & reliquum.

Digitized by Google

Locus à caſibus eſt habitudo vnius caſuum ad reliquum, vt iuſtum eſt bonum, ergo quod iuſtè fit, benè fit. Maxima: quod vni caſui conuenit, & reliquo, & è conuerſo, ſumitur argumentum à caſibus à coniugatis. *Locus à caſibus.*

Diuiſionum alia fit per negationem: vt Sortes eſt homo, aut non homo, ſed non eſt non homo, ergo eſt homo. Maxima, ſi aliqua duo condiuidant aliquid tertium, poſito vno, remouetur aliquum.

Alia autem fit non per negationem, & hæc fit ſex modis, tribus per ſe, & tribus per accidens.

Prima diuiſio per ſe, eſt generis in ſpecies, vt animalium aliud homo, aliud brutum.

Secunda eſt totius integralis in ſuas partes, vt domus alia pars eſt paries, alia tectum, alia fundamentum.

Tertia verò eſt vocis in ſignificata, vt canis, alius latrabilis, alius piſcis marinus, alius ſidus cœleſte.

Diuiſionum vero per accidens, prima eſt ſubiecti in accidentia, vt animalium aliud ſanum, aliud ægrum.

Secunda diuiſio eſt accidentis in ſubiecta, vt ſanorum aliud brutum, aliud homo.

Tertia eſt accidentis in accidentia, vt ſanorum aliud calidum, aliud frigidum. Locus à diuiſione eſt habitudo vnius condiuidentium ad reliquum, vt ſi Sortes eſt animal, aut eſt animal rationale, aut irrationale, ſed non eſt irrationale: ergo rationale. Maxima, poſito vno membrorum diuidentium in aliquo ſubiecto, remouetur reliquum, & ſimiliter in qualibet alia diuiſione.

OMNES DIALECTICOS LOCOS commodè complectuntur ſequentes verſus, quos etiam Tabella ob oculos ponit.

Diffi. Des. Inter. Totum Pars. Cauſa, ſit intra,
Gignit. Corrumpens. Vſus communiter hærens,
Oppoſitum ſequitur, Maior, Minor Aſſimilatque.
Auctor. Tranſſumpta, Proportio, ſit locus extra
Sunt medij Coniu, Caſus, Diuiſio, nec plus.

LOCVS DIALECTICVS.

INTRINSECVS,	Tot Modis	EXTRINSECVS
A Subſtantia.	Dicitur Pars.	*Ab Oppoſitis.*
A Definitione.	A Cauſa	*A Relatiuis.*
A Definito.	*Materiali.*	*A Contrarijs.*
A Deſcriptione.	*Formali.*	*A Priuatiuis.*
A Deſcripto.	*Efficiente.*	*A Contradictorijs.*
Ab Interpretatione.	*Finali.*	*A Diſparatis.*
Ab Interpretato.	*A Corruptione.*	*A Comparatione.*
A Concō: ſubſtam.	*Ab Vſibus, &*	*A Proportione.*
A Toto vniuerſali.	*Cōiter Accidentibus*	*A Trāſmutata prop.*
A Toto integrali.		*A Diſſimili.*
A Toto in quantitate.	*MEDIVS.*	*A Diſproportione.*
A Toto in modo.	*A Coniugatis.*	*Ab Auctoritate.*
A Toto in loco.	*A Caſibus.*	*A Tranſſumptione.*
A Toto in tempore.	*A Diuiſione,*	

DE SYLLOGISMO Sophyſtico.

Tractatus Nonus.

Ariſtotelis Libellum de Sophiſticis Redargutionibus breuiter perſtingens.

De Numero Syllogiſmorum, & eorum Definitionib.

CAPVT I.

Syllogiſmus Demōſtratiuus, Dialecticus, Sophiſticus, quid ſint. Libr. 1. Cap. 2.

SYLLOGISMORVM alius eſt Demonſtratiuus, alius Dialect. alius Sophyſticus, ſiue litigioſus.

Syllogiſmus demonſtratiuus eſt, qui ex primis, veris, & immediatis eſt ſyllogizatus, aut ex talibus, quæ per aliqua prima, & vera principium ſuæ cognitionis ſumpſerunt.

Dialecticus ex probabilibus eſt ſyllogizatus.

Sophiſticus, (vt diffinitur ab Ariſtotele in Elenchis) eſt, qui apparet eſſe ſyllogiſmus, & non eſt, aut qui eſt ſyllogiſmus, ſed non eſt conueniens rei.

Diſputatio quid, & quotuplex.

Diſputatio eſt actus Syllogiſticus vnius ad alterum, ad aliquod propoſitum oſtendendum.

Diſputationis quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet Doctrinalis, Dialectica, Tentatiua, & Sophiſtica.

Diſputatio Doctrinalis

Diſputatio Doctrinalis eſt, quæ Syllogizat ex proprijs principijs vniuſcuiuſq; diſciplinæ, & non ex his, quę videtur

reſpondenti. Et huius diſputationis inſtrumentum eſt Syllogiſmus Demonſtratiuus.

Diſputatio Dialectica eſt, quæ ex probabilibus ſyllogizat, & eſt collectiua contradictionum, & eius iuſtrumentum eſt ſyllogiſmus Dialecticus. Temptatiua vero diſputatio eſt: quæ ſyllogizat ex his, quæ videntur reſpondenti, & neceſſe eſt eum ſcire, qui ſe ſimulat habere ſcientiam. Huius autem diſputationis inſtrumentum eſt ſyllogiſmus Temptatiuus. *Diſputatio Dialectica, Tentatiua, & Sophiſtica quid ſint.*

Syllogiſmus Temptatiuus eſt, qui procedit ex his, quæ videntur reſpondenti.

Diſputatio Sophyſtica eſt, quæ procedit ex his, quæ videntur probabilia, & non ſunt. Huius autem diſputationis inſtrumentum eſt ſyllogiſmus Sophyſticus.

De Quinque Methis, ad quas ordinatur Syllogiſmus Sophyſticus. Cap. II.

Syllogismvs Sophiſticus ordinatur ad quinque Methas, quæ ſunt Redargutio, Falſum, Inopinabile, Solœciſmus, & Nugatio. *Syllogiſmus Sophiſticus ad Quinque Methas ordinatur.*

Eſt autem Metha inconueniens quoddam, ad quod opponens Sophyſta nititur videri ducere reſpondentem.

Redargutio eſt prænegati conceſſio, vel præconceſſi negatio in eadem diſputatione vi argumentationis facta, vndè niſi vi argumantationis hoc quis faciat, non propter hoc erit redargutus, ſimiliter nec in diuerſis diſputationibus, *Redargutio quid.*

Falſum (vt hîc ſumitur) eſt manifeſtè falſum; nam ſi Sophyſta ducat reſpondentem ad falſum occultum, non propter hoc aſſequitur finem ſuum. *Falſum quid.*

Inopinabile eſt, quod eſt contra opinionem omnium, vel plurium, vel maximè ſapientum, vt matrem non diligere filium. Solœciſmus eſt vitium in contextu partium orationis, contra regulas artis Grammaticæ factum, vt vir mea. *Inopinabile quid. Solæciſmus quid.*

Nugatio eſt vnius, & eiuſdem ex eadem parte inutilis repetitio, vt homo homo currit. Dico autem, ex eadem parte, quia ſi in diuerſis partibus idem repetatur non eſſet nugatio, vt homo eſt homo, riſibile eſt riſibile. Dico autem inutilis repetitio, quia ſi idem repetatur ad maiorem expreſſionem laudis, affectionis, vel vituperij, non eſſet nugatio, vt Deus Deus meus, latro latro, quò vadis. *Nugatio quid.*

Iſti autem quinque fines vlterius ordinantur ad vnum finem principalem, qui eſt apparens ſapientia, & non exiſtens. Sophiſta autem non ducit ad iſtos fines ſuum reſpondentem, niſi per eos deueniat ad vltimum finem principalem, qui eſt apparens ſapientia. Et cum quilibet debet præmeditari ſuum finem, ideo determinatio finium debet præcedere determinationem fallaciarum.

Sophiſtæ finis.

Quid ſit Fallacia, & quotuplex ſit. CAPVT III.

FALLACIA eſt idoneitas decipiendi, faciens credere de ente, quod ſit non ens, & de non ente quòd ſit ens, mediante phantaſtica viſione.

Fallacia quid, & quotuplex.

Fallaciæ ſunt treſdecim, quarum ſex ſunt in dictione, & ſeptem extra dictionem.

In dictione ſunt Æquiuocatio, Amphibologia, Compoſitio, Diuiſio, Accentus, & Figura dictionis.

Et ſeptem extrà dictionem ſunt, accidens, ſecundum quid ad ſimpliciter, Ignorantia elenchi, Petitio principij, Conſequens, non Cauſa, vt cauſa, ſecundum plures interrogationes, vt vnam. Quod autem ſint ſex in dictione, probat Ariſtotelis inductione, & ſyllogiſmo.

In lib. Elench.

Inductione ſic: Aequiuocatio fit aliquo iſtorum ſex modorum: Amphibologia fit aliquo iſtorum ſex modorum: & ſic de aliis: ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo ſex modorum.

Syllogiſmo ſic: omnis deceptio facta ex eo, quòd eiſdē dictionibus, vel orationibus non idem ſignificamus, fit aliquo iſtorum ſex modorum: ſed omnis fallacia in dictione fit ex eo, quòd eiſdem dictionibus, vel orationibus, non idem ſignificamus: ergo omnis fallacia in dictione fit aliquo iſtorum ſex modorum. Iſte Syllogiſmus eſſet in primo modo primæ figuræ. Probatio maioris, omnis multiplicitas dictionis fit aliquo iſtorum ſex modorum: ſed omnis deceptio facta ex eo, quòd eiſdem dictionibus vel orationibus non idem ſignificamus, fit ex multiplicitate dictionis: vel orationis: ergo omnis deceptio facta ex eo, quòd eiſdem dictionibus, vel orationibus non idem ſignificamus, fit aliquo iſtorum ſex modorum, & hęc fuit maior, Probatio minoris: omnis multiplicitas dictionis fit ex eo, quòd eiſdem dictionibus, vel orationibus non idem ſignificamus: ſed omnis fallacia in dictione fit ex

multiplicitate dictionis vel orationis: ergo omnis fallacia in dictione fit ex eo, quod eiſdem dictionibus, vel orationibus non idem ſignificamus, & hæc ſunt minor, & iſti duo ſyllogiſmi ſunt in primo modo primæ figuræ.

Sciendum autem (vt vult Alex. in Com. ſupra Librum Elenchorum) quòd triplex eſt multiplex. Aliud eſt enim multiplex actuale, aliud potentiale, & aliud phantaſticum. *Multiplex tribus modis dicitur.*

Multiplex actuale eſt, quando dictio, vel oratio eadem ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificat dictio, vt in æquiuocatione, vt canis: oratio, vt in Amphibologia, vt Liber Ariſtotelis. *Actuale multiplex.*

Multiplex potentiale eſt, quando dictio, vel oratio eadem ſecundum ſubſtantiam, diuerſa tamen ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificat, dictio, vt in accentu, vt populus, cuius prima ſyllaba poteſt eſſe breuis, vel longa, & ſecundum hoc diuerſa ſignificat, oratio, vt in compoſitione, vel diuiſione, vt quicquid viuit, ſemper eſt. Alium habet enim modum proferendi, prout eſt diuiſa, & prout eſt compoſita, vt poſtea patebit. *Multiplex potentiale. Populus gens. Populus arbor.*

De multiplici phantaſtico videbitur in fallacia figuræ dictionis. Et quia multiplex actuale veriori modo eſt multiplex, quam potentiale, & potentiale, quam phantaſticum, ideò primo dicendum eſt de fallaciis facientibus multiplex actuale, quam de aliis, & poſtea de potentiali, & vltimo de phantaſtico. Vnde primo dicendum eſt de æquiuocatione, & Amphibologia, quam de aliis fallaciis in dictione, quia in æquiuocatione, & Amphibologia eſt multiplex actuale, & per conſequens eadem dictio, vel oratio ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum modum proferendi, in aliis autẽ non. In iſtis enim plus eſt de identitate, quã de aliis. Itẽ adhuc prius dicendũ eſt de æquiuocatione, quam de Amphibologia, quia æquiuocatio fit in dictione: Amphibologia verò in oratione. Dictio autem prior eſt oratione. Sciendum eſt, quod fallacia dupliciter ſumitur: quãdóq; enim fallacia idẽ eſt, quòd cauſa decipiendi, & quandóq; idẽ eſt, quòd deceptio facta ex illa cauſa, & hoc primo modo ſumitur hîc fallacia. *Fallacia dupliciter accipitur.*

De Fallacia Æquiuocationis, & eius Modis. Cap. IV.

Aeqvivocatio eſt multiplicitas dictionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam, & modum proferendi, vt in hoc *Æquiuocatio quid.*

In qualibet fallacia eſt cauſa apparentia, & cauſa deffectus.

nomine, canis. Sciendum eſt, quod in qualibet fallacia eſt duplex cauſa, ſcilicèt cauſa apparentię, & cauſa defectus.

Cauſa apparentia, & cauſa defectus in qualibet fallacia quid.

Cauſa apparentiæ in qualibet fallacia eſt, quæ mouet ad credendum id, quod non eſt credendum.

Cauſa defectus eſt, quæ oſtendit creditum eſſe falſum. Cauſa apparentiæ in æquiuocatione eſt vnitas dictionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum modum proferendi, diuerſa ſignificantis. Cauſa defectus, ſiue falſitatis eſt diuerſitas, ſignificatorum: vnitas enim prædicta in æquiuocatione mouet ad credendum, quod non eſt, ſcilicèt vnitaté ſignificādi, diuerſitas auté oſtendit creditum eſſe falſum.

Fallacia æquiuocationis.

Æquiuocationis tres ſunt modi, ſed primò videndum eſt, quid ſit fallacia æquiuocationis.

Vndè fallacia æquiuocationis eſt deceptio proueniens ex eo, quòd aliqua dictio manens vna ſecundam ſubſtantiam, & ſecundum modum proferendi, diuerſa ſignificat.

Æquiuocationis tres modi. Primus modus.

Primus autem modus prouenit ex ſignificatione, vel conſignificatione dictionis. Ex ſignificatione ſic paralogizatur, omnis canis currit, ſydus cœleſte eſt canis: ergo ſydus cœleſte currit. Solutio: vtraque præmiſſarum eſt duplex, quia hoc nomen, canis eſt multiplex, æquiuocè ſignificās animal latrabile, ſydus cœleſte, & piſcé marinum, & ſic maior vno modo eſt vera, & alio modo falſa, & ſimiliter minor. Vel ſic, omne expediens eſt bonum, malum eſt expediens, ergo malum eſt bonum. Solutio, expediēs dicitur æquiuocè. Vno modo idem eſt, quod bonū. Alio modo idem eſt, quod neceſſariū quod accidit in minus malum, quod opportet fieri ad euitandum maius malum. Vndè vtraq; præmiſſarum eſt duplex, quia vno modo eſt vera, alio modo eſt falſa.

Ex conſignificatione paralogizatio.

Propoſitio de, poteſt dicere duplicē circūſtantiā

Ex conſignificatione paralogizatur ſic, iſte pannus eſt de Anglia: Anglia eſt terra, ergo iſte pānus eſt de terra, non ſequitur, quia prima eſt duplex ex eo, quòd hæc propoſitio de, poteſt dicere circumſtātiam cauſæ materialis, & ſic eſt falſa, vel poteſt dicere locum, & originem, & ſic eſt vera.

Vel ſic, in quocunq; eſt ægritudo, ipſum eſt animal, ſed in humorum inadæquatione eſt ægritudo: ergo humorū inadæquatio eſt animal. Prima ē duplex, quia hæc præpoſitio in, pōt dicere cām efficientē eſſe, & ſic eſt falſa, vel cām formalé ſiue ſubiectū, in quo eſt, & ſic eſt vera, ſimiliter dicendum eſt de minori. Vel ſic, propriū eſt Quāti tati, ſecundū cam ſimile, vel diſſimile dici, ſed ſecundū ſimilitudinē dicitur aliquis ſimilis, vel diſſimilis: ergo ſimilitudo, vel diſſimilitudo ſunt

Digitized by Google

qualitates, quod falsũ eſt, imò sũt relationes. Prima eſt dupl. eo quòd hæc propoſitio ſecundũ poteſt dicere circunſtantiã cãæ efficientis, & ſic eſt vera, quia duæ qualitates eiuſdẽ ſpeciei faciũt vnam ſimilitudinẽ, & ſic qualitas eſt cã efficiens ſimilitudinis, ſi autẽ dicat circunſtantiã cãæ formalis, ſic eſt falſa, quia qualitas non eſt cã formalis ſimilitudinis, & è cõuerſo dicendum eſt de minori.

Similiter, omne ſanũ eſt animal, vrina eſt ſana: ergo vrina eſt animal: vtraq; præmiſſarum eſt duplex quia ſanum dicitur de animali, vt de ſubiecto, & de vrina, vt de ſignãte, vel indicante, de cibo, vt de efficiente, de diæta, vt de conſeruãte, & ſic alio, & alio modo ſanitas ad hæc comparatur, Et ſecundum hoc habet diuerſas ſignificationes. Ex conſignificatione ſic paralogizatur: quicunque ſanabatur, ſanus eſt: laborans ſanabatur: ergo laborans ſanus eſt: minor eſt duplex, eo quod hoc participium laborans, poteſt dicere præſens tempus, & ſic eſt vera, & tunc eſt ſenſus, laborans nunc ſanabatur: ſi autem dicat præteritum, ſic eſt falſa, & ſic eſt ſenſus, laborans tunc ſanabatur, & è conuerſo dicendum eſt de concluſione, laborans .n. æquiuocum eſt ad laborantem nunc, & ad laborantẽ tunc. Et eodem modo eſt hic, quicunq; ſurgebat, ſtat, ſedens ſurgebat, ergo ſedens ſtat, & eodẽ modo reſpondendum eſt, ſicut fuit reſponsũ ad alium paralogiſmum. Alio modo põt fieri è conuerſo, quando dictio põt teneri materialiter, vel conſignificatiuè, ſicut hic, Deus eſt vbiq;, vbique eſt aduerbium, ergo Deus eſt aduerbiũ. Dicẽdum eſt, quod prima eſt duplex, eò quòd hæc dictio, vbiq; poteſt teneri materialiter, vel conſignificatiuè: ſi materialiter, ſic eſt falſa, ſi conſignificatiuè, ſic eſt vera, ſed non ſequitur concluſio. Secundus modus æquiuocationis prouenit ex tranſſumptione dictionis.

Vbique tenetur dupliciter.

Equiuocationis ſecũdus modus.

Vndè tranſſumptio (vt hic ſumitur) eſt acceptio dictionis, ſignificantis vnũ ex impoſitione ad ſignificandum aliud per ſimilitudinẽ. Et ſecundum iſtum modum ſic formatur paralogiſmus, quicquid ridet, habet os, pratum ridet, ergo pratum habet os. Prima eſt duplex, eo quod hoc verbum, ridet, poteſt teneri propriè, & ex impoſitione, vel tranſſumptiuè, ſi propriè ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio, ſi tranſſumptiuè, ſic eſt falſa, & ſic ſequitur concluſio. Hoc enim verbum, ridere, eſt æquiuocum, ad ridere, & ad florere, quia ridere ſignificat ex prima impoſitione riſum ab ore emittere, florere enim ſignificat per quandam tranſſumptionem, florere enim, & ridere quandam ſimilitudi-

Tranſſumptio quid.

Poteſt tenetur dupliciter.

Ridere eſt æquiuocum verbum.

nem habent, quia vtrobique denotatur gaudium, & ideò ridere tranſſumitur ad florere, vt vult Ariſt. ideo ſumentes aliquam ſimilitudinem, transferunt: Quicquid currit habet pedes, Secana currit, ergo Secana habet pedes, vtraque præmiſſarum eſt duplex, quia hoc verbum, currit, vel tenetur propriè, vel tranſſumptiuè, currere enim, & labi aſſignantur in velocitate ſecundum quòd currit, ſumitur propriè, ſic maior eſt vera, & minor falſa, ſi tranſſumptiuè, tunc eſt è conuerſo.

Lib. 1. Elench.

Fluuius.

Currit dupliciter capitur.

Tertius modus prouenit, ex eo quòd aliqua dictio plura ſignificat compoſita, ſeparata verò vnum ſolum, vt hæc dictio, immortale, vno modo dicitur, quaſi non potens mori, alio modo dicitur, quaſi potens non mori.

Equiuocè tertius modus.

Et ſecundum hoc ſic formatur paralogiſmus, omne immortale eſt perpetuum, ſed omne potens non mori, eſt immortale, ergo omne potens non mori eſt perpetuum, vtraque præmiſſarum eſt duplex, cum hoc nomen immortale, ſit æquiuocum, vt dictum eſt.

Immortale capitur dupliciter.

Item omne incorruptile eſt perpetuum, ſed omne potẽs non corrumpi, eſt incorruptibile, ergo omne potens, non corrumpi eſt perpetuum, vtraque præmiſſarum eſt duplex, eo quod incorruptibile vno modo idem eſt quod non potens corrumpi, & ſic incorruptibile eſt perpetuum, & ſic maior eſt vera, & minor falſa: alio modo idem eſt, quòd potens non corrumpi, vt primus homo potuit non corrumpi, & in hoc ſenſu maior eſt falſa, & minor vera. Et ſic ſoluendi ſunt paralogiſmi æquiuocationis per diſtinctionem paralogiſmorum ſecundum æquiuocationem, vt prius patuit.

Incorruptibile. dupliciter capitur.

Recta ſolutio eſt manifeſtatio ſyllogiſmi falſi, & propter quid eſt falſus, & hoc contingit dupliciter, ſcilicèt diſtinguendo, vel aliquam præmiſſarum interimendo. Secundo modo reſpondendum eſt ad omnes peccantes in materia. Et ad omnes orationes in vtroque peccantes reſpondendum eſt vtroque modo, ſcilicèt diſtinguendo, & aliquam præmiſſarum interimendo, non ſecundum idem, ſed ſecundum diuerſa.

Recta ſolutio quid, & quotupliciter fiat.

De Fallacia Amphibologiæ, eiuſque Modis.
CHAP. V.

AMPHIBOLOGIA eſt multiplicitas orationis eiuſdẽ, ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificantis. Fallacia autem Amphibologiæ eſt deceptio,

Amphibologia quid, & eius fallacia.

Digitized by Google

deceptio, proueniens ex identitate orationis eiuſdem ſecundũ ſubſtantiam, & ſecundum modũ proferendi diuerſa ſignificantis. Cauſa apparentiæ eſt idẽtitas orationis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum modum proferendi. Cã falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorum. Et dicitur Amphibologia ab Amphi, quod eſt dubiũ, & bole ſnía, quaſi dubia ſnía. Amphibologiæ tres ſunt modi. *Cauſa apparentiæ, vel defectus huius fallacia, ἀμφιβουλή.*

Primus modus prouenit, ex eo, quòd aliqua oratio principaliter, plura ſignificat, vt liber Ariſt. Hæc. n. oratio eſt duplex. Vno modo idẽ eſt, quod liber, editus ab Ariſt. Alio modo idem eſt, quod liber poſſeſſus ab Ariſtotele. Et formatur ſic paralogiſmus, quicquid eſt Ariſt. poſſidetur ab Ariſt. iſte liber eſt Ariſtot. ergo poſſidetur ab Ariſt. vtraque præmiſſarum eſt duplex, vt dictũ eſt. Secundus modus Amphibologiæ prouenit ex tranſſumptione orationis Tranſſumptio autẽ orationis eſt, quando oratio propriè ſignificans vnum tranſſumitur ad ſignificandũ aliud propter aliquã ſimilitudinem, repertam in ipſis, vt littus aratur, tranſſumitur ad operam perdi. Et formatur ſic paralogiſmus, quicquid aratur, aratro ſcinditur: littus aratur, quando indocilis docetur: ergo quando indocilis docetur, littus aratro, ſcinditur. Minor eſt duplex, quia littus arari ſignificat propriè terram ſcindi: tranſſumitur autem ad operam perdi, & eſt ſimilitudo in hoc, quod qui littus arat, operam perdit, & fruſtrà laborat. *Amphibologia tres modi. Primus modus. Secundus modus. Tranſſumptio quid.*

Tertius modus Amphibologiæ prouenit ex eo, quod aliqua oratio cõpoſita plura ſignificat: ſeparata verò vnum ſolum, vt ſeculum ſcit: hæc enim oratio eſt duplex: ſignificat enim quod aliquis ſciat ſeculum, vel quod ſeculum habeat ſcientiam de aliquo, & ideo iſta oratio eſt duplex ex eo, quòd verbum, ſcit, poteſt ordinari cum hoc, quod eſt ſeculũ, à parte ante, & ſic eſt vera, & ſic non ſequitur concluſio, vel à parte poſt, & ſic eſt falſa, & ſic ſequitur concluſio. Similiter, quicquid ſcit, hoc ſcit, quia hæc dictio, hoc, ſupponere poteſt huic verbo, ſcit, vel apponere. Similiter hic, quoſcunq; vellem me accipere, vellem, quòd acciperent me, pugnantes vellem me accipere: ergo vellem, quòd pugnantes acciperent me: maior eſt duplex, quia hæc dictio, me, poteſt ordinari cum iſto verbo, accipere à parte ante, & ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio, vel à parte poſt, & ſic eſt falſa, & ſequitur concluſio. *Tertius modus. Hoc dupliciter ſupponi.*

Similiter iſta dictio, pugnantes, poteſt ſupponere, vel apponere.

Similiter hic, quicquid videt aliquis, hoc videt, columna aliquis videt: ergo columna videt, maior eſt duplex, vt dictum eſt in alijs.

Similiter hic: quicunque ſunt Epiſcopi, ſunt Sacerdotes: aſini ſunt Epiſcopi: ergo aſini ſunt Sacerdotes. Vtraque præmiſſarum eſt duplex, ex eo quòd hæc dictio, Epiſcopi, poteſt eſſe nominatiui caſus, vel genitiui. Quod autem deceptio facta ex diuerſitate caſus, faciat Amphibologiam, patet, quia caſus datus eſt dictioni ad hoc, vt ordinetur cũ alia dictione.

In lib. Elench. Sed ordinatio dictionis cum dictione facit Amphibologiam, & non æquiuocationem: hoc enim patet ab Ariſt. formante paralogiſmos Amphibologiæ ſecundum diuerſitatẽ caſus, & non æquiuocationis. *Amphib. tres modi.* Sciendum eſt quod Ariſt. ponit tres modos communes æquiuocationis, & Amphibologiæ.

Amphib. primus modus. Primus modus eſt, quando dictio, vel oratio plura principaliter ſignificat: dictio, vt canis: oratio, vt liber Ariſtotelis.

Amphib. ſecundus modus. Secundus modus eſt, quando ſic ſoliti ſumus dicere ſecundum tranſſumptionem. Tranſſumptio in dictione, vt ridere in oratione, vt littus aratur.

Amphib. tertius modus. Tertius modus, eſt quando compoſitum plura ſignificat, ſeparatim verò vnum ſolum.

Exemplum in æquiuocatione, vt in his dictionibus immortale, incorruptibile. Exemplum in Amphibologia, vt in iſta oratione, ſeculũ ſcit. In omnibus enim iſtis compoſitũ plura ſignificat: ſeparatim verò vnum ſolum.

Quæritur de diſtinctione iſtorum trium modorum communium, quorum primus eſt, quantum ad æquiuocationem, quando vnum nomen principaliter plura ſignificat. Secundus prouenit ex tranſſumptione.

Tertius eſt, quando vnum nomen compoſitum plura ſignificat, ſimplex verò vnum ſolum, vt immortale, incorruptibile, & hoc totum verum.

Obiectio. Sed tunc obijcitur: deceptio proueniens ex conſignificatione dictionis non continetur ſub aliquo iſtorum triũ modorum in æquiuocationem: verbi gratia, ſicut in hoc ſyllogiſmo: quicunque ſanabatur ſanus eſt, laborãs ſanabatur, ergo laborans ſanus eſt, non continetur ſub tertio mõ, quia laborans non eſt dictio compoſita: nec ſub ſecundo, quia hæc dictio laborans non tenetur tranſſumptiuè: nec ſub primo, quia primus prouenit ex principali ſignificatione, ſed hæc dictio laborans, non ſignificat principaliter tempus, ſed ex conſequenti per accidentia: ergo illa deceptio facta in cõſi-

Digitized by Google

gnificatione, non eſt ſub aliquo trium modorum. Solutio: deceptio, facta ex conſignificatione dictionis, continetur ſub primo modo æquiuocationis.

Ad hoc, quod obijcitur, quòd primus modus prouenit ex principali ſignificatione: dicendum eſt, quod principalis ſignificatio appellatur hîc, quicquid ex eadem impoſitione importatur per dictionem, ſed ex eadem impoſitione ſignificat quælibet dictio ſignificationem, & ſua accidentia. Ille enim, qui impoſuit hoc nomen, lapis, ad ſignificandum lapidem, ſub tali genere, ſub tali numero impoſuit, & ſic eadem impoſitione impoſuit impoſitor, quia hæc dictio, laborans, importat ſuum ſignificatum, & conſignificatum, & ſic de aliis.

Vel dicendum eſt, quòd principalis ſignificatio ponitur in primo modo æquiuocationis, & Amphibologiæ, ad remouendum tranſſumptionem in eis, quia tranſſumptio ſignificatur per dictionem non principaliter, vt ridere non principaliter ſignificat florere, ſed tranſſumptione, per quandam ſimilitudinem, & hæc dictio, laborans, ſignificat præſens tempus, & præteritum imperfectum.

Item quæritur, quare deceptio facta ex quibuſdam accidentibus, facit æquiuocationem, & ex quibuſdam Amphibologiam. Solutio, dico quòd quædam ſunt accidentia, quæ conſequuntur dictionem non abſolutè, ſed prout eſt ordinabilis cum alia dictione: ſicut caſus, & numerus ordinantur, per dictiones adinuicem per talia accidentia. Malè enim diceretur, homines currit, quia ibi non eſt debitus numerus, nec debitus caſus, & deceptio ex talibus accidentibus eſt deceptio in oratione, & ſic eſt Amphibologia, & non in æquiuocatione. Sed ſunt alia accidentia abſoluta, quæ conſequuntur dictionem per ſe, vt tempus, & genus, & per talia accidentia non ordinantur dictiones adinuicem, quia ſicut benè dicitur, homo currit, ita benè dicitur, homo currebat. Vndè licet tempus varietur, manet tamen eadem conſtructio, & ideo non conſtruuntur mediante tempore, & ſic deceptio ex talibus accidentibus fit in dictione, & ita in æquiuocatione, & nõ in Amphibologia. *Quæſtio. Solutio.*

De Fallacijs facientibus multiplex potentiale, & primò de Fallacia Compoſitionis. Cap. VI.

Seqvitvr de Fallaciis, facientibus multiplex potentiale ſcilicèt de Cõpoſitione, Diuiſione, & Accẽtu, & prius de *Fallaciæ facientes multiplex potentiale.*

Compoſitione,quam de aliis, quia paralogiſmi fiant efficatiores ſecundum compoſitionem ad finem Sophiſticū, qui eſt apparens ſapientia,& non exiſtens,& ideo prius dicendū eſt de compoſitione, quam de aliis. Compoſitio eſt eorum quæ debent diuidi,falſa vnio. Diuiſio verò eſt eorum, quæ debent componi, falſa diuiſio. Fallacia compoſitionis eſt idoneitas decipiendi, proueniens ex identitate orationis vnius, & eiuſdem ſecundum materiam, & ſecundum ſitum magis debitum partibus, in oratione poſitis. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt oratio diuiſa, habens identitatem in materia cum oratione compoſita.

Fallacia compoſitionis. *Cauſa apparẽtiæ, & cauſa defectus huius fallacia quid.*

Cauſa falſitatis,ſiue defectus eſt diuerſitas ſenſus compoſiti à diuiſo. Notandum, quòd quando oratio eſt vera in in ſenſu diuiſo, & falſa in ſenſu compoſito, tunc eſt fallacia compoſitionis, Dicitur tamen oratio compoſita, quando determinatio determinat illud determinabile, quod magis apta nata eſt determinare, & ſimiliter dicitur oratio compoſita,quando dictiones ordinantur ſecundum ſitum,magis debitum. Et dicitur oratio diuiſa, quando determinans determinat illud determinabile, quod non eſt magis apta nata determinare, vel quando dictiones ordinantur ſecundum ſitum, minimè debitum.

Notãdum.

Vndè ſumitur hæc oratio gratia exempli, quicquid viuit, ſemper eſt:in iſta oratione ſunt duo determinata,ſcilicèt hoc verbum,viuit, & hoc verbum, eſt, & eſt vna determinatio ſcilicèt ſemper, ſi ergo hæc determinatio ſcilicèt,ſemper denominat hoc verbū,eſt,quod ponitur à parte prædicati,ſic dicitur oratio compoſita, quia tunc determinatio determinat determinabile, quod magis apta nata eſt determinare, quia illud verbum, eſt, ponitur in ſitu determinato, ſcilicèt in prædicato. Si autem determinat hoc verbum, viuit, ſic dicitur diuiſa,quia determinat illud determinabile, quod eſt minus apta nata determinare,quia illud verbum, viuit,non ponitur in ſitu determinato ipſius verbi, & tunc dictiones ordinantur ſecundum ſitum minus debitum. Iſtius fallaciæ duo ſunt modi.

Iſtius fallaciæ duo modi. *Primus modus.*

Primus modus prouenit ex eo, quòd aliquod dictum poteſt ſupponere pro ſe toto, vel pro parte ſui. Et ſecundum iſtum modum paralogizatur ſic: quemcunque poſſibile eſt,ambulare,poſſibile eſt, quod ipſe ambulet:ſedentem poſſibile eſt ambulare,ergo poſſibile eſt,quod ſedens ambulet.

Ad hoc dicendum eſt, quòd minor eſt duplex, quia ſi hoc dictum ſedentem ambulare, ſupponat pro ſe toto

huic prædicato, eſt poſſibile, id eſt ſedens ſedendo poteſt ambulare: tunc hæc cõpoſita eſt falſa, ſicut etiam eſt impoſſibile dicere, quod ſedens ambulet. Si autem iſtud dictũ ſupponat pro parte ſui: tunc eſt diuiſa, & vera, & non ſequitur concluſio, & eſt ſenſus ſedentem poſſibile eſt ambulare, id eſt ſedens nunc habet potentiam, vt poſtea ambulet. Et ſimiliter, quécunque poſſibile eſt ſcribere, poſſibile eſt quòd ipſe ſcribat: non ſcribentem ſcribere eſt poſſibile: ergo poſſibile eſt, quòd non ſcribens ſcribat. Dicendum eſt ad iſtum paralogiſmum, ſicut ad primum.

Secundus modus prouenit ex eo, quod aliqua determinatio poteſt referre diuerſa, & penes iſtum modum paralogizatur ſic: quicunque litteras ſcit, nunc didicit eas, ſed iſte antiquus grammaticus ſcit litteras: ergo nunc didicit eas. Dicendum quòd maior eſt duplex, quia hæc determinatio, nunc, poteſt determinare hoc verbum, didicit, & ſic eſt compoſita, & falſa, & ſequitur concluſio: vel poteſt determinare hoc verbum, ſcit, & ſic eſt diuiſa, & vera, & non ſequitur concluſio. *Secundus modus.*

Similiter hic quod vnum ſolum poteſt ferre, plura poteſt ferre, ſed quod poteſt non plura ferre, poteſt vnũ ferre: ergo quod poteſt non plura ferre, poteſt plura ferre. Dicendum, quod maior eſt duplex, quia hæc determinatio, ſolum, põt determinare hoc verbum, poteſt, & ſic maior eſt falſa, & cõpoſita, & eſt ſenſus, quòd illud, quod poteſt ferre vnum cum alio poteſt ferre plura, vel poteſt determinare hoc verbum, ferre, & eſt ſenſus verus, & propoſitio diuiſa vera, ſub hoc ſenſu, quod põt iã ferre vnum ſolũ, & ferre non plura, poteſt plura ferre. Similiter: tu ſcis, tantùm tres hoĩes currere, poſito caſu quod ſex currant, & neſcias de tribus: hæc eſt duplex, quia hæc dictio, tantùm, poteſt determinare hoc verbũ, ſcis vel currere: ſi determinat hoc verbum currere, ſic eſt compoſita, & falſa: ſi ſcis, tunc eſt diuiſa, & vera, & paralogizatur ſic, tu ſcis tantũ tres homines currere: poſito caſu quòd ſex currant, ſed quicquid ſcitur, eſt verum, ergo tantũ tres hoĩes currere, verum eſt: maior eſt duplex, vt iam dictum eſt.

De Fallacia Diuiſionis. Cap. VII.

De fallacia Diuiſionis. Quid ſit diuiſio, dictum eſt prius. Fallacia diuiſionis eſt idoneitas decipiẽdi, proueniẽs ex eo, quod oratio aliqua cõpoſita eſt vera, & diuiſa falſa: vna, & eadẽ manens ſecundũ materiam, differens ſecundũ formã diuerſa ſignificat, q̃ creditur eſſe vera in ſenſu diuiſo, eo quod veritatem habet in ſenſu compoſito. *Fallacia Diuiſionis quid, & quotuplex.*

Cauſa apparentia, & defect⁹ huius fallaciæ quid.

Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt oratio compoſita habens identitatem in materia cū oratione diuiſa, vel cauſa apparentię eſt identitas orationis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum ſitum, minus debitum.

Cauſa defectus eſt diuerſitas ſenſus diuiſi à ſenſu compoſito. Iſtius fallaciæ duo ſunt modi. *Primus modus.* Primus modus prouenit ex eo, quod aliqua coniunctio poteſt copulare inter terminos, vel inter propoſitiones, & ſecundum iſtum modum paralogizatur ſic: Quæcunque ſunt duo, & tria, ſunt duo, & ſūt tria: quinq; ſunt duo, & tria: ergo quinque ſunt duo, & quinque ſunt tria. Ad hoc dicendum eſt, quòd minor eſt duplex, quia hæc coniunctio, &, poteſt coniungere, & copulare inter terminos, vel inter propoſitiones, ſi inter terminos, ſic eſt vera compoſita, & eſt ſenſus, duo, & tria, ſimul iuncta, faciunt quinq;: ſi inter propoſitiones: ſic eſt falſa, & diuiſa, & eſt ſenſus, quòd duo ſunt quinque perſonæ, & quòd tria ſunt quinque perſonæ, quod eſt falſum.

Similiter eſt hîc, quæcunq; ſunt duo, & tria, ſunt paria, & imparia: quinq; ſunt duo, & tria: ergo quinque ſunt paria, & imparia. Dicendum eſt, quòd minor eſt duplex, quia ibi poteſt eſſe copulatio inter terminos, & ſic eſt vera, & cōpoſita, & eſt ſenſus: quinque ſunt duo, & tria, inſimul coniuncta: vel ibi eſt copulatio inter propoſitiones, & ſic eſt falſa, & diuiſa, & eſt ſenſus, quinque ſunt duo, & quinque ſunt tria, quod eſt falſum. Similiter hîc: omne animal eſt rationale, vel irrationale, ſed non omne animal eſt rationale, ergo omne animal eſt irrationale. Dicendum, quod maior eſt duplex ex eo, quòd iſta coniunctio, vel, poteſt coniungere inter terminos, & ſic eſt vera, & compoſita, vel inter propoſitiones, & ſic eſt falſa, & diuiſa. Similiter hîc, omne animal, vel eſt ſanū, vel è ægrum, vel ſic oīs ſubſtantia eſt corporea, vel incorporea, vel ſic: omnis linea eſt recta, vel curua, vndè omnes iſtæ ſunt veræ, quandò coniunctio coniungit inter terminos, & ſunt compoſitæ, ſed ſunt falſæ, quandò cōiunctio cōiungit inter orationes, & propoſitiones, & diuiſæ, quia coniūctio per ſe, & primò eſt cōiunctiua partiū orationis, ex cōſequenti ipſa contingit orationē cum oratione. *Secundus modus.* Secūdus modus huius fallaciæ diuiſionis prouenit ex eo, quòd aliqua determinatio pt referri ad diuerſa, vt hic, quo vidiſti hunc pcuſsū, percuſſus eſt, ſed oculo vidiſti hunc pcuſsū, ergo oculo percuſſus eſt. Dicendū eſt, quòd minor eſt duplex, quia iſte ablatiu⁹, oculo, pt determinare hoc participiū percuſsū, & ſic eſt diuiſa, & falſa, & eſt ſēſus, tu vidiſti hūc per-

cuſſum oculo,& ſic ſequitur concluſio, vel poteſt determinare hoc verbum, vidiſti,& ſic eſt compoſitę, & vera, & tūc eſt ſenſus: tu vidiſti eum oculo hunc percuſſum, ſed tunc non ſequitur concluſio.

De Fallacia Accentus. Cap. VIII.

Sequitur de Fallacia Accentus. Accētus eſt certa lex, vel regula ad eleuandum, vel deprimendum Syllabam vniuſcuiuſque dictionis,& iſte Accentus diuitur in accentum grauem, acutum,& circumflexum. Grauis eſt qui deprimitur in fine. Acutus accentus eſt,qui in fine eleuatur,vel acuitur. Circumflexus eſt, qui acuitur, & deprimitur ſimul,vel circumflexus eſt,qui procedit ab imo, & procedit in altum, & finaliter tendit in imum, vt Hieruſalem. *Fallacia accētus qd. accētus qd. & quotuplex.*

Falacia accentus eſt idoneitas decipiendi, procedens ex multiplicitate dictionis eiuſdem ſecundum ſubſtantiam, diuerſæ ſecundum modum proferendi diuerſa ſignificantis.

Cauſa apparentiæ huius Fallaciæ,eſt vnitas dictionis ſecundum materiam, vel ſecundum ſubſtantiam ſolum. Cauſa defectus eſt diuerſitas ſignificatorum. Iſtius Fallaciæ duo ſunt modi. Primus modus prouenit ex eo,quòd aliqua dictio pôteſt proferri diuerſis accentibus, vt hic,omnis populus eſt arbor, gens eſt populus, ergo gens eſt arbor. Dicendum eſt, qđ maior eſt duplex,quia prima ſyllaba hui⁹ dictionis populus, poteſt proferri lōga, & ſic eſt vera,& nō ſequitur cōcluſio,vel poteſt eſſe breuis, & ſic eſt falſa; & ſequitur concluſio, Similiter hîc, oīs ara eſt in tēplo :ſtabulū porcorū ē ara: ergo ſtabulū porcorū eſt in tēplo. Dicendū hîc ſicut prius. Similiter hîc,quicquid amatur, hamo capitur, mulier amatur, ergo mulier hamo capitur, Dicendum eſt,quòd maior eſt duplex, eò quòd hæc dictio,amatur,poteſt proferri cum aſpiratione, vel ſine aſpiratione: ſi primo modo ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio: ſi ſecundo modo, ſic eſt falſa,& ſequitur concluſio, vel ſic, quoſcunque viros iuſtum eſt pendere, dignū eſt pœnam pati, ſed iuſtos viros iuſtum eſt pendere: ergo iuſtos viros dignum eſt pœnam pati, vndè vtraque præmiſſarum eſt duplex, eo quòd hæc dictio, pendere, poteſt proferri media longa, vel media breui. *Cauſa apparētia, & defectus huius Fallacia qua. Fallacia accentus duo modi. Primus.*

Secundus modus prouenit ex eo quòd aliqua vox poteſt eſſe dictio, vel oratio. vt hîc, tu es,qui es, ſed quies eſt requies, ergo tu es requies. Dicendum eſt, quòd maior eſt duplex eo quod quies, poteſt eſſe dictio, vel oratio: ſi ſit *Secundus modus.*

dictio, tunc eſt falſa, & ſequitur concluſio, ſi ſit oratio, ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio.

Similiter hic, quicquid fecit Deus inuitè, fecit Deus coactè, ſed Deus fecit vinum in vite, ergo Deus fecit vinum coactè. Dicendum eſt, quod maior eſt duplex eo, quòd, inuitè poteſt eſſe oratio, vel dictio: ſi dictio, ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio, vel poteſt eſſe oratio, & ſic eſt falſa, & ſequitur concluſio.

Similiter hic: quicunque habet dilectionem ſupernam, habet dilectionem Dei, vſurarius habet dilectionem ſupernã, ergo vſurarius habet dilectionem Dei. Dicendum quòd hæc dictio, ſupernam, poteſt capi dupliciter. Vno modo, vt eſt dictio, & ſic minor eſt falſa, & ſequitur concluſio, alio modo poteſt eſſe oratio, & ſic eſt vera, & non ſequitur concluſio. Similiter hic, Metuo longæuas prçeunte nocte Lidia dormis, vndè hęc dictio, metuo, poteſt eſſe dictio, vel oratio.

De Fallacia Figura Dictionis. CAP. IX.

Fallacia figuræ dictionis quid.

SEQVITVR de Fallacia Figuræ Dictionis. Fallacia figuræ dictionis vltimo ponitur inter Fallacias in dictione, quia facit multiplex Phantaſticum.

Figura enim eſt, quæ termino, vel terminis clauditur: termino, vt circulus: terminis, vt triangulus, quadrangulus. Et ſimilitudinaria Fallacia figurę dictionis eſt ſimilitudo dictionis cum dictione, ponens finalem terminationem in parte, non idem ſignificante, & facit multiplex phantaſticum. Eſt autem multiplex phantaſticum, quãdo aliqua dictio ſignificat vnum, & videtur ſignificare aliud propter ſimilitudinem, quam habet in parte cum alia dictione, vt videre ſignificat paſſionem, & videtur ſignificare actionem, propter hoc, quod eſt ſimile huic verbo, agere.

Cauſa apparẽtia, & defectus huius Fallaciæ quæ.

Cauſa apparentiæ huius Fallaciæ eſt ſimilitudo dictionis in parte cum alia dictione non idem ſignificante. Cauſa defectus huius Fallaciæ eſt diuerſitas eorum, quæ videntur eſſe ſimilia.

Fallacia Figuræ dictionis tres modi. Primus.

Iſta autem ſimilitudo fit tribus modi, ſcilicèt voce, ſignificatione, & ſuppoſitione, & ſecundum hoc tres ſunt modi huius Fallaciæ.

Primus modus prouenit ex ſimili terminatione dictionis cum alia dictione, vt qualiſcunque eſt Muſa, talis eſt Poëta, ſed Muſa eſt fœminini generis: ergo Poëta eſt fœminini generis. Dicendũ, quòd non ſequitur, quòd ſi aliqua ſint eiuſdem terminationis, quòd ſint propterea eiuſdem generis. Similiter hic. Omnis aqua eſt humida, fluuius eſt aqua, ergo

fluuius eſt humida. Dicendum, quod non oportet, quod ſi fluuius ſit aqua, quod ergo quicquid dicatur de aqua, quod hoc etiam dicatur de fluuio, ſub eadem terminatione. Vel ſic. Omnis homo eſt albus, mulier eſt homo, ergo mulier eſt albus. Vndè in, omnibus prædictis Paralogiſmis maſculinum interpretatur fœmininum: aut ſi formetur ſic paralogiſmus, Muſa, & Poëta ſimiliter terminantur, ſed Muſa eſt fœminini generis, ergo, & Poëta, tunc non eſt ibi Fallacia Figuræ dictionis, ſed Fallacia conſequentis à communiter accidentibus, vt poſtea patebit.

Secundus modus prouenit ex mutatione vnius prædicamenti in aliud, vel quando vna ſpecies vnius prædicamenti mutatur in aliam ſpeciem, vt hic: quicquid heri emiſti, hodiè comediſti: carnes crudas heri emiſti, ergo carnes crudas hodie comediſti. Dicendum, quod non ſequitur: quia, quicquid, dicit rem de prædicamento ſubſtantiæ: crudum dicit rem de prædicamento qualitatis, & ſic proceditur de vno prædicamento in aliud. Similiter hic: quicquid heri vidiſti, hodie vides. ſed vidiſti heri album, ergo album hodiè vides. Dicendum, quod non ſequitur, quia album ſignificat per modum qualitatis, quicquid verò dicit rem de prædicamento ſubſtantiæ. Similiter, do tibi ſolum denarium, ſed ſolum denarium non habeo, ergo do tibi, quòd non habeo. Dicendū quod hæc dictio, ſolum, dicit relationem, quia vt habetur in ſecundo Elenchorum, ſolum dicitur, quaſi non cum alio, & hæc dictio, quod, dicit ſubſtantiam, & ſic proceditur a Relatione ad Subſtantiam. Similiter eſt hic: aliquis dat citò equum, ſed non habet citò equum, ergo aliquis dat citò, quod non habet. Dicendū quod non ſequitur, quia, citò, dicit modum actus, ſiue qualitatē, & quòd dicit ſubſtantiam, & ſic proceditur à qualitate ad ſubſtantiam. Similiter hic ſic proceditur ab vna ſpecie vnius prædicamenti ad aliam, vt quantoſcunque digitos heri habuiſti, hodiè habes, decem digitos heri habuiſti, ergo decē digitos hodie habes, poſito quod vnum amiſeris. Dicendūquod non ſequitur, quia hæc dictio quantoſcunque, dicit quantitatem continuam, & hæc dictio decem, dicit quantitatem diſcretam. *Secundus.*

Tertius modus prouenit ex diuerſa ſuppoſitione termini, vt homo eſt ſpecies, ergo aliquis homo eſt ſpecies. Et hic, homo eſt digniſſima creaturarum, ergo aliquis homo eſt digniſſima creaturarum, hic eſt proceſſus à ſimplici ſuppoſitione ad perſonalem. Similiter hic, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal. Similiter hic, animal eſt Sortes *Tertius.*

animal eſt Plato, & ſic de alijs, ergo animal eſt omnis homo, hic fit proceſſus à pluribus determinatis ad vnã determinatam, & iſte modus ſolet appellari vniuocus, quia terminus, animal vniuocè, & æqualiter ſic ſe habet ad omnia ſuppoſita, vndè in qualibet præmiſſarum ſupponit pro vno, in concluſione verò pro pluribus, & ſic variatur eius ſuppoſitio.

Et intelligendum eſt, quod in prædictis quale quid interpretatur hoc aliquid. i. commune, vel vniuerſale, interpretatur ſingulare, ſi enim animal eſt hoc aliquid, tunc ſic arguitur, animal eſt Sortes, animal eſt Plato, & ſic de alijs, ergo animal eſt omnis homo, eſt bonum argumentum, ſicut hìc, Sortes currit, Plato currit, & ſic de alijs, ergo omnis homo currit. Similiter hìc non ſequitur, quando fit proceſſus ab immobili ſuppoſitione ad mobilem, vt omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt hoc animal, & ſic de alijs. Hos tres modos ponit Ariſt. dicens, quòd figura dictionis fit, quando interpretatur non idem, vel diuerſum, vt maſculinum, fœmininũ, vel neutrũ, vel è conuerſo, & rurſus quod interpretatur quale, vel quantum: iterum: quando commune interpretatur ſingulare, vel hoc aliquid.

In lib. Elec.

De Fallacijs extra Dictionem, & primò de Fallacia Accidentis. CAP. X.

Fallacia extra dictionem. Differentia Fallaciarũ iſtarũ ab alijs.

SEQVITVR de Fallacijs extra dictionem, quę ſunt ſeptẽ, ſcilicèt Accidens, Secundum quid, ad ſimpliciter, Ignorãtia Elenchi, Petitio principij, Conſequens, Non cauſa, vt cauſa, Secundum plures interrogationes, vt vnam. Differũt iſtæ Fallaciæ à Fallacijs in dictione, quia Fallaciæ in dictione habent cauſam apparentiæ ex parte vocis, ſed Fallaciæ extra dictionem habent cauſam apparentię, & defectus ex parte rei, & non ex parte vocis, & propter hoc dicuntur extra dictionem. Inter has primò dicendum eſt de Fallacia accidentis.

De Fallacia Accidẽtis. Accidens, quomodo hic capitur. In Fallacia accidentis tria ſunt.

Vndè accidens (prout hìc ſumitur) idem eſt; quòd extraneum in parte idem, & in parte diuerſum, vt hic, homo eſt ſpecies, Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt ſpecies: homo enim eſt in parte idem cum ſpecie, ſcilicèt quando accipitur pro re vniuerſali, & in parte eſt diuerſum à ſpecie, ſ. quando ſumitur pro ſuppoſitis. Notandum, quòd in Fallacia accidentis ſunt iſta tria. ſ. accidens, res ſubiecta, & attributũ. Exemplũ, vt homo eſt ſpecies, Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt ſpecies: hoc mediũ, homo, eſt accidens, & minor extremitas eſt res ſubiecta, & maior extremitas eſt attributũ.

Fallacia Accidentis eſt idoneitas decipiendi proueniens ex partiali identitate accidentis cum re ſubiecta, quæ tamen differunt ſecundum diuerſas rationes. Cauſa apparentiæ eſt conuenientia aliquorum duorum in aliquo tertio ſecundum parte.n, ſiue eſt partialis identitas aliquorum duorum. Cauſa defectus eſt diuerſitas eorundem. Huius Fallaciæ tres ſunt modi. *Cauſa apparentiæ, & defectus*

Primus modus prouenit ex eo, quòd aliquid verè prædicatur de aliquo ſubiecto, & propter hoc creditur dici de accidente eius, à quo eſt diuerſum, vel quando aliquid primo attribuitur rei ſubiectę in præmiſſis; & poſtea attribuitur eius accidenti in concluſione, vt hic, homo eſt ſpecies, Sortes eſt homo, ergo Sortes eſt ſpecies. Dicendum, quòd non valet, quia ille terminus ſpecies, qui eſt attributum, aſſignatur ineſſe Sorti, qui eſt res ſubiecta, eò quòd dicitur de homine, quòd eſt per accidens. Similiter hic, animal eſt genus, homo eſt animal, ergo homo eſt genus. Similiter hic, omne æs eſt naturale, ſtatua eſt æs, ergo ſtatua eſt naturalis, non ſequitur, quia naturale verè prædicatur de ære, & propter hoc attribuitur in concluſione ſtatuæ, quod non eſt verum. Similiter hic, cognoſco coriſcum, coriſcus eſt veniens, ergo cognoſco venientem. Dicẽdum, quòd non oportet, quòd ſi cognoſcas coriſcum ſecundum ſe, quòd propter hoc cognoſcas ſub illo accidente, quod eſt veniens. *Primus modus.*

Secundus modus prouenit ex particulari identitate aliquorum duorum in aliquo tertio, vel quando aliquod commune prædicatur de aliquibus duobus, cum quibus eſt in parte idẽ, & in parte diuerſum, & propter hoc illa duo creduntur eſſe eadem inter ſe, vt hic, Sortes eſt homo, Plato eſt homo, ergo Sortes eſt Plato. Similiter hic, homo eſt animal, equus eſt animal, ergo equus eſt homo. Dicendum eſt, quòd nõ oportet, quòd ſi aliqua duo conueniant in aliquo tertio, quòd propter hoc conueniant inter ſe. *Secundus.*

Tertius modus prouenit, quando ex duobus aliquibus diuiſim ſumptis malè infertur aliquid coniunctum ſecundum accidẽs, vt iſte eſt albus, & eſt Monachus, ergo eſt albus Monachus. Similiter hic, iſte canis eſt pater, & eſt tuus, ergo eſt pater tuus, non ſequitur, quia licèt illa conueniant in aliquibus ſecundum partem, tamen ſecundum partem aliã differũt. *Tertius.*

Et ſciendum, quòd non licèt inferre ex diuiſis coniunctum (vt habetur in ſecundò perihermenias) quando prædicantur diuerſa accidẽtia, ſibi inuicẽ per accidẽs conuenientia: ſicut album eſſe Monachum. Similiter quando duo predicantur *Cap. 3.*

quorum ſecundum intelligitur in primo, vt vniuerſale in ſuo ſpecialiori, vt iſte eſt homo, & eſt animal: ergo eſt homo animal, quia animal intelligitur in homine, ſicut album in homine albo. Sed in omnibus alijs licet ex diuiſis inferre coniunctum.

Vnde notandum eſt, quod quando aliqua duo accidentia prædicantur de aliquo, quorum primum in ſubiecto eſt per alterum, & non per ſe: ex talibus, diuiſim captis, non licet inferre coniunctum, vel è contra, vt iſte eſt albus, & eſt monachus: ergo eſt albus monachus: nam albedo non eſt in ſubiecto ſecundum habitum. Similiter ex coniunctis non licet inferre diuiſum, quando illa, que coniunguntur, diminuunt de ratione alterius, vt iſte homo eſt mortuus: ergo eſt homo, & eſt mortuus. In omnibus autem alijs licet ex coniunctis inferre diuiſum, ſed illud vltimum argumentum facit fallaciam ſecundum quid ad ſimpliciter. Accidens ſic diffinitur ab Ariſtotele. Accidens eſt, quod eſt extraneum, in parte idem, & in parte diuerſum.

Accidens quid. 1. Top. & 1. Elench.

Secundum accidens verò fiunt paralogiſmi, quando idem ſimiliter fuerit aſſignatum ineſſe rei ſubiectæ, & accidenti, vt homo eſt ſpecies: Sortes eſt homo: ergo Sortes eſt ſpecies, homo enim ſecundum quod ſibi conuenit eſſe ſpeciem, aliter capitur à modo per quem conuenit Sorti, & Platoni, quia conuenit ei eſſe ſpeciem, vt eſſentia quædam communis prædicabilis de pluribus, & prout eſt in pluribus, ſic eſt in Sorte, & Platone, & ſic Sortes eſt res ſubiecta: homo verò accidens, & ſpecies ſignificatur vtriſque ineſſe. Vndè accidens non ſumitur hic, vt diffinitur à Porphyrio, ſed vt dictum eſt.

Fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter.

Sequitur de fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter.

Dictum ſecundum quid appellatur hìc determinatio diminuens de ratione, vel de eſſe cui adiungitur, vt cum dico, homo mortuus, mortuus enim diminuit de ratione hominis.

Dictum ſimpliciter quid.

Dictum ſimpliciter appellatur aliquid non diminutum, vt homo.

Fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter eſt, idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti conuenientia dicti ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.

Cauſa apparentiæ defectus huius fallacia quæ.

Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia huius dicti, quod eſt ſecundum quid ad illud, quod eſt ſimpliciter, & è conuerſo.

Cauſa falſitatis eſt diuerſitas ſignificatorum. Fit autem

Digitized by Google

hæc fallacia tot modis, quot modis contingit addere alicui determinationem diminuentem. *Huius fallaciæ quinque modi*

Primo modo ſecundum partem in modo, vt ille eſt homo mortuus: ergo eſt homo: non ſequitur, quia mortuum diminuit de ratione hominis: Et hic, chimera eſt ens opinabile, ergo chimera eſt ens: non ſequitur, quia opinabile diminuit de ratione huius, quod eſt eſſe. *Primus.*

Secundo modo ſecũdum partem integralem, vt Æthiops eſt albus ſecundum dentes, ergo eſt albus. *Secundus.*

Tertio modo in his, quæ ſunt ad aliquid, vt diuitiæ non ſunt bonæ malè vtenti: ergo diuitiæ non ſunt bonæ, non ſequitur, licèt enim diuitiæ comparatæ ad aliquid, non ſint bonæ: tamen in ſe ſunt bonæ. *Tertius.*

Quarto modo in his, quæ ſecundum locum ſunt, vt bonum eſt mactare patrem in triballis: ergo bonum eſt mactare patrem ſuum, vel ſic, bonum eſt vti diæta. *Quartus.*

Quinto modo in his, quæ ſunt ſecundum tempus, vt bonum eſt ieiunare in quadrageſima, ergo bonum eſt ieiunare. Vel ſic, expedit alicui mederi, quando ægrotat, ergo expedit alicui mederi, non ſequitur, quia licèt expediat mederi ſecundum quid, non tamen ſimpliciter. *Quintus.*

Sciendum eſt autem quòd in iſtis incipiendum eſt ad contradictionem, vt ſi aliquis reſpondens dicat, quòd non expedit mederi, & oponens aſſumat, quòd expedit, quando ægrotat, non contradicit ei, ſed ſtat in fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. Et ſciendum, quòd eadem eſt fallacia, ſi ex eo quod eſt ſecundum quid, inferatur ſimpliciter, & è conuerſo, & intelligendum eſt, quod iſta fallacia quando fit ab eſſe ſecundum quid, vt in pluribus, fit affirmatiuè; ſed quando fit à dicto ſimpliciter, vt in pluribus, arguitur negatiuè.

Elenchus eſt ſyllogiſmus contradictorius vnius, & eiuſdem, non nominis tantum, nec etiam rei tantum, ſed nominis, & rei ſimul: non ſynonimi, ſed eiuſdem, & ex his, quæ data ſunt de neceſſitate, non connumerato eo, quod erat in principio, ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, & in eodem tempore. *Elenchus quid.* Elenchus eſt ſyllogiſmus contradictorius, id eſt ſyllogiſmus concludens contradictoriam propoſitionis datæ à reſpondente. In diffinitione Elenchi quædam ponuntur ratione ſyllogiſmi, vt, ex his quæ data ſunt ex neceſſitate accidere, per quod remouetur fallacia accidentis, & ponitur, nõ connumerato eo, quod erat in principio, per quod remouetur Petitio principij, vt poſtea patebit. Alia ponun- *Expoſitio diffinitionis elenchi.*

tur ratione contradictionis, vt, vnius, & eiuſdem, id eſt vnius ſubiecti, & vnius prædicati. Vndè niſi eſſet idem ſubiectum, & idem prædicatum, non eſſet contradictio, vt Æthiops non eſt niger: Æthiops eſt niger ſecũdum dentes: ex quo non eſt idem prædicatum, ideò non eſt contradictio: & ſimiliter hic, nullus homo mortuus currit, & quidam homo currit: non eſt contradictio, quia non eſt ibi idem ſubiectum. Item, ſecundum idem, ad idem, ſimiliter, & in eodem tempore, ponuntur ratione contradictionis. Et contra iſtas quatuor partes peccat hæc fallacia, quæ dicitur ignorantia Elenchi, ſecundum quod eſt vna de Tredecim fallacijs. Alio modo accipitur generaliter, & tunc ſic diffinitur. Ignorantia Elenchi eſt vnus defectus generalis, ad quem reducuntur omnes aliæ fallaciæ, oſtendendo quomodo peccant contra iſtas particulas, vt poſtea patebit. Iſtæ enim particulæ, non nominis tantùm, nec rei tantùm, ſed nominis, & rei ſimul, non ſynonimi, & ſic de alijs ponuntur ratione ſyllogiſmi, & ratione contradictionis, quia iſtæ exigunt, quòd nomen ſit vnum, & res vna, & quòd non ſit nomen ſynonimum. Vndè non eſt ibi contradictio: Marcus currit, & Tullius non currit: nec eſt ibi ſyllogiſmus: omnis gladius ſcindit: quoddam inſtrumentum eſt enſis: ergo quoddam inſtrumentum ſcindit. Fallacia ignorantiæ Elenchi eſt idoneitas decipiendi, proueniens ex apparenti obſeruatione particularum diffinitionis Elenchi, quæ conueniunt ratione contradictionis tantùm, ſcilicèt ad idem, ſecundum idem, ſimiliter, in eodem tempore. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ, eſt conuenientia dictorum ſecundum quid ad dicta ſimpliciter. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorundem. Vndè huius fallaciæ quatuor ſunt modi.

Ignorantia Elenchi quid ſit.

Fallacia Ignorantiæ Elenchi. Cauſa apparentiæ, & defectus huius fallaciæ quæ.

Huius fallaciæ quatuor modi.

Primus. Primus modus eſt contra hanc particulam, ad idem, vt duo ſunt duplum vnius, & non ſunt duplum trium: ergo ſunt duplum, & non duplum, & in vtraque præmiſſarum non ſumitur duplum ad idem, & ideò non ſequitur.

Secundus. Secundus modus peccat contra illam particulam, ſecundum idem, vt hoc eſt duplum illi ſecundum latitudinem, & non eſt duplum ſecundum longitudinem: ergo eſt duplum, & non duplum: non ſequitur, quia duplum non ſumitur ſecundum idem, licèt ſumatur reſpectu eiuſdem.

Tertius. Tertius modus peccat contra illam particulam, ſimiliter, vt homo eſt ſpecies, nullus homo eſt ſpecies, ergo idem eſt ſpecies, & non ſpecies: non ſequitur, quia ibi non eſt contradictio in præmiſſis, quia ille terminus homo, non

ſupponit ſimiliter, quia in vna ſumitur pro ſuis inferioribus, in alia verò non, ſed pro ſe toto, vel pro ſua forma.

Quartus. Quartus modus peccat contra hanc particulam, in eodem tempore, vt manus mea eſt clauſa in hoc inſtanti, & non eſt clauſa in hoc inſtanti: ergo eſt clauſa, & non clauſa: non ſequitur, quia non eſt in eodem tempore. Differt autem hæc fallacia à fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, quia in illa eſt proceſſus ab vno ſecundum quid ſumpto, ad vnum ſumptum ſimpliciter, vt hoc eſt duplum ſecundum longitudinem, ergo eſt duplum: in iſta verò eſt proceſſus à duobus, ſecundum quid ſumptis, ad duo ſumpta ſimpliciter, vt hoc eſt duplum illi ſecundum longitudinem, & non ſecundum latitudinem: ergo eſt duplum, & non duplum. *Differentia illius fallaciæ a fallacia ſecundũ quid.*

De Fallacia Petitionis Principij.

Capvt. XI.

Petere id, quod eſt in principio, eſt quando concluſio, quæ debet probari, ſumitur in præmiſſis, cum ergo idem ſub eodem nomine, non poteſt ſeipſum probare; vt homo currit, ergo homo currit, in talibus enim non eſt petitio principij, ſed talis argumentatio eſt ridiculoſa, nec cadit ſub arte, nec eſt petitio huius, quod eſt in principio. Aliud eſt enim petere principium, & petere illud, quod erat in principio. *Petitio principij.* *Petere principium quid.*

Quia petere principium eſt, quando petitur idem ſub eodem nomine, vt homo currit. Et iſto modo nulla eſt fallacia, quia non continetur ſub aliqua ſpecie argumentationis, nec ſecundum veritatem, nec ſecundum apparentiam, ſed talis petitio principij peccat contra Syllogiſmum, ſimpliciter dictum. Sed petere illud, quod eſt in principio, eſt quando idem petitur ſub diuerſo nomine, vt animal rationale currit, ergo homo currit, vel ſic. Petere illud, quod eſt in principio, eſt quando minus notum ſumitur ad probationem magis noti. *Cauſa apparentiæ & defectus huius fallaciæ quæ.*

Fallacia petitionis principij, eſt idoneitas decipiendi, proueniens ex apparente magis noto antecedente, ad apparens minus notum conſequens, vel ſic.

Eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti diuerſitate antecedentis, & conſequentis.

Cauſa apparentiæ, eſt apparens diuerſitas antecedentis ad conſequens, vel,

Cauſa apparentiæ eſt apparens probabilitas conſequentis, ex antecedente, propter quam credimus quod antecedens ſit notius conſequente.

Huius fallacia quinque modi. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorundem.

Petitur autem illud, quod eſt in principio, quinq; modis, vt patet per octauum Topicorum.

Primus. Primo modo, quando diffinitum petitur in diffinitione, & è contrà, vt ſi dubitaretur, vtrum homo currat, vel non currat, fiat argumentum: animal rationale currit, ergo homo currit, nulla eſt ibi probatio, quia quando alterum dubitatur, neceſſe eſt alterum dubitari, & ità ſi ſumatur vnum ad probandum aliud, peccatum eſt.

Secundus. Secundus modus, eſt quando particulare petitur in vniuerſali, vt nullus homo currit: ergo Sortes non currit: vel ſi aliquis debeat probare, quod omnium contrariorum eſt eadem diſciplina, & aſſumat, omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina: hîc petitur concluſio in præmiſſis.

Tertius. Tertius modus eſt, quando vniuerſale petitur in particularibus, vt ſi aliquis debeat probare, quòd omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina, & ſumat iſtam, omnium contradictoriorum, contrariorum, & ſic de alijs, eſt eadem diſciplina: ergo omnium oppoſitorum eſt eadem diſciplina, vel ſic, Sortes currit, Plato currit, & ſic de alijs, ergo omnis homo currit.

Quartus. Quartus modus eſt, quando coniunctum petitur in diuiſis, vel è contrà, vt ſi aliquis debeat probare, quod medicina eſt diſciplina ſani, & ægri, & dicatur ſic: medicina eſt diſciplina ſani, & medicina eſt diſciplina ægri, ergo medicina eſt diſciplina ſani, & ægri.

Quintus. Quintus modus eſt, quando vnum relatiuorum petitur in alio, vt ſi quis debeat probare, quod Sortes ſit pater Platonis, probet ſic, Plato eſt filius Sortis, ergo Sortes eſt pater Platonis, non ſequitur, quia hoc aſſumitur, quod eſt probãdum. Sciendum eſt, quod hæc fallacia non impedit Syllogiſmum inferẽtem, ſed probantem, & ità Fallacia compoſitionis peccat contra ſyllogiſmum Dialecticum, inquantum Dialecticus eſt.

Fallacia conſequẽtis quid. Cauſa apparentiæ, & defectus huius fallaciæ quæ. Huius fallaciæ tres modi. De fallacia conſequentis dicendum eſt. Secundum conſequens fiunt paralogiſmi, eo quòd credimus conſequentiã conuerti, quæ non conuertitur. Fallacia conſequentis eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparentia conſequentis conuerſæ, quæ non conuertitur. Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia vnius conſequentiæ veræ ad aliã non veram. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorundem. Et ſciendum, quod benè tenet argumentum à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis. Huius fallaciæ tres ſunt modi.

Primus

Primus modus eſt, quando arguitur à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, vt ſi homo eſt, animal eſt, ergo ſi homo non eſt, animal non eſt. Vel à poſitione conſequẽtis ad poſitionem antecedentis, vt ſi mel eſt, rubeum eſt, ergo ſi rubeum eſt, mel eſt. Ad iſtum enim modum reducuntur omnes prauæ argumentationes ab inferiori ad ſuperius deſtructiuè. Vndè quotienſcunque fit proceſſus ab inferiori ad ſuperius cum diſtributione ſuperioris, vt omnis homo currit, ergo omne animal currit, ibi committitur iſta fallacia, vel nullus homo currit, ergo nullum animal currit. *Primus. Cap. 3.*

Secundus modus ſolet poni ab inſufficienti inductione ſingularium, vt Sortes eſt animal, & è conuerſo. Plato eſt animal, & è conuerſo, ergo omnis homo eſt animal, & è conuerſo, hic enumerantur omnes ſingulares illius, omnis homo eſt animal, & non huius, omne animal eſt homo, qui ſignificantur per compoſitionem huius, quod eſt è conuerſo ad hanc, omnis homo eſt animal. *Secundus.*

Tertius modus prouenit à communiter accidentibus. Et dicuntur communiter accidentia, quæ ſe aliquando conſequuntur, & aliquando non, vt ille eſt comptus, ergo eſt adulter. Similiter hic, muſa, & Poëta ſimiliter terminantur, ſed muſa eſt fœmini generis, ergo & Poëta, non ſequitur, quia identitas generis, & terminationis aliquando ſe conſequuntur, & aliquando non, eo quòd non eſt in omnibus, ſed in aliquibus. *Tertius.*

Si aliquis dicat, quod in hoc vltimo tertio modo non tenet è conuerſo, vndè ibi non eſt conſequentia. Dicendum eſt ergo, quod ſecundum quoſdam ſumitur conſequentia communiter ad cõſequentia neceſſariam, & probabilẽ, & in iſtis non ſumitur conſequentia neceſſaria, ſed probabilis, taliter autem ordinantur iſti modi ab Ariſtotele iſto modo ordinato. *Obiectio.*

Sequitur de fallacia ſecundum non cauſam, vt cauſam, ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod duplex eſt ſyllogiſmus, ſcilicèt Oſtenſiuus, & ad impoſſibile. Oſtenſiuus eſt, qui habet vnam ſolam concluſionem. Syllogiſmus verò ad impoſſibile, eſt quando aliquid ſyllogiſticè ducitur ad impoſſibile, & propter hoc interimitur aliqua præmiſſarum, quæ erit cauſa illius impoſſibile. Vnde iſte ſyllogiſmus ſemper habet duas concluſiones, vt cum dicitur, eſt ne homo aſinus? hoc conceſſo: Contrà, nullus aſinus eſt animal rationale mortale, homo eſt aſinus: ergo homo non eſt ani- *Non cauſa vt cauſa. Syllogiſmus duplex. Syllogiſmus Oſtenſiuus, & ad impoſſibile quid.*

mal rationale mortale, ſed hoc eſt impoſſibile: ergo & iſta, homo eſt aſinus, & ille ſyllogiſmus eſt in quarto modo primæ figuræ. Sciendum eſt enim quòd non cauſa ſemper fit in ſyllogiſmis ad impoſſibile. Fallacia autem ſecundum non cauſam, vt cauſam fit, quando non cauſa ponitur vt cauſa, & propter hoc apparet ſequi impoſſibile, & illud, quod apparet eſſe cauſa, interimitur, vt ſi quæratur, eſt ne Brunellus homo? quo conceſſo: Contrà, nullus aſinus eſt animal rationale mortale, ſed homo eſt aſinus, & Brunellus eſt homo: ergo homo non eſt animal rationale mortale: hoc autem eſt impoſſibile, ergo Brunellus non eſt homo. In hac enim dicta argumentatione eſt non cauſa, vt cauſa, quia interimitur id, quod apparet eſſe cauſa, & non eſt, ſcilicet Brunellus eſt homo: Cauſa apparentiæ huius fallaciæ eſt conuenientia huius, quod apparet eſſe cauſa, & non eſt cum eo, quod eſt cauſa. Cauſa falſitatis, eſt diuerſitas eorundem: tale enim exemplum ponit Ariſtoteles huius fallaciæ, ſunt ne anima, & vita idem? quo conceſſo: Contra, mors, & vita ſunt contraria, ſed mors eſt corruptio: ergo vita eſt generatio, & per conſequens viuere eſt generari, ſed hoc eſt impoſſibile, quia quicquid viuit, non generatur, ſed generatum eſt: ergo anima, & vita non ſunt idem. Hæc concluſio peccat ſecundum non cauſam, vt cauſam, ex hoc enim quòd anima, & vita ſunt idem, non ſequitur impoſſibile, & ita non debet interimi, ſed ita mors, & vita ſunt contraria, quia in omnibus his id, quod non eſt cauſa: apparet eſſe cauſa: quia communicat in terminis cum aliquibus propoſitionibus, ex quibus ſequitur impoſſibile. Ex iſtis patet, quod iſta fallacia non fit in ſyllogiſmo oſtenſiuo, vt omnis homo currit, Sortes eſt homo, & Sol eſt in cancro: ergo Sortes currit. Hic non eſt fallacia non cauſæ vt cauſæ, quia hæc propoſitio, Sol eſt in cancro, non eſt cauſa, neque apparet eſſe cauſa, ſicut apparet in ſyllogiſmo ad impoſſibile.

Cauſa apparentiæ, & defectus huius fallaciæ quæ.

Corollarium.

Propoſitio plures quid.

Propoſitio vna quid.

PROPOSITIO plures, eſt illa in qua plura prædicantur de pluribus. Vt Sortes, & Plato currunt, & diſputāt. Vel plura de vno. Vt Sortes currit, & diſputat. Vel vnū de pluribus, vt eſt ne hic, & hic homo, demonſtrato Sorte, & Brunello? Propoſitio autem vna eſt, in qua vnum prædicatur de vno, & hoc quadrupliciter, ſiue vnum numero, vt homo eſt riſibilis, ſiue vnum ſpecie, vt Sortes eſt homo, ſiue vnum genere, vt Sortes eſt animal, ſiue vnum ſecundum prius, & poſterius, vt homo eſt ens, animal eſt ſanum: ſiue prædicātur plura, ex quibus fit vnū, vt homo eſt animal rationale mortale.

Digitized by Google

Secundum plures interrogationes fiunt paralogiſmi, quando ad interrogationẽ plures, datur vna reſponſio, Cauſa apparẽtiæ huius fallaciæ eſt vnitas interrogationis cõplexæ. Cauſa falſitatis, eſt pluralitas ipſius. Duo ſunt modi huius fallaciæ.

Cauſa apparentiæ, & defectus huius fallaciæ quæ.

Primus modus eſt, quando plura in ſingulari numero ſubijciuntur, vel prædicantur, vt hic, eſt ne hic, & hic homo, demõſtrato Sorte & Brunello; ſi dicatur ſic, ergo Brunellus eſt homo: ſi nõ, ergo Sortes non eſt homo, nõ benè enim reſpõdit qui facit reſponſionẽ vnam ad interrogationẽ plures, ſed debet reſpondere, verum eſt pro vno, & falſum pro reliquò.

Modi huius fallaciæ duo Primus. Secundus.

Secundus modus eſt, quando plura in plurali numero ſubijciuntur, vel prædicantur, vt ſunt nè iſta bona, vel non bona? demonſtratis bono, & non bono; ſi dicit bona, ergo bonum eſt malum: ſi nõ bona, ergo bonum non eſt bonum, debuiſſet enim reſpondere: bonum eſt bonum, & malum eſt malum. Si autem concedat aliquis homo dari diffinitiones ſimili modo in ſingulari, & in plurali, vt cæcum eſt aptum natum videre, & non videt, & cæca ſunt apta nata videre, & non vident, non effugiet redargutionem, demonſtrato vno cæco, & altero vidente, & dicatur ſic, ſunt nè illa cæca, vel non cæca? ſi cæca, ergo illud eſt cæcum, demonſtrato vno vidente, non enim dicebat illum eſſe cæcum, & illum eſſe videntem: ſed dabat vnam reſponſionem, eo quòd conceſſit, quod ſimilis datur diffinitio in ſingulari numero, & in plurali.

Quomodo reducantur omnes fallaciæ ad ignorantiam. Elenchi.

Poſt hæc autẽ reducendæ ſunt omnes fallaciæ ad ignorãtiam Elenchi. Reducere autẽ omnes ad ignorantiã Elenchi eſt oſtendere, qualiter quælibet fallacia peccat contra aliquã particulam, in diffinitione elenchi poſitam, aut rationem ſyllogiſmi, aut contradictionis: ſicut enim diferentia adueniens generi conſtituit ſpeciem, ita ratione contradictionis adueniens ſyllogiſmo, conſtituit elenchum. Vnde quicquid eſt in elencho, aut eſt in eo ratione contradictionis, aut ratione ſyllogiſmi. Dicit enim Ariſtoteles, quòd diuidendum eſt omnes ſyllogiſmos Apparẽtes, & Elenchos: aut omnes reducendum eſt ad ignorantiam elenchi. Aequiuocatio & Amphibologia, & Figura dictionis reducuntur ad ignorantiam Elenchi, eo quod duplex eſſe impedit ſyllogiſmum, & contradictionem. Cõpoſitio, Diuiſio, Accentus, reducuntur ad ignorãtiam elenchi, in eo quod non eſt oratio eadem, vel idem nomẽ, ſed differens: oportet autem hoc, ſcilicèt nomen, & rationem eſſe eandem, quemadmodum & rem, ſi debeat eſſe Elenchus. Qui verò ſecundum accidens ſunt, ma-

Reducere fallacias ad ignorãtiam Elenchi quid.

1. Elench. Cap. 6.

niſeſti ſunt diffinito ſyllogiſmo, quia fiunt contra particulam in diffinitione Elenchi poſitam, ſcilicèt neceſſe eſt aliud accidere per ea, quæ poſita ſunt, & conceſſa. Et ſecundum hanc fallaciam, quæ eſt ſecundum accidens: artifices, & ſcientes ſæpe ab inſcijs redarguuntur, facientibus ſyllogiſmos contra ſapientes: nam ſecundum accidens faciunt ſyllogiſmos apparentes. Qui vero fiunt ſecundum quid ad ſimpliciter, reducuntur ad ignorantiam Elenchi, quoniam de eodem non eſt affirmatio, & negatio, vt Æthiops eſt albus ſecundum dentes: ergo eſt albus. Manifeſti ſunt autem ſyllogiſmi, qui prius dicti ſunt, & quales nuncupantur. Qui verò fiunt ſecundum id, quod petitur in principio, & non cauſam vt cauſam, peccant manifeſtè contrà diffinitionem ſyllogiſmi, quia in ſyllogiſmo oportet ſequi aliud de neceſſitate, quod non erat in principio, & ſic oportet, quòd præmiſſæ ſint cauſæ concluſionis ſyllogiſmi. Qui verò ſecundum conſequens, reducuntut ſicut & illi, qui fiunt ſecundum accidēs. Qui vero ſecundum plures interrogationes vt vnam, reducuntur eo quod peccant contra vnitatem propoſitionis: ibi enim non ſumitur propoſitio vna, & per conſequens, nec propoſitio, nam eadem eſt diffinitio vnius rei, & rei, vt hominis, & vnius hominis: ſimile autem eſt in alijs. Vnde propoſitio vna, vnum de vno affirmat, ſed non eſt ità in propoſitione plures, in qua prædicantur plura de vna, vel vnum de pluribus, & propter hoc peccant contra vnitatem propoſitionis. Item omnes fallaciæ in dictione, & ſecundum quid ad ſimpliciter, reducuntur ad ignorantiam Elenchi eo quòd peccant contra contradictionem. Omnes autem fallaciæ extra dictionem reducuntur in hoc, quòd peccant contra diffinitionem ſyllogiſmi.

FINIS.

Digitized by Google

AVGVSTINVS HVNÆVS, PHILOSOPHVS, ET THEOLOGVS DOCTISSIMVS;

De Diſputatione Dialecticè, rectéque inſtituenda, atque exercitio, & formula diſputandi, iuxta Laudatiſſimum Celeberrimæ Louanienſis Academiæ morem.

Tractatus Decimus.

CVM inter omnia Dialectices munia præcipuum ſit argumentari, nec aliter argumentandi promptitudo, quam frequenti exercitio rem aliquam in Diſputationibus cùm oppugnandi, tùm defendendi exercitio, aſſiduoque vſu comparetur, prudentiſſimè à maioribus eſt inſtitutum, vt Philoſophiæ deſtinata iuuentus à primis Logicæ rudimentis crebra ſtatim exerceretur diſputatione. Nam præcepta (vt omittamus, quod ſine exercitatione intelligi quidem ſatis queant) adoleſcentibus viam tantùm, ac rationem oſtendunt ad partes perueniendi, artificem autem non efficiunt: Hoc enim ſolius eſt exercitationis, adeò vſus, & experientia in artibus dominantur.

Præcipuum munus Logici eſt diſputatio.

Præcepta abſque exercitatione parum prodeſſe.

Vſus rerum omnium magiſter.

Quare laudanda eſt in eo Antiquitas, quòd vſum omnibus in rebus effectorem, & magiſtrum pręſtantiſſimum eſſe ſemper iudicauerit: Rectéque apud Græcos celebratur illud μελέτη πάντα δύναται. Exercitationis enim tãta vis eſt, & ἐνέργεια, vt naturam in Demoſthene, & alijs iam olim vicerit, & hodiè vincat in plurimis, eáque reddat

Exercitatio naturam vincit, & aliquando mutat.

facillima, quæ natura videbatur negaſſe: Quod Tibullus tali diſticho elegantiſſimè indicauit.

Longa dies homini docuit parere leones:
Longa dies molli ſaxa peredit aqua.

Adoleſcentes, vt Diſputent frequenter, admonendi ſunt.

Quæ cum ità ſunt, feriò monendi ſunt adoleſcentes, & frequenti cohortatione in eam ſententiam inducendi, vt ſi ad vllius ſcientiæ perfectam,ſolidámque cognitionem peruenire velint,ſcientiæ ipſius præceptionibus, vtcunquè cognitis, diligentiſſimè in earum vſu exerceantur.

Modus diſputandi Academia Louanienſis Laudabilis.

Vt autem Logicarum præceptionum exercitia facilius ab omnibus fieri queant, diſputandique modus, qui paſſim apud omnes omnium diſciplinarum profeſſores vſitatus eſt, etiam a Dialectices rudioribus intelligatur, nos laudatiſſimam diſputandi rationem ab omnibus in Celeberrima hac Louanienſi Academia obſeruatam, qua quiduis Dialecticè,rectéque Oppugnari, & Defendi poſſit, quàm paucisſimis Erotematis abſoluemus.

Quid eſt Diſputatio?

Diſputatio qua ſit.

Eſt veritatis indagandæ cauſa,vel mutuæ exercitationis gratia de aliquo Themate diſceptatio, vt fit, dum quis, vel tacita cogitatione, ac mentis veluti diſcurſu quodam apud ſe ratiocinatur,vel cum alio, ſiue ſermone,ſiue ſcripto.

Thema quid ſit.

Cæterum, quod tanquam dubium, incertumque in medium adducitur, quodque in diſputationibus ab alio defenditur,ab alio oppugnatur, Thema dicitur.

Cur inuenta eſt Diſputatio?

Cur inuenta eſt Diſputatio.

Pulchra ſimilitudo diſputationis.

Vt veritas è tenebris, & verborum inuolucris in lucem produci poſſit.Omnis enim,quæ rectè inſtituitur de re quapiam diſputatio, ex certis quantùm fieri poteſt, probéque cognitis ad id ſtatuendum progreditur, quod in dubium vocabatur, vt ità veritas euadat perſpicua. Ad acuendam igitur mentem, corporis obſcuritate hebetatam, ingenium humanum examinandæ veritatis facultatem à Deo accepit, cuius functio Diſputatio nominatur. Nam quemadmodum vites,nuces,argentum, & aurum putantur, atque purgantur,teiectis inutilibus: ità in examine illo, & inquiſitione veritatis, ſeu Diſputatione, remotis tùm falſis, tùm am-

Digitized by Google

biguis, & incertis, ad ea demum peruenitur, in quibus pura, & clara relucet veritas. Argumentis verò rem obſcurare, Sophyſtarum proprium eſt, & argumentatione, diſputatione que abutentium.

Argumentis rem obſcurare propriũ eſt Sophyſtarum.

Certis-ne diſputatur legibus?

Certis profectò, & ſunt complures, quarum aliquas recenſebimus.

PRIMA EST.

In diſputationibus voces ambiguæ vitentur.

Diſputaturi igitur, in primis rem, quæ in diſputatione verſabitur verbis certæ ſignificationis comprehendent, atque deſignant, vocum ambiguitatem omninò tollant. Aliàs fieri non poteſt, quin in media diſputatione, à ſcopo diſputationis aberretur, & à rerum pulcherrimarum inueſtigatione ad nugas, aut inanem verborum concertationem delabatur diſputatio.

Æquiuocatio fugiend., & Amphibologia.

Proindè ſi inter diſputandum Amphibologia aut Æquiuocatio fortè inciderit, petendum erit à proponente quia vt vulgari verſiculo dicitur.

Erroris mater fuit æquiuocatio ſemper.

qua ſignificatione vtatur, vt alias interim omnes remoueat: quòd multiplicitas ſignificationum vnius, eiuſdémque dictionis, aut orationis, niſi ſtatim tollatur, maximas offundat diſputationi tenebras.

Mendacia fugienda.

SECVNDA.

Manifeſtè falſum nemo pertinaciter defendat, & manifeſtè verum nullus temerè oppugnet.

Aſſerit Quintilianus, culpam præſertim deprehenſam pertinaciter tueri, culpam eſſe alteram: Et haud dubiè, errorem errori accumulat quiſquis conuictum errorem non confitetur. Nam vno abſurdo conceſſo, cætera accedunt, vt in Phyſicis frequenter inculcat Ariſtoteles. Satius itaque eſt errore lapſum palinodiam ſtatim canere, quàm falſum obſtinatè, & impudenter defendendo ex vno in alios per multos, grauiſſimóſque prolabi errores.

Errorẽ errori accumulat, qui conuictus non confitetur.

Errorem vno errore admiſſo in principio multa ſequuntur.

Contra manifeſtam autem, & apud nullos controuerſam veritatem otiosè diſputare, pernitioſum videtur: nè ſi iocus nunc ſit, in rem aliquando exeat ſeriam. Nemo igitur verum temerè labefactando, aut falſum mordicus defendendo, ingenioſus, aut doctus videri deſideret.

Contra veritatẽ temerè nõ eſt diſputandũ.

TERTIA.

Concertantium iudicia ſint integra, nulliſque affectionibus prauis perturbata.

Arguens nulla paſſione debet torqueri.

EXPERIMVR perturbatis ira, aut ſimili affectione mala animis, quendam rationis fumum offundi, quo veritatis perſpiciendæ facultas contendentibus eripi ſolet: vt neque quid obijciatur, neque quid reſpondeatur animaduertant.

Vtiliſſimum ergo eſt, vehementius vrgente quopiam, vel etiam inſolentius altercante, prorſus animo non commoueri, aut paucis eum tanquam Sophyſtam, & ad diſputationem minus idoneum amoliri. Oportet enim hîc non clamoribus agere, ſed circumſpecto, & ſedato vti iudicio, remotoque altercandi ſtudio, & omni vitioſa affectione abdicata: ſolam veritatem, rationémque ſequi.

QVARTA.

In altercatione omni, mox, quid poſitum in controuerſia ſit, magna cura inſpiciatur.

In diſputatione eſt valde attendẽdũ quid poſitum ſit in Cõtrouerſia.

Id in diſputando, altercandóque caput eſt, ſcire quid præcipuè in controuerſiam vocetur, & de quo diſputantes contendant: Alioqui ſæpius eos temerè litigare, atque multa vltrò, citróque verba ridiculè iactare continget. Quod nõ rarò in diſputationibus euenire videmus, quando alter quidem cælum agitari ait: alter terram in mundi medio quieſcere, euincere conatur: & de aliis, interrogatus, iuxta prouerbium, de cæpis reſpondet.

Quot ad Diſputationem ſunt neceſſarij?

Duo { Oppugnans. / Defendens.

In diſputatione duo ſunt neceſſarij.

Nam oppugnare, & defendere, pro opponere, & reſpondere, quibus ſcholæ familiarius vtuntur, Cicero in ſecundo de Oratore ſic dixit: Carneadis vis incredibilis illa dicendi, & varietas, perquam eſſet optanda nobis, quia nullam vnquam in vllis ſuis diſputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam non euerterit,

Digitized by Google

De Oppugnante, eiuſque officijs.

De Oppugnante.

Quod eſt munus rem aliquam in diſputatione Oppugnantis?

Oppugnantis officia.
- Argumentum contra defendentis Thema inuenire, idque obijcere.
- Quod à defendente negatum eſt probare.
- Solutionem datam, primùm repetere, & môx alia obiectione impugnare, quod vulgò dicunt, replicare.

Oppugnantis tria munera.

Quam vocas Argumentationem?

Orationem quandam compoſitam ex antecedente, conſequente, & nota, vt vocant illationis. Vt cùm dico: Plato eſt homo, ergo Plato eſt animal, ibi coniunctio (ergo) nota eſt illationis. Antecedens autem eſt (Plato eſt homo) Conſequens verò (Plato eſt animal) Item hæc eſt argumentatio in Miloniana Ciceronis: Quiſquis vim vi repellit, iuſtè facit. Milo occidens Clodium, vim vi repulit, ergo Milo Clodium occidens iuſtè fecit. *Argumentatio quid.*

Quid vocant illationis notam?

Coniunctionem, qua vna propoſitio ex altera ſequi denotatur.

Quotuplex eſt eiuſmodi coniunctio, quæ vnius pronunciati ex altero denotat conſecutionem? *Quid ſit coniunctio, & quotuplex.*

Triplex.

Cauſalis,	Conditionalis,	Rationalis.

Quæ quotieſcunque coniungunt enuntiationes, argumentationem efficiunt. Ferè tamen in Scholaſtica diſputatione (ad quam potiſſimùm ſtudioſos hoc libello præparamus) vtimur rationali tantùm coniunctione (ergo) vel (igitur)

Quid eſt Antecedens?

Eſt Propoſitio quæ alterius probandæ cauſſa profertur: vt exemplo monſtratum eſt. Atque hanc eò dici, Antecedẽs aſſerunt, quod illationis notã antecedat. Verùm perfectã non eſſe hanc nominis rationẽ, euidens eſt in argumẽtationibus, quas vulgò Conditionales, & Cauſſales, dicunt, in quibus antecedens notã illationis ſitu non præcedit. Vt in his exẽplis, Si non ſanetur animus, nullus vnquã erit miſeriarum finis. Moriendum illi fuit, quoniam homò natus erat. *Antecedẽs quid ſit, & vnde dicatur.*

Antecedens quotuplex ſit.

Quotuplex eſt antecedens.	Nonnunquam eſt vnica propoſitio: vt in Enthymemate ſemper euenit, in Exemplo frequenter. Nonnunquam ex pluribus conſtat propoſitionibus, vt fit in Syllogiſmo, & Inductione perfecta.

(*Quid eſt Conſequens?*

Conſequens quid ſit.

Eſt propoſitio, quæ ex alia infertur.

Dictum eſt conſequens, quòd illationis notam ſequatur, ſaltem natura. Aut de illationis nota mentionem prætermittentes, melius dixerimus, Conſequens eſſe eam propoſitionem cuius probandæ cauſa alia profertur.

Quia propoſitionis modò fecimus mentionẽ, obiter de ea dicamus. (*Quid eſt Propoſitio?*

Propoſitio quid ſit, & quot eius partes.

Propoſitio eſt oratio verum, vel falſum deſignans: vt Plato eſt animal. (*Quot ſunt Propoſitionis partes?*

Tres.

Subiectum	Copula	Prædicatum
Plato	eſt	animal.

Qualiter ſe habent in argumẽtatione ſubiectũ, & prædicatũ, & copula.

Eſt quę ſimilitudo aliqua cum partibus Argumentationis. Subiectũ enim in propoſitione quodãmodo ſe habet, vt antecedens in argumentatione: eſt enim vtrũq; ſui totius pars prima: prædicatũ poſtrema pars eſt propoſitionis, ſicuti conſequens argumentationis. Copula (nimirũ verbum ſubſtantiuũ in propoſitione poſitũ) eſt ſubiecti, & prædicati nexus, ac veluti commiſſura: quemadmodum ſignum illationis in argumentatione partes connectit.

De Defendente.

De Defendente, eiúſque Munijs.

(*Quæ ſunt partes, ſeu munia rem aliquam in diſputatione Defendentis?*

Munia eius ſunt.	Totam Thematis ſui naturam perſpectam habere, ac difficultates eius omnes, prius quam in arenam deſcendat. Attento, & præſenti ſemper animo conſiderare quid ſuſcepit defendendum, & quid contra obijciatur, & an hoc cum eius Themate pugnet, necne. Poſtremò quidquid obiectum erit reſumere aliquoties, ac tum demùm cum maturitate iudicij reſpondere.

Quomodo eſt reſumendum?

Repetendo bis, teruè omnia perfectè, quantum fieri poteſt: nimirùm, & eadem verba, & eodem quo à contra diſputante proponuntur ordine, idque animo alacri, & clara voce, ad minimum bis. Præſertim antequam aſſueuerit Scholaſticis diſputationibus. Nam vbì quis vſu doctior euaſerit, aut quæſtio fuerit facilior, vnica ſuffecerit repetitio, modò vt iam monuimus illa ſit clara, & perfecta: tunc enim iuxta prouerbium. *Quot vicibus debeas repetere Defendens.*

(Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.

Vt non immeritò dictum ſit: Benè, fideliterque repetitam argumentationem bona ex parte diſſolutam eſſe.

Ridiculum eſt, & à probè inſtituto ingenio alienum eſſe debet, inter reſumendum quidquam propoſitæ ſententiæ, vel adimere, vel addere, vt oppugnans à recto tramite (quod Sophyſtæ facere ſolent) abducatur. Sicut & illud eſt, amplius quàm oporteat, aut aliter quàm rogaris reſpondere. De quo videatur A. Gell. Noct. Attic. lib. 16. toto ſecundo capite. *Ridiculum eſſe ſuperflue, aut diminute, tū reſpondere, tum argumēta reſumere.*

(Cur ita repetendum eſt?

Quia quemadmodum præcipitis conſilij, pœnitentia: ita nimis acceleratæ reſponſionis, error comes eſſe ſolet. Quod malum cauetur, dùm per repetitionem tempus conceditur reſponſuro, ad Quæſtionis, Argumentationíſque diſſolutionem excogitandam. Præterea etiam hoc cōmodum affert diligens repetitio, vt Argumentantis obiectio rectius intelligatur. Et ſi quid fortè à reſponſuro minùs eſſet intellectum, id per repetitionem animaduertat primùm objiciens, deindè reſpondentem ad veram obiectionis intelligentiam deducat. Quocirca iuniores diligenter ſe in hac reſumendi conſuetudine exercere debent, ſine qua diſputationis perſpicuitas, & ordo conſtare non poteſt. Cæterùm quòd inter reſumendum, aut amoris, aut honoris compellationes obſeruari debeant: Veluti, Dulciſſime condiſcipule, ſic Argumentaris: Quæris Obſeruande præceptor, Sic Argumentaris Eruditiſsime Domine Doctor, & ſimiles, notius eſt, quàm vt hoc loco multis verbis ſit monendum. *Argumentatio repetenda eſt à minoribus.*

Quot Modis, facta iam repetitione, reſpondere licet?

Quot modis reſpondere licet.

Tribus modis reſpondere licet.
- Diſtinguendo
- Concedendo
- Negando

ſi
- Multiplicia ſint ea, quæ obijciuntur.
- Nihil obſunt propoſito,
- Vitium aliquod in
  - materia,
  - forma,
  - vel vtroque ſimul.

& Ad tria
- Antecedens
- Conſecutionem
- Aſſumptum

Vitium in materia, & forma argumentationis quando.

In materia vitium eſt: quando falſi quippiam continet antecedens.

. In forma, quando debita argumentandi ratio non eſt obſeruata. Quæ autem illa ſit, ab Ariſtotele petatur, præſertim ex ijs libris, qui Priora Analytica inſcribuntur. Nos quoque huius rei declarationem, & exempla in noſtris Dialecticis, Libro Quarto, vbi de Argumentatione, & Syllogiſmo agitur, abundè tradidimus: Habes inſuper, exempla præſentis diſtributionis plurima Libro Quinto circa definitionem Syllogiſmi ligitioſi: Ac denique in toto Tractatu ſolutionis generalis libro ſexto.

Quid eſt negare Antecedens, & quid in eo negando animaduerti debet?

Negare antecedens quid.

Negare antecedens, eſt aſſerere ipſum eſſe falſum.

Obſeruandum autem diligenter, quando Antecedens plures habet partes: vt
- Si prior ſit vera, poſterior autem falſa, dicat reſpondens: Nego poſteriorem partem Antecedentis.
- Si poſterior vera ſit, & prior falſa, dicat, Priorem antecedentis partem nego.
- Si totum antecedens falſum ſit abſolutè dicat, Nego Antecedens.

Quid eſt Antecedens Concedere?

Antecedēs concedere quid ſit.

Eſt ipſum tanquàm verum recipere, ſeu approbare.

Quid Diſtinguere antecedens?

Quid ſit diſtinguere Antecedēs.

Eſt antecedens multiplex eſſe, diuerſaque habere ſignificata oſtendere, ipſúmque in plures ſenſus diſtribuere. Quod tùm fiet, quando propoſitio in vno ſenſu vera eſt, in altero falſa, vt huius oraculi varij ſunt ſenſus: proindè multa in eo ſunt diſtinguenda:

Perdet Cræſus Halyn tranſgreſſus plurima regna.

In primis poteſt participium (tranſgreſſus) vel cum accuſatiuo antecedente, vel cum ſequente coniungi. Vndè magna ſententiæ diuerſitas naſcitur. Præterea verbum (perdet) orationem reddit ambiguam, quòd vel vaſtationem, vel amiſſionem ſignificare poſſit, quæ res non modò diuerſum, ſed etiam contrarium orationis ſenſum efficit.

Similiter hæc propoſitio: Canis eſt animal, diſtinguitur, cũ dicimus. Si eius ſubiectum capiatur pro cane marino, vel domeſtico, quem latrabilem vocant, ipſa eſt vera. Sin autem pro cane cæleſti, pro quodam videlicèt ſydere, qui Syrius dicitur, falſa eſt, & neganda. De huiuſmodi dictione multiplici, pulcrè Atiſtoteles noſter diſſerit ſub finem primi Topicorum: quo loco hæc traditur regula, Omne Ambiguum prius eſt diſtinguendum, quàm ad ipſum ſit reſpondendum. *Reg. Ariſt. de Æquiuoco.*

Hactenùs de reſponſione ad antecedens. Eodem prorſus modo ad aſſumptum (vt noſtræ ſcholæ vocant) inſtitui debet reſponſio, ipſum videlicèt concedendo, vel negando, vel diſtinguendo, prout ratio poſtulabit: Nam verum concedere, falſum negare, & multiplex diſtinguere oportet. Aſſumpti autem nomine intelligunt hoc loco Dialectici noſtri enunciatum nudè ſine vlla conſecutionis nota, in aliqua diſputatione prolatum. Et vt hoc quoque obiter addam: Ea propoſitio dicitur vera, quæ vt res eſt, ita ſignificat: vt Æthiops eſt niger. Falſa, quæ aliter, quàm res ſe habet, ſignificat, vt Æthiops non eſt niger. *Sicut ad Antecedẽs, ita ad Aſſũptum debet reſponderi. Verum cõcedere, falſum negare, multiplex diſtinguere oportet.*

De Defendente Reſponſuro ad conſecutionem.

De Defendente.

QVo modo oportet Defendentem ad conſecutionem reſpondere? Non modò Antecedens, aut ſimplicem aliquam propoſitionem aſſumptam, verum, & ipſam connexi rationem, ſeu conſecutionem interdum.

Negamus,	Concedimus,	Diſtinguimus.

Quid eſt negare conſecutionem? *Negare cõſequutionẽ quid ſit.*

Eſt aſſerere conſequens cum ſuo antecedente non neceſſariam habere connexionem. Caueat ſummoperè, qui rem aliquam in diſputatione defendit, nè vnquam dicat: Nego conſequens, Nam ſi conſequens falſum ſit, antecedente vero, *Defendens nuſquam neges conſequens.*

ſemper neganda eſt conſecutio.

Quid eſt conſecutionem Concedere?

Conſecutionem concedere quid.

Eſt eam tanquàm firmam,& legitimam approbare.

Quid diſtinguere Conſecutionem?

Eſt conſecutionem propter accidentem ei aliquam varietatem, oſtendere aliqua ratione firmam, & aliqua ratione infirmam eſſe. Vt ſi quis ita argumentetur: Nullum animal eſt ſydus. ergo canis non eſt ſydus: ſic facienda diſtinctio eſt: Si in conſequente capiatur (canis) pro ſydere cæleſti, conſecutio haud dubiè eſt infirma: ſin pro cane domeſtico, vel marino accipias,eſt firma.

Verùm, vt quæ de reſponſione ad conſecutionem diximus, facilius capiat iuuentus, quædam ad huius rei maiorem declarationem addemus.

Conſecutio,vt ſuperius eſt indicatum,nihil aliud eſt, quã certa quædam conſequentis cum antecedente connexio, ſeu cohærentia. Quæ ſic diuiditur.

Conſecutio,
- Legitima,
  - Neceſſaria,
  - Veriſimilis,
- Vitioſa,

Conſecutio, legitima quid.

Legitima eſt, in qua conſequens ità dependet ex antecedente, vt aut neceſſariò,aut veriſimiliter conſequatur. Quæ vero talis non eſt,vitioſa dicitur.

Conſecutio neceſſaria quid ſit.

Neceſſaria dicitur in qua tanta eſt conſequentis cum antecedente neceſſitudo, vt nè fingi quidem poſſit antecedens eſſe verum,quin continuò etiam verum ſit conſequens: vt, Si Bucephalus eſt equus,eſt animal.

Conſecutio veriſimilis quid ſit.

Veriſimilis eſt, in qua conſequens, licèt non neceſſariò antecedenti cohæreat, vt plurimùm tamen comitatur,vt, hodiè ſunt encænia, multi ergo erunt ebrij. Sed hæc pro loci præſentis ratione ità attigiſſe ſit ſatis. Nam exacta harum rerum tractatio ad eorum munus pertinet,qui vniuerſæ Dialecticæ explicationem profitentur.

Vitioſas cõſecutiones negamus, Legitimas cõcedimus.

Vitioſas igitur conſecutiones negamus ſemper, Legitimas vero concedimus: ſicut veras propoſitiones diximus concedendas: falſas ſemper reijciendas. Profer exemplum eius diſputandi rationis, quę hactenus eſt declarata,vt ab omnibus hæc doctrina de diſputatione Dialecticè inſtituenda facilius percipiatur.

Digitized by Google

THEMA.

Omnes Sapientes ſunt Liberi: & ſtulti omnes ſerui.

Hoc in Paradoxis Rhetoricè tractat Cicero: Nos Dialecticè ſcholarum more tractamus,

Exemplum practicum de Modo Diſputãdi.

OPPVGNANS.] Sic argumentor.

Aliquos Sapientes Fortuna ſeruos fecit: Vt Xantho ſeruiuit Æſopus, & alij alijs, ergo non omnes ſapientes ſunt liberi.

DEFENDENS.] Sic argumentaris.

Aliquos Sapientes fortuna ſeruos fecit: Vt Xantho ſeruiuit Æſopus, & alij alijs, ergo non omnes ſapientes ſunt liberi. Sic argumentaris. Aliquos ſapientes fortuna ſeruos fecit, &c. Vbi bis, terúe totum repetiuerit dicat: Nego conſecutionem.

OPPVGNANS. Probo conſecutionem. Nam qui alijs ſeruiunt, liberi dici non poſſunt.

DEFENDENS. Sic probas conſecutionem. Qui alijs ſeruiunt, liberi dici non poſſunt. Sic probas conſecutionem. Qui alijs ſeruiunt, &c. facta ad hunc modum bis, terúe legitima repetitione, dicat. Diſtinguo, quod Aſſumpſiſti. Nam ſi loquaris de libertate corporis, verum eſſe concedo: Sin autem de libertate animi, Nego Aſſumptum.

OPPVGNANS. Probatur Aſſumptum: quia Libertas, teſte Cicerone, eſt poteſtas viuendi, vt velis: Qui autem ſeruit, nõ poteſt viuere, vt vult, ergo nullo modo eſt liber, neque quò ad animum, neque quoad corpus.

DEFENDENS. Contra ſolutionem meam, ſic argumentaris: Libertas, teſte Cicerone, eſt poteſtas viuendi, vt velis. Qui autem ſeruit, nõ poteſt viuere, vt vult, ergo nullo modo eſt liber.

Libertas teſte Cicerone, &c. facta repetitione, vti ante dictum eſt, dicat: Nego ſecundam partem antecedentis. Sapiens namque tametſi ſit in alterius poteſtate, nihilo minus tamen viuit, vt vult: quia nihil vult, niſi quod recta ratio dictat, & quod temporis conditio eum facere ſinit.

OPPVGNANS. Dicis mihi ſapientem, licèt in aliena ſit poteſtate, nihilo minus tamen, ita vt vult viuere, eo quòd ad id ſolum, quod recta ratio dictat, & temporis conditio ſinit, illius voluntas feratur. Contra hoc ſic argumentor: Non omnes ſapientes appetitiones ſuas ratione moderantur, igitur malè in tua ſolutione poſitum eſt, ad id ſolùm, quod recta ratio dictat ſapientis voluntatem ferri.

DEFENDENS. Contra ſolutionem meam, ſic argumentaris: Non omnes ſapientes appetitiones ſuas ratione moderantur: igitur malè in mea ſolutione poſitum eſt, ad id ſolum quod recta ratio dictat ſapientis voluntatem ferri, &c. Non omnes ſapientes, &c. Poſt huiuſmodi repetitionem vnam, atque alteram dicat: Nego antecedens.

OPPVGNANS. Probo antecedens, quia nonnulli ſapientes non refrenant libidines, non ſpernunt voluptates, non iracundiam tenent, non coërcent auaritiam, non cæteras animi labes repellunt, ergo appetitiones ſuas ratione non moderantut.

DEFENDENS. Sic probas antecedens: Quia nonnulli ſap. &c. quo bis, térve clarè, & perfectè repetito dicat, Nego antecedens, & ratio eſt: Nam qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare, modò non eſt ſapiens, ſed nè liber quidem eſt habendus.

OPPVGNANS. Sic ſoluis argumentum: Qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare, non modò non eſt ſapiens, ſed nè liber quidem eſt habendus. Contra hoc ſic argumentor: Ab omnibus habiti ſunt ſapientes, qui cupiditatibus tamen ſuis non imperarunt, ergo malè dicis.

DEFENDENS. Sic argumentaris, Ab omnibus habiti ſunt ſapientes, &c. Iterata aliquoties oppugnantis ratione. Negabit antecedens.

OPPVGNANS. Probo antecedens, qnia magni illius Allexandri præceptor (quem ſapientum, ac Philoſophorum omnium poſt Platonem faciunt principem) Ariſtoteles, & cum eo alij complures magni nominis Philoſophi, maximis probris, & vitijs ſunt notati.

DEFENDENS. Sic probas antecedens, Quia magni illius, &c. poſt legitimam repetitionem dicat: Nego id verum eſſe, quod aſſumis.

OPPVGNANS. Hoc referunt hiſtoriæ.

Non temerè adhibendam eſſe fidem Hiſtoricis quibuſdam.

DEFENDENS. Non temerè adhibenda Fides eſt Hiſtoricis quibuſdam, per maleuolentiam, & inuidiam laudes præſtantiſſimorum virorum inſectantibus.

DICEMVS nihilominus, de quibuſdam Philoſophis, quorum in confeſſo ſunt ſcelera, eos dum ita affecti eſſent, non liberos, nedum ſapientes, etiam ſi ampliſſimis titulis vulgò ſeſe venditarint: cùm nulla maior, aut grauior ſeruitus excogitari queat, quàm, qua animus, vel libidinis illecebris, vel auaritiæ, aut crapulę, aut alijs ſceleribus ſeruit. Nec ſapientes dici poterant, quos tradidit Deus in cupiditates ignominioſas

minioſas: quippè ſapientiam profeſſi, ſtultitiam ſuam prodiderunt, vt eſt apud Paulum ad Rom.i. cap. In his enim omnibus non vera, & genuina eſt ſapientia, ſed fucata quædam, & adulterina illius ſpecies.

Vno hoc craſſa quidem Mineruа, ſed tamen conuenienter (vt arbitramur) noſtro propoſito, in materia morali producto exemplo, vſitatam in hac noſtra Academia diſputandi rationem exprimere voluimus: vt illi, quibus Academiam hanc adire, vel non libet, vel non licet, ex iſto libello, quæ ſit optima, & in noſtra Academia longiſſimo vſu comprobata diſputandi ratio, intelligere queant: & ij, qui Dialecticæ diſcendæ cauſſa huc ſe contulerunt, videant diſputandi artem, & exercitationem non modò valere ad altercandũ de Dialecticis, & leuiuſculis quæſtionibus, ſed etiam ad ordine, & ratione de grauiſſimis quibuſque rebus diſſerendum plurimum habere momenti.

Certè Ariſtoteles viuus in Dialectica ſuos diſcipulos exercuit in Theſi propoſita de ciuilibus, & honeſtis rebus. Quod quidem tàm laudabile principis ſui exemplum, Peripateticos conueniret imitari: nec ſemper diſputationis vſum in altercãdo de Dialecticis præceptionibus, ſed in Ethicis aliquando, aut alijs ſerijs materijs commonſtrare. *Ariſtoteles exercebat diſcipulos ſuos diſputationibus.*

Sed de his ſatis, quæ quòd ad promouendam Iuniorum vtilitatem non tantùm in Dialecticæ, verum etiam in præclariſſimarum quarúmque diſciplinarum ſtudio, viderentur in primis neceſſaria, libenter, & candidè communicauimus.

Quibus intellectis, & fideli memoriæ commendatis, exercitióque, & vſu confirmatis, cuius (modo cum mediocri rerum cognitione accedat, aut cœpta procedat plenior Dialectices inſtitutio) facillimum fuerit, rem quamuis in diſputatione tùm defendere, tùm oppugnare, quod per quotidianam experientiam manifeſtius euadet, quàm vt alia egeat probatione.

DISPVTATIONIS.

- *Vſus eſt, falſitatem euertere, & in lucem producere.*
- *Leges*
  - *1. Vitentur ambigua, aut diſtinguantur.*
  - *2. Palam falſum non defendatur, nec verum temerè oppugnetur.*
  - *3. Diſputantes non cõmoueantur ira, neque ulla affectione.*
  - *4. A capite controuerſia non recedatur ad parerga.*
- *Inſtrumentũ, eſt argumentatio, cuius in propoſito.*
  - *Species sũt*
    - *Legitima.*
    - *Vitioſa.*
      - *Neceſſaria*
      - *Veriſimilis.*
  - *Partes.*
    - *Antecedens.*
    - *Conſequens.*
    - *Cõiũctio vnius, ex altero cõſecutionẽ denotãs.*
- *Autores*
  - *Oppugnans, cuius tria ſunt officia.*
    - *Inuenire argumentum cõtra Thema reſpondentis.*
    - *Probare, quæ à reſpondente negantur.*
    - *Solutionem ab eo datam repetere primũ, ac deindè oppugnare.*
  - *Defendẽs, cuius triplex eſt munus.*
    - *Thema ſuum intelligere, ac difficultates illius omnes perſpectas habere.*
    - *Semper conſiderare quid contra ipſum obijciatur.*
    - *Quod obijcitur clarè, & perfectè repetere, et deindè maturo adhibito iudicio aptũ dare reſpõſũ ad*
      - *Antecedẽs, vel ad id, q eſt aſſuptum.* — *ſi ē*
        - *Verũ: concedendo.*
        - *Falſum: negando.*
        - *Ambiguũ: diſtiguẽdo.*
      - *Conſecutionem.* — *ſi ē*
        - *Firma: cõcedendo.*
        - *Infirma, negando.*
        - *Ambigua: diſtinguendo.*
- *Exemplum*

EIVSDEM AVGVSTINI HVNÆI DE VSITATA APVD DIALECTICOS VOCVM DIVISIONE BREVIS Iſagoge, qui eſt Appendix ad Prodidagmata Logices.

VETVS illud Scholarum Philoſophicarum inſtitutum improbari non poteſt, hodieq́ue laudabili conſuetudine ab omnibus Ariſtotelis logica ex profeſſo enarraturis obſeruatur: vt priùs quam infirmos adhuc, & rudes Philoſophiæ ſtudioſorum animos ad Artis diſſerendi penetralia deducant, ante omnia quædam de varia vocabulorum vſurpatione doceant, ac præmittant, quæ nos propterea Προδιδάγματα diximus. Quemadmodum geſtus diſſimiles in homine, denotant diſſimiles animorum motus: alius eſt irati, alius timentis, alius amantis: ita vocabula omnia diuerſos, quaſi geſtus in compoſitione habent, quos modos ſignificandi quidam vocauêre. Idem vocabulum aliàs denotat communem ſpeciem, aliàs indiuidua, aliàs latius patet, aliâ anguſtius accipitur: vt cùm dico: Homo eſt ſpecies, hîc (homo) denotat nõ Petrum, aut Ioannẽ: ſed ſpeciem, hoc eſt, εἰδέαν, ſeu rationem, atque notionem quandam omnibus indiuiduis humanæ naturæ communem. Si verò dicam, Aliquis homo eſt ſpecies: falſum dixero: quia propter ſigni particularis adiectionem, indiuiduum intelligi neceſſe eſt: quemadmodum etiam cùm dicitur: Homo currit, intelligimus indiuiduum aliquod: nam actiones non ad ſpecies, ſed ad indiuidua referri debent.

Hæc animaduerſio non in Philoſophia modò, verum etiã in quauis diſciplina prorſus neceſſaria eſt, ad verum à falſo prudenter diſtinguendum. Quocirca quicunque hæc igno-

rat, aut non aduertit, is haud dubiè, & in veritate ſermonis indaganda, & in detegenda falſitate (qui proprij ſunt Dialecticæ fines) inſigniter hallucinetur oportet. Quare monendi ſunt Iuniores, vt obſeruent diuerſos modos idem vocabulũ vſurpandi: ac videant, quando ſpecies, quando indiuidua denotentur.

Attentio neceſſaria.

Nec minus illa attentio neceſſaria eſt, videre quando latius vagetur vocabulum, quando ſit anguſtius: vt apud A. Gelliũ peruetuſtæ legis Atiniæ verba hæc ſunt: Quod ſurreptum erit, eius rei ęterna auctoritas eſto: vbi quis aliud quàm de futuro tempore legem loqui ſuſpicetur, cum dicit: Quod ſurreptum erit? Attamen ad præteritum referenda verba eſſe, P. Nigidij & Q. Sceuolæ ſententiam fuiſſe refert Gellius: nec ratione caret, quæ poſtea declarabitur cum de eiuſmodi difficultatibus enucleandis præcepta trademus.

Hic autem, Omne animal fuit in arca Noë, vniuerſalis non tàm latè patet, quàm ſolet alioqui patere, ſed aſtringenda eſt ad ſpecies, ſiue certa tantummodo earum indiuidua, vt hic ſit ſenſus: Omne animal, id eſt, cuiuſque ſpeciei animalis quædam paria, ſeu quędam indiuidua.

Ex his non difficile fuerit intellectu, quàm vtile, immò neceſſarium ſit illos cognoſcere modos, quibus vocabula tàm multipliciter vſurpentur, ac afficiantur, vt nunc ſingulare, indiuiduumq́ue, nunc vniuerſale ſeu totam rei naturam denotent: nunc τεχνικῶς pro ſe, aut ſimili accipiantur. Rurſus aliquando latius pateant, aliquando contrahantur. Quas vocum affectiones, & modos dilucidius, quam hactenus fieri vidimus, minimeq́ue Barbarè, quantum rei patietur aſperitas, ita fauentibus ſuperis explanaturi ſumus, vt qui iſta vel ſemel perlegerit ſolum, quæſtiones innumerabiles, alioquin difficillimas nullo negotio poſſit diſſoluere, quod in maximis grauiſſimiſq́ue profeſſionibus viri doctiſſimi quotidiè experiuntur.

Qui ſint huius Dialecticæ partis inuentores.

HANC Dialecticæ partem præcipuè in vſum Iuuentutis, quæ ad Ariſtotelicam Philoſophiam deſtinatur, ſagax maiorum induſtria inuenit, ac velut per manus ſolenni more in Academijs ad Ariſtotelem acceſſuris tradi, & explicari vo-

luit: non quod ignoraret ingenioſos, & in re grammatica fœliciter inſtitutos, ſuo marte hęc vtcunque aſſequi poſſe, ſed quòd longo vſu edocta, didiciſſet, nunquam adeo ingenioſos, & in Grammaticorum paleſtra itá verſatos dari, quin in his ſæpius hæreant: ac proindè harum præceptionem adminiculis, infirmam adhuc, & vacillantem illorum cognitionē ſuſtentandam, & paulatim corroborandam, prudenter indicauit. Animaduerterat maiorum prudentia, quam plurima ab auctoribus, & præſertim Ariſtotele tradita, his neglectis etiā ab ingenioſiſſimis perſpici non poſſe: vt ſunt Oppoſitorum natura, Syllogiſmi, Elenchi, & ſimilia: ac vt ſemel dicam, nihil de quæſtione quauis rectè ſtatuere eum, qui vocabulorū affectiones, vim, & energiam ignorat. Quemadmodum enim in computando à peritis falluntur ij, qui rationes ſubducere neſciunt, & numerorum notulas, aut calculos quocunque loco poſitos idem valere putant, ita teſtis eſt Ariſtoteles, eos, qui in oratione vocabulorum vim ignorant, facilè & cum ipſi diſputant, & cum alios diſputantes audiunt falli atque circumueniri.

Cùm autem in ijs rebus explicandis verſarentur maiores noſtri, in quibus neminem Latinorum, qui inter claſſicos recenſetur ſequi liceret, multa rebus vocabula fingere neceſſe habuerunt: vt delicatioris palati lectores, meritò æquis, & patientibus auribus ferre debeant, inuſitata aliquando, & inaudita huius diſciplinæ verba. Neque id in hac arte dumtaxat vſu venit. Nam ſunt (vt Romanæ eloquentię princeps Cicero teſtatur) ſua cuique diſciplinæ propria quędam, & peculiaria vocabula, quibus ſæpe numero non minus cognitu neceſſariæ res ſubijciuntur, quàm alijs, quæ in communi hominum, vſu atque ſermone peruagantur. Quòd ſi ab ijs forſitan impetrari nequeat, illi ipſi latinæ linguæ Ariſtarchi ex ſuo velim penu eiuſmodi depromant nomina, quæ, & harū rerum naturam propius ob oculos ponant, & delicatorum omnium palatis ſatisfaciant. Nos rem aggrediemur, vbi monuerimus vocabulum Termini, quod hîc nulla neceſſitate coacti, initio definire, & diuidere ſolent, vt barbarum in ea ſignificatione à doctis explodi: qui nunc verbum, nunc nomen, nunc vocabulum, nunc vocem, interdumq́ue dictionē pro eo dicere malunt, quod & nos eruditiores imitati in his prodidagmatis, eiuſque appendice facturi ſumus.

Quod ſit inter Grammaticas, & Dialecticas proprietates diſcrimen.

QVEMADMODVM nomini Qualitatem, Comparationē, Declinationem, & ſimilia accidere tradit Donatus: ita Dialecticus monet, vocibus accidere acceptionem Technicam, Simplicem, & Perſonalem: Tum Ampliationem, Reſtrictionem, denique Appellationem, & Expoſitionem: ſi fortè non latinis ſatis nominibus, certè tritiſſimis in Philoſophorum ſcholis, nec omninò cōtemnendis, vtpote commodiſſimè rem explicantibus, Et ſanè in Dialectica, omnique diſciplina in primis curandum videtur, vt talibus vtamur vocibus, quibus (etſi aliquando minus elegantibus) commodè res intelligi queat. Quinimo ſi fructum percipere ex Dialectica velimus: cauendum eſt ſummoperè, ne curioſè nimiū verbis inhęreatur: nam ſi nimio ſtudio id vt eleganter quod ſentimus explicetur, agamus, periculum eſt ne cum vocibus vſitatis rem etiam amittamus. Si quidem rerum quę tractantur aſperitas etiam doctiſſimos interdum balbutire compellit. Accidit enim ſæpe illud. Ornari res ipſa negat contenta doceri. Neque tamen propterea paſſim cum vulgo Sophiſtarum, citra omnem neceſſitatem à ſermonis Latini puritate recedendum arbitramur, ſed ad rem veniamus.

Cauendū eſt nè nimis curioſè verbis inhæreamus, neque neceſſitate à Latinitate recedamus.

Hoc inter Grammatica nominum accidentia, & Dialectica intereſt, quòd illa ſermonis integritatem neglecta vitient: hæc enuntiationum veritatem, & Syllogiſmorum, aliarumq́ue argumentationum legitimam diſpoſitionem prętermiſſa deprauent. Vndè non abſurdè Dialectica nominum accidentia, ſeu proprietates, affectionéſue Dialecticas frequenter vocamus. Quēadmodū igitur Grāmaticus dū purè, & emēdatè loquendi normā tradere ſtudet, minutias illas, Quot ſunt genera nominum, quot declinationes, quot caſus, & ſimiles vocum affectiones, ſine quarum cognitione ſermonis puritas nec intelligi quæ ſit, nec intellecta conſeruari poſſet, primum tractat: Ita, & Dialecticus has vocum affectiones initio prætermittere conſueuit, quibus mutatis, etiam veritas in oratione, aut falſitas mutatur, & in argumentationibus vitiatur conſequutio, Nec magis Dialecticus ſine acceptione Technica, Simplici, aut Perſonali: ſine Reſtrictione

Ampliatione, cæteriſque id genus iudicare poterit de propoſitionum veritate, atque falſitate, aut adulterinam argumentationem à legitima diſtinguere: quàm Grammaticus ſine notitia generis, declinationis, caſus coniugationis, & ſimilium, de ſermonis emendata ſtructura. Vnde ſicut ineptus ſermo eſt, mulier mal': ità hæc argumentatio eſt vitioſa, Homo eſt ſpecies, ergo vel Ioannes eſt ſpecies, vel Petrus, & ità de alijs. Ratio in promptu eſt, & latius poſtea ſuo loco explicabitur: quia ex voce quæ pro εἶδέα ſeu ſpecie accipitur, non licet inferre eius indiuidua, quod dicere ſolent, non licet argumentari ab acceptione technica, aut ſimplici ad perſonalem: ſicut nec contrà.

Quare omninò perſpicuum eſt, quam ſint cùm vtilia, tùm neceſſaria, quæ de Dialecticis vocum affectionibus, ſolemni Academiarum more ante Ariſtotelis enarrationem traduntur, quantumque detrimenti hæc neglecta afferant. Sed quas iam enumerauimus Dialecticas vocum proprietates, ordine pergemus explicare ſi in primis generaliter definierimus quid nominum acceptione intelligamus.

DE VOCVM DIVISIOnibus, & ſignificationibus.

VOx ſignum eſt mentis, eiuſque index, & exemplar, vt ait Quintilianus. *Signum vndè eſt dictum*

Signum autem ſignificando eſt dictum. Significare eſt potentiæ cognitiuę, ſeu menti aliquid repræſentare. *Significare quid ſit.* Quod quidem fit aliquando ex hominum inſtituto, aliquàdo vero alia ratione.

Hinc ſignificare diuidunt in ſignificare { ad placitum, & naturaliter.

Illud ſignificat ad placitum, quod ex hominum arbitrio, ac inſtitutione ſuam ſignificationem accepit: vt voces cuiuſque idiomatis propriæ: quæ etiam non intelliguntur, niſi ab ijs, qui idioma eiuſmodi callent. *Ad placitũ ſignificare quid.*

Vox ad placitum ſignifigans bifariam adhuc inuenitur. *Vox ad placitum duplex.*

ſignificare { aliquando ſignificatum primarium: aliquando ſignificatum ſecundarium.

Primarium ſignificatum eſt res, quæ mox appræhenſa voce menti offertur. Sic vox (animal) naturam animalium, communem beſtijs, & hominibus, primò ſignificat.

Secundarium ſignificatum eſt aliquid de quo vox dicitur ratione primarij ſignificati. Sic animalia ſingula dicuntur ſecundariò ſignificari hac voce (animal) Nam & hic homo eſt animal: Item illa beſtia eſt animal. Et item de cęteris, quibus animalis natura ineſt. Vt animalis, ſic (albi) licebit duplex diſtinguere ſignificatum. Nam (album) primò ſignificat albedinem ipſam. Secundo autem loco, omnes res albas, ebur, cygnum, parietem &c.

Naturaliter ſignificare quid. Naturaliter id ſignificat, quod non ex hominum arbitrio, neque voluntate, ſed ſuaptè natura aliquid repræſentat, vt imago Cæſaris, Cæſarem: gemitus infirmorum, dolorem: riſus, lætitiam, & quod in ſpeculo eſt, rem ante ſpeculum poſitam.

Porrò aliquid eſt inuenire, quod non ſignificat, neque natura, neque hominum inſtituto verum vocabulo ſignificandi additum, ipſi certum tribuit ſignificandi modum, & nonnullam efficit illius ſignificatione mutationem: Cuiuſmodi eſt vox Syncategorematica: cui dicitur reſpondere modus concipiendi, qui abſque ſignificato alterius vocis ſeorſum intelligi non poteſt. Vt omnis, nullus, de quibus poſtea, & huiuſmodi vocabula Dialecticis voces conſignificatiuę dicuntur.

Vndè palam eſt magnas, & apertas in ſimplicibus vocibus non modò diuerſis, ſed etiam ijſdem inueniri ſignificandi varietates: ad quarum dilucidiorem explanationem aliquot vocis ſimplicis ſubijciemus diuiſiones, præmiſſa tamen conſueta, ac generali ſignorum diſtributione.

1. Sectio.

Generalis diuiſio ſigni.

Signum.

Mentale, Vocale, Scriptum.

Signum mentale quid. Mentale dicitur, quod mente quis comprehendit, vt vox (homo) animo cuiuſpiam comprehenſa, & aliæ animi notiones, atque, vt vocant, conceptus: de quibus plura apud Ariſtotelem in initio, περὶ ἑρμηνείας.

Vocale ſignum, ſeu vox, eſt vocabulum ore pronuntiatum, vt vox, (homo) cum profertur.

Scriptura eſt vox literis expreſſa: vt ſcriptura (homo) quacunque in materia formetur, ſiue charta, ſiue ligno, ſiue ære, ſiue lapide, & quocunque inſtrumento.

Digitized by Google

Pulchro hæc tria cohærent ordine,

Mens, Vox, Scriptura.

Mentem primum, deindè Vocem natura inſtituit. Cùm enim homo natura ciuilis ſit,& ſocialis,magis quam quoduis aliud animal,neque poſſit alter alterius intueri animum, datæ ſunt ei à natura voces,velut ſigna quædam,& inſtrumenta ad exprimendas animi conceptiones :At verò quia ad abſentes,& eos qui futuris ſæculis non ſecuturi ſunt,vocibus vti licet(quippè quę ad eos pertingere non poſſunt) inuentæ ſunt poſtea ab ingenioſis hominibus literæ, quibus ſuæ mentis cogitata ad poſteros, vel abſentes tranſmitterent. Quarum inuentionem Lucanus ad Phœnices refert hoc carmine.

Phœnices primi (fama ſi creditur) auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Triplex igitur cum faciant Dialectici ſignum,nobis vox, ſeu vocale ſignum in his Logices prodidagmatis, totáque Logica præcipuè vſui eſt: de quo, & deinceps agetur. De ſcripturis quidem,& animi notionibus incidit quoque non nunquam mentio,ſed rarius:& ſigno vocali rectè intellecto ſcriptum, ac mentale illi reſpondens intelligere nullius erit negotij.

Diuiſio vocis.

Vox. *2.Sectio.*

Categorematica, Sincategorematica , Miſta,
Χατηγόρημα Συſχατηγόρημα Μικτὸν.

Vox Categorematica quid.

Categorematica vox eſt; quæ ex ſe aliquid ſignificat, ſeu rem aliquam audientis animo repræſentat, & nullum includit Syncategorema:vt(homo) ex vi ſuæ ſignificationis deſignat animal rationale, & illud audientis animo repræſentat. Græci huiuſmodi vocabulum appellant Κατηγόρημα, Latini ſignificatiuum, vel prædicatiuum vulgò interpretantur.

Syncategorematica vox quid.

Syncategorematica vox eſt vocabulum , quod nihil ex ſe ſignificat,ſed ſolùm cum aliis poſitum tribuit illis ſignificandi modum. Vt cum dico,Omnis homo eſt animal,nihil quidem vniuerſale ſignum ibi ſignificat, ipſum tamen non eſſe otioſum arguit vox (homo) cuius ſignificationi modus acceſſit , talis vt iam vniuerſaliter ſua ſignificata re-

Signa Syncategorematica quæ. præſentet. Syncategoremata igitur ſunt, Omnis, quilibet, nullus, aliquis, quidam, hic, ille, vtinam, quidem, apud & huiuſmodi ſexcenta, quæ vel ſigna ſunt vniuerſalia, aut particulatia, vel coniunctiones, aut præpoſitiones, huiuſmodi ſunt etiam aduerbia nonnulla: denique, & pronomina primitiuæ ſpeciei ſuis ſubſtantiuis adiūcta, atq; adiectiuè ſumpta: Nam cùm ponuntur per ſe loco proprij nominis, tunc ſunt categoremata, & ſignificant quemadmodum illa, loco quorum ponuntur.

Vox mixta quid. Vox mixta eſt, quæ ex categoremate, & ſyncategoremate conflatur: vt quæ non eſt purè conſignificatiua, ſed ſimul etiam alicuius rei ſignificatiua, vt nemo, id eſt, nullus homo. Qua ſignificatione etiam (nullus) reperitur, vt Nullus vbique poteſt fœlici ludere dextra: Nihil, id eſt, nulla res, Semper, id eſt, omni tempore, Vbique, id eſt, omni in loco. Nuſquam, id eſt, nullo loco, & ſic de alijs tùm nominibus, tùm *Quæ iſte compoſuit.* aduerbijs, de quibus in Prodidagmatis plurima ſunt exempla, vbi ſignorum vis, & natura explicatur.

Pulchra ſimilitudo. Aduertant ſtudioſi, ſublatis Categorematis, ſyncategoremata ſignificationis expertia eſſe non aliter, atque membrum à reliquo corpore reſectum exangue eſt, omnique ſuo vigore deſtitutum: vt ſignum (Omnis) quilibet) vel (aliquis) quid (quæſo) deſignabit, niſi cuipiam dictioni ſignificatiuæ coniungatur? Nihil profectò: Verum alteri additum magnam efficit in illius ſignificatione mutationem: Hinc diuerſitas oritur cum dicitur. Omnis homo, & cum dicitur, Aliquis homo: Nam (homo) per acceſſionem ſigni vniuerſalis induit aliā adfectionem, nimirū vt vniuerſaliter ſumatur: quo modo non ſumitur præpoſito ſibi ſigno particulari.

Exemplum in notis Arithmeticis. Rurſus quemadmodum inter notas Arithmeticas .o per ſe nihil ſignificat: ſed alijs addita dat eis aliam ſignificationem, vt 1. quod vnum ſignificat, additum o. (10) fit decem: & 2. quod duo denotat, addito o (20) ſignificat viginti. ità ſyncategoremata, quæ per ſe nihil omninò ſignificant, alijs addita, ſignificandi modum illis tribuunt, vt ex ijs, quæ modo diximus planum eſt.

Vocem Categorematicam deinceps multipliciter ſecabimus.

Tertia Sectio.

Vox Categorematica

Vniuoca	Aequiuoca.
Συνώνυμον	Ὁμώνυμον.

Vox vniuoca quid ſit. Vox vniuoca dicitur, quæ vna ratione, ſignificationeque

Digitized by Google

ſua ſignificata repræſentat.

Aequiuoca vox dicitur, quæ diuerſis rationibus, notionibuſque ſua repræſentet ſignificata: vt (homo) ſi ad vnum quemlibet hominem viuum referatur, nomen eſt vniuocum Nam ſua ſignificata omnia nimirum omnes homines viuos, vnica ratione, ſignificationeque ſignificat. *Vox æquiuoca quæ.*

Neque Vero iſtud nomen (ſignificata) hic deſignat ſignificationum pluralitatem, ſed rerum ſignificatarum multitudinem: immò in tota Logica, & frequentiſſimè in noſtris Prodidagmatis, quælibet denominata ad denominans comparata quælibet inferiora relata ad ſuperius ſunt, atque dicuntur ſignificata, vt in perſonali acceptione clarius patuit.

Idem autem vocabulum (homo) ſi ad hominem, alium quidem viuum, alium autem pictum referatur, nomen eſt æquiuocum: Nam non vnica ratione illos ſignificat, ſed diuerſis rationibus, atque notionibus. Idem ergo vocabulum cum diuerſis collatum vniuocum eſt, & æquiuocum, vt de voce (homo) conſtat. At de vniuocis, & æquiuocis ſatis ſuperque pro inſtituto dictum arbitramur: quod eorum tractatio accuratior ex Ariſtotelis ſit perenda Categòrijs, ad quarum cognitionem, quæ de vniuocis & æquiuocis diximus, haúd mediocriter proderunt, ſicuti ad Porphyrium quoque melius intelligendum. *Idem nomē vniuocum & æquiuocum.*

Vox

Singularis — Communis.

Quarta Sectio.

Vox communis eſt, quę multis rebus ſignificandis eſt deſtinata: Cuiuſmodi eſt animal, quæ vox omnibus ijs, quæ animalis nomine continentur, ſignificandis eſt deſtinata: Et ſimiliter de alijs vocibus, quæcunque multas res ambitu ſuæ ſignificationis comprehendunt, eſt dicendum: Ex qua definitione intelligitur latius hoc loco vocem communem patere, quàm apud Porphyrium vocem vniuerſalem. *Vox communis quid.*

Singularis vox eſt, quæ vnicæ rei particulari, ſeu ſingulari denotandæ eſt deſtinata. Cuiuſmodi ſunt iſtæ, Petrus, Roma, Hæc arbor. *Vox ſingularis quæ.*

Cæterùm, vt plenius intelligant ſtudioſi, quas voces pro ſingularibus Dialectici habeant, aliquot eorum regulas ponemus. *Regula de vocibus ſingularibus.*

Omne nomen propriæ qualitatis, eſt vox ſingularis: quamcunque rem deſignet, ſiue hominem, ſiue equum, ſiue montem, fluuium, oppidum, regionem, ſiue quoduis *Prima regula.*

aliud: vt Virgilius, Bucephalus, Lyciſca, Atlas, Dilia, Louanium, Brabantia, & ſimilia omnia.

Secunda regula. Nomen appellatiuæ qualitatis ſumptum cum pronomine demonſtratiuo primitiuæ ſpeciei eſt vox ſingularis: Vt cum dicimus, hic homo, hoc animal, hæc ſubſtantia: Nam & ex genere, & ex ſpecie ſingularis vox pronominis acceſſione ex æquo confici poteſt.

Dixi (cum pro. d. primitiuæ ſpeciei) quandoquidem illa deriuatiua communibus vocabulis adiuncta, non ſingulares voces efficiunt, ſed communes relinquunt: vt, Codex meus, quemlibet è meis libris ſignificat, vt quolibet oſtenſo verè dixerim, hic eſt meus codex.

Tertia regula. Nomen commune ſumptum cum ſingulari, in eodem caſu, etiamſi, qui, quæ, quod intercedat, eſt vox ſingularis. Vt cum per appoſitionem, quam Grammatici vocant dicitur, virgo Maria, vrbs Athenæ. Item, equus Allexandri, qui eſt Bucephalus.

Conſultò adiecimus (in eodem caſu) Alioqui enim vox permanebit communis, vt liber Ariſtotelis, equus, qui eſt Allexandri Magni: quæ de multis verè dicuntur.

Quarta regula. Omne copulatum ex vocibus ſingularibus, ſi copula (&) copulatim ſumatur, pro ſingulari voce habetur. Verbi gratia, ſi dicam: Oreſtes, & Pilades fuerunt memorabile par amicorum, ſubiectum pro ſingulari voce habetur, neque obſtat quod pro duobus hominibus capiatur, quando non poteſt ſeparatim de multis verè dici. Quod initio regulæ dictum eſt (copulatum) indicat omne diſiunctum eſſe vocabulum commune, niſi è ſingularibus vocibus, illiſque per omnia ſynonymis componatur. Vt hoc diſiunctum (Virgilius, vel Cicero) eſt vox communis, quia ſeparatim de vtroque dicitur. Nam, & hic (altero demonſtrato) eſt Virgilius, vel Cicero, & ille (oſtenſo altero) eſt Virgilius, vel Cicero.

Hoc autem diſiunctum (Tullius, vel Cicero) eſt vox ſingularis, quia idem planè (Tullius) & (Cicero) ſignificant neque multis proinde reuera diuerſis tribui poſſunt.

Secundò adiectum eſt (ex vocibus ſingularibus) vt oſtenderetur, alioqui copulatum eſſe vocem communem, ſiue vtroque communi, ſiue altero ſingulari, & altero communi nomine componatur: Vt illud (Orator, & Philoſophus) de multis ſeorſum acceptis dicitur.

Nam hinc Tullio, & Ariſtotele, hinc Demoſthene, & Platone demonſtratis, verè dicas, hi ſunt Orator, &

Philoſophus. Illud quoque (Homo, & Socrates) communis vox eſt, diciturque de multis ſeorſum, vt potè Socrate, & Ariſtotele, rurſum Socrate, & Theophraſto, quorum vtrouis pari oſtenſo, verè dixeris: hi ſunt homo, & Socrates.

Poſtremò adiectum eſt (ſi coniunctio, &, copulatim ſumatur) ad indicandum non ſingularem, ſed communem fore vocem, ſi (&) diuiſim accipiatur, vt hic, Socrates, & Ariſtoteles Diſcipulos habuit beneuolos, ſubiectum, & de Socrate, & Ariſtotele ſeorſum verè dici poteſt. Nam vtrolibet oſtenſo verè dixeris, hic eſt Socrates, vel Ariſtoteles. Coniunctio enim (&) diuiſim ſumpta, non eſt magis pars propoſitionis, quàm quoduis vniuerſale ſignum. Quemadmodum igitur ſubiectum huius: Omnis homo eſt mortalis, pro ſingulis ſeorſum hominibus capitur, cùm tamen de nullo demonſtrato verum ſit dicere, hic eſt omnis homo, ſed tollenda eſt vniuerſalitatis nota, prius quàm fiat (vt loquuntur) verificatio: ac deinde ità pronunciandum, hic eſt homo: ità abijcienda eſt in verificatione copulari coniunctio, &, diuiſim accepta, atque in eius locum diſiunctiua coniunctio eſt ſubroganda, nè oratio fiat hiulca, & inepta ſi eius partes nullo vinculo cohæreant. Secus dùm (&) copulatim ſumitur: nàm tùm pars eſt enunciationis.

Verùm vt clarius intelligat Iuuentus, quæ de, &, nunc copulatim, nunc diuiſim ſumpto diximus, ſequentem ſubiecimus Tabellam: Vbi eadem opera aliquid de diſiunctiua coniunctione addimus, quoniam diſiuncti quoq; ſupra facta eſt mentio.

CONIVNCTIO.

- Copulatiua accipitur.
  - Hipotheticè, ſeu copulatiuè, & efficit hipotheticam copulatiuam: connectit enim propoſitiones, vt Xenocrates calcaribus eget, & Ariſt. indiget freno.
  - Categoricè, vt copulatũ efficiat, & dictiones nectat in Cathegorica propoſitione. Idquè contingit dupliciter.
    - Diuiſim: Cùm propoſitio Cathegorica in Hypotheticã poteſt copulatiuam reſolui: Vt in hoc exemplo, Socrates, & Ariſtoteles Diſcipulos, habuit beneuolos, prædicatum vtriq; parti ſubiecti ſeorſum denotatur conuenire.
    - Copulatim: Cũ propoſitio Cathegorica in hypotheticam mutari nequeat, vt Ignis, aër, aqua, & terra ſunt quatuor elementa, Vbi prædicatum non ſeorſum partibus copulati denotatur conuenire, ſed toti copulato, quod velut vnum extremum eſt accipiendum in iudicanda propoſitionis veritate.
- Diſiunctiua ſumitur.
  - Hypotheticè, ſeu diſiunctiuè, & efficit hypotheticam diſiunctiuã: cõnectit enim propoſitiones, vt Dies eſt, aut nox eſt.
  - Cathegoricè, & efficit diſiunctũ, cõnectit enim dictiones in Cathegorica propoſitione. Idquè fit dupliciter.
    - Diuiſim: Cum propoſitio Cathegorica in Hypotheticam diſiunctiuam reſolui poteſt: vt Zeno, vel Epicurus malè ſentit de ſummo bono.
    - Diſiunctim: Cùm Cathegorica in Hypotheticam diſiunctiuam mutari nequeat. Vt, omne animal eſt rationale, vel irrationale.

Notandũ. De his omnibus regulæ permultæ tradi poſſent, quas tamen conſultè prætermittimus, quòd his, quę modò dicta ſunt cognitis, patefacta ſit via ad reliqua facilè iudicanda. Et ſi in aliqua huius generis difficultatum hæreat Lector, Doctorum hominum loquendi conſuetudinem potius, quam regularum ſubtilitatem conſulendam cenſemus.

Sectio quinta.

Vox

- Primæ intentionis
- Secundæ intentionis.

Nomen primæ intentionis, eſt vocabulum ex prima inſtituentium intentione deſtinatum ad rem aliquam deſignãdam, ſiue ea ſubſtantia ſit, ſiue accidens. Cuiuſmodi ſunt vocabula omnia iјs rebus tributa, quibus in familiari congreſſu vulgus hominum paſſim vtitur, ad exponenda ſibi mutuo mentis cogitata: vt homo, arbor, lapis, percutio, amo, & ſimilia, quæ aliâs nomina rerum appellantur.

Nos, qui viã ſubtiliore ſequimur, quomodo loquamur, de primis, & ſecundis intẽtionibus, vide apud Sarn. & Braſauolum.

Nomen ſecundæ intentionis, vocabulum eſt ad diſciplinæ alicuius tractationem deſtinatum: vt nomen, pronomen, verbum, declinatio, coniugatio: item vniuerſale, genus, ſpecies, indiuiduum, ſyllogiſmus, & id genus infinita: quæ aliâs, vel vocabula artium, vel nomina nominum vocantur: paſſim tamen à Dialecticis dicuntur nomina ſecundę ſiue impoſitionis, ſiue intentionis, nec id temerè: Prima enim humani animi cura fuit, rebus ſignificandis vocabula fingere. Poſtea verò, quàm primo huic ſtudio fuit ſatis factum, & iam animaduerteretur neceſſarias fore artes aliquas, per quas nominibus inſtitutis rectè vteremur: ſecunda mox cura fuit, alia effingere vocabula, quæ diſciplinis duntaxat inſeruirent: & vocum proprietates explicarent. Omnibus enim rerum nominibus iam conſtitutis, ad ipſorum deindè nominum proprietates conuerſa eſt hominum induſtria, & huiuſmodi vocabulum, quod inflecti caſibus queat, nomen vocauit: quòd verò temporibus diſtribui, verbum, &c. Vidè in Cathegorias Ariſtotelis Boëtium, ante quem iſta vocis diſtributio de qua nunc agimus fuit incognita.

De vtilitate huius Diuiſionis.

IN primis confert hæc diuiſio plurimùm ad acceptionem materialem, & ſimplicem rectius intelligendam. Solet enim dici, Quoties ſubiecto primæ intentionis, ſecundæ intentionis vocabulum, tribuitur, ſubiectum accipi materialiter, aut ſimpliciter. De quo plura ſuo loco, ſed aliis verbis, Inſuper, qui hodiè Logicam profitentur, inter docendum frequenter admodum talium vocabulorum faciunt mentionem. Quare eorum facilem, ac planam attuliſſe explicationem, dum in vocis ſimplicis diuiſionibus verſamur, neque ingratum ſtudioſis, neque inutile futurum rati ſumus.

Sectio ſexta

Vox

Propriè ſumpta, Metaphorica.

Vox propriè ſumpta quid ſit. Vox propriè ſumpta eſt, quæ in oratione poſita id ad quod ſignificandum initio fuerat inuenta, deſignat: Vt in iſta oratione, Homo animal eſt rationis, & conſilij particeps, quidquid eſt ſimplicium vocum, propriè accipitur.

Vox Metaphorica quid. Vox Metaphorica eſt ſimplex vocabulum, quod à ſignificatione genuina, & propria, ad impropriam transfertur, vt cum dicimus, video, pro intelligo: Olfacio, pro ſuſpicor. Item cùm aſtutum, vulpem: animoſum, leonem: delatorem, canem dicimus: & aliàs ſæpe, cùm nomen; aut verbum ex proprio loco in eum transfertur, in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio conuenientius iudicatur. *Vocũ Metaphoricarum exempla.*

Hanc vocis diuiſionem, nequaquam putauimus omittendam: quòd his quæ diximus intellectis, obſcuriſſimus ille locus in Dialectica à trãſſumptione propriè accepta, clariſſimè, & facillimè intelligatur, vnica nimirùm hac regula obſeruata. Quicquid alicui conuenit ſub voce Metaphorica eidem quoq; ſub propriè ſumpta conueniet, & è contrà. Vt, Turpe eſt hominem eſſe pecudem, ergo ventri eſſe addictum turpe eſt. Rurſus ſi leo rugiens fugiendus eſt, & diabolus eſt fugiendus.

Sectio ſeptima.

Vox

Concreta, Abſtracta

Nomẽ concretũ quid & vnde dictum ſit. Concretum nomen eſt vocabulum ſimplex ſignificans formam, ſimul cum ſubiecto, vt album denotat albedinem cum ſubiecto, cui ineſt albedo.

Dictum eſt autem indè Concretum, quod rem præcipuè ſignificatam, cum ſubiecto, cui ineſt, nos ſimul cernere faciat. Cùm enim pronuntiatur (album) albedinem quidem concipis, ſed vt in aliquo receptam, quod propterea ſimul cogitatione comprælendis.

Ex his elicere eſt duplex eſſe Concreti ſignificatum, alterum primarium, ſiue principale, quod & formale dicitur, quia ſic forma ſignificatur: Alterum ſecundarium, ſeu minùs principale, quod & materiale appellant: eſtque materia, ſeu ſubiectum, cui forma ineſt. *Concreti ſignificatum duplex eſt*

Abſtractũ nomẽ quid. Abſtractum nomen eſt vocabulum ſimplex, ſignificans formam non connotando ſubiectum, vt albedo. Abſtractum

ctum hinc nomen ſuum ſortitum eſt, quod rem veluti iam non adhærentẽ ſeu affixã alij, verum vt abſtractam ſignificat: Nã cum auditur (albedo) audientis animus ad albedinem ſeorſum cogitandam ducitur, ita vt ſubiectum cui inhæret albedo ſimul non comprehendat.

Iſtud quoq; obiter hoc loco dicendũ, duplicem eſſe apud Dialecticos vſitatã abſtractorũ diſtinctionẽ. Quædã enim vocãtur abſtracta non vltima abſtractione, vbi videlicèt ſupereſt, quod iterũ mentis conſideratione abſtrahas: vt cũ dicitur (albedo) abſtractio facta eſt à ſolis ſubiectis. Quædam abſtracta vocãtur vltima abſtractione, vbi videlicèt non eſt reliquus aliquis abſtrahẽdi locus, ſed purè exprimitur rei cuiuſpiã natura: vt dũ ficto à Dialecticis vocabulo, explicandæ naturæ albedinis gratia, dicitur (albedinitas) vbi poſtrema abſtractio eſt, non ſolũ à ſubiectis omnibus, ſed omnibus etiã inferioribus: cũ neq; de ſubiectis, neq; de inferioribus vllis dici queat albedinitas. Neq; quenquã offendere debet vocis huius inſolentia, cũ Cicero dixerit, Appietatẽ, & Lentulitatẽ ità ſcribens: vllã Appietatem, aut Lentulitatẽ valere apud me plus quàm ornamentũ virtutis exiſtimas? Et Rodolphus minimè iſtud improbat, præſertim ſi neceſſitas cogat, dũ volumus res abditas ſignificare, quæ commodè aliter explicari non poſſunt.

Abſtractorum diſtinctio.

Cicero aliquando vſus eſt abſtractis.

Octaua ſectio.

Vox

Connotatiua, Abſoluta.

Vocum alia connotatiua, alia abſoluta.

Hæc diuiſio affinis eſt ſuperiori de concreto, & abſtracto. Nam nomina connotatiua vocantur idcirco, quòd cum primario ſignificato ſimul notant ſecundarium, quemadmodũ concreta: Nomina abſoluta ità appellantur, quòd rem abſolutè, ac velut non affixam alteri denotent, quemadmodum abſtracta. Quidem hic pro iiſdem habent nomen connotatiuum, concretum, & denominatiuum, Græcè παρώνυμον. Item nomen abſolutum abſtractum, & denominans.

Nona ſectio.

Vox

Abſoluta, Reſpectiua.

Vocum alia abſoluta, alia reſpectiua.

Cum nominis abſoluti iam meminerimus, non erit inutile aliam abſoluti nominis aperuiſſe ſignificationem. Prius enim dictũ eſt abſolutum reſpõdere connotatiuo: nunc paucis dicendum videtur, abſolutum nomen ſæpe conferri cum eo, quod reſpectiuũ appellant. Itaq; hoc modo nomina abſoluta dicuntur nõ reſpectiua: id eſt, quæ nullam ſignificant relationem vnius ad alterum, vt Deus, homo, lapis.

Relata, ſeu Relatiua, aut reſpectiua vocant, quæ vnius ad alterum relationem ſignificant, vt pater, & filius. Cùm enim cogitatur pater, & filius ſimul intelligitur: quod neceſſariò pater filij pater ſit, & è diuerſo filius patris ſit filius.

Prædicamẽtorum Tria abſoluta ſex reſpectiua.

De Relatiuis, ſeu reſpectiuis nominibus, & abſolutis copioſè diſſerit Ariſtoteles in Cathegoriis: vbi prædicamenta abſoluta tria, & reſpectiua ſeptẽ (iuxta illam opinionem, quæ decem prædicamenta conſtituit) enumerantur.

Decima ſectio. Vocum alia conuertibilis, alia non cõuertibilis.

Vox

Conuertibilis, Non conuertibilis.

Voces appellant conuertibiles, quæ de ſe inuicem vniuerſaliter, & verè dicuntur: vt riſibile, & homo: Nam quicquid eſt riſibile, etiam eſt homo: & contrà quicquid eſt homo, eſt riſibile.

Huc referri poſſunt ſynonyma, quæ cum conuertibilibus magnam habent cognitionem. Nam de ſe mutuò vniuerſè, & verè enuntiantur, quemadmodum conuertibilia, ſed in hoc differunt quòd ſynonymorum eadem planè debeat eſſe ſignificatio, non autem conuertibilium, vt ex his exemplis eſt perſpicuum, riſibilis, & flebilis, enſis, & gladius.

Vndecima ſectio. Nominum aliud magis cõmunẽ & aliud minus cõmune.

Vox communis.

Magis communis, Minus communis.

Nomen magis commune dicitur, quod cum alio nomine cõparatum vniuersè quidẽ, & verè de eo prædicatur, cui tamen non poteſt ad ſimilem modum ſubijci.

Minùs commune verè eſt, quod cum alio nomine comparatum vniuersè quidem, & verè illi ſubijcitur, ſed de eodẽ non poteſt ad ſimilem modum prædicari. Vt omnis homo animal quidem eſt, ſed non omne animal eſt homo. Atque ideo animal magis commune: homo minùs commune appellatur.

Decima ſectio. Vocum alia excedens, alia exceſſa.

Vox

Excedens, Exceſſa.

Dicuntur autem voces ſe mutuò excedere, quando vtraque vox, & de eodem tertio ſingulari verè affirmatur, & de aliquo tertio ſingulari, de quo altera verè affirmari non poteſt. Exempli gratia: tales voces ſunt, corpus inanimatum, & corpus miſtum: Item beſtia, & animal bipes.

Digitized by Google

Datur	Corpus inanimatum.	non	Miſtum	vt	cœlum
	Corpus miſtũ.		Inanimatum.		homo

Quod eſt vtrunque nimirum, & miſtum,& inanimatum: vt lapis.

Datur	Beſtia	non	Animal bipes	vt	Aſinus
	Animal bipes		Beſtia.		homo.

Quod eſt vtrunque, vt anſer, cygnus.

Vox

Diſparata, Non diſparata,

Tertia decima ſectio. Vocum alia diſparata alia non diſparata.

Diſparata dicuntur, quæ de eodem ſingulari verè affirmari nequeunt: vt anſer,& aſinus.

Nõ diſparata ſunt voces, quæ de eodẽ ſingulari verè affirmari poſſunt, vt ſunt illæ, q̃ ſuperius conuertibiles, excedẽs & exceſſa, magis communis,& minùs communis ſunt vocatæ.

Accuratior diſparatorum, ſeu differentium (vt Rodolphus vocat) explicatio circa finẽ Cathegoriarũ Ariſtotelis tradi ſolet: vbi diſparata ab oppoſitis luculenter diſtingũtur.

VSVS.

Has quatuor poſteriores ſectiones admodũ vtile fuerit obſeruaſſe, quod nuſquã, non, dùm rerũ, aut vocũ inter ſe affectiones inquiruntur, illarum mentio fiat per vniuerſam Logicẽ,& Phyſicẽ. Conſueuerunt nãq; paſſim, qui Philoſophiam profitentur Diſcipulos interrogare, ſiue de rebus ſit ſermo, ſiue de vocibus, quo modo ſe habeant ad inuicẽ hæc aut illa, exempli cauſſa. Enſis,& gladius quomodo ſeſe reſpiciũt? Rurſus homo, & animal: Item beſtia,& animal bipes. Deniq; anſer, & aſinus: Sic Phyſici inquirunt corpus naturale, & corpus Phyſicũ, quomodo inter ſe cõparantur? Quomodo itẽ materia in primo τῶν φυσικῶν & cauſſa materialis in ſecundo, quomodo inſuper natura in ſecundo Phyſicorũ ſe habet ad principium primum rei naturalis in primo. Poſtremò qua comparatione ſe mutuò reſpiciunt materia prima,& forma ſubſtantialis. Hîc de quibuſdã reſpondemus, ipſa eſſe ſynonyma, ſeu conuertibilia: de nonnullis, quòd ſint magis,& minùs commune: De aliis quòd ſe vt excedens, & exceſsũ habeant: de reliquis, quòd ſint diſparata, pro ratione ſignificationis vocũ, quæ in comparationem adducuntur.

Vox

Quarta decima ſectio.

Tranſcendens, Non tranſcendens.

Vocum, alia Tranſcendens, alia non Tranſcendens.

Illa ſex Trãſcendẽtia in hac continẽtur dictione REVBAV.

Tranſcendẽs vox eſt, quæ decẽ prima rerum genera ſua ſignificatione tranſcẽdit, & verè de qualibet re mundi dicitur quæ numero ſex eſſe dicũtur, ens, aliquid, res, vnũ, verum, & bonũ: quia quicquid exiſtit eſt ens, eſt aliquid, eſt res, eſt vnũ eſt verum, eſt bonũ. Valla tamen de Dialectica lib. 1. cap. 2. verboſè contẽdit, contra cõmunem Dialecticorum ſententiã, ſolùm vnum eſſe tranſcendens, nẽpè dictionem (res) in quã cætera reſolui aſſerit: Et vel ſua ſponèt (inquit) manifeſtũ eſt non plures eſſe debere Imperatores, ac Reges, ſed vnicũ, vt apud Homerum Vlyſſes:

Valla verboſè contẽdit de Trãſcendẽtibus.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, id eſt: Res mala multorũ Imperium eſt, Rex vnicus eſto. Cuius rationis leuitas manifeſtior eſt, quã vt egeat cõfutatione.

Vox limitata quid ſit.

Limitata vox dicitur, quæ rẽ ſignificat prædicamenti cuiuſpiã ambitu coërcitã, conſtrictãmve, vt homo, cãdor, linea.

Prodeſt data diuiſio ad voces Porphyrianas, & Ariſtotelis Cathegorias perfectius intelligendas, in quarum enarratione interpretes tranſcendentium, & limitatorum mentionem frequenter faciunt.

Sectio quinta decima.

Vox

Finita, — Infinita.

Vocum, alia finita, alia infinita.

Finita vox eſt dictio ſignificatiua, non compoſita ex negatione, vt homo.

Infinita eſt dictio compoſita ex voce ſignificante, & vnica negatione. Vt, non homo. Iſtud enim aggregatum (non homo) indefinitæ eſt ſignificationis, & verè dicitur de omnibus rebus in infinitum, excepto homine: Sic lapis eſt non homo. lignũ eſt non homo, quantitas eſt non homo, &c. Ex ergo diſiunctũ ex nomine finito, & infinito, dicitur de omni re mundi: Nam omnis res eſt homo, vel non homo, lapis, vel non lapis, &c.

Plures voces infinitas expreſſit poſt Prophetã Apoſtolus: Vocabo non plebẽ meam, plebem meã: & non dilectam, dilectam, &c. Ad æmulationem vos adducam in non gentem. Plato longè plures expreſſit hoc ſuo ænigmate: Homo non homo, percuſſit non percuſſit, auem non auem, lapide non lapide, ſuper arborẽ non arborem, &c. Verùm apud Latinos rarior huiuſmodi nominũ vſurpatio eſt præſertim in ſubſtãtiuis. Cicero in prima Academica: Nec verò aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur poſſe eſſe nõ corpus. Ouidi⁹ primo Metamorphoſeos de Io, Poterat non vacca videri.

Totum primæ Claſſis, quæ eſt Logicorum.

FINIS.

Digitized by Google

SECVNDA CLASSIS, QVÆ PHILOSOPHORVM, SIVE PHYSICORVM Nuncupatur.

In qva

PRÆSTANTISSIMI PHILOSOPHI Doctiſsimè, & Clariſsimè diſſerunt.

DOCTOR PARISIENSIS, MAGISTER Petrus Tataretus de Tota Ariſtotelis Naturali Philoſophia iuxta Ritum, ac Methodum Præclariſſimorum veterum Doctorum Celeberrimæ Academiæ Pariſienſis.

De Octo Libris Phyſicorum Ariſt. Liber Primus.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

QVONIAM *quidem intelligere, & ſcire contingit circa omnes ſcientias, quarum ſunt principia, aut cauſa, aut elementa, ex horum cognitione. Tunc enim arbitramur cognoſcere vnumquodque, cũ cauſas &c.*

De quibus rebus determinet.

ISTE eſt Liber Phyſicorum Ariſtotelis, in quo ipſe determinat de rebus naturalibus. Et diuiditur in duas partes, ſcilicèt in partem procœmialem, & partem executiuam.

Ariſt in lib. Phyſicorũ, & ipſius libri diuiſio.

In parte procœmiali oſtendit tres concluſiones.

Primam. In ſcientia naturali priùs determinandum eſt de cauſis, principijs, & elementis rerum naturalium, quàm

Concluſio prima. In ſcientia naturali de quibus reb. prius eſt determinandum.

de cauſatis, principatis, & elementatis, quia priùs determinandum eſt de illis, ex quorum cognitione aliqua fiunt cognita. Sed ex cognitione cauſarum, & principiorum fiunt nobis nota cāta, & principiata, quia putamus ſcire rem, cum cauſas eius cognoſcimus.

Secunda In ſcientia naturali à quibus incipiendum.

Secunda concluſio. In ſcientia naturali debemus procedere à compoſitis, ſiue ab effectibus ad ſimplicia, ſiue principia, quia oportet procedere ex his, quæ ſunt nobis notiora: ſed compoſita, & cauſata ſunt nobis notiora, quàm ſuæ cauſæ, igitur, &c. Minor patet, quia compoſita ſenſibilia ſunt notiora nobis, modo innata eſt nobis, via procedendi ex notioribus nobis ad notiora natura, quia eadem non ſunt nobis nota, & naturæ, j. ſecundum naturam.

Tertia.

A magis vniuerſalibus ad minùs vniuerſalia procedendum.

Tertia concluſio. In ſcientia naturali procedendum eſt à magis vniuerſalibus ad minùs vniuerſalia, patet, quia in ſcientia naturali procedendum eſt à nobis notioribus ad nobis minùs nota, ſed magis vniuerſalia ſunt magis nobis nota, quam minùs vniuerſalia, ergo in ſcientia naturali procedendum eſt à magis vniuerſalibus ad minùs vniuerſalia. Minorem probat tribus ſignis.

Magis vniuerſalia magis nobis nota probatur tribus ſignis.

Primùm. Totum integrale ſenſibile eſt notius ſecundum ſenſum ſuis partibus, prius enim aliquis cognoſcit domum quam ſuas partes, ſed vniuerſale eſt quoddam totum, cum multa comprehendat, puta eius partes, igitur. Secundum ſignum. Diffinitum eſt notius ſuis partibus diffinientibus: igitur magis vniuerſale notius minùs vniuerſali. Diffinitum enim ſignificat confusè, & indiſtinctè illud, quod diſtinctè diffinitio ſignificat. Et ex iſto textu habetur, quod inter conceptum diffiniti, & diffinitionis eſt aliqua diſtinctio. Tertium ſignum, quia pueri primò appellant omnes viros patres, & omnes fœminas matres, ſed poſtea diſcernunt, & diſtingunt inter patrem, & alios viros, & inter matres, & alias fœminas, & ſic prius comprehendunt confusè, quàm diſtinctè, igitur ſignum eſt, quod magis vniuerſale eſt notius minùs vniuerſali.

Sc. in 1. diſt. 2. Sc. in 1. diſt. 3. q. 4.

Ex Textu Commenti 6. & indè.

Neceſſe eſt autem vnum eſſe principium, aut plura, & ſi vnum aut immobile, ſicut dicunt Parmenides, &c.

ISTA eſt Secunda pars Executiua huius Libri, in qua Philoſoph. determinat de Corpore naturali, & eius principijs,

Digitized by Google

&paſſionibus. Et diuiditur in tres Tractatus. Primus diuiditur in duo Capitula. In primo narrat, & improbat opiniones eorum, qui non ſunt naturaliter locuti. Et diuiditur in duas partes.

Huius partis diuiſio, & materia.

In prima narrat opiniones antiquorum per modum cuiuſdam diuiſionis, mouens quæſtiones. quas quærebant antiqui circa principia rerum naturalium. Vndè illi Philoſophi ſunt naturaliter locuti, qui conceſſerunt principia Philoſophiæ naturalis, ſcilicèt motum, & pluralitatem entium, ſed illi ſunt non naturaliter locuti, qui negauerunt principia Philoſophiæ ſcilicèt motum eſſe, & pluralitatem entium.

Opinionū Philoſophorum narratio, & reprobatio.

Prima quæſtio, vtrum ſit tantum vnum principium, vel plura. Secunda poſito, quòd ſit tātum vnum, vtrum ſit mobile, ſicut dixerunt Philoſophi naturaliter loquentes, vel immobile, ſicut dixerunt Parmenides, & Meliſſus. Et dicit, quod Philoſophorum naturaliter loquentium, qui poſuerunt tātum vnum principium, & mobile, quidam dixerunt illud eſſe aërem, alij aquam, alij ignem, & nulli terram propter eius groſſitiem, & eius materialitatem. Tertia eſt, ſuppoſito, quòd ſint plura principia, an ſint finita, vel infinita, ſi finita, vtrum tantùm ſint duo, vel tria, vel plura: ſi infinita, vtrum ſint eiuſdem generis, & diuerſa ſpecie, & figura.

An ſit tantum vnum principium vel plura. Vtrum primum principium ſit mobile, vel immobile. Suppoſito quod ſint plura principia, an ſint finita vel infinita.

Deindè oſtendit, quod ad Philoſophum naturalem non pertinet diſputare contra Permenidem, & Meliſſum, dicentes tanrùm vnum eſſe ens, & intendit duas concluſiones.

Prima. Ad Philoſophum naturalem non pertinet diſputare contra Philoſophos, qui non ſunt naturaliter locuti, ſicut Parmenides, & Meliſſus. Probat duabus rationibus. Prima. Ad Philoſophum naturalem non pertinet arguere contra negantes ſua principia, ſed tales negant, igitur. Maiorem probat per ſimile, quia Geometer non habet diſputare contra negantes ſua principia, igitur nec Philoſophus naturalis. Secunda ratio: Philoſophus naturalis non habet diſputare contra quamlibet poſitionem fatuam, ſed poſitio Parmenidis, & Meliſſi eſt huiuſmodi, igitur.

Cōcluſiones Phil. contra Meliſſum. Prima.

Secunda concluſio. Ad Philoſophum naturalem non pertinet ſoluere rationes Parmenides, & Meliſſi, Probat duabus rationibus. Prima. Philoſophus naturalis non habet ſoluere rationem litigioſam, ſiue Sophiſticam, ſed rationes Parmemenidis, & Meliſſi ſunt huiuſmodi, quia peccant in materia, & forma, & licèt ratio Parmenidis non ſit ita vana, tamen ad eam multa ſequuntur inconuenientia. Vno enim incon-

Secunda.

uenienti dato multa contingunt. Secunda ratio. Philoſophus naturalis non habet ſoluere rationes negantium ſua principia, ſed ſolum illas, quæ concludunt falſum, ſuppoſitis eius principijs, ſed Parmenides, & Meliſſus negauerunt principia Philoſophiæ naturalis, quæ ſunt, Omnia, aut quædam moueri, & plura entia eſſe, & ſic de alijs. Dicit tamen, quod vtile eſt diſputare contra eos, quia tales loquuntur de rebus naturalibus, licet hoc non poſſit fieri per Philoſophiam naturalem, ſed per metaphyſicam.

Vno dato inconuenienti multa ſequentur.

In ſecunda parte arguit contraipſos per principia Metaphyſicæ duabus rationibus. Prima ſumitur ex Diuiſione entis ꝓ qua ſupponit, qđ principiū maximè propriū ad diſputandū cõtra Parmiendē, & Meliſſum eſt, quod ens dicitur multipliciter. Hoc ſuppoſito ſic arguit: Illi, qui dicūt, omnia eſſe vnū ens: aut dicunt omnia eſſe ſubſtantiam tantùm, aut quantitatem, aut qualitatem, vel ſubſtantiam cum qualitate, & quantitate: Si ſubſtantiam, aut dicunt ipſum eſſe equum, vel hominem, vel aliquod aliud animal: Si qualitatem, aut hoc album, aut hoc nigrum? Si quantitatem, aut hoc quantum, aut hoc magnum, ſed quodlibet iſtorum eſt impoſſibile, igitur. Quod non ſit ſubſtantia cum qualitate, aut quantitate, patet, quia ſiue iſta ſint ſeparata ab inuicem, ſiue non, multa ſunt, quæ ſunt, quia ſunt multa entia, & non vnum eſt, quod eſt. Quod non ſit tantùm qualitas, aut quantitas, probat, quia ſequeretur, quod accidens eſſet ſine ſubſtantia, quod eſt impoſſibile. Quod non ſit ſubſtantia tantùm, probat, quia ſi ſit tantùm ſubſtantia, tunc ens nec erit finitum, vt vult Parmenides, nec erit infinitum, quod eſt contra Meliſſum, dicentem illud eſſe infinitum. Conſequentia patet, quia ratio finiti, & infiniti quantitati congruit, vndè ſubſtan- eſt finita, nec infinita, niſi per accidens, ſimiliter nec quatia neclitas, quia ſicut dicitur in Arabica tranſlatione, diffinitio infiniti exigit quantitatem, & non ſubſtantiam, nec qualitatem.

Arguitur contra ipſos per principia Metaphyſica. Sco. int. d. 3. q. 3. in fine, ſoluendo argumenta contra vniuocationem entis.

Vndè infinitum eſt quantum non terminatum, vt habet Commentator commēti 15. quantum ergo eſt genus infiniti, quia prædicatur per ſe, & eſſentialiter de quanto, de alijs autem per accidens. Nec poteſt eſſe ſubſtantia, & quantitas, quia ſi ſubſtantia, & quantitas ſunt, duo ſunt quæ ſunt, & non vnum eſt, quod eſt. Secunda ratio ſumitur eſt parte vnius, pro qua ſupponit, quod vnum dicitur multipliciter, Quoddam enim eſt vnum ſecundum continuitatem, vt linea

Vnum dicitur multipliciter.

Aliud ſecundum indiuiſibilitatem, vt punctum. Aliud ſecundum diffinitionem, cuiuſmodi ſunt vapa, & vinum. Vapa enim ſecundum expoſitionem Alberti vocatur vinum debile. Vinum verò ſtat pro forti vino. Alia tranſlatio dicit pro vapa merum, ponens exemplum dicit vinum, & merum: Commentator com. 16. tunc ſic arguit: Si eſſet vnum continuitate, & ſic multa eſſent entia, quia continuum eſt diuiſibile in infinitas partes, quarum vna non eſt alia. Vndè continuum eſt vnum in actu, & plura in potentia: Commentator comment. 17. iſti autem viri negabant omnem multitudinem, & actualem, & potentialem. Et iuxta hoc mouet dubitationem, vtrum totum, & ſuæ partes ſint vnum, aut plura. Soluit conditionaliter, dicens quod ſi partes eſſent eædem toti, tunc eſſent eædem inter ſe, quia quæcunque ſunt eadem vni tertio, illa inter ſe ſunt eadem. Si vero illud ens eſſet vnum vnitate indiuiſibilitatis, tune non eſſet quale, neque quantum, & ſic non eſſet infinitum, vt dicebat Meliſſus. Si eſſet vnum ſecundum rationem, ſequeretur inconueniens Heracliti ſcilicèt, quod idem erit bonum, & malum bonum, & non bonum, homo, & aſinus.

Vinum quot modis dicatur.

Quare Scot. in 1. d. 2 parte. 2. q. 4. ſoluendo princi-pale.

Finaliter infert qđ Philoſophi antiqui ſequẽtes Parmenidẽ, & Meliſſum, fuerunt cõturbati in hoc quod dicebant oĩa eſſe vnum, & nè contingeret eos multa dicere, aliqui auferebant copulam à propoſitione, nè ſubiectum, & prædicatum viderentur eſſe multa. Alij verò mutabant copulam in verbum adiectiuum, vt pro iſta, homo eſt albus, dicebant, homo albatur. Sed contra eos ponit Philoſophus hanc concluſionem, idem eſt vnum, & multa. Probat tripliciter, quia album, & muſicum ſunt vnum ſecundum ſignificatum materiale, & multa ſecundũ ſignificatũ formale. Secundò, quia totum eſt vnum, & ſunt multæ partes per diuiſionem. Tertiò, quia vnum, & multa non ſunt oppoſita, idem enim eſt vnũ in actu, & multa in potentia.

Conturbatio ſequentium Parmenidem & Meliſſũ.

Idẽ eſſe vnũ, & multa probatur tripliciter.

Ex Textu Commenti 22. & indè.

Ex quibus enim demonſtrant ſoluere non difficile eſt, vter enim Sophiſticè Syllegizat, & Parmenides, & Meliſſus, &c.

IN iſta parte Ariſt. contradicit poſitionibus Parmenidis, & Meliſſi. Et primò probat quod non eſt tantùm vnum ens, quia neceſſe eſt quòd ens non ſignificet vnum ſolum, ſed quod ſignificet illud quod verè eſt, i. ſubſtantiam, & illud,

Reprobatio poſitionum Parmenidis & Meliſſi.

quòd non verè eſt, ſcilicèt accidens: patet, quia ſi ens ſignificaret tantùm accidens, ſequeretur, quod aliquid ſimul eſſet, & non eſſet, conſequens eſt impoſſibile, igitur, conſequentiā ꝓbat, quia ſi ens ſignificaret tantū accidens, tunc ſubiectū nō erit, cū ſubiectū ſit diuerſum ab accidente, & cum accidens ꝓdicetur de quodā ſubiecto, tunc ſubiectū erit, & per conſequens ſubiectum erit, & non erit. Et quod non ſignificet tantùm ſubſtantiam probat, quia tunc ſequerentur duo inconuenientia. Primum quod accidens nihil eſſet, & tamen prædicaretur de aliquo, & ſic eſſet, & non eſſet. Secundum inconueniens: quia tunc non eſſet aliqua multitudo: quod tamen eſt falſum: quia adhuc eſſent plures ſubſtantiæ.

Probat adhuc duabus rationibus, quod non ſit tantùm ſubſtantia. Prima. Si eſſet tantùm vnum ens, quod eſſet ſubſtantia, tunc magnitudo non eſſet, quod eſt contra eos, conſequentiam probat, quia omnis magnitudo habet multitudinem partium, quarum vna non eſt alia: Secunda ratio, ſi eſſet tantùm vnum ens, quod eſſet ſubſtantia, adhuc illa ſubſtantia diuideretur in partes, quarum quælibet eſſet ſubſtantia, & ſic multa eſſent, quòd tamen negant: Antecedens probat: quia cum homo ſit ſubſtantia, diuiditur in animal, & bipedem, & vtrunque eſt ſubſtantia, quod probat: quia ſi non eſſent ſubſtantiæ, tunc eſſent accidentia, aut ergo ſunt accidentia homini, aut alteri ſubiecto: non primū, quia vel eſſent accidentia ſeparabilia, aut inſeparabilia: non inſeparabilia, quia accidens inſeparabile diffinitur per ſuum ſubiectum, ſicut ſimitas per naſum, ſed prædicta non diffiniuntur per hominem: quia diffinitum poneretur in diffinitione partium diffinientium, quod eſt falſum. Nec ſunt accidentia ſeparabilia: quia tunc contingeret hominem eſſe non bipedem, quod eſt impoſſibile, igitur. Nec ſunt accidentia alterius ſubiecti: quia ſi bipes, & animal non ſint veræ ſubſtantiæ, ſed accidant alteri ab homine, ſic etiam homo erit accidens, quod eſt falſum, quia quod verè eſt, nulli accidit, conſequētia patet, quia cuicunque accidunt partes conſtituentes aliquid, eidem accidit conſtitutum ex eis. Finaliter tangit aliā rationem Parmenidis, qua volebat quod eſſet tantùm vnum ens, & immobile, & illam reprobat, quia tunc illud ens eſſet corpus, vel ergo eſſet corpus diuiſibile, vel indiuiſibile: ſi indiuiſibile, ergo tantùm vnum eſſet, & non multa, quod eſt iā reprobatum: ſi diuiſibile, ergo erit proceſſus in infinitum, vel erit ſtatus ad aliqua indiuiſibilia, quod eſt impoſſibile.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 31. & indè.

Sicut autem Phyſici dicunt, duo modi ponendi ſunt, hi quidem vnum facientes, quod eſt corpus ſubiectum, &c.

Istvd eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus reprobat opinionem antiquorum Philoſophorum naturaliter loquentium de principijs rerum naturalium. Et diuiditur in tres partes. In prima intendit aliquas concluſiones. Prima. De numero naturaliter loquentium, quidam dixerunt eſſe vnum principium materiale rerum naturalium, & iſtorũ quidam dicunt illud eſſe aërem, quidã ignem, & quidam aquam, aliqui dicunt quoddam corpus medium inter ignem, & aërem, denſius igne, & rarius aëre. Et iſti dicunt res generari ex iſto principio ſecundum raritatem, & denſitatem illius principij, ità quòd ſi ſit denſum, tendit ad terram, ſi rarum, ad aquam, ſi rarius, ad aërem, ſi rariſſimum, ad ignem. Et dicunt iſti quod rarum, & denſum ſunt principia formalia rerum naturalium, & ſunt contraria adinuicem, ita quòd ſicut Plato ponebat duo contraria, ſcilicèt magnum, & paruum, ita iſti rarum, & denſum. Sed in hoc differebant, quia Plato ponebat magnum, & paruum eſſe principia materialia, & ponebat Ideam eſſe principium formale: ſed iſti è conuerſo ponunt, quia dicunt illa duo, ſcilicèt rarum, & denſum eſſe principia formalia, & tantùm ponunt vnum principium materiale. Secunda concluſio. Quidam Philoſophi dixerunt res generari ex eo quòd contraria ſegregantur per intellectum ex vno confuſo Chaos, ſicut fuit Anaximander. Et in iſta conueniunt multi, ponentes tantùm vnum principium. Et etiam multi ponentes multa principia, ſicut Empedocles, & Anaxagoras, & ponit duas differentias inter Empedoclem, & Anaxagoram. Prima. Empedocles ponebat mundum infinities generari, & infinities corrumpi, propter congregationem, & ſeparationem principiorum rerũ naturalium ab vno confuſo Chaos, & Anaxagoras dicebat, mundum ſemel generari, & nunquam poſtea corrũpi. Secunda differentia, quia Anaxagoras poſuit infinitas partes eiuſdem rationis eſſe principia, ſed Empedocles ſolùm poſuit quatuor elementa eſſe principia. In ſecunda parte narrat opinionem Anaxagoræ, & tangit fundamenta eius, propter quę videtur opinari infinita eſſe principia, & res generari per ſegregationem illorum principiorum.

Opiniones, & confutationes veterum Philoſophantiũ de principijs rerum naturaliũ naturaliter loquentiũ.

Plato.

2 Cõcluſio.

Anaximãder.

Differentia dua inter Empedoclẽ, & Anaxagoram.

Empedocles

Anaxagor.

Opinio Anaxagora, & eius opinionis fundamẽta.

Primum fundamentum eſt,quia communis opinio omnium Philoſophorum eſt,quòd ex nihilo nihil fit.

Secundum eſt, quòd omnia contraria fiunt ex alterutris, & intendit talem concluſionem. Omne quod fit aut ex non ente, aut ex ente:non ex non ente,per primum fundamentum,ergo ex ente,& per conſequens res prius habebant eſſe, quàm fierent.

Conſequenter tangit ſolutionem duarum quæſtionum, quæ fiebant ab Anaxagora. Prima eſt,cum res,quæ fiunt ex alia,ſunt in illa re,quare non apparent nobis eſſe in illa? Reſpõdet Anaxagoras,quod hoc eſt propter paruitatem earum.

Ex quo infert Philoſophus, quod iſti dicebant omnia omni miſceri ex eo,quod omne ex omni videbant fieri.

Secunda quæſtio,cùm in aqua fit aqua, aer, & caro, quare illud magis vocatur aqua, vel aer, vel caro? Reſpondet, quod quando in illa mixtura plures ſunt partes aeris quam aquæ, vocatur aer, & quando plures partes aquæ vocatur aqua.

Anaxagoras reprobatio. *Tres cõcluſiones Philoſophi.* *Prima. Principia rerum naturalium non ſunt infinita.*

In tertia parte reprobat Anaxagoram, & intendit aliquas concluſiones. Prima. Principia rerum naturalium non ſunt infinita. Probat duabus rationibus. Prima, quia ſi eſſent infinita, ipſa eſſent ignota, & ſi ſint ignota, res naturales erunt ignotæ & per conſequens peribit ſcientia rerum naturalium. Probat primam conſequentiam, quia infinitum ſecundum quod infinitum, eſt ignotum, Secundam conſequentiam probat, quia arbitramur cognoſcere conpoſitum, cum cognoſcimus ex quibus,& quantis fit. Secunda ratio. Quantæcunque magnitudinis contingit totum eſſe,tantæ magnitudinis contingit eſſe partes,ſed impoſſibile eſt totum eſſe ſecundum quantamcunque magnitudinem, & paruitatem,ergo etiam impoſſibile eſt partes eius eſſe quantaſcunque & per conſequens non ſunt infinitæ. Minorem probat, quia non contingit animal aut plantam eſſe quantumcunque ſecundum magnitudinem, aut paruitatem.

Secunda. Non quodlibet eſt in quolibet ut vult Anaxagoras.

Secunda concluſio. Non quodlibet eſt in quolibet, ficut dixit Anaxagoras, volens quòd rem fieri non eſt aliud quàm ipſam ſegregari ab aliquo, in quo præexiſtebat. Probat concluſionem, quia omne corpus finitum per ablationem finiti tandem conſumitur; ſed quælibet caro eſt finita, ergo per ablationem partium tandem conſumitur,& per conſequens deuenietur ad hoc, quod in aliquo non erit amplius caro, &

ſic quodlibet non erit in quolibet. Et confirmitur, quia ſegregetur caro ex aqua, quo facto caro remaneas in aqua eſt minor quam prius, & ſic tantùm poterit ſegregari, quod nihil re manebit de carne, aut ſequetur proceſſus in infinitum, quod vtrumque habebat pro inconuenienti.

Tertia conclusio. Non quodlibet poteſt ſegregari ex quolibet, probat tribus rationibus. Pro prima ſupponit quod neceſſe eſt omne corpus fieri minus per ablationem alicuius ab eo. *Tertia ratio. Non quodlibet poteſt ſegregari ex quolibet.*

Secundo ſupponit, quod ſecundum Anaxagoram quantitas carnis eſt determinata in magnitudine & paruitate. His ſuppoſitis ſic arguit, Dabilis eſt minima caro per ſecũdam ſuppoſitionem: ſed ex minimo nihil poteſt ſegregari, quia tunc fieret minus minimo, quod eſt impoſſibile, ergo non quodlibet poteſt ſegregari ex quolibet. Secunda ratio. Si quodlibet poſſet ſegregari à quolibet, ſequerentur duo inconuenientia. Primum, quod in corporibus finitis eſſet infinita caro, & infinitus ſanguis. Secundum, quod in corpore eſſent infinities infinita, quod eſt irrationabile. Tertia ratio, pro qua præmittit aliqua. Primo, quod dictum Anaxagoræ, ſcilicèt quod omnia nunquam ſunt ſegregata, erat verum circa paſſiones, quia paſſiones ſunt inſeparabiles. Secundo, format talem rationem. Si omnia eſſent mixta, tunc colores, & habitus eſſent mixti cum ſuis ſubiectis, quod eſt impoſſibile, igitur. Ex quo infert, quòd intellectus volens omnia ſegregare, quærit impoſſibile. *Probatur tribus rationibus. Prima ratio. Secunda ratio. Tertia ratio.*

Quarta conclusio. Non omne, quod fit, fit ex ſibi ſimili ſecundum ſpeciem, quia lateres fiunt ex luto, & domus ex pariete, lapidibus & lignis. Ex quo infert quod melius eſt ponere principia rerum naturalium eſſe finita, ſicut poſuit Empedocles, quàm ponere ipſa eſſe infinita, ſicut poſuit iſte Anaxagoras. Circa textum mouetur talis quæſtio. *Corollariũ.*

Omnes igitur contraria faciunt principia, & dicentes, quod vnum ſit omnes, & immobile, &c.

Ex Textu Commenri & indè.

Quid ſentiendum de principijs rerum naturalium iuxta mentem propriam.

ISTE eſt Secundus Tractatus, in quo Philoſophus determinat de principiis rerum naturalium ſecundum propriam opinionem. Et diuiditur in tria capitula.

In primo oſtendit qualia ſunt principia rerum naturalium. Et diuiditur in duas partes.

In prima, intendit talem conclnſionem. Principia rerum naturalium ſunt contraria, probat dupliciter. Pri-

Principia rerum naturalium eſſe contraria probat dupliciter.

mo, auctoritate omnium antiquorum: quia omnes antiqui dicunt, principia eſſe contraria. Vnde antiqui poſuerunt calidum, & frigidum, ſicut illi, qui poſuerunt omnia eſſe vnum ens, & ſic ſecundum iſtos illa, quæ erant vnum ſecundum rationem: erant plura ſecundum ſenſum, aliqui rarum, & denſum: aliqui plenum, & vacuum, ſicut Democritus: aliqui magnum, & paruum, ſicut Plato: aliqui ſurſum, & deorſum, ante, & retro: alii rectum, & circulare. Ratione ſic probat. Quæcunque ſic ſe habent, quod non fiunt ex alijs, nec ex alterutris: & quod omnia fiunt ex ipſis, ſunt prima principia: ſed prima ſunt contraria huiuſcemodi, ergo prima contraria ſunt prima principia. Primam partem minoris probat, ſcilicet quod prima contraria non fiant ex alijs: quia tunc non eſſent prima. Secundam partem probat, puta, quod non fiant ex alterutris, quia vnum contrarium non fit ex alio, cum non ſit natum eſſe pars alterius. Tertiam partem probat, puta quod omnia fiant ex ipſis: quia omne, quod fit, fit ex contrario, vt ex medio, quod eſt contrarium vtrique extremorum, & iſtud probat inductiue. Primo, in ſimplicibus, quia album non fit ex muſico, niſi ſecundum accidens, inquantum nigro accidit eſſe muſicum, ſed album fit ex non albo per ſe, & non ex quocumque non albo, ſed ex non albo, quod eſt nigrum, vel medio colore coloratum, cum ſolum ipſum nigrum, vel medio colore coloratũ, ſit in potentia ad eſſe album. Similiter album non corrumpitur in non muſicum, niſi ſecundum accidens, ſed corrumpitur in non album quod eſt nigrum, vel medio colore coloratum, & ſimiliter dicatur in alijs ſimplicibus; ſed in compoſitis iſtud magis non liceat, eo quod oppoſita compoſitorum non ſunt nobis nominata, vt opoſitum domus non eſt nominatum, ſed poſſemus ipſum nominare iſto nomine, non conſonans, & tunc conſonans, ideſt compoſitum fit ex non conſonanti, & non ex quolibet non conſonanti, ſed ex non cõſonanti ſibi oppoſito etiã corrumpitur in non conſonans ſibi oppoſitum. In ſecunda parte ponit conuenientiam, & differentiam antiquorum circa principia. Conueniunt enim omnes antiqui in hoc quod ponunt principia eſſe contraria, ſed differunt, quia aliqui poſuerunt calidum & frigidum eſſe principia contraria, & illi dixerunt principia eſſe priora ſecundum ſenſum. Alij poſuerunt rarum, & denſum, alij magnum & paruum, alij litem & amicitiam, & iſti dxerunt prima contraria eſſe principia ſecundum intellectum. Et illi, qui dixerunt pirncipia eſſe

Conueniãtia, & differentia antiquorũ circa principia.

Digitized by Google

priora ſecundum ſenſum, dixerunt principia eſſe ſingularia, eo quod ſenſus non eſt niſi ſingularium, & illi, qui dixerunt principia eſſe priora ſecundum intellectũ, dixerunt illa eſſe vniuerſalia. Ex quibus infert, quod ratio eſt ipſius vniuerſalis, ſenſus verò particularis. Ex iſto textu volunt alíqui elicere, quod intellectus non cognoſcit ſingularia, ſed ſolum vniuerſalia, ſed malè eliciunt, cum auctoritas ſic non intelligat, & cum Ariſtoteles non faciat ibi niſi recitare opiniones antiquorum. *2. de Anima. T. c. 6. Sc q 13. quotlibet & 7. metaphy. q. 14. & 15.*

Ex Textu Commenti 50. & indè.

Conſequens autem vtrique erit dicere, vtrum duo, aut tria aut plura ſint, &c.

Istvd eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Ariſtoteles oſtendit numerum principiorum rerum naturalium, & diuiditur in quatuor partes. In prima oſtendit duas concluſiones. Prima. Oportet dicere, ſi principia rerum naturalium ſint duo, vel tria, vel quatuor, aut plura. Secunda. Impoſſibile eſt principia rerum naturalium eſſe vnum tantùm, quia principia rerum naturalium ſunt contraria, ergo impoſſibile eſt tantùm eſſe vnum, quia contraria non ſunt vnum. In ſecunda parte ponit talem concluſionem. Principia rerum naturalium non ſunt infinita, quod probat quatuor rationibus. Prima. Si eſſent infinita, eſſent ignota, & ſic nulla res naturalis eſſet ſcibilis, quod eſt falſum. Secunda ratio. In quolibet genere eſt vna prima contrarietas, ſed illa prima contrarietas non habet infinita contraria, igitur. Tertia ratio. Illud, quod poteſt fieri per finita, magis ponendum eſt fieri per finita, quàm per infinita, ſed res naturales poſſunt fieri per principia finita, ergo magis ponendum eſt eas fieri per finita quàm per in finita. Et ex iſto textu elicitur iſta auctoritas. Fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora. Quarta ratio. Non omnia contraria ſunt principia, ergo non ſunt infinita. Antecedens probat, quia quædã contraria fiunt ex alijs, vt dulce & amarum, album & nigrum, ergo iſta non ſemper manent, ergo non ſunt principia, quia principia oportet ſemper manere. In tertia parte intendit talem concluſionem. Principia naturalia non ſunt tantum duo. Probat duabus rationibus, & vno ſigno.

Principia rerum naturalium quot, & qua. De principijs rerum naturaliũ dua concluſiones. Principia rerum naturalium non eſſe infinita probatur quatuor rationibus. Celebris Auctoritas. Principia naturalia non eſſe tãtum duo.

Probatur duabus rationibus & vno ſigno.

Prima ratio. Omne, quod fit naturaliter, fit ex aliquo ſubſtantialiter, ſed vnum contrarium non fit ex alio ſubſtantialiter, ergo præter contraria oportet ponere aliquid, ex quo res fiant ſubſtantialiter tanquam ex ſubiecto illorum contrariorum, & per conſequens erunt plura principia quàm duo. Secunda ratio. Oportet principia rerū naturalium eſſe contraria, & oportet aliqua principia rerum naturalium non eſſe contraria, ſed iſta ſaluari non poſſūt, ſi eſſent tantū duo, igitur. Prima pars maioris eſt nota, & ſecunda probatur quia ſubſtantiæ nihil eſt contrarium, & tamen principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ, igitur non omnia principia ſunt contraria. Similiter contraria habent fieri circa idem ſubiectum, ergo ſi illa contraria ſint principia, ſubiectum erit principium, cum ſubiectum ſit prius prædicato, ideſt prædicatum ſibi inhæret, ſed ſubiectum non eſt contrarium alicui, ergo aliqua principia non ſunt contraria. Minorem probat Philoſophus, quia nullus poteſt ſaluare, quod principia non ſunt contraria, & rationem probantem, quod principia ſunt contraria, quæ ponitur in Capitulo præcedēti, niſi ponatur cum contrarijs tertium principium, ergo præter contraria eſt ponendum tertium principium.

Signo probatur, quia omnes antiqui præter contraria poſuerunt tertium principium. Nam Plato poſuit Ideam cū iſtis principijs, magnum & paruum, & alij cum contrarijs poſuerunt aerem, vel aquam, vel ignem, ergo ſignum eſt, quod non ſunt tantùm duo principia rerum naturalium.

Principia rerum naturalia non eſſe plura tribus, probatur duabus rationibus.

In quarta parte intendit talem concluſionem. Principia rerum naturalium non ſunt plura tribus. Probat duabus rationibus. Prima ratio, quia ad aliquid faciendū ſufficiens eſt vnum principium cum duobus contrariis, ergo principia non ſunt plura tribus, quia ſi eſſent quatuor, eſſent duæ contrarietates æquè primò, & per conſequens duo ſubiecta horum contrariorum, quia multiplicata contrarietate, multiplicatur ſubiectum & è contra, quod eſt inconueniens, quia tunc principia contraria poſſent generari ex alterutris.

Secunda ratio. Si principia eſſent plura tribus, tunc eſſent plures primæ contrarietates, conſequens eſt impoſſibile, quia prima contrarietas eſt in ſubſtantia, ſed ſubſtantia eſt vnum genus, ergo ſibi tantùm eſt vna contrarietas.

In vno genere ſemper

Et ſubdit quòd iſta contraria non differunt generatione, ſed ſolum ſecundum prius, & poſterius, quia ſemper in vno genere eſt vna contrarietas. Omnes enim contrarietates videntur reduci ad vnum.

Ex Textu

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 52. & indè.

Sic igitur nos dicamus primū de omni generatione aggredientes. Eſt enim ſecundum naturam communia prius dicere, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum in quo Philoſophus determinat de generatione. Et primo de generatione in communi, poſtea determinabit de generatione diuerſorum corporum naturalium. Et primo ad ſciendum differentiam materię & priuationis. Supponitur primo, quod cum aliquid fit ex alio, vel alterum ex altero, quandoque terminus à quo, & terminus ad quem ſunt ſimplices, vt dicendo, homo fit muſicus, vel dicendo, in muſicum fit muſicum. Quandoque verò ambo ſunt compoſiti, vt dicendo, homo in muſicus fit homo muſicus. Quandoque verò vnus eſt ſimplex & alter compoſitus, vt dicendo, homo in muſicus fit muſicus. Ex quo infert quod fieri aliquando attribuitur ſubiecto, & aliquando oppoſito, & dicit quòd duplex eſt differentia inter ſubiectum, & oppoſitum. Prima, quia oppoſito vtimur duobus modis loquendi. Dicimus enim quod hoc fit hoc, & quod ex hoc fit hoc, vt quod in muſicum fit muſicum, & quod ex in muſico fit muſicus, ſed ſubiecto vtimur tantùm vno modo, vt quod hoc fit hoc, & nō ex hoc fit hoc, dicimus enim quod homo fit muſicus, & non dicimus, quod ex homine fit muſicus. Secunda differentia, quia poſt ipſum fieri, ſubiectum manet, ſed non manet oppoſitum, cum enim homo eſt muſicus, homo manet, ſed cum in muſicum factum eſt muſicum, in muſicum non manet. Conſequenter ponit aliquas concluſiones. Prima. Materia & priuatio ſunt vnum numero, ſed diſtinguntur ſpecie, probat tribus rationibus. Prima. Quæcunque ſunt vnum ſpecie, ſunt eadem diffinitione, ſed priuatio & materia diſtinguuntur ratione, ergo non ſunt eadem ſpecie. Secunda ratio. Quæcunque ſic ſe habent, quod vnum manet altero non manente, diſtinguuntur ratione, ſed materia & priuatio ſunt huiuſmodi. Patet, quia cum ex homine in muſico fit muſicus, mutatione facta permanet homo, ſed non permanet muſicum, igitur. Tertia ratio, quæ eſt à ſigno, quia priuatione vtimur duobus modis loquendi, vt iam viſum eſt, & materia vtimur tantum vno modo loquendi, dicimus enim ex ære fieri ſtatuam: ergo ſignum eſt quod materia & priuatio diſtinguuntur ſpecie. Secunda concluſio. In omni tranſmutatione aliquid ſubijcitur, probat duabus rationibus. Prima. Omne,

Quomodo generantur res naturales.

Materiam & priuationem eſſe vnum numero & ſpecie diſtingui probatur tribus rationibus.

quod fit, fit ſimpliciciter, vel ſecundum quid, & vtrobique ſubiectum eſt præſuppoſitum, quia in tranſmutatione accidentaliter requiritur ſubiectum, cum accidens non poſſit eſſe ſine ſubiecto. Similiter in tranſmutatione ſubſtantiali res naturalis non poteſt fieri naturaliter, niſi ſubiecto præſuppoſito. Secundò probat inductiuè, quia in illis, quæ fiunt per transfigurationem, vt ſtatua ex ære, ibi æs erat præſuppoſitum, etiam in illis, quæ fiunt per appoſitionem, vt cumulus lapidum, etiam in illis, quæ fiunt per ſubſtractionem vt de lapide fit Mercurius, & etiam in his, quæ fiunt per alterationem, in quibus ſemper aliquid ſuijcitur, igitur. Ex quo infert, quod cuiuſlibet rei naturalis, ſeu tranſmutationis naturalis ſunt tria principia, ſcilicèt materia, forma & priuatio, quia illa ſunt principia rei naturalis, quæ neceſſario concurrunt ad eſſe, vel fieri rei naturalis, ſed iſta ſunt huiuſmodi, igitur. Tertia concluſio. Materia, & forma, ſunt principia per ſe rerum naturalium, probat, quia illa ſunt principia per ſe, non ſecundum accidens, quibus res naturales componuntur ſecundum ſuam ſubſtantiam: ſed vnaquæque res naturalis componitur ex materia, & forma, igitur. Ex quo infert, quod priuatio dicitur principium per accidēs, cum ex ipſa non componatur res naturalis.

Cuiuſlibet rei naturalis ſunt tria principia.

Materia & forma ſunt principia per ſe rerū naturaliū,

Priuatio per accidēs.

Ex Textu Commenti 69. & indè.

Subiecta autem natura ſcibilis eſt, ſecundum analogiam, ſicut enim ad ſtatuam æs, &c.

Tractatus diuiſio.

ISTE eſt Tractatus Tertius, huius Libri, in quo philoſophus remouet errores antiquorū circa materiam, & priuationē, & diuiditur in duo Capitula. In primo ponit primò talē Cōcluſionem. Materia eſt cognoſcibilis per analogiā ad tranſmutationem, & quia nequit eſſe tranſmutatio ſine ſubiecto, inſpiciendo ergo ad tranſmutationem, & diſcurrendo, quod trāſmutatio nō poteſt eſſe ſine ſubiecto, infertur, quod ſi eſt trāſmutatio, quod etiam eſt materia. Deindè remouet errores antiquorum ex parte materiæ prouenientes. Credebant enim antiqui ipſam materiā eſſe totā ſubſtantiam rei naturalis, propter quid dixerunt omnem generationem eſſe accidentalem. Et eorum ratio erat: quia ſi aliquid fieret ſimpliciter, vel fieret ex ente, vel ex non ente, non ex ente, quia tunc ſequeretur, quod aliquid eſſet ante quam fieret quod eſt falſum: nec ex non ente, quia ex non ente impoſſibile eſt aliquid fieri, cum oporteat in qualibet tranſmutatione aliquid ſubijci. Reſpondet philoſophus, quod ex ente in potentia, quemadmodum eſt materia, aliquid fit, ſed ex

Materia eſt cognoſcibilis per analogiam.

Errores antiquorum circa materiam & priuationē.

Digitized by Google

ente in actu completo, quod eſt hoc aliquid, nihil fit in actu Et ex iſto habetur quod materia eſt tantum ens in potentia. Dicit etiam quòd ex non ente nihil fit, ſupple tanquam ex ſubiecto, quia non ens non poteſt eſſe ſubiectum, tamen benè fit aliquid tanquam ex oppoſito.

Ex Textu Commenti 79. & indè.

Tangentes quidem igitur, & alteri, qui deſunt ipſa ſed non ſufficienter, &c.

In iſto Capitulo Philoſophus ponit aliquas concluſiones adhuc de principijs rerum naturalium. Prima. Priuatio non eſt omnino extra numerũ principiorum rei, quod probat, quia illud, propter quod materia appetit formam, non eſt omnino extra numerum principiorum rei, ſed materia propter priuationem appetit formam, igitur. Minor probatur, quia materia appetit formam, quam habet, vel formam, quã non habet; non formam, quam habet, quia appetitus eſt propter indigentiam alicuius non habiti; ergo appetit formam, quam non habet, & non niſi propter carentiam eius, igitur. Et ſi dicatur, quod appetit formam, quam non habet, ſed non propter priuationem, arguit contra hoc, quia tunc appeteret corruptionem formæ, quam habet, cum forma, quam non habet, contrarietur formæ, quam habet. Contraria enim mutuo ſe expellunt, & corruptiua ſunt adinuicem contraria, relinquitur ergo, quod materia appetit formam propter priuationem, ſicut fæmina appetit virum, & turpe pulchrum. Secunda concluſio: Quamuis materia ſit generabilis, & corruptibilis per accidens, non eſt tamen generabilis, & corruptibilis per ſe. Prima pars patet, quia forma, quæ eſt in materia, corrumpitur, ergo materia eſt corruptibilis per accidens. Secunda pars patet, quia ſi materia ſit per ſe generabilis, tunc oporteret, quod haberet ſubiectum ex quo fieret, ſed materia non eſt huiuſmodi, quia materia eſt ſubiectũ, ex quo omnia alia fiunt, & non habet aliud ſubiectum. Materia enim eſt ſubiectum vnicuique primum, ex quo fit aliquid cum inſit, & nõ ſecundum accidens. Ex quo infert, quod materia eſt per ſe incorruptibilis, quia omne, quod corrumpitur, corrumpitur in materiam, ergo ſi materia corrumperetur, corrumperetur in materiã. Finaliter oſtẽdit, quod forma eſt principiũ rei naturalis, quia omne, quod fit ſimpliciter, eſt ſubſtãtia cõpoſita ex aliquo, quod acquiritur, & aliquo, quod præfuit: modo illud, quod acquiritur, non eſt in niſi forma, ergo forma eſt principiũ rei naturalis. Deinde epilogat dicẽs, quod ex prędictis patet, quod ſint prĩcipia rerũ naturaliũ, & quæ, & quot ſũt.

Concluſiones adhuc de principijs rerum natur.

Materia generabilis & corruptibilis per accidens, nõ autem per ſe.

Materia quid.

Forma quid.

PHYSICORVM LIBER SECVNDVS.

Ex Textu Commenti. 1. & indè.

EORVM quæ ſunt, alia ſunt à natura, alia verò propter alias cauſas. Natura quidem animalia quæcunque, & partes ipſorum, &c.

Diuiſio. Iſtius ſecundi libri, in quo determinatur, De principijs & Cauſis rerum naturaliū. Entium diuiſio. Natura quid ſit.

ISTE eſt Secundus Liber Phyſicorum, in quo Philoſophus determinat de principijs, & cauſis rerum naturalium. Et diuiditur in ſex Tractatus. In primo, oſtendit quid ſit natura. Et diuiditur in tres partes.

In prima parte ponit vnam diuiſionem entium, dicens, quod entium quædam ſunt naturalia, & quædam artificialia, quæ fiunt mediante arte. Et dicit, quòd talia differunt inter ſe, quia entia naturalia habent principium ſui motus, & quietis. Sed artificialia, in quantum ſunt artificialia, non habent in ſe principium ſui motus,& quietis, licèt poſſint habere,in quantum naturalia. Ex his infert diffinitionem naturæ dicens. Natura eſt principium, & cauſa mouendi,& quieſcendi eius, in quo eſt primò,& per ſe, & non ſecundum accidens. Et dicitur non ſecundum accidens, quia accidit medico ſanari,& habere principium effectiuum ſuæ ſanationis, quia per tale non inclinatur ad ſuſceptionem ſanationis, licet per ipſum diſponatur ad ſanandum.

Habens naturam quid ſit.

In ſecunda parte oſtendit quid eſt habens naturam, dicens, quod habens naturam dicitur habens principium ſui motus,& quietis,per ſe primo, & non ſecundum accidens. Et ſubdit,quod tam natura, quam habens naturam eſt ſubſtantia, & quædam natura eſt ſubiectum,ſcilicèt materia, & quædam eſt in ſubiecto,ſcilicèt forma. Conſequenter oſtendit quid eſt ens ſecundum naturam dicens, quod ens ſecundum naturam eſt, quod ineſt enti habenti naturam, quemadmodum ſunt qualitates conſequentes ens naturale.

Ens ſecundum naturam quid. Ridiculum eſſe demōſtrare naturam eſſe.

In tertia parte ponit talem concluſionem. Ridiculum eſt tentare,& demonſtrare naturam eſſe, quia naturam eſſe, & multa eſſe entia à natura eſt manifeſtum, ideo non oportet illa demonſtrare eſſe: nam illi, qui hoc faciunt, neſciunt iudicare inter cognitum, & non cognitum.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 7. & indè.

Videtur autem natura, & ſubſtantia eorum, quæ natura ſunt, quod primum ineſt vnicuique, &c.

De quibus natura dicitur.

ISTVD eſt Secundum Capitulũ, in quo oſtendit Philoſophus de quibus dicitur natura, & intẽdit tres cõcluſiones.

Tres concluſiones.

Prima. Materia eſt natura, probat ratione, & auctoritate. Auctoritate, quia omnes antiqui dicebant materiam eſſe vnam materiam. Nam aliqui dixerunt ignem eſſe materiam aliqui aquam, aliqui aerem. Ratione ſic probatur, quia materia videtur eſſe tota ſubſtantia rei, vt materia lectuli videtur eſſe lignum, & ſtatuæ æs, ergo materia eſt natura. Antecedens probat dupliciter, ſcilicèt ſigno Antiphontis, & ratione. Signo, quia ſi aliquis lectum refodiat, & capiat potentia putreſcendi, ita quod germinet, tunc fiet lignum, & non lectus: ergo ſignum eſt, quod lignum eſt tota ſubſtantia lecti, & quod forma ſolum ſibi conueniat per accidens. Ratione ſic: quia illud eſt tota ſubſtantia rei, quod continuo manet ſub vtroque termino tranſmutationis, ſed materia eſt huiuſmodi, igitur.

Prima. probat formam eſſe naturam.

Secunda concluſio, Forma eſt natura, probat tribus rationibus. Prima. Illud per quod res naturalis eſt in actu completo, & perfecto, eſt natura, ſed forma eſt huiuſmodi, quod probat per ſimile: quia artificiale non dicitur actu artificiale ſine forma artificiali: ergo res naturalis non dicitur actu res naturalis, niſi per formam. Secunda ratio. Illud, ratione cuius aliquid generat ſibi ſimile in natura, eſt natura, ſed forma eſt huiuſmodi: igitur. Tertia ratio. Illud, à quo aliquid dicitur naturale, eſt natura, ſed à forma generatio dicitur naturalis: ergo forma eſt verè natura. Deinde oſtendit incidentaliter, quod forma eſt magis natura, quam materia; quia illud, per quod res naturalis eſt in actu, eſt magis natura quam illud, per quod res naturalis eſt in potentia, ſed per formam res naturalis eſt in actu, & per materiam in potentia: igitur.

Secunda dicit quod forma eſt natura.

Tertia concluſio, priuatio eſt quodammodo natura, probat quia eſt quodãmodo forma, ſed forma eſt natura: igitur.

Tertia. Priuatio eſt quodammodo natura.

Ex Textu Commenti, 12. & indè.

Quoniam autem determinatum eſt quot modis natura dicitur, poſt hæc ſpeculandum eſt quomodo differt, &c.

Qualis Phyſica ſpeculatio.

ISTE eſt Secundus Tractatus huius libri, in quo oſtendit Philoſophus qualis ſit conſideratio naturalis. Et diuiditur in duo Capitula. In primo ponit tres concluſiones.

Tres concluſiones.

Prima. Mathematicus, & phyſicus conſiderant de eodem,

Mathematicus & Phyſicus conſiderant de eodem.

probat duabus rationibus. Prima, quia Mathematicus conſiderat longitudinem, ſuperficiem, puncta, & corpora, & de eiſdem conſiderat Phyſicus, igitur. Secunda ratio ad Phyſicum pertinet conſiderare ſubſtantiam Solis, & Lunæ, cùm ſint corpora naturalia, & mobilia, ergo ad eum pertinet conſiderare accidentia per ſe eis conuenientia, ſicut ſunt quantitates, motus, & figura, & de illis habet conſiderare Mathematicus, igitur.

Secunda Phyſicus, & Mathematicus conſiderant de eiſdem diuerſimodè.

Secunda concluſio, licèt Phyſicus, & Mathematicus de iiſdem conſiderent, hoc tamen eſt diuerſimodè, quia Phyſicus conſiderat magnitudines, corpora & figuras ſecundum quod ſunt diſpoſitiones rerum naturalium, & ſecũdum quod ſubijciuntur motui, & Mutationi, ſed mathematicus conſiderat de eiſdem, inquantum per intellectum abſtrahuntur à motu.

Et ſiquis dicat, magnitudines, & figuræ ſemper ſunt in materia ſenſibili & etiam ſubijciuntur motui, ergo intellectus ſic abſtrahens malè abſtrahit.

Obiectio. Reſponſio. Abſtrahentium non eſſe mendacium. Corollariũ. Tertia. Phyſica à Mathematica differt, quod probat duabus rationibus. De quibus eſt phyſica conſideratio.

Reſpondet philoſophus, quod abſtrahentium non eſt mendacium. Deinde infert philoſophus vnum corollarium ſcilicèt in naturalibus non ſunt ponendæ ideæ ſeparatæ à ſenſibilibus propter hoc, quòd Phyſica minus abſtrahit, quàm Mathematica. Tertia concluſio, Phyſica differt à Mathematica, probat duabus rationibus. Prima. Illæ ſcientiæ ſunt diuerſæ, quæ diuerſimodè diffiniunt, ſed illę ſunt huiuſmodi, igitur, &c. Minorem probat, quia in diffinitionibus phyſicalibus ponitur motus, ſed non in terminis Mathematicalibus, ideſt in diffinitionibus mathematicalibus non ponuntur aliqua dicibilia motum, & mutationem ſignificantia. Secunda ratio. Scientiæ mediæ inter Phyſicam, & Mathematicam, vt Perſpectiua, Muſica, Aſtrologia diſtinguuntur à Mathematica per hoc, quod conueniunt cum phyſica, ergo phyſica differt à mathematica. Conſequentia patet, quia ſi mediũ differat ab vno extremorum per hoc, quod conuenit cum alio extremo, ſequitur quod extrema differant inter ſe.

Ex Textu Commenti. 21. & indè

Quoniam autem natura dupliciter dicitur ſpecies, & materia, ſicut de ſimo, quid ſit intendimus, &c.

Phyloſoph. Naturalis cõſiderat,

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de quibus eſt conſideratio

naturalis, præmittens hanc concluſionem. *materiam, & formam.*

Philoſophia naturalis conſiderat de materia, & forma, probat duabus rationibus. Prima, Philoſophus naturalis conſiderat de omni natura, ſed natura dicitur de materia, & forma, igitur. Secunda ratio. Conſideratio Phyſica eſt ſicut conſideratio ſimi, ſed illa comprehendit materiam, & formam, cum in eius diffinitione ponatur naſus pro materia, & ſimitas pro forma.

Duo dubia Primum. Conſequenter mouet duas dubitationes. Prima, cùm natura dicatur de materia, & forma, dubitabit aliquis de qua illarum conſiderat Phyſicus, & vtrum ſolum de altera, aut de vtraque ſimul? Secunda dubitatio dato quòd Phyſica conſiderat de vtraque, vtrum hoc pertineat ad eundem Phyſicam, vel ad aliam? *Secundum.* Soluit has dubitationes, ponens primò talem concluſionem. Ad eandem naturalem Philoſophiam pertinet conſiderare de materia, & forma, probat quatuor rationibus. Prima, ſicut eſt in artificialibus, ità eſt in naturalibus, quia Ars imitatur naturam inquantum poteſt, ſed eiuſdem Artis eſt conſiderare formam artificialem, & materiam, ergo etiam eiuſdem Philoſophiæ naturalis eſt, conſiderare formam naturalem, & materiam. *Ars imitatur naturã inquantum poteſt.* Secunda ratio, eiuſdem ſcientiæ eſt conſiderare finem, & media ordinata in finem, ſed forma eſt finis tranſmutationis, gratia cuius ipſius materiæ, ergo eiuſdem ſcientiæ eſt cognoſcere materiam, & formam. Minorem probat, quia illud, quod eſt vltimum motus tendentis ad perfectionem, & propter quod materia diſponit, eſt finis gratia cuius ipſius materiæ: ſed forma eſt huiuſmodi, igitur. Et ſubdit Philoſophus, quod non omne vltimum eſt finis, quia non eſſe, ſiue mors, cum ſit quid vltimum deberet dici finis hominis, ſed illud eſt finis, quod eſt quid vltimum, & optimum. Tertia ratio, ſcientia naturalis debet conderare omnia illa, quæ oportet eam cognoſcere ſi ipſa produceret res naturales, ſed ſi produceret res naturales haberet cognoſcere, & conſiderare principia rerum naturalium, quæ ſunt materia, & forma, igitur. Et ſubdit, quod omnis ars habet conſiderare de materia, & forma, circa quas eſt, quod probat inductiuè, quædam enim eſt ars ſimpliciter factiua materiæ, quæ per approximationem cauſarum natura- *Omnis ars habet conſiderare de materia.*

& forma circa quas eſt.

lium tranſmutat materiam, ſicut eſt ars faciens vitra, vel lateres. Alia eſt ars faciens materiam operosè, quæ diſponit aliquid per remotionem aliquarum partium, vt ars nauifactiua. Alia eſt ars: quæ vtitur ipſo artificiato iam facto, vt ars naualis vtitur naue, & omnes aliæ artes conſiderant materiam, & formam, igitur. Et aduerte, quòd aliter conſueuerunt nominari illæ artes. Prima vocatur Præparatiua materiæ, quia diſponit materiam. Alia vocatur formæ Factiua, quia inducit formam. Et tertia dicitur Vſualis, quia Vtitur re facta. Quarta ratio: cuius eſt conſiderare vnum relatiuorum, eiuſdem eſt conſiderare reliquum, ſed materia dicitur relatiuè ad formam, igitur ſi ſcientia naturalis conſideret de materia, conſiderabit etiam de forma.

Finaliter oſtendit vſque ad quem terminum Phyſicus habet conſiderare, ſiue quis ſit terminus Philoſophiæ naturalis dicens, quòd conſideratio naturalis ſe extendit ad illa, quæ ſunt cauſæ, & principia motuum, & tranſmutationum, & non vltra hoc, & non habet conſiderare res quidditatiuè. Et ſubdit, quòd homo hominem generat ex materia, & Sole.

Ex Textu Commenti 27. & indè.

Determinatis aut his, conſiderandum eſt de cauſis, quæ, & quot numero ſint, &c.

Cauſa, quæ & quot, & earũ proprietates.

ISTE eſt Tertius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de cauſis per ſe, qui diuiditur in duo Capitula. In primo determinat de generibus cauſarum, & diuiditur in quatuor partes.

Ad naturalem pertinet determinare de Cauſis.

In prima intendit talem concluſionem. Ad naturalem Philoſophiam pertinet determinare de cauſis, quot, & quæ ſunt, quod probat, quia in negocio, quod, eſt gratia ſciendi neceſſe eſt determinare de cauſis, cum opinemur aliquid cognoſcere, cùm eius cauſas cognoſcimus, ſed negocium eſt gratia ſciendi.

Cauſa dicitur quatuor modis.

In ſecunda parte intendit talem concluſionem, Cauſa dicitur quatuor modis. Primò dicitur cauſa, ex qua fit aliquid cum inſit, ſicut æs dicitur cauſa materialis ſtatuæ. Secundò dicitur cauſa ſpecies, ſiue exemplum, ſeu ratio ipſius, quod quid erat eſſe. Ex quo habetur hæc auctoritas, quòd partes diffinitionis ſunt formæ. Tertiò dicitur cauſa, vt eſt principium vndè motus, ſicut cauſa efficiens, vt deliberans

Digitized by Google

eſt cauſa deliberati, & commutans commutati, & vniuerſaliter faciens facti. Quarto modo dicitur de fine, vt ſanitas eſt cauſa ambulandi. Et quod finis ſit cauſa probat, quia finis eſt gratia cuius aliquid fit, igitur eſt cauſa. Antecedens probat quia per finem conuenienter reſpondemus ad quæſtionem factam propter quid, vt ſi quæratur propter quid ambulat, conuenienter reſpondetur, vt ſanetur. Et ſubdit, quod gratia vnius finis contingit multos eſſe fines intermedios, vt propter ſanitatem ſit purgatio, & propter purgationem potio Medicinalis.

In tertia parte intendit talem concluſionem. Tres ſunt proprietates cauſarum. Prima eiuſdem effectus ſunt plures cauſæ per ſe, non tamen in eodem genere cauſæ, vt æs eſt cauſa per ſe materialis ſtatuæ, & ſtatuifica eſt cauſa per ſe efficiens ſtatuæ. Secunda, cauſæ ſunt ſibi inuicē, cauſæ, vt laborare eſt cauſa efficiēs ſanandi, & ſanitas cauſa laborationis. Tertia, contrariorū effectuū aliquando eſt eadē cauſa, & hoc ſucceſſiuè, ſicut eadem res, quæ quando eſt præſens, eſt cauſa alicuius, & quando eſt abſens, eſt cauſa effectus contrarij, vt Gubernator nauis per ſui præſentiam, eſt cauſa ſalutis ipſius nauis, & per ſui abſentiam eſt cauſa ſubmerſionis. *Tres ſunt proprietates cauſarū.*

In quarta parte ponit talem concluſionem. Omnes cauſæ per ſe ſunt reducibiles ad aliquem quatuor modorum, vt literæ dicuntur cauſa materialis ſyllabarum, & elementa mixtorum, & partes reſpectu totius. Similiter præmiſſæ dicuntur cauſæ materiales reſpectu concluſionis, ex quo concluſio componitur ex terminis ſynonymis cum terminis præmiſſarum. *Omnes cauſæ per ſe reducibiles ad aliquē quatuor modorum.*

Ex Textu Commenti 22. & indè.

Modi autem cauſarum numero quidem ſunt multi capitales autem, & hi minores, &c.

Istvd eſt Secundum Capitulum, in quo determinat de modis cauſarum, dicens, quòd omnes alij modi cauſarum ab his, qui dicti ſunt, reducuntur ad quatuor modos prædictos. Pro cuius declaratione intendit quatuor diuiſiones cauſarum. Prima. Cauſarum in eodem genere cauſæ quędam eſt prior, & quædam poſterior, vt artifex eſt cauſa prior ſanitatis, Medicus poſterior id eſt minùs vniuerſalis. Secunda diuiſio. Cauſarum quædam ſunt per ſe aliæ per accidens, vt ſtatuæ factor eſt cauſa per ſe ſtatuæ fa- *Modi cauſarū quot. Quadruplex diuiſio cauſarum. Prima. Secunda.*

ctę. Polycletus verò cauſa per accidēs: accidit enim artifici ſtatuarũ, quòd ſit Polycletus, quia non facit ſtatuã in quantum Polycletus, ſed inquantum ſtatuæ factor. Et ſubdit, quod cauſarum per accidens, quædam eſt propinquior cauſæ per ſe, alia remotior, vt ſi ſtatuæ factor ſit albus, & Muſicus, album, & Muſicum ſunt cauſæ per accidens ſtatuæ, quia nihil faciunt ad productionem ſtatuæ, licèt coniunguntur cauſæ per ſe, & Muſicum, quòd eſt minùs commune, quam album eſt cauſa per accidens, propinquior ſtatuæ. Tertia diuiſio. Cauſarum quædam cauſę ſunt in actu, vt ædificans eſt cauſa in actu, quia actualiter operatur. Alia in potētia, ſicut ædificator non operans actualiter eſt cauſa in potentia ædificandi. Et ſubdit quod ſimiles diuiſiones poſſunt fieri de effectu. Quarta diuiſio. Cauſarum quædam ſunt incomplexæ, vt Polycletus, vel ſtatuificator. Aliæ ſunt complexæ, quia per orationem ſignificantur, vt Polycletus ſtatuã faciens. Deindè ponit differentiam inter cauſas actuales, & potentiales, quia cauſæ actuales ſimul ſunt, & non ſunt cum ſuis effectibus, vt Medicans, & illud, quod fit ſanum. Sed cauſæ in potentia non ſemper ſimul ſunt cum ſuis effectibus. Deindè ſoluit quandam quæſtionem, quis enim poſſet quęrere? quis modus cauſarum ſit maximè quęrendus in ſcientia. Reſpondet quod maximè oportet quærere ſummam cauſam in qualibet ſcientia demonſtratiua, quæ quidem cauſa eſt vltima in quęſtione, & prima in eſſe, vt ſi quæratur quare ædificat ille? Reſpondetur, quia eſt ędificator. Et ſi vlterius quęratur, quare eſt ędificator? Reſpondetur, quia habet artem ędificandi. Et ſic habetur prima cauſa, & ibi ſit ſtatus.

Tertia.

Quarta.

Solutio eiuſdem quæſtionis.

Ex Textu Commenti 39. & indè

Dicitur autem fortuna, & caſus cauſa, & multa eſſe, & fieri propter fortunam, &c.

ISTE eſt Quartus Tractatus, in quo Philoſophus determinat de cauſis per accidens, ſcilicèt, de Fortuna, & Caſu. Et diuiditur in quatuor capitula. Primùm eſt de opinionibus antiquorum circa caſum, & fortunam. Et intendit tres concluſiones. Prima: ad Phyſicum ſpectat determinare de caſu, & fortuna: quia ad Phyſicum ſpectat determinare de cauſis, ſed caſus, & fortuna, ſunt de numero cauſarum: igitur. Et dicit, quod de caſu, & fortu-

De caſu, & fortuna Cauſis per accidens

Tres concluſiones.

Ad Phyſicum ſpectat

na fuerunt tres opiniones antiquorum. Prima fuit quorumdam negantium caſum, & fortunam propter duas rationes. Prima, nihil quod fit à cauſa determinata, fit à caſu, vel à fortuna, quia ſi caſus, & fortuna eſſent cauſa, eſſent cauſę indeterminatę, ſed omne quod fit, fit à cauſa determinata, igitur, &c. Minor patet inductiuè: nam ponatur, quod aliquis vadens ad forum, non intendat inuenire debitorem, ſed aliquid emere, ſi ipſe eum inueniat, tunc eius, quod eſt inuenire debitorem, in foro, eſt certa cauſa, ſcilicèt itio ad forum cauſa aliquid emendi, & ſic de alijs. Secunda ratio eſt, quia ſi aliquid fieret à caſu, vel à fortuna, priores Philoſophi determinaſſent de caſu, & fortuna, quod tamen non fecerunt: igitur. Ad primam dicit Philoſophus, quod licèt effectus reducatur ad aliquam cauſam determinatam, tamen propter hoc non eſt negandum, quin aliqua fiant à caſu, & fortuna. Ad ſecundam, negat conſequentiam, ponendo talem concluſionem, antiqui debebant determinare de caſu, & fortuna, probat duabus rationibus, quia vel poſuerunt caſum, aut fortunam eſſe, aut non: ſi ſic, habetur intentùm, ſi non, tunc debebant improbare opiniones ponentium caſum, & fortunam, & ſic debebant determinare de caſu, & fortuna. Secunda ratio, quia aliqui eorum vſi ſunt fortuna, & caſu: Empedocles enim dicebat aërem eſſe ſurſum à caſu, & hoc accidebat in creatione mundi, dum ſegregabantur elementa, propter litem.

determinare de caſu, & fortuna. Antiquorũ tres opiniones de caſu, & fortuna Prima.

Dictũ Empedoclis.

Secunda opinio fuit aliorum ponentium caſum, & fortunã eſſe cauſam Cæli, & omnium aliorũ corporum cæleſtiũ. Dicebant enim curſum Stellarum, & motus cæleſtes eſſe à caſu, & fortuna, tamen non dicebant hæc inferiora, vt animalia, & plantas eſſe à caſu, & fortuna, ſed ab intellectu, vel natura, quia tunc quodlibet fieret indifferenter ex quolibet, quod eſt falſum. Nam ex ſemine oliuæ fit oliua, & non homo, ex ſemine hominis fit homo, & non oliua. Cõtra hanc opinionẽ ponit Philoſophus tertiam concluſionem, quæ eſt hæc. Caſus, & fortuna non ſunt cauſa Cæli, nec corporũ cæleſtium, probat duabus rationibus. Prima, inconueniens eſt, corpora indigniora habere cauſam determinatam, corpora vero nobiliora non habere: ergo cũ antiqui ponebant corpora inferiora non eſſe à caſu, & fortuna, non debebãt ponere corpora cæleſtia eſſe à caſu, vel fortuna. Secunda ratio in cælo nihil videmus fieri à caſu, ſed videmus omnia ſuis temporibus euenire, ſed in iſtis inferioribus, multa

Secunda opinio.

Tertia opinio. videmus fieri à caſu. Tertia opinio fuit aliquorum dicentium, quod fortuna, & caſus ſunt quædam inmanifeſta intellectui humano, quaſi vt ſint quoddam diuinum numen, in cuius poteſtate ſit nos facere miſeros, vel fælices. Et hanc opinionem non improbat Philoſophus propter duo ſecundum Commentatorem. Primò quia eſt penitus irrationabilis, innititur enim poëſi, & fictioni. Secundò: quia eius falſitas apparebit ſatis in Capitulo ſequenti, vbi oſtenditur quid ſit caſus, & fortuna. *Com. 47.*

Finaliter tangit Philoſophus determinanda in ſequentibus Capitulis, dicens quod conſiderandum eſt, quid ſit vtrũque, ſcilicèt caſus, & fortuna, & an ſint idem, vel non, & quomodo in determinatas cauſas reducuntur.

Ex Textu Commenti 48. & indè.

Primum quidem igitur quoniam videmus alia quidem ſemper ſimiliter fieri, &c.

Fortuna quid, & quotupl.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus inueſtigat diffinitionem Fortunæ, & diuiditur in tres partes. In prima ponit tres concluſiones, & quatuor diuiſiones. *Eorum, quæ fiunt diuiſio.* Prima diuiſio: eorum, quæ fiunt, quædam fiunt ſemper, quædam frequenter, & quædam extra ſemper, & frequenter. *Prima diuiſio.* Secunda diuiſio: eorum, quæ fiunt, quędam fiunt, propter aliquid ſeu propter finem, alia non fiunt propter finem. *Secunda.* Tertia diuiſio: eorum, quæ fiunt propter aliquid, ſiue propter finem, quædam fiunt à propoſito, & quædam à natura. *Tertia.* Quarta diuiſio: cauſarum quædam ſunt cauſę per ſe, & quædam per accidens, vt domificator eſt cauſa per ſe domus, & album eſt cauſa per accidens. *Quarta.* Et ponit talem differentiam inter cauſas per ſe, & per accidẽs, quia cauſæ per ſe ſunt finitæ, ſed per accidens infinitæ, infinita enim vni contingunt. *Prima concluſio.* Prima concluſio: caſus, & fortuna ſunt aliquid: quia ſunt cauſę eorum, quæ fiunt extra ſemper, & frequenter, quod probat dupliciter. Primo ſic, quia caſus, & fortuna non ſunt cauſæ eorum, quæ fiunt ſemper, nec eorum quæ fiunt frequenter: ergo ſunt cauſæ eorum, quæ fiunt extra ſemper, & frequenter. Secundò ſic, quia omnes dicunt illa, quæ fiunt extra ſemper, & frequẽter fieri à caſu, & fortuna: igitur. *Secunda.* Secunda concluſio: caſus, & fortuna ſunt in illis quæ fiunt raro, ſicut reportatio pecunię de foro à debitore, quem quis non fuerit opinatus reperire, fit raro: ergo caſus, & fortuna ſunt in his, quæ raro ac- *Tertia.*

cidunt. Tertia concluſio: fortuna eſt in his, quæ fiunt ſecundum propoſitum, & non in his, quæ fiunt à natura, quia omnis illa cauſa, quæ non eſt de numero cauſarum naturaliter agentium, eſt cauſa ſecundum propoſitum, ſed fortuna eſt huiuſmodi, igitur. *Fortuna eſt infinita.*

In Secunda parte ponit aliquas proprietates ipſius fortunæ. Quarum prima eſt, fortuna eſt infinita, hoc eſt indeterminata, quia cauſa, à qua prouenit effectus fortuitus, eſt indeterminata, eo quod multis modis variari poteſt. Secunda proprietas, fortuna eſt quodammodo in manifeſta: quia illud in agibilibus poteſt dici in manifeſtum, quod ratione practica apprehendi non poteſt, ſed fortuna eſt huiuſmodi igitur. Non eſt tamen intelligendum, quod ipſa ſit ſimpliciter ignota, ſed ſic eſt ignota, quod ignoramus quis effectus ab ea contingenter producatur. Remouet deinde vnum dubium, quis enim poſſet quærere, de quibus cauſis per accidēs ſit fortuna. Pro cuius ſolutione dicit, quod duplices ſunt cauſæ per accidens, quædam ſunt, quæ nihil operantur ad eſſe effectus, ſicut depilatio capitis eſt cauſa per accidens ſanitatis, tamen illa non facit manifeſtè ad ſanitatem. Aliæ ſunt cauſæ per accidens, quæ aliquid operantur ad eſſe effectus, ſicut calefactio per ſolem, & frigefactio per ventum, ſunt cauſæ per accidens ſanitatis, & tamen aliquid poſſunt facere ad ſanitatem cauſando aliquam alterationem. Tunc reſpondet Philoſophus, quod fortuna eſt de cauſis per accidens, quæ aliquid operantur ad eſſe effectus, qua ſcilicèt remota non plus ſequeretur effectus. *Remotio vnius dubij.* *Cauſæ per accidēs duplices.* *Fortuna quid ſit.*

In tertia parte ponit diuiſionem fortunæ, dicens, quod fortuna diuiditur in bonam, & malam. Bona fortuna dicitur, qua aliquid bonum euenit, præter intentionem. Sed mala fortuna dicitur, quando aliquod malum euenit præter intentionem. Diuiditur etiam fortuna, quia quædam dicitur Eufortunium, quædam vero Diſfortunium. Eufortunium eſt quando aliquod magnum bonum euenit præter intentum, ſed Diſortunium dicitur quando malum euenit præter intentum. Et dicit, quod non ſolum, quando magnum bonum, vel magnum malum euenit, dicitur Eufortunium, vel Diſfortunium, ſed quando euenit aliquid, quod eſt propè magnū malum, quia intellectus accipit illud, quod eſt propinquius ad habendum, tanquàm ſi eſſet iam habitum, Quod enim parum diſtat, nihil diſtare videtur. *Fortuna diuiſio.* *Bona fortuna quid.* *Mala fortuna quid.* *Eufortuniū quid.* *Deſortuniū*

Ex Textu Commenti 58. & indè.

Differunt autem caſus, & fortuna, quoniam caſus in amplius eſt: &c.

Diſcrimen inter caſū, & fortunā. ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit differentiam inter caſum, & fortunam, & diuiditur in duas partes.

In prima ponit differētiam inter caſum communiter dictū, & fortunam, dicens quod caſus differt à fortuna, eo quod caſus eſt in plus, quam fortuna, quia quicquid fit à fortuna, fit à caſu, ſed non è contra: differentia patet, quia fortuna fit ſolū in his, quæ fiunt ſecundum propoſitum, ſed caſus non ſolū fit in his, quæ fiunt ſecundū ꝓpoſitū, igitur. Maiorem probat, *Quatuor corrolaria.* quia fortuna fit ſolū in his, in quibus accidit benè, vel malè agere, ſed hoc ſolum fit in his, quæ fiunt à propoſito, igitur. Ex *Primum.* quibus infert quatuor corrolaria. Primum, quibuſcunque nō *Secundum.* conuenit operari à propoſito, in his nihil fit à fortuna. Secundum corrolarium, nec inanimatum, nec beſtia, nec infans aliquid faciunt à fortuna. *Tertium.* Tertium corrolarium in his, quæ propoſitum non habent non eſt fortuna, niſi ſecundum ſimilitudinem, quemadmodum dicebat Protarcus Philoſophus, lapides eſſe benè fortunatos, ex quibus fiunt aræ, ſiue *Quartum.* altaria, cum illis fiat reuerentia, & lapides ante altare poſitos valdè infortunatos, ex quo pedibus conculcantur. Quartum corrolarium, illa, quæ propoſitum non habent benè poſſunt pati à fortuna, quia circa ipſa fit aliquid à fortuna. Minorem probat, ſcilicèt, quod caſus non ſolum fit in habentibus propoſitum. Et hoc tribus ſignis. Primum, ſi equus veniat de campis, & ſaluetur à lupis, hoc, fit à caſu, quia non veniebat cauſa ſaluandi, & tamen non habet propoſitum, igitur. Secūdum ſignum, ſi tripoda cadens deorſum fiat alia ſedens, tunc fit à caſu, & tamen non habet propoſitum, igitur. Tertium ſignum, quia caſus fit in his, quę fiunt fruſtrà, ſed quæ fiūt fruſtra, fiunt tam in his, quæ fiunt ſecundum propoſitum, quàm in his, quæ fiūt ſine propoſito. Et dicit, quod fruſtrà eſt, quod fit propter aliquem natum aſſequi, & tamen non aſſequitur, vt ſi quis ambulet cauſa ſanitatis, & non ſanetur dicitur fruſtrà ambulare.

In Secunda parte ponit vnam differentiam inter fortunam, & caſum propriè dictum, quia caſus propriè dictus fit ſolum in agentibus ſecundum naturam, ſed fortuna fit in agentibus ſecundum propoſitum.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 65. & indè.

Sed Modorum Cauſarum, in quibus eſt vnum principium motus, vterque ipſorum eſt, &c.

Istvd eſt Quartum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus oſtendit ad quod genus reducuntur caſus, & fortuna, & ponit tres concluſiones. Prima caſus, & fortuna ſunt cauſæ agentes. Quod probat, quia caſus eſt ipſa natura, & fortuna eſt ipſe intellectus, ſed natura, & intellectus ſunt cauſę agentes, igitur caſus, & fortuna ſunt cauſæ agentes. Et ex iſto textu eliciunt aliqui, quod natura dicitur de principio actiuo, ſed hoc nihil valet, quia non negatur, quin natura ſit principium, ſed dicitur, quòd natura accidit eſſe principium actiuum ſecundum quod per ipſam mobile naturaliter mouetur. Secunda concluſio, caſus, & fortuna ſunt cauſæ poſteriores intellectu, & natura, quia omnis cauſa per accidens eſt poſterior cauſa per ſe, ſed caſus, & fortuna ſunt cauſæ per accidens, intellectus verò, & natura ſunt per ſe, igitur. Et ſi dicatur, caſus, & fortuna ſunt intellectus, & natura, cum ad naturam, & intellectum reducantur, modo idē non eſt poſterius ſeipſo. Reſpondetur, quod licèt ſint idem, tamen hoc non eſt reſpectu eiuſdem effectus, quia reſpectu effectus intenti dicitur natura, ſed reſpectu alterius effectus non intenti dicitur caſus. Tertia concluſio, caſus, & fortuna non ſunt cauſæ per ſe cæli, quia caſus, & fortuna ſunt poſteriores intellectu, & natura, & iſta ſunt poſteriora cælo, ergo caſus, & fortuna non ſunt cauſa cæli.

Caſus, & fortuna ad quod genus reducũtur. *Tres concluſiones.* *Prima.* *Secunda.* *Obiectio.* *Reſponſio.* *Tertia.*

Ex Textu Commenti 66. & indè.

Quæ autem ſint cauſæ, & quòd tot ſint numero, quot dicimus manifeſtum eſt, &c.

Iste eſt Quintus Tractatus, qui continet vnicum Capitulum, quod diuiditur in tres partes.

In prima, ponit talem concluſionem, ad Phyſicum pertinet conſiderare de quatuor generibus cauſarum, & per eas habet demonſtrare, & ſubdit, quòd quatuor ſunt genera cauſarum, quod probat, quia illa ſunt cauſæ rerũ naturalium, per quas reſpondetur ad quæſtionem factam per propter quid de rebus naturalibus, ſed illa quatuor, ſcilicet materia, forma, efficiēs, & finalis, ſunt huiuſmodi, igitur. Minorē pbat exēplariter, vt ſi quæratur propter quid linea eſt recta, vel circularis?

Genera cauſarum quot, & an ad Phyſicū ſpectent.

Reſpondetur per cauſam formalem, puta quia eſt longitudo ſine latitudine, &c. & capitur ibi cauſa formalis largè. Exemplum per cauſam efficientem, vt ſi quęratur, quare iſti certant? Reſpondetur, quia irati ſunt. Exemplum, per cauſam finalem, vt ſi quęratur, quare iſti pugnant? reſpondetur, vt dominentur. Exemplum per cauſam materialem, vt ſi quæratur, quare hoc eſt corruptibile? reſpondetur, quia eſt compoſitum ex contrarijs.

Ad Phyſicũ pertinet cognoſcere quatuor genera cauſarum.

In Secunda parte ponit talem concluſionem. Ad Phyſicũ pertinet cognoſcere quatuor genera cauſarum, quod probat, quia Phyſicus habet cognoſcere generationes, & corruptiones rerum naturalium, ſed ad talia pertinent quatuor genera cauſarum, ſcilicèt materia, quæ ſubijcitur, forma quæ acquiritur: efficiens, quod producit, & finis illius generationis, qui coincidit cum forma. Ex quo ſubdit, quod forma efficiens, & finis multoties coincidunt in vnum, ſed materia, & efficiens non coincidunt. Subdit etiam, quòd duplicia ſunt mouentia, ſcilicèt mouentia mota, quæ ſunt Phyſicæ conſiderationis, & mouentia non mota, quæ non ſunt Phyſicæ conſiderationis. Vndè illa dicuntur mouentia nõ mota, quæ non habent in ſe principium ſui motus, & debet intelligi, quod illa non ſunt Phyſicę conſiderationis, tanquã entia mobilia habentia in ſe principium ſui motus, tamen cũ hoc benè ſtat quod ſint Phyſicæ conſiderationis tanquàm mouentia.

Sententia ſunt duplices,

Tres ſciẽtia iuxta tria genera entium.

Subdit etiam, quod triplices ſunt ſcientiæ, ſecundum quod ſunt triplicia genera entium. Nam aliqua eſt ſcientia, quæ eſt de rebus, ſecundum quòd abſtrahuntur à motu. Quædam, quæ eſt de rebus mobilibus, & corruptibilibus. Et quædam de rebus tam immobilibus, quam incorruptibilibus. Subdit etiam, quòd duplex eſt mouens, quoddam eſt non Phyſicum, ſicut primum mouens, vt Deus glorioſus, & dicitur nõ Phyſicum, quia in agendo non repatitur, aliud eſt Phyſicum, quod in agendo repatitur.

Phyſicus per omnes cauſas habet demonſtrare.

In Tertia parte oſtendit modum, per quem cõtingit Phyſicum per omnes cauſas demonſtrare, dicens, Phyſicus per omnes cauſas habet demonſtrare, quia Phyſicus habet demonſtrare per illa per quæ reſpondetur ad interrogationem factam per propter quid, de rebus naturalibus: ſed per quatuor cauſas reſpondetur ad interrogationem factam per propter quid de rebus naturalibus. Minorem relinquit probatam ex prima parte.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 75. & indè.

Dicendum igitur primum eſt quoniam natura earum, quæ ſunt propter hoc cauſatum eſt &c.

Iste eſt Sextus Tractatus huius Libri, qui diuiditur in duo Capitula. In primo oſtendit, quod natura agit propter finem. Et primò ponit vnam opinionem antiquorum dicentium naturam non agere propter finem, ſed magis propter materiam, & conditiones materiæ, vt ſi fiant flores, & folia in plantis, hoc eſt, quia calidum natum eſt aſcendere: cùm ergo calor ſic aſcendat fiunt huiuſmodi frondes, & flores, ſimiliter ſi in plantis fiant radices deorſum, hoc eſt, quia frigus deſcendit. Et mouebantur duabus rationibus. Prima, illud non fit propter finem, quod non minus fieret ſi illi fines non intenderentur, ſed ſic eſt de omnibus effectibus naturalibus. Probat de pluuia, quia ipſa non fit à natura, vt augmentetur, frumentum, quia dato, quod natura non intenderet hoc, nihilominus plueret ex neceſſitate materię, quia ex hoc, quod hic inferius ſunt vapores humidi, & calidi, qui aſcendunt ſurſum, & illis eleuatis infrigidantur, & congelantur, quo facto oportet, quod deſcendant, & ſic fit pluuia. Probant etiam de diſpoſitione partium animalis reſpectu ſalutis, nam dẽtes anteriores licet ſint acuti, & quòd maxillares ſunt lati, hoc tamẽ eſt ex diuerſitate diſpoſitionis materiæ, & non propter finem. Secunda ratio, illud, propter quod aliquando accidit vnum, & aliquando contrarium propter neutrum fit, ſed ex his quæ fiunt, à natura, aliquando accidit vnum, & aliquando cõtrarium, ergo ea, quæ fiunt à natura non fiunt propter finem. Minorẽ probat, quia ſicut ex deſcenſu pluuiæ, aliquãdo accidit augmentum frumenti, aliquando accidit defectus. Probat etiam de partibus animalium, quia aliquando ex tali diſpoſitione partium accidit ſalus animalis, & aliquando corruptio. Vndè dicit Empedocles, aliquando eſſe factos bouigenas, & aliquando viperas, ideſt quoſdam, qui ex vna parte erant boues, & ex alia homines. Et quoſdam qui ex vna parte erant viperæ, & ex alia parte viri, & ſtatim fuiſſe corruptos, propter huiuſmodi diſpoſitionem partium. Ad reprobandum hanc opinionem ponit Philoſophus quaſdam concluſiones. Prima concluſio, natura agit propter finẽ, probat quinque rationibus. Prima, omne, quod fit à natura, fit propter aliquid, vel à caſu, ſed illa, quæ fiunt per naturam, non fiunt à caſu, cum fiant ſemper, & frequenter, igitur.

Natura agit propter finem.

Dictum Empedoclis.

Prima concluſio.

Naturam agere propter finem probatur quinque rationibus.

Prima.

Secunda. Pro ſecunda ratione, ſupponit, quod in quibuſcunque eſt finis, tàm priora, quàm poſteriora fiunt propter finem, tūc arguitur ſic, quia illud agēs agit propter finem, quod vt plurimum attingit finem, qui natus eſt haberi, ſed agens naturale eſt huiuſmodi, igitur. *Tertia.* Tertia ratio, ſicut eſt in arte, ità eſt in natura, ſed ſic eſt in arte, quod agens agit propter finem, ergo ſic eſt in natura, quòd agit propter finem, quia ars imitatur naturam inquantùm poteſt, & aliquando iuuat naturam, ſicut ars colendi terram præparat terram propter blada. *Quarta.* Quarta ratio, animalia bruta agunt per naturam, & tamen agunt propter finem ordinando debitè priora, & poſteriora, ſicut aranea per naturam facit telam ad capiendum muſcas, & hirundo facit nidum propter ſui conſeruationem. *Quinta.* Quinta ratio, forma eſt finis, & vltimum generationis, ſed agens naturale agit propter formam, igitur.

Secunda cōcluſio, nō contingere naturam non agere propter finē. Secunda concluſio, non contingit naturam non agere propter finem, propter hoc, quod in operibus naturæ contingunt monſtra, quia licèt ars agat propter finem, tamen in ſuis operationibus contingunt monſtra. Scriptor ſcribendo deficit, etiam Medicus dando potionem deficit, ſeu facit mōſtrum. Vndè monſtrum eſt peccatum illius, propter quod aliquid eſt, id eſt naturæ agentis propter finem.

Tertia concluſio. Tertia concluſio, dicentes naturam non agere propter finē, deſtruunt naturam, & ea, quæ fiunt ſecundum naturam. Probat duabus rationibus. Prima, illa dicuntur fieri à natura, & propter finem, quæ incipiunt ab aliquo principio determinato, ſed natura incipit ab aliquo principio, igitur. Secunda ratio, illud, quod prouenit ex actione alicuius, ſemper, vel frequēter, eſt illud, propter quod agens agit, ſed finis ex actione naturæ prouenit ſemper, & frequenter, ergo natura agit propter finem. *Quarta cōcluſio.* Quarta concluſio, inconueniens eſt opinari naturam non agere propter finem, eò, quod in ſuis operationibus nō deliberat, quod probat, quia ars agit propter finē, & tamē non ſemper deliberat, ergo non ſequitur, quod ſi natura non deliberat, quòd non agat propter finem. Sed diceret aliquis, non eſt ſimile de arte, & natura, quia ars agit ad extra, & natura eſt principium intrinſecum. Hoc reprobat Philoſophus, quia illud, quod cooperatur arti ad vnum finem conſequendum, conuenit cum arte in hoc, quod eſt agere propter finem.

Ex Textu Commenti 87. & indè.

Quod autem ex neceſſitate vtrum ex ſuppoſitione exiſtit, aut ſimpliciter nunc quidem opinantur, &c.

Digitized by Google

IN hoc Vltimo Capitulo oſtendit Philoſophus, quomodo inuenitur neceſſitas in rebus naturalibus, & mouet talem quæſtionem. Vtrum neceſſitas in rebus naturalibus prouenniat ex parte finis, vel ſolum ex parte materię? Dicit quòd fuit opinio antiquorum, quòd talis neceſſitas ſumitur a materia, quia ſcilicèt materia eſt talis, vel talis, vt ſi aliquis diceret, quod neceſſe eſt domum, vel murum eſſe talem, eò quod grauia nata ſunt ferri deorſum, & leuia ſurſum, propter quod lapides, qui ſunt graues remanent in fundo, & terra ſuperponitur tãquam leuius. Et in ſummo ponuntur ſigna, quę ſunt magis leuia. Et ſic exiſtimabant antiqui diſpoſitiones rerum naturalium totaliter prouenire ex parte materiæ. Sed contra hos ponit Philoſophus talem concluſionem. In rebus naturalibus neceſſitas principaliter ſumitur ex fine, probat tribus rationibus. Prima, ſicut eſt in artificialibus, ita eſt in naturalibus, ſed in artificialibus neceſſitas principaliter ſumitur ex fine, quia ab illo ſumitur neceſſitas principaliter, per quod reſpondetur ad interrogationem factam per propter quid res eſt, ſed in artificialibus eſt huiuſmodi, vt ſi quæratur ppter quid ſerra eſt dentata? Reſpondetur, vt diuidat ligna. Et ſi quæratur propter quid eſt domus? Reſpondetur, vt cuſtodiat homines à frigoribus. Secunda ratio, quia ſicut ſe habet principium ad concluſionem in ſpeculabilibus, ita finis ad ea, quæ ſunt ad finem in naturalibus, ſed in ſpeculabilibus neceſſitas concluſionis ſumitur ex principio, ergo in naturalibus neceſſitas eorum, quæ ſunt ad finem, ſumitur ex fine. Tertia ratio, per diffinitionem ſumptam à fine demonſtratur diffinitio ſumpta à materia tàm in artificialibus, quàm in naturalibus, ſed ab eo, per quod aliquid demonſtratur, ſumitur eius neceſſitas, ergo à fine ſumitur neceſſitas materiæ. Ex quo ſequitur, quod licèt Phyſicus habeat conſiderare tàm materiã, quàm finem, habet tamen magis conſiderare finem, quàm materiam, quia materia eſt propter finem. Et ad remouendũ paruum dubium circa prædicta, ſubdit, quòd materia benè intrat diffinitionem, vt ſerra benè diffinitur per ferrum tanquàm per materiam, & finem tanquàm per formam. Ex quo textu habetur, quod materia pertinet ad quidditatem rei naturalis. Et quòd ſerra diffiniatur per finem, qui eſt diuidere dura, patet dicendo, ſerra eſt inſtrumentum ferreum, & dentatum aptum diuidere dura.

Neceſſitas in rebus naturalibus undè.

In rebus naturalibus neceſſitas ſumitur ex fine, probatur tribus rationibus.

2. Ratio.

3. Ratio.

Materia eſt propter finẽ.

Materia pertinet ad quidditatem rei naturalis.

PHYSICORVM
LIBER TERTIVS.

Ex Textu Commenti. 1. & indè.

Qvoniam autem natura eſt principium motus, & ſtatus, & mutationis, ſcientia autem nobis de natura eſt, oportet non ignorare quid ſit motus, &c.

Determinatio de motu, & infinito. ISTE eſt Tertius Liber Phyſic. Ariſt. in quo ipſe determinat de motu, & infinito. Et diuiditur in duos Tractatus. In primo determinat de Motu, & diuiditur in tria Capitula. In primo, ponit talem *Concluſio.* concluſionem. *Ad Phyſicū ſpectat determinare de Motu.* Ad Phyſicum pertinet determinare de motu, quod probat, quia ad Phyſicum ſpectat determinare de natura, ergo, & de motu: patet conſequentia, quia natura non poteſt cognoſci, niſi per motum cùm diffiniatur per motum, ignorato enim motu, neceſſe eſt ignorare naturam.

Ad Phyſicum pertinet determinare de infinito, loco, vacuo, & tempore. Conſequenter ponit hanc concluſionem, ad Phyſicum pertinet determinare de infinito, loco, vacuo, & tempore. Probat primo de infinito quia determinato de motu, oportet determinare de his, quæ ſequuntur motum, cuiuſmodi eſt continuum. Motus enim eſt de numero continuorum, ſed continuum diffinitur per infinitum. Nam continuum eſt, quod eſt diuiſibile in infinitum. Secundò probat, de loco vacuo, & tempore, quia Phyſicus conſiderat de motu, ſed motus non poteſt eſſe ſine loco, vacuo, & tempore, & & hoc ſecundum famoſam opinionem antiquorum, qui ponebant vacuum. *Tres diuiſiones pro definitione Motus.* Deindè ponit tres diuiſiones valentes ad inueſtigationem diffinitionis motus. Prima eſt, entium quædam ſunt in actu: quædam verò in potentia. Secunda, entium quædam ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, quædam quantitatis, quædam qualitatis, quædam relationis, & ſic de alijs. Tertia, relatiuorum, quædam referuntur ad ſe inuicem ſecundum exceſſum, & defectum, vt duplum dimidij duplum. Alia ſecundum agere, & pati, mouere, & moueri, cuiuſmodi ſunt motiuum, & mobile. Motiuum enim dicitur relatiuè ad mobile, quia ſi aliquid eſt motiuum, alicuius mobilis eſt motiuum. *Duæ concluſiones. Prima.* Ex his inferuntur aliquæ concluſiones. Prima, motus nihil eſt præter ſub-

Digitized by Google

ſtantiam, quantitatem, qualitatem, & vbi: quia motus non eſt præter res, ad quas eſt motus: igitur motus non eſt præter ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem, & vbi. Ex hoc habetur, quod ad quatuor genera eſt per ſe motus, ſcilicèt ad ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, & vbi, & hoc capiendo motum largè. Secunda concluſio, motus non eſt *Secunda.* aliquid vniuocum ſecundum ſuum totum ambitum, quia inuenitur in pluribus prædicamentis, quibus nihil videtur eſſe commune vniuocum. Et dicit quòd in quatuor prædictis prædicamentis duplex eſt motus, ſcilicèt acquiſitiuus & deperditiuus, ſicut in ſubſtantia vnus eſt ad formam ſicut eſt generatio, alius eſt ad priuationem ſicut corruptio, & ſimiliter eſt in alijs. Finaliter infert quod motus, & mutationis ſunt tot ſpecies, quot entitates, ſupple acquiſibiles per motum.

Ex Textu Commenti 6. & indè.

Diuiſio autem ſecundum vnumquodque genus hac quidem eſſe endelechia, &c.

Istud eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus *Motus* ponit diffinitionem motus, dicens: Motus eſt actus en- *quid.* tis in potentia ſecundum quod huiuſmodi, quam diffini- *Motum eſſe* tionem probat ſex rationibus. Prima generatio eſt actus *actum entis* generabilis inquantum generabile. Corruptio eſt actus cor- *in potentia* ruptibilis ſecundum quod corruptibile. Augmentatio, eſt *probatur* actus augmentabilis ſecundum quòd augmentabile. Dimi- *ſex rationi-* nutio eſt actus diminuibilis ſecundum quòd diminuibile. *bus.* Alteratio eſt actus alterabilis inquãtum alterabile, & etiã loci *Prima* mutatio eſt actus loci mutabilis, inquantum loci mutabile: *Generatio,* ergo omnis mot⁹ eſt actus entis in potẽtia, & hoc probat iſta *Corruptio,* prima ratio. Secũda ratio, quæ probat quod motus ſit actus, *Augmen-* quia illud eſt actus per quòd aliquid dicitur actu moueri, ſed *tatio.* mobile dicitur actu moueri per motũ, igitur motus eſt actus. *Diminutio.* Tertia ratio, quæ probat, quod motus ſit actus entis in po- *Alteratio* tentia, quia omnis motus eſt actus eius, quod mouetur, ſed *quid ſint.* omne hoc, quod mouetur eſt in potentia. Quòd probat: *2. Ratio.* quia ſicut ſe habet mouere ad actum, ità ſe habet moueri ad *3. Ratio.* potentiam, ſed omne quòd mouet eſt in actu: ergo omne quod mouetur eſt in potentia. Quarta ratio probat, quod *4. Ratio.* motus ſit actus entis in potentia ſecundum quòd huiuſmodi. Pro qua ratione ſupponit, quod illud, quòd mouetur benè eſt in aliquo actu, & in potentia ad alium actum, vt illud quòd fit ſtatua, eſt in actu æs, & in potentia ſtatua: Sit

Google

ergo quarta ratio, vel æs mouetur ad ſtatuam ſecundū quod eſt in actu, vel ſecundum quod eſt in potentia, non ſecundū quod eſt actu æs, quia cùm eſſet actu ſtatua, adhuc moueretur ad ſtatuā, quod eſt falſum: igitur. Conſequenter remouet vnū dubiū: ex quo enim dictum eſt, quod idē ſubiectū benè ē ſimul in actu, & in potentia, dubitaret aliquis, vtrū actus, & potentia eiuſdē ſubiecti, ſint idē ſecūdū rōnē. Reſpōdet quòd actus, & potentia eiuſdē ſubiecti nō ſunt idem ſecundū rationem: ità quod non eadem ratio actus, & potentiæ, & hoc probat dupliciter. Primò æs mouetur ad ſtatuam ſecundum quod in potentia eſt, ità quòd dato quod non moueretur ad ſtatuam, non minùs eſſet æs. Secundò, ſi illa dicerentur eadē ſecundum rationem, hoc eſſet, quia ſunt eadem ſubiectiuè, ſed propter hoc non debent dici eadem, quia potentia ad ſanari, & potentia ad ægrotari ſunt idem ſubiectiuè, & tamen non ſunt idem ſecundum rationem, quia tunc idem poſſet ſimul ſanari, & ægrotari. Quinta ratio, probat totam diffinitionem, quia motus eſt illud, quo exiſtente immobili, mobile mouetur, & non prius, neque poſterius, igitur motus eſt actus entis in potentia ſecundū quod huiuſmodi. Sexta ratio, vel iſta diffinitio motus eſt concedenda, vel aliqua earū quā dabāt antiqui, ſed nō poteſt dici ſecundū. Dicebāt .n. antiqui mot⁹ eſt alteritas, vel quod motus eſt inæqualitas, vel nō ē ens ſed nullo iſtorū modorū benè diffinitur, quia ſi motus diffiniretur, quod eſt alteritas, vel inæqualitas, vel non ens, cuicūque ineſſet, vnum illorū ipſum moueretur, ſed non eſt neceſſe moueri ea, quæ ſunt altera, aut inæqualia, aut quæ non ſunt, igitur. Ex quo infert, quod primum eſt dicendum, ſcilicèt quod diffinitio motus eſt benè data.

Remouetur vnum dubium.

5. Ratio.

6. Ratio.

Finaliter inueſtigat aliam diffinitionem motus, ponens hanc concluſionem. Omne mouens Phyſicum mouetur, probat tribus rationibus. Prima, omne quod prius eſt in potentia, & poſtea in actu, quodammodo mouetur, ſed mouēs prius eſt in potentia, poſtea in actu: ergo mouens mouetur. Secunda ratio, cuiuſcunque ſua immobilitas eſt ſua quies, huic ineſt motus, ſed immobilitas mouentis dicitur eius quies: ergo ſibi ineſt motus. Tertia ratio, mouentia naturalia mouentur per contactum, in tali autem contactu mouens mouetur: quia omne agens in agendo repatitur. Ex his infert ſecundā diffinitionem motus, dicens. Motus eſt actus mobilis inquantum mobile.

Omne mouens phyſicum mouetur, quod probat tripliciter.

Motus quid ſit.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 13. & indè.

Dubium autem manifeſtum eſt, quod eſt motus in mobili actus enim huius, & ab hoc, &c.

Istvd eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus monet tres dubitationes. Prima, in quo eſt motus ſubiectiuè? Reſpondet, quod eſt ſubiectiuè in mobili, quia actus alicuius eſt in eo, cuius eſt actus, ſed motus eſt actus mobilis, & non mouentis, igitur eſt in mobili. Secũda dubitatio, vtrum ſit idem actus mouentis, & mobilis? Reſpondet Philoſophus, quod ſic, quod probat dupliciter. Primò, quia actus mouentis eſt, qui producitur, & procedit à mouente, & actus mobilis eſt, qui recipitur in mobili, ſed idem eſt actus, qui producitur à mouente, & recipitur in mobili, igitur. Secundò probat per ſimile, quia ſicut eſt idem ſpacium aſcenſus, & deſcenſus, ità eſt vnus actus agẽtis, & paſſi, mouentis, & mobilis, ſed diuerſimodè, eſt enim mouentis tanquam cauſæ, & mobilis tanquam ſubiecti. Tertia dubitio, vtrum actio, & paſſio ſint idem motus? Pro cuius ſolutione ſupponitur, quod actiui eſt aliquis actus, & paſſiui etiam eſt aliquis actus. Actiui dicitur actio, & paſſiui paſſio, & primo arguit Philoſophus, quod actio, & paſſio non ſunt diuerſi motus, quia ambo, vel eſſent in agente, vel ambo in patiente, vel actio in agente, & paſſio in patiente, vel è contra, non poſſunt dici duo prima, quia tunc omne agens eſſet patiens, & omne patiens agens, quod videtur eſſe falſum, nec poteſt dici tertium, quia actio eſt quidam motus, ſed motus non eſt in mouente, ſed in mobili, igitur. Nec poteſt dici quartũ, quia hoc eſſet nimis æquiuocè loqui de actione, & paſſione, quia tunc agens ageret paſſione, & patiens pateretur actione, quod eſt falſum.

Dubitationes circa motum incidentes. *Prima.* *Secunda.* *Tertia.*

Finaliter oſtẽdit, quod actio, & paſſio non ſunt vnus motus, quia ſi ſic, ſequerentur tria inconuenientia. Primum quod diuerſorum ſecundum ſpeciem, puta agentis, & patiẽtis, eſſet idẽ actus, quod non videtur verum. Secundum, quia tunc doctrinatio eſſet idem cum doctrina, & idem eſſet actio, & paſſio, quod eſt falſum, igitur. Tertium, quia tunc idem eſſet docere, & addiſcere, agere, & pati, & per conſequens omnis docens addiſceret. Soluit iſta inconuenientia. Ad primum dicit, quod non eſt inconueniens diuerſorum ſecundum ſpeciem eſſe eundem actum, ſecundum tamen diuerſas rationes, vt puta vnius vt principij, & alterius vt

ſubiecti. Ad ſecundum dicitur, quod non ſequitur, quod actio,& paſſio ſint propriè idē,ſed magis quod motus,cui in ſunt actio, & paſſio, ſit vnus,& idē. Vndè actio dicitur actus huius ab hoc,& paſſio in hoc. Ad tertium negat conſequentiam,nō enim ſequitur ſi doctrinatio, & doctrina ſint idem, quod docens addiſcat, nec quòd actio, & paſſio ſint idem, quod agens patiatur, ſicut eadem eſt diſtantia à Thebis ad Athenas, & de Athenis ad Thebas, & tamen non eſt idem diſtare.

Ex Textu Commenti 24. & indè.

Quoniam autem de natura ſcientia eſt circa magnitudines, & tempus & motum, quorum vnumcunque neceſſe eſt, &c.

Quod ad Philoſophū naturalem pertinet tractare de Infinito.

Iste eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus inueſtigat de infinito, an ſit, & quomodo ſit. Et cōtinet ſex Capitula. In primo oſtendit, quod ad naturalem Philoſophum pertinet determinare de infinito, quod probat ratione,& ſigno. Ratione ſic, ad Phyſicum pertinet determinare de magnitudine, motu, & tempore, ergo ad Phyſicum pertinet determinare de infinito. Patet conſequētia, quia finitum,& infinitum ſunt paſſiones motus, temporis, & magnitudinis. Signo probat ſic, quia omnes antiqui volentes tractare de rebus naturalibus fecerunt aliquam mētionem de infinito, ergo ad Phyſicum pertinet conſiderare de infinito. Deinde narrat opiniones antiquorum, & primò opinionem antiquorum nō naturaliter loquentium, ſcilicèt Platonis & Pythagoræ, dicebant enim, quod infinitum eſt ſubſtantia per ſe exiſtens,& non eſt ſicut accidens inhærens alicui. Differrent tamen iſti, quia, Pythagorici dicunt, quod infinitum non poteſt reperiri niſi in ſenſibilibus. Platonici verò dicunt ipſum reperiri tàm in ſenſibilibus, quàm in rebus abſtractis à ſenſibilibus. Secundò differrent, quia Pytagorici poſuerūt infinitum eſſe extra Cælum. Plato verò non poſuit ipſum eſſe extra Cælum. Tertio differrent, quia Plato ponebat infinitum eſſe magnum, & paruum. Pythagoras verò ponebat numerum parem, & hoc oſtendebat ratione,& ſigno. Ratione ſic, illud, quod per aliud terminatur & clauditur de ſe eſt infinitum, & illud, quod terminatur eſt finitum, ſed numerus par terminatur per numerum imparem, itá quod amplius non eſt diuiſibilis in duo æqualia, addita ſibi vnitate, vel numero impari. Signo ſic probat, quia ſicut in compoſitis numeris gnomonibus additis non

Opiniones Philoſophorum non naturaliter loquentiū.

Digitized by Google

variatur numerus,ſed in numerum parem, igitur numerus par eſt radix infinitatis. Conſequenter narrat opinionem philoſophorum naturaliter loquentium de infinito, qui conueniunt cum alijs in hoc, quod ponunt infinitum eſſe principium, ſed differunt ab eis, quia philoſophi non naturaliter loquentes ponunt ipſum eſſe ſubſtantiam, iſti verò ponunt ipſum eſſe accidens, & habere ſubiectum, ſicut Anaxagoras, & Democritus. Differunt tamen inter ſe, quia Anaxagoras poſuit illud componi ex ſimilibus corporibus infinitis: Democritus verò poſuit illud componi ex infinitis atomatibus differentibus in figura: Differunt ſecundò, quod Anaxagoras poſuit quodlibet fieri ex quolibet: Democritus verò non poſuit quodlibet fieri ex quolibet. Finaliter ponit aliquas proprietates, quas antiqui attribuebant infinito. Prima, infinitũ eſt principiũ, quod probãt: quia infinitum eſt principium, vel principiatum, ſed non eſt principiatum, cum non habeat principium, igitur eſt principium. Secunda, infinitum eſt ingenitum, & incorruptibile, quod probant, quia omne, quod generatur habet principium, ſed infinitum non habet principium, igitur. Tertia, infinitum continet; & gubernat omnia, quia primum principium debet omnia gubernare, ſed infinitum eſt huiuſmodi, igitur. Quarta, infinitum eſt quid diuinum, quia infinitum eſt incorruptibile, & immortale: igitur eſt quid diuinum.

Opinio Philoſophorum naturaliter loquentiũ.

Proprietates motus attributa ab antiquis.

Ex Textu Commenti 31. & indè.

Eſſe autem aliquid infinitum fides ex quinque contingit vtique maximè intendentibus, &c.

Istvd eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus oſtendit, vtrum infinitum ſit, vel non, & diuiditur in duas partes. In prima ponit quinque rationes probantes infinitum eſſe. Prima. Tempus eſt: ergo infinitum eſt, conſequentia patet, quia tempus eſt infinitum, cum ſecundum philoſophum non inceperit, neque deſinet eſſe. Secunda ratio. Magnitudo eſt diuiſibilis in infinitum: ergo infinitum eſt. Tertia ratio. Generationes, & corruptiones ſunt perpetuæ: ergo infinitum eſt, quia non poſſunt eſſe generationes perpetuæ, niſi ſit aliquod principium materiale infinitum, ex quo in infinitum generentur res. Quarta ratio, finitum finitur, & terminatur ad aliquod extra ipſum, vel ergo illud extra ipſum eſt finitum, vel infinitum. Si infinitum habetur propoſi-

An detur infinitum.
Infinitum eſſe probatur quinque rationibus.
Prima ratio.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

tum, ſi finitum, ergo finitur ad aliquid extra ipſum, & iterum quæretur de illo alio, & ſic eſſet proceſſus in infinitum.

Quinta. Quinta ratio, ſicut eſt apud imaginationem, vel intellectum, ità eſt in re, quia non contingit intellectum deficere, cùm ipſe moueatur à rebus, ſed intellectus intelligit numerum maiorem quocunque numero dato, & magnitudinem maiorem quacunque magnitudine data. Item contingit imaginari infinitum ſpacium, vel ergo illud ſpacium vbique erit plenum, vel vacuum. Si plenum, hoc erit corpore infinito. Si vacuum? ergo poterit repleri per corpus, & non niſi per infinitum, igitur. Et infert, quod ſi vacuum poſſit repleri per corpus infinitum, erit plenum per tale corpus, quia in perpetuis non differunt eſſe, & poſſe.

In perpetuis non differunt eſſe, & poſſe.

Infinitum dicitur quinque modis. Subdit conſequenter quod infinitum dicitur quinque modis. Primò dicitur infinitum, quod non eſt finitum, nec terminatum, nec aptum natum terminari, quemadmodum vox dicitur inuiſibilis, quia non videtur, nec eſt apta nata videri, & iſtud dicitur infinitum negatiuè. Secundo modo dicitur infinitum, quod habet quantitatem, ſiue magnitudinem omninò impertranſibilem, & iſtud dicitur infinitum contrariè. Tertio modo dicitur infinitum, quod habet quantitatem finitam, quæ tamen non poteſt pertranſiri propter impotentiam tranſeuntis, & ſic ſpacium ab Oriente in Occidens dicitur infinitum. Quarto modo dicitur infinitum, quod non habet finem, tamen aptum natum eſt habere, & illud dicitur infinitum priuatiuè, cuiuſmodi eſt linea carens punctis. Quinto modo dicitur infinitum, in quo eſt ſemper actus coniunctus potentiæ. Et iſtud eſt triplex, ſcilicèt ſecundum appoſitionem, ſecundum diuiſionem, & ſecundum appoſitionem, & diuiſionem ſimul.

Infinitum non eſſe probat Philoſophus. In ſecunda parte probat Philoſophus infinitum non eſſe, & ponit tres concluſiones. Prima. Infinitum non eſt ſeparatum à ſenſibilibus. Probat tribus rationibus. Prima, ſi aliquid ſit infinitum, & ſit ſeparatum à ſenſibilibus, tunc illud non erit magnitudo, nec multitudo, cùm quodlibet tale ſit ſenſibile. Secunda ratio, impoſſibile eſt aliquod eſſe infinitum niſi ſecundum magnitudinem, & multitudinem, ergo impoſſibile eſt aliquod eſſe infinitum ſeparatum à ſenſibilibus. Patet antecedens, quia infinitum eſt per ſe paſſio magnitudinis, & multitudinis. Tertia ratio, quia vel illud infinitum ſeparatum à ſenſibilibus eſſet partibile, vel

Digitized by Google

impartibile. Non partibile, quia tunc eſſet ſenſibile: quia oporteret ipſum eſſe quantum. Secunda concluſio: Nullum corpus eſt infinitum, quia nullum corpus ſuperficie terminatum eſt infinitum, ſed omne corpus eſt ſuperficie terminatum: igitur. Tertia concluſio: Nullus numerus eſt infinitus, quia nullum numeratum eſt infinitum, igitur nullus numerus eſt infinitus.

Ex Textu Commenti, 41. & indè.

Phyſicè autem magis conſiderantibus ex his erit manifeſtum neque enim compoſitum poſſibile eſt extra, &c.

Istvd eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quod nullum corpus ſenſibile eſt actu infinitum, quod probat quinque rationibus. Prima, vel illud eſſet ſimplex, vel compoſitum, ſed nullum illorum eſt dicendum, igitur. Primo non compoſitum, quia vel componeretur ex infinitis, vel vno finito, & alio infinito, non ex infinitis, quia non eſt ponenda multitudo infinita. Nec ex vno finito, & alio infinito, quia elementa, ex quibus componitur corpus mixtum, ſeu compoſitum, dicuntur eſſe adæquata, ſic quod inter ipſa ſit æqualis proportio, ſed finiti ad infinitum nulla eſt proportio, igitur vnum non poteſt eſſe finitum, & aliud infinitum, cum infinitum ſit virtutis infinitæ, & ſic corrumperet aliud. Deinde remouet vnam cauillationem, diceret enim aliquis, quod non oportet corpus infinitum excedere aliud corpus, vel alia corpora in virtute, quia videmus multoties magnum corpus eſſe minoris virtutis. Reſpondet, quod quamuis virtus maioris corporis quæcunque non excedat virtutem minoris corporis, tamen tantùm poteſt addi corpori maiori, quod eius virtus, excederet virtutem minoris corporis, & ſi fiat additio in infinitum, quemadmodum in corpore infinito, excedit aliud corpus in virtute. Secunda ratio, pro qua premittit aliquas ſuppoſitiones. Prima, omne corpus naturale eſt aptum natum eſſe in aliquo loco naturali, ità quod vniuſcuiuſque eſt aliquis locus naturalis. Secunda ſuppoſitio, idem eſt locus totius, & partis, vt totius terræ, & vnius glebæ: totius terræ, quæ ſic eſt intelligenda, totum inclinatur ad eundem locum, ad quem partes, & è contrariò. Iſtis ſuppoſitis formatur ſecunda ratio, ſi eſſet aliquod corpus ſenſibile infinitum, vel eſſet Homogeneum, vel Heterogeneum, ſed nullum eſt di-

Nullum corpus ſenſibile eſſe actu infinitum.

Probat quinque rationibus.

Prima ratio.

Finiti ad infinitum non eſt proportio.

Remouetur vna Cauillatio.

Secunda ratio.

cendum, igitur. Quod non ſit Homogeneum patet, quia cum omne corpus ſit in aliquo loco, tunc tale eſſet in loco, vel ergo in loco naturali, vel non naturali. Si in loco naturali, cum locus ſit adæquatus locato, oportebit locum naturalem eſſe infinitum, & per conſeqnens extra ipſum non erit alius locus, & tunc tale corpus infinitum perpetuo quieſceret in ipſo loco. Si vero eſſet in loco non naturali, diſtaret in infinitum à loco naturali, & per conſequens nunquam perueniret ad locum naturalem: ergo ſi poneretur tale corpus ſenſibile infinitum Homogeneum, deſtrueretur motus, vel quies, ſed vtrunque eſt impoſſibile, igitur. Quod autem tale corpus non ſit Heterogenum, patet, quia tunc componeretur, vel ex finitis, vel infinitis, ſecundum magnitudinem, & multitudinem. Non primum, quia ex finitis non reſultat niſi finitum. Nec ex infinitis, quia cum cuilibet corpori debeatur locus naturalis, ſequeretur, quod infinita eſſent loca: quia tunc eſſent infinita locata. Tertia ratio principalis. Omne corpus ſenſibile eſt graue, vel leue. Si graue, ergo naturaliter fertur ad medium. Si leue: ergo naturaliter fertur ſurſum, ſed in infinito non eſt dandum ſurſum, neque medium, ergo non eſt ponẽdum aliquod corpus ſenſibile actu infinitum. Quarta ratio. Omne corpus ſenſibile eſt in aliquo loco, ſed quilibet locus eſt determinatus, & finitus: ergo quodlibet corpus eſt determinatum, & finitum, ergo nullum eſt infinitum. Quinta ratio. Nullus locus eſt actu infinitus, ergo nullum corpus eſt actu infinitum. Patet conſequentia, quia vnicuique corpori debetur locus proprius. Antecedens patet, quia ſolum ſunt ſex differentiæ loci, ſcilicèt, ſurſum, deorſum, dextrum, ſiniſtrum, antè, & retro, quæ ſunt finitæ, igitur.

Tertia ſuppoſitio.

Quarta ſuppoſitio.

Quinta ſuppoſitio.

Ex Textu Commenti 56. & indè.

Quod quidem igitur actu non ſit corpus infinitum, manifeſtum ex his, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus inquirit, quomodo infinitum eſt, & quomodo infinitum non eſt, & intendit duas concluſiones. Prima, infinitum aliquo modo eſt, & aliquo modo non eſt, patet, quia infinitum non eſt illo modo, quo dicimus corpus ſenſibile eſſe actu infinitum, & tamen eſt aliquo modo, quod non poteſt negari propter tria. Primo propter tempus, quod neque incipit, neque deſinet eſſe. Secundo propter magnitu-

Quomodo infinitũ eſt, & quomodo non eſt.

dines, quæ in infinitum ſunt diuiſibiles. Tertio propter numerum, nam omni numero dato, in infinitum poteſt dari maior. Secunda concluſio. Infinitum eſt in potentia, quæ non reducitur ad actum completum, ſed benè ad actum incompletum. Nam infinitum eſt in actu, ſicut dies, & Agon, ſed iſta nunquam reducuntur ad actum completum, igitur. Agon enim eſt quidam ludus, ſolitus fieri antiquitus in Olympia, cuius partes nunquam erant ſimul, ſed vna poſt aliam. Vndè aliquid dicitur eſſe in potentia ad actum dupliciter: vno modo ad actum completum, ſicut cuprum eſt in potentia ſtatuæ. Alio modo in potentia ad actum imperfectum, ſicut dies, & annus, quæ nunquam ſunt in actu completo, cum partes eorum ſimul non poſſint eſſe, ſed in ipſis ſemper eſt aliquid accipiendum.

Conſequenter dicit Philoſophus, quod infinitum reperitur tam in permanentibus, quàm in ſucceſſiuis, ponens duas conuenientias inter ipſa. Prima eſt, quod vtrobique ratio infinitatis in hoc conſiſtit, quod eſt accipere ſemper aliud poſt aliud, & nunquam eſt totum acceptum. Secunda eſt, quod vtrobique acceptum eſt finitum, licèt infinita ſint accipienda. Ex quo infert quod infinitum non eſt tale ens ſicut homo, vel domus, cuius omnes partes ſimul accipiuntur. Sed differentia eſt, quia in permanentibus pars prius accepta manet cum parte accipienda, ſed in ſucceſſiuis non manet.

Finaliter ponit tres partias concluſiones. Prima. Magnitudini conuenit infinitum ſecundum diuiſionem in partes eiuſdem propoſitionis, licèt non eiuſdem quantitatis, quia illo modo, quo magnitudo non poteſt conſumi, ipſa eſt infinita, ſed accipiendo partes eiuſdem proportionis nunquam conſumetur magnitudo, igitur. Secunda concluſio. Magnitudini conuenit infinitum per appoſitionem partiũ eiuſdem proportionis, licèt, non per appoſitionem eiuſdem quantitatis. Prima pars patet, quia quod ab vna magnitudine aufertur, poteſt alteri apponi, ſed infinitæ partes eiuſdem proportionis poſſunt auferri à magnitudine, igitur. Secunda pars patet, quia à magnitudine non poſſunt auferri infinitæ partes eiuſdem quantitatis, igitur. Tertia concluſio. Plato malè locutus eſt de infinito, quia poſuit infinitũ eodem modo reperiri in magnitudinibus ſecundum appoſitionem, & diuiſionem, non poſuit etiam infinitum in numeris, nec ſecundum diuiſionem, nec ſecundum appoſitionem, quia ſecundum eum eſt ſtatus ad decem, quia nu-

Tres concluſiones.
Prima.
Secunda.
Tertia.

meri, qui fiunt vltra decem, ſunt eiuſdem ſpeciei cum prioribus.

Ex Textu Commenti 62. & indè.

Accidit autem contrarium eſſe infinitum, quoniam ſicut dicunt, non enim, &c.

Infinitum quid, & vndè in rebus naturalib. reperitur.

ISTVD eſt Quintum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quid eſt infinitum, aſſignando cauſam infinitatis, & diuiditur in duas partes principales.

Infinitum quid ad mentem antiquorũ.

In prima dicit, quod aliter debet diffiniri infinitum, quàm antiqui diffiniebant: dicebant enim, quod infinitum eſt, extra quod nihil eſt. Quæ diffinitio non eſt bona, quia diffinitio conueniens toti, & perfecto, non eſt bona diffinitio infiniti, ſed talis eſt huiuſmodi. Nam eſt diffinitio totius: ergo, & perfecti, cùm totum, & perfectum ſint idem. Vndè perfectum eſt, cui nihil perfectionis deeſt, totum eſt, cuius nihil eſt extrà. Debet ergo aliter diffiniri infinitum. Infinitum eſt cuius quantitatem accipientibus ſẽper eſt aliquid extrà ſumere. Quod probat ſigno antiquorum, qui dicebant anulos eſſe infinitos, eo quod quacunq; parte accepta cõtingit aliã accipere. Et ex iſto ponit quinque proprietates infiniti. Prima, infinitum habet modum materię, eo quod eſt in potentia, ſicut materia. Secunda, infinitũ non cõtinet, ſed cõtinetur, ſecundum quod infinitũ. Tertia, infinitum ſecũdum quod infinitum, eſt ignotum. Quarta, infinitũ magis habet rationem partis, quàm totius, quia habet rationẽ materiæ, q̃ eſt pars. Quinta, infinitum non continet ſenſibilia, & intelligibilia, quia incõueniens eſt, & impoſſibile ignotum, & indeterminatum omnia continere.

Infinitum quid ſit.

Infiniti quinq; proprietates.

Aſſignatur cauſa infinitatis, & ponũtur quinq; concluſiones. Prima.

In ſecunda parte aſſignat cauſam infinitatis in entibus naturalibus, & intendit quinq; concluſiones. Prima. In magnitudinibus nõ eſt procedere in infinitũ, ſecũdum appoſitionẽ, ità quod in omni magnitudine data, contingat dare maiorẽ, licèt omni magnitudine data, cõtingat dare minorẽ. Probat primam partẽ, quià quantùm cõtingit corpus, vel magnitudinem eſſe in potẽtia, tãtùm contingit ipsũ eſſe in actu, ſed nõ contingit corpus actu eſſe infinitũ, vt iam probatum eſt: igitur. Secunda cõcluſio: In numeris nõ eſt infinitum ſecũdum diuiſionem, quamquàm benè poſſit ſecundum appoſitionem. Prima pars patet: quia nullum compoſitum ex indiuiſibilibus eſt diuiſibile in infinitum: ſed numerus eſt huiuſmodi: quia cõponitur ex vnitatib. igitur. Secunda pars patet, quia quantũ aufertur per diuiſionẽ à magnitudine, tantũ

Secunda.

attribuitur numeris per appoſitionē, ſed magnitudo eſt diuiſibilis in infinitū, igitur numerus eſt augmentabilis in infinitum. Tertia cōcluſio: Infinitū non eſt vna natura, quę primò & per ſe dicetur de magnitudine, motu, & tempore, quia primò dicitur de magnitudine, cum propter diuiſionem magnitudinis ſequatur diuiſio motus, & ſecundò dicitur de motu, & tertiò de tēpore. Quarta concluſio: Magnitudinem nō eſſe infinitam, non tollit conſiderationē Mathematicorū, quia tali nō indigent Mathematici, cū in ſuis demonſtrationib. nunquā vtātur quantitate infinita, ſed quantitate finita. Quinta cōcluſio: Infinitū reducitur ad cauſam materialem, quia infinito cōuenit ratio priuationis, & potentiæ, reſtat .n. ſēper aliquid eius in potētia ad vltra accipiendū, ſed materia eſt, cui propriè cōuenit priuatio, & potentia: igitur. Et hoc patet teſtimonio antiquorū, qui vſi ſunt infinito tanquā materia, ideò inconueniens eſt ipſum infinitum dici continens, & contentum.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Ex Textu Commenti 73. & indè

Reliquum autem eſt aggrediendum, ſecundum quas rationes infinitum, &c.

Istvd eſt Sextum Capitulum, & vltimū, in quo Philoſophus ſoluit rationes factas in ſecundo Capitulo, quæ probabant, quod eſſet infinitū in actu, & dicit, quod illorū rationū, quædā non neceſſariò cōcludunt, & quędā aſſumunt falſum. Et ſoluit primò tertiā rationem, dicens, quod licèt generationes ſint infinitæ per ſucceſſionē, non tamē propter hoc ponēdum eſt aliquod corpus ſēſibile actu infinitum, quia ad corruptionē vnius ſequitur generatio alterius, & ſic materia, q̄ erat pars rei, q̄ corrumpitur, fit pars eius, quod generatur, tamē ſecundū fidem tenendū eſt, quod generationes nō ſunt infinitę ſecūdum ſucceſſionē, ſed inceperūt, & deſinent eſſe. Deindè ſoluit quartā raōnem, negādo, quod illud, quod finitur, finiatur per aliquid aliud extrinſecū, ſed finitur per ſuam ſuperficiē, vel partē intrinſecam. Deindè ſoluit quintam rationē, q̄ erat de imaginatione, dicēs, quod imaginationi non eſt credendū, imaginationi .n. credere incōueniens eſt, fallit enim ſæpe imaginatio. Propterea ſoluit primā raōnem dicēs quod tēpus nō eſt infinitū, niſi ſecūdum potētiam diuiſionis, & ſimiliter mot⁹. Deindè ſoluit ſecundā, dicēs, quod magnitudo nō eſt actu in infinitū diuiſa, ſed eſt ſolū infinita ſecūdū potentiā diuiſionis, & ſimiliter numerus eſt infinitus ſecūdum potentiam appoſitionis, neutrum tamen eorum eſt infinitum actu.

Soluit rationes tam factas.

PHYSICORVM LIBER QVARTVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

Similiter autem neceſſe eſt Phyſici de loco ſicut, & de infinito conſiderare ſi eſt, aut non, & quomodo eſt, & quid eſt. Eo namque quæ ſunt, omnes opinantur alicubi eſſe. Quod enim, &c.

Loci, quam difficilis conſideratio, & quod ad phyſicũ ſpectat determinare de eodem.

ISTE eſt Quartus Liber Phyſic. Ariſtot. in quo determinat de loco, vacuo, & tempore, & diuiditur in tres Tract. In primo determinat de loco, & continet ſeptem Cap. In primo, diſputat, an ſit locus præmittens hanc concluſionem. Ad Phyſicum ſpectat determinare de loco ſi eſt, quomodo eſt, & quid eſt, probat duabus rationibus. Prima, ad Phyſicum ſpectat determinare de paſſionibus cõuenientibus entibus, naturalibus, ſed locus eſt huiuſmodi. Nã dicebant antiqui, quod quicquid eſt, eſt in loco, & quod non eſt, nullibi eſt, vt ficticia, ſicut chimera, & Tragelaphus. Secunda ratio, ad phyſicum pertinet determinare de motu locali, qui non eſt ſine loco, ergo etiam habet determinare de loco. Deindè ponit ſecundam concluſionem, quæ eſt hæc. Conſideratio de loco eſt difficilis, quod probat, quia conſideratio loci conſiderantibus diuerſas proprietates loci apperet eſſe alia, & alia, nam propter terminare locatum, videtur quòd ſit forma, & propter recipere locatum, videtur quòd ſit materia, igitur. Conſequenter ponit tertiam concluſionem, quæ eſt hæc. Locus eſt, quod probat quadrupliciter. Primò ſic, tranſmutatio localis eſt, ergo locus eſt. Antecedens patet, quia vbi nunc eſt aqua, aliquando fuit aër, & è contrà. Conſequentia patet, quia tranſmutatio localis non poteſt eſſe ſine loco, cum locus ſit receptaculum corporis moti localiter. Ex quo patet, quod locus eſt aliud à locato, quia manet idem locus variato locato. Secundò ſequitur, quod poteſt eſſe ſucceſſio diuerſorum corporum in eundem locum numerus. Secundò probat, illud, ad quod tendunt naturaliter corpora naturalia, eſt

Prima concluſio.

Secunda concluſio.

Tertia concluſio.

Digitized by Google

eſt aliquid in rerum natura, locus eſt huiuſmodi, igitur. Videmus.n.aliqua corpora ferri ſurſum, & aliqua deorſum, & hoc,quia locus habet virtutē conſeruatiuam locati,& ſubdit quod ſex differentiæ loci non ſolum reperiūtur in vniuerſo per comparationē ad nos, ſed ex natura rei,quia illæ differētiæ loci ſemper manēt eædem: ſed ſurſum, & deorſum, quæ ſunt in reſpectu ad nos,nō ſemper manent,igitur. Tertiò probat concluſionē principalem, auctoritate antiquorū dicentiū mundum generari,& ante generationem eſſe vacuum,& quoddā chaos eius. Ex quo dicebant mundum generari, & poſtea recipi in illo vacuo tāquā in loco igitur. Quartò,probat auctoritate Heſiodi Poētæ dicētis factum eſſe vnū Chaos & vacuū, & poſtea ex eo facta eſt terra lata, vt ſit receptaculū eorum,quæ ſunt.Conſequenter ponit ſex rationes probātes locum nō eſſe. Prima. Si locus eſſet, vel eſſet corpus, vel aliud à corpore: nō corpus,quia cum locatum ſit corpus, & eſt ſimul cum loco, duo corpora eſſent ſimul,quod eſt falſū: nec ſecundū,quia locus habet tres dimēſiones, ſed omne tale eſt corpus,igitur.Secunda ratio,ſi ſit ponēdum aliquod receptaculum corporis naturalis, aliud à corpore,quod ſit locus, ergo à ſimili erit ponendū aliquod receptaculum diſtinctū à ſuperficie,quod erit locus ſuperficiei,& etiam aliquod, quod erit locus lineę,& puncti, quod eſt falſum,quia locus puncti cum ſit indiuiſibilis, & ſibi conueniat diffinitio puncti,non diſtinguitur à puncto,igitur. Tertia ratio,ſi locus ſit, vel eſt elemētum,vel de numero corporeorum,vel incorporeorum, ſed nullū illorū eſt dicendum,igitur. Primò,quod nō ſit elemētum patet, quia elemētum corporis ſenſibilis eſt corporeum. Secundò,quòd nō ſit corporeū,quia omne tale eſt corpus,ſed locus nō eſt corpus,igitur. Tertiò,quòd nō ſit de numero incorporeorū, quia nullum corporeum habet magnitudinem, ſed locus habet magnitudinem,cū ſit ęqualis locato,igitur. Quarta ratio,ſi locus eſſet aliquid, aut eſſet principiū,aut cauſa rei, cùm habeat virtutem conſeruatiuā locati, ſed hoc eſt falſum, quia tunc oporteret, quod eſſet materia, vel forma,quod nō eſt dicendum, cum locus ſit extrinſecus rei locatæ. Quinta ratio, omne quod eſt,alicubi eſt: ergo ſi locus ſit,erit in loco,&ſic loci erit locus,quod eſt falſum: igitur. Sexta ratio,ſi locus eſſet aliquid,eſſet æqualis locato,ergo augmentato locato,augmentabitur locus, quod eſt falſum, quia omne,quod augmentatur eſt corpus, igitur.

Heſiodi Poëtæ Auctoritas.

Y

Ex Textu Commenti 14. & indè.

Quoniam autem aliquid quidem ſecundum ſe, aliud verò ſecundum, &c.

Locus an ſit materia, vel forma. Locus eſt duplex.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus inquirit, vtrum locus ſit materia, vel forma? Pro quo ſupponitur, quod duplex eſt locus. ſ. communis, & proprius. Locus proprius eſt, qui nihil aliud continet, quàm corpus, cuius eſt locus, ſed locus communis eſt, qui cum alio corpore continet alia, vel aliquid aliud, tunc arguit, quòd locus ſit forma: locus eſt terminus rei locatę, cùm ſit illud, quod acquiritur per motū, ſed de ratione formæ eſt terminare, & eſſe terminus rei locatæ: igitur locus eſt forma. Quod ſit materia, probat dupliciter. Primò, quia locus recipit locatum, ſed de ratione materię eſt recipere: igitur. Secundò probat auctoritate Platonis in Thimeo, dicentis locum, & materiam eſſe idem.

Philoſophus probat quinque rationibus locū non eſſe materiam, nec formam.

Conſequenter probat Philoſophus quinque rationibus. quod locus non ſit nec materia, nec forma. Prima ratio, proprietates loci non conueniunt nec materiæ, nec formæ: igitur. Vndè tres ſunt proprietates loci. Prima, quod corpus locatum ſine ſui corruptione dimittit locum, in quo eſt, & non poteſt dimittere materiam, nec formam eius; igitur. Secunda, locus nō eſt pars locati: ſed materia, & forma ſunt partes locati: igitur. Tertia, locus habet modum vaſis continentis rem extrinſecè, & eſt ſeparabilis ab ipſa, ſic autem non eſt de materia, & forma: igitur. Secunda, ratio omne corpus naturale mouetur naturaliter ad ſuum locum, & non mouetur ad materiam, & formam, quia habet eas in ſe, & locus non eſt materia, nec forma. Tertia ratio, ſurſum, & deorſum ſunt differentiæ loci, & non materiæ, vel formæ: igitur Quarta ratio, ſi locus eſſet materia, vel forma, ſequeretur, quòd locus moueretur de neceſſitate cum locato, ſed hoc eſt falſum: igitur. Quinta ratio ſi locus eſſet forma, tunc quādo ex aëre fit aqua, locus eſſet corruptibilis, quod eſt falſum, quia dicimus illam aquam nunc eſſe, vbi ante fuit aër: igitur.

Ex Textu Commenti 23. & indè.

Poſt hæc autem accipiendū eſt, quot modis aliud in alio dicitur eſſe, &c.

Modi eſſendi in, qui, & quot. Primus, & Secundus.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Ariſt. determinat de modis eſſendi in: dicens, quod octo ſunt modi eſſendi (in.) Primus, quando aliquid eſt in alio, ſicut pars integralis in toto, vt digitus in manu. Secundus, ſicut totum

in partibus, vt domus iu parietibus, non enim præter partes eſt totum, ideſt, totum non poteſt habere eſſe extra ſuas partes. Tertius, ſicut ſpecies in genere vt homo in animali. Quartus, ſicut genus eſt in ſpecie, & omnes partes ſpeciei in ſpecie. Quintus, ſicut forma in materia, vel accidens in ſubiecto. Sextus, ſicut res eſt in ſuo efficiente, vt regnũ in Rege. Septimus, ſicut res ordinata in finem dicitur eſſe in fine. Octauus ſicut aliquid eſt in vaſe, & vt vniuerſaliter locatum in locato.

Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octauus.

Deinde remouet vnam dubitationem, ſcilicet vtrum aliquid ſit in ſeipſo, ſi quis diceret, quod aliquid eſſet in ſeipſo, tunc non oporteret locum eſſe aliquid aliud à re locata? Pro cuius ſolutione ſupponitur, quod aliquid dicitur eſſe in aliquo tripliciter, ſcilicet per ſe primò, quod eſt in aliquo secũdum ſe totum, & ſecundum quamlibet partem ſui, vt albedo eſt in pariete. Secundò; aliquid dicitur eſſe in aliquo primò, ſed non per ſe, ſed per accidens: putà, quod eſt in aliquo ratione alicuius extrinſeci, quod eſt in illo: & homo dicitur eſſe in mari, quia eſt in naui, quæ eſt in mari. Tertiò, aliquid dicitur eſſe in aliquo per alterũ, putà, quod eſt in aliquo ratione partis, & ſic albedo dicitur eſſe in homine, quia eſt in corpore. Item ſcientia dicitur eſſe in homine ſecundum alterum j. partem, putà ſecundum animam. Tunc reſpondet Philoſophus ponendo duas concluſiones. Prima, non contingit aliquid eſſe in ſeipſo primò, & per ſe, quemadmodum albedo eſt in corpore, quod probat, quia ſi aliquid eſſet in ſeipſo primò, & per ſe, puta amphora vini, intelligendo per amphoram vini, aggregatum ex vino, & vaſe, ſequeretur, quod amphora eſſet vinum, quia vinum poſitum in amphora eſt in ea per ſe primò, ergo ſi amphora vini ſit in ſeipſa per ſe primò, ſequeretur, quod amphora, & vinum eſſent idẽ. Secũda concluſio, non cõtingit idem eſſe in ſeipſo primò, & ſecundũ accidẽs, quia ſequeretur, quod duo corpora eſſent ſimul in eodem loco, quod videtur falſum, patet conſequentia, quia ponatur, quod amphora ſit in ſeipſa primò, hoc eſt ſecundũ ſe totam cõtinet ſe totã, & ex quo amphora eſt in ſeipſa per accidens, oportet, quod aliquid ſit ſibi ipſi intimius .ſ. illud ratione cuius per accidẽs dicitur eſſe in ſeipſo, & vbi eſt illud, ibi eſt ipſa amphora, ergo duo corpora eſſent ſimul in eodem loco.

Vtrum aliquid ſit in ſeipſo.

Aliquid eſt in ſeipſo tripliciter.

Non cõtingit aliquid eſſe in ſeipſo primò, & per ſe.

Non cõtingit idem eſſe in ſeipſo primò, & ſecundum accidens.

Zeno.

Deinde remouet opinionem Zenonis dicentis, quod locus nõ eſt, quia ſi eſſet, eſſet in aliquo loco, & per cõſequens eſſet proceſſus in infinitum: igitur. Reſpõdet Philoſophus, quod conſequentia non valet, locus eſt in aliquo, ergo locus eſt in aliquo loco, quia poteſt eſſe in alio ſecundum alium modum eſſendi, in.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 30. & indè.

Quid autem fortè ſit locus, ſic fiet vtique manifeſtum. Accipiamus, &c.

Suppoſita quinque pro diffinitione loci.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo præmittit quaſdam ſuppoſitiones, ſiue conditiones valentes, ad diffinitionem loci. Quarum prima, locus continet locatum, & nihil eſt ipſius locati, hoc eſt nō eſt pars eius. Secūda, locus nō eſt maior, nec minor locato, ſed eſt æqualis locato: quod ſic intelligitur, locus proprius tantū cōtinet, quantū eſt adæquatè, ipsū locatū, & nō plus, nec minùs. Tertia, nulli corpori deficit locus, ſed omne corpus habet locū. Quarta, locus eſt ſeparalis à locato, & è conuerſo ſine corruptione. Quinta, in loco inueniuntur differentiæ poſitionum ex natura rei, ſcilicèt ſurſum, & deorſum, & ſic de aliis.

Quatuor conditiones bonæ diffinitionis.

Deindè ponit quatuor cōditiones requiſitas ad bonā diffinitionem. Prima eſt, diffinitio debet explicare, quid eſt res ſignificata per diffinitum. Secunda, quod per diffinitionem poſſint ſolui obiectiones circa diffinitum contingētes. Tertia, quod per illam diffinitionem cognoſcātur proprietates cōuenientes diffinito. Quarta, quod per diffinitionē manifeſtētur oēs difficultates circa diffinitum cōtingentes, & ſubdit, quod quando habeantur iſta, diffinitio erit bona.

Suppoſitiones pro diffinitione loci, Aliquid mouetur dupliciter.

Conſequenter ponit quaſdam ſuppoſitiones, valentes, ad diffinitionem loci. Prima: Si non fuiſſet motus localis, non fuiſſet facta inquiſitio de loco. Secunda. Aliquid mouetur dupliciter: per ſe, & per accidens. Illud mouetur per ſe, quod eſt aliquid per ſe exiſtēs diuiſum ab omni alio, quod nō eſt pars eius, vt homo, vel lapis, ſed illud mouetur per accidens, quod mouetur ad motum alterius, & iſtud eſt duplex, quia quoddā eſt, quod natum eſt moueri per ſe naturaliter, aliud eſt, quod nō poteſt per ſe moueri naturaliter, ſicut accidētia, quæ non poſſunt per ſe ſubſiſtere. Tertia, corpus continens locatum, aliquando nō eſt proprius locus ipſius locati, quia locus proprius debet eſſe æqualis locato, ità quod non debet plus continere, quàm locatum, ſed corpus continens non eſt aliquando æquale locato, cùm aliquando plus contineat, ſicut aër continens Sortem non eſt propriùs locus Sortis. Quarta, quando continens eſt continuum contento, tunc corpus contentum non eſt in illo ſicut in loco, ſed ſicut pars in toto. Quinta, in primo vltimo, ue in vltima ſuperficie corporis, continentis eſt res, ſicut

Locus proprius debet eſſe loco æqualis.

Digitized by Google

in loco. Vndè locatum per ſe mouetur in loco, & non ad motum loci.

Ex Textu Commenti 25. & indè.

Iam igitur manifeſtum eſt ex his, quid locus, ferè enim quatuor ſunt, &c.

Istud eſt Quintum Capitulum, in quo Philoſophus inueſtigat diffinitionem loci, ponēdo aliquas concluſiones. Prima, locus videtur eſſe fōrma, & tamē non eſt. Ratio primi eſt: quia formæ eſt determinare, ſed locus terminat locatum, & eſt terminus motus localis: ergo locus videtur eſſe forma. Rō ſecundi eſt: quia forma eſt terminus corporis locati, ſed locus eſt terminus corporis continētis, igitur locus non eſt forma. Secunda cōcluſio, locus videtur eſſe ſpacium ſeparatum: ſed tamen non eſt tale ſpacium. Ratio primi eſt, quia locus manet idem, vbi corpora. ſ. aër, aqua, & huiuſmodi tranſmutātur, & ibi ſemper manet eadem diſtantia laterum, & vaſis aquę. Secundum probat dupliciter. Primò, quia ſi tale ſpacium poneretur eſſe locus, ſequeretur, quòd eſſent loca actu infinita, ſed hoc eſt falſum, igitur. Conſequentia patet: quia quęlibet pars locati, puta aëris, vel aquæ, haberet locū æqualē ſibi, ſed infinitæ partes sūt in locato, ergo eſsēt loca actu infinita. Secūdò ſic, quia illud ſpaciū eſſet corpus, ſed omne corpus eſt in loco, & ſic eſſet proceſſus in infinitum. Et quia aliquis ſoluēdo primam rationem, poſſet dicere quod vna pars nō habet locū per ſe diuiſum à loco alterius partis, ideò non eſt in loco per ſe. Reſpondet Philoſoph quod talis euaſio eſt nulla, quia ſequeretur, quòd nullū corpus quantūcunq; eſſet, haberet per ſe locū, niſi totus mūdus, quia totus mūdus eſſet in vno ſpacio ſibi æquali, ſed nullum aliū haberet locum diſcontinuatum à loco alterius. Tertia concluſio, locus videtur eſſe materia, & tamē non eſt. Ratio primi eſt, quia vtrunque eſt receptiuum tranſmutationis, nam ſicut in eodem ſubiecto per alterationem priùs eſt nigredo, poſtea albedo; ità in eodem loco prius eſt aër, & poſtea aqua. Secundum probatur dupliciter. Primò, quia non eiuſdem tranſmutationis eſt ſuſceptiuus locus, cuius eſt materia, locus enim eſt ſuſceptiuus corporum actu exiſtentium, materia verò formarum ſubſtantialium. Secundò, materia non eſt diuiſa à re, cuius eſt materia, ſed locus eſt diuiſus à locato: ergo locus nō eſt materia. Quarta concluſio, locus eſt terminus corporis continentis, vt patet per prçcedentia, quia locus non videtur eſſe, niſi materia, vel forma, vel ſpacium ſeparatū, vel

Locus quid ſit inueſtigatur per aliquas cōcluſiones. Prima.

Secunda.

Solutio tacitæ obiectionis.

Tertia.

Quarta.

terminus corporis continentis, ſed non eſt materia, nec forma, nec ſpaciũ, ergo eſt terminus corporis cõtinentis. Quinta concluſio, locus eſt immobilis, probat per differentiã vaſis, & loci, licèt n. vas, & locus multum cõueniant, cum vtrũq; ſit contingens extrinſecũ, & diuiſum à re, tamen differunt, quia continens dicitur, vas, ſecundum quod in eo defertur contentũ, ſed continẽs dicitur locus, ſecũdum quod ab ipſo, & ad ipſum natum eſt moueri locatum.

Quinta.

Locus quid ſit.

Ex his patet diffinitio loci, locus eſt terminus corporis cõtinentis immobilis primum, quod probat à ſigno, quia locus ſurſum dicitur propriè ſuperficies Cæli verſus nos, cum ad eum moueatur ignis, locus verò deorſum dicitur eſſe mediũ mundi, & iſta videntur eſſe immobilia: igitur. Probat etiam primam partem, quia locus debet continere locatum ad modum vaſis, & etiam locus debet eſſe cum locato ſimul, id eſt ſine medio, ſed vtrunque horum conuenit termino ſuperficiei corporis continentis, ergo locus eſt terminus corporis continentis.

Ex Textu Commenti 43. & indè.

Cui quidem igitur corpori ineſt aliquid extra corpus continens ipſum, &c.

ISTVD eſt Sextum Capitulum, in quo Philoſophus oſtẽdit, quomodo aliquid diuerſimodè eſt in loco, & intendit duas concluſiones. Prima, omne corpus habens extra ſe aliud corpus, eſt in loco, corpus verò non habens extra ſe aliud corpus, non eſt in loco. Secunda, totum vniuerſum, ſeu mundus nõ eſt in loco ſecundũ ſe totum, ſed ſolùm ſecundũ ſuas partes, patet, quia eodẽ mõ aliquid eſt in loco, qũo mutat locum, ſed mũdus non mutat locum ſecundum ſe totum, quãuis partes eius benè mutent locũ. Vndè ſi totum vniuerſũ eſſet aqua, tota aqua non mutaret locũ, quãuis partes eius benè mutarent locũ. Vndè partes vniuerſi poſſunt tribus modis moueri: quædam enim mouentur circulariter, quædam motu recto, qui fit in ſurſum, vel deorſum, quædam motu mixto.

Eſſe in loco multipliciter.

Duæ concluſiones.

Partes vniuerſi, mouentur tripliciter.

Deindè dicit, quod eorum, q̃ ſunt in loco, quædam ſunt in actu, alia verò in potentia, illa verò ſunt in actu in loco, quæ nõn ſunt partes alicuius totius, ſed partes integrales, alicuius ſunt in loco per potentiam. Itẽ eorum, quæ ſunt in loco q̃dam ſunt in loco, per ſe, ſicut oẽ corpus mobile motu recto, quod ſecundum ſe tantũ poteſt mutare locum. Alia ſunt in loco per accidens, ſicut anima, & accidẽtia alicuius ſubiecti

Eorũ, quæ ſũt in loco, quædã ſũt in loco per ſe, alia per accidens.

anima.n.eſt in loco eo, quod corpus in quo ipſa é, eſt in loco.

Ex quibus patet, quod omnia corpora, alia à cælo ſunt in cœlo, non tamen ipſum cœlum eſt locus, ſed eius ſuperficies, terra verò eſt in aqua, aqua vero in aere: aer vero in igne, & ignis in cœlo, cælum autem non eſt amplius in alio.

Ex Textu Commenti 47. & indè.

Manifeſtum autem ex his quoniam, & rationes omnes ſoluuntur ſic vtique dicto loco, &c.

Istud eſt Septimum Capitulum, in quo Philoſophus ſoluit rationes prius adductas ad probandum locum nō eſſe, ponendo aliquas proprietates loci. Ad primam ergo, & tertiam, quæ arguunt duo corpora eſſe ſimul, negatur conſequentia, quia locus non eſt corpus. Ad ſecundam dicitur quod non eſt neceſſe punctum habere aliquem locum, niſi per accidens, ſolum enim habens locum, in quo eſt corpus, vel linea, cuius eſt terminus, habet locum per accidens. Ad quartam patebit ſolutio ex proprietatibus loci. Ad quintam dicitur quod non oportet locum eſſe in alio loco, niſi forte per accidens, ſed benè oportet locum eſſe in aliquo, puta in corpore terminante, ſicut eſt terminus in terminato. Ad ſextam dicitur, quod non ſequitur locum augmentati, niſi per accidens. Partes enim continentis cedunt locum cum corpore augmentato. *Soluuntur rationes prius adductæ probantes locum non eſſe.*

Finaliter ponit duas proprietates loci. Prima vnumquodque corpus graue, vel leue fertur ad ſuum locum naturalem, quia vnumquodque mouetur naturaliter ad illud, in quo cōſeruatur, ſed corpus graue, vel leue conſeruatur in ſuo loco, igitur. Secunda proprietas, vnumquodque corpus naturale natum eſt quieſcere in ſuo loco naturali, quia vnumquodque natum eſt quieſcere vbi conſeruatur. Ex quibus patet ſolutio ad quartam rationem: etiam dicitur, quod locus in ordine ad motum localem, quodammodo ſe habet, vt cauſa finalis, ſed in ordine ad locatū, vt cauſa efficiens conſeruatiua. *Duæ proprietates loci. Prima. Secunda.*

Ex Textu Commenti 50. & indè.

Eodem autem modo accipiendum eſt eſſe Phyſici conſiderare de vacuo, & ſi eſt aut non, &c.

Iste eſt Secundus Tractatus huius libri, in quo determinat Philoſophus de vacuo, & diuiditur in ſex Capitula. In primo diſputat vtrum vacuum ſit, & ponit talem concluſionem, Ad Phyſicum pertinet determinare de vacuo, quod probat, quia ad Phyſicum pertinet determinare de loco, ergo de vacuo, quia ſicut propter motum localem ponitur locus, ſic etiā *Ad quem ſpectat determinare de vacuo, & vndè Antiqui opinati ſunt dari vacuū*

Ratio ob quā antiqui ponebāt vacuū. propter motum localem à multis ponitur vacuum. Deindè oſtendit modum, ſeu rationem, propter quam antiqui ponebant vacuum,& dicit primò, quod multi propter inſenſibilitatem aëris crediderunt aërem nihil eſſe, & crediderunt locum eſſe vbi eſt aër, & illud vocabant vacuum. Dicit conſequenter, quòd aliqui Philoſophi crediderunt ſufficienter oſtendere vacuum non eſſe propter hoc quòd oſtendebant aërem aliquid eſſe,& illi oſtendebant aërem eſſe, duobus ſignis. Primum eſt, vtres repleti aëre non poſſunt comprimi ſine ruptura, & hoc non eſt niſi propter aërem. Secundum ſignum, quia aqua non poteſt ſubintrare Clepſydram, id eſt inſtrumentū, quo hortulanus irrigat herbas per foramina inferiora, ſi foramen ſuperius ſit obſtructum, & hoc non eſt niſi propter aërem, qui non poteſt exire, igitur. Et ex iſtis concludebant vacuum non eſſe propter hoc, quod oſtendebant, aërem aliquid eſſe.

Quinque rationes antiquorū oſtendentiū vacuū eſſe. Finaliter ponit quinque rationes, quibus antiqui oſtendebant vacuum eſſe. *Prima.* Prima, ſi motus localis eſt, vacuum eſt, ſed motus localis eſt, ergo vacuum eſt. Maiorē probat, quia illud quod mouetur, recipitur in plenū, vel in vacuū, ſi in vacuū habetur intentum: ſi in plenum, duo corpora erunt in eodem loco, quod eſt impoſſibile, quia tunc pari ratione infinita corpora eſſent ſimul, & per conſequens minimus locus poſſet continere maximum corpus. *Secunda.* Secunda ratio, ſi condenſatio eſt poſſibilis, vacuum eſt poſſibile, ſed condenſatio eſt poſſibilis, igitur vacuum eſt poſſibile. Maior probatur, quia quando aliquid condenſatur, partes efficiuntur propinquiores, vel ergo recipiuntur in pleno, vel in vacuo: ſi in vacuo habetur propoſitum: ſi in pleno, duo corpora erunt ſimul. *Tertia.* Tertia ratio, augmentatio eſt poſſibilis, ergo vacuum eſt. Conſequentia patet, quia vel partes aduenientes, per quas fit augmentatio, recipiuntur in pleno, vel in vacuo: ſi in vacuo habetur intentum: ſi in pleno, duo corpora erunt ſimul. *Quarta.* Quarta ratio erat per experientiā de vaſe pleno cineribus, cum quibus poteſt adhuc poni magna aqua, quod nō fieret, niſi ibi eſſent vacuitates. *Quinta.* Quinta ratio, quia nō apparet vndè corpora, quæ prius erant continua, remanent diſcontinua niſi propter vacuitatem, ergo vacuum eſt ponendum.

Ex Textu Commenti 57. & indè.

Ad quale autem ſe habeat oportet accipere quid ſignificet nomē, &c

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus reprobat diffinitiones datas ab antiquis de vacuo, diffiniebant

enim antiqui vacuum quadrupliciter. Primò ſic, vacuum eſt, in quo nullum corpus eſt. Secundò ſic, vacuum eſt locus in quo nihil eſt. Tertiò ſic, vacuum eſt, in quo nihil eſt graue, vel leue. Vndè ſecundum eos omne corpus eſt tangibile, & omne tangibile eſt graue, aut leue. Quartò ſic, vacuum eſt, in quo non eſt hoc aliquid, nec aliqua ſubſtantia corporea. *Erraſſe antiquos in diffiniendo vacuũ.*

Ad reprobandum igitur tres primas diffinitiones, quæ ſe conſequuntur, & quæ videntur eſſe de mente eorum, qui ponebant locum eſſe ſpacium ſeparatum, ponitur hæc concluſio. Tres primæ deſcriptiones vacui ſunt inſufficientes, quia conueniunt puncto. Secundò, quia vacuum non benè diffiniebatur, dicendo quod eſt locus, in quo nihil eſt graue aut leue, quia hæc diffinitio conueniret pleno, ſi eſſet locus repletus corpore habente ſonum, & colorem ſine grauitate, & leuitate. Ad reprobandum quartam deſcriptionem, quæ videtur eſſe eorum, qui poſuerunt locum eſſe materiam, ponitur hæc concluſio. Vacuum non eſt materia, quia materia non eſt ſeparabilis à rebus, ſed vacuum eſt ſeparabile, igitur. Sed ad videndum qualiter antiqui debuerunt diffinire vacuum, ponitur hæc tertia concluſio. Vacuum eſt locus priuatus corpore, vel vacuum eſt locus non repletus corpore aptus natus repleri, probat, quia omnes antiqui dicunt vacuum eſſe receptiuum corporum, ſed nihil aliud à loco eſt huiuſmodi, igitur vacuum eſt locus, & ponitur priuatus corpore, ad differentiam pleni. *Inſufficientia deſcriptionum vacui.* *Vacuum non eſt materia.*

Deindè ſoluit rationes factas ad probandum vacuum eſſe. Ad primam negatur conſequentia: manifeſtum eſt. n. quod non valet de motu alterationis, neque etiam valet de motu locali, ſaltem de motu locali corporum circulariter motorũ, ſicut patet de circulationibus aquarũ, vbi vna pars cedit alteri parti, & vnus circulus impedit alium. Ad ſecundam negatur maior, quia contingit corpora condenſari, & partes ſubintrare ſeinuicem, non quia ſubintrans vadat in locum vacuũ, ſed quia cedit ſibi aliquod corpus ſubtile. Ad tertiam negatur conſequentia, quia poteſt fieri augmentatio per alterationem nullo corpore extrinſeco adueniente, vt ſi ex aqua fieret aër. Ad quartam dicitur, quòd non concludit, ſi enim concluderet, oporteret vas repletũ cineribus eſſe totaliter vacuum, cum tantùm de aqua recipiatur, ac ſi eſſet omninò vacuum, Ad quintam dicitur, quòd non concludit: nàm corpora per aliud diſtinguuntur, quam per vacuum. *Solutio rationum.*

Ex Textu Commenti 64. & indè.

Quoniam autem non eſt vacuum, ſic diuiſum ſicut quidam dicunt, &c.

Sex rationibus probatur non dari vacuũ. IN hoc Tertio Capitulo oſtendit vacuum non eſſe, ſex rationibus ſumptis ex parte motus. *Prima.* Prima natura eſt cauſa motus localis, ergo vacuum non eſt. Tenet conſequentia, quia vacuum ponitur, vt ſit cauſa motus localis. Antecedens patet, quia vnumquodque corpus ſimplex per ſuam naturam mouetur ad ſuum locum, vt ignis ſurſum, & terra deorſum. *Secunda.* Secunda ratio, ſi corpus fuerit poſitum in vacuo, aut omninò non mouebitur, aut ſecundum ſe totũ mouebitur ad loca contraria, ſed antecedens eſt impoſſibile, ergo non eſt ponendum vacuum propter motum, conſequentia tenet, quia non maiorem inclinationem habet cum vna parte vacui, quã cum alia, ergo non plus mouebitur ad vnam partem, quàm ad aliam. *Tertia.* Tertia ratio, ſi vacuum ſit, non erit motus, ergo vacuum non debet poni propter motum. Antecedens patet, quia cum vacuum ſit ſimile in omnibus ſuis partibus, tunc in quocunque fuerit mobile, ipſum quieſceret. *Quarta. Omnis motus violentus, vel naturalis eſt.* Pro quarta ratione ſupponitur primò, quòd omnis motus eſt violentus, vel naturalis. Supponitur ſecundò, quòd motus violentus eſt poſterior naturali, tunc ſic arguitur, in vacuo nihil mouetur naturaliter, ergo nec violenter, tenet conſequentia, quia deſtructo priore, deſtruitur poſterius. *Quinta.* Quinta ratio, quæ probat quòd in vacuo non poteſt fieri motus violentus, ſicut motus proiectorum, quia ipſum proijciens imprimit virtutem ipſi aëri, & talis aër imprimit alteri vſque quò ceſſat ipſa virtus impreſſa, quæ eſt cauſa motus proiectorum poſt receſſum à primo proijciente, ſed iſta non poſſent fieri ſi eſſet vacuum, cùm tunc ibi non eſſet aër, igitur. *Sexta.* Sexta ratio, nulla poteſt aſſignari ratio, quare illud, quòd mouetur in vacuo, quieſcat magis in vna parte, quam in alia, ergo oporteret ſemper ipſum quieſcere, aut in infinitum moueri, niſi impediatur ab aliquo, ſed hoc eſt falſum, igitur.

Ex Textu Commenti 71. & indè.

Amplius autem, & ex his manifeſtum eſt, quod dicitur, &c.

Proſequitur no dari vacuum. Heſiodus. ISTVD eſt Quartum Capitulum huius Secundi Tractatus, in quo Philoſophus oſtendit vacuum non eſſe per rationes ſumptas ex parte velocitatis, & tarditatis motus, ponens hanc concluſionem. In vacuo non poteſt

fieri motus. Pro cuius probatione ſupponitur, quòd duæ ſunt cauſæ velocitatis, & tarditatis in motu. Prima, eſt diuerſitas medij ſecundum raritatem, & denſitatem, qualis. n. eſt proportio medij ad medium in raritate, & denſitate, talis eſt proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, & temporis ad tempus in breuitate, & longitudine, vt ſi aër ſit rarior aqua, motus factus per aërem erit velocior motu facto per aquam, & ſi in duplo ſit rarior motus erit in duplo velocior, & hoc debet intelligi cæteris paribus. Secunda cauſa eſt diuerſitas mobilis in grauitate, & leuitate, cæteris enim paribus, mobile grauius deſcendit in minori tempore, quam mobile minùs graue. Probatur ergo dicta concluſio duabus rationibus. Prima, omnis motus ad omne motum habet proportionem, ſed ſi motus fieret in vacuo, non haberet proportionem ad motum factum in pleno, igitur. Minorem probat, quia omnis motus fit in tempore, ſed omne tempus habet proportionem, vt patet ex ſuppoſitione, talis enim eſt proportio motus ad motum, qualis eſt medij ad vacuum, ſed medij vacui ad medium plenum nulla eſt proportio in raritate, & denſitate, igitur. Secunda ratio ſumitur ex parte mobilis, & eſt hæc, ſi in loco fieret motus, tunc magis graue non moueretur velocius, quàm minus graue, nec magis leue, quam minus leue, conſequens eſt impoſſibile, igitur. Conſequentia probatur, quia mobile velocius mouetur, eò quòd citius, & fortius diuidit medium, ſed in vacuo nullum eſt medium, ergo in vacuo nihil dicitur velocius, aut tardius moueri. Et ſic patet, quòd non oportet ponere vacuum propter motum, immo magis oportet ipſum negare propter motum.

Velocitatis, & tarditatis duæ cauſæ.

Prima cauſa.

Secunda cauſa.

Ex Textu Commenti. 76. & indè.

Et per ſe autem conſiderantibus videbitur cuique dictum vacuum, ſicut verè vacuum, &c.

ISTVD eſt Quintum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit vacuum non eſſe, rationibus ſumptis ex parte vacui: & dicit primò, quòd videbitur conſiderantibus naturam vacui, quòd ex propria ratione vacui manifeſtum eſt, quòd vacuum benè nominatur vacuum, quia vacuum omni entitate caret, & per conſequens non eſt ens, & hoc probat quatuor rationibus. Prima, quæ eſt per experientiam, quia ſi cubus alicuius ligni ponatur in aqua, tanta aqua cedit ſibi, quantus eſt cubus, & ità fieret ſi poneretur in aëre,

Rationes probantes vacuum non eſſe ſumptæ ex parte vacui.

Prima.

quamuis non ſit manifeſtum ſenſui. Vniuerſaliter enim omne receptiuum alicuius corporis tantum cedit, quantum eſt corpus receptum: cedit enim vel per condenſationem, vel per motum localem, qui fit ſecundum naturam corporis moti, ità quod ſi ſit ignis, mouebitur ſurſum, ſi terra, deorſum, ſed hoc non poteſt eſſe in vacuo, quia cum vacuum non ſit corpus, non poteſt moueri, aut condenſari, ergo vacuum non eſt aliquod tale, quod ſit receptiuum alicuius corporis, ſicut ponunt antiqui. Secunda ratio. Si poneretur vacuum, ſequeretur, quòd duo corpora ſimul, & ſemel eſſent in eodem loco, & pari ratione tria, & mille, conſequens eſt falſum, & conſequentia patet, quia ſecundum ponentes, ſic vacuum ipſum non poteſt cedere corpori ipſum ingredienti: quia ex quo non eſt corpus naturale non poteſt moueri, ergo dimenſiones vacui ſimul erunt cum dimenſionibus corporis ipſum ingredientis: & cum duo corpora non habeant repugnantiam, quo ad eſſe ſimul in eodem loco proprio, niſi ratione ſuarum dimenſionum, ſequitur quòd dimenſiones corporis locati, & ipſius vacui; quæ ſunt duo ſeparata per ſe exiſtentia, poſſunt eſſe ſimul, & per conſequẽs duo, tria, & ſic de alijs. Tertia ratio. Si vacuum eſſet, fruſtrà eſſet, ergo non eſt ponendum. Antecedens patet, quia ex quo corpus motum habet proprias dimenſiones, non apparet ratio propter quã indigeat aljis dimenſionibus eiuſdem rationis locantibus ipſum: immò ſi indigeret alijs, & tunc adhuc illæ indigerent alijs, & ſic in infinitum. Quarta ratio, Si vacuum eſſet, alicubi deberet apparere, ſed nullibi apparet: ergo non eſt ponendum vacuum tanquam ſpacium ab omnibus corporibus naturalibus ſeparatum.

Ex Textu Commenti 79. & indè.

Sunt autem quidam, qui per rarum & denſum opinantur manifeſtum eſſe quod ſit vacuum, &c.

ISTVD eſt Septimum Capitulum, & vltimum huius Tractatus, in quo Philoſophus oſtendit, quod vacuum non eſt corporibus imbibitum.

Pro quo ſupponit primò, quod præter opinionem Anaxagoræ, dicentis non eſſe vacuum & præter opinionem Pythagoræ, ponentis vacuum eſſe ſpacium ſeparatum à corporibus, ponitur opinio Democriti, & quorundam aliorum dicentium vacuum corporibus eſſe imbibitum, quia ſi contingat corpora condenſari, & rareſieri, vacuum eſt, ſed hoc contingit, ergo vacuum eſt, & iſtam rationem faciunt, qui cor-

pora tenent vacuum eſſe. Secundò ſupponitur, quod ponentes vacuum corporibus imbibitum, ſunt inter ſe diuiſi: quidam enim ponunt paruos poros omninò priuatos corpore. Alij verò ponunt vacuum eſſe mixtum corporibus, ità quod in corporibus vacuum non eſt ſeparatum a pleno ſecundum locum. Sed pro reprobatione huius ponitur hæc prima concluſio. Non eſt ponendum vacuum corporibus imbibitum, ſic quod in corporibus ſint quædam paruæ partes vacuæ, & diſtinctæ ſecundum locum à partibus plenis. Probatur quinque rationibus. Prima, quia per poſitionem talis vacui non ſeruatur niſi motus ſurſum, quia ſecundum ponentes ſic vacuũ, vacuum eſt cauſa raritatis, rarum autem eſt leue, & non mouetur niſi ſurſum, igitur. Secunda ratio; quia tunc vacuũ non ſe haberet per modum loci, ſed magis per modum deferentis ſecum corpus ſicut tres, quod videtur falſum, igitur. Tertia ratio, ſequeretur quod vacum moueretur moto corpore cui eſt immixtum, ſed omne, quod mouetur localiter habet locum, ergo vacum habebit locum, & per conſequens loci erit locus, & vacui erit vacuum. Quarta ratio, ſi ponatur vacuum imbibitũ corporibus deferẽs corpora ſurſum, non poterit aſſignari ratio motus deorſum, quod eſt falſum, igitur. Quinta ratio, ſi propter vacuum aliquid moueretur ſurſum, tunc quod eſt magis vacuum, velocius moueretur ſurſum, ſed hoc eſt falſum, igitur.

Opinionum Diuerſitas de vacuo.

Non eſſe ponendum vacuum corporibus imbibitum probatur quinque rationibus.

Prima. *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.*

Deindè ponit diuerſitatem Philoſophorum de raritate, & denſitate. Aliqui enim imaginantur rarefactionem fieri per elongationem partium corporis naturalis aduenientibus inter eas quibuſdam vacuitatibus. Alij imaginantur rarefactionem fieri per aduentum vacui ab extrinſeco, quod admiſcetur corpori, & condenſationem fieri per exitum talis vacui. Alij dicunt rarefactionem fieri per generationem quorundam corporum ſubtilium ſubintrantium quaſdam vacuitates corporis rarefacti, & condenſatio fit per exitum talium corporum. Pro maiori tamen declaratione ponit Philoſophus aliquas propoſitiones. Prima. Eadem eſt materia contrariorum, vt calidi, & frigidi, & rari, & denſi. Secunda propoſitio. Materia non eſt ſeparabilis ab vtroque contrariorum, immò manet eadem ſub raro, & denſo. Et ex hoc ponitur concluſio contra modũ Philoſophorũ de raritate, non oportet, quod in rarefactione, vel condenſatione aliquid ab extrinſeco adueniat, vel aliquid ad intra recedat, immò eadem eſt materia magni, & parui. Quod probat aliquibus exemplis. Primum eſt de generatione ſubſtantiali

Philoſoph. diuerſitas de raritate, & denſitate.

Aliqua propoſitiones Philoſophi.

Eadem eſt magnitudo magni, & parui.

aeris ex aqua, quæ non fit per aduentum alicuius exiſtentis alterius extrinſeci,ſed per hoc,quod forma aeris educitur de potentia materiæ.Secundum eſt de curuatione circuli,quãdo enim portio maioris circuli fit portio minoris,vel è contra,tunc aliquid fit magis, vel minus curuum, nullo tamen adueniente extrinſeco recto,vel curuo,& tamen ibi fit rarefactio,vel condenſatio,igitur.

Ex Textu Commenti. 87. & indè.

Conſequens autem dictu eſt aggredi de tempore,primùm autem benè ſe habet opponere de ipſo,&c.

An tempus ſit.

ISTE eſt Tertius Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de tempore,& diuiditur in ſex Capitula. In primo determinat de tempore, inquirendo,an ſit tempus, & diuiditur in duas partes.

In prima probat,quod tempus non ſit,duabus rationibus, quarum Prima eſt,nullum ens componitur ex his,quæ non ſunt,ſed tempus non eſt. Minorem probat, quia vna pars temporis eſt præterita,& non eſt plus,alia verò eſt futura,& nondum eſt,igitur. Secunda ratio.Cuiuſlibet, quod eſt,neceſſe eſt omnes,vel aliquas partes eius eſſe, ſed nullæ partes temporis ſunt,igitur tempus non eſt.

Vtrum ſint plura nunc in tempore, vel tantum vnum.

Deindè remouet vnam dubitationem, vtrum ſint plura nunc in tempore,vel tantum vnum: Et arguitur primò,quod non ſint plura,quia ſi ſic,vel eſſent ſimul,vel non:non ſimul, cùm ſint indiuiſibilia, nec vnum eſt prius alio, quia adueniente alio, neceſſe eſt primum corrumpi, quod tamen eſt falſum, quia vel corrumperetur in inſtanti,vel in tempore, Non in inſtanti, quia quando corrumperetur, eſſet:nec in tempore,quia duraret pluſquam per inſtãs.Sed quod non ſit idem nunc in toto,probat, quia tunc ſequeretur, quod illa, quæ fuerunt ante milleſimum,eſſent nunc,& ſic eſſent ſimul tempore cum homine,qui eſt nũc,ſed hoc eſt falſum,igitur.

Non eſſe tempus ſuadet quatuor concluſionibus.

In ſecunda parte oſtendit,quod non ſit tempus,& intendit quatuor concluſiones. Prima. Tempus non eſt circulatio cæli, quod probat duabus rationibus. Prima. Nulla pars circulationis eſt circulatio, ſed quælibet pars temporis eſt tempus,igitur tempus,non eſt circulatio.Secundò ſic.Si tempus eſſet circulatio,ſequeretur,quod ſimul eſſent plura tempora, cum ſimul ſint plures circulationes, hoc eſt falſum, igitur. Secunda concluſio. Licèt omnia ſint in tempore, & omnia ſint in ſphera, tamen tempus non eſt ſphera, ſicut dicebant antiqui: nam ſtultius eſt dicere tempus eſſe vltimam ſphe-

Digitized by Google

ram, quàm de tempore conſtituere impoſſibile. Tertia concluſio. Temp' nō eſt motus: probat dupliciter. Primò, tēpus eſt vbique, & apud omnia, ſed motus non eſt vbique, ſed ſolum in illo, quod mouetur, ergo tempus non eſt motus. Secundò ſic, omnis motus eſt velox, vel tardus, ſed tempus non eſt velox, nec tardum, igitur. Quarta cōcluſio. Tempus non eſt ſine motu, quamuis non ſit motus, probat ſigno, quia quando nos non percipimus motum, etiam non percipim' tempus, ergo ſignum eſt, quod tempus non eſt ſine motu. Antecedens probat de dormientibus in Sardo, qui ex eo, quod non cognouerunt motum, non cognouerunt tempus, in quo dormierunt. *Dormientes in Sardo non cognouerunt tempus.*

Ex Textu Commenti 98. & indè.

Accipiendum autem quoniam quærimus quid ſit tempus, hinc incipientibus quia motus eſt, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus oſtendit quid ſit tempus, ſoluendo rationes probātes tempus non eſſe, & diuiditur in duas partes. *Tempus quid ſit.*

In prima ponit duas concluſiones. Quarum Prima eſt. Tempus eſt aliquid ipſius motus. Quod probat, quia quæcunque ſimul percipiuntur, vnum eſt aliud, vel aliquid alterius; ſed tempus ſimul percipitur cum motu, igitur tempus eſt motus, vel aliquid ipſius motus; ſed non eſt motus, ergo eſt aliquid ipſius motus. Minorem probat, quia ſi ſint tenebræ, & nihil percipiatur amplius, tunc ſi fiat aliquis motus in anima, ſtatim videtur fieri quoddam tempus, igitur. Secunda concluſio. Tempus eſt aliquid ipſius motus ſecundum prius, & poſterius. Pro cuius probatione ſupponitur, quòd continuitas temporis eſt à continuitate motus, & continuitas motus eſt à continuitate magnitudinis, ergo continuitas temporis eſt à continuitate magnitudinis. Secundò ſupponitur, quod prius, & poſterius in tempore ſunt à priori, & à poſteriori in motu. Quod probat, quia prius, & poſterius in motu ſunt à priori, & à poſteriori in magnitudine. Tunc arguit, tempus eſt aliquid ipſius motus, ſecundum illud, quo cognito in motu, cognoſcitur tempus; ſed cognito priori, & poſteriori in motu, cognoſcitur tempus, igitur. Maiorem probat, quia ſi accipiantur duæ partes motus, vna prior, altera verò poſterior, ſtatim cognoſcitur, tempus.

In ſecunda parte ponit diffinitionem temporis, dicens. Tempus eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius. Vltimam partem probat quia tempus eſt numerus motus ſecundum illud, quo cognito in motu, cognoſcitur tēpus, ſed *Tempus quid ſit.*

cognito priori, & poſteriori in motu, cognoſcitur tempus, igitur. Primam partem probat à ſigno; quia illud, quo iudicamus aliquid eſſe plus, vel minus, illud eſt numerus eius, ſed tempore iudicamus motum eſſe maiorem, vel minorem, ergo tempus eſt numerus motus.

Solutio rationum probantium motum non eſſe. Finaliter ſoluit rationes probantes tempus non eſſe, dicẽs quod eſſe temporis, eſt ſicut eſſe motus. Nam ſicut motus ſemper eſt alius, & alius, & nunquam ſunt duæ partes motus, ſic nec temporis, ſed differunt, quia idem eſt tempus in toto tempore omnium rerum temporalium, ſed non idem motus omnium, quæ ſimul mouentur.

Ex Textu Commenti 104. & indè.

Et notum autem maximè, hoc eſt, & motus enim propter id quod mouetur, & loci mutatio, &c.

Proprietates temporis & nunc. ISTVD eſt Tertium Capitulum in quo Philoſophus determinat de proprietatibus temporis, & ipſius nunc. Et diuiditur in duas partes.

Prima. Nunc menſurat tempus. In prima, ponit proprietates ipſius nunc, quarum prima eſt, ipſum nunc menſurat tempus. Quod probat, quia vnũquodque maximè menſuratur per illud, quod eſt maximè notum in ſuo genere, ſed nunc eſt maximè notum in tempore, igitur. *Secunda. Nunc eſt ſimul cum tempore.* Secunda proprietas. Nunc eſt ſimul cum tempore, quia non poteſt eſſe ſine tempore, nec è contra, igitur. Nam ſicut ſe habent mobile, & motus, ità nunc, & tempus, ſed non eſt poſſibile motum eſſe ſine mobili, nec mobile ſine motu, ergo non eſt poſſibile tempus eſſe ſine nũc, neque è contra. *Tertia. Tempus ſecundum nunc eſt continuum, & diuiditur.* Tertia proprietas. Tempus eſt continuum ſecundũ ipſum nunc, & ſecundum ipſum diuiditur, quia ſecundum mobile diuiditur pars pertranſita in motu, & pars pertranſeunda. Et ſimiliter eſt de tempore reſpectu ipſius nunc, igitur. Maiorem probat per ſimile de puncto, & linea, cuius partes diuiduntur per puncta, igitur. *Quarta. Nunc non eſt pars temporis.* Quarta proprietas. Nunc non eſt pars temporis. Quod probat per ſimile de puncto in linea, qui non eſt pars lineæ. *Quinta. Nunc eſt alienum à tempore.* Quinta proprietas. Licèt ipſum nunc ſecũdum rationem, ſecundum quam dicitur terminus, ſit ſolum ipſius temporis, tamen ſecundum rationem, ſecundum quam dicitur numerus, ſiue menſura, eſt benè aliorum, quia numerus in eo, quod numerus refertur, ad ea, quæ numerat, ſed nunc numerat omnia mutata eſſe, igitur.

Proprietates temporis quid. In Secunda parte ponit proprietates temporis, quarum prima eſt. In tempore quodammodo eſt aſſignare minimũ, & quodammodo non, patet, quia in numero aſſignatur minimum,

Digitized by Google

nimum,ſed tempus eſt numerus,igitur. Secundo patet, quia tempus eſt quid continuum, ſed in continuo non aſſignatur minimum,igitur. Secunda proprietas. Tempus dicitur multum, vel paucum, breue, vel longum: ſed non dicitur velox, vel tardum, primum patet, quia multum, & paucum,ſunt paſſiones numeri,ſed tempus eſt numerus, igitur. Quod dicatur breue, vel longum patet, quia tempus eſt continuum, ſed breue, & longum ſunt paſſiones continui, igitur. Quod non dicatur velox, vel tardum, patet, quia illa non attribuuntur motui niſi ſecundum quod eſt menſurabilis, ſed de ratione temporis non eſt, quod ſit menſurabile, igitur, Tertia proprietas. Omnium ſimul exiſtẽtium eſt idem tempus, non eſt tamen idem ſecundum prius, & poſterius,quia non eſt idem in motu, prius, & poſterius, ergo nec in tempore. Primum patet, quia poteſt eſſe eadem menſura extrinſeca diuerſorum menſurabilium, tempus autem eſt menſura extrinſeca, igitur. Quarta proprietas. Sicut motus eſt reiterabilis,ita & tempus, vt patet de hyeme, & vere. Quinta proprietas. Non ſolum menſuramus motum per tempus, ſed menſuramus etiam tempus per motum. Probatur multipliciter. Primò per experiantiam,quia per motum noſtrum iudicamus tempus eſſe multum, vel paucum. Secundò probat per ſimile de numero,& reb⁹ numeratis,quia viſo vno equo, & poſtea alio deuenimus in rationem diſcretiuam eius per quam cognoſcimus, quanta eſt multitudo equorum.

1. In tempore eſt quodammodo aſſignare minimum & non.
Tempus dicitur multum, vel paucum, breue vel longum, ſed non velox, vel tardũ.
Tertia. Omnium ſimul exiſtentium eſt idem tempus.
Quarta: Motus, & tempus reiterabiles.
Tempus menſuratur motu, & motus tempore.

Ex Textu Commenti 113. & indè.

Quoniam autem, quod mouetur ex quodam in quiddam; & cum omnis magnitudo continua eſt, &c.

ISTUD eſt Quartum Capitulũ, in quo Philoſophus cõparat tempus ad ea, quæ ſunt in tẽpore, ſed primò oportet ſcire quomodo mẽſurat motũ, menſurat enim ſic,quia tempore primò mẽſuratur aliqua pars motus, quæ poteſt mẽſurare totum motum, ſicut bicubitus menſurat vnam partem magnitudinis, quę vlterius menſurat totam magnitudinem, tempus etiam mẽſurat motum,motus etiam eſt in tempore, quod nõ eſt aliud,quam motum menſurari tempore. Poteſt autem tripliciter aliquid eſſe in tẽpore. Vno modo ſic, quia eſt quando tempus eſt. Secundò, quia eſt aliquid temporis, vel pars,vel paſſio. Tertiò aliquid dicitur in tempore,ſicut in numero, vel menſura, quia ſcilicèt ipſum menſuratur tempore. Et ſubdit, quòd aliquid dicitur eſſe in numero duobus vltimis modis. Primò aliquid dicitur eſſe in numero,

Tempus, quomodo menſurat motum, & quomodo ſe habet ad tẽporanea.
Aliquid eſſe in tempore contingit tripliciter.
Eſſe in numero dupliciter.

quia eſt aliquid ipſius numeri ſicut vnitas, vel paſſio, ſicut par, & impar. Alio modo aliquid dicitur eſſe in numero, quia menſuratur per ipſum. Secunda concluſio, eſſe in tempore, non eſt eſſe quando tempus eſt, quod probat tripliciter. Primò, quia eſſe in loco non eſt eſſe quando locus eſt, ſed potius eſt contineri à loco. Secundò, quia eſſe in motu non eſt eſſe quando motus eſt. Tertiò, quia tunc omnes res eſſent in quolibet, & cœlum in grano milij, quia cœlum eſt, quando milium eſt. Tertia concluſio, omnia quæ ſunt in tempore, continentur à tempore, ſicut menſuratum continetur à menſura, ſicut illa, quæ ſunt in loco, continentur à loco. Et ſubdit, quod omnia, quæ ſunt in tempore patiuntur in tempore: ſecundum quod vulgariter dicitur, omnia ſeneſcũt in tempore, quia tempus eſt per ſe cauſa corruptionis, cùm faciat diſtare rem à termino, qui eſt eſſe rei.

Secunda concluſio. *Tertia concluſio.* *Dictum vulgare.*

Ex dictis infert vnum corrolarium, quod illa, quæ ſunt ſemper, ſecundum quod ſunt ſemper non ſunt in tempore, probat: quia omnia, quæ ſunt in tempore continentur tempore, & menſurantur tempore, ſed illa quæ ſunt ſemper, ſecundũ quod ſunt ſemper, non ſunt ſub tempore, nec menſurantur tempore ſic, quod tempus excedat illa: igitur.

Illa quæ ſunt ſemper non ſunt in tempore.

Ex dictis infertur vlterius, quod tempus eſt menſura quietis: quia quies menſuratur menſura, qua menſuratur motus, igitur quies menſuratur tempore, ideo infert, quod quies eſt in tempore, quod non eſt aliud, quam quietem menſurari tempore, & aliquid menſurari tempore non eſt aliud, quam cognoſcere per tempus quamdiu illud mouetur, vel quieſcit, ideò infert, quod res quantum ad motus, & quietes ipſarum ſunt in tempore, hoc eſt per tempus poteſt cognoſci quamdiu res moueatur, vel quieſcat. Infert vlterius, quod ea, que nec mouentur, nec quieſcunt, non ſunt in tempore, quia nulla ſunt in tempore, niſi pro quanto motus eorum menſuratur tempore, ideo infert, quod non entia, ſiue entia impoſſibilia non ſunt in tempore.

Tempus eſt menſura quietis. *Non mouentia, nec quieſcentia non ſunt in tempore.*

Ex Textu Commenti. 121. & indè.

Ipſum autem nunc eſt continuatio tẽporis, vt dictũ eſt prius, &c.

ISTVD eſt Quintũ Capitulum, in quo Philoſophus cõplet determinationẽ ipſius nunc, ponendo aliquas differẽtias inter nunc, & aliqua quæ important tẽpus. Dicit primò, quod ipſum nũc eſt continuatiuũ temporis, & accipitur dupliciter. Vno modo propriè. Nũc ſic dicitur eſſe quoddam indiuiſibile. Alio modo impropriè, & ſic capitur pro tẽpore præſenti.

Nunc, tunc, iam, modo, & quotupliciter dicantur.

Conſequenter ponit tria dicta de ipſo nunc. Primum nunc *Et quōmodo* continuat tempus, ſcilicèt præteritum cum futuro, & eſt ter- *differant.* minus temporis, ſcilicèt finis præteriti, & principium futuri. *Tria dicta* Secundum dictum, tempus diuiditur, ſecundum ipſum nunc, *de Nunc.* ſecundum quod eſt principium, & finis temporis. Tertium *Primum.* dictum, nunc diuidens tempus, & continuans ipſum eſt vnū, *Secundum.* & idē ſecundū ſubſtantiā in toto tēpore differēs ſecūdū eſſe. *Tertium.*

Deindè determinat de tunc dicens, quod ipſum tunc eſt *Tunc quid.* tempus pręteritum determinatum per præcedens nunc, ſiuè propinquum, ſiue remotum, vt dicimus, quod quādo eſt deſtructa Troia, tunc factum eſt diluuium.

Deindè mouet vnam dubitationem, vtrū tempus ſit per- *Dubium.* petuum? Pro ſolutione ponit hanc concluſionem. Tempus *An tempus* non incæpit eſſe, nec deſinet eſſe: quia omne tēpus termina- *ſit perpetuum.* tur ad nunc, ſed de ratione ipſius nunc eſt, quod ſit principiū futuri, & finis prætetiti: ergo nullū tēpus poteſt eſſe, quin ante ipſum ſit tempus præteritum, poſt quod ſit tēpus futurum.

Deindè determinat de iam, & modo, dicens, quod illud *Iam, &* dicitur eſſe iam, quod eſt propinquum preſenti, ſiuè ſit præ- *modo quid* teritum, ſiuè ſit futurum, ſed modo ſignificat præteritum tē- *ſint.* pus propinquum ipſi preſenti nunc, ſed repentè ſignificat tē- *Repentè,* pus inſenſibile propter eius paruitatem, ſed olim ſignificat *olim.* tempus pręteritum remotum à præſenti nunc. Deindè ponit duas concluſiones. Prima. Tempus eſt magis cauſa obliuio- *Tempus eſt* nis ſcientiæ, quam generationis ſcientiæ. Secunda concluſio. *cauſa obli-* Tempus eſt magis cauſa corruptionis, quàm generationis; *uionis ſci-* probat ratione, & ſigno: Ratione ſic, quia mutatio eſt magis *tia.* cauſa corruptionis, quàm generationis, ergo tempus eſt magis cauſa corruptionis, quàm generationis, cum omnis mutatio fiat in tempore. Signo ſic probat, quia nihil videmus generari, niſi appareat aliquod agens determinatum aliud à tempore, ſed videmus res corrumpi, vbi non apparet aliud *Omnis mu-* corrumpens à tempore. Finaliter ponit talem concluſionem. *tatio eſt in* Omnis mutatio eſt in tempore, quod probat, quia in omni *tempore.* mutatione inuenitur velocius, vel tardius, ſed iſta diffiniūtur per motum, qui fit in tempore, igitur.

Ex Textu Commenti 120. & indè.

Dignum autem conſideratione eſt, quomodo igitur ſe habet tempus ad animam, &c.

Istvd eſt Sextum, & Vltimum Capitulum huius Tra- *Tempus* ctatus, in quo Philoſophus mouet, & ſoluit tres quæſtio- *quomodo ſe* nes. Prima eſt, quō ſe habet tempus ad animā? Secunda eſt, *habet ad*

animâ, propter quid est vbique, & an ſit menſura cuiuſlibet motus.

propter quid tempus eſt vbique, ſcilicèt in mari, in cęlo, & in terra. Tertia, vtrum tempus ſit menſura cuiuslibet motus? Pro ſolutione primæ dubitationis ponuntur duæ concluſiones. Prima, Impoſſibile eſt tẽpus eſſe, ſi anima non ſit, quòd probat, quia ſi anima non ſit, non erit numerus, ſed tempus eſt numerus, igitur. Secunda concluſio. Tempus eſſet, quamuis anima non eſſet, patet, quia quãuis anima non eſſet, motus eſſet, ſed motus non eſt ſine tempore, igitur. Pro ſolutione ſecundæ dubitationis ponit Philoſophus talem concluſionem. Tempus reperitur in omnibus rebus vbi motus reperitur, quia tempus eſt paſſio motus, ideo vbi eſt motus ibi eſt, tempus ideò concludit, quod res, quibus conuenit motus, ſunt in tempore per motum illarum rerum. Pro ſolutione tertię dubitationis, ſcilicèt vtrum tempus ſit mẽſura cuiuſlibet motus, aut alicuius, & alicuius non, & ſi ſit menſura cuiuſlibet motus, Vtrum ſit menſura omnium motuum æquè primò, aut alicuius primò, & aliorum ſecundariò? Et ponit tres concluſiones.

Cõcluſiones pro ſolutione trium Dubiorum.

Tres Concluſiones. Prima.

Prima. Tempus eſt menſura cuiuslibet motus, quia vt ſuprà dictum eſt, motum eſſe in tempore eſt ipſum mẽſurari per tempus, ſed omnis motus eſt in tempore, igitur.

Obiectio.

Et ſi arguatur, quia tunc ſequeretur, quod eſſent plura tempora, cum motus ſint diuerſi, vnus velox, alter tardus, vnus circularis, alter rectus.

Solutio.

Reſpondet Ariſtot. quod non oportet ad multiplicationem motuum ſequi multitudinem temporum. Ideo infert ſecundam concluſionem.

Secunda.

Eodẽ tempore poſſunt menſurari plures motus, quod probat per ſimile, quia diuerſorum numerabilium poteſt eſſe idem numerus ſaltem in ſpecie, vt ſeptem equorum, & ſeptem canũ

Tertia. Motus primò eſt menſura primi mobilis. Menſura debet eſſe notiſſima.

Tertia concluſio. Tempus primò, & principaliter eſt menſura motus primi mobilis, & ſecundariò menſura aliorum motuum, quod probat duabus rationibus. Prima, quia primum in vnoquoque genere eſt menſura omnium aliorũ, ſed motus primi mobilis eſt primus in genere motuum, igitur. Secunda ratio, menſura debet eſſe notiſſima, ſed motus Cæli eſt omnibus alijs motibus notior, igitur.

Digitized by Google

PHYSICORVM
LIBER QVINTVS.
Ex Textu Commenti 1. & indè.

TRANSMVTATVR autem tranſmutans omne, aliud quidem ſecundum accidens, &c.

ISTE eſt Quintus liber Phyſicorum, in quo Philoſophus determinat de partibus ſubiectiuis motus. Et diuiditur in tres Tractatus. Primus Tractatus diuiditur in tria Capitula.

Iſtius libri diuiſio in tres Tractatus.

In primo ponit aliquas diuiſiones motus, quarum Prima eſt. Aliquid dicitur moueri tripliciter. Vno modo, ſecundum accidens, ſicut dicimus muſicum ambulare. Secundo modo, ſecundum partem, vt homo ſanatur, quia pars eius ſanatur. Tertio modo, per ſe primò, ſicut quando aliquod ſubiectum tranſmutatur ſecundũ ſe totum, & ſecundum quamlibet partem eius. Secunda diuiſio. Aliquid dicitur eſſe mouens tripliciter, ſcilicèt per accidẽs, ſicuti iſta, muſicus ædificat. Alio modo ratione partis, vt homo percutit, quia eius manus percutit. Alio modo per ſe primò, vt ædificator ædificat.

Mouetur & mouere quatupliciter.
Aliquid mouetur tripliciter.
Aliquid eſt mouens tripliciter.

Conſequenter ponit aliquas concluſiones. Prima. In quolibet motu ſunt quinque, ſcilicèt mouens, mobile, tempus, terminus à quo, & terminus ad quem. Et infert, quod mobile differt ab vtroque terminorum. Quod probat exemplariter, vt ſi lignum frigidum tranſmutetur ad calorem, lignum eſt mobile, frigus eſt terminus à quo, calor terminus ad quem, & illa differunt, igitur. Secunda concluſio. Motus eſt in mobili ſicut in ſubiecto, & non in termino ad quẽ, ſiue in forma, ad quã eſt motus. Secundam partem probat, quia motus eſt in illo, quod mouetur, ſed forma, ad quam eſt motus, non mouetur, ergo motus non eſt illa forma, ſeu in termino ad quem. Tertia concluſio. Licèt in motu ſint duo termini, ſcilicèt terminus à quo, & terminus ad quem; tamẽ magis denominatur motus à termino ad quem, quam à termino à quo, ſicut corruptio denominatur à non eſſe, qui eſt terminus ad quem eius, & generatio denominatur ab eſſe, quod eſt eius terminus ad quem, igitur. Et ex iſto infertur, quod terminus ad quem motus eſt immobilis, quia omne illud eſt immobile, quod non perficitur per motum, igitur. Ex quo remouet, vnum dubium. Vtrum termini ad quos motus, 1. formæ quæ acquiruntur per motum, ſint motus, vel non?

In quolibet motu quinque repeŕiuntur.
Motus in quo eſt, & vnde ſumit denominationem.
Terminus ad quem motus eſt immobilis.
Dubium.

Reſpondet, quod forma ad quam eſt motus, non eſt motus, quia tunc ad motum eſſet motus, quod eſt falſum, igitur. Ex quo infert tertiam diuiſionem, dicens quod ſicut mobile, & mouens eſt triplex, ita terminus ad quem motus eſt triplex, ſcilicèt ſecundum accidens, ſecũdum partem, & per ſe primò. Dicit vlterius, quod mutatio per accidens eſt dimittenda, nec eſt determinandum in ſcientijs de his, quæ per accidens pertinent ad motum. Quod probat, quia illa, quæ ſunt infinita, & indeterminata, ſunt ab arte demonſtratiua relinquẽda, quia de infinitis non eſt ars: ſed illa, quæ ſunt per accidẽs, ſunt infinita, quia ſi aliquid moueatur per ſe ad albebinem, per accidens mouetur ad infinita, quia infinita accidunt eidẽ, quia quod per ſe mouetur ad album, per accidẽs mouetur ad illud, quod intenditur. Deinde ponit aliam concluſionẽ, dicens, quod mutatio per ſe, & illa, quæ ad mutationem per ſe pertinent, ſunt conſideranda in ſcientia, quia illa, quæ ſunt finita, & determinata, ſunt in ſcientia conſideranda, ſed illa quæ per ſe pertinent ad mutationem, ſunt finita, & determinata, igitur. Minorem probat, quia quæ pertinent ad mutationem tanquam termini, non ſunt niſi contraria media, aut contradictiora, ſed omnia illa ſunt finita, igitur. Et hoc patet inductiuè, vt generatio eſt de non eſſe ad eſſe. Infert finaliter remouendo dubitationem, quòd medium inter contraria eſt quodammodo vtrunque, vt fuſcum reſpectu albi dicitur nigrum, & reſpectu nigri dicitur album. Ex quo infert, quòd mutatio per ſe poteſt eſſe ab extremo in medium.

Terminus ad quem motus triplex.

Quæ ſunt conſideranda in ſcientia.

Medium inter contraria eſt quodammodo vtrũque.

Ex Textu Commenti 7. & indè.

Quoniam autem omnis mutatio eſt à quodam in quoddam, manifeſtatur vtique, quod vnum nomen poſt, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius primi Tractatus, in quo determinatur de diuerſitate ſpecierum mutationis. Et diuiditur in duas partes.

Species mutationis Tres.

In prima intendit oſtendere, quod tantum ſunt tres ſpecies mutationis. Pro quarum declaratione ſupponitur, quod omnis mutatio eſt à quodam in quoddam. Et hoc manifeſtat nomen mutationis, quod importat, quod aliquid fit poſt aliud, puta illud, ex quo fit, ſit prius, & illud in quod fit, ſit poſterius. Et ſubdit, quod ſolum quatuor modis contingit opinari mutationem eſſe ab aliquo in aliud. Primò ex ſubiecto in ſubiectum. Secundò ex ſubiecto in non ſubiectum. Tertiò ex non ſubiecto in ſubiectum. Quartò ex non ſubiecto in non ſubiectum. Et ſubdit Philoſophus,

Quatuor modis opinatur de mutatione.

quod tantum tribus primis modis contingit mutationem fieri, & non quarto modo, quia omnis mutatio per ſe eſt ab oppoſito in oppoſitum, ſed non ſubiectum, & non ſubiectum ſunt duo negatiua, quæ non opponuntur nec priuatiuè, nec contradictoriè, nec contrariè. Et dicit quod ſubiectum vocat omne, quod eſt affirmatiuè monſtratum). poſitiuum, per non ſubiectum intelligit illud, quod ſignificatur nomine infinito, vel priuatiuo. Conſequenter oſtendit, quæ ſunt illæ tres ſpecies mutationis. Et primò, quæ eſt illa quæ eſt à non ſubiecto in ſubiectum, dicens quòd illa eſt generatio, quæ eſt duplex, ſcilicèt ſimpliciter, & ſecundum quid Simpliciter, quæ eſt in ſubſtantiam. Et ſecundum quid quæ eſt in accidens, cùm enim ſubſtantia generatur, dicimus ſimpliciter aliquid generari: ſed cùm accidens generatur, dicimus aliquid ſecundum quid generari. Sed illa mutatio, quæ eſt de ſubiecto in non ſubiectum, dicitur corruptio, & eſt duplex, ſicut generatio. Sed illa, quæ eſt à ſubiecto in ſubiectum eſt motus.

Omnis mutatio per ſe eſt ab oppoſito in oppoſitum.

Generatio duplex.

In ſecunda parte principali, vult oſtendere, quæ mutatio ſit motus. Pro cuius declaratione ponit diuiſionem non entis, dicens quòd non ens dicitur tripliciter. Vno modo dicitur non ens ſecundum compoſitionem, & diuiſionem, cuiuſmodi eſt propoſitio falſa, & impoſſibilis, ſiuè affirmatiua, ſiuè negatiua. Secundo modo dicitur non ens, quod non eſt in actu, eſt tamen in potentia. Tertio modo, dicitur non ens ſecundum quid, putà non ens tale, vt album, nigrum. Et ſubdit, quòd non ens duobus primis modis dictum non mouetur, ſed benè non ens tertio modo dictum mouetur ſecundum accidens, vt homini, qui mouetur accidit eſſe non ens album. Hoc ſuppoſito ponit hanc concluſionem. Generatio non eſt motus, probat duabus rationibus. Prima. Quod non eſt, non mouetur, ſed quod generatur, non eſt, ergo quod generatur, nō mouetur, & per conſequens generatio non eſt motus. Secunda ratio. Omne quod mouetur, eſt in loco, ſed quod generatur, non eſt in loco, ergo quod generatur, non mouetur. Minoré probat, quia quod generatur non eſt, & quod non eſt, non eſt in loco, igitur. Conſequenter ponit aliam concluſionem, dicens. Corruptio non eſt motus. Quod probat, quia omni motui contrariatur motus, & quies, ſed corruptioni non cōtrariatur motus, neque quies, quia corruptioni contrariatur generatio, quæ non eſt motus, neque quies, igitur.

Non ens dicitur tripliciter.

Ex quo concludit Philoſophus quod ſola mutatio,

Sola mutatio de ſub. in ſub. eſt motus. quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum, eſt motus, quia mutatio, quæ eſt de non ſubiecto in ſubiectum, & mutatio, quæ eſt de ſubiecto in non ſubiectum, non ſunt motus: ergo oportet quòd mutatio, quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum, ſit motus.

Ex Textu Commenti 9. & indè.

Si igitur prædicamenta diuiſa ſunt ſubſtantia & qualitate, &c.

Motus diſtinctio, ad quæ prædicamenta eſt per ſe motus & quod ad motum nõ eſt motus. ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus oſtẽdit de diſtinctione motuum, & etiam ad quæ prædicamenta eſt per ſe motus. Dicit primò, quod ad ſubſtantiam non eſt per ſe motus, quia omnis motus eſt de contrario in contrarium. ſed in ſubſtantia non eſt contrarietas, igitur. Dicit ſecundò, quod relationẽ non eſt per ſe motus, *Motus omnis de contrario in cõtrarium.* Quod probat, quia ad illud, quod acquiritur in aliquo nulla mutatione per ſe facta in eo non eſt per ſe motus, ſed relatio acquiritur de nouo in aliquo ſubiecto, nulla permutatione in eo per ſe facta, igitur. Minorem probat, quia ſi ſolus Plato in mundo ſit albus, & cras naſcatur Sortes albus, in Platone acquiritur relatio; ſcilicèt ſimilitudo, & tamen nulla mutatio facta eſt in eo, igitur.

Dicit conſequenter, quod nec ad actionem, nec ad paſſionem eſt per ſe motus, quia ad motum non eſt per ſe motus, ſed actio, & paſſio ſunt motus, igitur. Et ſubdit, quod, dupliciter poteſt intelligi, quod ipſius motus ſit motus. *Ipſius motus eſt motus, intelligitur dupliciter.* Vno modo, quòd motus ſit ſubiectum motus. Alio modo, quod motus ſit terminus motus. Et probat primò, quòd ad motum, tanquam ad terminum non ſit per ſe motus tribus rationibus. Prima. Si motus eſſet motus tanquam termini, mobile ſemper moueretur, nec quieſceret in termino ad quem motus, quia terminus ad quem motus eſſet motus: ſed illud cui ineſt motus, moueretur, igitur. Secunda. Si motus eſſet per ſe motus tanquam termini, ſequeretur, quod idem mobile ſimul poſſet moueri motibus contrariis, cùm omnis motus ſit de contrario in cõtrarium, hoc eſt falſum, igitur. Tertia ratio. Si motus eſſet motus tanquam termini, ſequeretur quod eſſet proceſſus in infinitum in motibus. Cõſequens eſt falſum, quia tunc non eſſet dabilis primus, nec vltimus motus. Patet cõſequentia, quia ſi ad motum eſſet per ſe motus tanquam ad terminum, tunc ſemper in mobili eſſet motus, & in infinitum, igitur. Conſequenter probat, quod motus non ſit per ſe ſubiectum motus *Motum non eſſe ſubiectũ motus*

Digitized by Google

quinque rationibus. Prima. Quia tunc ſequeretur, quod motus eſset per ſe ſubiectum quietis, hoc eſt falſum, igitur. Conſequentia patet, quia quies, & motus ſunt priuatiuè oppoſita, quæ habent fieri circa idem ſubiectum, igitur. Secunda ratio. Si motus eſſet ſubiectum motus, cum in omni motu oporteat aliquid ſubijci, ſequeretur, quod eſset proceſſus in infinitum in ſubiectis motuum, conſequens eſt falſum, igitur. Patet conſequentia, quia ſi vnus motus eſt ſubiectum per ſe motus, tunc illius motus, qui eſt ſubiectum alterius motus, alius motus poſſet eſse ſubiectum illius motus, & ſic in infinitum, igitur. Tertia ratio. Illud eſt ſubiectũ motus, quod mouetur, ſed motus nõ mouetur, igitur. Quarta ratio. Doctrina non eſt ſubiectum doctrinę, igitur nec motus eſt ſubiectum motus. Quinta ratio. Tres ſunt ſpecies motus, & tamen nulla videtur per ſe ſubiectum motus, igitur. *probat quinque rationibus.*

In ſecunda parte oſtendit, ad quæ prædicamenta eſt per ſe motus, & ponit talem concluſionem. Cùm nec ad ſubſtantiã, nec ad aliquid facere, aut pati ſit motus, relinquitur quòd ad qualitatem, quantitatem, & vbi eſt per ſe motus, quod probat dupliciter. Primò, quia in vnoquoque iſtorum prædicamentorum eſt contrarietas ſufficiens ad motum, ergo ad illa eſt per ſe motus. Secundò probat, quia ad illa prędicamenta, eſt per ſe motus, quæ poſſunt eſſe termini motus, ſed talia prędicamenta ſunt huiuſmodi, igitur. Et dicit quod motus ad qualitatem vocatur alteratio, ſed motus ad quantitatem non nominatur vno nomine, ſed duobus: nam motus, qui eſt ad quantitatem perfectam vocatur augmentatio, & qui eſt ad quantitatem imperfectam, vocatur diminutio, ſed motus ad vbi vocatur loci mutatio. Deindè remouet vnam obiectionem circa aliqua prius dicta, dictum eſt enim, quod omnis mutatio eſt de contrario in contrariũ. Contra hoc poteſt ſic inſtare aliquis, quia aliquis eſt motuş de magis in minùs, vel è contrà, tamen ibi non videtur eſſę contrarietas, igitur. Reſpondet Philoſophus, quod illa ſunt contraria ſufficientia ad motum. *Ad tria prędicamenta eſt per ſe motus.* *Obiectionis remotio.*

Finaliter oſtendit, quot modis dicitur aliquid immobile, dicens, quod aliquid dicitur tripliciter immobile. Vno modo, quia nullo modo poteſt moueri, ſicut ſonus dicitur inuiſibilis. Secũdo mõ, quia cũ difficultate mouetur, ſicut motus dicitur immobilis. Tertio modo, quod non mouetur, & natum eſt moueri pro illo tempore, in quo non mouetur, & iſtud vocatur mobile quieſcens. *Immobile aliquid dicitur tripliciter.*

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 21. & indè

Poſt hoc autem dicamus, quid eſt ſimul, & extractum, & quid eſt tangere, &c.

Simul loco quæ dicũtur

ISTE eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de vnitate motus. Et diuiditur in duo Capitula. In primo declarat aliquos terminos, & primò declarat ea, quæ dicuntur eſſe ſimul ſimultate loci, dicens quod illa dicuntur eſſe ſimul, quæ ſunt in eodem loco proprio, ſicut materia, forma, & totum compoſitum. Ex quo ſequitur, quod ad hoc quod aliqua dicantur eſſe ſimul, non ſufficit, quod ſint in eodem loco communi, quia tunc omnia eſſent ſimul ſecundum locum. Deindè diffinit medium, dicens, quod medium eſt, ad quod continuè mutans priùs peruenit, quam in vltimum. Et ibi ſolum loquitur de medio ſecundum tranſmutationem, quod non eſt aliud, quam illud in quod mobile tranſmutatur, ad cuius medium priùs peruenit, quam ad extremum. Sed illud dicitur continuè moueri, Quod ſic ſe habet, quod nihil, aut pauciſſimũ ſibi rei deficit ſed non tẽporis, quia tunc ad continuationem motus requiritur continuatio temporis, ſed non continuatio rei, ſecundum quã fit, vt patet de tangẽte citharã, qui immediatè poſt primam chordam tangit vltimam, & tamen talis motus eſt continuus, quia non eſt interruptio temporis, ſed fit interruptio ſpacii. Conſequenter oſtendit, quæ ſint contraria ſecũdũ locum, dicẽs, quod illa ſunt contraria ſecundũ locum, quæ maximè diſtãt ſecundum lineã rectã, ſcilicèt inter quæ prætenditur maxima linea recta. Hoc probat, quia illa linea recta eſt minima, quę poſſit contrahi inter duo loca. Conſequenter dicit quod conſequenter ens eſt, quod eſt poſt alterũ ſine medio: eiuſdem rationis, ſicut duæ domus, inter quas nõ eſt alia domus, licèt ſint multæ aliæ rès. Et ad talia conſequẽter ſe habentia, requiritur, quod ſint ordinata adinuicem ſecundum prius, & poſterius, hoc eſt ſecundum ſitum. Secũdò, quod non ſit medium eiuſdẽ rationis inter ipſa. Sed illud dicitur eſſe habitũ, quod eſt conſequenter alteri, & tangit ipſũ. Et duo requiruntur ad habita. Primò, quod ſe tãgant, ſecũdò, quod ſint eiuſdẽ ſpeciei. Sed continuũ alteri eſt, quod facit vnũ cum illo, & eſt idẽ terminus vtriuſq;. Vndè continuũ aliquando dicitur vnum colligantia, aliquando tactu, & aliquando naſcentia.

Simul loco quæ.

Medium quid.

Contraria ſecundum locum quid.

Conſequenter ens quid

Contactũ, & cõtinuũ.

Finaliter comparat adinuicem conſequenter contactum

& continuum,& dicit, quod omne contactũ eſt conſequenter ens, ſed non è contrà, quia in numero inuenitur conſequenter, ens vt dualitas eſt conſequenter ens vnitati,& tamẽ ibi non eſt contactus. Similiter omne continuũ eſt contactũ & non è conuerſo, quia quæcũque habent idem vltimũ, habent vltima ſimul, ſed non quæcunque habent vltima ſimul, habent idem vltimum, igitur. Conſequenter ponit duas differentias inter punctum, & vnitatem. Prima differentia eſt, quod puncta ſunt in illis, quæ nata ſunt ſe tangere, ſed non vnitates. Secunda, quia neceſſe eſt inter quæcunq; puncta in eodem ſaltem continuo eſſe aliquod medium. *Puncti, & vnitatis diſcrimen.*

Ex Textu Commenti 31.& indè.

Vnus autem motus dicitur multipliciter: vnum quidem, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de vnitate motus, dicens: quod motus dicitur vnus multipliciter.ſ.genere, quod determinatur ad terminos eiuſdẽ prædicamenti, ſicut eſſet albefactio,& nigrefactio: Secundo modo dicitur vnus ſpecie, quia terminatur ad eundẽ terminum ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimã. Deindè monet vnam dubitationem, vtrũ ſemper motus, qui ſunt de eiſdem terminis ſecundum ſpeciem, ſint idẽ motus ſecundum ſpeciem? Reſpondet Philoſophus, quod non, quia aliquando vnitas ſpecifica motuum non ſolũ ſumitur ex vnitate ſpecifica terminorum, ſed etiam ex vnitate mediorum, ſiue ſpacij, per quæ fiunt illi motus. Vndè licèt motus localis rectus,& motus localis circularis ſint ad eoſdẽ terminos ſecundum ſpeciẽ, non tamen ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, quia linea circularis non eſt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſimæ cum linea recta. Deindè ponit tertium modum vnitatis motus, dicens, quod motus vnus ſimpliciter eſt motus vnus numero, Ad cuius vnitatem tria requiruntur, ſcilicèt vnitas numeralis mobilis, vnitas numeralis termini ad quem,& vnitas numeralis temporis. *Motus quotupliciter dicatur vn*.* *Dubium.* *Reſponſio.*

Conſequenter mouet duas paruas dubitationes. Prima, vtrum ad vnitatẽ numeralẽ motus requiratur, quod non ſit interruptio temporis, vt ſi Socrates primò moueatur ad ſanitatem,& poſtea iterum quieſcat, & poſtea iterum moueatur ad ſanitatem, vtrum ibi ſit idem motus? Reſpondet, quod ſi contingat corruptum redire idem numero, tunc illi motus poſſunt eſſe idem numero. Secunda dubitatio, vtrum ſit eadem ſanitas, quæ hodiè erat in Sorte, *Dubitationes duæ. Prima. Secunda.*

& nunc eſt, cum ſubſtantia, in qua ſit tranſmutabilis? Reſpondet, quòd ſi ſubſtantia tranſmutabilis maneat eadem, etiã qualitates poſſunt eſſe eædem. Deindè oſtendit, quod ad vnitatem ſimpliciter dictam ipſius motus requiritur, quod ſit continuus, & omnis talis eſt vnus, quia omne conſtitutũ ex partibus, quarum vltima ſunt vnum, eſt ſimpliciter vnũ, ſed omnis motus continuus eſt huiuſmodi, igitur. Et ſubdit, quod non quodlibet poteſt continuari cum quolibet, ſed quorum extrema ſunt vnum, ideò ſpecie, vel natura differentia non poſſunt adinuicem continuari, quia eorum vltima non poſſunt eſſe vnum, ideò ambulatio non poteſt continuari lineæ, nec ſanatio ambulationi, licèt illi motus poſſint eſſe conſequenter ſe habentes. Deindè oſtendit motum eſſe vnum ratione perfectionis, dicens, quod motus dicitur vnus quando eſt perfectus, quia in alijs entibus illud, quod eſt perfectum, & completum, & cui nihil deficit, dicitur vnum, igitur, & motus. Dicit etiam motum eſſe vnum ex parte regularitatis dicens, quod motus regularis eſt magis vnus, quam motus irregularis, quia eſt minus diuiſibilis, quã irregularis, quia motui irregulari plures proprietates diſconuenientes, & diſſimiles ſibi conueniunt, quam motui regulari. Vndè motus irregularis eſt diuiſibilis in velocitatem, & tarditatem, & non motus regularis, igitur ſubdit, quod licèt tales motus differant ſecundum magis, & minus, quia regularis eſt magis vnus, quam irregularis, non tamen differunt ſpecie, ſed ſolum ſecundum magis, & minus. Deindè oſtendit quot modis motus dicitur irregularis, dicens quod duobus modis. Primò ex diuerſitate illorum, ſuper quibus mobile mouetur, non enim eſt poſſibile motum eſſe regularem ſuper magnitudine non regulari, ideò motus factus ſuper magnitudinem tortuoſam non eſt regularis. Secundo modo ex diſpoſitione mobilis, quia mobile natum eſt moueri velocius in vna parte temporis, & tardius in alia.

Scot. in 4. d. 43. q. 3.

Motus regularis diuiſibilis.

Motus quot modis dicatur irregularis.

Duo corolaria.

Finaliter infert duo corrolaria. Primum, velocitas, & tarditas non ſunt differentiæ ſpecificæ motus, poſſunt enim duo motus eſſe eiuſdem ſpeciei, quorum vnus eſt velox, alter verò tardus. Secundum corolarium eſt, quòd maior, & minor grauitas non faciunt motus differre ſpecificè.

Ex Textu Commenti 46. & indè.

Amplius autem determinandum eſt, qualiter motus contrarius motui, & de ſi manſione eodem modo, &c.

Digitized by Google

Iste eſt Tertius, & Vltimus Tractatus huius Quinti Libri, in quo Philoſophus determinat de contrarietate motuum. Et diuiditur in tria Capitula. *Motus qui ad inuicem contrariātur quinq; modis.*

In primò oſtendit qualiter motus contrariantur adinuicē, dicens, quod quinque modis poteſt imaginari vnum motum contrariari alteri motui. Primò, quod illi motus dicantur contrarij, quorum vnus eſt ab vno termino, alter verò in alium terminum. *Primò.* Secundò, quòd illi dicantur contrarij, qui ſunt à terminis contrarijs. *Secundò.* Tertiò, quia ſunt ad terminos contrarios. *Tertiò.* Quartò, quia vnus eſt ex vno contrario, alius eſt in ſuum contrarium. *Quartò.* Quintò, quia ſunt à terminis contrarijs, ad terminos contrarios. *Quintò.* Et ad ſciendum, qui ſunt propriè contrarij, ponit aliquas concluſiones. *Sex concluſiones.* Prima. Motus, qui eſt ab vno contrario, non eſt contrarius motui, qui eſt ad aliud contrarium. *Prima.* Probat, quia ſanatio ſanationi contrariaretur, & ægrotatio ægrotationi, ſed conſequens eſt falſum, igitur. Conſequentia patet, quia vna, & eadem ſanatio eſt ab ægritudine ad ſanitatem, & vna, & eadem ægrotatio eſt à ſanitate in ægritudinem, ergo ſi motus, qui eſt ab vno contrario, contrariaretur motui, qui eſt ad aliud cōtrarium, tunc ſanatio ſibi ipſi contrariaretur. Secunda concluſio. *Secunda.* Motus, qui ſunt à contrarijs terminis ad vnum contrarium, vel ad medium illorum contrariorum non ſunt contrarij. Quod probat, quia motus, qui ſunt ad idem in ſpecie, non ſunt contrarij, ſed motus, qui ſunt à contrarijs terminis, poſſunt eſſe ad idem in ſpecie, igitur. Minorem probat, quia motus, qui eſt à calidiſſimo, poteſt eſſe ad tepiditatem, ſimiliter motus, qui eſt à frigidiſſimo. Tertia concluſio. *Tertia.* Contrarietas motuum magis attendenda eſt penes terminos ad quos, quam penes terminos à quibus, quia motus accipiunt ſuas denominationes à prædictis terminis, igitur. Quarta concluſio. *Quarta.* Illi motus, qui ſunt à terminis contrarijs in terminos contrarios, contrariantur. Probat ratione, & inductione. Ratione ſic, quia motus contrarij debent eſſe à termino affirmato in terminum affirmatum, ergo penes contrarietatem vtrorumque terminorum debet attendi contrarietas motuum. Inductione ſic, quia ægrotatio, & ſanatio ſunt motus contrarij, & ſunt à terminis contrarijs in terminos contrarios, igitur. Similiter motus ſurſum, & motus deorſum, igitur. Quinta concluſio. *Quinta.* Non ſufficienter attenditur contrarietas motuum penes terminos, ad quos contrarios, quod probat, quia ſi eſſent mutationes ad terminos contrarios, & non à contrarijs terminis, non eſſent propriè

Digitized by Google

Sexta. motus, ſed magis generationes igitur. Sexta concluſio, & vltima. Motus, qui ſunt inter media, & extrema, ſunt quodammodo inter contraria, quia medium comparatum ad extrema dicitur quodammodo vtrunque terminorum, vt iam prius viſum eſt.

Ex Textu Commenti 53. & indè.

Quoniam autem motui non ſolum videtur eſſe motus contrarius, ſed, & quies, &c.

Quietes quō contrariantur. ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de contrarietate quietum, ponendo aliquas concluſiones. Prima, Sicut motus, qui ſunt à terminis contrariis ad terminos contrarios, contrariantur adinuicem, ſic quietes terminorum cōtrariorum contrariantur adinuicem. Ex quo ſequitur, quod motus non ſolùm contrariatur motui, ſed etiā quies cōtrariatur motui, nō tamē cōtrariatur motui ſimpliciter, ſicut mot' motui, ſed ſibi opponitur priuatiuè. *Dubitatio.* Deindè mouet vnā dubitationē, ſ. cui quieti cōtrariatur motus? Pro cuius ſolutione ponit ſecundā cōcluſionē. Motus cōtrariatur quieti in termino à quo, & non in termino ad quē: vt motus, qui eſt à ſanitate in ægritudinem, contrariatur quieti, quæ eſt in ſanitate, & non quieti, quæ eſt in ægritudine, quod probat, quia motus non contrariatur quieti, quam facit, ſed motus facit quietem in termino ad quem, ergo non contrariatur ſibi. Tertia concluſio. Quies in termino à quo, & quies in termino ad quem, contrariatur ad ſeinuicem, vt quieti in ſanitate contrariatur quies in ægritudine.

Tres concluſiones de immutatione. Prima. Conſequenter determinat de immutatione ponendo aliquas concluſiones. Prima. Immutationes in terminis contradictorijs ſunt contrariæ, vt immutatio, quæ eſt in eſſe cōtrariatur mutationi, quæ eſt ad non eſſe. *Secunda.* Secunda concluſio. Immutatio non eſt quies, quia immutatio non contrariatur niſi generationi, vel corruptioni, ergo ſi eſſet quies, ſequeretur, quod generatio, & corruptio eſſent motus, vel quod non omnis quies contrariaretur motui, quod eſt falſum, igitur. *Tertia.* Tertia concluſio. Sicut quies eſt priuatio motus, ità immutatio eſt priuatio mutationis, ideò immutatio opponitur mutationi, ſicut quies motui.

Ex Textu Commenti 56. & indè.

Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem ſecundum locum ſunt, & ſecundum naturam, &c.

Digitized by Google

Istvd eſt Tertium, & Vltimum Capitulum huius Tractatus, vbi Philoſophus mouet, & ſoluit quaſdam dubitatiões. Prima eſt, vtrum in alijs motibus à motu locali inueniatur contrarietas ſecundum naturam, & non natura, ſicut inuenitur in motu locali? Soluit Ariſt. dicens, quod ſic, & dicit, quod quædam ſunt corruptiones extra naturam, ſeu violentæ, ſicut illæ, quæ fiunt cum gladio, vel regimine malo, quædam fiunt ſecundum naturam, ſicut corruptiones, quæ fiunt propter ſenſum, quas vocat Philoſophus dulces. Similiter quædam ſunt generationes extra naturam, ſiue extra communem modum naturæ, vt generationes florum in hyeme, aliæ ſunt ſecundum naturam, vt generationes florum in æſtate. Similiter aliqua eſt alteratio ſecundum naturam, ſicut ſanatio in diebus criticis, alia verò extra naturam, vt ſanatio in diebus non criticis. Secunda dubitatio, vtrum quies violenta ſit generata? Et arguitur, quod ſic, quia omnis quies, quæ non eſt ſemper, ſed habet eſſe poſt non eſſe, eſt generata, ſed quies violenta eſt huiuſmodi, igitur. In oppoſitum arguit ſic: Si quies violenta eſſet generata, generaretur à motu violento, ſed omnis motus generans quietem eſt propter quietem, quam generat, igitur motus violentus eſſet pp quietem, ſed oĩs motus, qui eſt pp quietẽ velocitatur in fine, quod eſt falſum de motu violento, igitur. Et iſtã dubitationẽ nõ ſoluit Philoſophus, ſed poteſt ſolui, quod ſicut ad motũ nõ eſt motus, ſic ad quietem nõ eſt motus. Tertia dubitatio vtrũ quies in termino à quo contrarietur motui ſicut dictũ eſt? Arguit Philoſophus, quod non, quia mobile dum mouetur, habet aliquid illius, à quo mouetur, ergo ſi quies in termino à quo contrarietur motui, ſequitur, quod contraria erunt ſimul, quod eſt falſum, igitur. Soluit Philoſophus dicens, quod quies non contrariatur motui ſimpliciter, ſed quodammodo. Quarta dubitatio, quod cum motus naturalis ignis ſurſum, & motus eius violentus deorſum, & motus naturalis terræ eſt deorſum, & motus violentus eius ſit ſurſum, qũo contrariantur iſti motus. ſ. vtrum motus ignis ſurſum ſit contrarius motui deorſum ignis, vel motui terræ deorſum? Rñdet, quod motus ignis ſurſum contrariatur vtrique iſtorum motuum deorſum, ſed diuerſimodè, quia motus ignis ſurſum contrariatur motui ignis deorſum, ſicut naturalis non naturali, & motui terræ, ſicut naturalis naturali, & eodem modo dicatur de quiete, puta, quod quies ignis ſurſum contrariatur quieti ignis deorſum, & quieti terræ.

Dubitationes de motu. *Prima.* *Secunda.* *Reſolutio.* *Tertia.* *Solutio.* *Quarta.* *Reſponſio.*

PHYSICORVM
LIBER SEXTVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

SI autem eſt continuum, & quod tangitur, & conſequenter ſicut diffinitum eſt prius, continua quidem quorum vltima vnum, &c.

Continuũ non eſt cõpoſitum ex indiuiſibilibus.

ISTE eſt Sextus Liber Phyſicorum Ariſtotelis, in quo Philoſophus determinat de diuiſione motus in partes eius integrales. Et diuiditur in tres Tractatus. In primò oſtendit continuum non eſſe compoſitũ ex indiuiſibilibus, & diuiditur in tria Capitula.

Continuũ non eſt cõpoſitum ex indiuiſibilibus.

In primo, probat continuum non eſſe compoſitum ex indiuiſibilibus rationibus generalibus, & intendit duas concluſiones. Prima. Nullum continuum eſt compoſitum ex indiuiſibilibus, vt linea non componitur ex punctis, probat duabus rationibus. Prima. Si linea componeretur ex punctis, oporteret illa puncta ad inuicē eſſe cõtinua, vel contigua: ſed hoc eſt impoſſibile, quia punctorũ nõ ſunt vltima, quia cuius eſt vltimum, aliud eſt, quod eſt vltimum, & illud, cuius eſt vltimum, quod non conuenit puncto, igitur. Secunda ratio. Si linea componeretur ex punctis, ipſa puncta tangerent ſe adinuicem, ſed hoc eſt falſum, quia vel totum tangeret totũ, vel pars partem, vel pars totum: non poteſt dici duobus modis vltimis, quia punctum non habet partes, nec poteſt dici primum, quia ſi totum tangeret totum, illa non eſſent extra ſeinuicem ſitualiter, & per conſequens nullam facerent extenſionem. Si verò dicatur, quod eſſent conſequenter ſe habentia: hoc non valet, quia vel medium inter ipſa eſſet punctum, vel linea: non punctum, quia inter conſequenter ſe habentia non debet eſſe medium eiuſdem rationis, nec linea, quia tunc non componeretur præcisè ex punctis. Secunda concluſio. Omne continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia: quia aliàs ſequeretur, quod in diuiſione eius eſſet deueniendum ad indiuiſibilia, & per conſequens, cum omne, quod eſt, componatur ex his, in quæ reſoluitur, continuum eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus.

Omne continuum diuiſibile in ſemper diuiſibilia.

Ex Tex.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti. 4. & indè.

Eiuſdem autem rationis eſt, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuiſibilibus componi, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus probat nullum continuum eſſe compoſitum ex indiuiſibilibus, per rationes ſumptas ex parte motus, & magnitudinis, & intendit quinque concluſiones. Prima. Si magnitudo eſſet compoſita ex indiuiſibilibus, oporteret motũ componi ex indiuiſibilibus, patet, quia ſi ſupra magnitudinem compoſitam ex tribus indiuiſibilibus, puta a, b, c, fiat motus: neceſſe eſt cuilibet magnitudini ineſſe aliquam partem motus, & è contrà, & per conſequens neceſſe eſt tot, & nõ plures eſſe partes magnitudinis, ſicut, & motus, & ècontrà: ergo ille motus erit compoſitus ex tribus indiuiſibilibus, ſicut magnitudo, igitur. Secunda concluſio. Supra indiuiſibile nihil mouetur, patet: quia ſtaret mobile eſſe ſimul in termino, & moueri ad terminum, quod eſt falſum, nam prius oportet moueri, quam motum eſſe, & prius ire, quam itum eſſe, igitur ſupra indiuiſibile nihil poteſt moueri. Tertia concluſio. Si magnitudo eſſet compoſita ex indiuiſibilibus, nullus motus fieret ſupra eam. Pro cuius probatione ſupponit, quod magnitudo ſit compoſita ex tribus indiuiſibilibus. ſ. a, b, c, & motus factus ſupra eam ex d, & f, & quod ſupra a, quod eſt indiuiſibile, non ſit motus, vt probatum eſt, nec eadem ratione ſuper b, & c, Tunc probatur concluſio, ducendo ad aliqua inconuenientia. Primum eſt, quod motus componeretur ex non motibus, quod ſi non reputetur inconueniens, adducatur ſecundum, quod aliquid eſſet tranſitum, quod nũquam tranſiebatur, patet, quia a, eſſet tranſitum, quod nunquam tranſiebatur, cum ſuper a, nihil poſſet moueri. Similiter eſt de b, & c. Quarta concluſio, Motus non componitur ex indiuiſibilibus, quia, vel illæ partes indiuiſibiles eſſent motus, vel non, ſed vtrumque eſt impoſſibile. Primò, quod non ſint motus, patet, quia quælibet iſtarum partium eſt ſupra indiuiſibilia magnitudinis, ſupra quæ non fit motus, nec poteſt dici, quod ſint non motus, quia vt prius motus componeretur ex non motibus. Quinta concluſio. Idem eſt iudicium de magnitudine, motu, & tempore quantum ad hoc quod eſt componi ex diuiſibilibus, vel indiuiſibilibus, ſic quod ſi magnitudo, vel motus componatur ex indiuiſibilibus, tempus etiam componetur ex indiuiſibilibus, patet, quia ſi magnitudo ſupra quam fit motus, ſit diuiſibilis, oportet

Probatiões ad idem. Per quinq; cõcluſiones. Prima. Secunda. Supra indiuiſibile nihil mouetur. Tertia. Quarta. Quinta.

quod in minori parte temporis tranſeatur pars eius, quàm totum, ergo ſi magnitudo eſt diuiſibilis, oportet tempus eſſe diuiſibile, & è contrà, & ſi vnum componatur ex diuiſibilibus, ità, & reliquum.

Ex Textu Commenti 88. & indè.

Quoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuiſibiles oſtenſum eſt, &c.

Proſequitur probationes eiuſdem. ISTVD eſt Tertium Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus oſtendit nullum continuum eſſe compoſitū ex indiuiſibilibus per rationes ſumptas ex parte velocitatis, & tarditatis. Et intendit ſeptem concluſiones. *Septem concluſiones. Prima.* Prima. Mobile velocius in æquali tempore pertranſit maius ſpacium, ſupponendo quod ſemper moueatur. *Secunda.* Secunda concluſio. Velocius in minori tempore pertranſit maius ſpacium, & hoc ſemper præſupponendo quod moueatur. *Tertia.* Tertia concluſio. Mobile velocius in minori tempore pertranſit æquale ſpacium. *Velocius qd* Et probantur iſtæ tres concluſiones per diffinitionem velocioris: nam velocius eſt, quod in æquali tempore maius ſpacium pertranſit, vel in minori maius, vel in minori, æquale: quia velocior ſemper citius mouetur, & ſemper citius attingit terminum. *Quarta.* Quarta concluſio, Omnis magnitudo, & omne tempus eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, & hæc concluſio ſatis probata eſt in prioribus Capitulis. *Quinta.* Quinta concluſio. Impoſſibile eſt magnitudinem tranſiri in tempore infinito, dummodo in qualibet parte illius tẽporis infiniti pertranſeatur aliquid de illa magnitudine ſine reiteratione. Probatur ſupponendo, quod magnitudo finita ſit a,b, & tempus infinitum ſit c,d, tunc in illo tempore ſumatur aliqua pars finita, & in illa aliquid magnitudinis pertranſeatur, tunc arguitur ſic, illa pars magnitudinis multotiens replicata excedit totam magnitudinem, & non in infinitis partibus, igitur. *Sexta.* Sexta concluſio. In tempore finito nō poteſt pertranſiri magnitudo infinita, quæ concluſio poteſt probari, ſicut præcedens. Et ex iſtis patet ſolutio ad rationem Zenonis volentis probare non eſſe poſſibile aliquid moueri, *Solutio rationis Zenonis.* vel pertranſire aliquod ſpacium in tempore finito, ſic arguendo, in quolibet ſpacio ſunt infinitæ partes, quarum quamlibet oportet pertranſire, & tangere ipſum mobile, ſi debeat totum ſpacium pertranſiri, ſed impoſſibile eſt infinita pertranſire, & tangere in tempore finito: igitur. Poteſt dici quod licèt in quolibet ſpacio ſint infinitæ partes eiuſdem proportionis, non tamen ſunt infinitæ partes eiuſdem quā-

ſitatis,quas mobile debet pertranſire. Septima concluſio, & principalis. Nullum continuum eſt compoſitum ex indiuiſibilibus, quia tunc ſequeretur,quod indiuiſibile poſſet diuidi, quod implicat contradictionem. Conſequentia probatur, ponendo quod ſint duo mobilia,quorum vnum ſit velocius altero in duplo : ponatur vltra,quod velocius mobile in tempore trium indiuiſibilium tranſeat magnitudinem trium indiuiſibilium, tardius in eodem tempore tranſibit ſolum medium illius magnitudinis, ergo tranſibit tantùm vnum indiuiſibile cum dimidio, & per conſequens indiuiſibile erit diuiſibile. *Septima.*

Ex Textu Commenti 24.& indè.

Neceſſe eſt autem, & ipſum nunc, quod non ſecundum alterum,ſed per ſe,& primum.

Iste eſt Secundus Tractatus, in quo Philoſophus vult oſtendere, quod inſtans, ſeu ipſum nunc copulans partes temporis adinuicem eſt indiuiſibile, & diuiditur in ſex Capitula. In primo ponit aliquas concluſiones. Prima. In tempore eſt nunc, quia in tempore præterito eſt nunc, quia tẽpus præteritum eſt terminatum, & non niſi ipſo nunc, igitur. Etiam in tempore futuro eſt nunc,quia tempus futurum eſt terminatum, & non niſi ipſo nunc, igitur. Secunda concluſio. Nunc eſt indiuiſibile, quia ſi eſſet diuiſibile, vel oporteret, quod ipſius temporis præteriti eſſet aliud nunc, quam temporis futuri, vel quod vna pars eius eſſet præterita, & alia futura, vel quod ipſum nunc ſecundum ſe totum non terminaret totum tempus præteritum, vel totum tempus futurum, ſed quodlibet eſt falſum, igitur. Primò, quod primum ſit falſum; ſcilicèt quod ipſius temporis præteriti ſit vnum nunc, & ipſius futuri aliud nunc; quia, vel vnum tangeret reliquum, aut non; non eſt dicendum primum, quia continuum eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus; nec reliquum, quia nunc inter alia mediaret tempus, quod eſt falſum, igitur. Secundum, & Tertium non eſt poſſibile, quia ſi ſit diuiſibile, aut ſecundum ſe totum terminabit tempus præteritum, aut ſecundum partem. Non ſecundum partem, quia vna pars eius terminaret aliam partem. Nec ſecundũ ſe totum, quia ſecundum ſe totum, non immediatè ſequeretur tempus præteritum, vel futurum, ſed ſecundum partem poſt partem, Nec eſt dicendum, quod vna eius terminet præteritum, & alia futurum, quia tunc vna pars eius eſſet præterita, & alia futura, quod eſt falſum, igitur. Tertia concluſio. In nunc nihil poteſt moueri, quia tunc ſe-

Nunc copulans partes tẽporis indiuiſibile eſt.

Quinque concluſiones.

Prima.

Secunda.

Tertia.

quæretur quod eſſet diuiſibile, cuius oppoſitum probatum eſt. Conſequentiam probat, quia capiatur mobile tardum, quod in inſtanti tranſeat aliquod ſpacium, tunc mobile velocius in duplo tranſit illud ſpacium in menſura minori in duplo, & ſic immediatè inſtantis. Quarta concluſio. In nūc nihil contingit quieſcere, quod probat duabus rationibus. Prima. In quo nihil aptum natum eſt moueri, in illo non poteſt aliquid quieſcere, ſed in nunc nihil natum eſt moueri, igitur. Secunda ratio. Si aliquid quieſceret in nunc, ſequeretur, quòd vnum, & idem ſimul moueretur, & quieſceret, quod eſt falſum. Conſequentiam probat, quia capiatur aliquod mobile, quod moueatur per aliquod totum tempus, tunc in illo mouebitur, & etiam quieſcet, igitur. Quinta cōcluſio. Omne, quod mouetur, eſt diuiſibile, quod probat, quia omne mobile dum mouetur partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem, ſed omne tale eſt diuiſibile, igitur.

Quarta.

Quinta.

Ex Textu Commenti 23. & indè.

Quod mutatur autem omne neceſſe eſt diuiſibile eſſe, vno enim diuiſo omne diuidetur. &c.

Motus quō diuiſibilis. Quatuor concluſiones Prima concluſio.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit qualiter diuiditur motus, ponens aliquas concluſiones. Prima. Motus diuiditur ſecundum diuiſionem mobilis, ità, quod ſi totius mobilis ſit totus motus, cuiuſlibet partis mobilis erit aliqua pars motus. Probat Philoſophus: nam ſi totum mobile moueatur, tunc quælibet pars eius mouetur, ſed vna pars non mouetur illo motu, quo mouetur alia pars: nam vna pars poſſet quieſcere, dum alia moueretur, igitur. Probat ſecundò, quia niſi ſic, tunc motus non eſſet adæquatus mobili, cùm nulla pars eius conueniret alicui parti mobilis, igitur mobile ſecundum ſe totum non mouetur. Secunda concluſio. Motus diuiditur ſecundum diuiſionem temporis, quia ſicut totus motus eſt in aliquo toto tempore, ità partes illius motus ſunt in partibus illius temporis. Ex quo infert quod hæc quinque, ſcilicèt tēpus, mobile, motus, magnitudo, vel ſpacium, & moueri ſimiliter diuiduntur. Vltimam partem probat ponendo tertiam concluſionem, Motus, & moueri ſimiliter diuiduntur. Quod probat, quia non eſt motus ſine moueri, nec moueri ſine motu, & ſecundū totum motum conuenit totum moueri, igitur. Quarta concluſio. Motus, & ſpacium, ſupra quod aliquid mouetur, conſimiliter diuiduntur, quod probat, quia ſicut aliquod mo-

Secunda.

Quarta.

bile pertranſit aliquod ſpacium toto motu, ità in parte motus tranſit partem ſpacij, igitur.

Ex Textu Commenti 41. & indè,

Quoniam autem omne, quod mutatur, ex quodam in aliquid mutatur, neceſſe eſt quod mutatur, &c.

Istvd eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus determinat de mutato eſſe, & ponit aliquas cõcluſiones. Prima eſt. Quod mutatur, quando mutatum eſt, eſt in termino ad quem mutabatur. Pro cuius declaratione ſupponitur, quod mutatum eſſe nihil aliud eſt, quam defeciſſe, ſeu ſeparari à termino à quo. Tunc arguitur ſic. Illud, quod mutatum eſt, vel eſt in termino à quo, vel in medio, vel in termino ad quem: non in termino à quo, quia mutatum eſſe eſt defeciſſe à termino à quo, vt ſupponebatur: nec in medio, quia tunc mobile moueretur, ergo in termino ad quem. Ex quo infert, qđ omne, quod factum eſt, quando primò factum eſt, eſt, & omne quod corruptum eſt, quando primò corruptum eſt, nõ eſt: ergo omne, quod mutatum eſt, quando primò mutatum eſt, eſt in eo, ad quod primum mutatum eſt. Secunda concluſio. Illud, in quo aliquid primò mutatũ eſt, eſt indiuiſibile, quia ſi ſit diuiſibile capiatur illud, & ſignẽtur partes ſuę, ſ. a, b, vel ergo illud, quod primò mutatũ eſt, mutatũ eſt in vtraque parte, vel in altera tantùm, vel in nulla. Non eſt dicendũ tertium, vt notum eſt, neque primum, & ſecundum, quia tunc non eſſet mutatum in aliquo primo, immò prius in vna parte, quam in alia, igitur. Et ſubdit, quod duplex eſt mutatũ eſſe. ſ. completũ, & perfectũ, quod eſt terminans ipſum motum, & incompletum, & imperfectũ, quod eſt nõ continuans partes motus. Tertia concluſio. Dabile eſt primum mutatum eſſe completum, & perfectum, quod probat, quia niſi ſic, nunquam mutatio eſſet perfecta, & finita, cũ finis mutationis ſit mutatum eſſe. Quarta concluſio. In motu non eſt dabile primum mutatũ eſſe incompletum, & imperfectum, quia tale continuat motum cum motu, ſed in quolibet motu ſunt infinita mutata eſſe, quorum non eſt dabile primum, igitur. Secundò probat, quia ſi eſſet dare primum mutatum eſſe incompletum, etiam eſſet dare primam partem motus, quod eſt falſum, quod probat, quia non eſt dabilis prima pars mobilis, neque temporis, neque ſpacij, ſupra quod fit motus, igitur nõ eſt dabilis prima pars motus. Probat tertiò, quia quacunque data illa eſt diuiſibilis in infinitas partes, igitur.

Mutatum eſſe quid, et quotuplex.

Ex Textu Commenti 50. & indè

Quoniam autem omne, quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutare, &c.

Moueri ad mutatum eſſe quo ſe habet.

ISTVD eſt Quartum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de ordine ipſius moueri ad mutatum eſſe, & è contrà. Et dicit primò, quod omne, quod mutatur, in tempore mutatur, quod contingit dupliciter. Vno modo aliquid dicitur mutari in tempore, primò, quia in qualibet parte temporis dicitur mutari. Alio modo ſecundum alterum, quod in alia parte temporis dicitur mutari, & non in toto tempore. Hoc ſuppoſito ponit aliquas concluſiones. Quarum Prima eſt, Ante omne mutari eſt mutatũ eſſe, quod probat tripliciter. Primò ponendo, quod ſi aliquod mobile, quod moueatur per aliquam magnitudinem in aliquo toto tempore, tunc mutatũ eſſe medietatis illius moueri præcedit totũ illud moueri, & iterũ mutatũ medietatis præcedit totũ moueri illius medietatis, & ſic deinceps, igitur. Secũda ratio. Quia tempus eſt diuiſibile, in ſemper diuiſibilia, ſimiliter partes temporis, quarum quælibet præcedit inſtans, & ſimiliter eſt dicendum de motu, igitur. Tertia ratio. Omne, quod mouetur continuè per aliquod totum tempus, neceſſe eſt, quod in quolibet inſtanti illius temporis mobile moueatur, vel qđ mutatum ſit: ſed non mouetur, quia in inſtanti nihil mouetur, ergo mutatum eſt, & talia mutata eſſe ſunt infinita, & quælibet partem motus præcedit mutatum eſſe, igitur. Secũda concluſio. Ante omne mutatum eſſe eſt mutari, quod probat tribus rationibus. Prima. Quia ſi aliquid mutetur ex a, in b, vel ergo in vno, & eodem nunc mutatur ex a, & eſt in b, vel in alio, & alio: non in eodem, quia tunc ſimul, & ſemel eſſet in a, & in b, quod eſt impoſſibile, igitur. Secunda ratio. Quia omne, quòd mutatum eſt peruenit ad illud, in quo mutatũ eſt in tempore, igitur etiam per motum, qui fiebat in illo tẽpore, & nihil peruenit ad illud, in quo mutatum eſt niſi per motum: ergo videtur quòd ante omne mutatum ſit moueri. Tertia ratio. Quælibet magnitudo diuiſibilis eſt in infinitũ, ergo non eſt dabilis prima pars eiuſdem, ergo etiam nec immutari, quod ſit ſupra illam magnitudinem erit dare primam partem, & per conſequens ante omne mutatum erit mutari.

Ex Textu Commenti 60. & indè.

Quoniam autem omne, quod mouetur, in tempore mouetur, &c.

ISTVD eſt Quintũ Capitulũ, in quo Philoſophus determinat de finitate, & infinitate motus, & ponit aliquas cõcluſiões. Quarũ prima eſt. Impoſſibile eſt aliquid moueri in tẽpore infinito per ſpaciũ finitum. Probat Philoſophus, quia motus, tẽpus, & ſpaciũ proportionabiliter ſe habent, quo ad hoc, quod eſt diuidi, ergo ſi motus ſit finitus, & ſpaciũ finitũ; oportet tẽpus eſſe finitum. Secũdò probat, quia parti motus correſpõdet aliqua pars temporis, & alteri altera, & illę partes motus non faciũt motũ infinitũ: ergo tẽpus, in quo ſit talis motus, non erit infinitum. Secunda cõcluſio Impoſſibile eſt aliquid tẽpore finito moueri per ſpaciũ infinitum, & poſſet probari, ſicut præcedens cõcluſio. Tertia concluſio. Impoſſibile eſt mobile infinitũ pertranſire ſpaciũ finitũ in tẽpore finito, quod probat, quia tunc ſequeretur, quod mobile finitũ in æquali tẽpore tranſiret idẽ ſpaciũ: nàm ſignetur illud ſpaciũ, & ſit a, tunc ſic, ſpaciũ finitũ in aliquo tẽpore poteſt pertrãſiri à mobili finito in tempore finito: ergo mobile finitũ velocius in duplo poterit pertranſire illud ſpacium in minori tempore, & iterum aliud in minori: igitur.

Concluſiones de finitate, & infinitate motus.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Ex Textu Commenti 67. & indè.

Quoniam autem omne aut mouetur, aut quieſcit quod aptum natum eſt moueri, quando aptum natum eſt, &c.

ISTVD eſt Sextum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de diuiſione ſtatus, & quietis ponẽs aliquas concluſiones. Prima. Omne quod ſtat, mouetur. Probat: quia oẽ, quod natum eſt moueri eo tempore, quo natum eſt moueri, & ſicut natũ eſt moueri, quieſcit, vel mouetur; ſed illud, quod ſtat, vbi, & quãdo ſtat, natũ eſt moueri, & nõ quieſcit, cùm ſimul tẽderet ad quietẽ, & eſſet in quiete, ergo mouetur. Ex quo infert primò, quod omne quod ſtat, ſtat in tempore, quia omne, quod mouetur, mouetur, in tẽpore, igitur. Secũdò infert, quod omne, quod ſtat in aliquo tẽpore, primò ſtat in qualibet parte illius tẽporis. Secunda cõcluſio. In ſtatu nõ eſt dare primũ mutatum eſſe, vel ſtatũ eſſe, quia in motu non eſt dare primũ motũ eſſe, ergo nec in ſtatu, tenet conſequentia, quia ſtatus eſt motus. Tertia concluſio. Omne, quod quieſcit, in tempore quieſcit, quod probat: quia illud, quod quieſcit, quieſcit in tẽpore, vel in nunc, ſed non quieſcit in nunc, cùm in nũc, nihil cõtingat moueri, ergo nec quieſcere.

Concluſiones 3. de Diuiſione ſtatus, & quietis.

Prima.

Omne, quod ſtat mouetur.

Omne quod ſtat, ſtat in tempore.

Secunda.

Tertia.

illud ergo, quod quieſcit, in tempore quieſcit. Ex quo infert, quod non eſt dandũ primum, in quo primo aliquid quieſcit: quia omnis quies eſt in tẽpore, ſed in tempore non cõtingit dare primũ ſic, quod ſit omni alio prius: igitur nec in quiete.

Ex Textu Commenti 75. & indè.

Zeno autem ratiocinatur & paralogizat, ſi enim ſemper dicit quieſcit omne, aut mouetur, &c.

Rationes Zenonis probantes non eſſe motum. ISTE eſt Tertius Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus recitat rationes aliquorũ Philoſophorũ, quas faciebãt cõtra poſitionẽ ipſius de motu. Et primò recitat rationes Zenonis, per quas probabat motũ non eſſe. Quarũ prima eſt, *Prima.* Omne mobile exiſtens in aliquo loco ſibi æquali quieſcit, vel mouetur in illo loco, ſed mobile in quolibet inſtanti eſt in loco ſibi æquali: ergo hic mouetur, vel quieſcit. *Solutio Philoſoph.* Reſpõdet Philoſophus negando maiorem, quia plus requiritur, ſcilicèt quod natũ ſit hic moueri, vel quieſcere: cuiuſmodi non eſt inſtans. *Secunda.* Secunda ratio. Impoſſibile eſt infinitum pertranſire tẽpore finito, ſed in quolibet ſpacio sũt ĩfinitæ partes, igitur. *Solutio Philoſoph.* Reſpõdet, quod licèt in quolibet ſpacio ſint infinitæ partes in potẽtia ſubſiſtẽdi, nõ tamẽ in actu, ſupple, ſubſiſtẽdi, quæ ſcilicèt ſint actu diuiſę adinuicẽ. *Tertia.* Tertia ratio. Si poſſibile eſſet aliquid moueri de loco ad locũ, ſequeretur, quod velociſſimè motũ nunquã attingeret tardiſſimè motũ, conſequens eſt falſum: igitur. Conſequẽtia patet. quia ponatur velociſſimè motũ in principio alicuius ſpacij, & tardè in medio ſpacij, & ſimul incipiant moueri, vel ergo quando velociſſimè motum venit ad mediũ, tardiſſimè motum tranſiuit aliquod vel non: ſi non, ergo quieuit: ſi ſic, ergo velociſſimè motum non attingit ipſũ in medio, & ſic deinceps. *Solutio.* Reſpõdet Philoſophus, quod argumentũ benè procedit, ſi tales ſignationes fierẽt per partes eiuſdem rationis. *Quarta.* Quarta ratio. Omne quod eſt in loco ſibi æquali, non mouetur: ſed ſemper continuè motum eſt in loco ſibi æquali, igitur. *Solutio.* Reſpondet Philoſophus, quod minor eſt vera: ſi ly ſemper diſtribuat pro inſtantibus, non autem ſi diſtribuat pro partibus ipſius temporis. *Quinta.* Quinta ratio. Si ſic, ſequeretur, quod mobile tardum velociꝰ pertranſiret aliquod ſpacium, quam mobile velocius, patet; quia ponatur vna linea quæ vocetur a, & alia, quæ vocetur b, & ponatur vnum mobile, quod tranſeat ſuper a, quod ſit velocius in duplo, quam b, & a, & b, moueantur contra ſeinuicem, tunc b, citius, vel æquè citò tranſiret a, quam illud mobile.

Digitized by Google

Figura. c c c

b b b

a a a

Solutio.

Respondet Philoſophus, quod ibi non eſt bona comparatio mobilium adinuicem.

Ex Textu Commenti, 91. & indé.

Oſtenſis autem his dicimus, quod impartibile non contingit moueri niſi ſecundum accidens, &c.

Concluſiones probantes indiuiſibile non poſſe moueri.

Istvd eſt Secundum,& Vltimum Capitulum huius ſexti, in quo Philoſophus vult oſtendere, quod indiuiſibile non poteſt moueri,& ponit aliquas concluſiones. Quarum prima eſt. Non contingit impartibile, ſeu indiuiſibile moueri. Probat aliquibus rationibus. Prima, quia tunc ſimul moueretur, & quieſceret,quod eſt falſum:igitur. Maiorem probat,quia aut indiuiſible moueretur, ſecundũ quod eſt in termino ad quem,vel ſecundum quod eſt in termino à quo, vel ſecundum quòd partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem.Non primum, quia quod eſt in termino ad quem,mutatum eſt, & non mouetur.Nec ſecundum, quia mobile in termino à quo quieſcit. Nec tertium: quia indiuiſibile non habet partes, ergo non eſt partim in termino à quo,& partim in termino ad quem.Secunda ratio.Omne, quod per ſe mouetur de loco ad locum, prius pertranſit locum ſibi æqualem, vel minorem, quam maiorem,ſed ipsũ indiuiſibile non poteſt pertranſire locum minorem,eò quod indiuiſibili nihil eſt minus, nec locum æqualem, quia tunc indiuiſibile eſſet immediatũ indiuiſibili,Secunda concluſio, Impoſſibile eſt generationem,corruptionem,augmentationem,diminutionem,aut alterationem eſſe infinitas,quia inter certos terminos finales non eſt mutatio infinita,ſed omnes illæ mutationes ſunt inter certos terminos finales,igitur. Minorem probat,quia vel ſunt inter terminos contrarios,vt augmentatio, diminutio, & alteratio, aut inter terminos contradictorios, ſicut generatio, & corruptio. Tertia concluſio. Non omnis mutatio localis eſt finita,quia non omnis eſt inter terminos contrarios,vt patet de motu circulari, omnis tamen mutatio localis recta eſt finita, quia impoſſibile eſt aliquid moueri ad aliud,ad quod impoſſibile eſt motum eſſe,ſed impoſſibile eſt mobile, quod mouetur motu recto, eſſe motum ad infinitum, igitur.

Indiuiſibili nihil minus.

PHYSICORVM
LIBER SEPTIMVS.
Ex Textu Commenti 1. & indè.

OMNE autem, quod mouetur, neceſſe eſt moueri ab aliquo, ſiquidem igitur in ſeipſo non habet principium motus manifeſtum, &c.

Iſtius libri diuiſio in quo determinatur de motu ad mouentia & mobilia. Quod mouetur ab alio mouetur.

ISTE eſt Septimus liber Phyſicorum Ariſt. in quo ipſe determinat de motu per comparationem ad mouentia, & mobilia, & continet duos Tractatus. In primo determinat de motu per comparationem ad mouentia, & continet quatuor capitula, in primo ponit talem concluſionem. Omne, quod mouetur, ab alio mouetur. Et ſubdit, quod in illis, quæ non habent principium motus in ſeipſis, manifeſtum eſt iſta moueri ab alio, licet ita non ſit manifeſtum in alijs, quæ habent in ſeipſis principium ſui motus. Deindè declarat dictam concluſionem, & primò iſtam propoſitionem, ſcilicèt quòd ſi aliquid pauſet, & quieſcat ad quietem alterius, non mouetur à ſeipſo primò, ſed ab alio, quod probat inferendo ex oppoſito conſequentis oppoſitum antecedentis. Nàm ſi aliquid mouetur à ſeipſo primò, non pauſabit, neque quieſcet ad quietem alterius, ergo ſi aliquid pauſet, & quieſcat ad quietem alterius, non mouetur à ſeipſo. Ex quo infert, quod nihil, quod quieſcit ad quieté alterius. mouetur, à ſeipſo primò; ſed omne, quod mouetur quieſcit ad quietem alterius, ergo omne, quod mouetur ab alio mouetur, Maioré relinquit notam, & minorem probat, quia ponatur, quod, a, ſit mobile, & quod diuidatur in b, & c, vel ergo quieſcete b, quieſcit c, & tūc c, per c, mouetur, vel non, & tunc ſequitur, quod a, per ſe primò non mouebatur. quia illud dicitur moueri primò, quod ſecundum quamlibet ſui partem mouetur.

Prædictæ concluſionis declaratio.

Ex Textu Commenti 3. & indè.

In mouentibus & motis non abitur in infinitum. Probatur tribus rationibus. Prima. Secunda.

Quoniam omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, neceſſe, &c.

ISTVD eſt ſecundum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quod in mouentibus, & motis non eſt proceſſus in infinitum, ponendo talem concluſionem. Non eſt proceſſus in infinitum in mouentibus, & mobilibus. Pro cuius probatione ponit tres ſuppoſitiones. Prima. Si in mouentibus, & motis ſit proceſſus in infinitum, ponatur, quod, a, moueatur a b, & b a c, & c a d, & ſic deinceps. Secunda

Digitized by Google

ſuppoſitio. Mouens ſimul tempore mouet, & mobile mouetur: nam falſum eſt dicere, quod aliquid mouet, & nihil moueatur. Ex quo ſequitur, quod exiſtentibus infinitis mouentibus, & motis, omnes illi motores ſimul mouent, & mobilia ſimul mouentur. Tertia ſuppoſitio. Cuiuſlibet mobilis motus eſt vnus numero, & finitus, qui fit tempore finito. Conſequenter probat ſuam concluſionem, quia ſi in mouẽtibus, & motis eſſet proceſſus in infinitum, ſequeretur, quòd motus infinitus fieret tempore finito, quod eſt falſum: conſequentia patet, quia motus ipſius a, fit in tempore finito, ſimiliter motus ipſius b, & cum omnium mobilium motus ſint in eodem tempore, vt dicit ſecunda ſuppoſitio, ſequitur, quòd motus aggregatus ex omnibus his motibus eſſet infinitus, & tamen fieret in tempore finito. Deindè ponit vnã Cauillationem, diceret enim aliquis, quòd ex omnibus illis motibus non fieret vnus totalis motus numero, cum mobilia non ſint continua adinuicem? Soluit, quia dato, quod non ſint continua adinuicem, ipſis tamen non repugnat cõtinuari adinuicem; quo facto motus erit vnus infinitus, compoſitus ex omnibus illis motibus, & in tempore finito, igitur.

Tertia.

Cauillatio.

Ex Textu Commenti 9. & indè.

Primum autem mouens non ſicut, quod eſt cuius cauſa, ſed vndè eſt principium motus, &c.

Istvd eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quòd mouens, & motum ſimul ſunt, dicens primo, quòd mouens in genere cauſæ efficientis ſimul eſt cum moto. Et probatione huius ponit aliquas diuiſiões motus localis, & ſpecierum eius, dicens, primò, quod omne, quod mouetur localiter, vel mouetur à principio intrinſeco, vel extrinſeco. Vnde ſi moueatur à principio intrinſeco manifeſtum eſt, quod in tali motu mouens, & motum ſimul ſunt. Deinde diuidit alterum membrum, dicens, quod motuũ localium, qui fiunt ab extrinſeco, quidam vocatur pulſio, quidam tractio, quidam vectio, & quidam vertigio. Alij verò poſſunt reduci ad iſtos. Et dicit, quod pulſionis duæ ſunt ſpecies, ſcilicèt impulſio, & expulſio. Impulſio eſt motus, in quo mouens non deficit ei, quod mouetur. Sed expulſio eſt motus, in quo mouens deficit ei, quod mouetur, ſic quod non ſemper manet per totum motum cũ toto, ſicut eſt proiectio lapidis. Deinde deſcribit vectionem, dicens, quod illud, quod vehitur, mouetur ad motũ alterius ſupra quod vehitur.

Mouens & motum ſimul ſunt.

Motus localis diuiſiones.

Quid impulſio, expulſio, vectio, & tractio ſint.

Deindè dicit, quod tractio eſt motus, quo aliquid mouetur ad trahens, & motus trahentis eſt velocior, quam motus illius, quod trahitur, nec mouens ſeparatur ab eo, quod mouetur. Deindè reducit alios motus ad tractum, vnde inſpiratio reducitur ad tractum, ſed aſpiratio reducitur ad pulſionem, & eſſet ſpathiſis, & carciſis ad tractum. Et ſubdit, quod omnis aggregatio reducitur ad tractum, & diſgregatio ad pulſum. Deindè dicit, quod vertigo eſt motus compoſitus ex pulſu, & tractu, ſicut quando vnum doliũm vertitur, cuius vna pars trahitur, alia verò pellitur.

Quid vertigo.

Principalis concluſionis declaratio.

Finaliter declarat ſuã concluſionẽ, ſcilicèt quòd omne mouens ſimul ſit cum moto, quia in motu pulſus, & tractus mouens eſt ſimul cum motu, & cum omnes alij reducantur ad iſtos, igitur. Deindè declarat in motu alterationis, quia omnes qualitates, ſecundum quas eſt alteratio propriè dicta, ſunt qualitates ſenſibiles, ſed ſecundum illas non poteſt aliquod corpus alterari ab aliquo corpore remoto, niſi prius alteretur corpus propinquum, ſicut calefaciens non poteſt prius calefacere corpus diſtans, quam corpus propinquum. Deindè declarat in motu augmentationis, & diminutionis, quia augmentatio fit per appoſitionem nutrimenti ad aliud, quod augetur, & diminutio per ablationem alicuius, igitur augens, & diminuens, ſimul ſunt cum moto.

Ex Textu Commenti 14. & indè

Quoniam autem, quæ alterantur, alterantur omnia à ſenſibilibus, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quod ſolùm ad qualitates tertiæ ſpeciei eſt per ſe alteratio, & intendit talem concluſionem. Ad ſolas qualitates tertiæ ſpeciei eſt per ſe alteratio: quod probat dupliciter. Primò, quia ad ſolas qualitates actiuas, & paſſiuas eſt per ſe alteratio, ſed ſolæ qualitates tertiæ ſpeciei ſunt huiuſmodi, igitur. Secundò probat inductiuè, qui ad qualitates primæ ſpeciei non eſt per ſe alteratio, neque ad qualitates ſecundæ ſpeciei, neque quartæ, igitur ſolum ad qualitates tertiæ ſpeciei eſt per ſe alteratio. Et quòd ad qualitates quartæ ſpeciei non ſit per ſe alteratio, probat tribus rationibus. Prima. Ad illas qualitates non eſt per ſe alteratio, quæ non acquiruntur niſi per acquiſitionem alterius, ſed qualitates quartæ ſpeciei ſunt huiuſmodi, igitur. Dicunt aliqui, quod acquiruntur per condenſationem, vel rarefactionem, alij per motum localem. Secunda ratio, ſumitur ex communi mo-

Alteratio per ſe ad quas qualitates.

Rationes probantes non eſſe alterationem per ſe ad qualitatem quartæ ſpeciei.

do loquendi, & eſt iſta. Qualitates, ad quas eſt per ſe alterario, debent prædicari de ſubiecto, & è contra, ſicut dicimus, calidum eſt ęs, & æs eſt calidum, ſed qualitates quartæ ſpeciei non prædicantur de ſubiecto, vt non dicimus, ſtatua eſt æs. Tertia ratio. Ridiculũ eſt dicere aliquid alterari alteratione corruptiua, cum perficiatur, ſed quãdo æs recipit figurã, perficitur, igitur. Cõſequenter probat, quod ad qualitates primæ ſpeciei non eſt per ſe alteratio, ponẽdo tres cõcluſiones quia tales ſunt ad aliquid, ergo ad nullos tales eſt per ſe alteratio. Antecedẽs probat, quia oẽs habitus corporales ſũt virtutes, vel malitiæ, q̃ omnia ſunt ad aliquid. Secũda cõcluſio. Ad habitus morales non eſt per ſe alteratio, probat duabus rationibus. Prima. Nihil dicitur alterari dùm perficitur aut corrumpitur: ſed per virtutem, vel malitiam moralem aliquid perficitur, aut corrumpitur, ſiue imperficitur, ergo ſecundum illas qualitates non eſt per ſe alteratio. Secunda ratio. Illud, quod fit ad productionem alterius non acquiritur per alterationem: ſed ſic eſt de virtutibus cùm acquiruntur per actus, & operationes, vel delectationes, vel triſtitias, igitur. Tertia concluſio. Ad habitus intellectuales non eſt per ſe alteratio, probatur duabus rationibus. Prima. Quia habitus intellectuales, cuiuſmodi ſunt ſcientia, ſapientia, ſiunt ad aliquid, igitur. Secunda ratio. Illud non acquiritur per motum, quod acquiritur per quietationem, ſed ſic eſt de habitibus intellectualibus, igitur non acquiruntur per motum. Minorem probat, quia anima in quiete, & reſidentia, fit ſciens, & prudens. Ex quo textu elicitur hæc auctoritas, ſedendo, & quieſcendo fit anima prudens, & ſciens, videmus enim infirmos, & ebrios non eſſe aptos ad ſcientiam propter motum, & turbationem, quam habent.

Concluſiones probantes non eſſe alterationẽ per ſe in qualitatibus primæ ſpeciei.

Sedendo, & quieſcẽdo fit anima prudẽs, & ſciens.

Ex Textu Commenti 21. & indè.

Dubitabit autem vtique aliquis, vtrum omnis motus omni comparabilis, &c.

Iste eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo determinat de comparatione motuum adinuicem: & diuiditur in tria Capitula. In primo mouet vnam quæſtionem, ſcilicèt vtrum omnis motus ſit omni motui comparabilis in velocitate, & tarditate? Et probat primò, quòd non, duabus rationibus. Prima, quia tunc ſequeretur, quòd motus rectus motui circulari eſſet comparabilis, ſed hoc eſt falſum quia ſi eſſent comparabiles adinuicem, tunc ſpacium circu-

An omnis motus omni motui in velocitate, & tarditate comparari poſſit.

lare, & ſpacium rectum eſſent comparabilia adinuicem; quod eſt falſum, igitur. Secunda ratio, quia tunc ſequeretur, quod motus localis eſſet comparabilis motui alterationis, & per conſequens æqualitas, penes quam attenditur velocitas in motu alterationis, eſſet æqualis magnitudinis cum ſpacio, penes quod attenditur velocitas in motu locali, conſequens eſt falſum: igitur. Deindè arguit ad partem affirmatiuam duabus rationibus. Prima. Tam motus circularis, quam rectus eſt velox, vel tardus: ergo motus rectus, vel circularis ſunt æqualiter veloces, vel inæqualiter, & per conſequens ſunt comparabiles adinuicem. Secunda ratio. Motus rectus, & circularis poſſunt fieri in æquali tempore, ergo poſſunt eſſe æquè veloces, & per conſequens comparabiles adinuicem. Conſequenter ponit conditiones comparabilium adinuicem. Prima eſt. Illud, in quo debet fieri comparatio aliquorum adinuicem, non debet eis competere æquiuocè, ſed vniuocè. Quod probat exemplariter, nam licèt acutum conueniat ſtilo, vino, & voci, quia tamen conuenit ipſis æquiuocè, ideò talia non comparantur in acutate adinuicem. Et ſubdit, quod ſi aliquid æquiuocè de aliquibus dicatur, etiam diffinitio illius dicitur æquiuocè de illis. Secunda conditio, quòd comparabilia habeant idem ſuſceptiuum primum, ità quod illa, quæ comparantur adinuicem, cõueniant in aliquo ſuſceptiuo, defectu cuius vox non eſt comparabilis melli in dulcedine. Tertia conditio, quòd comparatiua debent adinuicem comparari ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam, & non ſecundum genus, vt non dicimus propriè, quòd vna res eſt magis colorata, quàm alia.

Rationes pro parte affirmatiua.

Conditiones cõparabilium adinuicem, Prima.

Secunda.

Tertia.

Ex Textu Commenti 29. & indè.

Sic, & circa motum æquè velox, quod in æquali tempore mouetur, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de comparatione motuum in ſpeciali, ſupponendo, quod illa æqualiter mouentur, quæ in æquali tempore ſecundum æquale mouentur eadem ſpecie motus. Deindè ponit tres concluſiones Prima. Nulla alteratio eſt comparabilis, ſeu æquè velox cum mutatione locali, quia talia non ſunt eiuſdem ſpeciei, neque eiuſdem generis, igitur. Secunda concluſio. Motus circularis non eſt comparabilis motui recto, quia linea circularis non eſt commenſurabilis rectæ: igitur: Et ſi quis quærat, quare eſt, quod iſti motus non ſunt comparabiles? Reſpondet, quod maximè eſt, quia fiunt per diſpoſitiones, ſeu magnitudines, quæ differunt ſpecie. Conſequenter excludit aliam quæſtionem,

Motuum ſpecialium adinuicem cõparatio. Quæ ſint quæ æqualiter mouentur.

Digitized by Google

quæreret enim aliquis, vtrum quia aliqui motus fiunt per diuerſa inſtrumenta, ideò dicantur non eſſe comparabiles, ſicut motus volandi, & motus ambulandi. Reſpondet, quod inſtrumentorum diuerſitas non impedit. Ex iſtis infert vnum corrollarium, dicens quod illi motus, qui non ſunt eiuſdem ſpeciei, non ſunt comparabiles adinuicem, ſaltem ſi fiant ſecundum diuiſiones differentes ſpecie, quia vbi eſt æquiuocatio, ibi non eſt comparatio, ſed in differentibus ſpecie eſt æquiuocatio, quia in genere latent æquiuocationes. Et ſubdit, quod triplices ſunt æquiuocationes: quædam ſunt multum diſtantes, ſicut eſt in æquiuocatione à caſu: quædam fiunt per quandam ſimilitudinem, ſicut in æquiuocatione à conſilio: & quędam fiunt proximè, ſicut ſpecies in generatione. Tertia concluſio. Poſſibile eſt alterationes, inter ſe eſſe comparabiles, quia poſſibile eſt, quod aliqua duo ſimul ſanentur, & ſic illæ ſanationes erunt æquè veloces. Et ſi quis dicat, ſicut ſecundum quantitatem aliquid dicitur æquale, ita ſecundum qualitatem aliud dicitur ſimile: ergo vna alteratio non debet dici æqualis, neque æquè velox alteri. Reſpondet quod alteratio dicitur ęquè velox, quę eſt ſecundum eandem qualitatem, in æquali tempore, quod tempus eſt quantitas. Et dicit, quod ad hoc quod aliquæ alterationes comparentur adinuicem, requiritur, quod ſint ad qualitates eiuſdem ſpeciei, & ſecundum æquales gradus. Et ſubdit quod ad hoc, quod alterationes dicantur omninò æquè veloces, oportet aſpicere ad qualitates, & ſubiecta. Nam propter qualitatem, & ſubiecta vna alteratio eſt velocior altera.

Motus qui non ſunt eiuſde ſpecies non cõparabiles adinuicem.

Solutio dubij

Æquiuocationes triplices.

Obiectio.

Reſponſio.

Finaliter oſtendit, quomodo generationes, & corruptiones ſunt æquè veloces, & ponit talem concluſionem. Generationes, & corruptiones dicuntur æquè veloces, quæ ſic ſe habent, quod per eas in æquali tempore generantur res eiuſdem ſpeciei, vt ſi in æquali tempore generantur duo homines, generationes eorum dicuntur æquè veloces. Et ex hoc videtur ſequi, quod aliqua generatio ſit ſucceſſiua, cùm fiat in tempore. Et hoc poteſt eſſe verum de generationibus formarum corporalium, & materialium.

Quomodo generationes, & corruptiones ſunt æquè veloces.

Ex Textu Commenti 35. & indè.

Quoniam autem mouens mouet ſemper aliquid & in aliquo, & vſque. &c.

Istud eſt Tertium, & Vltimum Capitulũ huius Libri, in quo Philoſophus ponit ſeptem regulas de comparatione

Regulæ pro comparatio

ne motuũ ad mouentia. motuum ad mouentia. Prima. Si aliqua virtus moueret mobile maius per aliquid ſpacium in aliquo tempore, eadem, vel æqualis mouebit medietatem illius mobilis, per duplex ſpacium in eodem tempore. *Secunda.* Secunda regula. Si aliqua virtus moueret aliquod mobile per aliquod ſpacium in æquali tempore, eadem, vel æqualis virtus mouebit medietatem illius mobilis per idem ſpacium immediatè illius temporis. Et iſtas duas regulas probat ſimul: quia motus velocitatur ſecundum proportionem mouentis ad reſiſtentiam mobilis. *Tertia.* Tertia regula. Si aliqua virtus moueret aliquod mobile per ſpacium aliquod in aliquo tempore, eadem, vel æqualis mouebit idem mobile per medietatem ſpacij immediatè temporis. *Quarta.* Quarta. Si aliqua virtus moueat aliquod mobile per ſpacium aliquod in aliquo tẽpore, media virtus mouebit in æquali tempore medietatem illius per idem ſpacium. *Quinta.* Quinta regula. Si aliqua virtus mouerit aliquod mobile per aliquod ſpacium in aliquo tempore, non oportet illam virtutem mouere duplex mobile in duplici tempore per idem ſpacium, quia fortè nullo modo poterit ipſum mouere. Motor enim non poteſt aliquid mouere, niſi virtus eius excedat reſiſtentiam mobilis. *Sexta.* Sexta regula. Si aliqua virtus moueat aliquod mobile per aliquod ſpacium in aliquo tempore, non eſt neceſſe medietatẽ illius virtutis mouere idem mobile in eodem tempore per medietatem illius ſpacij, quia fortè non poterit mouere. *Septima.* Septima regula. Si vna virtus mouet vnum mobile, & altera alterum per aliquod ſpacium, in aliquo tempore, aggregatum ex illis virtutibus mouebit aggregatum ex illis mobilibus in eodem, vel æquali tempore, & per idem ſpacium, quia ſemper manebit eadem proportio. Et aduerte, quòd ſicut prædictæ regulæ tenent de motu locali, ità proportionabiliter tenent de motu alterationis, & augmentationis.

PHYSI-

PHYSICORVM
LIBER OCTAVVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

VTRVM autem factus ſit aliquando motus, cum non eſſet prius, & corrumpitur iterum, ſic quod moueri nihil ſit, aut neque factus eſt, &c.

ISTE eſt Octauus Liber Phyſicorum, in quo Philoſophus inquirit quid ſit primus motus, primus motor, & primum mobile. Et diuiditur in quatuor Tractatus. In primo determinat de perpetuitate motus, & continet quatuor Capitula. In primo ponit opiniones antiquorum de perpetuitate motus, mouens primò hanc quæſtionem. Vtrum motus, aliquando ſit factus, ſic quòd ante nihil moueretur, & vtrũ aliquãdo deſinet eſſe; ſic quòd poſtea nihil mouebitur vel vtrum nunquam inceperit eſſe, & deſinet eſſe. Et de hoc recitat tres opiniones antiquorum. Prima fuit Democriti dicentis, quod ſemper fuit motus, & hæc fuit opinio eorum qui dixerunt mundos eſſe infinitos: dixerunt enim ſemper eſſe generationem, & corruptionem aliquotum mundorum, ſed neceſſe eſt generationem, & corruptionem eſſe cum motu, ideò dicebant ſemper eſſe motum. Secunda opinio fuit Anaxagoræ dicentis non ſemper fuiſſe motum, ſed aliquando ipſum incepiſſe, ſic quòd nunquam prius fuiſſet, dixit enim mundum ſemper eſſe genitum, & nunquam poſt debere corrumpi. Nam ſecundum eum ante mundi conſtitutionem res per infinitum tempus quieuerunt in vno confuſo chaos, & poſtea ab intellectu diuino ſequeſtratæ ſunt, & ſic conſtitutus eſt mundus, & tunc incæpit motus, qui nunquam deſinet. Tertia opinio fuit Empedoclis ponentis, motum non ſemper fuiſſe, ſed aliquando incepiſſe, & aliquando deſinere eſſe, ſcilicèt adueniente amicitia rerum, & iterum adueniente lite conſtituitur mundus, & incepit motus. Et ſubdit Philoſophus, quòd diligenter inquirendum eſt de hac quæſtione, cum ſit difficilis, & de ea multæ ſunt opiniones.

Libri Octaui diuiſio in quo inquiritur quid ſit primus motus, motor, & mobile.

Antiquorũ 3. opiniones de perpetuitate motus, quarũ prima, eſt Democriti.

2. Anaxagora.

3. Empedoclis.

Ex Textu Commenti 4.& indè.

Incipiemus autem primum ex diffinitis à nobis in Phyſicis prius, &c.

Cõcluſiones probantes motus ſempiternitatē. ISTVD eſt Secundum Capitulum, inquo Philoſophus ponit rationes ad probandũ ſempiternitatem motus, & intẽdit aliquas concluſiones. Prima eſt per modũ ſuppoſitionis, ſcilicèt quòd ſi debeat motus eſſe, oportetquòd prius ſit mobile, & motiuũ. Quod probat ratione, & inductione. Rõne ſic. Motus eſt actus mobilis, ergo motus non põt eſſe quin prius ſit mobile. Inductione ſic. Quia vbi eſt alteratio oportet, quod alterabile præcedat, & vbi eſt combuſtio, oportet quod cõbuſtibile præcedat, & ſic de alijs motibus, igitur. *Motus ſemper fuit.* Secunda concluſio. Semper fuit motus. Quod probat duabus rõnibus. Prima: nã ſi aliquando incepiſſet, quod aliquando fuiſſet verũ dicere, motus non eſt, tũc mobile, & motiuũ pręceſſiſſent motũ. Vel ergo fuiſſent ab æterno, & ſic motus nõ incepiſſet, ſed fuiſſet ab æterno, cùm motiuũ, & mobile ſint *Inſipiens abſq; ratione loquitur* cauſæ ſufficiẽtes motus. Vel aliquando fuiſsẽt facta, & ſic ante motum fuiſſet motus, cũ non potuiſſent fieri ſine motu, & dicit quod primum fuiſſet irrationabile dictũ. Vndè dicit, *Cauillationis remotio.* quod ſine rõne dicitur, tanquã ab inſipiente dictũ eſt. Deindè remouet vnã cauillationem. Nã diceret aliquis, quòd licèt agẽtia naturalia nõ poſſint agere ſine mutatione, tamen benè agentia libera. Reſpõdet, quod ſicut natura nunquam agit in vtrunque contrariorum niſi ratione diuerſarũ diſpoſitionum, vel intrinſecarum, vel extrinſecarum, ità etiã agẽs liberum non agit contraria, niſi ſecundum diuerſas diſpoſitiones intrinſecas, vel extrinſecas, & iſta non poſſunt fieri ſine motu, igitur. Secunda ratio. Tempus eſt æternum, ergo & motus. Conſequentia probat, quia tempus, vel eſt motus, vel non eſt ſine motu. Antecedens probat auctoritate antiquorum, oẽs enim antiqui præter Platonem dixerunt, tẽpus non eſſe factum. Probat etiã ratione, quia quod fit de nouo, neceſſe eſt aliquid eſſe prius ipſo, & ipſum eſſe poſterius, quia neceſſe eſt, quod faciens præcedat factum, ſed prius, & poſterius non poſſunt eſſe ſine tempore, igitur ante tempus fuiſſet tempus. Tertia concluſio. Semper erit motus. Quod probat, quia ſi aliquando non ſit motus, tunc motiuũ, & mobile erunt ſemper, & ſic ſemper erit motus, cùm corruptio non ſit ſine motu. Ex quo infert, quod motus eſt perpetuus, quia non poteſt incipere eſſe, neque deſinere eſſe.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 15. & indè,

At verò nihil in ordinatum eorum, quæ natura, & ſecundum naturam, &c.

Istvd eſt Tertium Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus reprobat opiniones Empedoclis, & Anaxagoræ negantium ſempiternitatem motus. Et intẽdit tres cõcluſiones. Prima. Tam opinio Anaxagoræ, quã Empedoclis eſt irrationalis, quia illi irrationabiliter loquuntur, qui de naturalibus aliqua aſſerunt, quæ nec ſunt per ſe nota, nec ex per ſe notis, vel probabilibus deducta, imò quæ non ſunt magis apparentia, quã ſua oppoſita, ſed conſtat quod non eſt per ſe notum, nec per ſe notis magis deduci poteſt, quod mũdus aliquando non fuit, quam oppoſitum eius, igitur iſti irrationabiliter loquuntur. Secunda concluſio. Poſitio Anaxagorę eſt irrationabilior poſitione Empedoclis, quia in natura nihil debet poni ordinatum inter infinitum tempus, in quo Anaxagoras dicit res in infinitum quieuiſſe, & tempus finitum, in quo dicit res moueri, cum inter illa nullus ſit ordo, quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Tertia concluſio. Empedocles non benè dixit, motum non ſemper eſſe, & multoties mundum incipere, eſſe & deſinere eſſe, quia nõ ſufficit aliquid aſſerere, ſed oportet aſſignare rationé, & cauſam rationabilem ſui dicti, putà inductionem, vel demõſtrationem, ſed hoc non fecit Empedocles, igitur. Et ſi dicatur quòd non oportet iſtorum aſſignare aliquam cauſam, quia de ſempiternis non oportet quærere cauſam, cum non habeant. Reſpondet Philoſophus, quod licèt in aliquibus hoc ſit verum, hoc tamen non eſt vniuerſaliter verum, quia hoc triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis eſt ſempiternum, & tamen habet aliquam cauſam, ſcilicèt principia, per quæ demonſtratur, igitur. Et ſubdit quod ſicut principia ſunt neceſſaria, ità & concluſiones principiorum, principiorum autem non eſt cauſa, quamuis benè concluſionum.

Reprobantur Empedocles, & Anaxagoras.

Finiti ad infinitũ nõ eſt proportio.

Non ſatis eſt aſſerere.

Ex Textu Commenti 16. & indè.

Contraria autem his non difficile eſt ſoluere, videbitur autem ex huiuſmodi, &c

Istvd eſt quartum Capitulum, in quo Philoſophus narrat, & ſoluit rationes, quæ ſolent fieri ad probandum quod motus nõ erat perpetuꝰ. Prima. Oĩs motꝰ eſt aliquo termino ad aliquem terminum, ſed omne habens terminum eſt

Solutio rationũ probantiũ motũ non eſſe perpetuum.

finitum, igitur. Secunda ratio. Si motus non potuiſſet fieri de nouo, ſequeretur quod vniuerſum ſemper moueretur, vel ſemper quieſceret, ſed hoc eſt falſum, igitur. Videmus enim quod in vno mobili quandoq; eſt motus, & quandoq; non. Tertia ratio. Sicut eſt in minori mundo, ità videtur eſſe in maiori, ſed minor mundus putà homo, vel animal, debet habere principium ſui motus, ergo, & maior mundus. Ad primam dicit Philoſophus, quod conceſſo quod omnis motus ſit finitus, & nullus infinitus, non propter hoc ſequitur quin iſta ſit vera, ſemper eſt motus. Ad ſecundam dicitur quod nõ habet difficultatem, nec facit aliquid contra dicta, quia poſt quam aliquid quieſcebat, mouebatur de nouo per nouum motũ, ante tamen iſtum infinitum fuit alius motus. Ad tertiã dicitur quod videtur habere maiorẽ dubitationẽ, quia videtur habere quod motus incepit in animalibus, & ante nõ fuit alius motus in ipſis, quod eſt falſum, quia motum localem animalis præceſſit alter motus, ſcilicèt alteratio corporis.

Solutio prædictarum rationum.

Ex Textu Commenti 21. & indè.

Principium autem conſiderationis eſt quod quidem & dictæ dubitationes, &c.

ISTE eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus, oſtendit primum mouens, & primum mobile eſſe ſempiterna. Et diuiditur in ſeptem Capitula. In primo oſtendit quot modis contingit aliquid moueri dicens, quod tribus modis poteſt imaginari aliquid moueri. Primò, quod omnia moueantur, & nulla quieſcant. Secundò, quod omnia quieſcant, & nulla moueantur. Tertiò, quod aliqua quieſcant, & aliqua moueãtur. Et hoc dupliciter. Vno modo, quod illa, q̃ quieſcunt, ſemper quieſcant, & illa q̃ mouentur, sẽper moueãtur, vel quod illa, quæ quieſcunt, aliquãdo quieſcãt, & aliquando moueantur, & quod illa, quæ mouẽtur, aliquãdo quieſcant, & aliquando moueantur. Et ponit aliquas cõcluſiones. Prima. Inconueniens eſt dicere omnia ſemper quieſcere, quod probat quadrupliciter. Primò, quia ſenſus percipit aliqua aliquando moueri, & aliquando quieſcere, ergo inconueniens eſt dicere, quod omnia ſemper quieſcant, quia quærere rationem, & dimittere ſenſum eſt infirmitas intellectus. Secunda, quia licèt poſſit eſſe dubium de corporibus ſuperioribus, ſaltem de primo corpore, vtrum ſemper quieſcat, tamen non eſt dubium de iſtis corporibus inferioribus. Tertiò, quia dicere omnia quieſcere, eſt deſtruere ſcientiam, cum in ſcientia acquiratur per diſcurſum

Secundi Tractatus diuiſio.
Primum motũ, & primũ mobile ſempiterna.
Aliquid mouetur tripliciter.
Cõcluſiones de eiſdem Prima.
Auctoritas.

præmiſſarum ad concluſionem, quæ dicitur quidam motus. Quartò, quia Phyſicus ſupponit motum eſſe, cum ſupponat naturam eſſe principium motus. Secunda concluſio. Inconueniens eſt dicere, omnia ſemper moueri, quod probat dupliciter. Primò, quia natura eſt principium motus, & quietis, ergo neceſſe eſt aliqua quieſcere. Secundò probatur inductiuè, primò de augmentatione, & diminutione, quia non oportet, quod illud, quod augetur, vel diminuitur, ſemper continuè augeatur, vel diminuatur, vt ſi aliquid augeatur ſecundum quantitatem digitalem in vno anno, non oportet, quod in qualibet parte illius anni augeatur, vt probatur per ſimile. Nam licèt omnes guttæ cadant ſuper lapidem, non omnes concauant lapidem. Secundò probatur de alteratione: nam ſi quis infirmetur, non ſemper ſanabitur. Tertiò probat de loci mutatione, quia corpora naturalia ſunt in ſuis locis naturalibus, ergo ibi quieſcunt. Tertia concluſio. Incóueniens eſt dicere, quod omnia q̃ mouentur, ſemper moueantur, & omnia, quæ quieſcunt, ſemper quieſcant, quod probat, quia in eiſdem ſucceſſiuè videmus motum, & quietem. Videmus enim quod aliquid idem aliquando augetur, & aliquando non, igitur. Ex iſtis ergo præmittit Philoſophus, quod eorum, quæ dicuntur moueri, quædam ſemper mouentur, & quædam ſemper quieſcunt, & quædam aliquando quieſcunt, & aliquando mouentur.

Secunda. *Tertia.*

Ex Textu Commenti 27. & indè.

Mouentium autem, & eorum, quæ mouentur, alia quidem, per accidens, &c.

Istud eſt Secundum Capitulum, in quo oſtendit Philoſophus, quod in omni motu mouens, & motum diſtinguntur, & ponit aliquas diuiſiones. Quarũ prima eſt, quod eorũ, q̃ mouent, & eorũ quæ mouẽtur, quædã per ſe mouẽt, & quędã per ſe mouentur, & quædam per accidens mouẽt & q̃dã per accidẽs mouentur. Secunda diuiſio. Eorum, quæ per ſe mouentur, quædam mouentur à ſeipſis, id eſt à principio intrinſeco, & quædam ab alio, id eſt, à principio extrinſeco. Tertia diuiſio. Eorum q̃ per ſe mouentur, quædam naturaliter mouentur, & quædam violenter mouentur. Et ſubdit, ad ſciendum à quo mouentur grauia, & leuia, quod aliquid dicitur eſſe in potentia dupliciter. Vno modo ad actũ primum, i. ad formam ſubſtantialem, quod fit quando aliquid generatur. Alio modo ad ſecundum, id eſt, alterationem, ſiue operationem ſequentem talem formam. Tunc po-

Diuiſiones Mouentiũ, & motorũ. *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Aliquid eſt in potentia dupliciter.*

Concluſio. nit talem concluſionem: Grauia, & leuia inanimata, mouētur à generante, vel remouente prohibens, quod probatur, quia ad hoc, quod graue incipiat moueri deorſum, indiget motore extrinſeco, ſcilicèt generante in eo grauitatem, ſi ſit in potentia ad actum primum: vel indiget remouente prohibens ſi ſit in potentia ad actum ſecundum. Ex quo infert, quod graue, & leue exiſtens in potentia ad actum primum ſi moueatur, mouetur ab extrinſeco, putà à generante. Sed ſi ſit in potentia ad actum ſecundum, mouetur à ſeipſo, quod probat per exemplum, nàm ſciens, ſeu habens ſcientiam conſiderat ſtatim, niſi quis impediat. Ex prædictis infert duo corollaria, ſeu duas concluſiones. *Duo corollaria.* *Prima.* Prima, quod omne quod mouetur, ab alio mouetur, quia omne, quod mouetur, aut mouetur violenter, & tunc manifeſtum eſt, *Secunda.* quod mouetur ab alio, aut ſecundũ naturã, & tunc manifeſtũ eſt, quod in quolibet aliud eſt mouẽs, & aliud quod mouetur. Secunda concluſio. Grauia, & leuia non mouentur à ſeipſis, quod probat quia mouere ſeipſum eſt proprium animatorum, quia quod à ſeipſo mouetur, diuiditur in partem per ſe motam, & partem per ſe mouentem. Secundò, quia quæcunque ſunt ſibi cauſa mouendi ſunt, etiã ſibiipſis cauſa non mouendi: ſed grauia, & leuia non ſunt ſibi ipſis cauſa non mouendi, ſed aliquod prohibens, igitur.

Ex Textu Commenti 31. & indè.

Hoc autem dupliciter, aut enim non propter ſeipſum eſt mouens, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quod ſit deueniendum ad vnum primum mouens, & ponit primò aliquas diuiſiones. *Quod tandem veniẽdũ eſt ad vnum primũ mouens.* Quarum prima eſt, Monẽtium quoddam mouet per ſeipſum, aliud verò per alterum, vt baculus mouet lapidem, eo quod mouetur à manu. Secunda diuiſio. *Diuiſiones mouentium.* Mouentium per ſe, quædam mouẽt per vnũ inſtrumentum, alia verò per plura, vt homo mouens lapidem, baculo, & manu. Et ſubdit, quod primùm mouens magis mouet, quàm ſecundum, quod probat dupliciter. Primò, quia primum mouens, mouet ſecundum, & non è contrà, igitur. *Auctoritas.* Secundò quia primum mouens poteſt mouere ſine ſecundo, ſed ſecundum non poteſt mouere ſine primò, vt baculus non poteſt mouere, niſi mediãte manu. Et ex hoc habetur illa auctoritas, quicquid poteſt prima cauſa agere cum ſecunda, illud poteſt agere ſine ſecunda. *Concluſio principaliter intenta.* Conſequẽter ponit concluſionẽ principaliter intentã, quæ eſt hæc. In mouentib. eſſẽtialiter ordinatis deueniendũ eſt ad aliquod primũ mouens, quod nõ mouetur ab alio, quia in mouẽtib.

eſſentialiter ſubordinatis non eſt proceſſus in infinitum, aliter non eſſet dare primum mouens, neque ſecundum.

Ex Textu Commenti 36. & indè.

Ad dicta autem, & ſic intendentibus, contingeret eadem hac, ſi enim ab eo, quod mouetur, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus intendit talem concluſionē. Non eſt neceſſe omne mouens moueri, ſed deueniendum eſt ad vnum mouens, quod non mouetur à ſe, nec ab alio, quod probat, quia ſi nullum mouens poſſet mouere, niſi moueretur, vel ergo moueretur per ſe, vel per accidens. Non per accidens, quia tunc ſequeretur, qđ poſſet non mouere, & tunc nihil moueretur, quia primo motore non mouente, nullum aliud mouet, & ſic omnia quieſcerent, quod eſt ſuperius reprobatum. Nec mouetur per ſe, quia vel moueretur ſecundum eandem ſpeciem motus, qua mouetur illud, quod mouet, vel ſecundum aliam; non ſecundum eandem, quia tunc ſequeretur, quod omne, quod ſanaret, ſanaretur, & quod omne docens doceretur, quod eſt falſum, nec ſecundum aliam, quia ſpecies motus ſunt finitæ, & motores ſunt finiti, ergo tandem deueniendum eſt ad aliquod mouens, quod non moueretur. Probat etiam iſtam concluſionem, quia dabile eſt motum, quod non mouet, ſcilicèt materia prima, ergo dabile eſt mouens, quod non mouetur.

Omne mouens moueri, nō eſt neceſſe.

Dabile eſt motum qđ non mouet ergo, &c.

Ex Textu Commenti 40. & indè.

Neceſſe eſt autem omne, quod mouetur, eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia, &c.

ISTVD eſt Quintum Capitulum, in quo Philoſophus intendit talem concluſionem: Omne mouens ſeipſum diuiditur in partem per ſe motam, & partem per ſe mouentem, quòd probat, quia in mouente ſe, vel totum mouet ſe primò, vel vtraque pars mouet vtranque partem reciprocè, vel quælibet pars mouet ſeipſam, vel vna pars mouet, & non mouetur, ſed nullum trium primorum membrorum poteſt dici, igitur quartum eſt dicendum. Minorem probat, quo ad primam partē, puta, quod totum, non mouet totum per ſe primò, quia cum ſit vnus, & idem actus mouentis, & mobilis, tunc idem ſecundum eundem motum numero moueret, & moueretur, & ſic idem ſecundum eandem ſanitatem numero ſanaret, & ſanaretur, quod eſt falſum. Probat ſecūdò, quia tūc idem eſſet in potentia ad illud, ſub quo eſt in actu, quod eſt falſum, igitur. Secundam partem minoris ꝓbat, puta, qđ non

Seipſum mouens, in quas partes diuiditur.

quælibet pars moueat vtramque partem reciprocè, quia tunc nullum eſſet primum mouens, quia nihil, quod mouetur ab alio, eſt primum mouens: ſed tunc quodlibet moueretur ab alio, igitur. Tertiam partem minoris probat, ſcilicèt quod non quælibet pars moueat ſeipſam, quia tunc primum mouens moueret ſeipſum per ſe primò, vel ſolum aliqua pars eius moueret ſe ipſam, ſi ſecundum, tunc ipſum non erit primum mouens ſeipſum, ſed magis illa pars erit primum mouens. Si primum, tunc nulli parti conuenit mouere ſe, niſi per accidens, quod eſt contra poſitum igitur. Relinquitur ergo quartum membrum, puta, quòd vna pars mouet, & non mouetur.

Ex Textu Commenti 43. & indè.

Quoniam autem mouet aliud quidem quod mouetur ab alio, aliud autem cum ſit immobile, &c.

Vnum Primum mouens immobile, & perpetuum neceſſariò dãdum eſt.

ISTVD eſt Sextum Capitulum in quo Philoſophus intendit principaliter probare vnam concluſionẽ, ſcilicèt quod neceſsè eſt eſſe vnum primum mouens immobile, & perpetuum. Pro cuius probatione ponit duas ſuppoſitiones. Prima. Oẽ illud, quod aliquando eſt, & aliqñ non eſt, habet cauſam, quare aliqñ eſt, & quare aliquando non eſt. Secunda eſt, quod licèt omne mouens ſeipſum ſit diuiſibile in partem per ſe motam, & partem per ſe mouentem, non tamen oportet, quod omne mouens ſit diuiſibile, cùm poſſit eſſe aliquod mouens indiuiſibile: tunc probat concluſionem ſuam, quæ iam probata eſt, quo ad duas partes, ſcilicèt quo ad hoc, quod ſit primum mouens. Sed reſtat probare, quod ſit vnum, & perpetuum, & primò probat, quod ſit vnum, quia rationabilius eſt mouentia eſſe finita, quam infinita. Etiam rationabilius eſt eſſe vnum primum mouens, quam plura, igitur. Quod ſit perpetuum, probat, quia primus motus eſt perpetuus, & non eſt poſſibile motum eſſe ſine motore, igitur.

Ex Textu Commenti 50. & indè.

Etiterum conſiderans in principia mouentium, eſſe quidem igitur quadam eorum. &c.

Penitus immobile penitus motũ, & æquè tertiũ dãda ſunt.

ISTVD eſt Septimum Capitulum, in quo Philoſ. intendit oſtendere quod aliquid ſemper eſt immobile, & aliquid ſemper motum, & aliqua, quæ aliquando mouentur, & aliqua, quę aliquando quieſcunt quiete oppoſita motui locali, ſicut eſt de tota terra. Similiter, quod aliqua ſunt, quæ aliquando mouẽtur, & aliquando quieſcunt ſicut ſunt anima-

lia. Et primò probat, quod ſit aliquid ſemper immobile: quia omne, quod mouetur, mouetur ab alio, ergo deueniendum eſt ad vnum primum mouens immobile. Deindè probat, quòd ſit vnum ſemper motum, quia eſt vnum primum mouens, & perpetuum, & motus eſt perpetuus, igitur erit vnũ ſemper motum, & perpetuum, alias partes relinquit ſatis eſſe probatas, & manifeſtas.

Finaliter oſtendit motum localem in animali ſemper præcedere alios motus. Nàm ſi non præcederet alius motus, maximè eſſet poſt dormitionem, quando animal ſurgit, ſed hoc non. Nam illum motum præceſſit alius motus: nam animal dicitur ſurgere poſtquam facta eſt digeſtio, quæ non fit ſine motu, igitur.

Ex Textu Commenti 54. & indè.

At vero aliud facientibus principium magis erit de his manifeſtum, &c.

Iste eſt Tertius Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus oſtendit quis motus ſit perpetuus. Et diuiditur in quatuor Capitula. In primò ponit ſex concluſiones. Quarum prima eſt. Alteratio eſt prior augmentatione, & diminutione, quia augmentatio fit per conuerſionem nutrimenti in ſubſtantiam aliti, quod alimentum eſt primò diſſimile, & poſteà ſimile ipſi nutrito, quod non fit niſi per alterationem: igitur. Secunda pars probatur: quia diminutio præſupponit augmentationem. Secunda concluſio. Alteratio, non eſt primus motus, quia omnem alterationem præceſſit alterans, quod quidem alterans oportet prius approximari paſſo per motum localem antequam alteret ipſum, ergo motus localis præceſſit illam alterationem. Tertia concluſio. Motus localis eſt primus motuum, quia tantùm ſunt tres ſpecies motus ſcilicèt ſecundum qualitatem, quantitatẽ, & vbi: ſed motus localis eſt prior augmentatione, quæ eſt prior alteratione: igitur. Quarta concluſio. Motus localis, eſt prior natura aliis motibus, quia motus localis poteſt eſſe non exiſtentibus aliis motibus, ſed alij non poſſunt eſſe ſine ipſo: ergo. Maior patet: quia non eſt neceſſè illud, quod mouetur localiter, generari, vel corrumpi, & per conſequens, nec alterari, vel augmentari. Quinta concluſio. Motus localis eſt prior aliis tempore, quia perpetuum eſt prius non perpetuo, ſed motus localis eſt perpetuus, alij verò non: igitur, & licèt in vno, & eodem generatio præcedat omnem alium motum, tamen motus localis eſt ſimpliciter prior. Sexta concluſio. Motus

Concluſiones pro inquiſitione an motus perpetuus.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.

localis eſt prior aliis motibus ſecundum perfectionem, patet tripliciter. Primò, quia in vno, & eodem motus localis eſt poſterior generatione, ergo eſt prior perfectione. Tenet cõſequentia, quia, quæ ſunt poſteriora via generationis, ſunt priora via perfectionis, generatione autem poſterius, natura prius eſt. Secundò, quia motus localis ſolum conuenit perfectis, igitur eſt perfectior aliis, Antecedẽs patet, quia propter indigentiam organorum, multa viuentia ſunt immobilia motu progreſſiuo, vt plantæ, & quædam genera animalium, Tertiò ſecundum motum localem nihil mutatur de eſſe rei ſicut ſecundum alios, igitur eſt perfectior alijs.

Poſteriora generatiõe, prima perfectione.

Ex Textu Commenti 61. & indè.

Quæ autem loci mutatio prima ſit nunc monſtrandum eſt, &c.

Motus localis ſolus perpetuus inter oẽs motus

Ratio. Prima.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit quod ſolus motus localis eſt perpetuus, & intendit talem concluſionem. Nullus alius motus à motu locali vnus, & idem exiſtens poteſt eſſe continuus, & perpetuus, probat duabus rationibus. Prima. Nulla mutatio inter terminos contrarios, vel oppoſitos poteſt eſſe continua, & perpetua naturaliter, ſed omnis mutatio alia à mutatione locali eſt huiuſmodi. Et ſi quis dicat; motus localis eſt etiam inter terminos contrarios, quia omnis motus eſt de contrario in contrarium, vt patet in quinto huius. Dicitur, quod licèt contraria aliqua, inter quæ eſt motu, impediant perpetuitatem motus, aliqua ſunt tamen, quæ non impediunt perpetuitatem motus. Et ſi quis dicat, quod licèt de vno contrario in aliud contrarium non ſit mutatio perpetua abſque reflexione, tamen mutatio illa per reflexionem poteſt perpetuari? Reſpondetur, quod talis mutatio non eſt vna, & eadẽ mutatio ante reflexionem, & poſt, quia tales mutationes sũt contrariæ, & ſic non poſſunt ad inuicem continuari. Et ſi quis dicat, quod motus contrariatur quieti, ergo non contrariabitur motui, & per conſequens illi motus poſſunt continuari? Reſpondet Philoſophus, quod vnum benè opponitur diuerſis ſecundum diuerſa genera oppoſitionis. Secunda ratio. Sicut eſt in generatione, & corruptione, ità etiam in aliis motibus, ſed ſic eſt in generatione, & corruptione, quod inter generationem, & corruptionem ſibi oppoſitam eſt aliquod medium ſibi oppoſitum: ergo ità eſt in alijs motibus, & per conſequens non poſſunt eſſe continui. Et ex illo paſſu elicitur, quod nihil generatur, vt raptim tranſeat. Habet

Com 9. & Phy 19.

Secunda.

Autoritas.

Digitized by Google

etiam hîc Ariſtoteles, quod inſtans attribuitur poſteriori paſſioni, & non primæ paſſioni. *Notãdum.*

Ex Textu Commenti. 64. & indè.

Quoniam autem contingit eſſe quendam motum infinitum, vnum exiſtentem, &c.

Istvd eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quod nullus motus poteſt eſſe perpetuus præter motum circularem. Et intendit quinque cõcluſiones. Prima neceſſè eſt in omni motu reflexo mobile quieſcere in termino reflexionis, quod probat, quia mobile non ſimul accedit ad terminum, & recedit ab eodem, nec ſimul accedit, & recedit, ſed eſt in ipſo: ergo in alio tempore accedit, & alio recedit, & per conſequens eſt ſignabile tempus, in quo non accedit, nec recedit à termino magnitudinis, ergo oportet tunc ipſum quieſcere, igitur. Secunda concluſio. Motus reflexus non eſt vnus, quod probat ſex rationibus. Prima. Differentia ſpecie non poſſunt adinuicem continuati, ſed motus rectus, & reflexus differunt ſpecie cùm ſint contrarij, igitur. Secunda ratio. Ille motus non eſt vnus, qui eſt per quietem interruptus: ſed ſic eſt de motu reflexo, igitur. Tertia ratio. Quia ſi eſſet vnus motus, & continuus: tunc mobile in termino reflexionis moueretur, conſequens eſt falſum, igitur. Falſitas conſequentis patet, quia tunc moueretur motibus contrarijs, quia tunc moueretur, & non eſt maior ratio, quare moueretur, motu acceſſus, quam receſſus, vel è contrà, igitur moueretur ambobus motibus. Quarta ratio; illi motus non ſunt vnus, cum quorum vno ſtat quies oppoſita alteri: ſed ſic eſt de motu ante reflexionem, & poſt reflexionem: igitur. Minor patet, quia ſi aliquid mobile moueatur à loco ſurſum ad locum deorſum, & è contrà, tunc motus ante reflexionem dicitur motus deorſum: cum quo ſtat quies oppoſita motui ſurſum: & poſt reflexionem, igitur. Quinta ratio. Quia tunc ſequeretur, quod in eodem inſtanti ſimul, & ſemel fieret album, & non album, ſcilicèt in inſtanti terminante dealbationem, in quo incipit denigratio, ſed hoc eſt falſum, igitur. Sexta ratio: Illi motus non ſunt vnus, qui sũt contrarij, ſed ſic eſt de motu añ reflexionem: igitur. Tertia concluſio: Impoſſibile eſt motum rectum eſſe vnũ, & perpetuum, quia motus rectus fit ſupra ſpaciũ finitũ, ſupra quod nũ poteſt fieri reiteratio, niſi per reflexionẽ, & interueniẽte reflexione non eſt vnus motus, & continuus. Quarta concluſio. Motũ mixtũ ex recto, & circulari non contingit eſſe vnũ,

Quiuis motus à perpetuitate alienus præter circularem.

Probatur id quinque concluſionibus.

Prima concluſio.

Secunda concluſio.

Tertia concluſio.

Quarta concluſio.

& perpetuum, quia nullum mixtum contingit eſſe perpetuũ, cuius aliquid mixtibilium non contingit eſſe perpetuum, ſed motum rectum non contingit eſſe perpetuum: igitur.

Quinta.

Quinta concluſio, Nullus motus localis, præter circularem, poteſt eſſe vnus, & perpetuus, quia omnis motus localis eſt circularis, vel rectus, vel mixtus ex vtroque, ſed nec rectus, nec mixtus poteſt eſſe perpetuus, igitur.

Ex Textu Commenti. 79. & indè.

Quod autem omnino infinita magnitudine non contingit infinitam eſſe potentiam, ex his manifeſtum eſt, &c.

Motus circularis perpetuus, & vnus. *Probatur.* *Tria corrolaria.* *Primum.* *Secundum.* *Tertium.*

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quod motus circularis, eſt perpetuus, & vnus, & intendit duas concluſiones. Quarum prima eſt. Motus circularis eſt perpetu', quod probat, quia ille motus, qui eſt ab eodem in idem ſine reflectione poteſt perpetuari, ſed motus circularis eſt huiuſmodi, igitur. Et ex hoc infert tria corrolaria. Primum. Nullus motus, qui fit ſecũdum ſemicirculum aut alteram portionem circuli, eſt perpetuus quia ibi non poteſt fieri regreſſus ab eodem in idem, niſi per reflexionem, igitur. Secundum corrolarium. Nullus motus alius à motu locali circulari poteſt eſſe perpetuus, quia omnis alius eſt de contrario in contrarium, modo talis non poteſt eſſe perpetuus, igitur. Tertium corolarium. Falſum eſt omnia ſemper moueri, & omnia eſſe in cõtinuo motu, quia oportet omnia moueri motu circulari, cùm omnes alij motus ſint finiti, & termi[n]abiles ad quietem. Secunda concluſio. Inter motus locales motus circularis eſt primus, quod probat quatuor rationibus, & tribus auctoritatibus. Prima ratio eſt. Omnis motus localis, vel eſt circularis, vel rectus, vel mixtus ex circulari, & recto: ſed inter omnes illos motus motus circularis eſt primus, quod probat: primò eſt prior motu mixto, quia ſimplex eſt prius compoſi[t]o, quod ſit prior recto probat, quia perfectius eſt prius minus perfecto, ſed motus circularis eſt perfectior motu recto, quia eſt incorruptibilis, & motus rectus eſt corruptibilis, igitur. Secunda ratio. Motus perpetuus eſt prior motu non perpetuo, ſed motus circularis eſt huiuſmodi, & alij non ſunt perpetui; igitur. Tertia ratio: Menſura eſt prior menſurato, ſed motus circularis eſt menſura aliorum motuum, igitur. Minorem probat, quia omnia menſurantur primo, & primum eſt menſura aliorum. Quarta ratio. Motus regularis eſt prior motu irregulari, ſed motus circularis eſt regularis, alij verò non, igitur motus

Digitized by Google

circularis eſt prior alijs. Minorem probat, quia motus circularis non eſt velocior in principio, quam in medio vel fine, nec è contrà, ſed motus recti, ſaltem ſi ſint naturales, ſunt velociores in principio, quam in fine, igitur. Conſequenter probat authoritatibus. Prima auctoritas eſt Empedoclis dicentis litem, & amicitiam eſſe principia motuum per ſegrègationem, & congregationem, quæ ſunt motus locales, igitur ſecundum ipſum motus localis eſt prior alijs. Secunda authoritas eſt Anaxagoræ dicentis, omnia fuiſſe in vno confuſo chaos, & per intellectum diuinum ſegregata fuerunt, quæ ſegregatio eſt motus localis, igitur dicebat motum localem eſſe principium. Tertia auctoritas eſt Democriti ponentis principia rerum eſſe quædam corpora atomalia, quæ ſegregantur, & congregantur, & fiebant generationes, & ſegregatio, & congregatio ſunt motus locales, igitur motus localis eſt primus, & non niſi circularis, igitur.

Authoritates. Empedoclis Auctoritas. Anaxagoræ auctoritas. Democriti auctoritas.

Ex Textu Commenti 80.

Non igitur neque in infinito, & tamen contingit in minori magnitudine ampliorem, &c.

ISTE eſt Vltimus Tractatus huius libri, videlicèt Octaui Phiſic. in quo oſtendit quale eſt primum mouens. Et diuiditur in tria Capitula. In primo oſtendit quod ad motum infinitum requiritur potentia infinita, ponens tres concluſiones. Prima. Impoſſibile eſt mouens finitum mouere per tempus infinitum. Pro cuius probatione ſupponit, quod mouens finitum ſit. a. & mobile finitum ſit. b. tempus verò infinitum ſit c. Secundo ſupponit, quod pars mouentis ſit, d, & pars mobilis ſit e, & pars temporis infiniti ſit z, tunc ſic arguit. Si, a, moueat b, in c, d mouebit e in z, ſed d, poteſt totiès ſumi, quot finiet totum a, & c, ſic quod conſumet totum b, cum iſta ſint finita, ſed z, nunquam poteſt conſumere c, cum c, ſit infinitum, ergo c, non erat adæquatum tempus in quo a, mouebat b. Secunda concluſio. In magnitudine finita non poteſt eſſe virtus infinita. Pro quo ſupponit primò, quod maior potentia mouet in minori tempore, & minor in maiori. Secunda, quod omnis motus ſit in tempore, tunc ſic arguit. Si in magnitudine finita ſit virtus infinita, tunc ſequetur, quod virtus finita, & infinita poſſent mouere in æquali tempore idem mobile: conſequens eſt falſum, igitur. Conſequentia patet, quia cum vtraque magnitudo ſit finita, vtraque mouebit in tempore finito, licèt vna in maiori, alia verò minori augeatur: ergo virtus finita ſecundum proportio-

Huius tractatus diuiſio. Motui infinito infinita potentia debetur.

nem, ſecundum quam vnum tempus excedebat aliud, tunc virtus finita, & infinita mouebũt in æquali tempore. Tertia concluſio. In magnitudine infinita non poteſt eſſe virtus finita, quod probat duabus rationibus. Prima. Si in magnitudine infinita eſſet virtus finita, ſequeretur, quod virtus finita, quæ eſſet in magnitudine, eſſet infinita, quia illa virtus eſt infinita, quæ mouet aliquod mobile velocius, quam poſſit aliqua virtus finita mouere, ſed ſic eſſet de virtute, quæ eſſet in magnitudine infinita, qnacunque virtute data in magnitudine infinita eſſet dare maiorem, & per conſequens erat infinita. Secunda ratio. Si in magnitudine infinita eſſet virtus finita, moueret per tempus finitum, & ſic moueretur in æquali tempore, cum magnitudine finita, conſequens eſt falſum, igitur.

Ex Textu Commenti. 82. & indè.

De his autem, quæ feruntur benè ſe habet dubitare quandam dubitationem, &c.

Proiecta à quo mouentur. *Quatuor concluſiones.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.*

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus mouet quandam quæſtionem, putà à quo mouentur proiecta, quando ſunt extra proijciens. Pro ſolutione ponuntur quatuor concluſiones. Prima. Proiecta non mouentur à parte medij propinqua proijcienti, quia ſimiliter eſſet quæſtio de iſta parte medij, à quo moueretur, ſicut de proiecto. Secunda concluſio. Proiecta non mouentur à medio ſequente quemadmodum dixerunt aliqui antiqui, quod ſic mouebantur, nè fieret vacuum, ſed hoc non eſt verum, quia oporteret in motu proiecti omnia poſteriora moueri. Tertia concluſio. Proiecta videtur moueri à medio, & à partibus medij ſeinuicem mouentibus, ità quod proijciens ſimul cum lapide mouet aerem propinquum, & ille aer alium, & ſic conſequenter vſque ad finem motus. Vndè proijciens ſimul cum proiecto non ſolum mouet aerem propinquum, immò cum hoc imprimit ſibi virtutem mouendi aerem ſequentem. Quarta concluſio. Motus proiectorum non eſt proprijſſimè vnus, & continuus, quia ad perfectam continualitatem, & vnitatem motus requiritur vnitas motorum, quæ non eſt in motibus proiectorum.

Ex Textu Commenti 85. & indè.

Quoniam autem in his, quæ ſunt, neceſſe eſt ſemper eſſe motum continuum, &c.

Primus motor vnus, &

ISTVD eſt Tertium, & Vltimum, Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit vnitatem, & immobilitatem primi

Digitized by Google

motoris ponens quatuor concluſiones. Prima. Tantum eſt vnum primum mouens, quia aliàs eſſet proceſſus in infinitum, quod prius reprobatum eſt, igitur. Secunda concluſio. Primum mouens eſt immobile, probat duabus rationibus: Prima, quia ſi moueretur, moueretur ab alio, & ſic non eſſet primum mouens, igitur. Secunda ratio. Si eſſet mobile, ſequeretur, quod non ſemper moueretur, quia eſſet fatigabile, vel ſaltem quod non moueretur regulariter, quod eſt falſum, igitur. Tertia concluſio. Primum mouens eſt in circumferentia ipſius cæli, quia primum mouens debet poni, vbi velocior eſt motus, ſcilicèt in circumferentia Sphæræ velocior eſt motus, quam in centro, igitur. Quarta concluſio, Primum mouens eſt indiuiſibile, nullam habens magnitudinem. Quod probatur, quia vel haberet magnitudinem finitam, vel infinitam. Non infinitam, quia nulla eſt talis, vt probatum eſt tertio huius. Nec finitam, quia potentia infinita non poteſt eſſe in magnitudine finita. Primus autem motor eſt potentiæ infinitæ, cum moueat per tempus infinitum, igitur.

Primum mouens immobilis. Et probatur quatuor concluſionibus. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

DOCT. PARISIENSIS, PETRVS TATARETVS.

De Libris Ariſtotelis de Cœlo, & Mundo.

LIBER PRIMVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

DE natura ſcientia ferre plurima videtur circa corpora, & magnitudines, & horum exiſtens paſſiones, & motus adhuc autem circa principia, &c.

ISTE eſt liber de Cęlo, & Mundo in quo Philoſophus determinat de corpore naturali in ordine ad vbi. Et diuiditur in quatuor partiales Libros. In primo, determinat de toto vniuerſo. Et diuiditur in quatuor Tractatus. In primo determinat de perfectione vniuerſi. Et diuiditur in quatuor Capitula. In primo, oſtendit totum vniuerſum eſſe perfectum, ponens quatuor concluſiones. Prima. Scientia naturalis ferè tota verſatur circa corpora, & magnitudines, & circa eorum paſſiones, & motus. Probat, quia ſcientia naturalis conſiderat res naturales, ſed rerum naturalium quædam ſunt corpara, & magnitudines, quæ- dam paſſiones, & motus ipſorum. Secunda concluſio.

Iſtius libri diuiſio in quatuor partiales, in quo determinatur de corpore naturali in ordine ad vbi. Vniuerſum perfectum eſſe comprobatur. Scientia naturalis circa quadam verſatur.

Continui diffinitio. Corpus eſt diuiſibile ſecundum omnes dimenſiones. Pro quo ſupponit diffinitionem continui: dicens, quod continuum eſt, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. Secundò ponit diffinitionem corporis. *Corporis diffinitio.* Corpus eſt continuum vndique diuiſibile, ideſt ſecundum omnem dimenſionem. Et ſubdit, quod tres ſunt dimenſiones: *Dimenſiones tres.* vna, quæ eſt diuiſibilis ſecundum longitudinem, vt linea: alia, quæ eſt diuiſibils ſecundum longitudinem, & latitudinem, vt ſuperficies, quædam ſecundum tres, vt corpus. Deindè confirmando dicit, *Numerus ternarius perfectus quod probatur tribus ſignis.* quod numerus ternarius eſt numerus omnis, totus, & perfectus, probat tribus ſignis. *Primum.* Primum eſt ex auctoritate Pythagoricorum, dixerunt enim Pithagorici omnia eſſe tribus determinata, ſcilicèt principio, medio, & fine, per principium intellexerunt ſubſtantiam, per medium virtutem, & per finem operationem rei, ergo ſignum eſt, quod numerus ternarius eſt numerus omnis, totus, & perfectus. *Secundum.* Secundum ſignum. *Antiqui cur ſacrificabant Dijs in numero ternario.* Antiqui quaſi à natura inclinati cultui diuino conſueuerunt ſacrificare Dijs in numero ternario, ſcilicèt in thure, igne, & oratione. *Tertium.* Tertium ſumitur ex cõmuni modo dicendi, quod de duobus non dicimus omne, ſed ambo, ſed de tribus dicimus omne. Tertia cõcluſio. *Corpus eſt magnitudo perfecta.* Corpus eſt magnitudo perfecta, probat, quia corpus eſt diuiſibile ſecundum omnes dimenſiones, & omne, totum, & perfectum, ſunt idẽ ſecundum rem, & differunt ſolum ſecundum rationem: igitur. Quarta concluſio. *Totum vniuerſum eſt perfectum.* Totum vniuerſum eſt perfectum, ibi per vniuerſum intelligit aggregatum ex omnibus corporibus tam ſuperioribus, quàm inferioribus, & præmittit duo dicta. *Duo dicta Primum.* Primum. Vnumquodque particularium corporum eſt determinatum ad proximum ſic, quod ex ipſo corpore proximo fit vnum vnitate continuitatis. *Secundum.* Secũdum dictum. Omnia corpora per contactum componunt totum vniuerſale, quod eſt vnum vnitate continuitatis, ideſt contiguitatis, & ordinis. *Rationes duæ concluſionem probantes.* Hoc ſuppoſito probat concluſionem duabus rationibus. Prima. Omne corpus eſt perfectum, ſed totum Vniuerſum eſt corpus, ergo totum vniuerſum eſt perfectum. Secunda ratio. Totum vniuerſum continet omnia, & à nullo continetur: ergo eſt perfectum.

Ex Textu Commenti. 5. & indè

De his autem, quæ ſecundum ſpeciem ipſius partibus nunc dicemus principium facientes hic, &c.

Præter Quatuor elementa ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de diſtinctione partium principaliũ vniuerſi, quæ

quæ ſunt quinque, & intendit probare, quod præter quatuor elementa ponendum eſt quintum corpus ſimplex natum moueri motu circulari, quod vocatur cœlum. Pro cuius probatione ponit quinque ſuppoſitiones. Prima. Omnia corpora naturalia ſunt ſecundum ſe mobilia localiter, quia in ſe habent naturam, quę eſt principium motus localis. Secunda. Omnis motus ſecundum locum aut eſt rectus, aut circularis, aut mixtus. Ex quo patet, quod corporum aliud eſt ſimplex, & aliud eſt mixtum. Tertia ſuppoſitio. Tantum motus circularis, & rectus eſt ſimplex, quia ſolum duæ ſunt magnitudines ſimplices, ſcilicet recta, & circularis. Quarta ſuppoſitio. Neceſſe eſt omnem motum ſimplicem eſſe aut ad medium, aut à medio, aut circa medium, motus rectus ſurſum eſt à medio, & deorſum eſt ad medium, & circularis circa medium. Quinta ſuppoſitio. Neceſſe eſt quoſdam motus eſſe ſimplices, & quoſdam mixtos: quia corporum quædam ſunt ſimplicia, quædam mixta, quæ mouentur ſecundum elementum prædominans in ipſis, & ſimplicia ſecundum ſuam naturam mouentur, hoc ſuppoſito probat ſuam concluſionem quinque rationibus. Pro prima ponit duas ſuppoſitiones. Prima. Motus ſimplex eſt corporis ſimplicis, & ſi ſit alicuius mixti hoc eſt ſecundum elementum prædominans in ipſo. Secunda. Vnius corporis ſimplicis eſt tantum vnus motus ſimplex ſecundum naturam, & tūc formatur prima ratio. Motus circularis eſt ſimplex, ergo eſt alicuius corporis ſimplicis, & non quatuor elementorum, quia ipſorum eſt alius motus ſimplex, ergo alicuius alterius corporis, & non niſi Cæli, igitur. Pro ſecunda ratione ponit duas ſuppoſitiones: Prima. Motus præter naturam contrariatur ei, qui eſt ſecundum naturam. Secunda ſuppoſitio. Tantum vnum eſt vni contrarium. Ex his format ſecundam rationem. Motus circularis ſimplex conuenit alicui corpori, aut alicui quatuor elementorum, aut alteri: ſi primum, conuenit ſecundum naturã, aut præter naturam: non ſecundum naturam, quia eis conuenit alius motus ſecundum naturam: nec præter naturã, quia tunc contrariaretur motui, qui eſt à natura, & tunc vni eſſent plura contraria. Si dicatur, quod conuenit alteri, aut conuenit præter naturam, aut ſecundum naturam: ſi ſecundum naturam, habetur intentum: ſi præter naturam, tunc ſibi conuenit alius motus ſimplex, quod eſt falſum. Pro tertia ratione, ponit tres ſuppoſitiones. Prima. Motus rectus eſt alicuius quatuor elementorum. Secunda eſt. Motus circularis eſt corporis ſimplicis. Tertia. Mixta mouētur ſecūdum

Dat quintum corpus ſimplex.

Quinque ſuppoſitiones.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Pro prima ratione ſuppoſitiones duæ.

Duæ ſuppoſitiones pro 2. ratione.

Tres ſuppoſitiones.

Pro 3. ratione.

elementũ prædominans, tũc ſic formatur tertia ratio. Motus circularis eſt prior motu recto, ergo eſt prioris corporis, quàm motus rectus, qui eſt quatuor elementorum, & non niſi cœli, igitur. Pro quarta ratione ponit duas ſuppoſitiones. Prima. Neceſſe eſt omnem motum ſimplicem ineſſe alicui ſecundum naturam, aut præter naturam. Secunda, motus conueniens alicui præter naturam conuenit alteri ſecundum naturam. Tunc ſic arguit, motus circularis conuenit alteri elemento præter naturam: ergo conuenit alicui alteri ſecundum naturam, & illud eſt cœlum, igitur. Pro quinta ratione, ponit duas ſuppoſitiones. Prima. Si motus circularis inſit alicui ſecundum naturam, erit corporis ſimplicis. Secunda. Sicut eſt aliquod corpus, quod natum eſt ferri deorſum, & aliquod ſurſum, ita eſt aliquod corpus, quod natum eſt ferri circulariter; tunc ſic arguit. Motus circularis eſt continuus, & perpetuus, ergo conuenit alicui ſecundum naturam, & non alicui quatuor elementorum. Primam partem probat, quia ſi ſolo conuenerit mobili præter naturam, irrationabile eſſet ipſum eſſe perpetuum, quia nullum violentum eſt perpetuum. Ex omnibus iſtis concludit Philoſophus, quòd præter quatuor elementa eſt vnum corpus ſimplex, quod vocatur cœlum.

Pro quarta ratione dua ſuppoſitiões.

Pro quinta ratione dua ſuppoõnes.

Nullum violentum perpetuum.

Ex Textu Commenti 23. & inde.

Quoniam autem hæc quidem ſupponuntur, hæc autem ex dictis oſtenſa ſunt, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulũ, in quo Philoſophus ponit differentiam inter quintum corpus ſimplex, & quatuor elementa. Et intendit duas concluſiones. Pro prima ſupponit, quid ſit graue, & quid leue. Vnde graue eſt, quod eſt aptũ natum ferri ad mediũ, ſed leue eſt, quod eſt aptũ natum ferri à medio, ſed leuiſſimũ eſt, quod omnibus ſurſum latis ſuperfertur, grauiſſimũ eſt, quod omnibus latis deorſũ ſubſtat. Hoc ſuppoſito ponit primã cõcluſionẽ. Impoſſibile eſt corpus, quod mouetur circulariter, vt eſt cœlũ, eſſe graue, aut leue. Probat duabus rationibus. Prima. Cœlũ nec mouetur à medio, nec ad mediũ, nec ſecundum naturã, nec præter naturã, ergo nõ eſt graue, aut leue. Quod non moueatur ſecundũ naturã, patet, quia mouetur circulariter ſecundũ naturã, ergo non mouetur motu recto ſecundũ naturã, quia vniuſcuiuſq; corporum cœleſtium eſt tantũ vnus motus ſecundũ naturã: nec præter naturam, quia ſi moueretur ſurſum præter naturã, moueretur deorſum ſecundum naturam, quod eſt falſum.

Graue, & leue quid ſint.

Diſcrimen inter cælũ, ſiue quintum corpus & quatuor elementa.

Cælum non eſſe graue, nec leue probatur duabus rationibus.

Secunda ratio. In idem fertur totũ, & pars, vt puta tota terra, & paruus globus, ſed nulla pars cæli fertur ad medium, nec à medio, ergo nec ipſum Cœlum. Secunda concluſio. Cælum eſt ingenerabile, incorruptibile, inaugmentabile, & inalterabile. Primam partẽ probat, quia omne, quod generatur, fit ex contrario, & quod corrumpitur, corrumpitur in contrarium: ſed Cælum non habet contrarium, quia corporum contrariorum contrarij ſunt motus, ſed motui cæli non contrariatur alius motus, igitur. Secundam partem probat, quia omne augmentabile eſt generabile, ſed Cælum non eſt generabile: igitur. Tertiam partem probat, quia alteratio habet fieri ſecundum qualitates ſenſibiles, & ſecundum paſſiones, & paſſibiles qualitates: ſed omne, quod ſecundum illas paſſiones alteratur, etiam augmentatur: ſed Cœlum non eſt augmentabile: igitur. Probat adhuc tribus ſignis cælum eſſe ingenerabile, & incorruptibile. Primum, Omnes homines etiam Græci, & Barbari, & quicunque alij putant Deos eſſe incorruptibiles, quia dixerunt antiqui, quod locus Deorum eſt cælum: ergo attribuunt ipſis locum incorruptibilem, & ille eſt cælum, igitur. Secundum ſignum. Quia non eſt in memoria alicuius, quantuncunque ſenis, quod cælum ſecundum partem, aut ſecundum totum ſit tranſmutatum, igitur. Tertium ſignum. Ferè omnes antiqui appellant ipſum cælum æthera, quaſi ſempiterno tempore durans, igitur cælum dicitur eſſe perpetuum, & per conſequens incorruptibile. Ex his patet, quod antiqui habuerũt eandem opinionem de Cælo ſicut nos, ſupple Philoſophi, dicentes ipſum eſſe incorruptibile, & ſempiternum, neque eſt mirandum, quia non ſemel, nec bis, ſed infinities eædem opiniones redeunt.

Cælum eſſe ingenerabile, incorruptibile, inaugmentabile, & inalterabile.

Tria ſigna.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Ex Textu Commenti. 24. & indè.

Quod autem non eſt circulationi alia contraria latio, &c.

Motui circulari Cæli haud motus contrarius.

Istvd eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quod motui circulari Cæli non eſt alius motus contrarius, & intendit tres concluſiones. Prima. Motui circulari cæli non contrariatur motus rectus, quod probat, quia motus rectus contrariatur alteri motui recto, vt motus ſurſum motui deorſum, ergo motus circularis non contrariatur motui recto: tenet conſequentia, quia tantum vnum eſt vni contrarium. Secunda. Vna pars motus circularis non contrariatur alteri parti motus circularis. Probat tripliciter ſecundum quod tribus modis contingit,

Quod probatur tribus concluſionibus.

Prima.

Secunda.

Vni vnum cõtrarium.

Digitized by Google

vnam partem contrariari alteri. Et primò poteſt imaginari, quod motus, qui eſt ab Oriente in Occidens, per vnum ſemicirculum cõtrarietur motui, qui eſt è conuerſò per alium ſemicirculum, ſed iſti non contrariantur, quia infiniti poſſunt ibi trahi ſemicirculi, à parte diametri, contrarietas autem non eſt inter infinita, igitur. Secundò poteſt imaginari, quod motus cœli, qui eſt ab Oriente in Occidens per meridiem contrarietur motui, qui eſt è conuerſò ſupra eundem ſemicirculum, ſed iſti non ſunt contrarij, quia motus contrarij dicuntur eſſe inter terminos contrarios, & multum diſtantes ſecundum lineam rectam, ſed termini iſtorum non maximè diſtant ſecundum lineam rectam, igitur. Tertiò poteſt imaginari, quod motus, qui eſt ab Oriente in Occidens per meridiem, contrarietur motui, qui eſt ab Oriente in Occidens per Septentrionem, ſed tales non ſunt contrarii, quia ſimul faciunt vnum motum circularem, igitur. Tertia concluſio. Vni toti motui circulari non eſt alius motus totalis contrarius, probat tripliciter. Primò ſic. Motus contrarij ſunt inter terminos contrarios, ſed iſti motus circulares non ſunt inter terminos contrarios, quia quilibet eorum eſt ab eodem puncto in idem punctum, igitur. Secunda ratio. Motus contrarij dicuntur eſſe inter contraria loca, ſed motus circulares non ſunt huiuſmodi, igitur. Tertia ratio. Si motus circulares totales in cœlo eſſent contrarij, tunc fierent à virtutibus contrarijs, vel ergo illæ virtutes eſſent æquales, vel non, non æquales, quia tunc vna impediret aliam, & ſic eſſent fruſtra. Nam fruſtrà eſt calciamentum, cuius non eſt calciatio. Non poteſt etiam dici, quod vna vincat aliam, quia tunc illa, quæ vinceretur, eſſet producta fructrà, nàm Deus, & natura nihil faciunt fruſtrà.

Motus contrarij inter terminos contrarios.

Tertia.

Deus & natura non agunt fruſtrà.

Ex Textu Commenti 33. & indè.

Sed quoniam manifeſtum magnitudo eſt, de his, & de reliquis intendendum eſt, &c.

ISTE eſt Secundus Tractatus, in quo Philoſophus determinat de finitate vniuerſi ſecundum magnitudinem, & continet quatuor Capitula. In primo oſtendit, quod nullum corpus circulariter motum ſit infinitum, præmittens primò intentionem ſuam dicens, quod determinandum eſt, An aliquod corpus ſit infinitum? Nam de hac quæſtione multi errores circa principia Philoſophiæ orti ſunt, ideò neceſſe eſt hanc terminare, quia ſiquis tranſgreſſus fuerit modicum à veritate diſcedens, fit longè plus millies decies: vt ſi quis di-

Iſtius tractatus diuiſio in quatuor cap.

Nullum corpus circulariter motum eſt infinitum.

ſat,aliquam magnitudinem eſſe minimam,quemadmodum Democritus deſtruit principium Mathematicorum, & rationem aſſignat, quia licèt principia ſint parua in quantitate,ſunt tamen magna in virtute, à quo ſumitur, quod paruus error in principio maximus eſt in fine. His ſuppoſitis probat prædictam concluſionem ſex rationibus. Pro prima præmittit duas ſuppoſitiones, Prima. Si corpus circulariter motum, ſit infinitum, lineæ protractæ à centro ad circunferentiam erunt æquales. Secunda. Si prædictæ lineæ ſint infinitæ,diſtantia erit infinita:tunc ſic formatur prima ratio. Si corpus circulariter motum ſit infinitum,tunc eſſet impoſſibile ipſum circulariter moueri,ſed manifeſtum eſt ipſum circulariter moueri: igitur. Maiorem probat, quia ſi corpus circulare ſit actu infinitum, oporteret infinitam diſtantiam pertranſire, putà diſtantiam illarum duarum linearum protractarum à centro ad circunferentiam:ſed hoc eſt impoſſibile: igitur.

Principia parua in quantitate magna tamen in virtute. Paruus error in principio eſt maximus in fine.

2. Pro ſecunda ratiõe ſupponit, quod motus,tẽpus, & magnitudo æqualiter ſe habẽt ad eſſe finitũ, & infinitũ, tunc ſic arguit: Si corpus circulare eſſet infinitũ,ſequeretur,quod infinitũ pertranſiretur tempore finito, quod eſt falſum, igitur. Cõſequentia patet,quia trahatur vna linea infinita ex vtraq; parte,quæ vocetur bb, à circũferentia circuli ad aliam circũferentiam extra centrum,quæ quieſcat, & protrahatur alia à centro ad circumferentiam aliam,quæ moueatur, & vocetur a,g,e,hinc ipſa pertranſiet aliam,quæ eſt infinita in tempore finito, cùm cœlum voluatur in viginti quatuor horis.

Pro ſecunda ratione ſuppoſitio.

Cælum voluitur in viginti quatuor horis.

Pro tertia ratione ponit vnam ſuppoſitionem, ſi vna magnitudo iuxta aliã moueatur,vel quod ambæ moueãtur iuxta ſeinuicẽ,illæ duæ magnitudines æquè cito ſe pertranſeunt inuicẽ. Tunc ſic arguit. Tẽpore finito Cælũ pertrãſit circulũ deſcriptũ circa centrũ mundi,ergo in eodẽ tempore cælũ ab eodẽ trãſitur,ſed impoſſibile eſt infinitũ pertrãſiri in tẽpore finito,ergo impoſſibile eſt corpus circulariter motũ eſſe infinitũ. Quarta ratio. Nullũ corpus figuratũ eſt infinitũ,ſed Cœlũ eſt corp' figuratũ, igitur. Maior patet,quia linea habens terminũ,nec ſimiliter ſuperficies eſt infinita,ergo nec corpus clauſũ terminis,cuiuſmodi eſt corpus figuratũ,igitur non eſt infinitũ. Quinta ratio. Si per centrũ circuli,quod eſt g,ducatur vna linea infinita ex vtraq; parte, quæ ſit a b,& illa quieſcat,poſtea ducatur alia linea ex cẽtro perpẽdiculariter ſecans primã lineam,quæ vocetur e,g,& ambæ quieſcãt,à cẽtro verò ducatur alia linea infinita ex alia parte, quæ ſit g,d, & illa

Pro tertia ratione ſuppoſitio.

Quarta ratio.

Quinta.

moueatur cū toto corpore circulari, tale corpus circulare non poteſt moueri circulariter, niſi linea mota trāſeatur a, à linea quieſcēte, ſed hoc eſt impoſſibile, cū vtraq; ſit infinita, igitur.

Sexta. Sexta ratio. Si corpus circulariter motum eſſet infinitum, ipſum pertranſiret ſpacium infinitum, & ſpacium ſibi æquale, & cùm moueatur tempore finito, pertranſibit ſpacium infinitum tempore finito, hoc eſt impoſſibile, quod probatum eſt octauo Phyſicorum.

Ex Textu Commenti 44. & indè.

Sed neque rectè mouetur, &c.

Nullum corpus rectè motum eſt infinitum. Iſtud eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit nullum corpus rectè motum eſſe infinitum. Et intendit talem concluſionem. Nullum corpus motum à medio, aut ad medium eſt infinitū, probat duabus rationibus. Prima ſumitur ex parte locorum, pro qua ponit aliquas ſuppoſitiones. Prima. Motus ſurſum, & deorſum ſunt contrarij. Secunda. Contrarij motus ſunt ad contraria loca. Tunc ſic arguit. Omnia loca corporum motorum à medio, vel ad medium ſunt finita, ergo omne corpus rectè motum eſt finitū: patet conſequentia, quia locus debet eſſe æqualis locato, ergo, ſi loca ſint determinata, ità & locata. Secunda ratio ſumitur ex parte leuitatis, & grauitatis, & eſt talis, ſi eſſet aliquod tale corpus infinitum, vel haberet grauitatem infinitā, vel finitam: non finitam, quia ſequeretur, quod aliquod corpus finitum haberet maiorem grauitatem, quam infinitum, vel habere poſſet. Nàm accipiatur aliqua pars finita illius grauitatis corporis infiniti, tunc per replicationem grauitatis in corpore finito grauitas corporis finiti poterit eſſe tanta, quanta eſt corporis infiniti, cùm talis ſit finita, & adhuc poteſt replicari, igitur. Quod autem non habeat infinitam grauitatem probat, quia tunc grauitas infinita moueret per æquale ſpacium cùm grauitate finita, etiam ſequeretur, quod non poſſet mouere in tempore, hoc implicat, igitur: patet conſequentia, quantum ad primam partem, grauitas finita poteſt mouere per aliquod ſpacium, ergo & infinita per tantum ſpacium poteſt mouere, ſed quo ad aliam patet, quia talis eſt proportio grauitatis in incremento, & proportio temporis in decremento, ſed grauitatis finitæ ad infinitam nulla eſt proportio, nulla enim eſt proportio finiti ad infinitum, ergo temporis, in quo mouebit grauitas finita nulla erit proportio, ſed cuiuſlibet temporis finiti ad aliud finitum eſt aliqua proportio, ergo grauitas infinita non

Digitized by Google

mouet in tempore, imò ſi moueat, mouebit in inſtanti, quod eſt impoſſibile, igitur ipſa non mouet.

Ex Textu Commenti 55. & inde,

Poſt hoc autem intendendum eſt, vtrum ſi non infinitum quidem corpus, &c.

ISTVD eſt Tertium Cap. in quo oſtendit Philoſoph. per rationes proprias non eſſe aliquod corpus infinitũ. Et diuiditur in duas partes. In prima hoc oſtendit, ſic arguendo. Si eſſet aliquod corpus infinitum, aut eſſet anomiomerum, aut homiomerum, ſed nullũ eſt dicendum, igitur. Minorẽ probat, quo ad primã partem, quia illud eſſet ex partibus finitis cõpoſitum, aut infinitis: non infinitis, quia corpora ſimplicia ſunt finita: nec finitis, quia tunc oporteret alterã partium eſſe infinitam. Nã ex finitis magnitudine non reſultat niſi finitũ, ſed non eſt neceſſe aliquam partẽ componentem eſſe infinitam ſecundum magnitudinem. Quod probat, primò, quia iſta pars haberet grauitatẽ infinitam, vel finitam: ſed nullũ iſtorum eſt dicendũm, vt probatum eſt in præcedenti capitulo, igitur. Secundò, quia tunc locus illius partis eſſet infinitus, & per conſequens motus eius, quod eſt impoſſibile: nam impoſſibile eſt plura eſſe infinita, quia corpus infinitum eſt vndique extenſum. Quod non ſit homiomerum, probat, quia vel illæ partes mouerentur circulariter, aut rectè, non circulariter, vt probatum eſt prius, neque rectè, quia vel illud eſſet graue, vel leue, & ſic haberet grauitatem, vel leuitatem infinitam, quod eſt reprobatum.

Non datur corpus infinitum.

Corpus infinitum vndique extentum.

In ſecũda parte probat nullũ corpus ſenſibile eſſe infinitũ ex parte actionis, & paſſionis, ponẽs tres cõcluſiones. Prima. Infinitũ nõ poteſt pati à finito, quia tunc in æquali tẽpore agẽs finitũ ageret in corpus finitũ, & in corpus infinitum, quod eſt impoſſibile, tenet conſequentia: nam ſit a, corpus patiẽs, infinitum b, ſit agens finitum, c, ſit tempus, in quo a, patitur ab ipſo b, & vltrà ſit d, agens finitum in duplo minus, quã b, & ſit e, mobile finitum motum ab ipſo d in tempore c, f, verò ſit mobile finitum in duplo maius, quam ſit e, tunc arguit ſic, qualis eſt proportio maioris mouentis b, ad d, minus mouẽs, talis eſt proportio f, maioris mobilis ad e, minus mobile, ſed d, mouet e, in tempore c, ergo b, mouet f, in tẽpore c, tenet conſequentia per locum à tranſmutata proportione, b autem in tempore c, mouet a, infinitum, ergo b, in æquali tẽpore mouet mobile finitũ, & infinitũ. Secũda cõcluſio. Corpus finitũ non põt pati ab infinito. Probat, quia tunc

Nullũ corpus ſenſibile eſſe infinitum ex parte actionis, & paſſionis probatur, Duabus cõcluſionibus.

Digitized by Google

virtus ſic infinita deſtrueret virtutem corporis finiti in inſtanti, ergo corpus finitum non poteſt pati à corpore infinito, cum actio, & paſſio debeant fieri in tempore. Tertia concluſio. Infinitum non poteſt pati ab infinito, quia ſi ſic, ſequeretur, quod infinitum in æquali tempore moueret finitum, & infinitum. Conſequens eſt falſum, & impoſſibile, ergo, & illud ex quo ſequitur: conſequentia patet, quia ſi infinitum pateretur ab infinito, hoc eſſet in tempore, & ſimiliter finitum ab illo patitur, licèt in minori tempore augeatur tunc virtus reſiſtiua corporis finiti in tali proportione, quam habet minus tempus ad maius tempus, hoc facto corpus finitū mouebitur in æquali tempore à corpore infinito, ſicut corpus infinitum. Ex prædictis infert primò, quòd impoſſibile eſt corpus infinitum eſſe ſenſibile. Secundò infert, quod nullum corpus extra Cœlum eſt infinitum, quia extrà Cœlum non eſt corpus, eò quòd omne corpus eſt in loco, ſed extrà Cœlum non eſt locus, extrà enim, & intrà locum ſignificant.

Tertia concluſio.

Duo Corollaria.

Ex Textu Commenti 70. & indè.

Rationabilius autem eſt conari, & ſic neque enim in circuitum, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo oſtendit Philoſophus per rationes Logicales nullū corpus eſſe infinitum. Et diuiditur in duas partes. In prima oſtendit nullum corpus eſſe infinitum, hac ratione, quia nullum corpus circulare eſt infinitum, ſimiliter nullum corpus rectè motum, igitur. Antecedens pro prima parte patet, quia nullum infinitū mouetur circa medium, ſed omne corpus circulariter motū mouetur circa medium, igitur. Secundam partem probat tribus rationibus. Prima. Si eſſet aliquod corpus infinitum rectè motum, ipſum haberet vnum locum finitum, ad quem moueretur naturaliter, vel violenter, quod eſt falſum. Nàm tunc eſſent plura infinita. Secunda ratio. Si aliquod corpus rectè motum eſſet infinitum, tunc haberet mouens infinitum, & ſic eſſent plura infinita, igitur. Conſequenter remouet Philoſophus vnam cauillationem, poſſet. n. aliquis dicere, infinitū mouetur à ſeipſo. Hoc excludit dicens, quia tunc oporteret eſſe animatū, & omne animatum habet determinatam formam, & virtutem, & per conſequens eſt finitum.

Rationes Logicæ probantes nullum corpus eſſe infinitum.

Vnius cauillationis emotio.

In ſecunda parte ponit talē concluſionē. Non eſt ponendū aliquod corpus infinitū compoſitū, ex infinitis corporib. eiuſdē rōnis diſtantib. per vacuitates, quēadmodum poſuit De-

Concluſio.

mocritus, & Leucippus probat duab. rōnibus. Prima, quia tūc oīum corporū eſſet vnus motus, vbi. n. fertur tota terra, & vn⁹ glob. & vbi fertur totus ignis, ibi, & vna ſcītilla. Secunda rō. Si illa corpora ſint eiuſdem rationis, tunc aut quodlibet erit graue, & ſic nihil erit leue, aut quodlibet erit leue, & ſic nihil erit graue, quod eſt falſum, igitur.

Ex Textu Commenti 76. & indè.

Quia autem, neque plures poſſibile eſt, &c

Iste eſt Tertius Tract. huius Libri, in quo Philoſoph. determinat de Vnitate mundi, & cōtinet duo Cap. In primò intendit talē concluſionē, tantùm eſt vnus mundus. Pro probatione ſupponit aliqua. Primò, quòd oīa corpora inferiora mouēt, & mouētur, & etiā quieſcūt. Secūdò, ſupponit, quod corpus mouetur naturaliter ad locū, in quo quieſcit naturaliter, & mouetur violēter ad locū, in quo violēter quieſcit. Tertiò, ſupponit, quod motus naturaliseſt cōtrarius motui violēto. Quartò, quod ſi eſſent plures mūdi, & terra vni⁹ moueretur naturaliter ad terrā alterius, tunc ipſa in vno mundo quieſceret violēter. Quintò, quòd ſi eſſent pluresmundi, oīa corpora cæleſtia illorum mundorū eſſent eiuſdē ſpeciei, quod probat dupliciter. Primò, quia, niſi ſic mūdus diceretur de illis æquiuocè: ergo non deberēt dici plures mundi. Æquiuoca. n. nullo modo enumerātur in nomine. Secundò patet, quia mot⁹ corporum huius mundi, & alterius eſsēt eiuſdem ſpeciei, ergo corpora eorū eſſent eiuſdē ſpeciei. His ſuppoſitis probat ſuā concluſionē tribus rōnib. Prima. Si eſsēt plures mūdi, tunc terra alterius mundi naturaliter moueretur ad terram iſtius, quia ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed iſtud eſt falſum, quia tunc contingeret terram aſcendere, & ignē deſcendere, quæ ſunt contra naturam eorum: igitur. Contrà hanc rōnem ponit Philoſophus tres inſtantias. Prima, quia licèt eſſent plures mundi, tamen propter nimiam diſtantiam non contingeret vnum corpus moueri ad alium mundum. Reſpondet Philoſohus, quod irrationabile eſt dicere diſtantiā corporum ſimplicium variare naturam eorum. Secunda inſtātia, poſſet aliquis dicere, quod licèt corpora ſimplicia alterius mundi, & iſtius moueantur ad eundem locum in ſpecie, non tamen ad eundem locum in numero. Soluit dicens, quod oēs partes terræ differunt numero, & tamen mouentur ad eundem locum numero. Tertia inſtantia, diceret aliquis, quòd motus elementorum eſt infinitus, & licèt eſſent plures mundi, & tamen terra alterius mundi per totum ſuum motum nunquam attingeret, terrā iſtius mundi. Dicit Philoſophus

Tractatus huius diuiſio in duo cap.

Mundus tantū vnus eſt.

Æquiuoca non numerantur in nomine.

Tribus rationib. probatur dictas ratio.

Inſtantia contra prædictam rationem. Prima.

Secunda.

Tertia.

quod nullus eſt motus infinitus. Quod probat tripliciter, quia omnis motus eſt ex quodam in quoddam, ergo nullus motus eſt infinitus. Secūdò ſic. Motus naturalis eſt velocior in fine, quam in principio, ſi ergo motus naturalis eſſet infinitus, tunc velocitas eius intenderetur in infinitum, & per conſequens grauitas, & leuitas eius, quod eſt falſum: igitur. Tertiò ſic. Motus naturalis fit à natura, ſed omnis natura eſt determinata, & finita, ergo omnis motus naturalis eſt finitus. Secunda ratio concluſionis principalis. Motus Cœli eſt ſempiternus, ergo eſt tantū vnū Cœlum principium, & per conſequens eſt tantū vnus mundus. Tertia ratio. Tantū ſunt tria corpora, ſcilicèt Cœlū, Terra, & corpora intermedia: ergo etiā loca in quibus ſunt illa corpora, ſunt tantū tria, ſcilicèt locus ſupremus, in quo eſt Cœlum, & locus medius, & locus infimus, & oīa iſta corpora, & loca ſunt in iſto mundo: igitur tantum eſt vnus mundus.

Motus naturalis eſt velocior in fine, quā in principio.

Motus Cœli ſēpiternus.

Ex Textu Commenti 92. & inde.

Quod autem non ſolum vnus eſt, &c.

IN iſto Capitulo oſtendit Ariſt. quod impoſſibile eſt eſſe plures mundos, & primò præmittit rationes antiquorum ad partem oppoſitam. Et primò ponit vnam ſuppoſitionem ipſorum, quod Cœlum, & hoc Cœlū differunt, quia Cœlum eſt forma, & hoc Cœlū eſt forma in materia: tunc ſic formāt ſuam rationem. In omnib. habentibus formam differt forma ſecundum ſe accepta, j. vt ſignificatur per terminū vniuerſalem, & forma in materia, quam dicunt ſignificari per indiuiduū: ſed hoc Cœlum habet formam in materia, ergo differunt Cœlū, & hoc Cœlum. Maiorem probant ſic. Singulare includit materiam, quia oīs circulus ſingularis eſt de ligno, vel de ære, vel huiuſmodi. Sed vniuerſale non includit materiam, quia in diffinitione circuli in communi non ponitur æs, neque lignum. Et ſi eſſet vnicus circulus, ſicut eſt vnicus mundus, & eſſet ligneus, adhuc lignum non poneretur in diffinitione circuli, ergo in habentibus materiam vniuerſale, & ſingulare differunt, ex eo, quod vniuerſale dicit formam tantum, & ſingulare formam in materia, ſcilicèt totum compoſitum. Minorem probāt: quia omne ſenſibile eſt ſingulare habens formam in materia, ſed Cœlum eſt huiuſmodi: igitur. Tunc arguitur ſic. Vbicunque eſt vniuerſale diſtinctum ab indiuiduo, modo prædicto, ibi eſt poſſibile eſſe plura indiuidua ſub vna ſpecie, & illam maiorem tenebant antiqui veram, ſed mundus eſt huiuſmodi: igitur.

Impoſſibile eſt plures eſſe mundos.

Singulare includit materiā, vniuerſale autem non.

Iſtam rationem ſoluit Ariſtoteles dicens, quod dato, quod concedamus antiquis, quod hoc nomen Cœlum ſignificet formam tantum, & hoc Cœlum ſignificet formam in materia: tamen non ſequitur, quod ſit poſſibile eſſe plures Cœlos, quia diceremus, quod hoc Cœlum, ſeu mundus eſt conſtitutus ex omni materia, in qua poteſt eſſe forma Cœli, & quod illa materia non poteſt ſeparari ab hac forma, ideò Cœlum eſt incorruptibile. Et tantum vnum dat exemplum, vt ſi dicamus formam ſimul eſſe curuitatem, & materiam naſum, & carnem, & poneremus vnum naſum curuum conſtitutum ex omni carne, ſiue ex omni materia, ex qua poteſt eſſe ille naſus, & non poſſe materiam eſſe ſine illa forma, tunc tantum eſſet vnus naſus, & incorruptibilis. Et ad probandum illam concluſionem dicit, quod Cœlum capitur tripliciter. Primò pro vltima ſphera. Secundò pro aggregato ex omnibus corporibus cœleſtibus. Tertiò pro aggregato ex omnibus tàm cæleſtibus, quam inferioribus, tã ſimplicibus, quàm mixtis. Quo ſuppoſito, probat ſuam cõcluſionem, .ſ. quod iſte mundus eſt conſtitutus ex omni naturali, & ſenſibili corpore. Et dicit primò, quod extra Cœlũ nullum eſt corpus ſenſibile. Quod probat, quia vel eſſet ſimplex, vel mixtum, non ſimplex, quia corpus ſimplex eſt tantũ triplex, ſcilicet Cœlum, corpus graue, & corpus leue, & quodlibet habet ſuum proprium locum non extrà Cœlum, igitur. Nec eſt dicendum, quod ibi ſint præter naturã, quia locus conueniens alicui præter naturam conuenit alteri ſecundum naturam, modo ille locus non poteſt competere alicui corpori ſecundum naturam, igitur. Quod non ſit mixtum, patet, quia neceſſe eſt eſſe ſimplicia vbi ſunt mixta, ſed extrà Cœlum nulla ſunt ſimplicia: ergo nec mixta. Ex prædictis infert primò, quod Cœlum, id eſt mundus conſtat ex tota ſua materia, hoc eſt ex omni corpore naturali ſenſibili. Secundò infert, quod non cõtingit fieri plures mundos. Tertiò, quia extrà Cœlum non eſt locus, neque vacuum, neque tempus. Conſequenter oſtendit quæ, & qualia, ſint illa, quæ ſunt extrà Cœlũ, ponens primò proprietates ipſorum, dicens manifeſtũ eſt ex dictis, quod extrà Cœlũ non eſt locus, neq; tẽpus, neq; motus: ergo entia, quæ ſunt extrà Cœlum, neque sũt in loco, neq; tẽpus facit ea ſeneſcere, neq; ipſorum eſt aliqua trãſmutatio, ſed ſunt inalterabilia, impaſſibilia, optimã vitã ducentia. Et ſubdit quod inter illa entia vnũ eſt ſupremũ virtutem infinitã habens, quo nihil eſt diuinius, vel melius, nullo bono indigẽs, à quo oĩa accipiunt eſſe, & viuere, tamẽ æqualiter, ſed his quidem clarius, his verò obſcurius.

Cœlum tripliciter ſumitur.

Quæ, & qualia sũt quæ extrà Cœlũ ſunt.

Notanda valdè.

Ex Textu Commeni 101. & indè.

His autem determinatis, dicamus poſt hoc, vtrum ingenitus, aut genitus, &c.

Antiquorũ tres opiniones de perpetuitate mundi. Prima eſt Platonis. Secunda Anaxagoræ. Tertia Empedoclis. Contra has opiniones cõcluſiones tres. Prima. Cõtra Platonem Irrationabile quod ſit. Secunda contra Empedoclem.

ISTE eſt Quartus Tractatus huius primi Libri de Cælo, & Mundo, in quo Philoſophus determinat de perpetuitate Mundi, & continet tria Capitula. In primo pertractat opiniones antiquorũ, & eas reprobat, & quare recitat, dat rationem, nè videatur gratis, & ſine ratione condemnare eas. Oportet enim inquiſitores veritatis iudicatores ſufficienter non eſſe inimicos. Et dicit, quòd tres fuerunt opiniones antiquorum de perpetuitate mundi, vel generatione. Prima fuit Platonis, qui poſuit mundum eſſe genitum, & poſtea nunquam corrumpi. Secunda fuit Anaxagoræ dicentis ipsũ ſemel genitum, & ſemel corruptibilem, & poſtea nunquam plus reuerti. Tertia fuit Empedoclis, & Democriti dicentiũ mundũ pluries gñrari, & pluries corrũpi per amicitiã, & p litẽ. Cõtra has opiniones ponit tres concluſiones. Prima. Cõtra opinionẽ Platonis irrationabile eſt mundum dicere eſſe genitum ſemel, & incorruptibilem, quia illud irrationabile dr̃, cuius oppoſitum omnibus manifeſtè apparet: ſed omnibus apparet, quod quicquid eſt genitum, eſt corruptibile: igitur. Secunda concluſio, quæ eſt contra opinionem Empedoclis, & Democriti dicentium mundum infinities generari, & corrumpi, ſic quod per amicitiam omnia corpora congregabãtur, & fiebat vnum confuſum chaos, id eſt ſine apparenti diſtinctione entium, & hoc vocabant mundum corrumpi, poſtea redeunte lite, diſgregabantur, & apparebat diſtinctio eorum, & hoc vocabant mundum generari. Contra eos dicit Ariſt. quod ſic dicere, eſt concedere, quod mundus ſemper maneat, licèt ſub alia, & alia diſpoſitione, quia manebãt ſubſtantiæ elementorum, & aliorum corporum ſimul in vno.

Tertia ẽ cõtra Anaxagorã.

Tertia concluſio eſt contra opinionem Anaxagoræ dicentis mundum ſemel genitum, & quod ſemel corrumpetur, & poſtea nunquam redibit, & ſupponit Ariſt. quòd mundus non fiebat ex nihilo: ideò infinito tempore illud, ex quo fiebat, puta materia erat antequam mundus fieret, & illud adhuc manet poſt corruptionem, ideò qua ratione prius fiebat ex illo, eadem ratione fiet poſt quam corrumpetur, cùm remaneat ſemper idem principium.

Ex Textu Commenti 110. & indè.

Prius autem diuidendum, quomodo ingenerabilia, & generabilia dicimus, & corruptibilia, &c.

ISTVD eſt Secundũ Capitulum huius Tractatus, in quo diſtinguit quædã nomina, ſ. generabile, ingenerabile, corruptubile, vel incorruptibile, & tõeſt, quia multiplex indiſtinctũ parit confuſionẽ; & ponit quinque diſtinctiones. Prima. Ingenitũ dr̃ tripliciter. Primò modo dicitur ingenitum, quod prius non eſt, & poſtea eſt, & tamen nõ incipit eſſe ꝑ generationem, & iſtud maximè inuenitur in rebus relatiuis, vt dixit Commentator. Secundo modo dicitur ingenitum, quod non eſt, ſed poſſibile eſt generari. Tertiò modo dicitur, quod non poteſt generari, & hoc dupliciter. Vno modo ſimpliciter, quod nullo modo poteſt generari. Alio modo ſecundùm quid, quod non faciliter, neque benè poteſt fieri. Secunda diſtinctio. Genitum etiam dicitur tribus modis. Primò modo dicitur genitum, quod prius non eſt, & poſtea eſt. Secundò modo dicitur, quod poſſibile eſt generari, & faciliter. Tertio modo dicitur, cuius generatio eſt mutatio de non ente in ens. Tertia diſtinctio. Corruptibile dicitur tribus modis. Primo modo dicitur eſſe corruptibile, quod prius habet eſſe, & poſtea non eſſe, ſiue ſit per veram, & propriam corruptionẽ, ſiue non. Secundo modo dicitur, quod ꝓpriè, & vera corruptione poteſt corrumpi. Tertio modo dicitur, quod benè, & faciliter eſt corruptibile. Quarta diſtinctio. Incorruptibile accipitur tribus modis. Primò dicitur incorruptibile, quod non poteſt deſinere eſſe vera, & propria corruptione, licèt aliundè poſſit non eſſe. Secundo modo dicitur, quod propria corruptione corrumpi non poteſt. Tertio modo dicitur, qđ non faciliter corrumpitur. Et quia in diffinitionibus vtimur iſtis terminis poſſibile, & impoſſibile. Ideò ſubiungit quintam diſtinctionem, dicens, quod poſſibile, & impoſſibile dicuntur dupliciter. Vno modo abſolutè, & ſic illud dicitur poſſibile, quod poteſt eſſe verum, & illud dicitur, impoſſibile, quod nullo modo poteſt eſſe verum. Alio modo dicũtur poſſibile, & impoſſibile ſecundum potentiam actiuam, aut paſſiuam. Vndè potentia à qua dicitur poſſibile, denominatur à maximo, in quo poteſt virtus, vt ſi quis poſſit ire per centum ſtadia, potentia eius denominatur à centum, & non à duobus, ſed impotentia, à qua dicitur impoſſibile denominatur à minimo, in quo non poteſt, vt ſi quis poſſit ire per centum ſtadia, & non per centum, & vnum, quamuis

Ingenitum tripliciter.

Genitum tripliciter capitur.

Corruptibile tripliciter.

Incorruptibile tribus modis.

Poſſibile, & impoſſibile dupliciter.

Digitized by Google

etiam non poſſit ire per centum, & duo, tamen eius impotentia denominatur à centum, & vno, vt dicimus, quod non poſſet ire per centum, & vnum. Et ſi arguat: quia non oportet, quod ſi quis videat maius corpus, quod propterea videat minus. Reſpondet quod aliquid poteſt dici maius, vel minus dupliciter, vno modo ſecundum rem, alio modo ſecundum virtutem, quamuis autem videndo paruum corpus, ſit minus ſecundum rem, ſiue ex parte rei, tamen eſt maius ex parte virtutis.

Maius, & minus dupliciter.
Obiectio.
Solutio.

Ex Textu Commenti 118. & indè.

Determinatis autem his dicendum quidem deinceps ſi itaque ſunt quædam poſſibile, & eſſe, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus vult probare, quod Mundus ſit ſempiternus. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit aliquas ſuppoſitiones. Prima. Potentia ad eſſe, & non eſſe determinatur tempore, non tamen ſic, quod idem ſit, & non ſit in eodem tempore, quia hoc eſt impoſſibile, ſed pro diuerſis idem eſt, & non eſt. Secunda ſuppoſitio. Impoſſibile, & falſum non idem ſignificant, quia benè aliquid eſt falſum, quod non eſt impoſſibile. Tertia ſuppoſitio. Non eſt idem ſupponere falſum, & ſupponere impoſſibile, quia ad ſuppoſitionem falſi benè poteſt ſequi verum, ſed ad impoſſibile non videtur ſequi niſi impoſſibile. Quarta ſuppoſitio. Vnum, & idem numero habet potentiam ad oppoſita etiam pro eodem tempore, vt vnus, & idem homo numerò pro eodem tempore habet potentiam ad ſedendum, & non ſedendum.

Mundus eſt ſempiternus.
Quatuor ſuppoſitiões
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.

In ſecunda parte ponit quatuor concluſiones. Prima. Nullum ſempiternum eſt genitum, vel corruptibile, probat tribus rationibus. Prima. Si ſempiternum eſſet corruptibile, vel genitum, idem ſimul eſſet, & non eſſet, quod eſt impoſſibile, nam ſempiternum eſt ſemper ens, genitum, & corruptibile aliquando non ens. Secunda ratio. Nullum ſempiternum poteſt aliquando non eſſe, ergo nullum ſempiternum poteſt eſſe genitum, aut corruptibile, cùm quodlibet eorum poſſit non eſſe. Pro tertia ratione ſupponitur, quod ſemper ens, & non ſemper ens contradicunt; & ſemper ens, & ſemper non ens contrariantur; & ſemper non ens, & non ſemper non ens contradicunt; & non ſemper non ens, & non ſemper ens ſubcontrariantur. Quo ſuppoſito diſponantur quatuor propoſitiones oppoſitæ in figura quadran-

Quatuor rões probãtes nullum ſempiternũ eſſe genitũ vel corruptibile.

gulari, & ſit a, ſemper ens; b ſemper non ens; c, non ſemper ens; d, non ſemper non ens; tunc arguatur ſic. Cuicunque ineſt a, vel b, illi non ineſt c, & d, ſed omni ſempiterno ineſt a, vel b, ergo nulli ſempiterno ineſt c, vel d. Secunda concluſio. Nullum ingenitum, vel incorruptibile, eſt genitum, vel corruptibile, quia nullum ſempiternum eſt genitum, vel corruptibile, ſed omne ingenitum eſt ſempiternum, igitur. Tertia concluſio. Genitum, & corruptibile conuertuntur; probat tripliciter.

Genitum, & corruptibile conuerti probatur tripliciter.

Primò, quia vel genitum eſt corruptibile, & ſic habetur intentum: vel incorruptibile, quod eſt falſum, quia tunc incorruptibile eſſet genitum. Secunda ratio. Quia nec generabile, nec corruptibile eſt, ſemper ens, aut ſemper non ens, ergo vtrunque eſt medium ſemper entis, & ſemper non entis, & illud medium eſt generabile, & corruptibile, cùm idem ſit, quod aliquando erit, & non erit. Tertia ratio. Ingenitum, & incorruptibile conuertuntur, ergo genitum, & corruptibile. Antecedens probat, quia vel ingenitum eſt incorruptibile, & ſic habetur intentum; vel corruptibile, quod eſt falſum.

Obiectio.

Et ſi quis dicat, quòd genitum, & incorruptibile conuertuntur, quia ſicut incorruptibile dicit potentiam ad non fore reſpectu futuri, ità genitum dicit potentiam ad non fuiſſe reſpectu præteriti.

Reſponſio.

Reſpondet Ariſt. negando aſſumptum de genito, quia ad præteritum nulla eſt potentia, ſed ſolum ad præſens, & futurum. Quarta concluſio. Neceſſe eſt, quòd omne corruptibile aliquando corrumpatur.

Neceſſe eſt corruptibile aliquando corrumpi.

Probat tribus rationibus. Prima. Quia tunc idem ſemper poſſet eſſe, & aliquando non eſſe, quod eſt falſum. Secunda ratio. Neceſſe eſt compoſitum ex contrarijs aliquando corrumpi, ſed omne corruptibile eſt compoſitum ex contrarijs, igitur. Tertia ratio. Omne Corruptibile habet materiam, ſed materia eſt cauſa, quare aliquid poteſt non eſſe, igitur.

ARISTOTELIS DE COELO ET MVNDO, LIBER SECVNDVS.

Ex Textu Commenti 1. & inde.

QVOD quidem igitur neque factum eſt omne cœlum, neque contingit corrumpi, quemadmodum quidam dicunt ipſum, ſed eſt vnum, & ſempiternum, &c.

Iſtius ſecũdi libri diuiſio in quatuor Tractatus, in quo agitur de corpore cœleſti, & eius proprietatibus. Cœlũ vnũ, & ſempiternum, probat ſex rationibus. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Tres opiniones antiquorum de motu cœli. Prima eſt poetarum.

ISTE eſt Secundus Liber de Cœlo, & Mundo, in quo Philoſophus determinat de principaliori parte totius vniuerſi, ſcilicet corpore cœleſti, & proprietatibus eius. Et diuiditur in quatuor Tractatus. In primo, determinat de ſempiternitate cœli, & diuiditur in quatuor Capitula. In primo, determinat de duratione Cœli, intendens talem concluſionem: Cœlum eſt vnum, & ſempiternum, principium, & conſummationem non habens, & probat ſex rationibus. Prima, tẽpus eſt ſempiternum, ergo, & cœlum. Patet conſequentia: quia tempus non eſt ſine motu, & motus non eſt ſine cœlo: ergo ſi tempus eſt æternum; cœlum eſt æternum. Secunda ratio: Ad opinionem dicentium cœlum eſſe formatum, & aliquando corrumpi, ſequuntur multa inconuenientia: ſed quod ſit ſempiternum, nullum ſequitur inconueniens: igitur. Tertia ratio: omnes antiqui dixerunt cœlum immutabile, & diuinum: ergo hoc eſt credendum: tenet conſequentia, quia oportet vnumquemque ſe exhibere perſuaſionibus antiquorũ: & maximè credere ſermones ipſorũ eſſe veros: igitur. Quarta ratio: Omnes antiqui, attribuerunt cœlum Dijs pro loco: ſed Dij ſunt perpetui: ergo, & cœlum. Quinta ratio, Cœlum mouetur ſine fatigatione, eò quòd in motu cœli nulla eſt violentia, neque eſt ibi aliquod prohibens, quin cœlum poſſit moueri: igitur: Sexta ratio, Oportet illos ſermones dicere, qui concordant rationi, & dictis antiquorum, ſed dicentes cœlum eſſe ſempiternum, concordant rationi, & dictis antiquorum, igitur. Conſequenter tangit tres opiniones antiquorum de motu Cœli. Prima eſt antiquorum dicentium Cœlum ferri ſurſum, & ſuſtineri à quodam gigante, qui vocatur

catur Athlas, cuius caput eſt in vno polo, & pedes in alio, manus dextra in oriente, ſiniſtra in occidente. Hanc opinionẽ non reprobat Philoſophus, ſed reputat eã eſſe fabuloſam, & fictam à poëtis. Secunda eſt Platonicorum, qui dixerunt cœlum continuè moueri à quadam anima, & ab eadem retineri ſurſum. Hoc reprobat, quia non eſt poſſibile, quòd illa anima tanto tempore moueret cœlum ſine fatigatione, & triſtitia, & ſic illa anima eſſet infelicior, quam anima exiſtẽs in corpore animalis. Tertia opinio eſt Empedoclis dicentis cœlum detineri ſurſum propter velocem motum eius, ſed hoc non eſt verum, quia non eſt poſſibile cœlum tanto tempore detineri ſurſum propter eius velocem circulationem: quoniam tandem caderet. *Secunda eſt Platonicorum. Tertia Empedoclis.*

Ex Textu Commenti 7. & indè.

Quoniam autem quidam ſunt, qui dicunt eſſe aliquid dextrum, & ſiniſtrum cœli, quemadmodum Pythagori &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit quomodo in cœlo reperiuntur differentiæ poſitionum, & diuiditur in duas partes. In prima reprobat opinionem Pythagoricorum dicentium in cœlo eſſe tantùm duas differentias poſitionis, ſcilicèt dextrum, & ſiniſtrum. Et ponit Philoſophus talem concluſionem. Si in cœlo ſint dextrum, & ſiniſtrum, tunc ibi eſt ſurſum, & deorſum, antè, & retrò: quod probat quinque rationibus. Prima, Animal habet omnes differentias poſitionum, vt dicitur in libro de motu animalium: ergo, & cœlum cùm ſit corpus perfectiſſimum. Secunda ratio, Vbicunque reperitur poſterius, ibi reperitur prius, ſed dextrum, & ſiniſtrum reperiuntur in cælo, quæ ſunt poſteriora alijs differentijs poſitionum, quia ſurſum, & deorſum ſunt principia longitudinis, dextrum, & ſiniſtrum principia latitudinis, ſed longum præcedit latum: ergo ſurſum, & deorſum præcedunt dextrum, & ſiniſtrum. Tertia ratio, Inconueniens eſt dicere in cælo eſſe differentias poſitionum minus principales, & non principales, quæ ſunt ſurſum, deorſum, antè, & retrò. Quarta ratio, Surſum, & deorſum ſunt in plantis, & non dextrum, & ſiniſtrum, ergo inconueniens eſt ponere dextrum, & ſiniſtrum, & non ponere ſurſum, & deorſum. Quinta ratio, Surſum eſt prius dextro, cùm ſit principium longitudinis: ergo ſi in cœlo eſt dextrum, etiam erit ſurſum, & deorſum. *Quõ in cælo reperiãtur differentia poſitionum & quot. Pythagoricorum reprobatio. Quinque rationes probantes concluſionẽ Philoſophi. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta.*

Digitized by Google

Tres concluſiones de differentijs poſitionum in cælo.

In ſecunda parte determinat de differentijs poſitionum in cœlo ſecundum opinionem Philoſophi. Et intendit tres concluſiones. Prima. In cœlo ſunt ſex differentiæ poſitionum ex natura rei, Probat, quia in omni animato habente intra ſe principium ſui motus ſunt tales differentiæ, ſed cœlum eſt animatum habens intra ſe principium ſui motus: ergo in cœlo ſunt illæ differentiæ poſitionum.

Dubia circa hanc concluſionem.

Circa hanc concluſionem mouentur aliqua dubia.

Primum.

Primum, Quomodo in cælo poſſunt reperiri illæ ſex differentiæ poſitionum diſtinctæ ex natura rei, cùm cœlum ſit ſphæricę figuræ, & omninò ſimile in omnibus ſuis partibus? Reſpondet, quod in aliquibus corporibus illæ differentię poſitionum reperiuntur diſtinctæ non ſolùm virtute, ſed etiam figuris, vt patet in animalibus perfectis, in aliquibus verò ſolum reperiuntur diſtinctæ virtute,& non figuris. Secundum dubium,

Secundum.

Quomodo in cœlo poteſt reperiri dextrum, quod ſit principium motus localis, cùm motus cœli non habuerit principium? Reſpondet, quod ideo dicitur, quia ſi cœlum incepiſſet moueri, incepiſſet ab illo,quod dicitur eſſe dextrũ.

Longitudo cæli ſumitur iuxta diſtantiam polorum.

Secunda concluſio. Longitudo cæli. i. ſurſum, & deorſum debent ſumi ſecundum diſtantiam polorum, quod probat duabus rationibus. Prima, Quia propter immobilitatem polorum apparet diſtinctio hemiſphæriorum, cùm eædem partes cœli ſemper appareant in polis. Secunda ratio, Oriens, & Occidens ſunt latera mundi, igitur poli ſunt longitudo cœli.

Polus arcticus deorſum, antarcticus ſurſum.

Tertia concluſio, Polus, qui apparet ſuperius. ſ. polus arcticus eſt deorſum, & ille, qui eſt nobis immanifeſtus, ſcilicèt polus antarcticus, eſt ſurſum. Pro cuius probatione ſupponit, quod dextrum eſt Oriens, ſiniſtrum verò Occidens, antè eſt Meridies, & angulus noctis eſt retrò. Quod patet, quia cœlum debet moueri à dextro in ſiniſtrum per antè, modo cælum mouetur ab Oriente in Occidens per Meridiem. Tunc ſic arguit. Si polus arcticus eſſet ſurſum, ſequeretur, quod cœlum moueretur à ſiniſtro ad dextrum, conſequens eſt inconueniens: igitur.

Corrolariũ.

Ex hoc infert, quod polus nobis immanifeſtus eſt ſurſum, & habitantes in eo ſunt ſurſum, & nos ſumus in hæmiſphærio deorſum.

Differẽtia poſitionum quomodo ſunt in cælo.

Finaliter oſtẽdit, qualiter differentiæ poſitionum ſunt in cælo ſecundum motum planetarum in obliquo circulo, dicens, quod oppoſito modo ſumendę ſunt differentiæ poſitionum in cælo, eo quòd motus eorum ſit contrario modo ad motum diurnum, puta ab Occidente in Oriens.

Ex Textu Commenti 17. & indè.

Quoniam autem non eſt contrarius motus, qui circum ei, qui circumque conſiderandum, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de diuerſitate partium circulariter motarũ, dicens, quod difficilè eſt determinare numerũ corporum cæleſtium propter nimiam diſtantiam ratione cuius accidentia ipſorum non benè cadunt ſub ſenſu noſtro. Et intendit talem concluſionem: Neceſſariò ſunt ponendæ plures circulationes propter generationes, & corruptiones, & per conſequens neceſſe eſt eſſe plura corpora cęleſtia. Hanc concluſionem probat ſex conſequentijs. Prima. Si cœlum eſt aliquid diuinum, & ſempiternum, neceſſe eſt motum eius eſſe ſempiternum, & circularem. Patet, quia vnumquodque cuius eſt aliquod opus proprium, eſt gratia illius operis; ſed ipſius cœli eſt aliud opus proprium, & nihil deſtruitur à ſua propria operatione, & talis operatio eſt motus: ergo ſi cælum ſit ſempiternum, neceſſe eſt motum eius eſſe ſempiternum, & per conſequens circularem, cùm ſolus motus circularis ſit ſempiternus. Secunda conſequentia. Si motus cęli ſit ſempiternus, & circularis, neceſſe eſt terram quieſcere in medio mundi: quod probat, quia motus circularis eſt circa medium quieſcens, & illud non poteſt eſſe aliqua pars cęli, quia vel quieſceret ibi ſecundum naturam, & ſic naturaliter moueretur ad medium; vel pręter naturam, & ſic ibi ſemper non quieſceret. Relinquitur ergo, quod illud ſit terra. Tertia conſequentia. Si terra eſt, neceſſe eſt ignem eſſe, quia ignis, & terra contrariantur, modo ſi vnum contrariorum ſit in natura, neceſſe eſt reliquum eſſe, quia contrariorum eadem eſt materia. Quarta conſequentia. Si terra, & ignis ſunt, neceſſe eſt media elementa eſſe: probat, quia vnumquodque elementorum habet contrarietatem ad vnumquodq;: igitur ſi vnũ eſt, debet reliquũ eſſe. Quinta cõſequentia. Si elemẽta ſunt, neceſſe eſt generationes, & corruptiones eſſe, quod probat dupliciter. Primò, quia elemẽta sũt adinuicẽ cõtraria; ergo agunt, & patiuntur ad inuicem, contraria enim ſunt ad inuicem corruptiua. Secundò. Non eſt rationabile aliquod mobile eſſe ſempiternum, cuius ſecundum naturam motus non eſt ſempiternus, ſed motus elementorum non eſt ſempiternus, ergo nec elementa, & per conſequens generantur. Sexta conſequentia. Si generationes, & corruptiones ſunt, neceſſe eſt præter primum motum cir-

Difficile eſt determinare de numero corporũ cæleſtium.

Neceſſario plura corpora cæleſtia ponenda ſunt.

Conſequẽtiæ ſex.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Contrariorũ eadem materia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

cularem eſſe alium motum, aut plures illius cæli, quod probat, quia ſecundum primum motum ſimiliter ſe habent elementa adinuicem, ergo oportet eſſe alium motum, ſi elementa debeant generari, & corrumpi adinuicem.

Ex Textu Commenti 22. & indè.

Figuram autem Sphæricam neceſſe eſt habere Cælum, hæc enim propriiſſima, & ſubſtantia, &c.

Cælum eſt ſphærica figuræ, idque probatur duabus rationibus.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit Cœlum eſſe Sphæricæ figuræ, intendens primò talem concluſionem. Inter figuras planas figura circularis eſt prior, probat duabus rationibus. Prima. Vnum eſt prius multis, & ſimplex compoſito, ſed figura circularis ſe habet, vt vnum, & ſimplex, eò quòd ipſa continetur vna linea, figura verò recta pluribus continetur, igitur. Secunda ratio. Perfectum eſt prius imperfecto, ſed figura circularis eſt perfecta, cùm ſibi nulla poſſit fieri additio, per quam fiat perfectior: ſed figura recta eſt imperfecta, cùm poſſit recipere additionem, ergo figura circularis eſt prior. Secunda concluſio. Inter figuras ſolidas, figura Sphærica eſt prior, probat conſimili ratione, quæ probauit concluſionem præcedentem, Tertia concluſio. Cœlum eſt Sphæricę figuræ, quòd probat quatuor rationibus. Prima. Prima figura debet eſſe primi corporis, ſed figura ſphærica eſt figura prima, & cœlum eſt primum corpus, igitur. Et hoc etiam poſſet cócludi de ſeptem ſphæris planetarum. Secunda ratio, Cælum non eſt rectæ figuræ, nec oualis, nec lenticularis, nec columnaris, nec alterius figuræ à figura ſphærica, ergo eſt ſphæricæ figuræ. Antecedens patet, quia ſi eſſet alterius figuræ, tunc aliquæ eius partes magis diſtarent à centro, quã aliæ, & cum illud corpus ſemper moueatur, ſequeretur, quod illæ partes aliquando eſſent ſine loco, & locus ſine corpore, quia poſt quam pars magis diſtans à medio eius moueretur, tunc aliæ partes aliquando eſſent ſine loco, quia poſt quam magis diſtans à medio mouetur, tunc vbi prius erat, poſtea nihil eſt, & vbi iam eſt, prius nihil erat. Tertia ratio. Motus cæli eſt omnium aliorum motuum minimus, cùm ſit velociſſimus, & ſecundum lineam minimam in minimo tempore, quia inter figuras, in idem punctum redeuntes figura ſphærica eſt minima, ergo cælum eſt ſphæricæ figuræ. Quarta ratio. Aqua eſt ſphęricæ figuræ, ergo aër eſt ſphæricæ figuræ, cum aër contineat aquam: & ſi aër eſt ſphæricæ figuræ, ignis eſt ſphęricæ figuræ, & ſic neceſſe eſt cælum eſſe ſphæricę figuræ, cùm contineat ignem. Et quod

ſit ſphæricę figuræ ſecundum ſuperficiem conuexam, probatur, quia aqua ſemper nata eſt fluere ſuper terram ad locum decliuiorem, & non ceſſabit donec omnes partes æqualiter diſtent à centro, ſed cuius partes æqualiter diſtant à centro eſt ſphæricæ figuræ.

Ex Textu Commenti. 33. & indè.

Quoniam autem eſt dupliciter in circulo moueri puta ab a, hunc quidam à b, &c.

Iste eſt Secuudus Tractatus, in quo Philoſophus determinat de motu cęli, & continet duo Capitula. In primo oſtendit, quare cælum magis mouetur ad vnam partem, quã ad aliam, inquirens talem quæſtionem. Vtrum cælum debeat moueri ab vna parte determinata ad vnam partem determinatam, puta ab oriente ad occidens? Quærit etiam quare cælum ſemper mouetur ad vnam partem? non enim poteſt dici, quod hoc ſit à caſu, quia cœlum, & motus cęli ſunt ſempiterna, in ſempiternis autem nihil contingit à caſu. Reſpondet, quod fortè velle ſic inquirere de omnibus; & aſſignare cauſam, & nihil prętermittere, videtur magis eſſe ſignum magnæ ſtultitiæ, aut magnæ præſumptionis, qnam ſapientiæ. Dicit tamen, quod hoc poteſt fieri dupliciter. Aliqui enim hoc faciunt propter vanam gloriam, & tales ſunt increpandi. Alij faciunt propter veritatem, & tales ſunt laudandi.

Calũ mouetur à parte determinata ad determinatam. *An Calum debeat moueri?* *In ſempiternis nihil fieri à caſu.* *Reſponſio.* *Inquirere de omnibus, ſignum magnæ ſtultitia, aut præſumptionis eſt.*

Finaliter ſoluit prædictam quæſtionem, dicens, quod natura facit de poſſibilibus, quod melius eſt, ſed melius eſt cælum ſic moueri, quàm è contrariò, igitur. Sicut enim in motibus elementorum honorabilius eſt, & melius moueri ſurſum, quam deorſum: nàm locus ſurſum eſt dignior loco deorſum, ità melius eſt cælum moueri ab vna parte determinata, puta ab Oriente in Occidens, igitur.

Ex Textu Commenti 35. & indè.

De motu autem ipſius, quia irregularis eſt, & non irregularis deinceps vtiquè, &c.

Istvd eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de motu cæli, & de eius regularitate, intendens talem concluſionem. Motus cæli eſt regularis, probatur quatuor rationibus. Prima. Si motus cæli eſſet irregularis, in eo eſſet intenſio, & remiſſio velocitatis, ſed hoc eſt

Motus cæli eſt regularis, & probatur quatuor rõnib. *Prima.*

falſum, quia hoc eſſet in principio, medio, vel fine, quod eſt falſum, quia motus cæli caret principio, medio, & fine, cum ſit perpetuus. Secunda ratio. Si motus cæli eſſet irregularis, irregularitas proueniret ex parte mouentis, aut ex parte mobilis, aut amborum. Non primum, quia primum mouens ſemper mouet eadem virtute. Nec ſecundum, quia primum mobile non alteratur, nec ex conſequenti prouenit ex parte amborum, igitur. Tertia ratio. Si motus cæli eſſet irregularis, vel illa irregularitas fiet in partibus cæli, vel in toto. Non primum, quia iam fuiſſet facta diſtantia infinita aſtrorum adinuicem per tempus infinitum, quod eſt falſum, cùm illud nullo modo percipiamus, nec in toto cęlo, quia remiſſio eſt præter impotentiam, & impotentia præter naturam, ſed in cælo non eſt aliquid præter naturam, cùm ſit corpus ſimplex, igitur. Quarta ratio. Si motus cæli eſſet irregularis, vel intenderetur in infinito tempore, & poſtea remitteretur in tempore infinito, aut è contrariò, aut ſemper intenderetur, aut remitteretur, vel viciſſim intenderetur, & remitteretur, ſed quodlibet eſt impoſſibile. Quod patet primò, quo ad primum diſiunctum, quia nihil exiſtens præter naturam videtur exiſtire in tempore infinito. Quod ad ſecundum diſiunctum, patet, quia tunc motus cæli eſſet infinitus, & indeterminatus, quod eſt falſum, quia omnis motus eſt ex determinato in determinatum terminum. Quo ad tertium diſiunctum patet, quia hoc eſt penitus irrationabile, quia tanta diuerſitas non poſſet latere ſenſum noſtrum: immò hoc perciperemus, eo quod oppoſita iuxta ſe poſita ſunt ſenſibiliora.

Secunda. *Tertia.* *Quarta.* *Oppoſita iuxta ſe poſita ſenſibiliora.*

Ex Textu Commenti 42. & indè.

De vocatis autem aſtris conſequens vtique erit dicere ex quibus conſtant, &c.

Determinatur de partibus integralib⁹ Cæli Aſtra cui⁹ natura ſint lumen & calorem in his inferiorib. cauſant.

ISTE eſt Tertius Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de partibus integralibus Cæli: & continet ſex Capitula. In primo ponit tres concluſiones. Prima: Aſtra ſunt de natura corporum, in quibus ſunt, quod probat dupliciter. Primò: quia aſtra mouentur circulariter, ſicut orbes, in quibus ſunt de natura eorum. Probat ſecundò opinione antiquorum dicentium, aſtra eſſe ignea ſicut cœlum, ac ſi dicerent, quod vnumquodque eſt de natura eius, in quo eſt. Secunda concluſio: Ab iſtis aſtris cauſatur calor, & lumen in iſtis inferioribus, quia motus localis eſt calefa-

ctiuus:nàm calefacit,& ligna, & lapides,ſed aer eſt magis diſpoſitus ad calorem, cùm ſit propinquior igni, ergo calefit per motum aſtrorum. Patet etiam: quia ſagita plumbea poteſt cum tanta velocitate moueri,quod liquefiet, & hoc non eſt niſi ab aere calefacto per eius motionem, igitur. Tertia conclusio. A ſole magis cauſatur calor, quàm ab alijs aſtris, vt patet per experientiam: nàm ſole appropinquante ad nos,ſiue per motū proprium eius,ſiue non ſit apud nos calidius,& propter hoc dico, dies eſt calidior nocte, & ęſtas hyeme.

Ex Textu Commenti 43. & indè.

Quoniam autem, videntur, & aſtra tranſlata, & totum cœlum neceſſarium aut quieſcentibus, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulū huius Tractatus,in quo Philoſophus determinat de motu aſtrorum, intēdens talem concluſionem. Aſtra non mouentur motu proprio, ſed ſolum ad motum ſuorum orbium, probat tribus rationibus. Prima, Quia vel aſtrum,& orbis ſimul quieſcerent, vel ambo mouerentur motibus diuerſis ſecundum ſpeciem, vel aſtrum moueretur,& orbis quieſceret, vel orbis moueretur,& aſtrum moueretur ad motum ſui orbis. Non primum, vt notum eſt: neque ſecundum, quia cùm aſtrum,& orbis ſimul compleant ſuas circulationes, non apparet, quod moueantur motibus diuerſis: neque poteſt dici tertium,ſcilicèt quod aſtrum moueatur,& orbis quieſcat,quia tunc ſequeretur,quod aſtrum diuideret orbem, quod eſt falſum. Relinquitur ergo quartum membrum,ſcilicèt,quod aſtrum moueretur ad motum ſui orbis. Secunda ratio. Aſtra ſunt ſpherica, ſed corporis ſpherici non ſunt niſi duo motus circa medium mundi, ſcilicèt volutatio, & circungyratio, ergo ſi aſtra motu proprio moueantur, hoc erit aliquo iſtorum motuum, quod tamen eſt falſum: igitur. Et quod non moueantur motu circungyrationis patet, quia Luna non ſic mouetur, ergo nec etiam alia. Antecedens patet, quia tunc ſequeretur, quod facies,ſiue macula apparēs in Luna verteretur,quod eſt falſum,vt patet per experientiam, & conſequentia patet, quia non maior videtur ratio de vno aſtro, quod non ſic moueatur, quàm de alio, & quod non moueatur motu volutationis patet, quia tunc etiam oporteret maculam Lunæ verti, quod tamē eſt falſum, igitur. Tertia ratio, Si aſtra mouerentur motu proprio, & non ad motum ſui orbis, & non mo-

Aſtra ad motum ſuorum orbium mouentur, Quod probatur tribus rationibus.

Prima.

Secunda.

Tertia.

ueantur motu circongyrationis, nec volutationis, ſequeretur quod mouerentur motu progreſſiuo, quod eſt falſum; quia illa, quæ dicuntur moueri tali motu debent habere inſtrumenta, & figurã aptam ad talem motum; ſed aſtra non habent inſtrumenta, nec figuram aptam ad talem motum, cùm habeant figuram ſphericam, quæ eſt ineptiſſima ad motum progreſſiuum: igitur aſtra non mouentur motu progreſſiuo.

Ex Textu Commenti 52. & indè.

Manifeſtum autem ex his quoniam, & dicere fieri latorum Harmoniam tanquam conſonantibus, &c.

Sonus Harmonicus haud à motu aſtrorũ cauſatur.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quòd ex motu aſtrorum non cauſatur ſonus harmonicus. Et primò narrat opinionem Pythagoricorum dicentium, ex motibus aſtrorum cauſari ſonos harmonicos, quod probãt, duabus rationibus. Prima eſt, Nàm ex motibus corporum apud nos fit ſonus; ergo magis debet fieri ex motibus corporum cæleſtium, cùm illa corpora ſint maiora, & velocius moueantur. Secunda ratio: Corpora cæleſtia ſunt adinuicem benè proportionata in magnitudinibus, diſtantijs, & velocitatibus motuum, & ex talibus prouenit Harmonia in ſonis: igitur. Et ſi quærat aliquis, quare ergo non percipimus tales ſonos? Reſpondent, quòd eſt propter conſuetudinem: quia conſueti ſumus illos audire à natiuitate, & hoc declarat per vnum ſimile, nàm videmus, quòd aſſueti audire magnos ſonos, ſicut malleatores, propter conſuetudinem audiendi ſonos ſuorum malleorum non iudicant audire illos ſonos. Hoc deſtruit Philoſophus, quia videmus ex magnis ſonis magnas violentias fieri in plantis, ſed ex talibus motibus non fiunt iſtæ violentiæ, igitur. Etiam ſi malleatores ſonos ſuorum malleorum non ſẽtiant: ità nec alios ſentient, quod tamen eſt falſum: igitur. Deindè ponit concluſionem, quam intendit, in hoc capitulo. Orbes, & aſtra ſuis motibus non cauſant ſonos harmonicos, quod probat, quia quandocunque corpora cauſant ſonum harmonicum ſuis motibus diuidunt, & frangunt aliquod medium citius, quam frangi debet, ſed orbes, vel aſtra non diuidunt aliquod medium, cùm per medium non moueantur: igitur. Et ſi quis quærat, quare hìc Philoſophus determinat de ſonis harmonicis? Reſpondeo, quod hoc facit ad oſtendendum, quod aſtra non mouẽtur motu proprio diſtincto à motu ſui orbis.

Orbes, & aſtra ſuis motibus nõ cauſant ſonos harmonicos.

Quare Philoſophus determinat de ſonis harmonicis.

Ex Textu Commenti. 57. & indè.

De ordine aſtrorum autem ipſorum, quo quidem modo ſingula ponantur, & hæc quidem, &c.

Istvd eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de velocitate, & tarditate in motibus aſtrorum, dicens primò, quod de propinquitate, & diſtantia orbium adinuicem pertinet determinare ad Aſtrologiam, ſed de differentia velocitatis, & tarditatis ſuorum motuum Philoſophia habet determinare, & ponit hanc concluſionem. Quanto orbes ſunt propinquiores primo orbi, tanto velocius mouentur motu diurno; quod probat, quia orbes mouentur motu diurno ad motum orbis primi: ergo quanto aliquis orbis erit propinquior illi orbi, tanto velociori modo tali motu mouebitur. Ex quo infert, quod quanto orbes ſunt propinquiores primo orbi, tanto tardius mouentur motu proprio, cum tales motus aliqualiter ſe impediant adinuicem. *Aſtra diſparia ſunt in motu.*

Ex Textu Commenti. 59. & indè.

Figuram autem vniuſcuiuſque aſtrorum ſphericam maximè, vtique quis rationabiliter exiſtimabit, &c.

Istvd eſt Quintum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de figuris aſtrorum, & intendit hanc concluſionem: Aſtra ſunt ſphærica, & probat duabus rationibus. Prima, Illa, quæ non ſunt mobilia motu progreſſiuo, & habent figuram ineptiſſimam ad illum motum, ſunt ſphæricæ figuræ: ſed aſtra ſunt huiuſmodi: igitur. Secunda ratio: ſicut eſt de vno aſtrorum, ità debet eſſe de alijs; ſed Luna eſt ſphærica: ergo alia aſtra ſunt ſphæricæ figuræ. Minor patet duplici ſigno. Primum eſt, quia Luna creſcit, & decreſcit ſecundum portiones arcuales, ità quod, quando primo augetur, ſit primò arcuoſa donec appareat ſemicirculus, donec augeatur in tantum, quod appareat circularis figuræ. Secundum ſignum eſt, quando fit eclypſis Solis propter interpoſitionem Lunæ, fit circularis propter ſphericitatem Lunæ: ergo ſignum eſt, quòd Luna eſt ſphericæ figuræ. *Aſtra ſphærica ſunt figura, quod probatur duabus rationibus. Prima. Secunda.*

Ex Textu Commenti 60. & indè.

Duabus autem dubitationibus de quibus merito vtique quilibet dubitabit, &c.

Istvd eſt Sextum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus mouet duas dubitationes. Prima dubitatio

Duo Dubia de primo mobili. Primum. Secundum. Solutio dictorum dubiorum.

eſt, an ſi primum mobile ſolum moueatur vno motu,& ſecundum duobus,quare eſt,quod alij orbes plus diſtantes à primo mobili non mouentur pluribus motibus puta tertius tribus, & quartus quatuor.Secunda dubitatio, propter quam cauſam in primo cœlo eſt tanta multitudo aſtrorum, cùm in quolibet aliorum ſit tantum vnum. Soluit prædictas dubitationes,& primò primam dicens,quod ſicut in animalibus quædam habent ſanitatem abſque ſui mutatione, & quędam per vnicam mutationem, & quædam per plures, ſic cœlum primum vnico motu attingit ſuum eſſe proprium, & planetæ medij pluribus motibus attingunt ſuum finem. Deindè ſoluit ſecundam dubitationem,aſſignando tres cauſas.Prima,quia primum cælum eſt excellentiſſimum, & perfectiſſimũ,eò quod eſt propinquus primo mouenti, & alios orbes reuoluit,& cõtinet,& mouetur motu ſimpliciſſimo,& velociſſimo. Secunda cauſa, quia alij orbes excedunt primum in motibus,ideo natura ordinauit,vt in primo cœlo eſſent plura aſtra,cùm non ſit niſi vnus motus.Tertia cauſa eſt,quia primum cælum mouet omnes orbes inferiores: ideò oportet ipſum habere plures, & diuerſas virtutes, per quas poſſit influere in orbes inferiores.

Ex Textu Commenti 74. & indè.

Reliquum autem de terra dicere vbi exiſtat poſita, & vtrum quieſcentium, aut motorum, &c.

Veterum Philoſophãtiũ ſententia de ſitu, motu, quiete, & figura terræ.

ISTE eſt Vltimus Tractatus huius Libri,qui diuiditur in duo Capitula. In primo determinat de ſitu,motu, quiete, & figura terræ ſecundum opinionem antiquorum, & dicit primò,quod Pytagorici poſuerunt ignem eſſe in medio mũdi,& etiam terram per modum vnius aſtri circa ignem, & ex motu ſuo cauſare nobis diem,& noctem, & iſti adhuc poſuerunt aliã terram oppoſitam illi terræ,quam vocabant Antichthona,ideſt contra terram,Sed iſti deficiebant:quia non quærebant rationes concordantes apparentijs noſtris, ſed intendebant habere apparentias ad ſuas rationes, & iſtam poſitionem probabant duabus rationibus.Prima, Honorabiliori corpori debetur honorabilior motus, ſed ignis eſt honorabilius corpus inter elementa, ergo debet habere locum honorabiliorem,cuiuſmodi eſt locus medius.Secunda ratio: Ignis in medio mundi valdè benè conſeruatur: igitur debet eſſe in medio mundi. Soluit Philoſophus iſtas rationes,dicẽs,quod duplex eſt medium, ſcilicet magnitudinis, quod eſt cẽtrũ,& illud nõ eſt nobilius.Aliud eſt medũ virtu-

Medium duplex.

tis, quod eſt cælo propinquius,& illud debet habere ignis. Conſequenter determinat de motu terræ, & dicit, quòd aliqui imaginati ſunt terram circunferri circa medium, & etiam aliam terram antichthona, propter quod dicebant lunam eclypſari & iſti fuerunt Pithagorici. Alij dixerunt terram eſſe in centro, & dixerunt eam moueri circulariter ſecundum polos mundi, quemadmodum fuit Plato. Conſequenter determinat de figura terræ dicens, quod aliqui antiquorum dixerunt terram eſſe rectilineam,& non circularem propter duas cauſas. Prima, Sol oriens & ſol occidens videtur habere deciſionem ſecundum lineam rectam, ſed talis deciſio fit à terra, igitur terra eſt rectæ figuræ. Soluit hanc rationem philoſophus dupliciter: primò, quia à lōgè videmus ſolem, ſed multa à longè viſa non benè diſtinguimus. Secundò, quia terra eſt valdè magna, modo poſitio magni circuli, videtur eſſe recta. Secunda cauſa, terra ſemper quieſcit: ergo eſt latæ figuræ, quia figura ſpherica non benè quieſcit. Conſequenter philoſophus narrat opinionē antiquorum de quiete terræ, & dicit, quod omnibus fuit dubium quomodo tota terra exiſtens grauiſſima, non cadit, cùm videamus quamlibet partem terræ deſcendere, ſi non detineatur, & narrat quinque opiniones, Prima fuit Zenonis dicentis terram quieſcere propter eius infinitam profunditatem deorſum, & hanc opinionem non reprobat philoſophus. Secunda fuit Thaletis Mileſij, dicentis terram ſupernatare aquis, vt lignum deſcendens per aerem, quieſcit ſuper aquam,& hanc opinionem reprobat Philoſophus tribus rationibus. Prima, quia ſimiliter dubitatur de aquā à quo ſuſtentaretur, ſicut de terra. Secunda ratio, quia ſicut aer eſt leuior aqua: ità aqua eſt leuior terra, ergo magis debet eſſe ſuper terrā, quam è contra. Tertia ratio, quia ſi tota terra nataret ſuper aquam, ità & pars eius, cuius oppoſitum videmus. Tertia opinio fuit Anaximenis, Anaxagorę, & Democriti dicentium, quod terra propter ſui latitudinem non diuidit aerem, ſed multum aerem ſub ſe continet, qui multum compreſſus ſuſtinet terram, nè cadat. Quarta opinio fuit Empedoclis dicentis, quod velocitas motus cæli prohibet terram deſcendere, & dat exemplum de aqua in vaſe, quia ſi vas plenum aqua velociter circungiretur, aqua non cadet. Hanc reprobat tripliciter. Primò, quia tunc terra violenter quieſceret in medio, & per conſequens violenter moueretur ad ipſum, quod eſt falſum. Secundò quia ſecundum Empedoclem elementa aliquando fuerunt congregata, & per litem inceperūt diſgregari, & tunc nō erat gyratio. Tertiò, quia gyratio

Quinque Opiniones antiquorum de quiete terræ.

Prima opinio Zenonis.

Secunda Mileſij.

Reprobatio earundem.

Tertia fuit Anaxim. Anaxag. & Democr

Quarta Empedoclis.

Opinionum reprobatio.

Anaximandri, opinio.

Cœli non impedit partes terræ ferri ad medium. Quinta opinio fuit Anaximandri dicentis, quod terra ſimiliter ſe habet ad omnes partes Cœli: ipſa enim æqualiter diſtat ab omni parte Cœli, ideò ipſa quieſcit. Hanc reprobat quintupliciter. Primò, quia per eandem cauſam quodcunque corpus poneretur in medio oportet ipſum quieſcere, & ità ſi ignis ibi poneretur, quieſceret. Secundò, quia ſi pars terræ ſit elongata à terra, naturaliter mouebitur ad medium, ergo etiam tota terra. Tertiò ſic, inconueniens eſt quærere propter quod terra manet in medio, & non quærere quare ignis quieſcit in ſupremo. Quartò ſic, mirabile eſt quare iſti quærunt de cauſa quietis terræ, & non de cauſa motus. Quintò ſic, ſicut terra ſimiliter ſe habet ad omnem partem circunferentiæ Cœli, ità, & ignis, & tamen ſi ignis non eſſet in extremo naturaliter, moueretur ad extremum naturaliter.

Ex Textu Commenti 96. & indè,

Nos autem dicamus primum vtrum habet motum aut manet, &c.

Propria ſententia de motu, ſitu quiete, & figura terræ.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de ſitu, motu, quiete, & figura terræ ſecundum propriam opinionem, & diuiditur in duas partes. In prima intendit talem concluſionem. Terra non mouetur circulariter ſicut dixerunt Plato, & Pythagoras, probat quatuor rationibus. Prima, quia vel hoc eſſet ſecundum naturam, vel præter naturam, non primum, quia terra ſecundum naturam mouetur motu recto deorſum: nec præter naturam, quia non videretur quod ſempiterno ſic moueretur neque à quo ſic moueretur. Secunda ratio, quia tunc ſequeretur quod moueretur pluribus motibus, quia omne corpus circulare præter primum Cœlum mouetur pluribus motibus. Tertia ratio. Quælibet pars terræ naturaliter mouetur ad medium mundi, ergo, & tota terra. Quarta ratio. Illud, quod eſt medium mundi, non mouetur circa medium mundi, ſed terra eſt medium mundi, igitur. Et ſubdit quod partes terræ mouentur ad medium mundi, vt eſt medium mundi, & non vt eſt centrum terræ.

Rationes oſtendentes terram eſſe ſpherica figura.

In ſecũda parte probat quod terra ſit ſphæricæ figuræ, duabus rationib. & duobus ſignis. Prima rõ Quælibet pars terræ habet grauitatẽ, per quam recedit à circunferentia Cœli, & ac

cedit ad mediũ,ſic quod maior pars pellit minorẽ quouſque æqualiter diſtet à medio, ſed omne tale eſt ſpæricum, igitur. Secunda ratio. Omnes partes terræ à quacunque parte Cœli deſcendant, mouentur ſecundum angulos rectos, ergo terra eſt ſphæricæ figuræ. Primum ſignum, quia eclypſis Lunæ fit ſecundum lineam circularem, per hoc quod Luna ſubintrat vmbram terræ, ergo ſignum eſt, quod terra eſt ſphærica. Secundum ſignum. Procedentibus à ſeptentrione ad meridiem variatur circulus orizontis, & aliæ Stellę incipiunt apparere, ſed hoc non fieret, niſi terra eſſet ſphæricæ figuræ, igitur. Ex iſtis infert vnam concluſionem, quod terra non eſt ſolum ſphærica, immò etiam eſt parua in ordine ad Cœlum, cùm per paruam viam apparet nobis tanta differentia ſitus aſtrorum. Et ex iſtis infert dictum quorundam habere probabilitatem, putà quod in fine terræ habitabilis verſus Orientem, & in fine terræ habitabilis verſus Occidentem, vbi Hercules poſuit columnas, generantur Elephantes. Ex quo videtur, quòd illa loca ſint ſimilis complexionis, & per conſequens non multum diſtantia, cum regiones ſimilis complexionis videntur eſſe propinquæ. Finaliter infert, quòd quidam Mathematicorum dixerunt rotunditatem terræ habere quadraginta millia decem ſtadiorum, id eſt, quadrageſies decem milia, ſed ſecundum Aſtronomos modernos totus ambitus terræ dicitur continere ducentum quinquaginta milia ſtadiorum.

Opinio aliquorũ Mathematicorum de menſura terræ.

ARISTOTELIS DE COELO, ET MVNDO.
LIBER QVARTVS.
Ex Textu Commenti 1. & indè.

DE graui autem, & leui quid ſit vtrunque, & quæ natura ipſorum, conſiderandum, & propter quam cauſam habent virtutes, &c.

Iſti⁹ lib. diuiſio in duos Tractatus.

ISTE eſt Liber Quartus de Cœlo, & Mundo, in quo Philoſophus oſtendit determinare de natura grauis, & leuis, & diuiditur in duos Tractatus. In primo determinat de graui, & leui, ſecundum opi-

Quid veteres opinati ſint de graui, & leui.

Platonis opinio. nionem antiquorum. Et primò recitat opinionem Platonis dicēs, quod opinio Platonis erat, quod illud eſt grauius, quòd componitur ex pluribus partibus eiuſdem ſpeciei: & illud eſt leuius, quod componitur ex paucioribus partibus eiuſdem ſpeciei, & dicit Plato, quòd omnia corpora ſunt compoſita ex omnibus partibus conſimilibus, & vno elemento, & dicit Philoſophus, quod hæc opinio eſt inſufficiens. Primò, quia non determinat de graui, & leui ſimpliciter. Secūdò ſequeretur, quod magnus ignis eſſet grauior tota terra, quia componitur ex pluribus partibus eiuſdem ſpeciei. Secunda *Democriti opinio.* opinio eſt Democriti, & ſuorum ſequacium dicentium, quòd illud eſt leuius, quod eſt minus in quantitate, ſed hæc opinio eſt falſa, quia videmus multa entia in quantitate minora aliis, eſſe grauiora. Tertia opinio eſt, dicentiū illud eſſe *Tertia opinio.* grauius, quod eſt interceptū paucioribus vacuitatibus, & illud leuius, quod eſt interceptū plurib. vacuitatibus. Sed hanc opinionem reprobat Philoſophus, quia tunc multus aër eſſet leuior multo igne, cùm in eo ſint plures vacuitates. Etiam ſequeretur quòd, vacuum eſſet ſimpliciter leue, & plenū eſſet ſimpliciter grauius, quod eſt falſum, quia vacuū non mo- *Quarta opinio.* uetur ſurſum. Quarta opinio, fuit dicentiū illud eſſe grauius, quod plus habet de materia. & illud leuius, quod minus habet. Hanc opinionem reprobat dupliciter. Primò, quia iſti non determinant de graui, & leui ſimpliciter. Secundò, quia ſequeretur, quod multus aër, & multus ignis eſſent grauiora modica terra, quia plus habent de materia, ſed hoc eſt falſum, igitur.

Ex Textu Commenti 21. & indè.

Nos autem dicamus, primum determinantes, de quo maximè, &c.

Opinio propria de graui, & leui. ISTE eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de graui, & leui ſecundum ſuam propriam opinionem, & diuiditur in quinque Capitula. In primò ponit talem concluſionem. Nam oportet tale quodlibet, quod mouetur, ſupple naturaliter, moueri à quolibet, neque ad quodlibet, ſed à determinato mouente mouetur, &ad determinatum locum mouetur, putà ad naturalem, Vndè dicit quod grauia feruntur ad propria loca, & etiam leuia propter hoc, quod ſunt perfectiones naturales ipſorum. Ex quo infert, quod non eſt quærenda cauſa, quare graue mouetur deorſum, & leue ſurſum, ſicut non eſt quærenda cauſa, quare ſanabile mouetur ad ſanitatem, & alterabile, ad al-

terationem, & augmentabile ad augmentationem. Ex quo infert tres differentias inter motum grauis, & leuis, & alios motus, quia grauia, & leuia habent in ſe principium ſui motus, non autem alterabile, nec augmentabile, ſed mouētur ab extrinſeco. Secunda differentia, quia idē eſt ſuppoſitū, quod prius eſt ſanabile, & poſtea ægrotabile, non autē idem eſt prius graue, & leue. Tertia differentia, quia motus localis eſt poſterior aliis ſecundū generationem, prius enim oportet eſſe factū graue per generationem, & alterationem, quàm quod mouetur.

Differētiæ tres inter graue, & leue.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Ex Textu Commenti 26. & indè.

Differentias autem, & accidentia circa ipſa nunc dicamus, &c.

Graue, & leue duplex.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo oſtendit, quid ſit graue, & quid leue, & dicit, quod duplex eſt graue ſcilicèt ſimpliciter, & in reſpectu: & etiam duplex eſt leue ſcilicèt ſimpliciter, & in reſpectu. Graue ſimpliciter eſt, quod omnibus alijs naturaliter ſubſtat. Sed leue ſimpliciter eſt, quod omnibus aliis naturaliter ſupereminet: ſed grauia, & leuia in reſpectu dicuntur, quæ nec omnibus aliis ſubſtant, nec omnibus aliis ſuperſunt, ſed in medio ſunt. Et ſubdit, quòd mixta dicuntur grauiora, vel leuiora, ſecundum quòd plus, vel minus participant de iſtis elementis grauibus, vel leuibus. Subdit ſecundò, quòd propter differentias elementorum eadem mixta apparent eſſe adinuicem grauiora, & leuiora: vt magnum lignum ſentitur eſſe grauius in aëre, quàm paruum plumbum, & in aqua contrario modo, & huius dat cauſam, quia omnia elementa præter ignem habent de grauitate: de terra, & aqua manifeſtum eſt, & de aëre probat: nam ipſe vbique habet grauitatem pręter quàm in terra, & aquà, etiam veſica plena aëre plus ponderat, quam ſi eſſet vacua. Diuerſitas ergo illorum mobilium accidit propter differentiam corporum ſimplicium, nàm ſi aliquid habet plus aëris, quam terrę, & aquę, illud erit leuius in aqua, & grauius in aëre.

Mixta quomodo dicū-tur grauia.

Ex Textu Commenti 31. & indè.

Quod autem eſt ſimpliciter leue, & ſimpliciter graue ex his eſt, &c.

Simpliciter graue ſimpliciterque leue quid.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo intendit talem concluſionem. Aliquid eſt ſimpliciter leue, & aliquid ſimpiciter graue. Vndè graue ſimpliciter eſt, quod natū eſt ſem-

per ferri deorſum, vt terra. Sed leue ſimpliciter eſt, quod natum eſt ſemper ferri ſurſum, vt ignis. Et infert primò, quòd centrum eſt terminus, ad quem mouentur grauia, & terminus à quo mouentur leuia. Ex quo infert ſecundò, quod grauia, & leuia feruntur ad loca contraria. Tertia infert, quod nihil mouetur in infinitum, cùm cuiuſlibet motus ſit terminus, vltrà quē non fit motus. Quartò infert, quòd ſunt ponenda grauia, & leuia in reſpectum, cùm graue, & leue ſimpliciter non ſint immediatè coniuncta.

Centrum quid ſit.

Nihil mouetur in infinitum.

Ex Textu Commenti 37. & indè.

Quoniam autem eſt vnum ſolum, quod omnibus, &c.

Quatuor ſunt elementa.

ISTVD eſt Quartum Cap. in quo Philoſ. oſtendit numerū elementorum ex numero motuum: dicens, quod oportet eſſe vnum, quod omnibus ſuperferatur, vt ignis, & vnū, quod omnibus ſubſtet, vt terra, & iſta ſunt contraria, inter q̄ oportet eſſe alia duo media. ſ. aërem, & aquam, igitur ſunt quatuor elementa. Ex quo infert quòd motuum naturaliū ſurſum, & deorſum neceſſe eſt eſſe quatuor materias proprias. j. quatuor corpora ſimplicia, quę determinãtur ad ſua loca, per ſuas grauitates, & leuitates. Tunc ſic arguit. Tot ſunt elemēta, quot motus naturales grauium, & leuium: ſed quatuor ſūt tales motus, igitur quatuor ſunt elementa. Ex quo infert vlterius, quod neceſſe eſt eſſe quatuor differentes naturas, quib. determinant grauia, & leuia ſuos motus naturales, & ad ſua loca naturalia. Ex quo infert, quod nō ſufficit vna natura pro omnibus grauibus, vt dicebant aliqui antiqui, nec vna natura pro omnibus leuibus.

Ex Textu Commenti 42. & indè.

Figura autem non cauſa eius, quod eſt ferri ſimpliciter, aut deorſum, &c.

Figura non eſt cauſa ſufficiens motus ſurſum & deorsū.

ISTVD eſt Quintum, & Vltimum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, quòd figura non eſt ſufficiens cauſa motus ſurſum, & deorſum: dicens, quod figuræ non ſunt cauſa huius; quod eſt ferri ſurſum, aut deorſum, licèt benè eius, quod eſt velocius, aut tardius, id eſt velocitatis, aut tarditatis. Et mouet vnum dubium, quare eſt, quòd aliqua corpora lignea ſupernatant, alia verò, minoris quantitatis deſcendunt. Soluit Philoſophus dicens, quod cauſa omnium iſtorum eſt, quod quanto corpus motum fuerit maioris virtutis in diuidendo medium, quam ipſum mediū

Dubium Solutio.

fuerit

fuerit virtutis reſiſtentiæ, tanto corpus citiùs diuidit medium, & deſcendit ſi ſit graue, & aſcendit ſi ſit leue. Similiter cum fuerit debilioris virtutis, tunc graue ſupernatabit. Vnde corpus latum multum comprehendit de corpore ſubiecto: & ideò non poteſt diuidere illud faciliter, ſed corpus rotundum non tantum comprehendit, ſicut corpus latũ, ideò faciliori modo non diuidit medium.

DOCTOR PARISIENSIS, Mag. Petrvs Tataretvs,

De Libris Ariſtotelis de Ortu, & Interitu.

LIBER PRIMVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

De generatione autem, & corruptione, & natura generatorum, & corruptorum, & vniuerſaliter de omnibus, &c.

ISTE eſt Liber de Generatione, & Corruptione, qui diuiditur in duos partiales Libros. In primò, determinat de generatione, & corruptione, & alijs mutationibus eis annexis, In ſecundò determinat de generabilibus, & corruptibilibus, & principiis generabilium, & corruptibilium. Primus diuiditur in quatuor Tract. Primus continet quatuor capitul. In primo determinat de generatione ſecundum opinio. antiquorum, & primò narrat opinio. antiquorum in generali, dicens, quòd quidam antiquorum dixerunt generationem eſſe alterationem, alij verò dixerunt generationem non eſſe alterationem. Vnde qui poſuerunt tantùm vnum primum materiale, non potuerunt ſaluare differentiam inter generationem, & alterationem, ſed qui poſuerunt principia, habuerunt ponere ea differre, ideò Anaxagoras, qui poſuit plura principia materialia, nõ poſuit differentiã inter generationẽ, & alterationem, vocem ignorauit,

Iſtius lib. diuiſio in duos ſpeciales libros.

Varia antiquorũ Philoſophantiũ iudicia de generatione & corruptione.

Eo

Differentia antiquorũ circa principia. id eſt; quid nominis generationis. Differenter tamen poſuerunt antiqui plura principia materialia, quia Empedocles poſuit quatuor elementa. Anaxagoras, Democritus & Leucippus, poſuerunt infinita principia materialia, ſed differunt, quia Anaxagoras poſuit Homogenea, vt os, carnem eſſe principia Heterogeneorum, ſed Democritus, & Leucippus, poſuerunt Homogenea eſſe ab Heterogeneis. *Cõparatio opinionis Anaxagoræ ad opin. Empedoclis* Conſequenter comparat Philoſophus opinion. Anaxagoræ opinioni Empedoclis: dicit enim Empedocles quatuor elementa eſſe corpora ſimplicia, & os, & carnem componi ex ipſis. Sed Anaxagoras dicit iſta non eſſe magis ſimplicia, quàm alia, ſed omnia, quæ apparent, dicit eſſe compoſita ex infinitis, & diuerſarum rationum, & iſta infinita vocabant eſſe panſperma, id eſt, vniuerſale ſemen aliorum. Dicit conſequenter, quod illi, qui dicebant tantùm eſſe vnum principium materiale, habebant dicere, quòd generatio non differt ab alteratione, quia illud principium dicebant eſſe hoc aliquid in actu, & ipſum ſemper manere, ſed quando manet hoc aliquid in actu, non poteſt fieri niſi alteratio. Sed dicentes plura eſſe principia, habebant dicere, quod generatio, & alteratio differunt, quia generationem dicebãt fieri per ſegregationem illorum principiorum, ſed alterationem dicebant fieri manentibus eiſdem principiis. Conſequenter dicit, quòd ponentes, plura principia, non potuerunt ſaluare alterationem, quia alteratio eſt mutatio qualitatum, eodem ſubiecto in actu manente, & hoc erat impoſſibile apud eos, quia dicebant elementũ non poſſe adinuicem tranſmutari ſubſtantialiter, neque per conſequens ſecundum qualitates. Dicebant elementa determinare ſibi proprias qualitates, & ſic non poterat eſſe mutatio in qualitatibus. *Alteratio quid.* Finaliter oſtendit, quod ad poſitionem Empedoclis ſequuntur duo inconuenientia. *Duo inconuenientia ſequentia ad opinionẽ Empedoclis* Primùm, quia contradicebat apparentiis, quia dicebat nullum quatuor elementorum fieri ex altero, & omnia fieri ex ipſis, & iſta ſunt contraria ſenſui. Secundum inconueniens eſt, quia contradicebat ſibi ipſi, quia dicebat nullum elementum fieri ex altero, & tamen ponebat ipſa eſſe generabilia, & corruptibilia, quia dicebat ipſa eſſe aliquando facta ex vno confuſo cahos.

Ex Textu Commenti 4. & indè.

Vniuerſaliter itaque de generatione, & corruptione ſimplici, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de generatione, & corruptione ſecundum opiniones antiquorum ponendo aliquas concluſiones. Prima Plato inſufficienter locutus eſt de mutationibus ſecundum formam, quia ipſe ſolùm locutus eſt de generatione, & corruptione prætermittens augmentationem, & alterationem. Secunda concluſio. Omnes antiqui præter Democritũ inſufficienter locuti ſunt de prædictis mutationibus, quia ipſi non profundè quæſiuerunt, ſed ſolùm dixerunt ea, q̃ vulgares dicunt, putà, quod augmentatio fit per additionem ſimilis ſimili. Tertia concluſio. Democritus videtur ſufficienter fuiſſe locutus de mutationibus ſecundum formã, quia de omnibus talibus maximè curam habuit. Quarta concluſio. De prædictis mutationibus ſecundũ formam ad Philoſophum naturalem pertinet determinare: nàm de ipſis multæ fiunt dubitationes. Quinta concluſio. Opin. Platonis de generatione rerũ eſt irrationabilior, quã opinio Democriti: quod probat quadrupliciter. Primò ſic. Quia rationabilius eſt corpora componi ex corporibus, ſicut dicit Democritus, quã ex non corporib. ſicut dixit Plato, qui poſuit res naturales componi ex triangulis, ſuperficiebus, & lineis. Secundò ſic: Plato ex dictis ſuis non poterat ſaluare generationẽ, & corruptionem, quas intendebat ſaluare Democritus, igitur. Tertiò ſic: Democritus erat expertus circa naturalia, quia multum eis inſudauerat: Plato verò inſudauerat circa diuina, & vniuerſalia, propter quod Platonici ex multis ſermonib. imbuti multa falſa dixerunt, ad pauca.n. reſpicientes, facilè falſum enunciant. Quartò ſic. Quia Democritus proſpexit rõnes naturales, & proprias: Plato verò rõnes communes, & Logicas. Vndè Democritus ponebat duplices rationes, per quas volebat oſtendere corpora non componi ex non corporibus, ſcilicèt principales, & minus principales. Principales tantũ ponit vnã & eſt hæc, ſi corpus ponatur eſſe diuiſum, quantuncunque ſit diuiſibile, nihil ſequitur impoſſibile, ſed omne corpus eſt diuiſibile in indiuiſibilia, ergo poſito in eſſe nullum ſequiquitur impoſſibile. Minor probatur, quia facta diuiſione omnimoda alicuius corporis, ſecundum quodlibet ſignũ, vel remanent corpora indiuiſibilia, vel magnitudines diuiſibiles, vel puncta, vel nihil, vel ſuperficies, vel qualitates ſine

Proſequetur in recitãdis veterũ opin.

Ponens aliquas concluſiones.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta

Opin. irrationabiliorẽ opinione Democriti probatur quadrupliciter.

Democrit. expertus circa naturalia, Plato circa diuina & vniuerſalia.

magnitudine: ſed quodlibet iſtorum eſt impoſſibile prætet primum. Quod ſecundum ſit impoſſibile, patet quia non eſt diuiſum ſecundum quodlibet ſui ſignum. Quod tertium ſit impoſſibile, ſcilicèt quod remaneant puncta, probat quatuor rationibus. Prima. Quia vnicuique illorum opporteret aſſignare locum proprium, quod eſt impoſſibile, igitur. Secunda ratio. Quia tunc iſta puncta non eſſent immobilia, cùm mouerentur ad motum corporis, nec mobilia cùm indiuiſibile non moueatur. Tertia ratio. Quia tũc ſequeretur, quod ipſa puncta in corpore ſe tangerent, quod eſt impoſſibile. Quarta ratio. Quia tunc ſequeretur, quod corpus non eſſet magnum, neque paruum, quia indiuiſibile additum diuiſibili non facit ipſum maius. Quod quartum ſit impoſſibile, ſcilicèt quod nihil remaneat probat, quia tunc corpus, quod eſſet, eſſet compoſitum ex nihilo. Quod autem quintum ſit impoſſibile, ſcilicèt quòd remaneant ſuperficies, patet, quia tales non ſunt profundæ, & ſic corpus non haberet in ſe omnes dimenſiones. Quod autem non remaneant qualitates ſine magnitudine, probat, quia tunc accidentia poſſent ſeparari à ſuo ſubiecto, quod eſt impoſſibile. Soluit Philoſophus iſtam rationem, dicens, quod ſi ponatur corpus eſſe diuiſum ſecundum quodlibet ſignum, ſequeretur impoſſibile, quia iſta non eſt poſſibilis, corpus eſt diuiſum ſecundum quodlibet ſignum, & tamen hęc eſt vera, corpus ſecundum quodlibet eius ſignum eſt diuiſibile. Finaliter ponit duas rationes minus principales. Prima. Corpus non eſt diuiſibile omnino, & ſecundum quodlibet ſui, ergo, eſt ſtare ad partes indiuiſibiles. Secunda ratio. Quia ſunt dabiles partes minimę ipſius corporis, quæ non apparent, igitur. Ad primam dicit Ariſt, quod non vbique corpus eſt diuiſibile, quia non in punctis, tamen in aliis eſt diuiſibile. Ad ſecundam dicit quòd licèt ſit dare partes minimas ſecundum ſenſum, non tamen ſimpliciter.

Quod rem a neăt puncta improbatur quatuor rationibus. *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.*

Rationes minus principales. *Prima.* *Secunda.*

Ex Textu Commenti 11 & indè.

Determinatis autem his, Primò videndum vtrum generatur, &c.

IN hoc Tertio Capitulo determinat Philoſophus de generatione, & corruptione ſecundum propriam eius opinionem, ſoluendo ſex queſtiones. Prima, vtrum poſſibile ſit, quod aliquid ſimpliciter generetur, aut corrumpatur. Et arguitur quod non, quia tunc illud fieret ex nihilo, ſed cõſequens eſt impoſſibile, vt concedunt omnes naturales. Conſequentia probatur, quia generatio ſimpliciter eſt ex

Propria ſententia de generatione, & corruptione, & ſex quaſtionũ Solutio.

Digitized by Google

non ente ſimpliciter, ſicut generatio ſecundum quid eſt ex non ente ſecundum quid, ſcilicèt ex non ente tali, vel tali. Reſpondet quod ex non ente in actu, quod tamen eſt ens in potentia, cuiuſmodi eſt materia, aliquid benè generatur. Secũda quæſtio. Quæ eſt cauſa perpetuitatis generationum, & corruptionum? Reſpondet, quòd duplex poteſt eſſe cauſa perpetuitatis generationum, & corruptionum, ſcilicèt efficiens, quod eſt mouens immobile, vel mouens motum, de qua viſũ eſt in octauo Phyſ. & materia. Sed quod materia non poſſit eſſe cauſa, probat, quia quodlibet genitum capit aliquam proportionem materiæ à materia, & cum materia ſit finita, tandem conſumetur. Reſpondet, quod ex quo generatio vnius eſt corruptio alterius, & è contrà, ideò quamcunque portionem materiæ capit genitum, illã dimittit corruptum, ideò materia dicitur eſſe cauſa perpetuitatis generationũ, & corruptionum. Tertia queſtio, propter quid aliqua dicuntur ſimpliciter generari, aut ſimpliciter corrumpi, & aliqua dicuntur generari, & corrũpi ſecundum quid? Reſpondet quòd diuerſitas generationum eſt ſecundum diuerſitatẽ prædicamentorum: ſi enim fiat mutatio ſecundum prædicamentum ſubſtantiæ, dicitur generatio, vel corruptio ſimpliciter: ſi verò fiat ſecundum prædicamentum quantitatis, vel vbi, vel qualitatis, vel alicuius, alterius prædicamenti, dicitur generatio, vel corruptio ſecundũ quid. Quarta quæſtio, propter quid ſemper ità eſt, quòd illud: quod generatur ex aliquo corrupto generatur? Reſpondet, quod hoc eſt, quia generatio eſt ex non ente, & corruptio in non ens, illud tamen nõ ens non dicitur non ens, quia nullo modo ſit ens, ſed quia nõ eſt illud ens, quod generatur, quãuis ſit aliud ens. Quinta quæſtio, cũ generatio ſit inter cõtraria. Vtrũ illud nõ ens, ſit aliquod illorum contrariorũ? Reſpondet, quòd non ens, ex quo ſubſtantialiter aliquid generatur, eſt materia, quę dicitur non ens in actu. Sexta quęſtio. Vtrũ eadẽ materia numero ſit in genito, & corrupto? Reſpondet quod ſic, aliter illa non haberent adinuicem tranſmutationem.

Prima quaſtio. *Solutio.* *Secunda.* *Solutio.* *Perpetuitatis generationum, & corruptionũ duplex cauſa.* *Tertia.* *Solutio.* *Quarta.* *Solutio.* *Quinta.* *Solutio.* *Sexta.* *Solutio.*

Ex Textu Commenti 23. & indè.

De generatione autem, & alteratione, quid differunt, &c.

IN hoc Quarto Cap. determinat Philoſophus de differentia inter generationem, & alterationem, & diuiditur in duas partes. In prima ponit duas differentias inter generationem, & alterationem. Quarum prima eſt, Subiectum

Differentia inter generationẽ, & corruptionẽ.

generationis eſt ens in potentia, ſubiectum alterationis eſt ens in actu. Secunda differentia, quæ ſumitur ex parte diffinitionũ, quia alteratio eſt, quando ſubiecto ſenſibili manẽte eodem fit tranſmutatio in paſſionibus eius, aut à contrariis, aut à mediis. Generatio verò eſt tranſmutatio huius totius in hoc totum nullo ſenſibili manente eodem, vt ſubiecto, vt ſi ex ſemine fiat ſanguis, aut ex ſemine fiat aër, vel è contrà. Et ſubdit, quod ſubiectum generationis, quod manet idem, & mutatur de vna forma ſubſtantiali in aliam, dicitur hyle, j. materia prima, quæ nullum actũ ſubſtantialem habet ex ſe, ſeu ex natura ſui. Sed ſubiectũ alterationis, quòd dicitur tranſmutari de vna qualitate in aliam, vnum, & idem manens, eſt ſubſtantia per ſe exiſtens, quæ dicitur hoc aliquid.

Alteratio quando eſt, Generatio quid ſit.

In ſecunda parte ponit differentiam alterationis ab aliis motibus, dicens, quod ſi manente eodem ſubiecto, fiat mutatio ſecundum quantitatem, talis dicitur augmentatio, vel diminutio. Si verò ſecundum quale, eſt alteratio: ſi ſecundum vbi, eſt loci mutatio.

Differentia alterationis ab aliis motibus.

Ex Textu Commenti 27. & indè.

De augmentatione autem reliquum dicere quid differt, &c.

ISTE eſt Secundus Tractatus, in quo Philoſophus determinat de augmentatione, & diminutione. Et diuiditur in tria Capitula. In primò ponit differentiam augmentationis, ab aliis motibus, vel mutationibus, mouens duas quæſtiones. Prima. Cum ſit notum augmentationem differre ab aliis mutationibus pænes terminos, vtrum etiã differat ab ipſis pænes modum tranſmutãdi? Reſpondet Philoſophus, quod ſic, quia quòd alteratur, vel generatur, non oportet mutare locum, licèt benè, quod augmentatur. Differt etiam mutatione locali, quia quòd mouetur ſaltem motu recto, oportet totum locum mutare, non autem oportet, quod illud, quod augetur ſecundum ſe totum, mutet locum. Differunt etiam à motu circulari, quia quòd mouetur circulariter, retinet eundẽ locum non accipiens maiorẽ, vel minorem, non ſic autem eſt de eo, quod augetur. Secunda quæſtio. Vtrum augmentatio fiat ex actu corporeo, vel ſolùm in potentia corporea, & non actu? Et probat tribus rationib. quod nõ fiat ex incorporeo. Primò, quia ſi materia, ex qua fit augmentatio, eſſet incorporea, tunc ſequeretur, quod ipſa eſſet indiuiſibilis ſicut punctum, & ſic ex ipſa

Augmẽtatio in quo differt à ceteris mutationibus. Duæ quæſt. Prima. Solutio. Secunda quæſtio.

nihil fieret maius. Secundò ſequeretur, quod ipſa non eſſet in loco nec per ſe, nec per accidens, quod eſt inconueniens, cùm illud, quod generatur, vel augmentatur, ſit in loco. Et quòd ſequeretur probat, quia vel eſſet in vacuo, vel in pleno. Non in vacuo, quia vacuum non eſt: nec in pleno, quia eſſet penetratio dimenſionum, cùm non ſit locus ſine corpore. Secunda ratio, quia quod generatur, & augmentatur, generatur, & augmentatur ex aliquo, & ab aliquo, & nullum illorum eſt incorporeum, igitur. Tertia ratio, quia ſi augmentatio fieret ex aliquo incorporeo, non fieret per additamentum magnitudinis ad magnitudinem, quod eſt falſum, quia per hoc differt à generatione ſimpliciter, conſequenter oſtendit, quod fiat ex aliquo corporeo, ponendo talem concluſionem. Augmentatio fit ex aliquo actu corporeo, quia non ex aliquo incorporeo, ergo ex aliquo actu corporeo. Et ſubdit, quod eadem eſt materia numero generationis, & augmentationis, eò quod augmentatio non fit ſine quadam generatione.

Eadem eſt materia generationis & corruptionis.

Ex Textu Commenti 32. & indè.

Suſpiciendum itaque magis quaſi tangentes quaſtionem à principio, qualis, &c.

In hoc Secundo Capitulo mouet Philoſophus duas quæſtiones. Prima vtrū ſit poſſibile propriè aliquid augeri? Et arguit primò, quòd non, quia ſi aliquid augeretur, hoc eſſet adueniente aliquo extrinſeco, vel ergo corporeo, vel incorporeo; non incorporeo, quia per talem nihil augeretur, nec corporeo, quia tunc duo corpora eſſent in eodem loco, vel fieret penetratio dimenſionum, ſed quodlibet eſt impoſſibile, igitur. Secunda quæſtio, quid eſt, quod augetur? Vtrum ſit cibus adueniens, vel corpus, cui aduenit; vel membrum, vel totum aggregatum ex his, & videtur, quod totum aggregatum, quia ipſum efficitur maius, ſicut ſit de aqua, & vino quando miſcentur adinuicem? Reſpondet Philoſophus ponendo talem concluſionem. Corpus animatum, cui additur cibus, augetur. Et probat quatuor rationibus. Prima. Illud, quod augetur, manet idem ante tranſmutationem, & poſt, ſi n. vna gutta aquæ ponatur in vaſe vini, nos non dicimus aquā augeri, cùm ipſa corrumpatur, ſed dicimus vinum augeri, qđ manet idem ante tranſmutationem, & poſt. Secunda ratio. Quia ſi caro calefiat, aut frigefiat, dicimus carnem alterari, quæ manet, ſic dicendum eſt de illo, quòd augetur. Tertia ratio. Illud augetur, in quo eſt primum mouens, ſed in corpore animato, & non in cibo eſt primum mouens. ſ. anima. Quarta

An ſit poſſibile propriè aliquid augeri.

Corpus animatum cui cibus additur augeri.

Probatur quatuor rationibus.

Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

ratio. Illud, quod aduenit alicui, non augetur, ſed magis illud, cui aduenit, cum augmentatio fiat aliquo adueniente; ſed cibus aduenit corpori, igitur.

Ex Textu Commenti 35. & indè.

Quoniam autem de his quaſitum eſt ſufficienter, oportet quaſtioni tentata ſolutionem inuenire, &c.

Sex conditiones augmentationis, & modus. IN hoc Tertio Capitulo oſtendit Philoſophus, quomodo fit augmentatio, ſupponens primò, quod ſex ſunt conditiones augmentationis, tres affirmatiuæ, & tres negatiuæ. Prima. Illius, quod augetur quęlibet pars augetur. Secunda eſt. Auctum ante augmentationem, & poſt manet idem numero. Tertia. Augmentatio fit aliquo extrinſeco adueniēte. Quarta Ad hoc, quod fiat augmentatio: non oportet ponere vacuũ in corpore, quod augetur. Quinta. Augmentatio non fit adueniente aliquo incorporęo. Sexta. Propter augmentaionē non oportet ponere duo corpora in eodem loco. Hec ſuppoſito declarat modum, per quem fit augmentatio ex parte illius, quod augetur, dicens, quod partes heterogeneæ augmētantur per hoc, quod partes homogeneæ augmentantur, cùm ex ipſis componantur heterogeneę. Et ſubdit, quod partes *Partes homogenea duplices* homogeneæ ſunt duplices; quædã ſunt formales, & quædam materiales. Deindè ponit talem conclusionem. Illius, quod augetur quælibet pars ſecundum formam, ſeu formale augetur, & non quęlibet ſecundum materiam. Probat duobus exemplis. Primum, vt ſi per aliquam menſuram, puta per dolium, tranſeat aliqua aqua, ſemper manet eadem ſecundum ſpeciem, & figuram, ſed non eſt eadem ſecundum materiam, hoc eſt ſecundum identitatem numeralem. Secundum exēplum eſt de heterogeneis, quia illa ſemper manent eadem ſecundum ſpeciem, & figuram, licèt aliquid adueniat, & aliquid *Nutrimētum quō ſe habet ad illud quod augetur.* defluat. Deindè oſtendit quomodo ſe habet nutrimentum ad illud, quod augetur, dicens quòd corpus animatum fit maius adueniente nutrimento contrario, vel diſſimili, qđ per digeſtionem alteratur, & tandem in ſubſtantiam viuentis tranſmutatur. Ex quo patet, quòd illud quòd augetur, augetur à quodã alieno modo diſſimili, & aliquo modo ſimili in principio. n. ē diſſimile, & poſtea factũ eſt ſimile. Et ſubdit, qđ antequã aliquod corpus augeat: cibus eſt in potētia illud, & actu aliud, materia. n. nutrimenti primò ſtat ſub vna forma ſubſtantiali, poſtea ſub forma nutriti. Deindè oſtendit, quō *Exemplum* fit augmentatio ex parte illius, quod augetur, & ex parte cibi, & hoc per duo exempla. Primum, quia cibus digeſtus miſcetur corpori, quod augetur, ſicut modica aqua poſita cũ multo

vino, quæ conuertitur in ſubſtantiã, & naturam vini, ſic etiã corpus animatum in ſui naturam conuertit nutrimentum. Secundum exemplũ, quia ignis conuertit ligna ſibi oppoſita in ignem; & fit maior; ſic corpus animatum virtute animæ conuertit cibum in ſubſtantiam ſuam. Deindè cõparat augmentationem ad alias mutationes, dicens quod ſicut non generatur vniuerſale, puta homo, vel animal, ſed ſingulare, ità non augetur vniuerſale, ſed ſingulare. Deindè ponit differẽtiam inter nutritionem, & augmentationem; dicens quòd quando materia cibi eſt in potentia caro, vel os, dicitur fieri nutritio, ſed quando eſt in potentia caro quanta, dicitur augmentatio. Ex quo patet, quòd nutritio eſt conuerſio nutrimenti in ſubſtantiam nutriti ſiue per hoc nutritum fiat maius, ſiue non; ſed augmentatio eſt conuerſio nutrimenti in ſubſtantiam nutriti, ſic quod nutritum ſit maius, ex quo patet, quòd omnis augmentatio eſt nutritio; ſed non è contrà. Deindè infert vnum corollarium, quòd anima tantùm nutritur, quandiu viuit, ità quòd non longo, & notabili tempore durat ſine nutrimento, ſed non tamen ſemper augetur, vel diminuitur. Prima pars patet, quia quamdiu animatum viuit, videtur ſumere alimentum, & cum vita conſiſtat in calido, & humido, oportet, quod quãdiù viuens viuit, quod calor, & humidum remaneant, ſed hoc non poteſt fieri, niſi continuè reſtauretur, igitur. Secunda pars patet, quia animatum poteſt viuere per longum tempus, & tamen non plus cõuertit de cibo in ſui ſubſtantiam, quam deperditum ſit, quãdiù ergo forma poteſt conuertere cibum, tandiù corpus nutritur. Similiter quamdiù poteſt conuertere plus quam deperditum ſit, tandiù augetur, & non vltra, hoc eſt tandiù eſt in vita. Vndè quia in fine propter impuritatem materiæ virtus debilitatur, vt non poſſit tantùm conuertere quantùm eſt deperditum, & tunc benè fit nutritio, licèt non fiat augmentatio, ſed potius diminutio, & dicit quòd eſt ſic de vino, cui appoſita eſt tanta aqua, quòd vinum eſt valdè modicæ actiuitatis, & tandem non poteſt plus conuertere aquam.

Exemplum *Sicut non generatur vniuerſale ità nec augetur.* *Augmentationis cõparatio ad alias mutationes.* *Animatũ nutritur quamdiù viuit.* *Vita conſiſtit in calido, & humido.*

Ex Textu Commenti 43. & indè.

Quoniam autem oportet primùm de materia, & de vocatis elementis dicere ſiue ſint, ſiue non, &c.

ISte eſt Tertius Tractatus in quo Philoſophus determinat de tactu, actione, & paſſione, & continet quatuor Capitula. In primo determinat de tactu, & diuiditur in duas

De Actione, Tactu, & Paſſiõe.

Duæ concluſiones. Prima. *Secunda.*

partes:in prima tangit intentum ſuum, ponendo duas concluſiones. Prima, In hoc lib. terminandum eſt de actione, paſſione, mixtione, & tactu,quia in iſto lib. determinandum eſt de generatione,& corruptione:ſed generatio,&corruptio non poſſunt fieri ſine actione,& paſſione, nec actio,& paſſio ſine tactu,igitur.Secunda concluſio. Inter prædicta prius determinandum eſt de tactu, quã de actione, & paſſione, quia quæcunque propriè agunt, & patiuntur, tangunt ſe inuicem, & nõ è contrà,quia tactus eſt communior,quàm ſit actio, & paſſio,& per conſequens prius dicendum eſt de tactu, quàm de actione,& paſſione.

Tres conditiones requiſitæ ad tactum. Prima. Secunda. Tertia. Simul tangentiũ definitio. Agere, & mouere conuenientia, & differentia. *Simul tangentia ſumuntur tripliciter.*

In ſecunda parte ponit conditiones requiſitas ad tactum, ſeu ad ſimul tangentia, & ſunt tres. Prima,quòd illa, quę ſe tangunt, habeant extenſionem. Ex quo patet, quòd tactus propriè non eſt niſi habentium magnitudinem.Secunda cõditio, quod ſimul tangentia habeant vltima ſimul. Tertia, quòd ſint ad inuicem actiua,& paſſiua.Ex quibus elicitur diffinitio ſimul tangentium dicens, quòd ſimul tangentia ſunt, quorum diuerſis exiſtentibus magnitudinibus, vltima ſunt ſimul, actiua, & paſſiua, motiua, & mobilia. Deindè ponit conuenientiam,& differentiam inter agere, & mouere, conueniunt enim in hoc,quòd ſicut eſt aliquod mouens immobile,& aliquod mouens motum,ita eſt aliquod agens impaſſibile, puta cælum, & aliquod agens paſſibile, puta terra,& aqua, ſed differunt, quia mouens eſt in plus, quàm agens, & hoc propriè capiendo agens, quia agens dicitur reſpectu patientis,ſed patiens non dicitur propriè,niſi ſecundum paſſiones,& paſſibiles qualitates, ideò illud, quòd ſolum mouetur localiter, non dicitur pati. Finaliter dicit, quod ſimul tangẽtia capiuntur tripliciter. Vno modo,propriè, quę habent diuerſas magnitudines, & vltima ſunt ſimul, & agunt, & patiuntur adinuicem. Alio modo, largè, quæ habent vltima ſimul, ſiue agant,& patiantur adinuicem,ſiue non. Alio modo largiſſimè, quorum vnum eſt mouens,& aliud motum, ſiuè illa habeant magnitudinem,ſiuè vltima ſint ſimul, ſiue non.

Ex Textu Commenti. 46. & indè.

De hoc facere, & pati dicendum deinceps, ſuſcepimus autem a prioribus ſubcontrarios, &c.

... antiquorũ, & propria opinio de qualitatib. agentium, & patientium. Prima

IN hoc Secundo Capitulo determinat Philoſophus de actione,& paſſione, & qualitate agentis,& patiẽtis,& diuiditur in duas partes.In prima tangit duas opiniones antiquorum.Prima fuit quorundam dicentium,quod ſimile non po-

teſt agere in ſibi ſimile, quia non videretur ratio, quare vnum magis ageret in aliud, quam è contrà. | Secunda opinio fuit Democriti dicentis, quod ſimile agit in omninò ſimile, & patitur à ſimili. Vndè dicit, quod ea, quæ ſunt ſic diuerſa, quod non habent ſimilitudinem in aliquo, non poſſunt agere, vel pati adinuicem. *Secunda opinio Democriti.*

In ſecunda parte ponit Philoſophus propriam eius opinionem, ponendo quatuor concluſiones. Prima. Nihil patitur ab omninò ſibi ſimili. Probat duabus rationibus. Prima, quia qua ratione hoc pateretur ab alio, eadem ratione aliud pateratur ab ipſo. Secunda ratio. Quia tunc ſequeretur, quòd idē ageret in ſe, & pateretur à ſe, cùm non eſſet diuerſa ratio agendi, & patiendi. Secunda concluſio. Nihil patitur ab omninò ſibi diſſimili. Probat dupliciter. Primò, quia linea non patitur ab albedine, neque è conuerſo, niſi forte ſecundum accidens, puta ſi accidat lineam eſſe albam, aut nigram. Secūda ratio, quia quòd patitur, patitur à ſuo contrario, modo contraria conueniant in genere, ergo nihil patitur ab aliquo, niſi cùm eo aliquo modo conueniat. Tertia concluſio. Agēs, & patiens ſunt ſimilia genere, & diſſimilia ſpecie, quia non agunt, nec patiuntur adinuicem, niſi contraria, quæ ſunt eadē genere, & diuerſa ſpecie. Quarta concluſio. Agere eſt aſſimilare ſibi paſſum, & pati eſt aſſimilari agēti, quod probat, paſſum in principio eſt contrarium agenti, ſed in fine tranſmutationis paſſum eſt ſimile agenti. Deindè oſtendit, quæ agentia, & paſſa repatiuntur adinuicem dicens, quod quædam agentia in agendo repatiuntur, & quædam non. Probat per ſimile de motore: nām ſicut motor ſe habet ad mobile, ità agens ad paſsū: ſed è dare motorē motū, & motorē immobilē, ergo eſt dare agēs paſsū, & agēs impaſſibile. Et ſubdit, qđ in agentib. ordinatis primum eſt impaſſibile, & vltimū paſſibile. Deindè ponit talē concluſionē. Agens cōmunicans in materia cum paſſo repatitur ab eo, ſed agens nō cōmunicans in materia cū paſſo, non oportet, quòd repatiatur ab eo. Prima pars patet, quia quæcunque communicant in materia, ſic ſe habent, quòd materia vnius eſt in potentia ad formam alterius, & è contrà, ergo præſentibus agente, & patiente ſufficienter approximatis vnum ab alio tranſmutatur. Secunda pars patet, quia illa, q̄ non communicant in materia, nō ſūt diſpoſita, vt vnū recipiat formā alterius, igitur. Et ſubdit, qđ agens agit per formam, & non per ſuam materiam, quia materiæ eſt pati, & non agere: agens enim eſt in actu tale, quale patiens eſt in potentia. Agens enim agit propter finem actio-

Quatuor concluſiones. *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Agentia in agendo repati adinuicem.* *Agēs communicans in materia cum paſſo ab eo repatitur* *Agens per formam agit, non autem per ſuam materiam.*

nis, qui eſt forma, quam producit, quia habito fine, ceſſat motus, ergo agens agit per ſuam formam, ſiue ſubſtantialem, ſiue accidentalem. Et ex iſto textu elicitur hæc auctoritas. Habitibus præſentibus in materia, ceſſat motus. Et ſubdit finaliter, quod paſſum patitur, quia habet materiam, & non quia habet formam. Ignis eſt calidus, ideò patitur à frigido, quia eſt potentia ad frigiditatem, & hoc eſt per ſuam materiam, & non per ſuam formam, & ſi caliditas eſſet ſeparata à materia, ipſa eſſet impaſſibilis à frigiditate, quia Philoſophus reputauit impoſſibile, quod aliqua qualitas ſit ſeparata.

Habitibus præſentibus in materia ceſſat motus.

Ex Textu Commenti. 55. & indè

Quomodo autem contingat hoc accidere, rurſus dicamus, his quidem videtur pati vnumquodque, &c.

Antiquorum ſententia de modo actionis, & paſſionis.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus determinat de modo agendi, & patiendi, ponendo tres opiniones. Prima fuit Empedoclis dicentis, actionem, & paſſionem fieri per poros vacuos, per quos dicebat agens proximum intrare paſſum. Secunda fuit Democriti, & Leucippi, qui dixerunt actionem, & paſſionem fieri per atomos, ſiue per contactum corporum indiuiſibilium. Tertia fuit Parmenidis, & Meliſſi negantium multitudinem entium, & per conſequens actionem, & paſſionem, ponebant enim tantum vnum ens immobile, quod dicebant eſſe infinitum. Deindè comparat illas opiniones adinuicem, ponendo duas concluſiones. Prima, opinio Leucippi, & Democriti eſt rationabilior opinione aliorum, quia Leucippus, & Democrius fundauerunt ſuas opiniones in apparentijs ipſius ſenſus, non negando multitudinem entium ſicut Parmenides, & Meliſſus. Secunda concluſio. Poſitio Empedoclis eſt minus ſufficiens poſitione Democriti, & Leucippi, quia ſecundum Empedoclem non eſt manifeſtum à quo res fiant, cum ipſe poneret omnia entia in vno confuſo chaos, ſed ſecundum Democritum res fiunt ex atomis, ſeu corporibus indiuiſibilibus, tanquam ex primis principijs, & irreſolubilibus. Conſequenter reprobat illas opiniones, ponendo duas concluſiones. Prima, Leucippus irrationabiliter ponit corpora indiuiſibilia eſſe actiua, & paſſiua adinuicē, quod probat tribus rationibus. Prima, quia accepto aliquo indiuiſibili, vel ipſum eſt ſuſceptibile vnius ſolius qualitatis, vel qualitatum contrariarum. Si primum, non erit alterabile, cum alteratio fiat per qualitates contrarias. Si ſecundum, tunc non erit diuiſibile. Secunda ratio, quia indiuiſibile, & diuiſibile ſecundum Democri-

Tertia Parmenidis, & Meliſſi.

Prædictarū opinionum adinuicem comparatio.

Prima eſt Empedoclis.

Secunda. Democriti & Leucippi.

Earundem opinionum, reprobatio per duas cōcluſiones. Prima.

Digitized by Google

tum,& Leucippum non differunt niſi ſicut magnum, & paruum;ideo non eſt ratio, quare paruum eſt indiuiſibile magis, quam magnum. Tertia ratio. Si corpora indiuiſibilia ſint actiua, & paſſiua adinuicem,aut ergo alterum patitur ab altero,aut vnum à ſe.Si primum,tunc oportet, quod ipſa conueniant in materia,& differant in formis,& ſic non erunt indiuiſibilia.Si ſecundum, hoc eſſet ſecundum idem, & ſic contraria eſſent in eodem;vel ſecundum aliud,& aliud,& ſic indiuiſibile erit diuiſibile.Secunda concluſio.Non ſunt ponendi pori,per quos fit actio,& paſſio, ſicut dicit Empedocles,quia non eſt ponenda pluralitas rerum ſine neceſſitate, ſed ſine poris poteſt fieri actio,& paſſio,quia vel illi pori sũt pleni, vel vacui:ſi pleni,tunc agẽs non poterit eos ſubintrare: ſi vacui,hoc erit vt per ipſos agẽs tangat paſſum,licèt tactus corporum poſſit fieri ſine poris, igitur.

Secunda. Non eſt ponenda pluralitas rerum ſine neceſſitate.

Ex Textu Commenti 77. & indè.

Quomodo autem exiſtat generare entibus, & facere, & pati dicamus, &c.

Istvd eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de modo agendi, & patiendi ſecundum eius propriam opinionem, ponens quinque conditiones actionis,& paſſionis, propriè dictæ. Prima. Paſſum debet eſſe in potentia tale,quale eſt agens in actu. Secunda conditio eſt, quod paſſum patitur ſecundum quamlibet eius partem quãtitatiuã,ſuppoſito,quod ſecundum quamlibet talem partem ſit infra ſpheram ſui agentis. Tertia conditio eſt, quod illud magis patitur,quod eſt magis diſpoſitum, ſuppoſita æquali actiuitate agentis. Quarta conditio,totaliter ſimile non patitur à totaliter ſimili. Quinta conditio, vnum corpus non agit in alterum, niſi tangat ipſum, vel corpus medium, per quod agit. Et ex iſtis infert tria corrollaria. Primum. Si corpus debeat pati,requiritur,quod fuerit vndequaque diuiſibile, ſic quod eius nulla pars ſit indiuiſibilis, quia aliter eſſet impaſſibile,cum indiuiſibile ſit impaſſibile. Secundũ corrollarium. Quòd actio,& paſſio non fiunt per diuiſionem paſſiuorum,& introitum aliorum corporum, quia videmus idem corpus manẽs continuũ,& non diuiſum,eſſe modò humidũ, poſtea ſiccum,poſtea calidum,poſtea frigidum ſine introductione corporum exteriorum. Tertium corrollarium. . Augmentatio non fit per ſolum introitum corporum ſimilium, & iuxta poſitionem ſine tranſmutatione ſubſtantiali, vt aliqui crediderunt: quia tunc non quælibet pars aucti ſecundũ

Quinque conditiones actionis & paſſionis propriè dictæ. *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.* *Tria corrollaria.* *Primum.* *Secundum.* *Tertium.*

formam eſſet aucta, cuius oppoſitum videtur habere Ariſt. in quæſtione præcedenti. Conſequētia patet, quia ſecundum iſtos iſta corpora atomalia non eſſent aucta, ſed ſolum eſſent iuxta poſita alijs corporibus, & tamen ſecundum iſtos iſta corpora atomalia debent dici partes ſecundum formam.

Ex Textu Commenti 82. & indè.

Reliquum autem videndum de mixtione ſecundum eundem modum methodi, &c.

Quid mixtum, quod mixtibile, quibus mixtio conuenit, quomodo, an ſit poſsibilis. 16.

ISTE eſt Quartus Tractatus huius Libri, in quo ipſe determinat de mixtione, & continet vnicum Capitulum, quod diuiditur in duas partes. In prima mouet quaſdam quæſtiones, quarum prima eſt, quod ſit mixtum. Secunda, quod ſit mixtibile. Tertia, quibus entib⁹ conueniat mixtio. Quarta, quomodo fit mixtio. Quinta, vtrum ſit poſſibilis, vel non? Et reſpōdet primò ad vltimam ſecundum antiquos. Dixerunt enim antiqui, quod non erat poſſibilis, quia vel fieret ambobus mixtibilibus manentibus, vel corruptis, vel vno manente, & alio corrupto. Non primum, quia illa, quæ omninò eodem modo ſe habent, & nullo modo ſunt tranſmutata, non debent dici mutata. Nec ſecundum, quia illa, quæ nō ſunt, non poſſunt miſceri. Nec tertium, mixtio enim eſt eorum, quæ ſimiliter ſe habent. Pro ſolutione quæſtionis oſtenditur, vtrum mixtio differat à generatione, & alteratione, & augmentatione. Pro quo ponit talem concluſionem.

Mixtio nec eſt generatio nec alteratio nec augmētatio.

Mixtio nec eſt generatio, nec alteratio, nec augmentatio. Prima pars patet, quia in generatione ſolum concurrunt materia, & forma; ſed non dicimus formam miſceri materiæ, igitur. Secunda pars patet, quia in augmentatione concurrūt alimentum, puta cibus, & corpus auctum, ſed cibus non miſcetur corpori aucto, cùm corrumpatur, igitur. Tertia pars patet, quia in generatione ſolùm concurrunt ſubiectum, & qualitas, ſed illa non miſcentur adinuicem, igitur. Ex hoc infert, quod aliqui antiqui, putà Anaxagoras, malè dixerunt, omnia eſſe mixta in vno confuſo chaos, quia non omne ens poteſt miſceri omni enti, illa enim non poſſunt miſceri adinuicem, quæ non poſſunt exiſtere, vt accidentia. His præmiſſis, ſoluit prædictam quæſtionem, dicens, quod mixtio eſt poſſibilis. Ad argumentum, reſpondet, quod mixtibilia aliquo modo manent, & aliquo modo non manent in mixtis; manent enim potentia, & virtute, actu verò non manent, ſed ex his actu generatur aliquod aliud, ſcilicèt mixtum, in quo ſunt in virtute.

Aliqui antiqui malè loquuti ſunt de mixtione.

Digitized by Google

In Secunda parte ſoluit quartam quæſtionem, in qua quærebatur, quomodo ſit mixtio, narrando aliquas opiniones. Prima fuit illorum, qui dixerunt mixtionem fieri per iuxta poſitionē minimorum ſecūdum ſenſum. Secunda fuit, quod mixtio fit per iuxta poſitionem minimorum, ſecundum formam. Tertia fuit, quod mixtio fit per iuxta poſitionem indiuiſibilium, Has opiniones reprobat, primò ſecundam, dicens, quod ad eam ſequuntur duo inconuenientia. Primum, quod in mixtione mixtibilia nullo modo tranſmutarentur. Secundum, quod quælibet pars mixti non eſſet mixta, quia mixtibilia ſolum eſſent iuxta poſita ſibiinuicem. Secundò, reprobat primam opinionem dicens, quod ad eam eadem ſequuntur inconuenientia, ſicut ad ſecundam. Tertiò reprobat tertiam, dicens, quod non ſunt dabilia talia indiuiſibilia, eò quod omne corpus eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia, & non in aliqua minima. Deindè ponit modum mixtionis, ſupponens primò quod entium, quædam ſunt actiua, & paſſiua adinuicem, vt quæ habent eandem materiam. Alia verò non ſunt actiua, & paſſiua; vt illa, quæ non habet eandem materiam, & iſtorum non eſt mixtio, vt ars medendi non miſcetur ſanitati. Secundò, ſupponit, quod actiuorum, & paſſiuorum adinuicem quædam de facili ſunt diuiſibilia, quædam verò non. Tunc dicit Philoſophus, quod actiuorum, & paſſiuorum adinuicem, quæ faciliter diuiduntur, ſi plura vnius ponantur cum pauco alterius, non fit mixtio, ſed potius augmentatio, ideò vna gutta vini non miſcetur mille amphoris aquæ, quia ſpecies vini diſſoluitur, & conuertitur in aquam

Antiquorū opiniones de mixtione.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Prædictarū opinionum reprobatio.

Entium alia actiua alia paſſiua.

In tertia parte ſoluit alias tres quæſtiones. Primò tertiam dicens, quod ex dictis ſatis patet, quod mixtio ſolum conuenit entibus actiuis, & paſſiuis adinuicem: ſola enim entia actiua, & paſſiua adinuicem contrarietatem habentia ſunt adinuicem mixtibilia. Secundò, ſoluit ſecundam dicēs, quod humida benè ſunt mixtibilia, quia ſunt de facili diuiſibilia: modò actiua, & paſſiua ſunt maximè mixtibilia, niſi fuerint lubrica, vel viſcoſa, quia talia non benè poſſunt miſceri cum alijs, quia non faciliter diuiduntur, vt oleum non miſcetur aquæ, ſed ſupernatat ei, & magis facit cum ea alterationem. Dicit vltrius, quod ſi mixtibilia ponantur in paruis particulis, facilius miſcentur, quàm ſi ponantur in magnis, quia tunc melius poſſunt agere, & pati adinuicem. Tertiò ſoluit primam quæſtionem, dicens, quod mixtio eſt mixtibilium alteratorum vnio.

Trium quæſtionum ſolutio.

Digitized by Google

ARISTOTELIS, DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE. LIBER SECVNDVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

De Mixtione quidem igitur, & actu, & de facere & pati dictum eſt quomodo exiſtunt in rebus transmutantibus ſecundum naturam: amplius autem, &c.

Iſtius Libri diuiſio in tres Tractatus, in quo determinatur de generatione & corruptione elementorũ.

Iste eſt Secundus Liber de generatione, & corruptione, in quo Philoſophus determinat de generatione, & corruptione elementorum, & mixtorum, & continet Tres Tractatus. Primus continet tria capitula. In primo inquirit de principio materialj elementorum: circa quod primò tangit intentionem ſuam dicens, quòd poſtquam determinatum eſt de mixtione, tactu, agere, & pati, generatione, & corruptione elementorum in cõmuni, conſequenter determinandum eſt in ſpeciali de generatione, & corruptione elementorum. Et narrat aliquas opiniones antiquorum, dicens, quòd quidam antiquorum dixerunt materiam omnium generabilium, & corruptibilium eſſe vnam, quæ erat hoc aliquid in actu. Et horum quidam dixerunt ignem, alij aerem, alij aquam, & aliqui medium, alij verò poſuerunt plura principia materialia, puta ipſa quatuor elementa, & ex eorum actionibus, & paſſionibus fieri generationes, & corruptiones: Deindè reprobat ipſos in generali, dicens, quòd ponentes principium materiale generationis, & corruptionis eſſe ens in actu, ſiue plura principia per ſe exiſtentia, peccant, quia quodlibet ens per ſe exiſtens determinat ſibi aliquas qualitates, ſed principium materiale generationis, & corruptionis non determinat ſibi aliquas qualitates, ergo tale non poteſt eſſe ens per ſe exiſtens. Præterea reprobat opinionem Platonis ponentis vnum principium materiale, quòd vocabat receptaculũ omnium formarum, & oſtendit ipſum defeciſſe in tribus. Primò, quia non determinat in Timæo vbi loquitur de tali principio. Vtrum ipſum ſit diſtinctum ab elementis, aut non? Secundò, quia dicit tale ſe habere ad formas naturales, ſicut aurum ſe habet ad figuras,

Antiquorũ opiniones de generatione.

Reprobatio ipſorum in generali.

Opinionis, Platonis reprobatio.

Digitized by Google

ad figuras, ſed hoc eſt inconueniens. Tertiò, quia dicebat materiam primam eſſe planitiem, ideſt ſuperficiem, eò quòd ſecundùm ipſum corpora vltimatè reſoluuntur in ſuperficiē. Conſequenter determinat de principio materiali generabilium, & corruptibilium ſecundum veritatem, dicens, quod materia corporum ſenſibilium eſt vna non ſeparabilis à cōtrarijs, ſed cum contrarietate exiſtens, ex qua generantur dicta elementa. Et ſubdit, quod ipſa materia eſt primum principium materiale. Secundò, qualitates contrariæ, ſicut calidi-tas, frigiditas. Tertiò, quatuor elementa, quæ licèt ſint poſteriora materia, & forma, præcedunt tamen corpora mixta.

Determinatio de principio materialiū generabiliū & corruptibilium ſecundum veritatem.

Materia primum principium materiale.

Ex Textu Commenti. 7. & indè.

Sed non minus, & vt corporis qualia, & quanta dicendum principia, alij enim ſupponentes, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus inquirit, penes quas qualitates ſumitur numerus elementorum, ponens talem conclusionem. Penes qualitates tangibiles debet ſumi numerus elementorum. Quod probat, quia penes illa ſumendus eſt numerus elementorum, quæ conueniūt omnibus generabilibus, & corruptibilibus, & ſecundum quæ generabilia, & corruptibilia agunt, & patiuntur adinnicem; ſed illa ſunt qualitates primæ tangibiles, & non aliæ, quia aliç qualitates, vt ſunt ſapores, colores, & ſic de alijs, non conueniūt omnibus generabilibus, igitur. Sed cōtra hoc obijcitur, quia viſus eſt prior tactu, ergo qualitates viſibiles ſunt priores qualitatibus tangibilibus, & per conſequens ab ipſis debet ſumi numerus elementorum. Reſpondet, quod licèt viſus ſit prior tactu obiecto, tamen tactus eſt prior ſubiecto, quia eſt ſubiectum omnium ſenſibilium, & ſuæ qualitates ſunt cauſæ aliarum qualitatum. Deindè oſtendit, ſecundum quas qualitates tangibiles debet ſumi numerus elemētorum. Et enumerat ſeptem contrarietates qualitatum tangibilium, ſcilicèt calidum, frigidum, humidum, ſiccum, graue, durum, molle, lubricum, aridum, aſperum, leue, groſſum, & ſubtile. Deindè ponit talem conclusionem. Secundum grauitatem, & leuitatem non eſt ſumendus numerus elementorum, quia grauitas, & leuitas non ſunt qualitates actiuæ, & paſſiuæ alterationum requiſitarum ad generationes, & corruptiones. Deindè ponit aliam concluſionem. Solum penes iſta quatuor, quæ ſunt frigiditas, caliditas, humiditas, & ſiccitas, ſumitur numerus elemētorū, quod probat ex dictis antiquorū. Probat etiam, quia ſecundum illas qualitates ſumendus eſt

Penes quod attendēdus eſt elementorum numerus.

Obiectio.

Solutio.

Septem contrarietates qualitatū tangibiliū.

Alia concluſio.

numerus elementorum,ſecundum quarum actiones,& paſſiones fiunt generationes, & corruptiones,iſtę ſunt huiuſmodi, Quod probat, quia ſecundum caliditatem fit ſegregatio, ſecundum frigiditatem fit congregatio. Deindè dicit,quod humidum eſt malè terminatum termino proprio, eſt tamen benè terminabile termino alieno, ſiccum verò è contrariò ſe habet.Probat ſecundò prædictam concluſionem, quia ſecundum qualitates priores debet ſumi numerus elementorum: ſed quatuor qualitates prius dictæ ſunt huiuſmodi, quia aliæ reducuntur ad ipſa:nam ſubtile reducitur ad humidum, groſſum reducitur ad ſiccum, quia malè terminabile termino alieno, licèt benè termino proprio, ſicut ſiccum,lubricum reducitur ad humidum, non quidem ad humidum aqueum, ſed ad humidum aereum, quod eſt benè inflammabile. Similiter aridum reducitur ad ſiccum, quia aridum fit per compreſſionem humidi:ſimiliter molle reducitur ad humidum, durum reducitur ad ſiccum. Et dicit, quod aliquid dicitur humidum dupliciter. Vno modo humiditate intrinſeca, quæ conuenit ex natura ipſius humidi. Alio modo humiditate extrinſeca, & ſimiliter ſiccum dicitur duobus modis.

Humidum dupliciter dicitur.

Ex Textu Commenti 10. & indè.

Quoniam autem quatuor elementa ſunt,eorum autem quatuor ſex coniunctiones, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus primò inquirit numerum elementorum, ponens talem concluſionem. Quatuor ſunt elementa, & non plura, quod probat dupliciter, ſcilicèt ratione,& auctoritate antiquorũ. Ratione probat,quia tot ſunt elementa, quot ſunt combinationes quatuor qualitatum primarum: ſed ſolum ſunt quatuor combinationes quatuor qualitatum primarum: ergo ſolum ſunt quatuor elementa.Minorem probat, dicens primò, quod caliditas,& frigiditas nunquam ſimul ſunt: ſimiliter nec humiditas, & ſiccitas, quia illæ contrariantur, vel ergo in vno elemento eſt caliditas cum ſiccitate, & ſic eſt ignis, vel caliditas cum humiditate, & ſic eſt aer, vel frigiditas cum ſiccitate, & ſic eſt terra; vel frigiditas cum humiditate, & ſic eſt aqua.Probat ſecũdò auctoritate, quia nullus antiquorum poſuit elementa in maiori numero, quam in quaternario. Finaliter ponit quinque proprietates elementorum. Prima. Licèt vnumquodque elementum quandoque reperiatur ſimplex, non tamen ſemper, immò

Quatuor & non plura ſunt elementa.

Elementorum quinque proprietates.

Digitized by Google

aliquando reperitur mixtum, vt aer, cui ſæpe miſcentur vapores, & aquæ terreſtreitates, & illa tota propriè non debent dici aer, aut aqua, ſed plus habens de aere dicitur aereum, & de aqua, aqueum, de terra, terreum; de igne, igneum. Secunda proprietas. Ignis eſt in ſuperab undantia caliditatis, & aer humiditatis, aqua frigiditatis, & terra ſiccitatis. Tertia proprietas. Loca naturalia ignis, & aeris, ſunt ſurſum, aquæ vero, & terræ deorſum. Et ſubdit, quod ignis habet locum ſurſum ſincerè, & purè, & terra habet locum deorſum ſincerè, & purè, ſed aer impurè, & permixtè habet locum ſurſum, & aqua locum deorſum. Quarta proprietas. Igni contrariatur aqua, & aeri terra, quia habent qualitates contrarias. Quinta, aliquæ qualitates primæ conueniunt elementis in ſummo, vt caliditas igni, humiditas aeri, frigiditas aquæ, & ſiccitas terræ.

Ex Textu Commenti. 20. & indè.

Quoniam quidem igitur omnia innata ſunt adinuicem tranſmutari manifeſtum, &c.

Quatuor Concluſiones de elementorum mutatione.

Iste eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de tranſmutatione elementorun adinuicem. Et diuiditur in quatuor capitula. In hoc intendit quatuor concluſiones. Prima, omnia elementa poſſunt adinuicem tranſmutari, ità quod quodlibet poteſt generari *Prima.* ex quolibet, quod probat, quia quæcunque habent contrarietatem adinuicem, nata ſunt adinuicem tranſmutari, cum omnis tranſmutatio ſit de contrario in contrarium, ſed quodlibet elementum habet cum quolibet contrarietatem, igitur quodlibet elementum poteſt ab alio tranſmutari. *Secunda.* Secunda concluſio, Elementa habentia Symbolum, ideſt conuenientiam in aliqua qualitate, facilius tranſmutantur, vt putà aer, & ignis, terra, & aqua: Quod probat, quia illa elementa facilius tranſmutantur, in quibus vna ſola qualitas tranſmutatur, quam illa in quibus oportet plures tranſmutari, ſed in habentibus ſymbolum ſolum tranſmutatur vna qualitas, & in non habētibus ſymbolum tranſmutantur plures: igitur. Tertia concluſio. *Tertia.* Ex duobus elementis non Symbolizantibus poteſt fieri tertium elementum ab vtroque diſtinctum, quod patet, quia ex igne, & aqua corrupta ſiccitate ignis, & manente caliditate, & corrupta frigiditate aquæ remanente eius humiditate, fit aer, ſimiliter corrupta

caliditate ignis remanente eius ſiccitate, & corrupta humiditate aquæ, remanente eius frigiditate, fit terra. Quod etiam ex terra, & aere fit ignis, probat per quoddam ſignum, quia fumus videtur participare aerem per hoc, quod habet ſubtilitatem, & terram per hoc habet groſſitudinem, & tamen ex fumo facillimè generatur ignis per inflammationem, ergo ſignum eſt quod ex aere, & terra poteſt fieri ignis. Ex quo habetur hæc auctoritas: Flamma eſt fumus ardens. Quarta concluſio. Ex duobus elementis Symbolizantibus nō poteſt fieri elementum. Tertium diſtinctum ab eis, quia tunc vnum ageret in reliquum, & tunc vel ſolum remaneret vna qualitas, & aliæ duæ corrumperentur, vel corrumperetur qualitas Symbola, & aliæ duæ manerent, ſed neutrum poteſt fieri, quia in vno elemento non eſt, niſi vna qualitas vnius ſpeciei, etiā in vno elemento non poſſunt eſſe duæ qualitates contrariæ, igitur. Ex quo ſequitur, quod in tranſmutatione vnius elementi habentis ſymbolum, fit tranſmutatio de vno in alterum vna qualitate corrupta, ſed in non habentibus ſymbolū fit tranſitus, duabus qualitatibus corruptis.

Flamma quid

Ex Textu Commenti 31. & indè.

Sed tamen adhuc ſic inſpicimus de eis, ſi enim naturalium eſt corporum materia, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus probat quatuor elementa eſſe prima generabilia, & corruptibilia, & mouet hanc quæſtionem, vtrum vnum dictorum elementorum ſit materia alterius elementi? Pro cuius ſolutione ponit ſex concluſiones. Prima, Nullum dictorum elementorum eſt materia aliorum, quod probat ſex rationibus. Prima. Subiectum tranſmutationis manet idem ſub vtroque termino, ſed cum ex vno elemento fit aliud, ipſum non manet, igitur. Secunda ratio, Aer determinat ſibi aliquas qualitates contrarias alijs, ideò non poteſt naturaliter manere ſub contrarijs. Tertia ratio, Quia cùm ex aere fieret ignis, aut aqua, ſemper maneret ratio aeris, & ſic aer eſſet aqua. Quarta ratio. Quia tunc contraria eſſent ſimul, & ſemel in eodem, quod nō videtur poſſibile, igitur. Quinta ratio, Quatuor elementa habent adinuicem contrarietates, quas ſibi determinant: ergo naturaliter vnum non poteſt eſſe materia alterius. Sexta ratio, Quorumcunque eſt vna materia communis, vnum non eſt materia alterius, ſed omnium elementorū eſt vna materia communis, igitur. Secunda concluſio, Materia quatuor elementorum non eſt corpus medium, quod ſit

Quatuor elementa eſſe prima generabilia & corruptibilia.
Sex rationes.
Prima.
Secunda.

Digitized by Google

hoc aliquid,& in actu,quia omne,quod eſt hoc aliquid determinat ſibi aliquam qualitatem contrariam, quod non facit materiam:igitur. Tertia concluſio, Materia eſt priuatio, *Tertia.* ideſt materia eſt carens actu ſubſtantiali,ideſt quantum eſt de ſe eſt carens forma ſubſtantiali. Quarta concluſio, Materia elementorum non poteſt per ſe ſubſiſtere, quia omne, *Quarta.* quod per ſe ſubſiſtit, eſt hoc aliquid: igitur. Quinta concluſio, Quatuor elementa ſunt inter corpora generabilia,& *Quinta.* corruptibilia prima, quia nulla alia videntur eis priora, igitur ſunt prima. Sexta concluſio, Omnia elementa ſunt tranſmutabilia ad inuicem, quod probat,quia medijs exiſtentibus finitis, & tranſmutabilibus adinuicem, neceſſe eſt extrema eſſe finita & adinuicem tranſmutabilia, ſed elementa media ſunt huiuſmodi,quod probat, quia aër, & aqua, quæ ſunt elementa media,ſibi inuicem contrariantur. Sed quòd ſint finita probat tribus rationibus. Prima,quia ſi eſſent infinita,ſequeretur, quod infinitæ eſſent qualitates,quia quodlibet elementum habet propriam qualitatem, per quam diſtinguitur ab alijs. Secunda ratio, quia ſi eſſent infinita, ſequeretur,quod non omnia eſſent adinuicem tranſmutabilia, quod eſt falſum,igitur. Tertia ratio. Si elementa eſſent infinita,ſequeretur, quod nullum elementum poſſet tranſmutari in aliud,quia in quolibet elemento eſſent infinitæ qualitates, ſed infinitæ qualitates non poſſunt tranſmutari, igitur.

Sexta. *Tres rationes probantes elementa eſſe finita.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.*

Ex Textu Commenti 37. & indè.

Admirabitur autem aliquis dicens, corporum elementa plura vno, vt non tranſmutent, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus reprobat ſex errores Empedoclis. Primus error eſt, quòd nulla elementa erant adinuicem tranſmutabilia. Contrà quē arguit Philoſophus, quia quæcunque habent eandem materiam, ſunt adinuicem tranſmutabilia, ſed elementa ſunt huiuſmodi, igitur. Minor patet, quia vnum elementum generatur ex alio: nàm ex vno pugillo terræ fiunt decem pugilli aquæ, & ex vno pugillo aquæ fiunt decem aeris, & ex vno aeris decem ignis. Secundus error fuit, quod generatio rerum naturalium eſt à fortuna. Sed contra hoc arguit Philoſophus, quia generatio rerum naturalium, vt in plurimum fit eodem modo, ſed fortuna eſt eorum, quæ fiunt extra

Sex errorū reprobatio Empedoclis. *Primus.* *Elementorum generatio.* *Secundus.*

Tertius. ſemper, & frequenter, igitur. Tertius error fuit quòd corpus cæleſte eſt mixtum, & quod mixtio eius erat facta per amicitiam, ideò erat laudabiliſſima. Sed contra hoc arguit Philoſophus, quia tunc ſequeretur, quod cœlum eſſet diſſolubile, & corruptibile, quod eſt falſum, igitur. *Quartus.* Quartus error fuit, quod lis, & amicitia ſunt cauſæ motus, videlicèt amicitia cauſa congregationis elementorum, lis verò cauſa diſgregationis. Contra hoc dicit Philoſophus, quod omnia iſta ſunt falſa, & Empedocles dicit illa, ſed non demonſtrat ea. *Quintus.* Quintus error, lis, & amicitia ſunt cauſæ vniuerſales motus. Sed contra hoc dicit Philoſophus, quòd hoc eſt contra eum, qui ipſe poſuit fortunam eſſe cauſam motus, ergo iſta duo non ſunt cauſę vniuerſales cuiuſlibet motus. *Sextus.* Sextus error fuit, quod omnia ex elementis componunt. Contra hoc dicit Philoſophus, quòd per iſta principia ſolum potuit ſaluare alterationes corporales, & non ſpirituales, putà de non ſciente ſciens, & non memorante memorans.

Ex Textu Commenti 46. & indè.

De elementis autem ex quibus corpora conſtituta ſunt, quibus quidem videtur materia eſſe aliquid, &c.

Quomodo generantur mixta ex elementis. Istvd eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de generatione mixtorum ex elementis. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit duas concluſioſiones. *Duæ concluſiones.* Quarum prima eſt. *Prima.* Ponentes elementa eſſe intranſmutabilia ad inuicem, non poſſunt ſaluare veram generationem mixtorum ex elementis, quia tunc ſequerentur duo inconuenientia. Primum, quod mixtio non eſſet aliud, quam iuxtapoſitio elementorum adinuicem. Secundum non, quia quælibet pars mixti eſſet mixta, quod eſt falſum. *Secunda.* Secunda concluſio. Ponentes omnium elementorum eſſe eandem materiam communem, & omnia elementa eſſe tranſmutabilia adinuicem, benè poſſunt ſaluare generationem mixtorum ex elementis, licèt hoc ſit difficile, quia vel elementa ponuntur in mixto, & tunc ſequuntur eadem inconuenientia, quę prius: vel non ponuntur manere, ſed corrumpi, & tunc videtur, quod mixtio non ſit aliud, quam corruptio elementorum, vel vnum manet, & aliud corrumpitur, & tunc non erit mixtio, ſed generatio, vel augmentatio.

Modus generationis mixti. In ſecunda parte dat vnum modum generationis mixti, quo.ſ. mixtũ generatur ex elẽtis. Et dicit primò, quod cõtigit

aliquid eſſe magis, & minus calidum: ſi ergo vnum mixtibilium ſit in actu ſimpliciter, & aliud in potentia, hoc eſt ſi vnum omninò denominetur ſupra aliud, tunc non ſit mixtio ex eis, ſed ſi neutrum mixtibilium denominetur ſuprà aliud, ſed medio modo ſe habeant, ità videlicèt, quod quodlibet illorum ſit aliquo modo in potentia, & aliquo modo in actu, ità quod quodlibet poteſt agere in aliud, & è contrà, tunc ex eis generatur tertium, quod vocatur mixtum.

Modus compoſitionis corporum mixti perfecti.

In tertia parte ponit talem concluſionem. Quodlibet corpus mixtum perfectum naturaliter exiſtens circa locum terræ componitur ex quatuor elementis, quod probat dupliciter, ſcilicèt ratione, & ſigno. Ratione ſic, quia quodlibet mixtum perfectum naturaliter exiſtit circa locum terræ, ergo quodlibet tale componitur ex terra, & vltrà componitur ex terra: ergo ex aqua. Prima conſequentia patet, quia quicquid eſt circa locum terræ, in eo denominatur terra. Secundam conſequentiam probat, quia quodlibet mixtum perfectum debet eſſe benè terminatum, & debet habere partes adinuicem benè compactas, ſed hoc fit per humidum aqueum: igitur. Signo probat ſic, quia quodlibet mixtum perfectum exiſtẽs naturaliter circa locum terræ nutritur ex quatuor elementis: tenet conſequentia, quia vnumquodque componitur ex his, ex quibus nutritur: ex eiſdem enim ſumus, & nutrimur. Antecedens patet primò de terra, & aqua: ſi enim eſſent aliqua mixta, quæ non nutrirentur ex terra, & aqua, maximè eſſent plãtę, quod eſt falſum, nutriuntur enim ex aqua, & terra, quod patet, quia ruſtici volentes irrigare plantas, miſcent aliquid cum aqua. Secundò probat, de aëre, & igne, quia in nutritionem oportet nutrimentum conuerti in ſubſtantiam nutriti, hoc autem fit per calorem, & calor eſt ipſius ignis, & aëris, ergo in nutritione concurrunt ignis, & aër.

Ex eiſdem ſumus, & nutrimur.

Ex Textu Commenti 55. & indè.

Quia verò ſunt quædam generabilia, & corruptibilia, &c.

Cauſa efficiens generationis, & corruptionis quæ.

Iste eſt Tertius Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de cauſis tranſmutationis generabilium, & corruptibiliũ: Et continet duo Cap. Primum eſt de cauſa efficiente ſecundum opinionem antiquorum. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat duas opiniones, de cau-

Opin. Platonis, & Leucippi, & Democriti de cauſa efficiẽte generationis, & corrupt.

ſa efficiente generationis, & corruptionis. Prima fuit Platonis ponẽtis ſolùm duo principia, rerum ſcilicèt materiam, & formam. Alia fuit Leucippi, & Democriti ponentium ſolùm principium materiale, ſcilicèt materiam, & dicunt eam eſſe ſufficiens principium generationis, & corruptionis. Et præter materiam non ponunt aliam cauſam efficientẽ. Deindè reprobat dictas opiniones, ponendo tres concluſiones.

Dictarum opin reprobatio.

Prima. Ad generationem, rerum non ſufficiunt formæ, ideſt, ideę cum materia, quia ſi ſic, ſequeretur, quòd res ſemper generaretur. Cõſequens eſt falſum. Et conſequentiam probat, quia huiuſmodi forma, id eſt, idea, & materia ſemper ſunt. Secunda concluſio. Quamuis ponentes materiam eſſe cauſam efficientem melius loquantur, quam ponẽtes formam, id eſt, ideam, tamen irrationabiliter loquuntur, quia materiæ eſt pati, ergo eius non eſt agere, & per conſequens non efficit generationem. Tertia concluſio. Tria ſunt principia generabiliũ, ſcilicèt forma, materia, & efficiẽs, quod probat, quia principia debent eſſe in eodem numero in corporibus ſuperioribus, & inferioribus, ſed in ſuperioribus ſunt tria principia, ſiue cauſę motus, ſcilicèt materia, forma, & efficiens, ergo, & in iſtis inferioribus.

Propria opin. Phil. de generat. & corruptione, tres cõcluſiones. Prima.

In ſecunda parte determinat Philoſophus de cauſa efficiente generationis, & corruptionis ſecundum opinionem propriam, & intendit aliquas concluſiones. Prima. Motus Cœli eſt cauſa generationis, & corruptionis in iſtis inferioribus, probat duabus rationibus. Prima. Illud, quod adducit, & abducit generans, eſt cauſa generationis, & corruptionis in iſtis inferioribus, ſed motus Cœli eſt huiuſmodi, igitur. Secunda ratio. Rationabilius eſt, quod illud, quod ſemper eſt, ſit cauſa illius, quod aliquando eſt, & aliquando non eſt, quam è contrà: ergo motus Cœli, qui ſemper eſt, debet magis poni cauſa generationis aliorum, quã è contrà. Secunda concluſio. Ad ſaluandũ perpetuitatem generationum, & corruptionũ in iſtis inferioribus, præter motum Cœli, requiritur motus Cœli factus in obliquo circulo. Pro cuius probatione ſupponit duo. Primum, quod idem ſimiliter ſe habens ad ſuum paſſum, ſemper natum eſt facere idem. Secundum eſt, quia contrariorum contrariæ ſunt cauſæ: ergo præter motum primùm ponendus eſt alius motus. Ex quib[9] ſequuntur duo corollaria. Primũ eſt. Tempus generationis eſt æquale tempori corruptionis: quia tempus generationis eſt ipſe acceſſus ſolis ad nos, & tempus corruptionis ipſe receſſus ſolis à nobis. Corollarium ſecundum. Omne vi-

Secunda.

Duo corollaria. Primum. Secundum.

uens habet determinatam periodum, ſiuè menſuram ſuæ durationis. Tertia concluſio. Generationes, & corruptiones ſunt perpetuæ, quod probat duabus rationibus. Prima ſumitur ex parte cauſæ finalis, quia in omnibus videmus appetere, & deſiderare, quod melius eſt, ſed melius eſt eſſe, quam non eſſe: ergo natura appetit ſemper eſſe, ſed non poteſt ſemper eſſe ſecundum numerum, ergo ſecundum ſpeciem. Secunda ratio ſumitur ex parte cauſæ efficiētis. Si motus Cœli ſit continuus, & perpetuus, etiam motor erit perpetuus, ergo oportet generationem, & corruptionem eſſe perpetuas in iſtis inferioribus, cùm hoc ſufficiat ad perpetuitatem generationum, & corruptionum, ſed motus Cœli eſt perpetuus, & ſimiliter motor eius, igitur generationes, & corruptiones erunt perpetuæ. *Tertia.* *Natura appetit ſemper eſſe.*

Ex Textu Commenti 61. & indè.

Quoniam autem in continuè motis ſecundum generationem, &c.

ISTUD eſt ſecundum Capitulum, in quo Philoſophus ſoluit quinque quæſtiones. Prima. Vtrum de neceſſitate omnia generabilia generabuntur? Soluit Philoſophus dicens, quod aliqua de neceſſitate generabuntur, & aliqua non, quod probat, quia ſicut eſt de fore, & non fore, ità eſt de generari, & non generari in futuro, ſed aliqua neceſſariò erunt, vt conuerſio ſolis ad tropicos, & aliqua non neceſſario erunt, vt inciſio veſtis. Secunda quæſtio. Vtrum illud, quod generatur, prius, de neceſſitate inferat illud, quod eſt poſterius? Ad hoc reſpondet præmittendo talem ſuppoſitionem, quod in eſſentialiter ordinatis ſi poſterius eſt, prius eſt, vel fuit. Hoc ſuppoſito reſpondet Philoſophus, dicés, quod in illis, in quibus neceſſarium eſt poſterius eſſe, vel euenire, tunc ad eſſe prioris ſequitur eſſe poſterioris, ſed in illis in quibus poſterius non de neceſſitate ponitur in eſſe, tunc ad eſſe prioris non ſequitur eſſe poſterioris. Tertia quæſtio. Vtrum generationes perpetuentur ſecundum rectum: aut ſecundum circulum? Reſpondet, quòd non perpetuantur ſecundum rectum, ſed ſecundum circulum. Primũ patet, quia vel formæ ſubſtantiales generandæ ſunt finitæ ſecundum ſpeciem, vel infinitæ: non infinitæ, quia ibi eſt ſtatus, ſi verò dicatur, quod ſint infinitæ, ergo poterunt pertranſiri, & per conſequens aliquando ceſſarent generationes, niſi fieret circulus: ergo oportet ipſas generationes perpetuari ſecundum circulum. Quarta quæſtio. An idem corruptum numero poſ-

Quinque quæſt. circa generatione incidentes. *Prima.* *Reſponſio.* *Secunda.* *Reſponſio.* *Tertia.* *Reſponſio.*

Quarta. ſit reproduci. Ad hoc reſpondet Philoſophus, quod non, ſed *Reſponſio.* bene in ſpecie. *Quinta.* Quinta quæſtio. Vtrum eadem generabilia eodem modo reuertantur. Reſpondet Philoſophus, quod nõ, & dicit quòd aliqua eadé numero reuertuntur ſicut Sol, & cæteri planetę: qui mouentur ab Occidente in Oriens, & reuertuntur de vno in aliud idem numero: nam idem eſt Sol numero, qui oritur, & qui occidit, ſed de iſto reduci non eſt hîc principaliter ſermo, ſed de reduci illorum, quæ fiunt per generationem, & in illis non redeunt eadem numero, ſed ſolum in ſpecie.

DOCTOR PARISIENSIS, MAG. PETRVS TATARETVS,

De Libris Meteororum Ariſtotelis.

LIBER PRIMVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

DE primisquidem igitur cauſis naturæ, & de omni motu naturali, & adhuc autem de ſecundum ſuperiorem lationem per ornatus aſtris. &c.

Iſtius libri Meteororũ diuiſio in quatuor libros.

ISTE eſt Liber Meteororum Ariſtotelis in quo ipſe determinat, de impreſſionib. Meteoricis, & diuiditur in quatuor Libros. In primo, determinat de impreſſionib. ignitis, & diuiditur in quatuor Tract. Primus diuiditur in tria Cap. In primo determinat de cauſa materiali, & efficiente ipſarum impreſſionũ, & diuiditur in duas partes. In prima recapitulatea, q̃ dicta ſunt, dicés, primò, quod dictũ eſt prius de principiis, & cauſis naturæ, ſeu entis naturalis, & de omni motu naturali, & de aſtris, & quatuor elementis, & generatione, & corruptione in cõmuni. Conſequenter oſtendit de quib. dicendum eſt in iſtis Libris: dicens, quòd hîc dicendum eſt dę hoc, quod antiqui vocabant Metereologiam, quod idem eſt, quòd ſermo ſciẽtificus de eleuatione, & dicit, quòd illa fiunt per naturam inordinatiorem, quàm ſit natura primi ele-

Quid in his Meteorologicis libris agendum.

Dictorum recapitulatio.

Μετεω-ρίζ. *ſublimitas.*

menti : id eſt ; Cœli, id eſt : impreſſiones fiunt magis inordinatè, quàm ſit natura , ſecundum quam fiunt motus Cœli. Et dicit, quòd impreſſionum , quædam fiunt circa locum propinquũ aſtris, ſicut patebit de galaxia, & de cometis, & de alijs impreſſionibus ignitis motis, & apparentib. ſuperius. Quædã fiũt in medio aëris, vt nubes, & venti: Et quędam in aqua, ſicut ſalſedo maris. Quædam in terra, ſicut terręmotus. Et de oĩbus iſtis conſiderabuntur cauſæ. Determinabitur de circularibus paſſionibus, quæ fiunt per coagulationẽ, id eſt, inſpiſſationem , cuiuſmodi ſunt in halo, & iris. Determinabitur etiã de plantis, & de animalib. & in hoc cõprehendit librũ de anima, & paruos libros naturales. *Suppoſitiones quinq;*

In ſecunda parte ponit quinq; ſuppoſitiones. Prima, præter *Prima.* quatuor elementa ponendũ eſt vnum corpus ſimplex, quod eſt cauſa efficiẽs oĩum impreſſionũ: ponẽda ſunt quatuor elementa, q̃ ſunt cauſæ materiales iſtarũ impreſſionũ. Secunda *Secunda.* ſuppoſitio, neceſſe eſt hunc mundũ inferiorem eſſe contiguũ lationib. ſuperioribus, vt omnis virtus eius indè gubernetur. *Tertia.* Tertia ſuppoſitio. Ignis, terra, aqua, & aër ſunt principia materialia omnium impreſſionum. Quarta ſuppoſitio, in iſto libro determinandum eſt, de circulo lacteo. i. de galaxia, cometa, & alijs huiuſmodi impreſſionib. Quinta ſuppoſitio. Omnia elementa ſunt adinuicem tranſmutabilia, & vnumquodque eſt in potentia ad aliquid, ſic quod materia, quæ nunc ſtat ſub forma vnius elementi, poteſt poſtea ſtare ſub forma alterius elementi. *Quarta. Quinta.*

Ex Textu iſto, & indè.

Primum quidem igitur dubitabit vtique quis circa vocatum, &c.

Elementorũ adinuicem quantitas qua.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de quantitate elementorum adinuicem, & diuiditur in duas partes. In prima mouet vnam dubitationem de aëre, quærendo quanta ſit moles ipſius aëris. In ſecunda parte nititur ſoluere hanc dubitationem. Et primò ponit opinionem Anaxagoræ, dicens, quod vt prius dictum eſt , præter quatuor elemẽta oportet ponere quintum corpus ſimplex, putà Cœlum, quod eſt alterius naturæ ab ipſis, cùm ſit ingenerabile, & incorruptibile, vt patet per antiquos appellantes ipſum æthera, quaſi æterno tempore currens. Et ſi quis quęrat, quare hîc narrat hanc opinionẽ cum alias fuerit narrata? Reſpondetur, quod non oportet tãtum, ſemel, neque bis eaſdem opin. redire, ſed infinities. *Dubitatio de aere. Anaxagoræ opinio. Obiectio. ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν. Solutio. Tres concluſiones.*

In ſecunda parte ponit tres concluſiones. Prima Cœlum, *Prima.*

Digitized by Google

& terra non ſunt de natura ignis, quia tunc omnia iſta inferiora fuiſſent totaliter deſtructa, cùm corpora cæleſtia ſint valdè magna. *Secunda.* Secunda concluſio, ſpacium intermedium inter cælum, & terram non eſt plenum ſolo aëre, quia tunc aër multum excederet quantitatem aliorum elementorum. *Tertia.* Tertia concluſio, ſpacium intermedium inter cælum, & terram non eſt plenum duobus elementis tantùm, ſcilicèt igne, & aëre, quod probat duabus rationibus. Prima, terra non poteſt attingere aquam ſecundum omnes partes ſui, immò videmus, quod multæ partes aquæ ſunt extra terram, ergo ſpacium inter cœlum, & terram, non eſt ſolum plenum aëre, & igne, ſed etiam aqua. Secunda ratio, qualis eſt proportio partis ad partem, talis eſt proportio totius ad totum, ſed partes aëris habent proportionem decuplam ad partes aquæ, quia ex vna parte aquæ ſunt decem aëris: ergo motus *Corrolariũ.* aër excedit aquam in eadem proportione, quod non faceret, ſi tantùm inter cælum, & terram eſſet ignis, & aër. Ex quo infert, quod elementa non ſolùm ſunt proportionata adinuicem in virtute, ſed etiam in magnitudine.

Ex Textu iſto, & indè.

Reliquum autem perſcrutantes dicere, quomodo ordinata ſunt duo ad primi corporis poſitionem. &c.

De elemẽtorũ ordine adinuicem tres Quæſtiones. ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus determinat de ordine elementorum adinuicem, mouendo tres quæſtiones. *Prima.* Prima qualiter ignis, & aër ſint ordinata reſpectu cæli. *Secunda.* Secunda, quomodo à cælo, & ab aſtro puta à Sole tantùm inferius cauſatur caliditas, cùm cælum, & aſtrum nõ ſint formaliter calida? *Tertia.* Tertia, quare nubes non generantur in ſuprema regione aëris, cum ſuprema regio aëris ſit frigidior? Ad primam quæſtionem dicit Philoſophus, quod ſunt duo elementa inter concauum orbis lunæ, & aquam, ſcilicèt aer, & ignis, & quia ignis eſt magis purus, ideò eſt ſupra aërem, & contiguatur cælo lunæ, igitur ignis in ſua ſphæra mouetur circulariter, aër etiam, quo ad partem ſuperiorem mouetur circulariter ad motum ipſius, cui contiguatur. *Vapor, & exhalatio quid ſint.* Oſtendit vlterius quid eſt vapor, & quid exhalatio, dicens, quod vapor eſt corpus ſubtile humidum, & calidum, & eſt materia omnium impreſſionum humidarum, ſed exhalatio eſt corpus calidum, & ſiccum cùm ſiccitate terreſtri. Conſequenter ſoluit tertiam quæſtionem dans triplicem cauſam, quare in ſuprema regione aëris non generantur nubes. *Tres cauſæ quare in ſuprema regione aëris non generantur nubes.* Prima, quia illa regio eſt, velut ignis ratione exceſſiuæ caliditatis, per quam prohibet vaporem condenſari, & conuerti in nubem. Secũda

cauſa, quia aër ſupremæ regionis mouetur circulariter, ideò dato, quòd vapores ibi aſcenderent, propter velocitatem motus diſgregarentur ſic, quòd non poſſent condenſari, nec conſtituere nubem. Tertia cauſa, quia in ſuprema regione aëris non poſſunt fieri venti, ergo neque nubes; conſequentia patet per locum à maiori, quia venti ſunt exhalationes calidæ, & ſiccæ, quę natæ ſunt magis aſcendere, quàm vapor, qui eſt calidus, & humidus. Et antecedens probat ſigno, quia ſacrificantes in altis montibus, anno reuoluto, quando iterum ibant ad faciendum ſacrificium, inueniebant cineres anni præcedentis, quod non feciſſent; ſi illic flaſſet ventus. *In ſuprema aëris regione, non generantur venti.*

Ad ſecundam quæſtionem dicit Philoſophus, quòd non eſt inconueniens hęc inferiora calefieri à ſuperioribus non habentibus caliditatem, quia cælum ſuo motu trahit ſecū quædam inferiora, ſcilicèt ignem ad ſuperiorem partem aëris per motum ſuum, & motus localis de ſua natura natus eſt calefacere, ideò Sol, & cælum calefaciunt iſta inferiora. Finaliter probat, quòd cælum, & aſtrum non ſunt calida, & hoc duobus ſignis. Primum, quia talia velociſſimè mouentur, & tamen non igniuntur, nec videmus ibi generari aliquas impreſſiones ignitas, ſicut in iſtis inferioribus, igitur. Secūdum ſignum, quia Sol apparet albus, & non rubeus, ergo ſignum eſt, quod non eſt formaliter calidus. *Superiora corpora calefaciunt hac inferiora. Cælum, & aſtrum non eſſe calida probatur duobus ſignis.*

Ex Textu iſto, & indè.

His autem determinatis, dicamus propter quam cauſam flammæ accenſæ apparent circa cælum, &c.

ISTE eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de impreſſionibus ignitis, dicens, quod materia remota impreſſionum ignitarum eſt Corpus terreſtre habens aliquid de corpore igneo pingui, & faciliter inflammabili, ſed materia propinqua eſt exhalatio calida, & ſicca: cauſa verò efficiens eſt calefaciens huiuſmodi corpora, cuiuſmodi ſunt Sol, & aſtra: finis autem talium impreſſionum eſt generatio ignis: finis autem remotus eſt ſalus animantiū, & huiuſmodi impreſſiones ſic generantur. Nàm à calore Solis eleuatur exhalatio calida, & ſicca, quæ poſtea per calorem ignis inflammatur, & ſecundum diuerſitatem exhalationis in caliditate, & ſiccitate, raritate, & denſitate, grauitate, & leuitate diuerſificantur huiuſmodi impreſſiones ſecundum diuerſas figuras, non enim generantur omnes iſtæ impreſſiones in eodem loco: nàm quædam in infima regione aëris: quædam in media, & quædam in ſuprema. Omnis enim im- *De impreſſionibus ignitis.*

preſſio ignita fit ex exhalatione calida, & ſicca: vel ergo illa exhalatio eſt multum calida, & per conſequens leuis, ità, q̃d ſufficit aſcendere vſque ad ſupremam regionem aëris, & talis exhalatio, aut eſt æqualiter ſubtilis in omnibus ſuis partib⁹, aut inæqualiter. Si inæqualiter, aut magis habet de groſſo, q̃ de ſubtili, & tunc quando inflammatur, apparet per modum figuræ Piramidalis. Si verò tantùm habet de groſſo, quantũ de ſubtili, tunc apparet per modum laneeæ ardentis. Si verò talis exhalatio ſit ęqualiter ſubtilis in omnibus ſuis partibus, aut eſt continua, aut diſcontinua: ſi diſcontinua, apparet per modum ſtipularum ardentium: ſi verò ſit continua, & parua, & ſit accenſa in vna parte, & non in alia, tunc apparet per modum candelæ ardentis, & huiuſmodi impreſſiones generantur in ſuprema parte aëris. Sed ſi talis exhalatio ſit mediocriter calida, ſic, quod nõ moueatur, niſi ad mediã regionẽ aëris, aut ergo eſt continua, vel non continua: ſi ſecundum, tunc apparebit ꝑ modum ſtipularum ardentium: ſi primum, vel materia eſt conglobata ſic, quod vnus globus primò inflammatur, poſtea alius, tnne vocantur capræ ſaltantes, quas vocat Ariſt. Eges. Contingit etiam, quod talis exhalatio condenſatur in nube frigida, & cùm inflammabitur per antiperiſthaſim frãget nubem, & tunc apparent ſcintillæ ardentes. Si talis nõ ſit globata, vel eſt compacta, vel non: ſi ſecundum, tunc candelę apparent ardentes: ſi verò ſit compacta, & ſibi non accidat aliquid frigidum, & inflammetur, tunc ſolet vocari ignis fatuus. Si verò occurrat aliquod frigidum, aut ſit inferius, aut ſuperius: ſi ſecundum, & propter impedimentum talis exhalatio non poſſit aſcendere, ſed moueatur lateraliter, tunc vocatur ſydus volans, & quandoque contingit, quod tale frigidum concurrat ante inflammationem, & tunc talis exhalatio inflammatur inferius, & apparet per modum draconis exſufflantis ignem. Si verò tale frigidum obuiet inferius, tunc exhalatio aſcendit, & apparet ignis aſcendens, ſi verò exhalatio ſit debiliter calida, & moueatur in infima regione aëris, tunc ſi materia ſit ſimul continua, & ſimul accenſa, apparet per modum ſtipulæ ardentis. Si autem materia ſit ſubtilis, & leuis, ità quod poteſt moueri faciliter ad modum aëris, tunc apparent impreſſiones ignitæ, per modum candelarum. Vndè candelæ ardentes generantur ex fumo pingui, aliquando etiam ex ſudore equi, & huiuſmodi impreſſiones aliquando apparent minores, & aliquando maiores ſecundum magnitudinem exhalationis.

Digitized by Google

Ex Textu iſto, & indè.

Apparent autem aliquando nocte ſerenitate exiſtente conſiſtentia multa flamma in Cælo, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum in quo Philoſophus determinat de hiatu, & voragine, quæ apparent per coloré, & illuminationem exhalationis, & de alia impreſſione, quæ vocatur, Sanguinei colores, & habent pro materia propinqua exhalationem calidam, & ſiccam, & cauſa efficiens eſt planeta, vel aſtrum lumine ſuo ſic mouens, & inflammans tales exhalationes. Et ſic generantur: nàm per calorem Solis, vel aſtri eleuatur exhalatio calida, & ſicca à terra, quæ propter frigiditatem inſpiſſatur, & ſecundum quod diuerſimodè lumen in aëre recipitur, apparent diuerſi colores. Vndè aliquãdo partes extremales apparent albæ, & media nigra, & cum nigrum minus immutet viſum, quàm album, vel ſanguineũ, immò illa pars nigra apparet magis diſtans, quam pars extremalis, ideò apparet quædam ruptura, ſiue feneſtra in cælo, quæ ſi ſit magna, vocatur Vorago, ſi parua, vocatur Hiatus. Ex quo patet, quod hiatus, & vorago differunt ſicut magnum, & paruum. Sanguinei autem colores cauſantur ex lumine tranſcunte exhalationem opacam: nàm album viſum per nigrum apparet rubeum, & quanto lumen magis dominatur ſupra exhalationem, tanto apparet illa exhalatio magis alba, quanto verò minus, minus apparet alba. Vndè quãdo lumen medio modo dominatur, tunc apparet rubedo: quando verò totaliter, tunc apparet albedo: qnando verò remiſſè, apparet nigredo. Vndè iſtæ impreſſiones fiunt in aëre, licèt propter diſtantiam videantur eſſe in cælo, & apparent magis de nocte, quàm de die, quia lumen Solis impedit, nè videatur minus lumen, & fiunt tempore ſereno, quia tempore obſcuro venti, & nubes impediunt viſionem iſtarum impreſſionum.

Hiatus vorago, & Sanguinei colores vndè, & quõ cauſantur.

Hyatus, & Vorago quõ differunt.

Ex Textu iſto, & indè.

De Cometis autem, & vocato lacte dicamus dubitantes ad dicta alijs, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulũ, in quo Philoſophus determinat de Cometis, & diuiditur in duas partes. In prima determinat de Cometis ſecundum opinionem antiquorũ, & narrat tres opiniones. Prima fuit Anaxagoræ, & Democriti dicentiũ cometam eſſe apparitionem plurium ſtellarum errantium.

Cometa quid, quotuplex, quõ mouetur, & quæ portẽta indicat.

Antiquorum tres opiniones.

Dicebant enim, quod cùm ſtellæ errantes appropinquabant adinuicem, apparebant facere cometam. Alia fuit opinio Pythagoricorum, dicentium cometam eſſe vnam de ſtellis errantibus, quæ multo tempore radiat ſub radijs Solis, apparet per modum cometæ. Alia fuit opinio Hypocratis dicẽtis, quod cometa quantùm ad corpus erat ſtella erratica, & de natura cęli, ſed quantum ad caudam erat de natura elementorum. Iſtam opinionem reprobat duabus rationibus. Prima, quia tunc aliquando appareret ſine cauda, quod eſt contra experientiam. Secunda ratio, quia tunc eſſent plures planetæ, quàm ſeptem, quod falſum eſt. Secundam opinionem reprobat duabus rationibus. Prima, quia omnes ſtellæ erraticæ videntur ſub Zodiaco, ſed multæ cometæ apparent extra illum circulum, igitur. Secunda ratio, quia ſi ſic eſſet, tunc non poſſent apparere plures cometæ, quod eſt falſum, quia aliqñ viſi ſunt plures cometæ. Primam opinionem improbat tribus rationibus. Prima, quia tunc ſequeretur, quod diſoluto cometa, plures deberent apparere planetæ, quod eſt falſum. Secunda ratio, quia planetæ aliquando coniunguntur alijs ſtellis, & tamen propter illam coniunctionem non apparet cometa, igitur. Tertia ratio, quælibet ſtella per ſe videtur indiuiſibilis, ergo plures ſtellæ coniunctę non poſſunt facere tantam apparentiam.

Duæ rationes opinionem Hypocratis reprobantes. Prima. Secunda.

Tres rationes opinionē Anax. & Democriti reprobantes. Prima. Secunda. Tertia

Phi. opinio de cometa.

In ſecunda parte determinat de cometa ſecundum opinionem propriam dicens, quod cometa ſic generatur: nam per calorem Solis, & aliorum aſtrorum à corporibus terreſtrib. exiſtentibus hìc inferius, & viſcoſis eleuatur exhalatio terreſtris calida, & ſicca vſque ad ſupremam regionem aëris, & ibi propter vicinitatem ignis inflammatur, & ſecũdum diuerſam diſpoſitionem materię diuerſimodè apparet. Vndè quando illa materia extenditur in longum, vocatur ſtella caudata, quando enim in medio eſt groſſior, & in extremis ſubtilior, tunc in medio apparet lumen, & in extremis magis clarum, & tunc vocatur ſtella comata, & quando inferius habet partes continuas, & ſubtiles, tunc vocatur ſtella barbata. Conſequenter determinat de motu cometæ dicens, quod quando cometa inſequitur vnam ſtellam, vel planetam Cæli, tunc mouetur ad motum ipſius: ſed quando per ſe mouetur, tunc non mouetur ità velociter, immò retardat multum, ità quod ſi hodiè ſit cum vna ſtella cæli, craſtina die tardius ibit ad occaſum. Deindè determinat de ſignis cometæ, ſeu quid ſignificat cometa, dicens, quod eſt ſignum magnæ caliditatis, & multorum ventorum. Secundò eſt ſignum traditionum, mortali-

Cometa motus.

Quid cometa ſignificet.

mortalitatum, bellorũ, & magnæ peſtis, quia tempore generationis cometæ viget caliditas ignea, ità quod calor multũ augetur in hominibus, & etiam colera, & tunc incitantur homines ad iurgia, & bella. Tertiò, eſt ſignum mortalitatis principum, quia principes ſunt ſubtilioris complexionis propter nutrimentum ſubtilius, & magis delicatum, ideò facilius inflammantur, & iraſcuntur. Quartò, eſt ſignum magnorũ ventorum: nàm expertum eſt ſępe, quòd quando fuerunt multi cometę, tunc fuerunt anni multũ ſicci. & multum ventoſi. Vndè dicit, quòd quodam tempore fuit ventus ità impetuoſus, quòd lapis eleuatus eſt à vento, & deportatus per magnum iter, & immediatè apparuit magnus cometa.

Ex Textu iſto, & indè

Circulus autem lacteus, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de Galaxia, ſeu de via lactea. Et primò narrat tres opiniones antiquorum. Prima fuit aliquorum dicentiũ, quòd Sol ſemel ductus à Phętonte exiuit viam ſuam, & tunc combuſſit illam partem cœli, quæ nunc apparet alba, ſed iſta opinio eſt fatua, & eam improbat Philoſophus, quia tunc Zodiacus, ſub quo mouetur Sol, eſſet iàm combuſtus. Secũda opinio fuit Anaxagoræ, & Democriti dicentium Galaxiã eſſe lumen quorundam aſtrorum aggregatorum. Hanc opinionem improbat Philoſophus, quia tunc Galaxia aliquãdo appareret propè aliquas ſtellas, & aliquando propè alias, ſed hoc eſt falſum. Tertia opinio fuit aliquorum dicẽtium, quòd lumen aſtrorum immiſcetur vapori humido verſus cælum ſtellatum. Hanc opinionem reprobat Philoſophus, quia tũc ſequeretur, quod Galaxia ſemper deberet apparerę in alio, & alio loco, cuius tamen oppoſitum videtur.

Galaxia quæ, & via quæ lactea dicatur; quid, & de ipſa tres opiniones.

Poëtarum opinio.

Anax. & Democ. opinio.

Aliquorũ opinio.

Finaliter determinat de Galaxia ſecundum propriam eius opinionem, dicens quod ab iſtis inferioribus per calorẽ Solis, & aliorum aſtrorum eleuãtur multæ exhalationes calidę, & ſiccæ vſque ad ſupremam regionem aëris, in quibus recipitur lumen aſtrorum, ideo apparet claritas magna, ſiue albedo, quæ vocatur Galaxia, & quod ſic generetũr probat, Philoſophus ratione, & ſigno. Ratione ſic, quia virtute vnius aſtri eleuatur materia, ex qua generatur cometa, ergo virtute multorum aſtrorum poteſt eleuari multa materia, ex qua poteſt generari Galaxia. Signo probat ſic, quia Galaxia non apparet inter tropicos, propter nimiam caliditatem, igitur.

Opinio Phi. de galaxia.

Digitized by Google

Ex Textu iſto, & indè.

De loco autem, & tempore ponere poſt hoc, primò autem circa terram dicamus, &c.

De impreſſionibus humidis ex vapore genitis.

ISTE eſt Tertius Tractatus, in quo Philoſophus vult determinare de impreſſionibus humidis, quæ generantur ex vapore, & continet duo Capitula. In primo determinat de generatione pluuiæ, dicens, quod materia eius eſt vapor calidus, & humidus, cauſa verò efficiens eſt Sol, & alia aſtra; & media regio aëris per ſuam frigiditatem. Sed finis eius eſt bonum vniuerſi.

Pluuia quō generatur.

Et generatur ſic; nàm per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum à corporibus humidis aqueis exiſtentibus hîc inferius eleuatur vapor vſque ad mediam regionem aëris, vbi propter loci frigiditatem condenſatur, & conuertitur in nubem, & nubes in pluuiam deſcendentem per guttulas propter ſalutem animantium, & ſi illæ guttulæ ſint paruæ, vocātur Pſecades, & ſi ſint mediæ, vocantur Labroceres, ſi magnæ vocantur pluuia.

Ros quō generatur.

Deindè determinat de rore: vndè ros ſic generatur, nàm per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum à corporibus humidis eleuatur vapor ſubtilis vſque ad infimam regionem aëris, qui propter frigiditatem noctis temperatam condenſatur, & conuertitur in aquam deſcendentem per guttulas, & adhæret herbis, & foliis arborum. Et differunt ros, & pluuia, quia ros generatur ex vapore magis calido, quàm pluuia, & ille vapor, ex quò fit pluuia, eleuatur magis, quàm ille, ex quo fit ros, ideo pluuia fit in media regione aëris, & ros in infima.

Pruina quō generatur.

Deindè determinat de generatione pruinæ, dicens, quod pruina ſic generatur, nàm de die p calorem ſolis eleuatur vapor ſubtilis habens debilem calorē vſque ad infimam regionem aëris, qui adueniente frigiditate noctis ingroſſatur, & congelatur, & deſcendens adhæret folijs herbarum, & arborum.

Ros, & Pruina quō conueniunt & differūt.

Et dicit, quod ros, & pruina conueniunt, & differunt. Primò conueniunt, quia generantur ex vapore ſubtili. Secundò, quia fiunt tempore ſereno. Tertiò, quia fiunt in infima regione aëris. Et differunt primò, quia vapor ex quo generatur pruina, conuertitur in aquam, & poſtea congelatur, ſed vapor, ex quò generatur ros conuertitur in aquam, & non congelatur. Secundò differunt, quia ros generatur tempore temperato, ſed pruina generatur in locis frigidis, & tempore frigido. Tertiò differunt, quia ros generatur flante vento auſtrali, pruina verò generatur flante vento boreali, vt in plurimum.

Nix quō generatur.

Deindè determinat de generatione niuis, vndè nix ſic generatur: nàm

per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum eleuatur vapor calidus, & humidus vſque ad mediam regionem aëris, vbi propter magnam frigiditatem aëris conuertitur in nubem, & nubes in niuem per groſſas partes deſcendentem, & motus congelationis talium partium conuertit niuem in aquam Vndè nix, & pruina conueniunt, quia vtrumque fit per cõgelationem, ſed differunt, quia generantur in diuerſis locis, & nix generatur ex vapore groſſiori, quam pruina. De accidentibus autem, & ſignis harum impreſſionum videbimus in quæſtione.

Ex Textu iſto, & indè.

Grando autem ibi quidem fit in propinquo autem terræ vapor ante hoc deficit, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de grandine, mouens primò duas quæſtiones. Prima vtrum grando debeat magis apparere in æſtate quam in hyeme? Secunda, vtrum ſurſum poſſit generari grando? Et arguit, quòd non, quia vel vapor congelaretur antequàm ex ipſo fieret aqua, vel poſt. Primum non videtur poſſibile, quia tunc non deſcenderet per partes rotundas, nec ſecundum videtur poſſibile, quia aqua propter ſui grauitatem debet deſcendere. Ad hanc quæſtionem reſpondebant antiqui, quod vapor antequam congeletur, conuertebatur in minutiſſimas partes, quæ propter paruitatem ſuam non pellebantur deorſum, ſed remanebant in aëre, & illæ paruę guttæ congelatæ congregabantur in vnum globum. Sed hanc opinionem reprobat Philoſophus, quia nunquam videmus congelata congregari. Deindè reſpondet ad primam quæſtionem ſecundum antiquos, dicebant enim, quod grando generatur ex groſſo vapore eleuato vſque ad mediam regionem aëris, qui ibi congelatur. Hanc opinionem reprobat tribus rationibus. Prima, Grandines non inueniuntur in altis montibus, ergo non generantur in media regione aëris. Secunda ratio, Quia quando generantur grandines apparent quandoque nubes nigræ, & ſpiſſæ propè terram, in quibus ſit magnus, & terribilis ſonus, ſed hoc non contingeret, ſi grando generaretur in media regione aëris, quia tunc non poſſent ibi audiri illi ſoni. Tertia ratio. Si grando generaretur, in media regione aëris, tunc per motum ſuum fieret rotundæ figuræ, ſed aliquando videmus grandinem eſſe figuræ angularis, ſiue latæ figuræ: ergo non generatur in me-

De grandinis natura, loco, ac tempore, & de ipſa duæ quæſtiones. Prima. Secunda.

Quarta. ſit reproduci. Ad hoc reſpondet Philoſophus, quod non, ſed *Reſponſio.* benè in ſpecie. *Quinta.* Quinta quæſtio. Vtrum eadem generabilia eodem modo reuertantur. Reſpondet Philoſophus, quod nõ, & dicit quòd aliqua eadē numero reuertuntur ſicut Sol, & cæteri planetę: qui mouentur ab Occidente in Oriens, & reuertuntur de vno in aliud idem numero: nam idem eſt Sol numero, qui oritur, & qui occidit, ſed de iſto reduci non eſt hîc principaliter ſermo, ſed de reduci illorum, quæ fiunt per generationem, & in illis non redeunt eadem numero, ſed ſolum in ſpecie.

DOCTOR PARISIENSIS, MAG. PETRVS TATARETVS,

De Libris Meteororum Ariſtotelis.

LIBER PRIMVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

DE primis quidem igitur cauſis naturæ, & de omni motu naturali, & adhuc autem de ſecundum ſuperiorem lationem per ornatu aſtru. &c.

Iſtius libri Meteororũ diuiſio in quatuor libros.

ISTE eſt Liber Meteororum Ariſtotelis in quo ipſe determinat, de impreſſionib. Meteoricis, & diuiditur in quatuor Libros. In primo, determinat de impreſſionib. ignitis, & diuiditur in quatuor Tract. Primus diuiditur in tria Cap. *Quid in his Meteorologicis libris agendum.* In primo determinat de cauſa materiali, & efficiente ipſarum impreſſionũ, & diuiditur in duas partes. In prima recapitulatea, q̃ dicta ſunt, dicēs, primò, quod dictũ eſt prius de principiis, & cauſis naturæ, ſeu entis naturalis, & de omni motu *Dictorum recapitulatio.* naturali, & de aſtris, & quatuor elementis, & generatione, & corruptione in cõmuni. Conſequenter oſtendit de quib. dicendum eſt in iſtis Libris: dicens, quòd hîc dicendum eſt dę *Μετεω-ριζ. ſublimitas.* hoc, quod antiqui vocabant Metereologiam, quod idem eſt, quòd ſermo ſciētificus de eleuatione, & dicit, quòd illa fiunt per naturam inordinatiorem, quàm ſit natura primi ele-

menti : id eſt, Cœli, id eſt : impreſſiones fiunt magis inordinatè, quàm ſit natura, ſecundum quam fiunt motus Cœli. Et dicit, quòd impreſſionum, quædam fiunt circa locum propinquũ aſtris, ſicut patebit de galaxia, & de cometis, & de alijs impreſſionibus ignitis motis, & apparentib. ſuperius. Quædã fiũt in medio aëris, vt nubes, & venti: Et quędam in aqua, ſicut ſalſedo maris. Quædam in terra, ſicut terręmotus. Et de oĩbus iſtis conſiderabuntur cauſæ. Determinabitur de circularibus paſſionibus, quæ fiunt per coagulationẽ, id eſt, inſpiſſationem, cuiuſmodi ſunt in halo, & iris. Determinabitur etiã de plantis, & de animalib. & in hoc cõprehendit librũ de anima, & paruos libros naturales.

Suppoſitiones quinq;

In ſecunda parte ponit quinq; ſuppoſitiones. *Prima.* Prima, præter quatuor elementa ponendũ eſt vnum corpus ſimplex, quod eſt cauſa efficiẽs oĩum impreſſionũ: ponẽda ſunt quatuor elementa, *Secunda.* q̃ ſunt cauſæ materiales iſtarũ impreſſionũ. Secunda ſuppoſitio, neceſſe eſt hunc mundũ inferiorem eſſe contiguũ *Tertia.* lationib. ſuperioribus, vt omnis virtus eius indè gubernetur. Tertia ſuppoſitio. Ignis, terra, aqua, & aër ſunt principia materialia omnium impreſſionum. *Quarta.* Quarta ſuppoſitio, in iſto libro determinandum eſt, de circulo lacteo. i. de galaxia, cometa, & alijs huiuſmodi impreſſionib. *Quinta.* Quinta ſuppoſitio. Omnia elementa ſunt adinuicem tranſmutabilia, & vnumquodque eſt in potentia ad aliquid, ſic quod materia, quæ nunc ſtat ſub forma vnius elementi, poteſt poſtea ſtare ſub forma alterius elementi.

Ex Textu iſto, & indè.

Primum quidem igitur dubitabit vtique quis circa vocatum, &c.

Elementorũ adinuicem quantitas quæ.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de quantitate elementorum adinuicem, & diuiditur in duas partes. In prima mouet *Dubitatio de aere.* vnam dubitationem de aëre, quærendo quanta ſit moles ipſius aëris. In ſecunda parte nititur ſoluere hanc dubitationem. *Anaxagoræ opinio.* Et primò ponit opinionem Anaxagoræ, dicens, quod *Obiectio.* vt prius dictum eſt, præter quatuor elemẽta oportet ponere quintum corpus ſimplex, purà Cœlum, quod eſt alterius naturæ ab ipſis, cùm ſit ingenerabile, & incorruptibile, vt patet *ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θέειν.* per antiquos appellantes ipſum æthera, quaſi æterno tempore currens. Et ſi quis quęrat, quare hìc narrat hanc opinionẽ *Solutio.* cum alias fuerit narrata? Reſpondetur, quod non oportet tãtum, ſemel, neque bis eaſdem opin. redire, ſed infinities.

Tres concluſiones. *Prima.*

In ſecunda parte ponit tres concluſiones. Prima Cœlum,

& terra non ſunt de natura ignis, quia tunc omnia iſta inferiora fuiſſent totaliter deſtructa, cùm corpora cæleſtia ſint valdè magna. Secunda concluſio, ſpacium intermedium inter cælum, & terram non eſt plenum ſolo aëre, quia tunc aër multum excederet quantitatem aliorum elementorum. Tertia concluſio, ſpacium intermedium inter cælum, & terram non eſt plenum duobus elementis tantùm, ſcilicèt igne, & aëre, quod probat duabus rationibus. Prima, terra non poteſt attingere aquam ſecundum omnes partes ſui, immò videmus, quod multæ partes aquæ ſunt extra terram, ergo ſpacium inter cælum, & terram, non eſt ſolum plenum aëre, & igne, ſed etiam aqua. Secunda ratio, qualis eſt proportio partis ad partem, talis eſt proportio totius ad totum, ſed partes aëris habent proportionem decuplam ad partes aquæ, quia ex vna parte aquæ ſunt decem aëris: ergo motus aër excedit aquam in eadem proportione, quod non faceret, ſi tantùm inter cælum, & terram eſſet ignis, & aër. Ex quo infert, quod elementa non ſolùm ſunt proportionata adinuicem in virtute, ſed etiam in magnitudine.

Secunda. *Tertia.* *Corrolarîū.*

Ex Textu iſto, & indè.

Reliquum autem perſcrutantes dicere, quomodo ordinata ſunt duo ad primi corporis poſitionem. &c.

De elemẽtarũ ordine adinuicem tres Quæſtiones. *Primæ.* *Secunda.* *Tertia.*

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus determinat de ordine elementorum adinuicem, mouendo tres quæſtiones. Prima qualiter ignis, & aër ſint ordinata reſpectu cæli. Secunda, quomodo à cælo, & ab aſtro puta à Sole tantùm inferius cauſatur caliditas, cùm cælum, & aſtrum nõ ſint formaliter calida? Tertia, quare nubes non generantur in ſuprema regione aëris, cum ſuprema regio aëris ſit frigidior? Ad primam quæſtionem dicit Philoſophus, quod ſunt duo elementa inter concauum orbis lunæ, & aquam, ſcilicèt aer, & ignis, & quia ignis eſt magis purus, ideò eſt ſupra aërem, & contiguatur cælo lunæ, igitur ignis in ſua ſphæra mouetur circulariter, aër etiam, quo ad partem ſuperiorem mouetur circulariter ad motum ipſius, cui contiguatur. Oſtendit vlterius quid eſt vapor, & quid exhalatio, dicens, quod vapor eſt corpus ſubtile humidum, & calidum, & eſt materia omnium impreſſionum humidarum, ſed exhalatio eſt corpus calidum, & ſiccum cùm ſiccitate terreſtri. Conſequenter ſoluit tertiam quæſtionem dans triplicem cauſam, quare in ſuprema regione aëris non generantur nubes. Prima, quia illa regio eſt, velut ignis ratione exceſſiuæ caliditatis, per quam prohibet vaporem condenſari, & conuerti in nubem. Secũda

Vapor, & exhalatio quid ſint. *Tres cauſæ quare in ſuprema regione aëris non generantur nubes.*

cauſa, quia aër ſupremæ regionis mouetur circulariter, ideò dato, quòd vapores ibi aſcenderent, propter velocitatem motus diſgregarentur ſic, quòd non poſſent condenſari, nec conſtituere nubem. Tertia cauſa, quia in ſuprema regione aëris non poſſunt fieri venti, ergo neque nubes; conſequentia patet per locum à maiori, quia venti ſunt exhalationes calidæ, & ſiccæ, quę natæ ſunt magis aſcendere, quàm vapor, qui eſt calidus, & humidus. Et antecedens probat ſigno, quia ſacrificantes in altis montibus, anno reuoluto, quando iterum ibant ad faciendum ſacrificium, inueniebant cineres anni præcedentis, quod non feciſſent; ſi illic flaſſet ventus. Ad ſecundam quæſtionem dicit Philoſophus, quòd non eſt inconueniens hęc inferiora calefieri à ſuperioribus non habentibus caliditatem, quia cælum ſuo motu trahit ſecũ quædam inferiora, ſcilicèt ignem ad ſuperiorem partem aëris per motum ſuum, & motus localis de ſua natura natus eſt calefacere, ideò Sol, & cælum calefaciunt iſta inferiora. Finaliter probat, quòd cælum, & aſtrum non ſunt calida, & hoc duobus ſignis. Primum, quia talia velociſſimè mouentur, & tamen non igniuntur, nec videmus ibi generari aliquas impreſſiones ignitas, ſicut in iſtis inferioribus, igitur. Secũdum ſignum, quia Sol apparet albus, & non rubeus, ergo ſignum eſt, quod non eſt formaliter calidus.

In ſuprema aëris regione, non generantur venti.

Superiora corpora calefaciunt hæc inferiora.

Cælum, & aſtrum non eſſe calida probatur duobus ſignis.

Ex Textu iſto, & indè.

His autem determinatis, dicamus propter quam cauſam flammæ accenſæ apparent circa cælum, &c.

Iste eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de impreſſionibus ignitis, dicens, quod materia remota impreſſionum ignitarum eſt Corpus terreſtre habens aliquid de corpore igneo pingui, & faciliter inflammabili, ſed materia propinqua eſt exhalatio calida, & ſicca: cauſa verò efficiens eſt calefaciens huiuſmodi corpora, cuiuſmodi ſunt Sol, & aſtra: finis autem talium impreſſionum eſt generatio ignis: finis autem remotus eſt ſalus animantiũ, & huiuſmodi impreſſiones ſic generantur. Nàm à calore Solis eleuatur exhalatio calida, & ſicca, quæ poſtea per calorem ignis inflammatur, & ſecundum diuerſitatem exhalationis in caliditate, & ſiccitate, raritate, & denſitate, grauitate, & leuitate diuerſificantur huiuſmodi impreſſiones ſecundum diuerſas figuras, non enim generantur omnes iſtæ impreſſiones in eodem loco: nàm quædam in infima regione aëris: quædam in media, & quædam in ſuprema. Omnis enim im-

De impreſſionibus ignitis.

preſſio ignita fit ex exhalatione calida, & ſicca: vel ergo illa exhalatio eſt multum calida, & per conſequens leuis, itá, qđ ſufficit aſcendere vſque ad ſupremam regionem aëris, & talis exhalatio, aut eſt æqualiter ſubtilis in omnibus ſuis partib⁹, aut inæqualiter. Si inæqualiter, aut magis habet de groſſo, q̄ de ſubtili, & tunc quando inflammatur, apparet per modum figuræ Piramidalis. Si verò tantùm habet de groſſo, quantū de ſubtili, tunc apparet per modum lanceæ ardentis. Si verò talis exhalatio ſit ęqualiter ſubtilis in omnibus ſuis partibus, aut eſt continua, aut diſcontinua: ſi diſcontinua, apparet per modum ſtipularum ardentium: ſi verò ſit continua, & parua, & ſit accenſa in vna parte, & non in alia, tunc apparet per modum candelæ ardentis, & huiuſmodi impreſſiones generantur in ſuprema parte aëris. Sed ſi talis exhalatio ſit mediocriter calida, ſic, quod nō moueatur, niſi ad mediā regionē aëris, aut ergo eſt continua, vel non continua: ſi ſecundum, tunc apparebit ꝑ modum ſtipularum ardentium: ſi primum, vel materia eſt conglobata ſic, quod vnus globus primò inflammatur, poſtea alius, tunc vocantur capræ ſaltantes, quas vocat Ariſt. Eges. Contingit etiam, quod talis exhalatio condenſatur in nube frigida, & cùm inflammabitur per antiperiſthaſim frāget nubem, & tunc apparent ſcintillæ ardentes. Si talis nō ſit globata, vel eſt compacta, vel non: ſi ſecundum, tunc candelę apparent ardentes: ſi verò ſit compacta, & ſibi non accidat aliquid frigidum, & inflammetur, tunc ſolet vocari ignis fatuus. Si verò occurrat aliquod frigidum, aut ſit inferius, aut ſuperius: ſi ſecundum, & propter impedimentum talis exhalatio non poſſit aſcendere, ſed moueatur lateraliter, tunc vocatur ſydus volans, & quandoque contingit, quod tale frigidum concurrat ante inflammationem, & tunc talis exhalatio inflammatur inferius, & apparet per modum draconis exſufflantis ignem. Si verò tale frigidum obuiet inferius, tunc exhalatio aſcendit, & apparet ignis aſcendens, ſi verò exhalatio ſit debiliter calida, & moueatur in infima regione aëris, tunc ſi materia ſit ſimul continua, & ſimul accenſa, apparet per modum ſtipulæ ardentis. Si autem materia ſit ſubtilis, & leuis, itá quod poteſt moueri faciliter ad modum aëris, tunc apparent impreſſiones ignitæ, per modum candelarum. Vndè candelæ ardentes generantur ex fumo pingui, aliquando etiam ex ſudore equi, & huiuſmodi impreſſiones aliquando apparent minores, & aliquando maiores ſecundum magnitudinem exhalationis.

Digitized by Google

Ex Textu iſto, & indè.

Apparent autem aliquando nocte ſerenitate exiſtente conſiſtentia multa flamma in Cœlo, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum in quo Philoſophus determinat de hiatu, & voragine, quæ apparent per colorē, & illuminationem exhalationis, & de alia impreſſione, quæ vocatur, Sanguinei colores, & habent pro materia propinqua exhalationem calidam, & ſiccam, & cauſa efficiens eſt planeta, vel aſtrum lumine ſuo ſic mouens, & inflammans tales exhalationes. Et ſic generantur: nàm per calorem Solis, vel aſtri eleuatur exhalatio calida, & ſicca à terra, quæ propter frigiditatem inſpiſſatur, & ſecundum quod diuerſimodè lumen in aëre recipitur, apparent diuerſi colores. Vndè aliquãdo partes extremales apparent albæ, & media nigra, & cum nigrum minus immutet viſum, quàm album, vel ſanguineũ, immò illa pars nigra apparet magis diſtans, quam pars extremalis, ideò apparet quædam ruptura, ſiue feneſtra in cælo, quæ ſi ſit magna, vocatur Vorago, ſi parua, vocatur Hiatus. Ex quo patet, quod hiatus, & vorago differunt ſicut magnum, & paruum. Sanguinei autem colores cauſantur ex lumine tranſeunte exhalationem opacam: nàm album viſum per nigrum apparet rubeum, & quanto lumen magis dominatur ſupra exhalationem, tanto apparet illa exhalatio magis alba, quanto verò minus, minus apparet alba. Vndè quãdo lumen medio modo dominatur, tunc apparet rubedo: quando verò totaliter, tunc apparet albedo: qnando verò remiſſè, apparet nigredo. Vndè iſtæ impreſſiones fiunt in aëre, licèt propter diſtantiam videantur eſſe in cælo, & apparent magis de nocte, quàm de die, quia lumen Solis impedit, nè videatur minus lumen, & fiunt tempore ſereno, quia tempore obſcuro venti, & nubes impediunt viſionem iſtarum impreſſionum.

Hiatus vorago, & Sanguinei colores vndè, & quõ cauſantur.

Hyatus, & Vorago quõ differunt.

Ex Textu iſto, & indè.

De Cometis autem, & vocato lacte dicamus dubitantes ad dicta alijs, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulũ, in quo Philoſophus determinat de Cometis, & diuiditur in duas partes. In prima determinat de Cometis ſecundum opinionem antiquorũ, & narrat tres opiniones. Prima fuit Anaxagoræ, & Democriti dicentiũ cometam eſſe apparitionem plurium ſtellarum errantium.

Cometa quid, quotuplex, quõ mouetur, & qua portẽta idicat.

Antiquorum tres opiniones. Dicebant enim, quod cùm ſtellæ errantes appropinquabant adinuicem, apparebant facere cometam. Alia fuit opinio Pythagoricorum, dicentium cometam eſſe vnam de ſtellis errantibus, quæ multo tempore radiat ſub radijs Solis, apparet per modum cometæ. Alia fuit opinio Hypocratis dicẽtis, quod cometa quantùm ad corpus erat ſtella erratica, & de natura cęli, ſed quantum ad caudam erat de natura elementorum. *Dua rationes opinionem Hypocratis reprobantes.* Iſtam opinionem reprobat duabus rationibus. *Prima.* Prima, quia tunc aliquando appareret ſine cauda, quod eſt contra experientiam. *Secunda.* Secunda ratio, quia tunc eſſent plures planetæ, quàm ſeptem, quod falſum eſt. Secundam opinionem reprobat duabus rationibus. Prima, quia omnes ſtellæ erraticæ videntur ſub Zodiaco, ſed multæ cometæ apparent extra illum circulum, igitur. Secunda ratio, quia ſi ſic eſſet, tunc non poſſent apparere plures cometæ, quod eſt falſum, quia aliqñ viſi ſunt plures cometæ. *Tres rationes opinionẽ Anax. & Democriti reprobantes.* Primam opinionem improbat tribus rationibus. *Prima.* Prima, quia tunc ſequeretur, quod diſſoluto cometa, plures deberent apparere planetæ, quod eſt falſum. *Secunda.* Secunda ratio, quia planetæ aliquando coniunguntur alijs ſtellis, & tamen propter illam coniunctionem non apparet cometa, igitur. *Tertia.* Tertia ratio, quælibet ſtella per ſe videtur indiuiſibilis, ergo plures ſtellæ coniunctę non poſſunt facere tantam apparentiam.

Phs. opinio de cometa. In ſecunda parte determinat de cometa ſecundum opinionem propriam dicens, quod cometa ſic generatur: nam per calorem Solis, & aliorum aſtrorum à corporibus terreſtrib. exiſtentibus hîc inferius, & viſcoſis eleuatur exhalatio terreſtris calida, & ſicca vſque ad ſupremam regionem aëris, & ibi propter vicinitatem ignis inflammatur, & ſecũdum diuerſam diſpoſitionem materię diuerſimodè apparet. Vndè quando illa materia extenditur in longum, vocatur ſtella caudata, quando enim in medio eſt groſſior, & in extremis ſubtilior, tunc in medio apparet lumen, & in extremis magis clarum, & tunc vocatur ſtella comata, & quando inferius habet partes continuas, & ſubtiles, tunc vocatur ſtella barbata. *Cometa motus.* Conſequenter determinat de motu cometæ dicens, quod quando cometa inſequitur vnam ſtellam, vel planetam Cæli, tunc mouetur ad motum ipſius: ſed quando per ſe mouetur, tunc non mouetur ità velociter, immò retardat multum, ità quod ſi hodiè ſit cum vna ſtella cæli, craſtina die tardius ibit ad occaſum. *Quid cometa ſignificet.* Deindè determinat de ſignis cometæ, ſeu quid ſignificat cometa, dicens, quod eſt ſignum magnæ caliditatis, & multorum ventorum. Secundò eſt ſignum traditionum, mortali-

mortalitatum, bellorũ, & magnæ peſtis, quia tempore generationis cometæ viget caliditas ignea, ità quod calor multũ augetur in hominibus, & etiam colera, & tunc incitantur homines ad iurgia, & bella. Tertiò, eſt ſignum mortalitatis principum, quia principes ſunt ſubtilioris complexionis propter nutrimentum ſubtilius, & magis delicatum, ideò facilius inflammantur, & iraſcuntur. Quartò, eſt ſignum magnorũ ventorum: nàm expertum eſt ſępe, quòd quando fuerunt multi cometę, tunc fuerunt anni multũ ſicci. & multum ventoſi. Vndè dicit, quod quodam tempore fuit ventus ità impetuoſus, quòd lapis eleuatus eſt à vento, & deportatus per magnum iter, & immediatè apparuit magnus cometa.

Ex Textu iſto, & indè

Circulus autem lacteus, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de Galaxia, ſeu de via lactea. Et primò narrat tres opiniones antiquorum. Prima fuit aliquorum dicentiũ, quòd Sol ſemel ductus à Phętonte exiuit viam ſuam, & tunc combuſſit illam partem cœli, quæ nunc apparet alba, ſed iſta opinio eſt fatua, & eam improbat Philoſophus, quia tunc Zodiacus, ſub quo mouetur Sol, eſſet iàm combuſtus. Secũda opinio fuit Anaxagoræ, & Democriti dicentium Galaxiã eſſe lumen quorundam aſtrorum aggregatorum. Hanc opinionem improbat Philoſophus, quia tunc Galaxia aliquãdo appareret propè aliquas ſtellas, & aliquando propè alias, ſed hoc eſt falſum. Tertia opinio fuit aliquorum dicẽtium, quòd lumen aſtrorum immiſcetur vapori humido verſus cælum ſtellatum. Hanc opinionem reprobat Philoſophus, quia tũc ſequeretur, quod Galaxia ſemper deberet apparere in alio, & alio loco, cuius tamen oppoſitum videtur.

Galaxia quæ, & via quæ lactea dicatur, quid, & de ipſa tres opiniones. Poëtarum opinio. Anax. & Democ. opinio. Aliquorũ opinio.

Finaliter determinat de Galaxia ſecundum propriam eius opinionem, dicens quod ab iſtis inferioribus per calorẽ Solis, & aliorum aſtrorum eleuãtur multæ exhalationes calidę, & ſiccæ vſque ad ſupremam regionem aëris, in quibus recipitur lumen aſtrorum, ideo apparet claritas magna, ſiue albedo, quæ vocatur Galaxia, & quod ſic generetur probat, Philoſophus ratione, & ſigno. Ratione ſic, quia virtute vnius aſtri eleuatur materia, ex qua generatur cometa, ergo virtute multorum aſtrorum poteſt eleuari multa materia, ex qua poteſt generari Galaxia. Signo probat ſic, quia Galaxia non apparet inter tropicos, propter nimiam caliditatem, igitur.

Opinio Phi. de galaxia.

Digitized by Google

per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum eleuatur vapor calidus, & humidus vſque ad mediam regionem aëris, vbi propter magnam frigiditatem aëris conuertitur in nubem, & nubes in niuem per groſſas partes deſcendentem, & motus congelationis talium partium conuertit niuem in aquam Vndè nix, & pruina conueniunt, quia vtrumque fit per cōgelationem, ſed differunt, quia generantur in diuerſis locis, & nix generatur ex vapore groſſiori, quam pruina. De accidentibus autem, & ſignis harum impreſſionum videbimus in quæſtione.

Ex Textu iſto, & indè.

Grando autem ibi quidem fit in propinquo autem terra vapor ante hoc deficit, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de grandine, mouens primò duas quæſtiones. Prima vtrum grando debeat magis apparere in æſtate quam in hyeme? Secunda, vtrum ſurſum poſſit generari grando? Et arguit, quòd non, quia vel vapor congelatur antequàm ex ipſo fieret aqua, vel poſt. Primum non videtur poſſibile, quia tunc non deſcenderet per partes rotundas, nec ſecundum videtur poſſibile, quia aqua propter ſui grauitatem debet deſcendere. Ad hanc quæſtionem reſpondebant antiqui, quod vapor antequam congeletur, conuertebatur in minutiſſimas partes, quæ propter paruitatem ſuam non pellebantur deorſum, ſed remanebant in aëre, & illæ paruę guttæ congelatæ congregabantur in vnum globum. Sed hanc opinionem reprobat Philoſophus, quia nunquam videmus congelata congregari. Deindè reſpondet ad primam quæſtionem ſecundum antiquos, dicebant enim, quod grando generatur ex groſſo vapore eleuato vſque ad mediam regionem aëris, qui ibi congelatur. Hanc opinionem reprobat tribus rationibus. Prima, Grandines non inueniuntur in altis montibus, ergo non generantur in media regione aëris. Secunda ratio, Quia quando generantur grandines apparent quandoque nubes nigræ, & ſpiſſæ propè terram, in quibus ſit magnus, & terribilis ſonus, ſed hoc non contingeret, ſi grando generaretur in media regione aëris, quia tunc non poſſent ibi audiri illi ſoni. Tertia ratio. Si grando generaretur, in media regione aëris, tunc per motum ſuum fieret rotundæ figuræ, ſed aliquando videmus grandinem eſſe figuræ angularis, ſiue latæ figuræ: ergo non generatur in me-

De grandinis natura, loco, ac tempore, & de ipſa dua quæſtiones.

Prima.

Secunda.

Digitized by Google

dia regione aëris. Ad videndum ergo, quomodo generatur, ſupponit Philoſophus, quòd in æſtate media regio aëris eſt frigidior, quàm in hyeme, quia in ęſtate ſuprema regio eſt multum calida, & ſimiliter infima: ergo media regio aëris ex quo circundatur maiori caliditate, erit multum frigidior, quàm in alio tempore. Et ſignum huius aſſignat, quia in æſtate fontes, & putei ſunt frigidiores, quam in hyeme, quia in hyeme calor eſt ad interiora terræ, in æſtate autem frigiditas. Indè eſt, quod pluuia deſcendit in diebus calidis per groſſiores guttas, quàm in frigidis: indè eſt etiam, quòd in Arabia fiunt multæ pluuiæ, & vehementes in æſtate, & non in hyeme. Dicit conſequenter, quòd grando ſic generatur: nam per calorem ſolis à corporibus humidis eleuatur vapor calidus, & humidus vſque ad mediam regionem aëris, & propter frigiditatem loci conuertitur in nubem, & nubes in aquam deſcendentem per guttulas, quæ guttulæ per antiperiſthaſim infrigidantur propter caliditatem infimæ regionis aëris, & congelantur, & quanto congelatio illa fit magis propè terram, tanto magis ſubito fit, & grandines fiunt maiores. Ideò reſpondet ad quęſtionem, quòd grandines magis fiunt in Vere, & Autumno, quàm in æſtate, & hyeme quia in Vere, & Autumno eſt maior abundantia vaporis, quā in æſtate, & adhuc magis fiunt in ęſtate, quàm in hyeme, eo quòd non eſt ſufficiens calor ad eleuandum vaporem ſurſum nec eſt tanta frigiditas in media regione aëris per antiperiſthaſim, ſicut in æſtate, de accidentibus verò eius videbitur in quæſtione.

Grādo quō generatur.

Ex Textu iſto, & indè.

De Fontibus autem diximus prius, quod oporteret intelligere, non tanquam ex vaſe, &c.

ISTE eſt Quartus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de impreſſionibus genitis ſub terra, & cōtinet duo Capitula. In primò determinat de fontibus, & fluuijs. In ſecundo de duratione eorum. Et primò narrat opinionem antiquorum, quæ talis eſt. Quidam enim antiquorum dicebant, quod aquæ fontales, & fluuiales erant aquæ pluuiales receptæ in foraminibus terrę, & hoc confirmabant duobus ſignis, Primum, quia aquæ fontales, & pluuiales ſunt maiores in hyeme, quam in æſtate, quia tunc magis pluit, igitur Secundum ſignum eſt, quia quidam fluuij ſunt perpetui, & etiam quidam fontes, eò quòd eorum receptacula

Fontium, & fluuiorum origo, & de ipſis antiquorū opiniones.

ſufficiunt ad recipiendum aquam pluuialem pro tota æſtate vſque ad aliam hyemem ſequentem. Aliæ ſunt aquæ fontales, & fluuiales non perpetuæ, eo quod non habent receptacula ſufficientia ad recipiendum aquam pro tota æſtate vſque ad hyemẽ ſequentem. Sed contra hanc opinionem arguit Philoſophus, quia multitudo aquarum fontalium, ſiue fluuialiũ decurrentium per totum annum eſt maior tota terra: ergo nõ poteſt eſſe ſufficiens receptaculum ad recipiendum huiuſmodi aquas, ideo dicit, quòd fontes, & fluuij ſic generantur: nàm in viſceribus, & concauitatibus terrę includitur aër, qui propter frigiditatem terræ inſpiſſatur, & conuertitur in guttulas deſcendentes per poros terræ ad vnum locũ, in quo conueniunt, à quo fons, & fluuius habent ortum. Iſtud declarat duobus ſignis. Primum, nàm foſſores terræ non reperiunt aquam in vno loco congregatam, ſed eam vident guttatim per diuerſos poros terræ deſcendere, ac ſi terra ſudaret. Secundum ſignum eſt, quia à maximis montibus maximi oriuntur fluuij, eò quod in illis montibus magnæ ſunt concauitates, in quibus eſt magna frigiditas ſufficiens ad ingroſſandum aërem exiſtẽtem in illis montibus. Etiam propè montes inueniuntur fontes, in locis autem planis tarò inueniuntur. Et quod in terra ſint concauitates, patet: nàm per calorem ſolis, & aliorum aſtrorum eleuatur multum de humido à terra, & multi vapores in terris exiſtentes. Dicit etiam quod ſub vno monte eſt vnum ſtagnum, cuius nullus vnquam potuit terminos inuenire, & ingrediuntur multi fluuij: ergo ſignum eſt quod in montibus ſunt concauitates, & & etiam in terra.

Reprobat Philoſophus prædictam opinionem.

Ex Textu iſto, & indè.

Non autem ſemper eadem loca terræ neque aquoſa ſunt, neque arida, &c.

Istvd eſt Secundum Capitulum, & Vltimum, in quo Philoſophus determinat de duratione fontium, & oſtendit, quod aliquando eadem loca terræ ſunt arida, & humida, ſicca, & aquoſa, quia ſicut eſt in plantis, & animalibus quantum ad ſtatum, ſenectutem, & iuuentutem, ità videtur eſſe in terra, ſed ſic eſt, quod videmus aliquas plantas, & animalia aliquando habere humiditatem, aliquando ſiccitatem ſicut in ſenectute, ergo etiam ità eſt in terra, quod ipſa aliquando eſt arida, & aliquando humida. Cęlum etiam in aliquo tempore adducit aliquos planetas, qui habent virtutem deſiccã-

De fontiũ duratione.

Digitized by Google

di, & aliquos, qui habent virtutem humectandi eam, non enim ſemper viget eadem influentia ſuper eandem regionẽ terræ, ſed in diuerſis partibus terræ vigent diuerſæ influentiæ, & aliquando ſupra eandem ſucceſſiuè vigent diuerſæ. Et ſubdit, quod differentia eſt inter augmentationem, & de- *Obiectio.* fectum animalium, & plantarum, & ipſius terræ, quia animal, & plantæ ſecundum quamlibet ſui partem augmentantur, vel diminuuntur, ſed non ſic eſt de terra, immò vna pars poſt aliam ſiccatur, vel humectatur. Et ſi dicatur, quod *Reſponſio.* nulla eſt memoria, quòd vbi nunc habitamus, fuerit mare, ergo pars terræ, quæ nunc eſt ſicca, & aquis diſcooperta, nunquam fuit cooperta aquis? Reſpondet, quòd talis tranſmutatio, fit per longam ſucceſſionem temporis, ideò talis tranſmutatio latet homines: dixerunt tamen aliqui, quod tales tranſlationes terræ, non poſſent fieri, niſi per nouam generationem totius vniuerſi, vel mundi, hoc reprobat Philoſophus dicens, quòd magnitudo totius terræ nihil eſt in ordine ad totum cęlum. Vndè in qualibet hyeme viget influentia humectatiua, faciens augere fluuios per aliqua tempora, & in alia parte viget influentia deſiccatiua, ſufficiens diminuere aquas. Et quod terra ſit aliquando arida, ſecundum aliquam ſui partem, & poſtea humida, ſiue cooperta aquis, probat duabus experientiis. Prima, quia terra Ægypti fuit cooperta aquis, & inhabitabilis, & poſtmodum, facta eſt ſicca, & habitabilis. Secunda experientia de duabus regionibus, quarum vna erat temperatè humida, & multùm vtilis pro habitantibus, & alia erat multum aquoſa, & inutilis pro habitantibus, ſed per ſucceſſionem temporis optimum euenit. Ex quo patet, *Quare aquæ fluunt, & refluũt.* quod aquæ fluunt, & refluunt, & hoc propter diuerſas influentias corporum cœleſtium, & propter diuerſas concauitates exiſtentes in terra, in quibus aër ingroſſatur, & continuò in aquam conuertitur, & continuò generatur aër ad fugiendum vacuum, ideò hoc modo continuè generantur aquę.

Digitized by Google

METHEORORVM ARISTOTELIS.

LIBER SECVNDVS.

Ex Textu iſto , & indè.

DE mari autem , quæ natura ipſius , & propter quam cauſam eſt ſalſa, & tanta aquæ multitudo, adhuc autem de ea, quæ à principio, &c.

De mari ventis, motu terræ, tonitruo. corruſcationibus, fulminibus & typhonibus.

ISTE eſt Secundus Liber Meteororum , in quo Philoſoph⁹ determinat de mari, de vẽtis, de motu terræ, de tonitruo, corruſcationibus, fluminibus, & thyphonibus. Et diuiditur in tres Tractatus. In primo determinat de mari, & cõtinet duo capirula. In primo narrat opiniones antiquorũ de mari. Dixerũt enim aliqui, quòd mare fiebat hoc modo, quia mare habet multos fontes in terra, qui ſunt principia ei⁹, ità quod terra per ſuos fontes eſt principiũ maris.

Antiquorũ opiniones de mari.

Alia fuir opinio dicentium, quòd terra fuit olim coopertaaquis, & poſtea per calorem ſolis , & aliorum corporũ calefactiuorum paulatim deſiccata eſt, & tandem tota deſiccabitur, & illud ,quod remanſit humefactum , dicitur mare Alij dixerunt, quod terra fuit ſemel ita calefacta à ſole , & ab alijs aſtris, quod tantum ſudauit, quod mare ex illo ſudore ortum ſuum habnit. Primam opinionem reprobat premittens diuiſionem aquarum, quarum prima eſt. Aquarũ quædam ſunt fluxibilies, vt fontes, & fluuij. Aliæ ſunt ſtationariæ. Fluxibilium , quædam ſunr fiuxibiles ſponte, nec ſine arte. Aliæ ſunt fluxibiles artificioſè. Hoc ſuppoſito probat, quòd mare non habet fontes in terra tanquã principia eius quia fontes fluunt extra locum eorum, ſed mare non mouetur extra ſuum locum, igitur.

Obiectio.

Et ſi quis dicat, mare fluit, & refluit?

Reſponſio.

Reſpondet, quòd hoc eſt à cauſa extrinſeca , putà à Luna, & alijs corporibus cœleſtibus, habẽtibus dominiũ ſuper humida.

Antiquorũ opinio de natura ipſius maris.

Deindè determinat de natura ipſius matis, narrãdo opinionẽ antiquorũ, quidã. n. dixerũt mare eſſe principium omniũ aquarũ. Dicũt vlterius, quod fluuij non ſolũ fluũt ad mare, tanquã ad rerminũ, ſed fluũt ab ipſo tãquã à principio.

Alia opinio.

Iſtius opinionis reprobatio per quinque rationes.

Sed cõtra hoc arguit Philoſophus, quia principiũ debet eſſe prius, & ſimplicius principiato, ergo cùm mare ſit turbidum, & ſalſum, non eſt prius , & ſimplicius alijs aquis, & per cõſequens non eſt, principium aliarum aquarum. Alia opinio fuit, quod Sol nutritur hũido aqueo eleuato ab iſtis inferioribus. Hanc opinionem reprobat quinque rationibus. Prima,

Prima. Si ſol nutriretur humido aqueo ſequeretur, quod non eſſet vnus, & idem ſol in diuerſis diebus, ſed fieret quotidiè alius, & alius. *Secunda.* Secunda ratio. Ignis eleuans aliquod humidum ab aqua calefacta, non nutritur illo humido, ergo nec ſol nutritur humido eleuato per ipſum. *Tertia.* Tertia ratio. Si ſol nutriretur tali humido, eadem ratione alia aſtra deberent nutriri humido, ſed hoc eſt falſum, igitur. *Quarta.* Quarta ratio. Si ſic, ſequeretur, quod ſol, & cœlum augmentarentur, & per conſequens mouerentur velocius. *Quinta.* Quinta ratio. Vapores eleuati non pertingunt vſque ad ſolem, ſed iterum deſcendunt deorſum, igitur. Tertia opinio fuit Platonis dicentis, quod circa medium mundi eſt magna multitudo aquæ, quæ Tartarus vocatur, à quo ipſum mare venit. Sed contra hoc arguit Philoſophus, quia ſi ſic, ſequeretur, quod ſemper deberet eſſe eadem quantitas aquarum, quod eſt falſum, igitur. *Opinio Philoſophi de loco maris.* Iſtis opinionibus poſitis dicit Philoſophus quod locus, in quo eſt mare, eſt locus naturalis aquæ, & eſt locus maris ſecũdum accidens Primum probat, quia aqua naturaliter locatur circa terram cum ibi vigeat virtus generatiua, & conſeruatiua aquę, ergo ibi eſt locus naturalis aquæ. Secundum patet, quia in mari ſunt quædam terreſtreitates, quæ magis debent locari in terra, quàm extra terram, & per conſequens locus, in quo eſt mare eſt locus maris ſecundum accidens, ſiuè ſecundum partem. *Omnes fluuij naturaliter fluunt ad mare.* Et ex iſtis infert Philoſophus, quod omnes fluuij naturaliter fluunt ad mare, quia locus maris eſt locus naturalis aquæ, etiam illę locus eſt multum baſſus, igitur alij fluuij ad ipſum fluunt. Et ſiquis dicat, ergo mare notabiliter deberet augeri per ingreſſum aliorũ fluuiorum? *Obiectio.* *Reſponſio.* Reſpondet Philoſophus, quod verum eſt, ſi nihil à ſole iterum eleuaretur. Sol enim per ſuam caliditatem eleuat aquas ſubtiles maris, & dimittit groſſas, & terreſtreitates, & ex illis ſubtilioribus fiunt nubes.

Ex Textu iſto, & indè

De ſalſedine autem ipſius dicendum, & vtrum ſemper eſt idem, &c.

Mare quãdiu durabile, & vndè ſalſum.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de perpetuitate, & ſalſedine maris. Et diuiditur in duas partes. In prima determinat, de perpetuitate ipſius maris, dicens, quod mare eſt perpetuum. Quod probat, quia nulli dixerunt mare eſſe genitum, niſi illi, qui poſuerunt mundum eſſe genitum, ſed mundus non eſt genitus, imò perpetuus, igitur. Deindè determinat de perpetuitate maris

Digitized by Google

ſecũdum opinionem antiquorum, dicens, quod opinio Democriti fuit, quod mare non eſſet perpetuum, ſed quod continuè fieret minus, & quod tandem totum conſumetur. Hanc opinionem reputat Philoſophus fabuloſam, dicens, quod eſt ſimilis opinioni, quæ dicit, quod in terra à principio creationis mundi eſſet quædam vorago, quæ bis abſorbuiſſet mare, & in prima abſorbuitione fecerat montes, & in ſecũda, inſulas. Iſtas opiniones reputat omninò fabuloſas. *Antiquorũ opiniones de maris perpetuitate.*

In ſecunda parte, determinat de ſalſedine ipſius maris, & diuiditur in duas partes. In prima narrat opiniones antiquorum. Quarum prima fuit illorum, qui dixerunt mundum eſſe factum, & etiam mare, dixerunt terram in principio creationis mundi fuiſſe totam coopertam aquis, & poſtea per calorem ſolis magnam partem aquæ eſſe euaporatam, & illud, quod relictum eſt, dixerunt eſſe mare, & quia hoc eſt groſſum, & terreſtre, ideò dixerunt ipſum eſſe ſalſum. Hanc opinionem reprobat, dicens, quia tunc ſequeretur, quod mare nunc eſſet paruum, vel quod illa, quæ eleuantur, iterum reuerterentur in mari. Secunda opinio fuit illorum, qui dixerunt mare eſſe ſalſum propter terram commixtam ipſi mari. Hanc reprobat tribus rationibus. Prima ratio, quia tunc ſequeretur, quod fontes, & fluuij eſſent ſalſi, cum terra ità benè deferatur ad ipſos, ſicut ad mare. Secunda ratio, quia videtur eſſe inconueniens, quòd tanta multitudo aquæ ſit ſalſa propter talem paruam commixtionem terræ. Tertia ratio, quia iſti dixerunt fontes, & fluuios eſſe eiuſdem naturæ cum aqua maris, ſed aqua fluuij, & fontis non eſt ſalſa, igitur. Tertia opinio eſt eorum, qui dixerunt, quòd mare eſt ſudor terræ, quia ſudor eſt ſalſus, ideò mare eſt ſalſum. Hanc reprobat tribus rationibus. Prima, quia iſti non aſſignauerunt cauſam, propter quam ſudor debeat eſſe ſalſus. Secunda ratio. Sudor eſt ſuperfluitas illius, cuius eſt, ſed mare non eſt ſuperfluitas terræ, cum eſſet minus terra, igitur. Tertia ratio. Si terra quandoque ſudaſſet propter calorem ſolis, eadem ratione nunc ſudaret, ſed hoc non apparet, igitur. Deindè determinat de ſalſedine maris ſecundũ propriam opinionem, ponens tres ſuppoſitiones. Prima. Duplices ſunt fumi, quidam ſunt humidi, & calidi, qui vocantur vapores. Alij ſunt ſicci, qui vocantur exhalationes. Secunda ſuppoſitio. Licèt mare maneat vnum & idem ſecundum ſpeciem, mutatur tamen ſecundum partes. Tertia ſuppoſitio. Sic cum terreſtre paſſum calido mixtũ cum humido aqueo cauſat ſalſedinem, eo quod ſiccum terreſtre non eſt totaliter *Quare mare ſalſum. Antiquorũ opiniones. Philoſophi opinio de ſalſedine maris.*

Digitized by Google

digeſtum,ſed combuſtum, & quando dominatur tale combuſtum ſuper humidum, tunc cauſatur ſalſedo. Tunc ponit talem concluſionem. Exhalationes terreſtres aduſtæ deſcendentes ad mare, permixtæ cùm humido aqueo,cauſant ſalſedinem maris. Et probat ſeptem ſignis. Primum, quia aquæ auſtrales ſunt magis ſalſæ,quam boreales, & hoc niſi, quia flante vento auſtrali eleuantur plures exhalationes calidæ, & ſiccæ terreſtres, quæ admiſcentur aquis. Secundum ſignum, quia aqua maris eſt calidior alijs aquis, & hoc propter commixtionem exhalationis calidæ, & ſiccæ. Tertium ſignum eſt, ſi aliquis poſuerit in mari vas ſubtile vndique clauſum,tunc aqua ingrediens per poros erit dulcis, & hoc propter ſecluſionem groſſi terreſtris. Quartum ſignum eſt, quia aqua maris eſt groſſior, & grauior alijs aquis,ideò maius pondus portat. Quintum ſignum eſt,quia eſt quoddam ſtagnum in Paleſtina ità ſalſum, quòd nullus piſcis ibi naſcitur,& eſt ità groſſum,quod ſi equus proijceretur in ipſum, non ſubmergeretur. Sextum ſignum eſt,quia veſtimenta lota in mari ratione terreſtreitatum efficiuntur ſordida. Septimum ſignum eſt,nàm in Arabia eſt quidam lacus vbi naſcuntur calami,quibus combuſtis,homines accipiũt cineres, & commiſcent aquæ,& totum ſimul decoquunt, ità, quòd vna parte aquæ euaporata, reſiduum efficitur ſalſum. Et ſi quis quæreret, an aliqui fontes, & fluuij poſſint eſſe ſalſi? Reſpondetur, quod ſic, quia per virtutem ſolis,& aliorum aſtrorum poſſunt eleuari à terra multæ exhalationes terreſtres, quæ poſſunt commiſceri cum talibus aquis.

Exhalationes terreſtres aduſtæ deſcẽdẽtes ad mare cauſare ſalſedinem probatur ſeptem ſignis. Primum. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Septimum. Lacus Aſpalcites cuius memínere Ioſephus, & Seneca. Obiectio. Solutio.

Ex Textu iſto, & indè.

De ſpiritibus autem dicemus ſumentes principium, dictum nobis iam prius, &c.

ISTE eſt Secundus Tractatus huius Libri, in quo Philoſophus determinat de ventis,& diuiditur in tria capitula. Primum diuiditur in tres partes. In prima parte præmittit duas ſuppoſitiones. Prima. Duplex eſt exhalatio,ſcilicèt calida,& humida, quæ dicitur vapor:alia calida, & ſicca,quæ dicitur fumus. Secunda eſt,quod per motum Solis,& approximatione eius ad Zenit capitis noſtri tales exhalationes eleuantur. Iſtis ſuppoſitis infert, quod ſit principium ventorum dicens, quod ſicut exhalatio humida, & calida eſt principium omnium aquarum, ità exhalatio calida, & ſicca eſt principium ventorum,& hoc probat triplici ſigno. Primũ, quia propter ſuperabundantiam multorum vento-

Ventorum origo, & cauſa. Exhalatio duplex. Exhalationem calidã & ſiccam eſſe cauſam ventorum probatur tribus ſignis

rum regiones aeris efficiuntur calidæ, & ſiccæ, & huius non videtur eſſe alia cauſa, niſi quod ventus generatur ex exhalatione calida, & ſicca. Secundum ſignum eſt, quia venti faciunt ceſſare pluuias. Tertium ſignum eſt, quia veniunt plures venti à polis mundi, Septentrione, Meridie, & Occidente, quam ab Oriente, & hoc eſt, quia ibi eſt maior multitudo exhalationis. Dixerunt tamen aliqui antiqui, quod ventus nihil aliud eſt, quam aer motus, & quòd aer; & ventus non differebant niſi per hoc, quod eſt moueri, & quieſcere. Sed contra iſtos dicit Philoſophus, quod multi populares melius dixerunt ſine inquiſitione, quam iſti cum inquiſitione. Vndè ventus ſic generatur: nàm per calorem Solis, & aliorum aſtrorum eleuatur exhalatio calida, & ſicca non citò inflammabilis à corporibus humidis vſque ad mediam regionem aeris, quæ propter frigiditatem mediæ regionis aeris repercutitur inferius, & propter leuitatem eius nititur aſcendere ſurſum, & mouetur lateraliter. Et ex hoc poteſt videri, qualiter cauſatur motus ventorum: nàm frigiditas mediæ regionis aeris, quæ repellit exhalationem calidam, & ſiccam motam ſurſum, eſt cauſa motus ventorum. Præterea oſtendit quomodo ſucceſſiuè generatur ventus dicens, quod ſicut fluuius in principio eſt paruus, & recedendo à ſua origine fit maior per ingreſſum aliorum fluuiorum in ipſum, ità vẽtus propè locum, à quo eleuatur, fit paruus, & recedendo, fit maior, propter quod continuè inuenit nouas exhalationes, quæ ſimul congregatæ vnà cum aere faciunt ipſas maiores.

Primum. *Secundum.* *Tertium.*

Ventus quomodo generatur.

Ex Textu iſto, & indè.

Sol autem, & ceſſare facit & commouet ſpiritus, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de cauſa motionis, & ceſſationis venti, dicens, quod pluuia aliquando commouet ventos, & aliquando facit ceſſare. Nàm aliquando terra eſt nimis ſicca, ità quod ab ea nulla exhalatio eleuari poteſt, & adueniente pluuia diſponitur ad hoc, vt ex ea poſſit eleuari exhalatio, quæ poteſt fieri ventus, & ſic pluuia eſt cauſa commotionis ventorum. Sed ſi terra ſit benè diſpoſita, vt ex ea poſſint eleuari exhalationes calidæ, & ſiccæ, tunc adueniente magna pluuia multum frigida, & humida conſumitur materia ventorum, & ſic pluuiæ faciunt ceſſare ventos. Similiter ſol facit ceſſare ventos dupliciter. Primò, quando propter intenſam eius caliditatem conſumuntur exhalationes. Secundò, quando calor Solis eſt ità vehemens, quod tantum

Cauſa motionis, & ceſſationis ventorum

Sol, eſt cauſa quietis ventorum dupliciter.

Digitized by Google

deſiccat terram, quod ab ea non poſſunt eleuari exhalationes. Ceſſant etiam venti aliquando propter nimiam frigiditatem, per quam conſumitur exhalatio, calida, & ſicca, vt quando fit magnum gelu. Sol etiam eſt cauſa commotionis ventorum, eo quod mediante calore eſt ſufficiens ad eleuandum, à terra exhalationem calidam, & ſiccam. Ex quo infert Philoſophus, quod ventus autumnalis,& borealis flant, quando Sol incipit recedere à nobis, & flant, in die,& ceſſant de nocte, quia quando Sol eſt in Cancro,tunc exhalatio, quæ eſt materia venti propter caliditatem Solis conſumitur,ſed quando recedit à Cancro,tunc non cauſatur ita vehemens caliditas à Sole, quæ ſufficiat deſtruere illam exhalationem, ideò tunc poſſunt generari venti. Vndè omnis ventus circa principium ſuæ originis eſt plus, & quanto plus recedit ab eo, eſt maior, quia quando fluit per diuerſa loca, tunc reperit aliquas exhalationes, à quibus augetur. Ex iſto infert Philoſophus, quòd Boreas eſt maior verſus auſtrum,quàm verſus Septentrionem.

Ex Textu iſto,& indè.

De poſitione autem ipſorum, & qui contrarij, quibus,&c.

Ventorũ numerus, ac nomina. *Duæ ſuppoſitiones.* *Prima.* *Secunda.*

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus determinat de numero ventorum, præmittens duas ſuppoſitiones. Prima, quod Orizon eſt quidam circulus imaginatus à ſuperficie terræ, diuidens partem Cœli viſam à non viſa. Secunda eſt, quod illa quæ plurimùm diſtant ſecundum locum, ſunt contraria ſecundum locum. His ſuppoſitis ſignetur vnum punctum in Orizonte, ſcilicèt B, & ſit Oriens æqui noctiale, & ſignetur aliud punctum, ſcilicèt A, & ſit Oriens æſtiuale. Deindè ſignetur aliud punctum, & ſit C, quod ſignet Oriens hyemale. Deindè ex oppoſita parte orizontis ſignentur tria alia puncta, quorum primum ſit D,quod eſt Occidens æſtiuale: aliud, E, quod ſit Occidens æquinoctiale, & aliud F, & ſit Occidens hyemale. Similiter verſus Septentrionem ſignentur tria alia puncta,quorum vnum ſit G, aliud H, & aliud, I, Deindè ex oppoſita parte,videlicèt verſus auſtrum ſignentur tria alia puncta,ſcilicèt K,L,M. Vndè in propoſito Occidens æquinoctiale dicitur punctus, ille, in quo occidit Sol, quando eſt æquinoctium, & per oppoſitum dicatur de Oriente æquinoctiali. Sed Oriens æſtiuale eſt punctus, in quo oritur Sol, quando eſt in Solſtitio æſtiuali, ſcilicèt in Cancro,

Quid eſt Occidens æquinoctiale. *Quid Oriẽs æſtiuale.*

Digitized by Google

ſcilicet quando maximè aſcendit ſupra Orizontem noſtrũ aut Zenit capitis noſtri. Sed Occidens eſt punctus, in quo occidit Sol, quando eſt ſolſtitium æſtiuale. Sed Oriens hyemale eſt punctus, in quo oritur Sol, quando eſt ſolſtitiũ hyemale, putà quando eſt in Capricorno, & Occidens hyemale eſt punctus, & in oppoſitum. Vndè tunc eſt ſolſtitium hyemale, quando Sol in meridie maximè recedit à Zenit capitis noſtri, aſcedendo ad Orizontem noſtrum. Conſequenter nominat ventos. Vndè ventus, qui fit ab Oriente æquinoctiali, putà à puncto B, vocatur Subſolanus, & eſt ſubtiliſſimus, calidus, & ſiccus, & complexioni cholericæ multum conueniens. Sed ventus, qui flat ab Oriente æſtiuali, dicitur Vulturnus, & eſt calidus, & humidus. Alius qui flat ab Oriente hyemali, putà à puncto C, dicitur Eurus, & eſt calidus, & ſiccus. Et qui flat à puncto D, quod eſt Occidens æſtiuale, vocatur Affricus auſter, & eſt calidus. Ille verò, qui flat à puncto E, quod eſt Occidens æquinoctiale, dicitur Fauonius, & eſt frigidus, grandinoſus, conueniens complexioni flegmaticæ. Et ille, qui flat à puncto F, dicitur Corus, & eſt ſicc⁹. Et ille, qui flat à pũcto G, g, quod mediat inter Oriens æſtiuale, & Septentrionem, dicitur Aquilo, & eſt frigidus. Et ille, qui flat à puncto H, dicitur Septentrionalis, ſiue Boreas, & eſt frigidus, & ſiccus multum conueniens complexioni melancholicæ. Et ille, qui flat à puncto I, quod mediat inter Occidens æſtiuale, & Septentrionem, dicitur Circinus, & eſt calidus. Sed ille, qui flat à puncto K, quod mediat inter Oriens hyemale, & meridiẽ, dicitur Eurus auſter, & eſt frigidus, & humidus. Et ille, qui flat à puncto L, quod dicitur meridies, vocatur Auſter, & eſt calidus, & humidus conueniens complexioni ſanguineæ. Et ille, qui flat à puncto M, quod mediat inter Occidens hyemale, & meridiem, dicitur Eurus, affricus, & eſt humidus. Et aduerte, quòd Subſolanus dicitur eo, quòd ſub ortu Solis naſcitur. Et Eurus, quia ab Oriente flat. Et Vulturnus, qui altè ſonat. Et Fauonius, quia eſt principalis ventus. Corus dicitur, quia circulum ventorum claudit. Sed Auſter dicitur, quia habet ad dextrum Eurum auſtrum, & à ſiniſtro Eurum Affricum, & dicitur ab hauriendo aquas. Sed Eurus auſter dicitur, qui ex vna parte habet Eurum, & in alia habet Auſtrum, Sed Eurus Affricus dicitur, quia eſt cõiunctus Affrico, & Auſtro. Sed Septentrionalis dicitur à Septentrione. Et Circinus dicitur, quia eſt Coro coniunctus. Aquilo dicitur, quia aquas reſtringit. Et aduerte, quod

Quid eſt Oriẽs, hyemale.

Ventorum nomina.

Quare prædictis nominibus venti dicantur.

Digitized by Google

Venturum diſtinctio quadruplex

vẽti poſſunt diſtingui quadrupliciter. Vno mõ penes puncta in circunferentia Orizontis, & ſic infiniti eſſent venti. Alio modo penes puncta ſignificabilia in circunferentia Orizontis notabiliter diſtantia abinuicem, & ſic à nautis ponuntur triginta duo venti. Secundo modo poſſunt diſtingui penes cõbinationes quatuor qualitatũ primarũ, & ſic ſunt tantum quatuor, qui flant à pũctis principalibus Orizontis, ſcilicet Subſolanus, Fauonius, Boreas, & Auſter. Alio modo poſſunt diſtingui penes diſtinctionem partium Zodiaci, qui ſunt duodecim ſigna, ſub quibus Sol habet virtutem ad eleuandum naturam eorum,

Ex Textu iſto, & indè.

De agitatione autem, & motu terræ &c.

Terremot' vnde & qũo generatur, eiuſque proprietates

Tres antiquorũ opin. de motu terre.

Prima.

Secunda

Tertia.

ISTE eſt Tertius Tractatus huius Lib. in quo Philoſophas determinat de motu terræ, coruſcatione, & aliis impreſs. & diuiditur in tria Cap. In primo determinat de motu terræ, & primò ſecundum opinionem antiquorum, recitando tres opiniones. Prima fuit Anaxagoræ, dicentis, terram eſſe ſpongioſam, & infra terram ingredi aërẽ, qui natus eſt ferri ſurſum, & propter illum aërem incluſum infra terram, mouetur terra. Sed hanc opinionem improbat, quia ſecundum iſtam opinionẽ non poteſt reddi cauſa, quare motus terræ magis fiat in vno tempore, quam in alio. Secunda fuit dicentium, quòd aqua pluuialis recipitur in viſceribus terræ, & quando amplius recipi non poteſt, frangitur propter violentiam, & ex conſequenti fit terræmotus. Tertia fuit Anaximenis ponentis terram eſſe deſiccatã à Sole, & propter nimiam ſiccitatem rumpitur, & partes diſtantes abinuicẽ coniunguntur, & tunc fit terræmotus. Hanc opinionẽ improbat Philoſophus, quia tunc deberet apparere multiplex ſubmerſio terræ, quæ tamẽ non apparet. Etiã non videtur rõ, quare in vna regione magis fieret motus terræ, quam in alia

Cauſa motus terræ ſecundũ opin. propriam.

Cõſequenter determinat de cauſa motus terræ ſecundũ opinionẽ propriam præmittens duas ſuppoſitiones. Prima eſt, quod terra de ſua natura eſt ſicca, ſed efficitur humida per pluuias, per quas redditur apta ad fumandum, & tunc virtute Solis, & aliorum aſtrorũ generatur magna multitudo exhalationũ infrà terrã, quę petit exitum per poros terræ, & tunc quãdo exit, fiũt venti. Sed quando retinetur, fit motus terræ, aliquãdo verò partim exit, & partim retinetur, & tũc fiũt parui vẽti, & parui motus terræ. Tunc ſubdit, quod motus terræ ſic generatur nã per calorẽ ſolis, & aliorum aſtrorũ in viſce-

Motus terræ quomodo generãtur.

Digitized by Google

tibus terræ generatur exhalatio calida, & ſicca q̃ petens exitũ, mouetur de concauitate in concauitatẽ, rumpens aliquãdo intermedia concauitatũ, & in tali motu cauſatur motus terræ, & hoc probat ſeptẽ ſignis. Primũ, quia in tempore, quo flat Aquilo, fiunt multi motus terræ, & hoc eſt, quia materia venti, q̃ eſt exhalatio incluſa infra terrã, multum generatur. Secundũ ſignũ, tales motus terræ fiunt tã de nocte, quã de die & in qualibet hora. Tertiũ ſignum, motus terræ magis fiunt in locis ſpõgioſis, & cauernoſis, quia in illis fiũt multæ exhalationes. Quartũm ſignũ eſt, quia motus terræ maximè fiunt in Vere, & Autũno, & magis fiunt in tẽporib. pluuioſis quam ſiccis, quia in illis temporib. plures cauſantur exhalationes, quã in aliis, & in tempore pluuioſo, aquę intrant terrã, & tũc exhalationes ibi exiſtentes cõprimuntur, & petunt exitum, Quintũ ſignũ eſt, quia ſicut in corpore humano ſpirit⁹ moti incluſi in venis cauſãt tremorẽ, ità multæ exhalationes incluſę intra terrã cauſãt tremorẽterræ. Sextum ſignũeſt, quia quãdoq; apparẽtmagni motus terrę, qui nõ ceſſant quouſq; terra ſit fracta, & ex eius fractura exit ventus, & flãma. Septimũ ſignũ, quia anteq̃ã appareãt mot⁹ terræ, audiũtur parui ſoni in terra propter hoc, quod talis exhalatio mouetur circa latera concauitatis terræ. Dicit etiam, quod aliquando ante terræmotum apparet quædam parua nubecula admodũ lanciæ, & hoc eſt ſignũ, quod ventus abſorbetur à terra, & exiſ per loca ſtricta. Conſequenter ponit quædẽ accidentia motus terræ. Primum eſt, quod quando motus terrę fiunt magni, & fortes, tunc citò non recedunt, ſed durant per logum tẽpus, aliquando per quadraginta dies, aliquando per annũ, aliquando per duos. Et huius cauſa eſt magnitudo concauitatũ, & multitudo exhalationis incluſę, quod probat per ſimile in corporib. animaliũ: nam videmus, quod quãdo motus febris eſt fortis, non citò recedit. Secundũ accidens, eſt quod tempore motus terræ modicum ante audiuntur magni ſoni in terra, & aliquando accidit, quod poſtea fiat terręmotus, cuius cauſa eſt paucitas, & debilitas exhalationis, quæ non ſufficit mouere terram, licèt benè cauſare ſonum. Tertium accidens eſt, quod aliquando poſt terræmotum fiunt inundationes aquarum extrà terram, cuius cauſa eſt, quia exalatio, quæ eſt cauſa terręmotus exeundo terram, aliquando inuenit aquam, & eam eleuat. Quartum accidens eſt, quod terræmotus fit ſecundum partem terræ ad modicum locum. Quintum accidens, quod terręmotus rarius fiunt

Septẽ ſigna prædicta probantur
Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Quintum.
Sextum.
Septimũ.
Quinq; accidentia de motu terræ.
Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Quintum.

Digitized by Google

in inſulis circundatis mari, quam in aliis locis propè mare, & hoc intelligendo de paruis inſulis, cuius cauſa eſt; quia multitudo aquæ circundantis inſulam, infrigidat exhalationem, etiam ibi concauitates terræ potius replentur aqua, quàm exhalatione.

Ex Textu iſto, & indè.

De Coruſcatione autem, & Tonitruo adhuc autem de Typhone, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de Coruſcatione, & Tonitruo, primò ſecundum opinionem propriam præmittendo aliquas ſuppoſitiones. Prima. Duplex eſt exhalatio, ſcilicèt calida, & humida, quæ vocatur vapor, & alia eſt calida, & ſicca, quæ vocatur exhalatio. Secunda ſuppoſitio. Vapor eleuatus vſque ad mediam regionem aëris ingroſſatur, & in nubem conuertitur. His ſuppoſitis dicit Philoſophus, quod tonitruum ſic generatur. Nàm aliquando cum vapore eleuatur exhalatio calida, & ſicca per calorem ſolis, quę exhalatio poſtquam vapores ingroſſati ſunt, & facti ſunt nubes, includuntur in nube, q̃ per Antiperiſthaſim fortificatur, & ipſa petens exitum, & percutiens ad latera nubis, cauſat ſonum, qui dicitur tonitruum. Ex quo patet, quod Tonitruum eſt ſonus factus in nubibus ex violenta percuſſione exhalationis calidæ, & ſiccæ, ad latera nubis. Iſtud declarat Philoſophus per quoddam ſimile de ligno viridi poſito in igne: nàm per calorem ignis pellitur humor calidus, & exit per extrema ligni, & quod eſt groſſum, & terreſtre, vnitur ad intrà, quod petens exitum, frangit lignum cauſando ſonum. Et ſubdit, quod ſoni tonitruum diuerſificantur ſecundū diuerſam diſpoſitionem nubis in raritate, & denſitate. Deindè tangit modum generationis coruſcationis, dicens, quod coruſcatio fit quando per fortem motum exhalationis nubes frangitur, & exhalatio pellitur à nube, quæ propter velocem motum inflammatur, quæ inflammatio dicitur coruſcatio. Sed quæreret aliquis. Vtrum tonitruum præcedat coruſcationem, vel è contrà? Dicitur, quod tonitruum præcedit coruſcationem, licèt coruſcatio prius percipiatur, eo, quod viſus eſt magis perceptiuus ſui obiecti, quàm auditus: etiā quia viſibile citius mouet medium, quam ſonus, quia ſonus diffunditur cum motu locali, qui eſt ſucceſſiuus. Et ſubdit, quod tonitruum, cuius nubes eſt nigra, eſt timēdum, quia tunc ſignum eſt, quod exhalatio faciliter inflāmabit

Exhalatio duplex.

Tonitrui, & coruſcationis origo, naturaque.

Tonitruum quomodo generatur.

Tonitruum quid ſit.

Modus generationis coruſcationis.

An tonitruum præcedat coruſcationē?

mabit. Si autem alba, & parua, ſignum eſt debilitatis. Sed ſi nubes ſit rubea, multum eſt timendum, quia ſignum eſt, quòd exhalatiò eſt magna, & multum intenſa. Etiam ſi nubes ſit viridis, maximè eſt timendum, quia tunc exhalatio eſt fortis. Finaliter determinat de Coruſcatione, & Tonitruo ſecundum opinionem antiquorum, dicens, quod Anaxagoras, & Empedocles dixerunt in nube eſſe quendam ignē cuius ſplendorem dicebant eſſe coruſcationē, & extinctionem illius ignis à frigiditate, & humiditate nubis dicebāt eſſe tonitruum: Sed de modo, quo ille ignis erat in nube, diuerſificātur, quia Anaxagoras dicebat illum ignē deſcēdiſſe de ſphęra ignis in nubem, qui tamen non videbatur exiſtere in nube propter ſuam raritatem, in nube autem condēſatur, & poteſt terminare viſum noſtrum. Sed Empedocles dicit illum generari in nube ex radiis ſolaribus interceptis, & congregatis in nube. Iſtas opiniones reprobat Philoſophus. Primò opinionē Anaxagoræ: nàm ignis eſt leuis, de natura cuius eſt aſcendere, ergo irrationabile eſt dicere illum ignē deſcendere. Secundò reprobat Empedoclem, quia tunc ſequeretur, quòd in qualibet nube eſſet talis ignis, quod eſt falſum. Tertia opinio. Coruſcatio eſt claritas radiorum luminoſorum congregatorum in nube. Hoc reprobat Philoſophus, quia tunc ſequeretur, quòd coruſcatio magis deberet apparere in die, quàm de nocte, quod eſt falſum, igitur.

Opin. antiquorū de Corruſcatione, & Tonitruo.

Prædictarū opin. reprob.

Corruſcatio quid.

Ex Textu iſto, & indè.

De reſiduis autem dicamus operibus ſegregationis, huiuſmodi, &c.

ISTUD eſt Tertium Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de Ecnephia, Typhone, & Fulmine. Primò, tangens differentiam Ecnephię, à Tonitruo, & corruſcatione, dicens, quòd quando exhalatio calida, & ſicca fuerit ſegregata per modicas, & ſubtiles partes diffuſas diuiſim ſubintrantes nubem, fiunt coruſcationes, & tonitrua: ſed ſi exhalatio fuerit multum ſpiſſa, & non fuerit ſegregata, tunc vocatur Ecnephias. Ex quo ſequitur, quod Ecnephias eſt magnus ventus motus verſus terram propter frigiditatem nubis. Vndè ſic generatur, quando magna exhalatio ſpiſſa nō potens ſubintrare nubē, violenter repellitur inferius à nube ad terram, & eius ſunt duo accidentia. Primum eſt, quòd tempore generationis Ecnephię fit magna obſcuritas circa terrā, & hoc eſt, quia ille ventus ſecum multū addu

De Ecnephia, Typhōnis ac Fulminis generatione.

Ecnephias quid ſit.

Eiꝰ generā. accidentia.

cit de nube groſſa, & obſcura. Secundum accidens eſt, quia poſt Ecnephiam, accidit pluuia, & aquæ multitudo ratione multi vaporis, & magnæ nubis exiſtentis. Deindè determinat de generatione Typhonis, qui eſt ventus deſcendens deorſum à nubibus, & ſic generatur, ſcilicèt ex exhalatione calida, & ſicca repercuſſa à nube ad modum turbinis mota de loco amplo in anguſtum, vt in portis obuiis, & gyrans circa terram, ex hoc, quòd pars repercuſſa à terra reuoluitur in partem ſibi ſequentē, obuiando ſibi, cum qua iterum impellitur ad terram, & deindè cauſatur gyratio illius venti. Deindè ponit duas differentias inter Typhonem, & Ecnephiam. Prima, quod Ecnephias eſt magis ventus cōtinuus, quam Typho. Secunda eſt, quia Typho mouetur circulariter, Ecnephias verò directè. Prętereà ponit effectū Typhonis dicens, Typho quòd aliquādo ſecum eleuat illa, quibus obuiat, & ſupra quæ reflectitur, vt eradicando arbores. Conſequenter tangit modum generationis Fulminis, dicens quod cum fuerit exhalatio multum ſubtilis, & repercuſſa à nube, inflammatur, & tunc fulmen, ſeu fulgur fit. Et differt à Coruſcatione, quia Coruſcatio fit tēpore Tonitrui, & non fulgur. Et ſic generatur, putà quando multa exhalatio ſubtilis incluſa in nube violenter expellitur ab ipſa nube vſque ad terram fit Fulmen, quod ſi non fuerit adurens, propter nimiā ſubtilitatē, tunc vocatur fulmen penetrans, ſi verò materia eius ſit groſſior, & adurens, vocatur fulmen adurens. Conſequenter ponit differentiā illorum duorum penes ſuos effectus dicens, quod primum fulmen propter ſuam ſubtilitatem per magnam velocitatem pertranſit, & penetrat illa, ſuper quæ cadit, antequā igniat, & ſi faciat morā denigrat, ſed aliud propter eius tarditatem cōburit. Ex hoc infert corollariè cauſam aliquorum, dicens ſcilicèt, quod corporalia, & dura ſæpe patiuntur à Fulmine: illa verò, quæ non ſunt reſiſtentia, aut dura, nihil patiuntur. Probat duob. exēplis. Primum, quia ferrum, & calybs fuerunt à Fulmine liquefacta, & tamē lignum eorum nihil patiebatur. Secundum exemplum eſt, quia aliquādo fulmen pertranſit veſtiméta, & non adurit ea, & tamen lædit, & interficit homines, & frangit oſſa eorum, eo quod inuenitur ibi reſiſtentia, ratione cuius ſuper ipſa moram facit, & non in veſtibus. Aliquando etiam fulmen eſt ità debile, quod comburit pilos hominis, non lædendo carnem. Aliquando etiam ratione ſuæ magnæ ſubtilitatis interficit animal, & tamen nullum ſignum aduſtionis apparet.

Typhonis generatio.

Duæ differentiæ inter Typhonem, & Ecneph.

Fulmē quō generatur.

Deindè mouet duas dubitationes, quare illi, qui percutiun-

tur à fulmine, videntur moueri antequam percutiantur? Soluit dicens, quod fulmen ſequitur, & præcedit aliquis ventus, qui non videtur, & ille mouet illa, quæ debent percuti à fulmine. Secunda dubitatio, vtrum diuiſio, quæ fit tẽpore tonitrui, fiat propter ſonum? Reſpondet, quòd non, quia ſonus non diuidit, ſed talis diuiſio fit ab exhalatione exeunte nubem, & velociter mota deorſum, non comburit tamen arbores, quia non eſt ſatis intenſè calida.

Duæ dubitationes de fulmine.

METEORORV ARISTOTELIS.

LIBER TERTIVS.

Ex Textu iſto , & indè.

De Halone autem, & Iride, quid vtrunque, & propter quam cauſam ſit, dicamus, & de Parhelis, & Virgis etenim omnia, &c.

Iste eſt Tertius Liber Meteorotum Ariſt. in quo Philoſophus determinat de impreſſ. cauſatis ex reflectione, & refractione radiorum, & cõtinet duos Tract. Primus continet quatuor Cap. In primò oſtendit accidẽtia iſtarum impreſſ. Et primò ponit quatuor accidentia Halonis. Primum eſt, quod Halo ſæpe apparet circulus completus. Vndè Halo eſt ille circulus clarus, qui apparet circa Solem, & Lunam, aut circa alia magna aſtra, imò aliquando apparet circa candelas. Secundũ accidens, Halo fit circa Solẽ, & Lunam, & circa ſplendida ſydera. Tertium accidens, Halo non minus fit de nocte ſuprà Lunam, aut alia aſtra, quàm de die circa Solẽ. Quartũ accidens, Halo rarius fit de ſero, vel de manè, quã in aliis horis. Deindè tãgit accidẽtia Iridis. Primũ eſt. quòd Iridis nunquã fit circulus cõplexus, ſed ad modũ arcus. Secundum, Iris numquam fit in maiori portione, quàm in ſemicirculo. Tertium eſt, Sole Oriente, vel Occidente fit maxima portio circuli, ſub qua poſſit apparere Iris: ità quod, quanto Sol magis eleuatur ſuprà Orientem, tanto Iris apparet ſub maiori portione circuli. Quartum eſt, in Autumno à breuioribus diebus poteſt Iris apparere omni hora diei. Quin-

De impreſſ. cauſatis ex reflexione & refractione radiorum.
Halonis quatuor accidentia:
Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum.
Iridis Octo accidentia.
Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum.

Digitized by Google

Quintum. tum, raró apparent plures Irides ſimul quàm duę. Sextum, *Sextum.* omnis Iris habet tres colores, ſcilicèt puniceum, viridem, & *Septimum.* allurgum. Septimum, eſt, quàndo apparent plures Irides: Iris *Octauum.* ſuperior habet colores obſcuriores, quàm iris inferior. Octauum, quando apparent plures irides, eorum colores ſunt è contrario poſiti, ſecundum ſitum. Conſequenter ponit accidentia paraleliorum, & virgarum. Primum eſt, quòd Paralelij, & Virgæ ſemper fiunt a latere Solis, & non ſub Sole, neque ex oppoſito Solis. Secundum, nunquam fiunt de nocte, eò quod ſemper fiunt circa Solem. Tertium ſemper, vel vt in plurimum fiunt circa ortum, vel occaſum Solis. Deindè mouet vnam dubitationem, quæ eſt: Vtrum Iris poſſit fieri de nocte à Luna, ſicut de die à Sole? Reſpondet Philoſophus, quod ſic, hoc tamen raró fit, quia Iris non fit à Luna, niſi in pleniluuio, & per conſequẽs ſolùm ſemel in menſe.

Ex Textu iſto, & indè.

Primo autem de figura dicamus, & quare circuitus ſit, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in *Halo cuius figura* quo vult determinare Philoſophus de figura Halonis præmittens aliquas ſuppoſitiones. Prima eſt. Exiſtente *Tres ſuppoſitiones.* vapore in aëre fit refractio viſus noſtri ex tali vapore, & *Prima.* ſi talis vapor ſit regularis, tunc fit Halo, quod probat Philoſophus à ſigno, quia ſi illud, in quo apparet Halo, conſiſtat, & condenſatur, ſignum eſt pluuiæ, Si vero marceſcat, & conſumetur, eſt ſignum ſerenitatis. Et ſi diſpergatur huc, & illuc, eſt ſignum ventorum, quod non ità fieret, niſi in Halone concurreret vapor interpoſitus inter *Secunda.* aſtrum, & nos. Secunda ſuppoſitio. Vapor, à quo fit refractio, eſt inter viſum, & aſtrum, & propter hoc non apparet Halo ex oppoſito aſtri, ſicut Iris. Tertia ſuppoſitio. *Tertia.* Cùm ſimiliter fiat refractio à puncto medio vaporis ad omnem eius partem. Tunc ponit talem concluſionem. Neceſſe *Halonem neceſſe eſſe circulũ aut partẽ circuli probatur duabus rationibus.* eſt Halonem eſſe circulum, aut partem circuli. Probat duabus rationib. Prima eſt naturalis, quia radij incidentes ab eodem puncto in idem punctum refranguntur vndique ſecundum æquales angulos, & circulariter: ſed radij incidentes ſupra vaporem, in quo apparet Halo, ſunt huiuſmodi igitur. Secũda ratio eſt Mathematicalis, ꝑ qua ſupponitur, quod A ſit viſus, & Sol ſit B, & protrahatur linea perpẽdicularis à B, per medium caliginis, quod eſt C, deindè ſignentur tria pũcta in caligine æqualiter diſtantia, quæ ſunt G, D, & Z, à qui-

bus refrãgantur radij luminoſi ad lineam perpendicularem, & concurrant in puncto A, & tunc ibi intelligantur tres trianguli, qui ſunt A,B,G; A,B,D; & A,B,Z. Et ſunt iſti triãguli ęquales, quia omnium triangulorum quorum, duo latera vnius ſunt ęqualia duobus lateribus baſi alterius, & baſis vnius, neceſſe eſt angulos illi æquilateribus contentos eſſe æquales, & per conſequens totus triangulus eſt æqualis toti triangulo: ſed prædictorum triangulorum duo latera ſunt æqualia, ſcilicet A,G. A,D, & A, Z. Et habent baſim communem, ſcilicet A, C, ergo omnes illi trianguli ſunt æquales. Ducantur ergo tres lineæ perpendiculares, ſuper lineam, A,B, ad punctum C, ab illis trib. punctis, ergo D, & Z, in nube ſignatis, tunc conſtituuntur tres parui trianguli. ſ. A,G, E, A, D,C, & A,Z,C, & iſti trianguli ſunt æquales, & lineæ rectæ ducuntur à diuerſis punctis in idẽ punctum, & ſunt plures, quam duę, ideò oportet illud punctũ eſſe centrum circuli, quod patet per propoſitionem Geometriæ, ſi plures lineæ, quàm duæ à diuerſis partibus venientes in idem punctum ceciderunt, tale punctum eſt centrũ circuli. Finaliter aſſignat, cuius coloris eſt Halo, dicens, quod debet habere colorem album, circa quem apparet quędam nigredo, quia Halo apparet propter lumen incidens propter vapores, ideò pars vaporis, ſupra quam incidit lumen, apparet alba, & pars circunſtans apparet nigra.

Propoſitio Geometrica.

Halo cuius coloris ſit.

Deinde dicit, quod Halo ſæpius apparet circa Lunam, quàm circa Solem, quia Sol vaporem eleuatum magis conſumit quàm Luna.

Ex Textu iſto, & indè.

Irides autem, quod quidem eſt rarefactio, dictum eſt prius, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus determinat de Iride, & coloribus eius, & primò de coloribus eius, pręmittens aliquas ſuppoſitiones. Prima eſt. Omnibus corporibus planis, cuiuſmodi ſunt aër, & aqua, poteſt fieri refractio radij viſualis. De aëre probat quatuor ſignis. Primum eſt, quia aliquando contingit debilem viſum videre faciem ſuam in aëre ſicut Antiphon, qui dùm ambularet, videbat faciem ſuam in aëre, & hoc erat propter debilem viſum, & hoc non poterat eſſe, niſi radij viſuales ad ipſum refrangerentur. Secundum ſignum eſt, quia aliquando mali nauium videntur eſſe maiores, & groſſiores, quando ſunt in ma-

Iris quid, & eius colores.

Suppoſitiones quædã.

Prima.

Digitized by Google

ri, quàm ſint. Tertium eſt, quia omnes magnitudines videntur eſſe maiores flante vento, quàm non flante. Quartum ſignum eſt, quia aſtra Orientia, & Occidentia, apparent maiora, quàm in medio Cœli, & hoc eſt propter refractionem radiorum à vaporibus ſurſum eleuatis, & quod ab aqua fiat refractio patet, quia aqua eſt denſior aëre, ſed ab

Secunda. aëre fit refractio, ergo ab aqua. Supponitur ſecundò, quod Halo, & Iris apparent per refractionem, tamen Iris apparet inoppoſito Solis, Halo verò eſt circa Solem.

Tertia. Tertia ſuppoſitio. Halo, & Iris differunt in variatione colorum, quia quando

Halo, & Iris quō differunt Halo apparet, fit refractio à nube denſa, ideò Halo clarius apparet, quàm Iris.

Quarta. Quarta ſuppoſitio. Album viſum per nigrum apparet rubeum, quod patet de igne viſo per fumũ, qui apparet puniceus.

Iris quō generatur. Vnde Iris ſic generatur, quia aliquando aliqua nubes aquoſa, vel rorida apparet ex oppoſita parte Solis, vel Lunæ, ad quam pertingunt radij Solis, vel Lunæ, qui non potentes penetrare ipſam reflectuntur à nube ad oculos, & ibi apparent tres colores ſecundum diuerſas partes Iridis. Vndè vbi lumen plus abundat, cauſatur color accedens ad albedinem, qui dicitur puniceus: quando verò minus ſuperabundat, apparet nigredo, quæ dicitur allurgus, & quando lumen medio modo ſe habet in ordine ad nubẽ, apparet color minus accedens ad nigredinem, quã allurgus qui

Iris quid ſit vocatur color viridis. Ex quo ſequitur, quod Iris eſt apparitio

Iridis diuerſi colores. trium colorum in nube rorida oppoſita Soli. Conſequẽter probat, quod diuerſi ſint colores Iridis, quia vbi eſt fortior reflexio, ibi apparet color, qui dicitur puniceus: vbi verò eſt debilior, apparet alius, qui dicitur allurgus, & vbi eſt medio modo, apparet viridis, Et ſubdit, quod per iuxta poſitionem illorum colorum apparet vnus alius color, qui dicitur Xanthus, quod autẽ illud appareat, probat aliquibus ſignis. Primum, quia cũ nubes eſt nigerrima, tunc color eſt multum viridis, & tunc ille color, qui dicitur Xanthus, multum apparet. Secundũ eſt, quod cũ Iris marceſcit, tunc deficit puniceus color, & mutatur in Xanthũ. Tertiũ eſt, quod flores variãtur in colore ſecundũ apparẽtiã per iuxta poſitionem aliorum colorũ, vel iuxta poſitionẽ luminis lucernæ? Et ſubdit quod multi colligentes flores ad lucernã, ſæpe decipiũtur accipiẽtes flores vnius ſpeciei pro florib. alterius ſpeciei. Subditcõ, ſequenter, quod aliquando apparent duæ Irides, vna ſuperior & alia inferior, & dicit, quod ſuperior eſt magis obſcura

Quæſtio. quã inferior, & habent colores oppoſito modo ſituatos. Sed quærit cõſequenter. Vtrũ duo homines poſſint eadẽ Iridem

Digitized by Google

videre? Reſpondet, quod non quia radius reflexus eſt æqualis radio incidentiæ, & anguli ab eo cauſati ſunt æquales, & cũ ad alium, & alium hominem alius, & alius radius reflectatur, & Iris apparet per reflexionem, ideò eſt alia, & alia Iris, quam plures homines vident. Deindè probat, quod Iris appareat per modum ſemicirculi, & hoc ratione naturali, & Mathematica. Ratione naturali ſic, quia centrum Iridis eſt punctus, quem tangit radius procedens à centro ſolis, ideo ſi Sol eſt in puncto Orizontis, maior eſt Iris, quæ eſſe poſſet, & centrum illius Iridis erit in puncto Orizontis ex oppoſita parte corporis luminoſi, & ſic non relinquitur niſi ſemicirculus ſupra Orizontem. Pro ratione Mathematica ſupponit, quod oculus mediat inter centrum ſolis, & cẽtrum iridis. Supponit, etiam quod ſi linea recta rectè cecidit ſupra lineam rectã, cãbit angulos rectos, aut æquales duob. rectis. Fiat ergo figura & ſit centrum ſolis A, centrum oculi B, centrum nubis D, & p illa tria puncta protrahatur linea A, B, D, tunc ſignentur in nube tria puncta æquè diſtãtia à cẽtro nubis, quæ ſint C, F, G, & quod illa etiã æque diſtent à centro oculi, & à cẽtro Solis, & ab iſtis protrahãtur tres lineę, à cẽtro nubis, à cẽtro oculi, & à cẽtro ſolis, & tunc intelliguntur tres magni trianguli, quorũ vnꝰ eſt, A, B, G, alius A, B, F, & alius A, B, C, qui ſunt æquales, quia latera ſunt æqualia, & baſes ęquales, ergo illi triãguli erũt æquales. Deindè intelligantur tres parui trianguli, qui ſunt B, G, D; B, F, G; B, E, & D, quorum duo latera vnius ſunt æqualia duobus lateribus alterius, anguli illis æquilateribus contenti ſunt æquales, igitur baſes erunt æquales per ſuppoſitionem Euclidis, & cum tangant centrum nubis, ſequitur, quòd linea tangens extremitates illarum trium linearum erit ſemicircularis, igitur Iris apparet per modum ſemicirculi.

Solutio.

Quare iris apparet per modum ſemicirculi.

Ex Textu iſto, & indè.

Eaſdem autem dictis cauſas exiſtimandum, & de parhelijs & virgis &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſ. determinat de Parhelijs, & Virgis. Vndè virgæ dicuntur radij ſolares directè protenſi per nubem circundantem ſolem, ac ſi eſſent chordæ tenentes tentorium ſolis, & cauſatur dupliciter. Vno modo, quando nubes eſt vndique continua, ſed tamen groſſior in vna parte, quam in alia, & tunc radij ſolares tranſeuntes per partem nubis ſubtiliorem, apparent lineæ albæ. Alio modo apparent, quando nubes eſt groſſa,

De Parhelijs, & Virgis.

&non continua, tunc radij ſolares penetrantes nubem, aliquando apparent virides, & aliquando tendentes ad rubedinem, ſecundum diuerſitatem nubis. Sed Parhelius dicitur imago ſolis, & dicitur à para, quod eſt iuxta, & helios, quod eſt Sol, quaſi apparens iuxta ſolem, & cauſatur per interpoſitionem nubis inter viſum noſtrum, & Solem. Vndè quando eſt nubes rorida, in aliquo loco perforata, tunc radij ſolares in illo foramine congregantur, & per refractionem diffunduntur ad viſum, & ſic apparet eſſe vnus Sol.

παρὰ, ἥλιος.

Ex Textu iſto, & indè.

Quæcunque igitur opera accidit exhibere ſegregationi in locis, &c.

ISTE eſt Vltimus Tractatus, in quo Philoſophus determinat de his, quæ generantur circa terram, & præmittit duas ſuppoſitiones. Quarum prima eſt. Duplex eſt exhalatio, vt iàm aliàs viſum eſt. Secunda ſuppoſitio. Eorum, quæ generantur infra terram, quędam ſunt foſſibilia, quæ fiunt ex exhalatione calida, & ſicca, & ſunt à dominio terræ, alia ſunt metallica, & ſunt à dominio aquæ. Metallica ſunt duplicia, quia quædam ſunt fluxibilia, & ductibilia ſicut plumbum. Alia ſunt ductibilia tantùm, quę calefacta poſſunt extendi, ſed non ſunt fluxibilia humectatiua, vt ferrum. Mineralia verò foſſibilia generantur ex exhalatione calida, & terreſtri incluſa infra terram, quæ non habet exitum, & condenſatur à frigiditate loci, & poſt talem condenſationem conuertitur in lutum, & decoquitur mediante caliditate vaporis admixti tali exhalationi in tantùm, quod aliquando fit lapis, vel aliquid aliorum foſſibilium, Sed metallica generantur ex exhalatione vaporoſa, quæ poſtquam longo tempore decocta eſt in terra, per frigiditatem loci cōſtringitur. Et ſunt ſeptem genera metallorum, ſcilicèt aurum, argentum, plumbum, ferrum, ſtannum, cuprum, & æs, & talia ſolent aliquando nominari nominibus planetarum concurrentium ad eorum generationem. Aurum enim generatur ex ſulphure, & viuo argento puris, & mundis, concurrente Sole. Argentum generatur ex ſulphure, & argēto viuo, puris, & mundis, cōcurrente Luna, quæ eſt humida, & frigida. Plumbum vero generatur ex groſſo ſulphure, & argento viuo, concurrēte Saturno, qui eſt frigidus, & humidus. Stannum generatur ex groſſo ſulphure, & viuo argento concurrente Ioue, qui eſt calidus, & humidus. Ferrum generatur ex ſulphure terreſtri, & argento viuo lutoſo, concurrente Marte, qui eſt calidus, &

Mineralia quæ, quotuplicia, & quō generantur.

Septē genera Metallorum

Libellū Ariſt. de mineralibus non habemus, quinto tamē Metaphyſ. videtur Philoſ. inuenire aquam eſſe principium metallorū.

Digitized by Google

ſiccus. Cuprum, & æs generantur ex ſulphure groſſo, & argẽto viuo, concurrente Venere, quæ eſt planeta calidus, & humidus. Et ad generationem argenti viui concurrit Mercurius, qui eſt ſiccus, & frigidus. Et de iſtis mineralibus, ſpecialiter determinat Ariſt. in 4. lib. qui ordinariè non legitur.

DOCTOR PARISIENSIS, MAG. PETRVS TATARETVS,

De Libris Ariſtotelis de Anima.

LIBER PRIMVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

BONORVM honorabilium notitiã opinantes, magis autem alteram altera, aut ſecundum certitudinem, aut ex quod meliorum quidem, &c.

ISTE eſt Primus Liber de Anima Ariſt. qui in prima ſui diuiſione diuiditur in partem proœmialem, & executiuam. In proœmio tria facit. Primò, reddit auditores beneuolos, oſtendendo bonitatem, & honorabilitatem huius ſcientię. Secundò, reddit auditores dociles per hoc, quod proponit conſideranda in hac ſcientia. Tertiò reddit eos attentos, per hoc, quod oſtendit difficultatem huius ſciẽtiæ. Primò, probat iſtam concluſionem. Scientia de anima prępONenda eſt alijs ſcientijs naturalib. propter eius nobilitatem, & certitudinem. Quod probat: quia vna ſcientia redditur honorabilior, aut propter nobilitatem conſideratorum, aut propter certitudinem demonſtratorum, ſed ſcientia de Anima inter ſcientias naturales conſiderat de nobiliorib. rebus, & habet certiſſimum modum procedendi, quia procedit ex his, quæ ſunt nobis nota experimentaliter. Secunda concluſio. Scientia de Anima eſt multum vtilis, quia multum valet ad omnem veritatem cognoſcendam, eo quod ipſa eſt de operationib. in quib. eſt veritas. Deindè oſtẽdit de quib. determinandũ eſt in hac ſcientia: dicens, quod determinandũ ẽ de eſſe ipſius animę, de paſſionib. & operationib. ei⁹. Et ſubdit, q̃ iſtarũ operationum, quædam ſunt propriæ ipſi animæ, aliæ ſunt communes corpori, & animæ. Vndè per proprias intel-

Scientia de aĩa, quõ p̃ſtans, vtilis, & difficilis, & cuius artificium nus eſt de ea perſcrutari.

ligit paſſiones, & operationes: ad quas exercendas anima nõ indiget organo corporeo, ſicut ſunt intelligere, & velle, & per communes intelligit illas, quæ conueniunt hominibus, & brutis, vt videre, audire. Tertia concluſio, Hæc ſcientia valdè eſt difficilis, quod probat ponendo difficultates huius ſcientiæ.

Huius ſcientiæ difficultates.

Prima, eſt de modo inueſtigandi diffinitionem animæ: nàm quis poſſet dubitare, vtrùm in omnibus ſit vna methodus ad inueſtigandum, quod quid eſt, ſicut eſt vna ad inueſtigandum paſſiones de ſubiectis, vel vtrùm in alia, & alia ſpecie ſit alius, & alius modus ad inquirendum, quod quid eſt? Si ſit vna, difficilè eſt dare illam: ſi verò ſit alia, & alia adhuc difficilius eſt. Deindè mouet dubitationes de partibus, quæ debent poni in diffinitione animæ.

Dubia de partibus ponendis in definitione animæ, & de vnitate ipſius definitionis.

Primò, oportet ſcire, de quo genere ſit anima, vtrum ſcilicèt ſit ſubſtantia, qualitas, aut quantitas. Etiam conſiderandum eſt de differentia eius, vtrum ſit diuiſibilis, vel indiuiſibilis. Etiam vtrum omnis anima ſit omni animæ eiuſdem ſpeciei, vel non, ſi non, vtrum ſint omnes eiuſdem generis, quidam enim antiquorum crediderunt omnes animas eſſe eiuſdem ſpeciei, determinantes ſolum de anima rationali. Deindè mouet dubitationes de vnitate diffinitionis animæ, dicens, quod dubium eſt, vtrum ſit danda diffinitio communis omni animæ, ſicut datur diffinitio communis animalis, vel vtrum cuiuſlibet animæ ſit danda alia, & alia diffinitio, ſicut cuiuſlibet ſpeciei animalis eſt dãda vna diffinitio propria: alia n. eſt diffinitio equi, & alia aſini: ratio. n. animalis ſecundum vnumquodque animal eſt altera, & altera, vniuerſale.n. nihil eſt, aut poſterius ſuo ſingulari eſt. Conſequenter mouet dubitationem de modo procedendi in tali ſcientia, & eſt talis:

Dubitatio de modo procedendi in hac ſcientia.

Si non ponatur, niſi vna anima, quæ tamen habet plures potentias, vtrum primò determinandum ſit de ipſa, aut de ſuis potentijs, aut è contrà? Dubium eſt etiã, vtrum ſit prius determinandum de operationibus, quam de obiectis, vel è contrà? Reſpondet primò, quod prius videtur determinandum eſſe de ſubſtantia animæ, quam de eius potentijs, & operationibus, quia potentiæ, & operationes ſunt, quaſi accidentia animæ ſcibilia de ipſa anima per demonſtrationem: ſed in demõſtratione propter quid oportet pri⁹ cognoſcere, quod quid eſt ſubiecti, quàm ipſas potentias, vel operationes. Deindè probat oppoſitum, quia potentiæ, & operationes ſunt nobis notiores, quam ſubſtantia, quia ſunt accidentia, modo dicit Philoſophus, quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt.

Digitized by Google

Deindè infert, quod ſi per diffinitionem ſubiectorum non poſſint cognoſci accidentia ſuis ſubiectis, tunc illæ diffinitiones ſunt dialecticę, & malæ. Deindè mouet dubitationẽ de paſſionibus animæ: Vtrũ omnes paſſiones animæ ſint cõmunes animæ, & corpori: vel aliquæ ſint proprię ipſi animę? Reſpondet, quod multæ ſunt operationes manifeſtè conuenientes animæ, & corpori: videmus enim, quod corpora pallent, & erubeſcunt, & quod ſenſus ab excellenti ſenſibili corrumpitur, ſed inter cæteras operationes intelligere magis videtur eſſe proprium animæ, & tamen ad intellectionem concurrit phantaſia, ſiue ſenſus, qui non eſt ſine corpore, & ſic videtur, quod in omnibus nulla ſit operatio animæ, quin in illa indigeamus corpore. Deindè ſubdit, quod ſi anima nullam habeat operationem ſine corpore, tunc videtur, quod ipſa non eſt ſeparabilis à corpore, ſed ei ſemper inhæret, & ſi habeat operationem ſine corpore, tunc ipſa eſt ſeparabilis ab illo corpore. Deindè declarat Philoſophus vnum, quod prius dictum eſt, dicens, quod de multis paſſionibus animæ manifeſtum eſt, quod non ſunt ſine corpore, ſicut apparet de ira, timore, odio, verecundia, & ſic de alijs, videmus.n. in his paſſionibus corpora ſemper mutari, & in colore, & in geſtis: aliqua.n. corpora habent ex complexione, qđ nõ timẽt alia verò ex complexione habent, quod de facili timent. Ex his patet, quod tales Paſſiones non ſunt aïæ tantũ, ſed etiam corporis. Deindè ſubdit, quod ad Phyſicum pertinet conſiderare de anima, quia ad Phyſicum pertinet determinare de formis naturalibus, quarum paſſiones, & operationes fiunt p motus corporum: ſed ſic eſt de aïa, igitur: & quia nondũ oſtẽſum eſt, vtrũ omnis anima habeat tales paſſiones corporeas, ideò concludit, quod Phyſicus debet conſiderare de eis. Pro cuius probatione ponit differentias inter diffinitiones naturales, & alias diffinitiones: dicens, qđ Phyſicus diffinit p cauſas materiales, & agẽtes, ſimiliter p cauſas finales, ſed Dialecticus diffinit per gen⁹, & differẽtias. Vndè dicit Dialecticus, qđ ira eſt appetitus vindictę, ſed naturalis dicit, quod eſt ebulitio ſeu accenſio ſanguinis circa cor. Conſequenter enumerat tres modos diffiniẽdi. Primus eſt p formã, & finẽ; dat exẽplum de domo, dicens, qđ domus eſt cooperimẽtũ phibens corruptiones viuentis. Alia eſt, quæ datur per materiam, & dat Philoſophus exemplum de domo, dicens, domus conſtituitur ex lignis, lapidib. & lateribus, Alia eſt, quę continet iſtas ambas diffinitiones, & infert, quod diffinitio naturalis debet dari p vtranq; cauſam, ſ. materialem, & finalem in ordine ad motũ.

Dubitatio de paſsionibus animæ.

Reſponſio.

Corrolariũ ad Phyſicũ pertinet cõſiderare de anima.

Diſcrimen inter diffinitiones naturales, & alias.

Diffiniendi tres modi.

Digitized by Google

Modus diffiniendi in alijs ſcientijs

Finaliter dat modum diffiniendi in alijs ſcientijs dicens, quod aliquæ ſcientiæ diffiniunt per materiam,& formam in ordine ad operationem voluntariam,& talis pertinet ad artem practicam. Aliæ verò abſtrahunt à motu, ſicut Metaphyſica,aliæ verò abſtrahunt à motu,& materia ſenſibili, ſicut Mathematica.

Ex Textu Commenti. 20. & indè.

Principium autem quæſtionis eſt apponere, quæ maximè videntur ipſi ineſſe ſecundum naturam, &c.

Antiquorũ opiniones de Anima.

ISTA eſt Pars Executiua huius libri,in qua Philoſophus narrat opiniones antiquorum de Anima,dicens,quod antiqui diuerſificati ſunt in inueſtigatione animæ, quidem enim inueſtigauerunt animam ex parte motus, quidam ex parte ſenſus. Sed illi, qui inueſtigabant ex parte motus,adhuc diuerſificati ſunt,quidam enim ſicut Democrit⁹,& Leucippus, qui poſuerunt corpora componi ex talibus atomis rotundis:alij verò ſicut Archelaus, magiſter Socratis dicebant animam non eſſe atomos:ſed motiuam ipſorum atomorum,in quibus conſiſtit vita. Alia fuit opinio Anaxagoræ dicentis animam eſſe intellectum mouentem,& ipſam eſſe in brutis. Sed illi, qui inueſtigauerunt naturam animæ ex parte ſenſus,etiam diuerſificati ſunt: quidam enim ſicut Empedocles dixerunt animam componi ex quatuor elemẽtis. Secunda fuit Platonis dicentis animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Tertia fuit Thaletis Mileſij dicentis animam non eſſe aliud, quam virtutem motiuam corporum,ideò,cùm videret magnetem trahere ferrum, dicebat magnetem habere animam. Quarta fuit Diogenis dicentis animam eſſe aerem. Quinta fuit Heracliti dicentis animam eſſe vaporem. Sexta fuit Alemeonis dicentis animam eſſe immortalem,& de natura cœli. Septima fuit Hipponis dicẽtis animam eſſe de natura aquæ, eo quod aqua maximè eſt mobilis. Octaua fuit Critiæ dicentis animam eſſe de natura ſanguinis. Conſequenter Philoſophus,relictis opinionibus dicit,quod iraſci,gaudere, triſtari, non conueniunt animæ ſine corpore,nàm dicere animam iraſci,ſimile eſt, ac ſiquis diceret,eam texere, vel ædificare. Etiam operationes, quæ debilitantur propter debilitatem organi, non ſunt animæ tãtum,ſed totius compoſiti, ſed prædictæ ſunt huiuſmodi: igitur. Maiorem probat, quia anima non debilitatur per ſe, ſi enim ſenex accipiat oculum iuuenis,videbit vtiquè ſicut iuuenis, probat etiam, quia intelligere, vtrum ipſa anima

Opinio Anaxagoræ

Platonis opinio.

Thaletis opinio.

Diogenis, opinio.

Alemeonis opinio.

Hipponis opinio.

Critiæ opinio.

Digitized by Google

poſſit informare,& conſiderare marceſcũt quodam interius corrupto. Deindè dicit contra illos,qui dicebant animam componi ex omnibus, eo quod omnia cognoſcit. Dicitur, quod propter hoc non oportet, nàm ad cognitionem vnius poteſt ſequi cognitio alterius, vt ad cognitionem habitus ſequitur cognitio priuationis,nàm rectum eſt iudex ſui, & obliqui. Et hæc ſunt,quæ de textu primi de anima leguntur, nàm in toto reſiduo non eſt niſi recitatio opinionum antiquorum,& reprobatio eorundem. *Rectum eſt iudex ſui & obliqui.*

ARISTOTELIS, DE ANIMA, LIBER SECVNDVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

QVÆ quidem à prioribus tradita de anima dicta ſunt, iterum autem tanquam ex principio redeamus tentantes determinare, &c.

ISTE eſt Secundus Liber de Anima, in quo Philoſoohus determinat de ſubſtantia animæ, ſecundum eius propriam opinionem. Et diuiditur in quatuor Tractatus. Primus diuiditur in quinque Capitula. In primò, ponit diffinitionem ipſius animæ, ponendo quaſdam diuiſiones. Prima. Entium quoddam eſt ſubſtantia, aliud eſt accidens. Secunda. Subſtantiarum alia eſt materia,quę non eſt ſecundum ſe hoc aliquid, alia eſt forma, ſecundum quam res dicitur hoc aliquid,& alia eſt compoſita ex his,ſcilicèt ex materia,& forma. Tertia diuiſio. Duplex eſt actus,quidam eſt actus primus, ſicut ſcientia; alius eſt actus ſecundus, ſicut conſiderare. Quarta. Subſtantiarum alia eſt corporea, alia incorporea. Quinta. Corporum quædam ſunt phyſica, alia ſunt non phyſica,ſed magis artificialia. Sexta. Corporum phyſicalium alia habent vitam, quæ alimentum, augmentum,& decrementum ſuſcipiunt,alia verò, non habent vitã. Deindè infert diffinitionem animæ dicens,quod anima eſt actus corporis phyſici organici in potentia vitam habentis. Probat,quia anima eſt ſubſtantia, & non eſt compoſitum, nec materia,ergo eſt forma. Quod non ſit corpus, probat,

Diuiſio iſtius libri in quatuor tractatus. *Anima ex mente Ariſtotelis quid.* *Sex diuiſiones.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Quinta.* *Sexta.* *Animæ diffinitio.*

quia omne corpus habet vitam, ſed anima non habet vitam, igitur. Secundò, quia anima eſt eorum, quæ ſunt in ſubiecto, ſed corpus non eſt in ſubiecto, igitur. Deindè declarat diffinitionem animę, quo ad ſingulas partes, & intendit tres concluſiones. Prima. Anima eſt actus primus, quia anima eſt actus, ſicut ſcientia: ſed ſcientia eſt actus primus, ergo anima eſt actus primus. Secunda concluſio. Anima eſt actus primus corporis organici, quia anima eſt actus corporis viuentis, & omne tale eſt organicum habens partes diuerſarum rationum ad diuerſas operationes exercendas, vt plantæ habent, folia ad cooperiendum fructum, & radices ad ſuſcipiendum alimentum, & ſimiliter animalia habent caput, aut pedes, & ſic de alijs, ad diuerſas operatiões exercendas, igitur. Et ſubdit, quod non debet quærere, vtrũ anima, & corpus ſint vnum, ſicut neque de cera, & figura, nec de actu, & potentia, quia actus, & potentia habent ex ſuis naturis, vt conſtituant vnum totum. Et iſto textu elicitur hæc auctoritas. Non eſt quærenda cauſa, ſupple extrinſeca, quare ex actu, & potentia fit vnum; niſi quia hoc eſt actus, aliud verò potentia. Tertia concluſio. Anima eſt actus ſubſtantialis, per quod ſubſtantia eſt talis, ſed per animam aliqua ſubſtantia eſt talis, igitur. Ex prædictis infert, quod anima eſt actus corporis vitam habentis in potentia, quod probat per ſimile, quia ſicut ſe habent ſemen, & fructus, ſic anima, ſiue habens animam, & operatio animæ: ſed ſemen, & fructus ſic ſe habent, quod habens ſemen habet in potentia fructum, ergo à ſimili habens animam habet in potentia vitam. Finaliter ſubdit, quod ſicut viſus, & pupilla ſunt oculus, ità anima, & corpus ſunt animal.

Tres concluſiones diffinitionē animæ declarantes. *Prima.* *Secunda.* *An anima & corpus ſint vnum* *Auctoritas.* *Tertia.*

Ex Textu Commenti 12. & indè.

Quoniam autem ex incertis quidem certius, certius autem fit quod certum, & ſecundum rationem notius, &c.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus demõſtrat diffinitionem animæ per aliam diffinitionem nobis notioré, & dicit, quod ex notiorib. nobis (tamen ſecundũ naturam minus notis) fit nobis notius, qnod ſecundũ naturam, & ſimpliciter eſt notius, vt per effectus, qui ſunt nobis magis noti, fiunt nobis cauſæ notiores, quæ tamen ſimpliciter, & ſecundum naturam ſunt notiores. Et ſubdit, quod duplex eſt diffinitio animæ; vna, quæ datur quodam modo per cauſam, ſicut illa, quæ dicta eſt prius, & alia per effectus, putà in qua dicitur, anima eſt principium viuendi,

Altera animæ diffinitio. *Animæ diffinitio duplex eſt.*

Digitized by Google

Et dicit, quòd non ſufficit, ſcire illam, quæ eſt nobis notior, ſed oportet per illam demonſtrare aliam. Et ſubdit, quòd non eſt inconueniēns, vnam diffinitionem demonſtrari per aliam: nàm contingit vnam diffinitionem eſſe principium demonſtrationis, aliam conclusionem, & aliam totam demonſtrationem poſitione differentem. Et dat aliud exemplū in Mathematicis, vt Tetragonus eſt ortogonum æquilaterale æquale quadrangulo alia parte longiori; & iſta videtur dicere effectum, ſed iſta, Tetragonus eſt mediæ rei inuentio, videtur dicere cauſam. Conſequenter ponit Philoſophus aliquas concluſiones. Prima eſt, quòd anima eſt principium, quo viuimus, ideſt qua aliquid viuit, & per hoc differunt animata ab inanimatis, nàm animata non habent principium vitæ: animata verò habent principium vitæ. Ex quo infert, quòd opera vitæ ſunt multiplicia ſcilicèt intellectus, ideſt intelligere: ſenſus, ideſt ſentire, & motus ſecundum locum, non quicunque, ſed qui à principio intrinſeco eſt ad diuerſa loca, vel ſitus, vt augmentatio, vel diminutio per ſumptionem alimenti, & omnes alij motus progreſſiui animalium, etiam volatiui, natatiui, & in animalib. imperfectis, ſcilicèt dilatio, & conſtrictio. Et ſubdit, quod omne viuens aliquo prædictorum modorum viuendi viuit. Secunda concluſio oſtendit quibus conueniat primus modus viuendi, & hæc eſt. Omnia vegetabilia habent primum modum viuendi, quia omnia habent principium, per quod ſuſcipiunt augmentum, & decrementum ſecundum contraria loca, & contrarios ſitus, quia non augetur ſic ſurſum, quin etiam augeatur deorſum: omnia enim vegetabilia alūtur, & viuunt vſque in finem, & quouſque poſſint alimentum ſuſcipere. Tertia concluſio. Poſſibile eſt primum modum viuendi ſeparari ab alijs, ſed non è contrà, vt patet in plantis, quę non intelligunt, nec ſentiunt, tamen mouentur ſecundum diuerſa loca. Deindè ponit differentiam inter ſenſitiuum, & ſecundum locum motiuum, quia multa ſunt animalia, quæ ſecundum locum non mouentur, quæ tamen dicuntur viuere. Ex hoc infert, quod ſenſus tactus ineſt omnibus animalibus, quia ſicut vegetatiuum poteſt ſeparari à ſenſitiuo, & ab alijs, ità ſenſus tactus ab alijs ſenſibus, ſed non è contra, ergo ſicut vegetatiuum eſt vna pars animæ, quam omnia vegetabilia participant, ità ſenſus tactus eſt vnus ſenſus, quem òmnia ſenſibilia participant. Ex quo infert quòd ex prædictis poſſunt dici quatuor gradus viuendi, ſcilicèt vegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, & ſecundum locum motiuū. Conſequenter mouet duo dubia.

Vna diffinitione aliam demōſtrari non eſt inconueniens.

Tres concluſiones Phi.

Prima.

Opera vitæ multiplicia ſunt.

Secunda.

Tertia.

Differentia inter ſenſitiuum & inter locum motiuum.

Quatuor gradus viuendi.

Remotio duorum dubiorum.

Primum. Primum, vtrum ſenſitiuum, vegetatiuum, & intellectiuum *Secundum.* ſint diuerſæ potentiæ eiuſdem animæ? Secundum, ſi vnumquodque iſtorum ſit pars animæ, vtrum vnum ſeparatur ab alio ratione ſolum, vel etiam loco, & ſubiecto; Ad ſecundam reſpondet philoſophus, dicens quod in aliquibus non eſt dificile videre prædictam ſeparationem, in aliquibus autem eſt dubium videre: nàm in plantis partes ſeparatę, & deciſæ videntur viuere, & ſimiliter in aliquibus animalibus, puta annulloſis, vt ſunt anguillæ, & ſerpentes, quorum partes deciſæ viuunt, habent enim ſenſum, & phantaſiam, & appetitum, quia vbicunque eſt lętitia, & dolor, ibi eſt appetitus. Et quod partes deciſæ habeant ſenſum, probat, quia ſi pungantur, ſe retrahunt, & in iſtis ſenſitiuum, motiuum ſecundum locum, & vegetatiuum non videntur diſtingui loco, & ſubiecto. Sed de intellectiuo dubium eſt. Vtrum differat ab aliis ratione ſolum. Vel etiam loco & ſubiecto, quia intellectiuum videtur eſſe quoddam genus diſtinctum, & ſeparatum ab aliis, ſicut perpetuum à corruptibili. Deindè ſoluit primum dubium, dicens quod quatuor gradus viuendi inſunt quibuſdam viuentibus, vt hominibus aliquibus, aliqui vt brutis inſunt vegetatiuum, & ſenſitiuum, & ſecundum locum motiuum: quibuſdam ineſt ſolum vnus, vt vegetatiuum plantis. Ex quo infert, quod in diuerſis prædictis ſunt diuerſæ animæ, vel potentiæ abinuicem eſſentialiter diſtinctæ. ſed in eodem ſunt partes ipſius animæ. Ex omnibus prædictis vult inferre ſecundam diffinitionem ani-
Anima ſecunda diffinitio. mæ, & dicit primò, quod ſicut duplex eſt principium, quo ſcimus ſcilicet ſciētia, & anima, ſimiliter duplex eſt principiū, quo ſanamur, ſcilicèt ſanitas, & ſanabile, quo materialiter
Ex prædictis Corollaria. Quatuor. ſanamur, ità ſimiliter illud, quo viuimus, & ſentimus dicitur dupliciter: quia aliquo principio viuimus, tanquam forma, & aliquo tanquam ſubiecto. Tunc dicit, quod anima eſt principium, quo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus primò. Ex quibus omnibus infert aliqua corollaria. Primum. Anima eſt actus corporis, quia non eſt materia, nec totum cōpoſitum, ergo eſt actus, ſeu forma. Secun-
Actus actiuorum ſunt in patiente benè diſpoſito. dum. Corpus nō eſt actus animæ, ſed anima eſt actus corporis. Tertium. Anima neque eſt corpus, neque ſine corpore. Quartum. Anima non eſt actus cuiuſlibet corporis, ſed corporis organici, quia vniuſcuiuſque actus eſt ſua propria materia, in qua natus eſt ſic fieri: nam actus actiuorum ſunt in patiente prædiſpoſito, ideò materia animę eſt corpus phyſicum vitam habens in potentia

Digitized by Google

Ex Textu Commenti, 27. & indè.

Potentiarum autem animæ, quæ dictæ ſunt, alijs quidem inſunt omnes, alijs verò quædam harum, &c.

Iste eſt Secundus Tractatus huius libri, in quo Philoſophus determinat de potentijs animæ. Et diuiditur in duo capitula. Primum diuiditur in duas partes. In prima ponit duas concluſiones, quarum prima eſt. Potentiæ animę ſunt quinque in generali, ſcilicèt vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, ſecundum locum motiuum, & intellectiuum. Et ſubdit, quod iſtarum potentiarum, quædam inſunt aliquibus, quibus non inſunt aliæ, & quædam omnibus. Secunda concluſio. Omnibus animalibus ineſt appetitiuum, quòd probat duabus rationibus. Prima. Omne habens ſenſum habet appetitum, ſed omne animal habet ſenſum, ergo omne animal habet appetitum. Minorem probat, quia omnia animalia habent ſenſum tactus. Secunda ratio. Omne animal habet ſenſum alimenti, ſed omne habens ſenſum alimenti habet appetitum, quia omne habens ſenſum alimenti, habet eſuriem, & famē, ergo omne tale habet appetitum. Aſſumptum probat, quia fames eſt appetitus calidi, & ſicci, ſitis verò eſt appetitus frigidi, & humidi. *Iſtius Tractatus diuiſio in duo capitula. Potentiæ animæ. Quæ & quot. Duæ concluſiones. Prima. Secunda. Fames & ſitis quid.*

In ſecunda parte comparat animam ad figuram, & primò, tangit quatuor conuenientias inter iſta. Prima. Sicut figura non eſt aliquid præter figuras particulares, ſic anima non eſt aliquid præter animas particulares. Secunda. Sicut eſt vna communis ratio figuræ, quæ conuenit omnibus figuris, & nulli eſt propria, ſic etiam eſt vna communis diffinitio animæ, quæ conuenit omnibus animabus, & nulli eſt propria. Tertia. Sicut ridiculum eſt quærere vnam communem rationem figuræ, & non aſſignare propriam cuiuslibet, ſic ridiculum eſt ponere tantum diffinitionem communem animæ, & non ponere propriam cuiuſlibet. Quarta. Sicut in figuris poſterior continet priorem, ſic in animabus, vt vegetatiuum in ſenſitiuo. Deindè infert duo corollaria. Primum. Quærendum eſt, quid ſit anima vniuſcuiuſque viuentis. Secundum. Senſitiuum non eſt ſine vegetatiuo, licèt bene ſenſitiuum ſine intellectiuo. *Comparatio animæ ad figuram.*

Ex Textu Commenti, 33. & indè.

Si autem oportet dicere, quid vnumquodque ipſorum, vt quid intellectiuum, aut ſenſitiuum, &c.

Istud eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de anima vegetatiua, & actibus eius, & eius *Anima vegetatiua*

Digitized by Google

quid, qui eius actus, & quod obiectum, & quatuor cõcluſiones. obiecto. Et intendit primò quatuor concluſiones. Prima. Oportet primò dicere de actibus animæ, quàm de ipſa anima. Patet, quia prius eſt dicendum de his, quæ ſunt priora ſecundum cognitionem noſtram, ſed actus, & operationes ſunt priores potentijs, igitur. Secunda concluſio. Prius dicendum eſt de obiectis potentiarum, quàm de actibus eatum, quia obiecta ſunt priora actibus. Ex quo infert, quòd prius determinandum eſt de alimento, quod eſt obiectum potentiæ vegetatiuæ, & de generare ſibi ſimile, quod eſt actus eius, quàm de ipſa anima vegetatiua. Tertia concluſio. Prius determinandum eſt de anima vegetatiua, quàm de alijs, quia talis ineſt omnibus viuentibus, quod probat, quia omnibus viuentibus ineſt viuere, & non niſi per animam vegetatiuam, igitur. Quarta concluſio. Naturaliſſimum operum in viuentibus eſt generare ſibi ſimile, quod probat dupliciter. Primò inductione, vt animal generat animal, & planta plantam, igitur. Secundò probat ratione, quia omnia viuentia illud appetunt, per quod participant eſſe diuinum, ſed hoc fit generãdo ſibi ſimile, & quia non poſſunt ſemper in ſeipſis communicare in eſſe diuino, eò quod non contingit aliquod corruptibilium, vnum, & idem numero perpetuò manere: ideò vnumquodque eorum communicat ſuum eſſe ſecundum quod poteſt, & non poteſt in vnum numero, ergo in vnum ſecundum ſpeciem. Deindè ponit talem concluſionem. Anima eſt cauſa, ſiue principium viuentis corporis, ſecundum triplex genus cauſæ, ſcilicet formalis, efficiens, & finalis. Quod ſit cauſa formalis, probat, quia per ipſam corpus actu dicitur eſſe animatum, & per ipſam corpus viuit, ergo per ipſam habet eſſe, quia viuere in viuentibus eſt eſſe. Et quod ſit cauſa finalis, probat, quia illud eſt cauſa finalis corporis, gratia cuius fiunt organa corporea in viuentibus, ſed gratia animæ fiunt organa corporea in ipſis animatis, igitur. Quod ſit cauſa efficiens probat, quia eſt principium mouendi motu locali, motu augmentationis, motu diminutionis, & eſt cauſa ſenſationis, & intellectionis. Deindè narrat opinionem Empedoclis, dicebat enim Empedocles, plantas deorſum augeri propter motum terræ, & ſurſum propter motum ignis. Iſtam reprobat tribus rationibus. Prima eſt, Empedocles malè ſumit in plantis ſurſum, & deorſum dicens, radices eſſe deorſum, & ramos ſurſum, cùm radices in plantis ſe habeant, vt os in animalibus. Secunda ratio. Si ſolùm ſecundum virtutes elemẽtorum moueretur alimentum, tunc niſi eſſet aliquod deti-

Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

Anima eſt cauſa corporis viuentis ſecundum triplex genus cauſæ.

Empedoclis opinio & eius reprobatio tribus rationibus. Prima. Vid. 2 de cœlo, & mũdo.

Secunda.

nens alimentum, graue moueretur ad ſuum locum naturalem, & leue ad locum oppoſitum, quod eſt falſum, igitur. Tertia ratio. Quia ignis non eſt principaliter cauſa augmẽtationis, & nutritionis, vt aliquibus videbatur, quod ignis nutriebatur, & augmẽtabatur appoſito combuſtibili. Quod reprobat, quia ignis non determinat ſe ad certam magnitudinem, niſi prohibeatur: nàm ſi apponantur combuſtibilia in infinitum, augebitur ignis in infinitum, & tamen omnia viuentia ſunt naturaliter determinata ad certam magnitudinem. Ex quo habetur hæc auctoritas. Omnium natura conſtantium certus eſt terminus augmentationis, & diminutionis. Deindè determinat de obiecto potentiæ vegetatiuæ, & intendit talem concluſionem. Determinandum eſt prius de alimento, quàm de ipſa potentia, quia potentia vegetatiua diſtinguitur ab alijs per ſuam operationem, quæ eſt circa alimentum. Vndè tres ſunt conditiones alimenti. Prima, alimentum videtur eſſe contrarium alito. Secunda, non omne contrarium eſt alimentum, quia oportet alimẽtum per tranſmutationem conuerti in alitum. Tertia, alimentum eſt aliud ab eo, quod alitur, quod manifeſtum eſt in corporibus ſimplicibus. Deindè mouet vnam dubitationem. Vtrum alimentum ſit contrarium alito, vel ſimile ſibi? Et videtur, quod ſit ſimile; quia ex eodem aliquid augetur & nutritur, ergo aliquid augetur per ſimile, ſed quòd ſit cõtrarium, probat quia oportet alimentum alterari antequàm conuertatur in ſubſtantiam aliti: ſed omnis alteratio fit inter contraria, quia nihil patitur, niſi à ſuo contrario, igitur. Soluit iſtam dubitationem, dicens, quòd alimentum in principio eſt contrarium alito, & in fine eſt ſibi ſimile, quia alitum tranſmutat nutrimentum digerendo, & decoquendo ipſum, donec conuertatur in ſuam naturam. Deindè determinat de operationibus potentiæ vegetatiuæ, & primò de nutrire, dicẽs, quòd nutritio fit per hoc, quod alitum conuertit alimentum in eius ſubſtantiam. Deindè ponit differentiam inter augmentationem, & nutritionem dicens quòd alimentum, ſecundum quod eſt hoc aliquid, nutrit, & ſecundum quod eſt quantum, augmentat. Deindè dicit, quòd generatio fit ex eodem alimento, ſiue ſimili, ex quo fit nutritio ſiue augmẽtatio. Deindè deſcribit nutritionem, dicens, quòd nutritio eſt conuerſio nutrimenti, ſecundum quod ipſum eſt in potentia corpus animatum in ipſum corpus animatum per potentiam vegetatiuam propter ſalutem corporis viuentis. Ex quo habetur diffinitio potentiæ ve-

Tertia.

Auctoritas. Omnium natura conſtantium certus eſt terminus, augmentationis & diminutionis.

Tres conditiones alimenti.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Dubitatio.

Et eius ſolutio.

Differentia inter augmentationẽ & diminutionem.

Digitized by Google

getatiuæ. Potentia vegetatiua, eſt potentia nata conuertere alimentum exiſtens in potentia animatum in ipſum corpus animatum propter ſalutem ipſius animati. Ex quo infert, quòd ad nutritionem tria requiruntur, ſcilicèt agens, quod eſt anima vegetatiua: illud, quod alitur, puta corpus animatum: & illud, quo aliquid alitur ideſt alimentum. Et ſubdit finaliter, quòd vegetatiua debet diffiniri per generare, qui eſt finis potentiæ vegetatiuæ, ſed iuſtum eſt vnumquodque à fine appellari. Ex quo ſequitur, quòd duplex eſt principium generationis, ſiue nutritionis. Vnum eſt moués non motum, & illud eſt anima vegetatiua. Aliud eſt moués ſecundariò motum, cuiuſmodi eſt calor, ſiue ſpiritus.

Ad nutritionem tria requiruntur.
Vegetatiua quomodo diffinienda.
Duplex eſt principium generationis.

Ex Textu Commenti 51. & indè.

Determinatis autem his, dicamus communiter de omni ſenſu, & ſentire, &c.

De potentijs animæ ſenſitiuæ.

ISTE eſt Tertius Tractatus huius libri, in quo Philoſoph. determinat de potentijs animæ ſenſitiuæ. Et primò ponit talem concluſionem. Senſus fit per moueri, & pati, quod probat dupliciter, quia cùm fit ſenſatio, fit alteratio in ſentiente: ergo eſt quædam paſſio. Antecedens patet, quia ſenſus recipit ſpecies ſenſibilium, & recipiendo videtur alterari: igitur. Secundò, quia ſi ſenſus non eſſet potentia paſſiua, ſed actiua, tunc irrationabile eſſet, quare ſenſus non ſentiret ſe, quod tamen non facit: igitur. Ex quo infert, quòd ſenſus non eſt potentia actiua, ſed paſſiua. Et ſubdit, quòd contingit aliquid ſentire duobus modis, ſcilicet in actu, & in potentia, ſicut aliquid dicitur eſſe ſciens dupliciter, ſcilicet in potentia, & in actu. Vndè homo dicitur ſciens in potentia, quia nondum habet ſcientiam, ſed eam poteſt habere, ſed quandò habet ſcientiam, ſed non operatur ſecundùm eam, dicitur ſciens ſecundùm actum ſm. Et differunt, quia ille, qui eſt in potentia ſciens, primo modo fit in actu, per hoc, quò d eſt alteratus: ſed ſecundo modo fit in actu, eo quod tranſit de non agere ad agere, qui enim eſt in potentia ſciens, iſto ſecundo modo poteſt operari, quãdò voluerit. Conſequenter ſubdit, quòd duplex eſt paſſio, quędam eſt corruptiua, quæ fit à contrario, alia eſt perfectiua, per quam acquiritur qualitas, quæ eſt perfectio ipſius potentiæ, Et infert, quòd ſenſus patitur à ſenſibili paſſione perfectiua, quæ tranſit de potentia in actum, & non paſſione corruptiua; quia non eſt rectum dicere ſapientem alterari cùm ſapiat. Conſequenter dicit, quòd mutatio de

Senſus, qua potentia.
Aliquid ſentire contingit dupliciter.
Paſſio duplex.

prima potentia ad primum actum fit à generante, vt cùm ſenſitiuum generatum eſt, habet ſenſum, & cùm habet actũ ſentiendi, tunc dicitur actu ſentire, ſicut ſciens dicitur habere ſcientiam, quandò habet habitum, ſed dicitur actu ſciens, quandò actu operatur ſecundum habitum. Eſt tamen differentia, quia principia actiua ſenſationis ſunt extrinſeca, ſicut viſibile, & audibile: ſed principium conſiderationis eſt intrinſecum.

Senſibilium diuiſio.

Finaliter ponit duas diuiſiones. Prima. De numero ſenſibilium, quoddam eſt ſenſibile proprium, & quoddam commune. Secunda, Senſibilium aliud per ſe, aliud per accidens. Et ſubdit, quòd circa ſenſibile per ſe, & proprium non contingit errare, vt viſus non errat circa colorem, nec auditus circa vocem, quia viſus non decipitur in colore, quis color ſit, nec auditus in voce, quæ vox ſit. Deindè numerat ſenſibilia cõmunia, quæ ſunt quinque, ſcilicet motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Et quòd illa ſint cõmunia, probat, quia non ſunt propria alicui ſenſui, ſed cõmunia omnibus, aut pluribus, aliquis enim motus eſt ſenſibilius tactu, & viſu. Deindè oſtendit, quid ſit ſenſibile per accidens: dicens, quòd eſt ſenſibile ſecundum accidens, vt ſi albus ſit Dyareti filius, filius erit ſenſibile ſecundum accidens, quia album accidit Dyareti filio.

Senſibilia communia quinque. *Senſibile per accidens quid.*

Ex Textu Commenti. 65. & indè.

Cuius quidem eſt viſus, hoc eſt viſibile, viſibile autem eſt color quidem, & quod verè, &c.

Potentia viſiua, quæ, & eius obiectum.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de potentia viſiua, & eius obiecto. Et diuiditur in quatuor partes: in prima, ponit aliquas concluſiones. Prima, Color eſt per ſe viſibilis, quia color habet intra ſe cauſam, propter quam eſt per ſe viſibilis: igitur eſt per ſe viſibilis. Secunda concluſio, Color non eſt viſibilis ſine lumine. Quod probat, quia color eſt motiuus dyaphani ſecundum actum, ſed dyaphanum non eſt actu dyaphanum ſine lumine: igitur color non eſt viſibilis ſine lumine.

Duæ concluſiones. Prima. Secunda.

De dyaphano tres concluſiones. Prima. Secunda. Tertia.

In ſecunda parte determinat de dyaphano, & intendit tres concluſiones. Prima, Dyaphanum eſt viſibile, quia eſt receptiuum luminis: igitur eſt viſibile. Secunda concluſio: Dyaphanum non eſt primò, & per ſe viſibile, quia illud non eſt viſibile per ſe, quod non eſt viſibile, niſi per aliquod extraneum, ſed dyaphanum non eſt viſibile, niſi per colorem, vel lumẽ in eo receptum: igitur. Tertia cõcluſio. Dyapha-

Digitized by Google

num ex ſe non debet habere aliquod lumen actu,ſed ſolùm in potentia. Quod probat, quia ſuſceptiuum colorum debet eſſe ſine colore, quia dyaphanũ eſt ſuſceptiuum luminis,ergo debet eſſe actu ſine lumine.

Luminis diffinitio.

In tertia parte determinat de lumine, ponens diffinitionem luminis,dicens,quod lumen eſt actus diaphani,ſecundum quod dyaphanum. Quod probat,quia illud in quo ſuſcipitur lumen,eſt dyaphanum in potentia,&fit dyaphanum in actu per lumen, igitur. Deindè tangit reprobationem duorum errorum circa naturam, & motũ luminis. Primus fuit aliquorum dicentium, quòd lumen eſt corpus defluens à corpore lucido per minutas partes. Contrà hoc arguit, quia ſi ſic, ſequeretur quòd duo corpora eſſent in eodem loco, quod eſt impoſſibile. Secundus fuit Empedoclis dicentis, quòd lumen ſucceſſiuè multiplicatur per medium, ſed hoc eſt imperceptibile. Iſtud reprobat,quia dato, quòd talis multiplicatio luminis in paruo ſpatio eſſet imperceptibilis,non tamen in magno.

Reprobatio errorum circa naturam & motũ luminis.

In quarta parte determinat de viſibilibus innominatis, dicens,quòd ſunt quędam lucida innominata,quæ non videntur in lumine, ſed in tenebris, vt putredines quercuum, oculi catorum,& luporum,& vnus vermis lucens de nocte. Et ſubdit duo corollaria. Primum. Color non videtur ſine lumine, quia propria natura coloris eſt, quòd nõ moueat, niſi mouendo dyaphanum in actu, ſed non eſt dyaphanum in actu ſine lumine,igitur. Secundum corollarium. Si ponatur corpus coloratum ſuper viſum, non videbitur, & hoc eſt propter hoc,quod inter coloratum & viſum, non eſt dyaphanum. Ex quo infert, quòd ſenſibile poſitum ſuper ſenſum,non facit ſenſationem.

Duo corollaria. Primum. Secundum. Senſibile ſupra ſenſũ non facit ſenſationem.

Finaliter reprobat opinionem Democriti dicentis,quòd medium impedit viſionem,ideò dicebat,quòd ſi inter ſphęram,& viſum noſtrum eſſet vacuũ,ſphæra videretur,& etiã quodcunque paruum viſibile exiſtens in ſphæra videretur. Hanc opinionem reprobat, quia ad hoc, quòd fiat viſio, oportet colorem immutare medium , modò ſi eſſet vacuũ, nullum eſſet medium, igitur. Ex quo infert,quòd in omni ſenſatione medium eſt neceſſarium: dicit tamen, quòd non omnium ſenſibilium eſt idem medium, quia medium, per quod multiplicatur ſonus , eſt aer, ſed medium odoris non eſt tantùm aer, quia piſces in aqua odorant.

Opinionis Democriti reprobatio.

In omni ſenſatione mediũ eſſe neceſſariũ.

Ex Textu Commenti, 77. & indè.

Nunc autem primum de ſono, & olfactu determinemus, eſt autem duplex ſonus, &c.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus determinat de audibili, & auditu. Et diuiditur in quatuor partes in prima pręmittit talem diuiſionem. Corporum, quædam habent ſonum, vt æs, aurum, & corpora dura. Alia verò non habent, vt ſpōgia, & lana. Ex quo infert, quod ad ſonum tria requiruntur, ſcilicèt percutiens, percuſſum, & medium. Quod probat, quia omnis ſonus fit cum percuſſione, & ictu, ſed in omni percuſſione ſunt illa tria, igitur. Dicit ſecūdò, quod corpora, per quę fit ſonus, debent eſſe dura, & concaua, & leuia. Dura, quia mollia malè ſonāt, eo quòd malè reſiſtūt. Leuia, quia aſpera non benè poſſunt tāgi. Cōcaua, eo quòd medius retineatur aer. Dicit tertiò, quòd mediū, per quod fit ſonus, eſt aer, & aqua, minus tamen aqua. Ex his patet qualiter generetur ſonus: nàm per hoc, quod aer medius nō poteſt de facili, cedere percutienti, detētus à percuſſo reſiſtente percutienti, oportet aerē velociter, & violēter frangi. Deindè oſtendit, quomodo generatur ſonus per reflexionem, dicens, quòd ſonus per reflexionem, qui vocatur ſonus Echon, fit hoc modo: nàm per hoc, quod aer motus, in quo genitus eſt ſonus, inuenit obſtaculum, propter quod flectitur, vndè mouebatur, & ille ſonus, qui reuerberatur dicitur ſonus Echon.

De auditu, & audibili.

Corporum diuiſio.

Ad ſonum tria requiruntur.

Sonus quomodo generatur.

In ſecunda parte determinat de ſono, quantùm ad immutationem medij, & extremi, dicens, quod percutiens, primò mouet aerem, qui eſt vnus, & continuus. Et quia in organo eſt quidam aer intrinſecus connaturalis, ideo quandò coniungitur aeri intrinſeco deferenti ſonum, tunc dicimus audire. Ex quo ſequitur, quòd animal non audit in qualibet parte ſui, quia non in qualibet parte ſui eſt aer connaturalis. Dicit ſecundò, quòd ille aer, qui eſt in auribus, ſcilicèt in miringa, i. pelle illa, de ſe eſt immobilis, vt poſſit de ſe percipere omnes differentias ſonorum. Et quòd, ſit talis aer in auribus, probat à ſigno, quia in aqua non audimus ſupple perfectè, eo quòd ſonus non ingreditur vſque ad illum aerem. Et, quòd talis aer non moueatur, probat, quia aliquando contingit, quòd propter motum ſpirituum abſque motiuo exteriori, ille aer naturalis moueatur, & tunc apparet nobis, eſſe quidam ſonus in auribus. Deindè mouet vnam quęſtionem. Vtrum percutiens ſonet, vel percuſſum? Reſpondetur, quòd vtrumque, differenter tamen, quia percutiens ſonat mouendo, & pellendo aerem, & percuſſum

An percutiens ſonet vel percuſſum.

Sonorũ differentia. ſonat detinendo aerem, ità quòd aer exiſtens inter percutiens, & percuſſum velociter frangitur.

In tertia parte determinat de differentijs ſonorum: dicens, quod ſicut color non percipitur ſine lumine, ità differentiæ ſoni non percipiuntur ſine ſono. Vndè differentiæ ſonorum ſunt acutum, & graue, & dicuntur hæc nomina de ſonis propter ſimilitudinem ad tangibilia: nàm ſicut tangibile acutum mouet, & pungit velociter tactum, ſic etiam ſonus acutus velociter mouet auditum, & ſicut tangibile graue non velociter mouet tactum, ſic ſonus grauis non velociter mouet auditum.

Anima cauſa effectiua vocis. In quarta parte determinat de voce, & primò de cauſa efficiente eius: dicens, quòd anima eſt cauſa effectiua principalis vocis. Ex quo infert, quod nullum inanimatum vociferat, & licet aliqua inſtrumenta muſicalia dicantur vociferare, tamen non vociferant, ſed faciunt ſonum ſimilem voci. Dicit ſecundò, quòd non habentia ſanguinem, non reſpirant, cuiuſmodi ſunt piſces, quia non ſuſcipiunt aerem *Subiectum vocis quid.* reſpirando, ideò talia non vociferant, cùm vox non fiat ſine aere reſpirato. Dicit tertiò, quòd vox eſt ſonus animalis ſecundum illam partem ſecundum quam ſuſcipit, & emittit aerem. Ex quo infert, quòd aer reſpiratus, & poſtea aſpiratus, eſt ſubiectum vocis. Dicit quartò, quòd natura vtitur aere reſpirato propter duos fines, ſcilicèt propter neceſſitatem vitę, vt refrigeretur calor naturalis ipſius cordis. Secundò, ad vociferandum, ſicut natura vtitur lingua principaliter ad guſtandum, & ſecundariò ad loquendum. Dicit vlterius, quod organum formatiuum vocis, eſt vocalis arteria procedens ab ore vſque ad pulmonem per modum fiſtulæ, & pulmo eſt cauſa principalis, quare vocalis arteria eſt formatiua vocis. Vndè pulmo eſt refrigeratiuum cordis *Vocis diffinitio.* attrahendo aerem. Ex omnibus infert deſcriptionem vocis: dicens, quòd vox eſt repercuſſio aëris reſpirati ad vocalem arteriam, moti ab anima, quæ eſt in illis partibus. Et dicit *Vocis finis.* finaliter, quòd cauſa finalis vocis eſt alteri ſignificare conceptum mentis. Ex quo infert, quòd non omnis ſonus animalis dicitur vox, ſed quæ fit cum imaginatiõe ſignificãdi.

De olfactu, & eius obiecto.

Ex Textu Commenti, 92. & indè.

De odore autem, & olfactibili minus benè determinabile eſt dictis, &c.

ISTVD eſt Quartum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de odore, & olfactu dicens. Primò, quòd dif-

ficile eſt, benè determinare de odore: quia peiorem olfactũ habemus inter alia animalia. Quod probat, quia non odoramus, niſi delectando, aut triſtando: ſed delectatio, & triſtitia impediunt rectum iudicium olfactus. Deindè oſtendit quomodo olfactus habet quandam ſimilitudinem cum guſtu, dicens: quòd proportionabiliter eſt dicendum de olfactu ſicut de guſtu, quia proportionabiliter ſe habent ſpecies odoris, & ſaporis, ità quòd ſpecies odoris ſequũtur ſpecies ſaporis, ſed ſapores ſunt nobis certiſſimè noti, quia guſtus eſt quidam tactus, & inter cætera animalia habemus tactum certiſſimum. Ex quo infert, quòd inter cætera animalia, homo eſt prudentiſſimum animalium, quia homo habet certiſſimum tactum, & per tactum cognoſcimus ingenioſos ab alijs. Nàm dicit Philoſophus, quod duri carne, inepti mente dicuntur, ſed moles carne, apti mente dicuntur. Deindè oſtendit, quomodo nominantur ſpecies odoris dicens: quòd ſpecies odoris eiſdem nominibus nominãtur, quibus nominantur ſpecies ſaporis. Deindè ſubiungit, quòd olfactus poteſt percipere non odorabile, quia viſus percipiet tenebram, & auditus ſilentium, ergo olfactus poteſt percipere non odorabile, licet hoc ſit per accidens. Et dicit, quòd non odorabile dicitur tripliciter. Vno modo, quia nullum odorem habet. Alio modo, quia prauum odorem habet. Tertio modo, quia paruum odorem habet. Deindè determinat de medio olfactus dicens: quòd medium, per quod ſentitur odor, eſt aer, vel aqua, quia mediante aere contingit odorare, & etiam mediante aqua, vt patet de piſcibus, qui à longè proſequuntur alimentum. Deindè mouet vnam quæſtionem, Vtrum animalia non habentia ſanguinem. ſentiant odorem per olfactum, vel per alium ſenſum? Et videtur, quòd non per olfactum, quia non reſpirant, & perceptio odoris fit cum reſpiratione, igitur. Soluit prædictam dubitationem, dicens, quòd animalia reſpirantia percipiunt odorem per olfactum, quia talia animalia aliquando corrumpuntur, & læduntur à magnis odoribus, ergo ſignum eſt, quòd talia animalia percipiunt odorem, dicit tamen Philoſophus, quòd animalia reſpirantia, ſanguinem habentia, & animalia non reſpirentia non ſimiliter percipiunt odores. Quod declarat per ſimile, quia quædam animalia habent palpebras ad cooperiendum oculos, & talia non vident, niſi mouendo palpebras, alia ſunt animalia non habentia palpebras, ſicut ſunt illa, quæ habent duros oculos, & talia vident ſine motu palpebrarum, ità ſimili-

Inter cætera animalia hominem eſſe prudentiſſimũ animaliũ.

Species odoris quo nominantur.

Non odorabile dicitur tripliciter.

Animalia ſanguine carentia non habent odorem.

ter ſunt quædam animalia ſupra organum olfactus pelliculam habentia, & talia non odorant ſine apertione talis pelliculæ, quæ quidem apertio fit per reſpirationem: ratio, talia animalia odorant reſpirando: alia, quæ non habent pelliculam ſupra organum olfactus, & talia odorant non reſpirando. Finaliter dicit, quòd ſicut organum guſtus eſt in potentia ad ſapores, ſiuè ad recipiendum ſpecies ſaporis, ità organum olfactus eſt in potentia ad recipiendum ſpecies odoris.

Ex Textu Commenti, 101. & indè.

Guſtabile autem eſt quoddam tangibile, & hoc eſt cauſa, quia non fit ſenſibile, &c.

De guſtu, & guſtabili. ISTVD eſt Quintum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de guſtu, & guſtabili præmittens primò talem concluſionem. Guſtabile eſt quodammodo tangibile, quod probat duabus rationibus. Prima. Illud, quod tangitur ſine medio extraneo, eſt tangibile, ſed guſtabile eſt huiuſmodi, igitur. Secunda ratio. Illud, quod percipitur cum humido, vel in humido, eſt quodammodo tangibile, cùm humiditas ſit qualitas tangibilis, ſed guſtabile eſt huiuſmodi, igitur. Minor patet, quia non guſtatur, niſi ſapor, & ſapor eſt de natura humidi. Ex quo infert Philoſophus, quod guſtus eſt quidam tactus, ità quòd guſtus, & tactus conueniunt in modo ſentiendi, cùm vtrumque ſentiat ſine medio. De guſtu declarat, quia ſi aliquis eſſet in aqua, & eſſet quidam ſapor admixtus illi aquæ, & poneretur ſupra linguam, percipiet, quod tamen non fit de alijs ſenſibilibus: nàm colore poſito ſupra oculum, non fit viſio, ergo guſtus fit ſine medio extraneo. Etiam per guſtum non percipimus ſaporem ſine humiditate, ideò natura dedit in lingua ſaliuam, vt mediante illa poſſit percipi ſapor. Conſequenter determinat de obiecto guſtus, dicens, quòd ſicut viſus eſt perceptiuus viſibilis, & inuiſibilis, & ità guſtus eſt perceptiuus guſtabilis, & non guſtabilis. Dicit tamen, quòd guſtu magis percipimus potabile, quàm commeſtibile, & hoc ratione humiditatis. Deindè determinat de organo guſtus dicens, quòd organum guſtus non debet eſſe actualiter humidum, quia recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti, & cùm organum guſtus ſit receptiuum ſpecierum guſtabiliũ, ſequitur, quòd erit denudatum, ab humido, vt poſſit iudicare de humido. Quod probat per quoddam ſignum, quia cũ lingua eſt nimis ſicca, non percipit ſaporem, niſi fuerit hu-

Obiectum guſtus quid.

3. de anim. 1. Com.

Organum guſtus quid.

Digitized by Google

mectata,& ſimiliter cum lingua eſt multum humida,& per multos ſapores humectata,non benè iudicat de ſaporibus, quia organum guſtus non debet eſſe multum humidum, neque multum ſiccum: Ex quo patet,quòd infirmi habentes multam humiditatem,& amaram ſupra linguam, iudicant omnia amara. Finaliter enumerat ſpecies ſaporis, dicens, quòd ſunt ſeptem,ſcilicèt duæ extremę,ſcilicèt ſapor dulcis, & ſapor amarus,& medij ſapores. Vndè ſpecies propinqua dulci eſt ſapor pinguis, & propinqua amaro eſt ſapor ſalſus. & inter iſtas ſpecies ſunt ſapor auſterus, acetoſus,acutus,& ſtipticus. Et ſubdit,quòd organum guſtus debet eſſe in potentia ad recipiendum ſpecies ſaporis. *Species ſaporu ſeptē.*

Ex Textu Commenti, 106. & indè.

De tangibili autem, & tactu eadem ratio,ſi enim tactus non eſt vnus ſenſus,ſed plures,&c.

ISTVD eſt Sextum Capitulum huius Tractatus,in quo Philoſophus determinat de tangibili,& tactu. Et diuiditur in tres partes. In prima mouet,& ſoluit duas queſtiones. Prima, vtrum caro in habentibus carnem ſit organum tactus,vel medium,vel vtrumque. Secunda, vtrum tactus ſit vnus ſenſus,vel plures. Pro cuius declaratione ponit talem concluſionem. Senſus tactus non eſt vnus, ſed plures. Probat, quia omnis ſenſus vnus videtur eſſe vnius contrarietatis, tantùm perceptiuus, ſed ſenſus tactus non eſt huiuſmodi,igitur. Maiorem probat inductiuè in alijs ſenſibus. Minorem probat, quia tactus eſt perceptiuus calidi, & frigidi, humidi,& ſicci. Et ſi dicatur, quòd ſenſus auditus, eſt etiam perceptiuus plurium contrarietatum, vt grauis, & acuti,magnitudinis,& paruitatis? Reſpondet Philoſophus, quòd qualitates perceptibiles per auditum ſunt reducibiles ad vnum commune obiectum, ſ. ad ſonum, ſed ſic non eſt de qualitatibus perceptibilibus à tactu. Conſequenter Philoſophus ſoluit primam quæſtionem,dicens, quòd caro non eſt organum tactus. Et ſi quis arguat,quòd ſic,quia poſito tangibili ſupra carnem, ſtatim percipimus ipſum tangibile, ergo ſignū eſt, quòd caro ſit organum tactus. Reſpondet Philoſophus negando conſequentiam,quia ſi ſupra carnem extenderetur aliqua pellicula tenuiſſima,& ponatur tāgibile ſupra eam, ſtatim percipietur tangibile, & tamen notum eſt, quòd illa pellicula non eſt organum tactus. Probat etiā, quòd caro non ſit organum tactus duabus rationibus. Prima,quia caro eſt medium tactus,ergo non eſt eius orga- *De tactu & tangibili.* *Duæ quæſtiones.* *Prima.* *Secunda.* *Obiectio.* *Solutio.* *Carnē non eſſe organū tactus.* *Probatur duab. rōnib.* *Prima.*

nū. Anteccedēs patet, quia in ſenſu tactus, medium debet eſſe intrinſecum, ſed tale mediū non poſſet eſſe aer, neque aqua, igitur oportet, quod ſit caro. Secunda ratio, ſenſibile poſitū ſupra ſenſum non facit ſenſationem, ſed tangibile poſitum ſupra carnem facit ſenſationem, ergo caro non erit organū tactus, ſed erit medium. Et ſi arguatur, ſi ſenſus tactus habeat vnum medium, ſequitur, quòd erit vnus ſenſus? Reſpondet Philoſophus, quòd conſequentia non valet, quia viſus, guſtus, & olfactus percipiunt ſua obiecta per idem medium, & tamen manifeſtum eſt, quòd illi ſenſus ſunt plures. Ex quo infert Philoſophus, quòd oportet tangibile tangere mediū cōnaturale, quia inter tangibile, & tactum debet eſſe mediū. Secundò infert, quòd nulla corpora dura in aere, vel aqua poſſunt ſe tangere ſine medio.

Secunda ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationē. *Inſtantia.* *Reſponſio.* *Inter tangibile, & tactum debet eſſe medium.*

In ſecunda parte mouet dubium, qualiter differunt guſtus, & tactus ſentiendo per medium extraneum, & alij ſenſus? Reſpondet Philoſophus, quòd medium extraneum purè accidentaliter ſe habet ad ſenſationem, quæ fit per guſtum, aut tactum, quia ſi tale medium non eſſet, non minus fieret ſenſatio, ideo tale medium ſolùm eſt accidentale, ſed in alijs per ſe requiritur.

Obiectio. *Solutio.*

In tertia parte determinat de obiecto ipſius tactus, dicens: quòd obiectum proprium ipſius tactus ſunt quatuor qualitates primæ. Deindè determinat de organo tactus dicens, quòd organū tactus eſt quidā neruus extēſus per totū corpus ad modum retis, exiſtens in media diſpoſitione qualitatum primarum: & debet eſſe in potentia ad recipiendum ſpecies qualitatum ſenſibilium, debet etiam eſſe in proportione media illarum qualitatum. Finaliter infert, quòd illæ qualitates primæ, ſecundùm excellentiam earum non ſentiuntur: quia ſenſus tactus, conſiſtit in media proportione qualitatum, & ab excellentijs ipſarum corrumpitur.

Obiectum & organū tactusquid. *Senſus tactus vbi conſiſtat.*

Ex Textu Commenti 121, & indè.

Oportet autem vniuerſaliter de omni ſenſu accipere, quoniam ſenſus quidem eſt ſuſceptiuus ſpecierum, &c.

Iſtius tractatus diuiſio in tria capitula. *De ſenſib. interiorib.* *Quatuor concluſiones.* *Prima.* *Secunda.*

ISTE eſt Vltimus Tractatus huius libri, in quo Philoſophus determinat de ſenſibus interioribus, & diuiditur in tria capitula. Primùm diuiditur in tres partes. In prima parte intendit quatuor concluſiones, quarum prima eſt hæc: Omnis ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſenſibiliū ſine materia. Quod probat per ſimile, quia cera recipit formam anuli ſine materia eius, igitur. Secunda concluſio. Excellentiæ

Digitized by Google

ſenſibilium corrumpunt ſenſum. Quod probat, quia excellentiæ ſenſibilium corrumpunt proportionem qualitatum diſponentium ipſum organum: igitur. Tertia concluſio: *[Tertia.]* Plantæ non ſentiunt, quamuis habeant animam. Probat: quia non habent illam proportionem qualitatum, quæ requiritur ſenſui tactus: igitur. Quarta concluſio tangit vnam *[Quarta.]* quæſtionem; vtrum omne, quod patitur à ſenſibili, ſit ſentiens? *[Quæſtio.]* Et probat, quòd ſic, quia quicquid agit in olfactum, eſt odor: ergo quicquid patitur ab odore, eſt olfactus. Quæſtionem ſoluit *[Solutio.]* ponendo differentiam inter tangibilia, & alia ſenſibilia, quia omnia tàm animata, quàm inanimata patiuntur aliquid à qualitatibus tãgibilibus, ſed non omnia patiuntur ab odoribus

In ſecunda parte intendit talem concluſionem: Tantùm ſunt quinque ſenſus exteriores. *[Senſus exteriores quinq; eſſe probatur tripliciter.]* Quod probat, quia tot ſunt ſenſus exteriores, quot habet animatum perfectum, ſed animatum perfectum ſolùm habet quinque. Minorem probat tripliciter. Primò ex parte ſenſibilium propriorum, quia nulla ſunt ſenſibilia propria, quæ non percipiantur ab animato perfecto: igitur. *[Prima.]* Secundò probat ex parte medij, quia omne medium, vel eſt coniūctum, vt caro, vel extrinſecum, *[Secunda.]* vt aer, vel aqua, & quodlibet habet animatum perfectum: igitur. Tertiò probat ex parte organorum, quia omne organum *[Tertia.]* eſt à dominio alicuius elementorum, vel ergo eſt à dominio aquæ, & ſic eſt oculus: vel aer, & ſic eſt auditus: ſi aliqualiter ignis, ſic eſt olfactus, ſi terra, erit tactus, & guſtus.

In tertia parte intendit talem concluſionem. Propter ſenſibilia communia non eſt ponendus aliquis ſenſus proprius, & particularis ab alijs diſtinctus, probat tribus rationibus. *[Propter ſẽſibilia communia non eſſe ponendum ſenſum proprium probatur tripliciter.]* Prima, quia omnia ſenſibilia communia ſentiūtur ſenſibus particularibus, igitur. Secunda: Nullum obiectum habens ſenſum proprium ab alijs diſtinctum ſentitur ab alio ſenſu, niſi per accidens, ſed ſenſibilia communia ſentiuntur à pluribus ſenſibus per ſe: igitur. Tertia ratio. Illa non habent ſenſum proprium ab alijs diſtinctum, quæ per ſe à pluribus ſenſibus percipiuntur, ſed ſenſibilia communia ſunt huiuſmodi: igitur. Finaliter mouet vnum dubium, quare percipimus ſenſibilia communia pluribus ſenſibus? *[Dubium & eius ſolutio.]* Soluit Philoſophus dicens: quòd eſt vt percipiamus diuerſitatem inter ſenſibilia propria, & communia.

Digitized by Google

Ex Textu Commenti 128. & indè.

Quod autem non ſit ſenſus alius præter quinque, dico autem hos, viſum, auditum olfactum, &c.

Quòd detur ſenſus communis.
Tres concluſiones.
Prima concluſio.
Secunda concluſio.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Philoſophus oſtendit numerum ſenſuum exteriorum. Et diuiditur in ſex partes. In prima parte intendit ſex concluſiones. Prima tangit vnam quæſtionem: vtrum ſenſus particulares percipiant ſuas operationes, vel illæ percipiantur ab alio ſenſu. Secunda concluſio tangit duas rationes probantes: quòd percipiantur à ſuis ſenſibus: & duas, quòd percipiantur ab alio ſenſu. Prima ratio, pro prima parte talis eſt, nam ſi actiones ſenſuum particularium perciperentur ab alio ſenſu ſequeretur, quòd vnius, & eiuſdem obiecti eſſent duo ſenſus, quod eſt impoſſibile, igitur. Secunda ratio, quia ſi actiones ſenſuum particularium perciperentur ab alio ſenſu, eadem ratione actio alterius ſenſus perciperetur ab alio, & ſic eſſet proceſſus in infinitum. Pro ſecunda parte tangit duas rationes. Prima, quia ſi ſenſus particulares ſentirent ſuas actiones, ſequeretur, quod eſſet idem ſenſus ſui ipſius, ſed hoc eſt falſum, igitur. Secunda ratio, ſequeretur quòd viſio eſſet colorata, vel eſſet color, quod eſt impoſſibile: igitur. Tertia concluſio tangit ſolutionem prædictæ quæſtionis; dicens, quòd eſt aliquis ſenſus, qui percipit colorē tantùm in præſentia coloris, & talis non percipit actionem, per quam cognoſcitur color. Alius eſt, qui percipit colorem in abſentia coloris, & ille percipit viſionem, & vocatur ſenſus communis, ſeu phantaſia.

Tertia concluſio.

In ſecunda parte ſoluit vnam quæſtionem, cùm ipſius ſenſibilis, & ſenſus ſit idem actus, quare ſenſibile non ſentit ſicut ſenſus, ſoluit Philoſophus dicens, quòd cùm motus actio, & paſſio ſint in patiente, actus enim actiui, & paſſiui ſunt in patiente, ideò non oportet mouens moueri, nec agēs pati, ideò actus ſenſibilis nō eſt in ſenſibili, ſed in ſenſu.

Actus actiui, & paſſiui ſunt in patiente.

In tertia parte ſoluit aliam quæſtionem, vtrum ſenſus, & ſenſibile ſimul corrumpantur. Soluit per diſtinctionem, dicens, quòd duplex eſt ſenſus, & ſenſibile, quia quoddam eſt in potentia, aliud in actu, & ille ſenſus in actu ſimul corrumpitur cum ſenſibili actu, quod probat, quia eorum eſt idem actus: ergo quandò corrumpitur actus vnius, corrumpitur etiam actus alterius, & per conſequens, quandò vnum corrumpitur, alterum corrumpitur.

Quæſtio & eius ſolutio.
Senſus & ſenſibile duplex.

Digitized by Google

In quarta parte ſoluit aliam quæſtionem, quare quædam ſenſibilia corrumpunt ſenſum, & quædam delectant ſenſum. Soluit dicens, quod omnis ſenſus conſiſtit in quadã media proportione, modò quælibet proportio corrumpitur per excellentiam, ideò excellens ſenſibile corrũpit ſenſum. *Queſtio & eius ſolutio.*

In quinta parte ſoluit quintam quæſtionem, qualiter differunt ſenſus particulares à ſenſu cõmuni ex parte actus? Soluit dicens, quòd vnuſquiſque ſenſus particularis ſentit ſuum proprium ſenſibile, & diſcernit differentias proprias eius, vt viſus diſcernit album à nigro, & ſimiliter de aliis dicatur. Sed ſenſus communis diſcernit inter obiecta diuerſorum ſenſuum, quod probat, quia nos diſcernimus inter albũ, & dulce, & hoc non fit per ſenſum proprium: ergo per ſenſum communem, igitur. *Queſtio & eius ſolutio.*

In ſexta parte quærit aliam quæſtionem: Vtrum ſenſus communis ſit vnus? Et arguit, quòd non, quia impoſſibile videtur, quòd vnus ſenſus ſimul iudicet de diuerſis ſenſibilibus, & contrariis, ſenſus communis ſimul iudicat de diuerſis ſenſibilibus, & contrarijs: igitur non eſt vnus. Maiorem probat, quia impoſſibile eſt idem, & indiuiſibile moueri motibus diuerſis, & contrarijs; ergo idem ſenſus non poteſt moueri à ſenſibilibus contrarijs, & diuerſis. Soluit dicens, quod ſenſus communis eſt vnus, & indiuiſibilis, & tamen ſecundum eſſe quodammodo diuiſibilis. Sed contrà hoc arguit ſic Philoſophus, quia licèt indiuiſibile poſſit habere in potentia contraria, non tamen poteſt ſimul habere contraria ſecundum actum. Soluit dicens, quod ſicut punctus eſt quodammodo vnus, & quodammodo duo, ſecundum ſe acceptus eſt vnus, ſed ſecundum quod eſt finis vnius partis, & principium alterius, eſt quodammodo duo, ſimiliter eſt de ſenſu communi. *Queſtio & ſolutio.* *Senſus cõmunis quid.* *Obiectio.* *Solutio.*

Ex textu Commenti 150. & indè.

Quoniam autem duabus differentijs diffiniunt maximè animam, motu quidem ſecundum locum, &c.

IN hoc Vltimo Cap. Philoſophus determinat de ſenſibus interioribus. Et diuiditur in ſex partes. In prima parte tangit opinionem antiquorum, dicens, quod antiqui ponenebant maximè duas differentias animæ, ſcilicèt motiuum ſecundum locum, & cognoſcitiuum: cuius actus ſunt intelligere, & ſentire, ideò non diſtinguebant inter ſentire, & intelligere. Et hoc probabant duabus rationibus. Prima, ſenſus cognoſcit, intellectus cognoſcit: ergo intellectus eſt ſen- *Phantaſia quid, & quomodo differt ab opinione, & intellectu.*

ſus. Secunda ratio, Simile à ſimili cognoſcitur, ſed anima cognoſcit corpora: igitur eſt ſimilis omnibus corporibus, & ſic potentia intellectiua erit organica, ſicut ſenſitiua. Hãc reprobat quinque rationibus. Prima, concluſio eorum eſt inſufficiens, eo, quòd oſtendit cauſam ignorantiæ. Secunda, quia ſecundùm eos oportet dicere omnia vera eſſe, quæ videntur. Tertia ratio, quia ſecundùm eos oportet dicere, quòd deceptio cauſaretur ex contactu ſimili, ſicut ſcientia ex contactu ſimili. Quarta ratio. Illa diſtinguuntur, quę poſſunt abinuicem ſeparari, ſed intelligere, & ſentire poſſunt abinuicem ſeparari, nàm ſenſus eſt in omnibus animalibus, intellectus vero ſolùm in hominibus. Quinta ratio, Contingit intelligere rectè, & non rectè, ſed ſenſus reſpectu ſuorum ſenſibilium ſemper eſt verus.

Differentia inter phantaſiam, & opinionem. In ſecunda parte ponit differentiam inter phantaſiam, & opinionem, ponendo talem concluſionem: Phantaſia non eſt opinio, quod probat tribus rationibus. Prima: In nobis eſt phantaſiari cùm volumus, ſed in nobis non eſt opinari, cùm noluerimus. Secunda ratio: Ad opinionem terribilis, aut delectabilis mouemur proſequendo, vel fugiendo: ſed phantaſia hoc modo ad nihil nos mouet: ſed habemus nos in conſideratione phantaſmatum, ac ſi ſolùm videremus idolum. Tertia ratio, Opinio poteſt eſſe intelligibilis, cùm ſcientia, prudentia, & opinio ſint differentiæ intelligibilis, ſed phantaſia ad intellectum nullomodo pertinet.

Phantaſiam non eſſe ſenſum probatur tripliciter. In tertia parte conſequenter oſtendit, quòd phantaſia non eſt ſenſus, quod probat tripliciter. Primò, quòd phantaſia non ſit ſenſus in actu, quia phantaſia in actu, aliquando eſt nullo ſenſu habito actu. Secundò, quia omni animali ineſt ſenſus, ſed omni animali non ineſt phãtaſia, vt animalib. imperfectis. Tertiò, quia ſenſus reſpectu proprij obiecti eſt ſemper verus, ſed phantaſia aliquando eſt falſorum.

Phantaſia non eſt compoſita ex ſenſu & opinione. In quarta parte ponit talem concluſionem. Phantaſia non eſt compoſita ex ſenſu, & opinione, quod probat, quia; eadem apparentia non eſt ſimul vera, & falſa, nec compoſita ſimul ex vero, & falſo, ſed de eodem obiecto habemus ſimul apparentiam ſenſus falſam, & opinionẽ veram, vt per viſum ſol apparet bipedalis, quod eſt falſum, & opinamur ipſum eſſe maiorem tota terra.

Comparatio Phantaſiæ ad intellectum. In quinta parte comparat phantaſiam ad intellectum, intendens duas concluſiones. Prima. Phantaſia non eſt intellectus, nec ſcientia, quia intellectus, & ſcientia ſemper ſunt verorum, phantaſia autem ſæpè eſt falſorum. Secunda concluſio,

Digitized by Google

cluſio. Phantaſia non eſt aliquid compoſitum ex intellectu, & ſcientia, cùm illud totum ſi ſit, ſit ſemper verorum, phantaſia ſæpè falſorum.

In ſexta parte, & finali declarat naturam phãtaſiæ, & dicit primò, quòd ſenſus exteriores moti à ſenſibilibus mouent ſenſum communem, & iterum ſenſus communis mouet phantaſiam, imprimẽdo in ea ſimilẽ ſpeciẽ illi ſpeciei, quam habebat. Et ex hoc infert philoſoph., quòd cõtingit phantaſiam eſſe veram, & falſam, quia dependet ex ſenſibus, qui vt in plurimum ſunt veri, vt puta circa proprium ſenſibile, & quandóq; falſi, vt iudicando, quæ ſit res, album. Ex quo infert, quod phantaſia eſt motus à ſenſu factus ſecundũ actum. Infert vlterius, quod contingit animalibus multà operari, & pati ſecundum phantaſiam. *Natura Phantaſiæ declaratio.* *Phantaſia quid.*

ARISTOTELIS
DE ANIMA.
LIBER TERTIVS.
Ex Textu Commenti, 1. & indè.

De parte autem animæ, qua cognoſcit anima, & ſapit, ſiuè ſeparabili exiſtente, ſiuè non ſeparabili ſecundum magnitudinem, &c.

Iste eſt Tertius Liber de Anima, in quo Philoſophus determinat de potentia intellectiua. Et diuiditur in duos Tractatus. In primo, determinat de potentia rationali, & diuiditur in duo capitula. In primo tangit quinque concluſiones. Prima. Conſiderandum eſt de parte animę, per quam anima cognoſcit, & ſapit, ſiuè ſit ſeparabilis, ſiuè inſeparabilis à corpore. Secunda concluſio tangit proprietates intellectus. Prima. Si intelligere ſit ſicut ſentire, contingit intellectum pati aliquid ab intelligibili, ſicut ſenſum à ſenſibili. Secunda. Oportet intellectum eſſe impaſſibilem. Tertia, oportet intellectum eſſe receptiuum ſpecierum intelligibilium. Quarta. Intellectus eſt in potentia ad ſuſcipiendum ſpecies, & nullam ex natura debet habere. Quinta. Sicut ſenſitiuum ſe habet ad ſenſibilia, ità intellectiuum ad intelligibilia. *Iſtius libri diuiſio in tres Tractatus.* *Intellectus proprietates, & quò differt à ſenſu.* *Quinque concluſiones de anima rationali.* *Prima.* *Secunda.* *Nouem intellect⁹ proprietates.*

Digitized by Google

Sexta. Neceſſe eſt intellectum eſſe immixtum, quod probat, quia intellectus omnia intelligit, ergo oportet ipſum eſſe immixtum, quod probat, quia ſi in intellectu eſſet aliqua propria forma, illa prohiberet, nè intelligeret formas extraneas. Ex quo habetur hæc auctoritas, intus exiſtens prohibet extraneum. Septima. Intellectus poſſibilis non habet aliquam determinatam naturam, ſed ſolùm habet naturam, quæ vocatur intellectus poſſibilis animæ. Octaua. Ratinabile eſt intellectũ non miſceri corpori, ideſt organo corporeo, quod probat, quia ſi eſſet aliquod organum, tũc quale eſſet ipſum organum, eſſet ipſe intellectus, & ſic poſſet eſſe calidus. Nona. Intellectus poſſibilis eſt locus ſpecierũ.

Auctoritas. Intus exiſtens, prohibet extraneum.

Tertia concluſio, tangit duas differentias inter intellectum, & ſenſum. Prima, impaſſibilitas ſenſitiui, non eſt ſimilis impaſſibilitati intellectus, quod probat dupliciter. Primò ex parte ſenſus, quia ſenſus non poteſt ſentire parua ſenſibilia, vel valdè excellentia, ſed cùm intellectus intelligit valdè intelligibilia, non minùs intelligit infima intelligibilia. Secundò probat ex parte organi, quia ſenſus non eſt ſine organo corporeo, intellectus vero eſt ſine organo corporeo. Secunda differentia eſt, quia intellectus ſuſcipit omnes ſpecies omnium intelligibilium, & dicitur in actu primo per ipſas, ſic non eſt de ſenſu. Deindè ponit dr̃iam, quæ eſt ex parte obiecti. Et primò ponit talem ſuppoſitionem. Aliud eſt magnitudo, i. indiuiduum magnitudinis, & magnitudinis eſſe, ideſt, quidditas huius magnitudinis. Et ſubdit, quòd hoc non eſt verum in omnibus, quia in omnibus idem eſt ſuppoſitum, & quidditas, vt dicimus hanc carnem, & carnem eſſe idem. Et per hoc ponit differentiã inter ſenſum, & intellectum ex parte obiecti, quia ſenſus cognoſcit indiuiduum cum conditionibus indiuiduantibus ſed intellectus cognoſcit quodditates abſtrahendo à conditionibus indiuiduantibus.

Tertia. differentia inter intellectum, & ſenſum.

Differentia alia ex parte obiecti. T. com 9. Suppoſitio.

Quarta concluſio tangit duas quæſtiones. Prima. Si intellectus eſt ſimplex, & impaſſibilis, & nihil habeat commune alicui intelligibili, non videtur, quòd patiatur ab intelligibili, cùm agẽs, & patiens debeant habere aliquid commune. Secunda quæſtio. Vtrum intellectus ſit intelligibilis, & ſi ſit, vtrum ſit intelligibilis, ſicut alia, aut aliter?

Quarta. Duæ queſtiones.

Quinta concluſio tangit ſolutionem iſtarum quæſtionum. Et primò ſoluit primam, dicens, quòd duplex eſt paſſio. Quædam eſt corruptiua, quæ eſt mediantibus qualitatibus contrarijs, & tali paſſione non patitur intellectus. Alia eſt profectiua, & receptiua, & tali benè pa

Quinta. Concluſio, prima. Paſſio duplex.

titur intellectus, intellectus enim eſt quodammodo omnia, quia eſt in potentia ad ſuſpiciendum ſpecies omnium intelligibilium, & nullam habet à natura, quia intellectus eſt ſicut quædam tabula, in qua nihil depictum eſt. Secundò, ſoluit ſecundam queſtionem, & dicit: quòd intellectus eſt intelligibilis, ſicut alia intelligibilia. Et ſubdit, quòd in his quæ ſunt ſine materia, idem eſt intellectus, & quod intelligitur. Secundò ſubdit, quod in habentibus materiam, vnũ quodque ſolum eſt intelligibile in potentia, quia intellectus eſt potentia ſine materia.

Intellectus eſt quodammodo omnia.

Secundæ quæſtionis ſolutio.

Auctoritas.

Quoniam autem ſicut in omni natura, hoc quidem eſt aliquid, hoc quidem materia vniuſcuiuſque generi. &c. Ex Text.

ISTVD eſt Secundum Capitulum huius Tractatus, in quo Phil. determinat de intellectu agente, & poſſibili. Et primò ponit talẽ concluſionem. Neceſſe eſt in anima eſſe has duas potentias ſ. intellectũ agentẽ, & poſſibilẽ, quod probat, quia in omni natura eſt aliquid, ſicut materia, quod eſt in potentia ad recipiendum omnia receptibilia in tali natura, & eſt etiam aliquid, quod eſt productiuum omnium, quæ producuntur in tali natura, ergo in anima oportet ponere vnam potentiam receptiuã, & aliam productiuam. Secundò ponit differentiam iſtorum adinuicem, dicens, quòd intellectus paſſibilis eſt, quo poſſibile eſt omnia fieri, ſed intellectus agens eſt, qui eſt potens omnia facere, quod probat per ſimile, quia ſicut lumen facit colores exiſtẽtes in potentia viſibiles eſſe actu viſibiles, ſic intellectus agens facit intelligibilia. Tertiò ponit proprietates intellectus agentis, quæ ſunt quinque, dicens, quòd intellectus agens eſt ſeparabilis, impaſſibilis, immixtus, actu ſubſtãtia, & honorabilior intellectu poſſibili. Iſtam vltimam partem probat dupliciter. Primò, quia agens eſt ſemper honorabilius patiente. Secundò, quia principium effectiuum eſt honorabilius principio receptiuo, cuiuſmodi eſt intellectus poſſibilis. Et ſubdit, quòd eadem eſt ſcientia ſecundùm actum, cùm re ſcita. Quartò, ponit differentiam inter virtutem cogitatiuam, & agentem dicens, quod virtus cogitatiua, quæ aliter dicitur æſtimatiua, præcedit intellectum agentem, ſic quòd intellectus agens præſupponit eam in agendo. Finaliter dicit, quòd intellectus agens eſt ſeparabilis, incorruptibilis, immortalis, & perpetuus, & non reminiſcitur poſt ſeparationem, ſed vis cogitatiua, ideſt phantaſia corrumpitur quodam interiori corrupto.

Quid intellectus agẽs quidue poſſibilis.

Differentia inter intellectum poſſibilem, & agentem.

Intellectus agẽtis quinque proprietates.

Differentia inter cogitatiuam & agentem.

Intellectus agẽs ſeparabilis, incorruptibilis, immortalis, & perpetuus.

Digitized by Google

Ex Text. *Indiuiſibilium quidem igitur intelligentia in his eſt, circa quæ non eſt falſum, &c.*

De intellectu, & eius actibus. ISTE eſt Secundus, & Vltimus Tractatus huius libri, in quo Philoſophus determinat de intellectu, & actibus eius, & etiam de potentia motiua, & de differentia animatorum ab inanimatis. Et diuiditur in tria capitula. Primum diuiditur in tres partes, dicens, quòd duplex eſt operatio intellectus, ſcilicèt ſimplicium apprehenſio, quæ eſt in his, circa quæ non eſt falſum. Secunda, eſt compoſitio, vel diuiſio, & eſt eorum, quæ ſunt vera, vel falſa. Et differunt iſtæ duæ, quia ſimplicium apprehenſio prior eſt, quàm compoſitio, vel diuiſio, vt patet ex opinione Empedoclis, qui dicebat, quòd primò fuerant quædam capita ſine collo, poſtea coniuncta ſunt ſuis collis. Secundò differunt, quia in compoſitione, vel diuiſione eſt veritas, vel falſitas, ſed non in ſimplici apprehẽſione. Tertiò differunt, quia intellectus in ſua prima intellectione ſẽper eſt verus, non autem in ſecunda. Et quia dicit, quòd prima operatio eſt intelligentia indiuiſibilium, oſtendit, quòd indiuiſibile dicitur tripliciter. Primò, quia eſt vnũ comminuitate, actu indiuiſum, vt magnitudo. Secundò, aliquid dicitur indiuiſibile ſecundum ſpeciem, putà quod eſt vnum ſecundum ſpeciem, vt homo, animal, vel domus. Tertiò modo dicitur indiuiſibile ſimpliciter, quòd eſt indiuiſibile tàm ſecundum actum, quàm potentiam, vt punctus.

Duplex operatio intellectus.

Indiuiſibile tripliciter dicitur.

Duodecim comparationes intellectus ad ſenſum.

In ſecunda parte ponit aliquas comparationes intellectus ad ſenſum. *Prima.* Prima, Sicut ſenſibile agit in ſenſum, & reducit eum de potentia ad actum, ſic etiam intelligibile agit in intellectum, & reducit eum de potentia ad actum. *Secunda.* Secunda. Sicut alteratio ſenſus à ſenſibili non eſt corruptiua, ſic nec alteratio intellectus ab intelligibili. *Tertia.* Tertia. Sentire eſt ſimile ipſi intelligere, id eſt ſimplici apprehenſioni: nàm ſicut ſenſus circa ſuum proprium ſenſibile eſt verus, ſic etiam intellectus circa ſuum quod quid eſt, eſt verus. *Quarta.* Quarta. Tàm in ſenſu, quàm in intellectu ad apprehenſionem obiecti cõuenientis, vel diſconuenientis, ſequitur proſecutio, vel fuga. *Quinta.* Quinta. In vtroque apprehenſo obiecto conueniente, vel diſconueniente, ſequitur delectatio, vel triſtitia. *Sexta.* Sexta. In nulla earum, potentia appetitiua eſt alia à fugitiua. *Septima.* Septima. Sicut ſe habent ſenſibilia ad ſenſum, ità phantaſmata ad intellectum: nàm ſicut ſenſibile facit ſpeciem ſenſibilem, ità phantaſma facit ſpeciem intelligibilem, ſine qua intellectus non intelligit. *Octaua.* Octaua. Sicut, præter ſenſus particulares, oportet ponere vnum ſenſum communem, quo apprehen-

dantur obiecta omnium ſenſuum particularium, & ponat differentiam inter ipſa, itá etiam oportet ponere vnum intellectum intelligentem omnia. Nona comparatio, Tàm in ſenſu, quàm in intellectu eſt aliquando iudicium practicum, quo intellectus mouetur ad aliquid proſequendum, vel fugiendum, aliquando etiam eſt iudicium ſpeculatiuum, quod eſt ſine omni actione, hoc eſt, quod non mouet ad electionem, vel fugam. Ex quo paſſu elicitur hæc communis auctoritas. Finis ſcientiæ ſpeculatiuę eſt ſcire, finis verò practicæ eſt opus. Decima. Sicut per ſpecies reſeruatas in phantaſia, imaginamur aliquid triſte, aut delectabile, ſic etiam per ſpecies reſeruatas in intellectu. Vndecima, Intellectus intelligendo ea, quæ abſtracta ſunt à materia, non intelligit ea eſſe ſine materia, ſed intelligit ea non intelligendo materiam eorum, & ſic etiam de ſenſu. Vltima, ſeu duodecima comparatio, Operatio ſenſus nunquàm eſt res ſenſata, ſed intellectus eſt res intellecta, intellectus enim poteſt ſe intelligere.

Nona.

Decima.

Auctoritas communis. Finis ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt ſcire, practica eſt opus.

Vndecima.

& Vltima.

In tertia parte, Philoſophus intendit talem concluſionem. Anima eſt quodámodo omnia. Quòd probat, quia omne, quod eſt, eſt ſenſibile, aut intelligibile, ſed anima habet in ſe ſenſum, per quem eſt omnia ſenſibilia, hoc eſt, poteſt omnia ſenſibilia cognoſcere per ſenſum, & intellectum, per quem eſt omnia intelligibilia, hoc eſt, per intellectum poteſt omnia intelligibilia cognoſcere, igitur. Et ſubdit, quòd differentiæ, quibus diuiduntur ſciẽtiæ, ſunt ſimiles diuiſionibus, quibus ſcibilia diuiduntur: ſecantur enim ſcientiæ, quemadmodum & res, de quibus ſunt. Vnde ſicut ſcientia, & ſenſus diuiduntur per actum, & potentiam, ſic ſcibile, & ſenſibile: ſi enim ſenſus fuerit in potentia, ſenſatum eſt in potentia, & ſi in actu, in actu, & ſimiliter eſt de ſcientia, & de ſcibili, non tamen ſecundùm quod eſt extra animam, lapis enim non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. Ex hoc infert, quòd intellectus eſt ſicut manus, quia ſicut manus eſt organum organorum: nàm homo vtitur ea ad protegendum alia organa, ſic intellectus eſt ſpecies ſpecierum, ideſt, recipit ſpeciem omnium rerum. Subdit etiam, quòd omnia intelligibilia ſunt in ſpeciebus ſenſibilibus, quia nullum vniuerſale intelligimus, niſi prius ſingulare illius phantaſiemur. Ex hoc infert, quòd intellectus nihil intelligit ſine phantaſmatibus, ſi enim intellectus ſpeculetur, neceſſe eſt aliquod phantaſma ſpeculari. Ex quo infert finaliter, quòd actus intellectus, qui eſt ſimplicium apprehenſio, licèt non ſit phantaſma, tamen non eſt ſine phantaſmate.

Anima eſt quodámodo omnia.

Secantur ſcientiæ ſicuti res de quibus ſũt.

Lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis.

Nullum ſingulare intelligimus, niſi prius ſingulare illius phantaſiemur.

Digitized by Google

Ex Text. *De mouente autem, quid fortè ſit anima, ſpeculandum eſt, vtrum vna quadam pars ipſius ſit, &c.*

Potentia motiua, quid, & vnde fluit. *Partes animæ quomodo diſtinguuntur.*

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de potentia motiua, & diuiditur in duas partes. In prima, diſputat de diſtinctione potentiarum, dicens, quòd dubitatio eſt, quomodo diſtinguuntur partes animæ, quia videntur quodammodo eſſe infinitæ, cùm videantur eſſe infiniti actus. Conſequenter ſubdit, quaſdam diuiſiones potentiarum, quas poſuerunt antiqui, quidam enim dixerũt, quòd potentiarum animæ, quædam eſt ratiocinatiua, quædam iraſcibilis, & quædam concupiſcibilis. Alij dicebant, quòd potentiarum animæ, alia eſt rationalis, alia irrationalis. Has diuiſiones reprobat Philoſophus tribus rationibus. Prima ratio, quia ſenſitiua, & vegetatiua plus differunt, quàm concupiſcibilis, & iraſcibilis, eò quòd conſtituunt diuerſa genera viuentium, quod non faciunt concupiſcibilis, & iraſcibilis. Secunda ratio, quia potentia vegetatiua neque eſt rationalis, neque irrationalis, & tamen eſt potentia animæ. Tertia ratio, phantaſia eſt quædam potentia animæ, & non apparet ſub quo membro diuiſionis contineatur, igitur. Conſequenter ponit quatuor concluſiones. *Quatuor concluſiones.* *Prima.* Prima, potentia vegetatiua non eſt ſufficiens principium motiuum animalis ſecundùm locum: quod probat duabus rationibus. Prima, quia motus ſecundùm locum in animalibus eſt ſemper cum phantaſia, hoc eſt cum aliqua cognitione, & appetitu ad proſequendum, vel fugiendum. Secunda ratio, quia tunc ſequeretur, quòd in plantis, in quibus eſt potentia vegetatiua, eſſet potentia motiua ſecundùm locum, quod eſt falſum. *Secunda.* Secunda concluſio. Potentia ſenſitiua non eſt ſufficiens principium motus localis, quod probat, quia multa ſunt animalia, quæ habent potentiam ſenſitiuam, quæ tamen ſunt immobilia ſecundùm locum. *Obiectio.* Et ſi dicatur, quòd omnia animalia habent potentiam motiuam ſecundùm locum, ſed non mouentur, eo quòd non habent organum diſpoſitum ad motum: *Reſponſio.* Dicit Philoſophus, quòd hoc eſt inconueniens, quia natura nihil facit fruſtrà, neque deficit in neceſſarijs. *Natura nihil facit fruſtra.* *Tertia.* Tertia concluſio. Intellectus non eſt ſufficiens principium motus localis, quod probat primò de intellectu ſpeculatiuo, quia animal nunquam mouetur localiter, niſi propter iudicium alicuius fugibilis, aut proſequibilis, ſed intellectus ſpeculatiuus non dicit aliquid eſſe proſequibile, vel fugibile, igitur. Secundò probat

de intellectu practico, quia licèt iudicet aliquid eſſe proſequendum, vel fugiendum, non tamen ſemper fit motus ſecundùm tale iudicium: nàm incontinens magis mouetur ſecundùm concupiſcentiam, quàm ſecundùm rectam rationem. Quarta concluſio. Appetitus non eſt principium totale motus localis, quod probat: quia abſtinentes non operantur ſecundùm appetitum, ſed ſecundùm rationem. Conſequenter ponit talem concluſionem. Intellectus, & appetitus videntur eſſe principia motus animalis ſecundùm locum, & hoc capiendo intellectum, vt ſe extendit ad omnem virtutem cognitiuam. Quod probat, quia omnis motus progreſſiuus animalis, fit ad proſequendum, vel fugiendum aliquid, quod oportet primò apprehendere, tanquàm bonum, vel malum, ſed apprehendere eſt cognoſcere, & per appetitum eſt inclinare corpus, ego iſtæ duæ potentiæ ſunt principium motiuum animalis. Deindè oſtendit ex parte obiecti, quid ſit principium motiuum animalis, dicẽs, quòd appetibile primò intellectum mouet ſub ratione boni, vel mali, & ad talem cognitioné ſequitur deſiderium, vel odiũ, ergo appetibile eſt primò mouens intellectum ſub ratione boni, vel mali, & conſequenter appetitum. Deindè ponit differentiam inter intellectum, & phantaſiam, ſiuè ſenſum, dicens, quòd omnis intellectus eſt rectus, ſed phantaſia quãdoque eſt recta, & aliquando non. Vndè aliquando indicat aliquid eſſe proſequendum, propter delectationem præſentem, quod tamen eſt valdè malum, propter ſequentes circunſtantias, ideò appetibile aliquando apparet bonum, & tamen non eſt ſimpliciter bonum, dicit tamen, quòd non omne bonum, vel apparens bonum mouet appetitum ad proſequendum, vel fugiendum, ſed oportet, quod tale ſit per nos agibile.

Quarta.

Quid erit principium motiuum animalis.

Differentia inter intellectũ, & phantaſiam.

Vegetabilem quidem igitur animam neceſſe eſt habere omne, quodcunque viuum, &c. Ex Text.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo comparat potentias animæ adinuicem, & ad diuerſa genera viuentium. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit aliquas concluſiones. Prima. In omnibus viuẽtibus generabilibus, & corruptibilibus reperitur anima vegetatiua. Quod probat, quia in omnibus viuentibus reperitur potentia nutritiua, igitur. Secunda concluſio. Non in omnibus viuentibus reperitur anima ſenſitiua: quia non reperitur, in plantis, cũ in illis non reperiatur ſẽſus tactus, ſine quo nullus alius ſenſus reperitur. Tertia cõcluſio. in omnibus aĩalibus reperitur aĩa ſenſitiua.

Potentiæ animæ. Tres concluſiones. Quomodo comparantur adinuicem, & ad diuerſa genera viuentium.

Digitized by Google

Natura nihil agit fruſtrà. Pro cuius probatione præmittit, quòd natura nihil facit fruſtrà. Hoc ſuppoſito, probat de animalibus progreſſiuis, quibus datus eſt motus progreſſiuus, ad quærendum alimentum ſibi neceſſariũ, quod non poſſunt inuenire ſine ſenſu. Deindè probat de animalibus terrę affixis, quæ non indigent quęrere alimentum ſaltem à longè, quia habent ſuum alimentum ipſis coniunctum, ideò datus eſt eis motus dilatationis ad proſequendum conueniens, & motus conſtrictionis ad reſiſtendum diſcõuenienti, & iſta non poſſunt fieri ſine ſenſu, igitur. Deindè oſtendit, quòd omne animal, ſiuè moueatur motu locali progreſſiuo, ſiue non, habet ſenſum tactus. Et dicit, quòd omne habens ſenſum, habet corpus, quia ſenſus indiget organo corporeo. Ex quo ſequitur, quòd impoſſibile eſt corpus ſimplex habere tactum. Sequitur ſecundò, quòd etiam impoſſibile eſt ſine tactu habere alium ſenſum. Vndè ſine tactu non poteſt animal proſequi conueniens, & fugere diſconueniens ſecundum qualitates tangibiles, ideò eſt neceſſarius omni animali, quod tamen non eſt de alijs ſenſibus. Nàm ſenſus viſus, auditus, & olfactus, non ſunt neceſſarij omni animali, quia tales ſunt circa aliqua, quæ non nutriuntur. Ex quo patet, quòd ſunt tantùm duo ſenſus neceſſarij ſcilicèt guſtus, & tactus. *Modus per quem animalia ſentiunt à longè.* Deindè oſtendit modum, per quem animalia ſentiunt à longè, dicens, quòd hoc fit iſto modo. Nàm obiectum primò immutat medium, & medio immutato immutatur ſenſus, ſicut in motu locali, moués mouet corpus ſibi propinquum, & per illud mouet aliud, ſcilicèt diſtans. Ex omnibus iſtis infert aliqua corollaria.

Quinque. Corollaria. Primum. Primum. Impoſſibile eſt corpus animalis eſſe ſimplex ſcilicèt igneum, vel aereũ, quod probat, quia non contingit animal eſſe ſine tactu, ſed impoſſibile eſt corpus ſimplex habere tactum, igitur. Ex quo infert, quòd ſenſus tactus non eſt de natura alicuius elementi, ſicut alij ſenſus. *Secundum.* Secundum corollarium. Neque capilli, neque oſſa, neque plantę ſentiunt, quia quodlibet eorũ eſt terra à dominio. *Tertium.* Tertium corollariũ. Neceſſe eſt omnia animalia priuata ſenſu tactus mori. *Quartum.* Quartũ. Neceſſe eſt oẽ animal habere ſenſũ tactus, qui ſolus eſt neceſſarius omni animali. *Quintum.* Quintũ. Excellentiæ tangibiliũ corrũpunt animal, ſed excellentiæ aliorũ ſenſibiliũ non corrũpunt animal, licèt benè corrũpant ſenſũ. Quod probat, quia excellentiæ tangibiliũ corrumpũt tactum, ergo animal, quia animal, non poteſt eſſe ſine tactu, ſed ad corruptionem aliorũ ſenſuum non ſequitur corruptio animalis, poſſunt tamen ſenſibilia aliorum ſenſibilium, corrũpere animal per accidẽs, vt ſonus, tonitruum, & odores infecti.

Digitized by Google

DOCTOR PARISIENSIS,

MAGISTER PETRVS TATARETVS.

In parua Naturalia Ariſtotelis.

Libellus de Senſu, & Senſili.

Ex Textu.

Voniam autem de anima ſecundùm ſeipſum determinatum eſt, & de virtute qualibet ex parte ipſius, conſequens eſt facere demonſtrationem ſecundum conſiderationem de animalibus, &c.

Iſtius libri diuiſio in nouem capitula.

ISTE eſt liber de Senſu, & Senſato Ariſt. in quo determinat de corpore ſenſitiuo. Et diuiditur in nouem capitula. Primum continet tres particulas. Et dicit primò in prima, quòd poſtquam determinatum eſt de anima, & de potentijs eius, neceſſe eſt determinare de animalibus, & de omnibus habentibus vitam.

Quid in toto tractatu agendum.

Duæ concluſiones. *Prima.*

In ſecunda parte intendit duas concluſiones. Prima. In hoc libro oportet determinare de operationibus tàm communibus, quàm proprijs animalium. Primò, quia conueniens eſt determinare de his, quę ſunt communia animæ, & corpori, ſed operationes aĩalium tàm proprię, quàm communes ſunt aĩę, & corpori, igitur de his determinandum eſt. Minoré probat exéplo, quia hæc omnia, quę ſunt cõmunia aĩæ, & corpori, ferè inſunt omnibus animalibus: puta ſenſus, memoria, ira, gaudiũ, appetitus ſcientiæ, & inter ea, quædam inſunt omnibus vitam participantibus, & quædam inſunt maximè animalibus, & ſunt iſtæ quatuor combinationes, vigilia, & ſomnus, iuuentus, & ſenectus, reſpiratio, & aſpiratio, mors, & vita, de quibus per ordinem conſiderandum eſt.

Secunda.

Secunda concluſio. Ad Phyſicum ſpectat determinare de principiis ſanitatis, & ægritudinis, quod probat ratione, & ſigno. Ratione ſic, quoniam ſanitas, & ægritudo ſunt paſſiones habentium vitam, ſed hic determinatur de omnibus vitam habentibus, ergo hìc etiam determinandum eſt de ſanitate, & ægritudine. Signo ſic, quia multi medicorum dando artem medicinæ, maiorem partem illius artis cenſuerũt de his, quę pertinent ad Philoſophiam naturalem, ergo ſignum eſt, quòd aliqua eorum, quæ ſunt Philoſophiæ naturalis, ſunt principia ſanitatis, & ægritudinis. Et ex hoc elicitur talis auctoritas, quòd vbi deſinit Phyſicus, ibi incipit medicus.

Vbi deſinit Phyſicus, ibi incipit Medicus.

Digitized by Google

Tres concluſiones. *Prima.* In tertia parte Philoſophus intendit tres concluſiones. Prima eſt. Neceſſe eſt vnumquodque animal, ſecundùm quod eſt animal, habere ſenſum: probat duabus rationibus. Prima, quia anima eſt animal per ſenſum, diſtinguimus enim animalia, & non animalia per ſenſum. Secunda ratio. Omne animal neceſſariò habet tactum, & guſtum, igitur omne animal habet ſenſum: nàm guſtus, & tactus ſunt quidam ſenſus. *Secunda.* Secunda concluſio. Senſus percipientes ſua obiecta per mediũ extrinſecum, ſicut viſus, auditus, & olfactus, ſunt neceſſarij ad ſalutem animalium, quæ mouentur progreſſiuè: quod probat, quia animalia, quæ non habent alimentum ſibi coniunctum, indigent quærere à longè, ſed hoc non poſſunt ſine viſu, auditu, & olfactu, igitur. *Tertia.* Tertia concluſio. Licèt viſus ſit per ſe magis vtilis habentibus prudentiam, tamen per accidens auditus eſt eis magis vtilis. Primum probat dupliciter. Primò, quia viſus plures differentias rerum nobis oſtendit, quàm auditus, igitur eſt magis vtilis. Secundò, quia per viſum cognoſcimus ſenſibilia cõmunia, non autem per auditum, igitur. Secundam partem probat, quia ſenſus eſt cauſa diſciplinæ per accidens, & eſt perceptibilis ab auditu, & non à viſu; ergo auditus per accidens, eſt magis vtilis ad diſciplinam, quàm viſus. Et ex hoc infert Philoſophus, quòd cæci à natiuitate ſunt ſapientiores mutis, & ſurdis.

Ex Text. *In quibus autem habent fieri corporis inſtrumentis, nunc quidem, quæ ſecundùm elementa, &c.*

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de organo ſenſuum, ſecundùm opinionem antiquorum, qui comparabant ſenſus elementis. *Platonis opinio Antiquorum, & propria ſententia de organo ſenſuum.* Et primò, narrat opinionem Platonis, qui dicebat, quòd oculus eſt de natura ignis: patet ſigno, quia ſi in tenebris palpebris clauſis conſtringatur oculus, vel percutiatur, apparet ignis, ſed non ignis extrinſecus, quia ſunt tenebræ. *Obiectio.* Contrà hoc arguit Philoſophus, quia tunc ſequeretur, quòd oculus poſſet ſe videre, ſiuè moueretur, ſiuè quieſceret, quia non contingit viſibile latere ſentientem, vel videntem. *Reſponſio.* Reſpondet ergo Philoſophus ad illud ſignum, quòd apparitio fulgoris in oculo non eſt, quia oculus ſit ignis, ſed propter aliud, quia nigrum oculi eſt perfectè lene, & corpora perfectè lenia in tenebris nata ſunt fulgere, quemadmodum capita piſcium. *Empedoclis opinio.* Conſequenter narrat opinionẽ Empedoclis, dicentis etiam, quòd oculus eſt de natura ignis, & quòd inter pelliculas

Digitized by Google

oculi,eſt ignis ſicut lumen in lucerna,& quòd ille ignis exit per pelliculas oculi,ſed tamen per eum non videmus in tenebris,eò quòd extinguitur, propter ſui debilitatem tenebris, ſed hæc opinio eſt falſa,& eam reprobat Philoſophus eodem modo ſicut opinionem Platonis. Tertia opinio fuit Democriti dicentis,oculum eſſe de natura aquæ, & in hoc benè dicebat. Dicebat vlterius,quòd operatio fulgoris in oculo eſt viſio,&in hoc malè dicebat,quia illa apparitio fulgoris cauſatur,propter hoc quod oculus eſt leuis, & tamen non eſt in vidente,ſed viſio eſt in vidente, igitur. Conſequenter determinat de organo viſus ſecundùm opinionem propriam,& intendit duas concluſiones. Prima. Viſus eſt de natura aquæ,quod probat vna ratione,& tribus ſignis. Ratio talis eſt,quia illud, quod eſt terminus in oculo, eſt perſpicuum,id eſt, receptiuum ſpecierum, ergo eſt de natura aeris,vel aquæ,ſed melius eſt,quòd ſit de natura aquæ,quàm aeris, cùm aqua ſit ſpiſſior aere. Primum ſignum eſt, quia ſi percutiatur oculus, aqua exilit. Secundum ſignum, quia in embrionibus oculi excedunt alias proprietates in frigiditate,& claritate,quæ ſunt proprietates aquæ. Tertium ſignum eſt,quia album oculi in habentibus ſanguinem factum eſt pingue,& craſſum, vt conſeruet humidum oculi. Secunda concluſio. Impoſſibile eſt, quòd viſio fiat extrà mittendo ſicut dicebant antiqui,quia vel illud exiens ab oculo, procedit vſque ad res viſas, vel vſque ad diſtantiam, in qua lumen viſibile coniungitur ſibi: non primum, quia inconueniens eſt, tàm paruum lumen protendi ab oculo vſque ad aſtra, Nec ſecundum,quia tunc quæreretur, quid eſt lumen tantùm coniungi: quæritur etiam quomodo eſt poſſibile lumen coniungi lumini. Ex quo ſubdit duo. Primum,quòd impoſſibile eſt videre ſine lumine. Secundum, quòd potentia viſiua non eſt in extremitate oculi, ſed eſt extrà oculum,quia accidit quibuſdam vulneratis in bello in temporibus,quòd nihil vident. Dicit ergo,quòd ſi organa ſenſuum comparantur elementis, tunc organum viſus comparatur aquæ,auditus aeri,odoratus igni; tactus, & guſtus oportet comparare terræ.

Opinio Democriti.

Duæ concluſiones Ariſt. de organo viſus.

Prima.

Secunda.

De ſenſibus autem his, qui ſecundùm vnumquodque ſenſitiuum, puta, dico, colore, & odore, &c. Ex Text.

Istvd eſt Tertiũ Cap. in quo Phil. determinat de obiecto viſ^9,& diuiditur in duas partes. In prima determinat de colore,& de eius diffinitiõe: & circà hoc ponit talẽ cõcluſionẽ.

Obiectum viſus quid, & quale.

Digitized by Google

Lumen eſt color. Lumen eſt color, id eſt, actus perſpicui ſecũdùm actũ. Quod probat, quia quandò aliquid eſt luminoſum, potentia eius eſt lumen, & priuatio eius eſt tenebræ. Et ſubdit, quòd perſpicuum non eſt proprium aeris, vel aquę, ſed eſt vna natura communis, & virtus, quæ non eſt ſeparata à corporibus, & reperitur in aere, igne, & aqua, & in corporibus cœleſtibus, ſecundùm tamen magis, vel minùs. Deindè inquirit particulas ponendas in diffinitione coloris: & primò primam, ponens duas ſuppoſitiones. *Duæ ſuppoſitiones pro diffinitione coloris.* Prima. Perſpicui eſt aliqua extremitas. Secunda. Natura luminis eſt in determinato perſpicuo. His ſuppoſitis ponit Philoſophus aliquas concluſiones. *Duæ cõcluſiones de ſupra dictis.* Prima eſt. *Prima.* Color eſt extremitas perſpicui, quia color, vel eſt extremitas corporis terminati, vel in extremitate; non primũ; igitur eſt in extremitate corporis terminati: ſed illud, quòd eſt in extrimitate corporis terminati, eſt extremitas perſpicui: igitur color eſt extremitas perſpicui. Secunda concluſio. *Secunda.* Color eſt in corpore terminato. Pro cuius probatione ſupponitur, quòd perſpicuum nõ eſt ſuſceptiuũ coloris, *Duæ ſuppoſitiones. Prima.* quia nullum ſuſceptiuum coloris videtur colorari exterius, & interius, vt patet de aere, & aqua. Supponitur ſecundò, *Secunda.* quòd licet perſpicuum videatur coloratum, non tamen habet colores veros, quia colores perſpicui, puta aeris, & aquæ, aliter apparent de longè, & propè, ergo non ſunt veri colores. In ſecunda parte determinat de generatione coloris. *De generatione coloris duæ opiniones.* Et dicit, quòd ſicut ſe habent lumen, & tenebræ in dyaphano, ità ſe habent album, & nigrum in corpore terminato. *Corollariũ.* Ex quo patet, quòd nigrum dicit priuationem albi. Secundò tãgit duas opiniones de generatione mediorum colorum. *Prima opinio.* Prima fuit dicentium, quòd quandoque album, & nigrum ſunt in tantum parua, quòd propter eorum paruitatem ſunt inuiſibilia, ſed ſi componerentur adinuicem, conſtituerent vnum totalem colorem viſibilem & ille erit medius color; ità quòd ſecundùm diuerſam compoſitionem albi, & nigri adinuicem conſtituuntur alij, & alij medij colores. *Secunda opinio.* Alia fuit aliquorum dicentium, quòd quando vnus color ſupponitur alteri, & vnus videtur per alterum, tunc ſpecies eorum ſimul confusè multiplicantur ad viſum, ità quòd nullus eorum diſtinctè apparet, imò apparet color medius. Quod probat per ſignum de pictoribus, qui volentes depingere aerem, vel aquam, iuxtà ponũt duos colores ſibi oppoſitos. Probat etiam per ſignum de ſole, qui videtur albus ſecundùm ſe, & puniceus per fumum. *Duplex datur mixtio.* Alia eſt opinio, pro qua ſupponit, quòd duplex eſt mixtio, quædã

eſt impropriè dicta, quæ fit per ſolam iuxtapoſitionem aliquorum. Alia eſt propriè dicta, in qua quælibet pars vnius miſcetur cum qualibet parte alterius. Tunc dicit, quòd ſicut corpora contingit miſceri per totum, & non ſolùm per iuxtapoſitionem, ita etiam colores extraneos, & propter diuerſam connexionem, totum multiplicatur ſpecies colorum mediorum. Ex quo patet, quomodo generantur colores medij ſecundùm intentionem Philoſophi.

De odore vero, & ſapore dicendum eſt, ferè non eadem eſt paſſio, non in eiſdem eſt, &c. Ex Text.

Istvd eſt Quartum Capitulu, in quo Philoſophus determinat de odore, & ſapore. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponit hanc concluſionem: Priùs determinandum eſt de ſapore, quàm de odore, quia ſapores ſunt nobis manifeſtiores odoribus, cùm guſtus in nobis, ſit nobis certior ipſo odoratu. Deindè ponit tres opiniones antiquorum. Prima fuit Empedoclis dicentis, quòd aqua ex natura ſua eſt inſipida, & in aqua latent omnia genera ſaporum, & ſunt inſenſibilia in aqua propter eorum paruitatē, ità quòd ſecundùm eum omnes ſapores generantur per exitum ab aqua. Contrà eum dicit Philoſophus, quòd ipſe dicit multum apertum mendacium, dicendo omnes ſapores generari per exitum ab aqua, nàm videmus fructum habere alium, & alium ſaporem, ſecundùm quod ſol aduenit ſuprà eum. Secunda opinio fuit, quòd aqua eſt vniuerſale ſemen omniū ſaporum, ità quòd ex diuerſis partibus aquæ generantur diuerſi ſapores. Contrà hoc dicit Philoſophus, quòd impoſſibile eſt aquam eſſe vniuerſale ſemen omnium ſaporū: quia ex eodem cibo videntur generari multi, & diuerſi ſapores. Tertia opinio eſt, quòd ſapores generantur ex diuerſitate caloris aduenientis, & ingredientis aquam. De iſta opinione dicit Philoſophus, quòd oportet concedere aquam tranſmutari ſecundùm ſapores, eo quòd patitur aliquid à calore, non quòd accidat ſibi ſolùm virtute eius, quòd alterentur à calido, quia aqua eſt omnium humidorum ſubtiliſſimum: ergo non poteſt immutari ſapor ex ſola alteratione à calido.

Quid ſenſerint antiqui, quid ve ipſe Philoſophus de odore, & ſapore.

Antiquorum tres opiniones de prædictis.

Empedoclis opinio.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

In tertia parte determinat de generatione ſaporum ſecundùm virtutem, & intendit quatuor concluſiones. Prima. Terra facit ad generationē ſaporum, patet quatuor ſignis. Primum, quia ſecundùm diuerſitatem terrarum apparent diuerſi ſapores in fructibus. Secundum, quia omnes antiqui dicunt aquam eſſe talem, qualis eſt terra, per quam tranſit. Tertium, quia aquæ colatæ per cineres ſunt amaræ. Quartū,

Quatuor concluſiones de generatione ſaporum.

Prima.

quia quidam fontes ſunt diuerſorum ſaporum, ſecundùm diuerſitatem terrarum, per quas tranſeunt. Secunda concluſio. Siccum terreſtre paſſum à calido cauſat ſaporem in humido, quia humidum contrariatur ſicco, ergo natum eſt pati à ſicco. Conſequentia patet, quia elementa ſunt actiua & paſſiua ſecũdùm ſuas contrarietates. Vndè terra eſt ſicca, & ignis calidus, ideò humidum aliquando patitur à terra, & ab igne, & per illam paſſionem generatur ſapor. Tertia concluſio. Sapor eſt paſſio, facta in humido à ſicco terreſtri alteratiua guſtus de potentia ad actum, nam guſtus antequã guſtet, eſt in potentia ad ſentire, ſicut ſciens ante ſpeculationem dicitur in potentia ad ſpeculandum. Quarta concluſio. Sapor conſiſtit in humido, & ſicco, quod probat, quia ſapor eſt ſolùm in nutrimento, ſed nutrimentum non eſt ſolum humidum, nec ſolum ſiccum, quia omne animal nutritur dulci, vel ſecundùm quid, vel ſimpliciter: nàm propter hoc, calor naturalis nutrit, quia attrahit dulce, & relinquitur amarum: igitur ſolum dulce nutrit. Et ſi quis quærat, quare ergo ponimus ſal in cibis noſtris, cùm ſolùm dulcia nutriant? Reſpondet Philoſophus, quòd hoc eſt, vt reprimatur dulce, nè nimis nutriat, eo quòd faciliter attrahatur à calore propter ſuam leuitatem.

Secunda. *Tertia.* *Quarta.* *Obiectio. Cur cibos ſale condimur. Solutio.*

In tertia parte determinat de ſpeciebus ſaporis dicens, quod ſicut medij colores ſunt ex mixtione albi, & nigri, ſic etiam medij ſapores ſunt ex mixtione dulcis & amari. Vndè octo ſunt ſpecies ſaporis, ſcilicèt pinguis, dulcis, amarus, ſiuè ſalſus, ponticus, auſterus, ſtipticus, & acutus. Quod probat, quia tot ſunt ſpecies ſaporis, quot ſunt ſpecies odoris, ſed octo ſunt ſpecies odoris: igitur.

Species ſaporis octo.

In quarta parte, reprobat tres errores antiquorũ. Primus erat Empedoclis dicentis, quòd à re viſa defluũt quædã parua corpora vſque ad viſum, & ibi fit quidam cõtactus: ità quòd volebat, quòd omnia ſenſibilia eſſent tangibilia. Contrà hoc arguit Philoſophus, quia tunc omnis ſenſus eſſet tactus, quòd eſt falſum. Secundò, fuit antiquorum vtentium ſenſibus communibus tanquam proprijs, eo quòd omnia ſenſibilia reducebant ad magnitudinem, & figuram. Contrà hoc arguit primò, quia ſenſus non decipitur circà ſenſibilia propria, ſed decipitur circà ſenſibilia communia: igitur. Tertius error fuit aliquorum dicentium, quòd album reducitur ad lenem, & nigrum ad aſperum, & ſapores ad figuras. Contrà hoc arguit Philoſophus, quia tunc guſtus maximè eſſet diſcretiuus figurarum, quòd eſt falſum.

Triũ errorum antiquorum reprobatio.

Digitized by Google

Eodem vero modo oportet intelligere, & circa odores, quod enim facit in humido ſiccum, &c. Ex Text.

ISTVD eſt Quintum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de obiecto odoratus, & diuiditur in duas partes. Primò, ponit duas concluſiones. Prima. Aer, & aqua ſunt medium odoratus: & non ſecundùm quod perſpicua, ſed ſecundùm quod lauabilia, vel mundabilia, id eſt, in quantum aquoſitas deſiccata commiſcetur eis, per modum lauationis. Secunda concluſio. Si aer, & aqua ſint humida, odor eſt de natura ſicci enchymi facta ab humido: & hæc eſt diffinitio odoris conſequentiam probat ſex ſignis. Primum, quia elementa ſunt inodorabilia, eò quòd eorum humida non ſunt permixta ſicco terreſtri. Secundum, mare habet odorem eo quòd humidum enchymum, id eſt, ſiccum mixtum cum humido. Tertium, ſal eſt odorabile propter prædictam cõmixtionem, & magis quàm vitrum, in quo humidũ eſt magis conſumptum, quamuis non ſit perfectè ſiccum: quia ab eo effluit oleũ. Quartum, lapides vt in plurimum non ſunt odorabiles, qui ſunt ſine humore. Quintum, ligna ſunt odorabilia, & hoc maximè in aqua, eo quòd ſint enchymi. Sextũ, aurum, & argentũ, & ſtannum ſunt inodorabilia propter defectum humidi. Conſequenter tangit opinionem antiquorũ de odore, dicens, quòd aliqui antiquorũ dixerunt odorẽ eſſe fumalẽ, euaporationem cõmunem aeri, & aquę. Sed contrà hanc opinionẽ ponitur talis concluſio. Odor nõ eſt fumalis euaporatio. Probatur, quia impoſſibile eſt fumalẽ euaporationẽ eſſe, in aqua, ſed odor eſt in aqua, vt patet de animalib. odorantibus in aqua. Deindè oſtẽdit generationem odoris, dicens, quòd contingit humidum aquæ, & aeris pati à ſiccitate terreſtri, ex qua paſſione generatur odor. Quod probat quia ſapores sũt proportionabiles odoribus, ſed ſapores fiũt ex hoc, quòd humidũ aquæ, patitur à ſicco terreſtri: igitur & odores. Ex quo infert quòd ſicut aliqui ſapores sũt difficilis guſtationis, vt putridi, ſic eſt de odoribus. Secundò, ſicut ſapor eſt in aqua, ità odor eſt in aere, & in aqua. Tertiò, quia frigus, & cõgelatio habẽt ſapores, & etiã exterminãt odores. In tertia parte determinat de ſpecieb. odoris, dicẽs, quòd duę ſunt ſpecies odoris in cõi, Nàm quidã ſunt delectabiles, aut triſtabiles ſecundũ accidẽs, & tales sũt, qui habẽt ſapores ſibi cõiunctos in nutrimẽto: nã quibuſcũque eſca eſt delectabilis, etiã odor eſt delectabilis, ſecundũ accidẽs: ſicut enim eſurientib. odores carniũ, aut aliarũ eſcarũ ſunt delectabiles, ſic plenis, & ſaturatis sũt abhominabiles. Et tales dicit Philoſop.

Obiectum odoratus quod. De obiecto odoratus. Duæ cõcluſiones. Prima. Secunda. Sex ſigna conſequentiam probantia. Primum. Secundum. Tertium. Quartum. Quintum. Sextum. Antiquorum opiniones de odore. Odoris ſpecies in communi duæ.

An aromata conferãt guſtus.

Inter prædictas ſpecies diſcrimen.

eſſe communes omnibus animalibus perfectis, ſicut eſca. Sed alij ſunt odores delectabiles ſecundùm ſe, aut triſtabiles, ſicut odores florum, & multa aromata, tales enim odores, vel magis, vel minùs conſequuntur nutritionem. Vndè tales odores non volumus ratione ſaporis, nec tales appetimus propter eſcam. Deindè remouet dubium, quòd aliqui coqui admiſcent aliqua aromata, quod non facerent, niſi facerent ad ſaporem, vel eſcam. Reſpondet Philoſophus, quòd talia odorifera non apponuntur cibarijs, eò quòd conferant ad eſcam, ſed vt ſimul duo ſenſus delectentur, ſcilicèt, olfactus per odorem, & guſtus per ſaporem. Deindè ponit duas differentias inter prædictas ſpecies. Prima, quia odor ſecundùm ſe delectabilis, vel triſtabilis, eſt proprius hominibus, alius autem eſt communis etiam, alijs animalibus. Secunda differentia, odores ſecundùm ſe delectabiles, vel triſtabiles, non diuiduntur ſecundùm ſapores, ſicut odores ſecundùm accidens. Et ſubdit cauſam, propter quam odor ſecundùm ſe delectabilis, aut triſtabilis, eſt proprius hominibus, quia ſcilicèt cerebrum hominis eſt frigidum, & propè cerebrum, in locis anguſtis eſt ſanguis ſubtilis, qui eſt valdè infrigidabilis à frigore cerebri, propter quam frigiditatem in hominibus generantur reumata, ideò illæ ſpecies odoris factæ ſunt, vt eorum calidirate impediant illas frigiditates.

Ex Textu.

Et propter hoc fit per reſpirationem non omnibus, ſed hominibus, & ſanguinem habentibus, &c.

Animalia reſpirantia quomodo odorant.

Natura propter duo vtitur reſpiratione.

Prima.

Secunda.

Declaratio modi odorandi in reſpirantibus.

ISTVD eſt Sextum Capitulũ, in quo Philoſophus dat modum odorandi in reſpirantibus, dicens, quòd in omnibus & alijs animalibus reſpirantibus; ſic fit odoratio, animali enim reſpirante odor aſcendit ad cerebrum, & pertingit ad organum olfactus circà cerebrum, in quo organo cauſatur ſpecies odoris, mediante qua vlterius fit ſenſatio. Et ſubdit, quòd natura vtitur reſpiratione propter duo: Primò, vt aer receptus refrigeret calorem cordis. Secundò, vt aer calidus temperet frigiditatem cerebri, propter hoc quod homo habet cerebrum frigidius, & humidius, & maioris quantitatis cæteris animalibus. Deindè ſubdit, quòd odores, qui non ſequuntur ſapores, appropriati ſunt hominibus, vt calor illorum odorum temperet excellentiam frigiditatis, & humiditatis cerebri. Deindè declarat modum odorandi in non reſpirantibus, dicens, quòd multa animalia non reſpirantia ſentiunt odorem, patet, quia à longè proſequuntur nutrimẽtum, & non per viſum, ergo non videtur fieri, niſi per ſenſum odoris, ſicut ſunt piſces, apes, & muſcæ. Deindè mouet talẽ dubitationem

Digitized by Google

dubitationem, vtrum animalia non reſpirantia habeant olfactum? Et videtur, quòd non, quia non poſſumus odorare, niſi reſpirando, & ità videtur eſſe de alijs animalibus. In oppoſitum arguit Philoſophus, piſces ſentiunt odorem, ergo habent olfactum. Soluit Philoſophus, dicens, quòd omnia animalia habent olfactum, ſed animalia reſpirantia habent olfactum coopertũ quadam pellicula, & talia non poſſunt debitè odorare niſi per reſpirationem, quę quidem reſpiratio valet ad diſcooperiendum illam pelliculam, ſed non reſpiriantia non habent huiuſmodi pelliculam, ideo poſſunt odorare ſine reſpiratione. Deindè remouet aliam dubitationem. Vtrum bruta ſentiant odores ſecundùm ſe delectabiles, quæ non conſequuntur ſapores, & videtur quòd non, quia non proſequuntur bonos odores, vt odores roſarum, nec fugiunt fœtores. In oppoſitum arguitur, quia bruta patiuntur ab aliquibus odoribus, putà ſulphureis, igitur. Reſpondet Philoſophus, quòd bruta illos odores ſentiunt, ſed non curant niſi de concurrentibus ad guſtum, vndè fumus ſulphureus habet qualitates ſenſibiles annexas, quæ aggrauant caput, & oculos: ideò bruta fugiunt, nõ ratione odoris, ſed ratione qualitatum permixtarum cum odore. Deindè comparat ſenſum olfactus ad alios ſenſus, dicẽs, quòd ſenſus olfactus videtur eſſe medius inter alios ſenſus, participat enim cum viſu, & auditu, in ſentiendo à longè per medium extrinſecum, putà per aerem vel aquã, participat enim cum guſtu in hoc quod ſapores, & odores magnam habent affinitatem. Deindè remouet errorem dicentium, quòd multa animalia tàm in aere, quàm in aqua nutriuntur odoribus, ſed inconueniens eſt hoc dicere, eo quòd oportet nutrimentum eſſe groſſum, vt poſſit conuerti in ſubſtantiam nutriti, ſed odor non eſt huiuſmodi, igitur.

Dubium.

Solutio.

An bruta ſentiant odores ſecundùm ſe delectabiles.

Dubium.

Olfactus ad alios ſenſus comparatur.

Obijciet autem aliquis, ſi omne corpus in infinita diuiditur, & paſſiones ergo ſenſibiles, &c. Ex Text

Istvd eſt Septimum Capitulum, in quo Philoſophus ſoluit aliquas dubitationes de qualitatibus ſenſibilibus. Prima, vtrum qualitates ſenſibiles ſint in infinitum diuiſibiles, cuiuſmodi ſunt color, & ſapor. Et arguit dupliciter quòd non; quia tunc ſequeretur, quòd ſenſus in infinitum eſſet diuiſibilis, conſequens eſt falſum, igitur & antecedens; falſitas conſequentis patet, quia anima ad ſentiendum, requirit organa determinata in qualitate, & quantitate: cõſequentia patet, quia ſenſibile mouẽs ſenſum, debet eſſe fortius ſenſu moto, igitur quando ſenſibile diuiditur, oportet vt ipſum

An qualitates ſenſibiles ſint in infinitum diuiſibiles.

Digitized by Google

moueat fortiùs ſenſum. Secundò ſic. Sequeretur, quòd omnis magnitudo eſſet ſenſibilis, & nulla propter ſui paruitatem inſenſibilis. quod eſt falſum, igitur. Deindè arguit ad oppoſitũ, primò ſic. Si paſſiones ſenſibiles non eſſent diuiſibiles in infinitum, cùm tamen corpus ſit in infinitum diuiſibile, ſequeretur, quòd eſſet dandum corpus, quod neq; eſſet calidum, neque frigidum, neque graue, neq; leue, hoc eſt falſum, igitur. Secundò ſic. Sequeretur, quòd corpus ſenſibile eſſet compoſitũ ex corporib. non ſenſibilibus, & ſic corpus naturale, eſſet compoſitum ex corporib⁹ mathematicis, i. abſtractis à ſenſibili, hoc tamen eſt inconueniẽs, igitur. Tertiò ſic. Sequeretur, quòd illę magnitudines inſenſibiles eſſent incognoſcibiles, quia nõ cognoſcũtur a ſenſu, ergo nec ab intellectu, quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu.

Prædicta quæſtionis ſolutio. Deindè, Philoſophus ſoluit prædictam quæſtionem quo ad partes ſubiectiuas, dicẽs, quòd ſunt finitæ ſpecies colorum, ſaporis &c. Quod probat, quia ſm quālibet, eſt dare qualitates contrarias ſiue ſpecies extremas, ſed determinatis extremis media ſunt finita, igitur. Deindè ſoluit queſtionem, quo ad partes quantitatiuas, ponens talem ſuppoſitionem, quòd continuum eſt in infinitum diuiſibile ſm partes eiuſdem proportionis, ſed non eiuſdem quantitatis. Deindè dicit, quòd corpus ſenſibile non eſt in infinitum diuiſibile, ſm partes diſtinctas ſẽſibiles ab alijs, ſed tantùm eſt in infinitũ diuiſibile, in partes indiſtinctè ſenſibiles ab alijs. Deindè dicit, quòd non cõtingit ſenſibile in infinitũ diuidi in partes, quæ poſſũt ꝑ ſe naturaliter, & notabiliter tẽpore exiſtere, ex quo aliqua pars eius, ꝑꝑ nimiã paruitatẽ non eſt potens reſiſtere continenti. Et dicit, quòd ſenſus fortior, vel melior, poteſt ſentire in minorem magnitudinem: ſed quia non eſt in infinitũ fortificabilis, ideò non eſt poſſibile, quod ſentiat in infinitũ minorẽ magnitudinẽ, licèt in infinitum paruã magnitudinem ſentiat in potentia, & indiſtinctè. Ex quo concludit, quòd ex quo ſunt quædam magnitudines indiſtinctę, cũ alijs quæ non latent, & magnitudines, quæ ſunt ſenſibiles diſtinctè, non ſunt infinitæ, ſequitur, quòd paſſiões ſẽſibiles in infinitũ ſunt diuiſibiles, non in partes, quarũ quælibet eſt ſenſibilis in actu, & diſtinctè, ſed partes, quarũ quælibet eſt ſẽſibilis, ſiuè in actu, ſiuè in potentia.

An viſibile prius tẽpore moueat medium quàm viſum. Conſequenter mouet aliam quæſtionem. Vtrum viſibile priùs tẽpore moueat medium, quàm viſum. Et arguit primò, quòd ſic, quia odor, & ſapor priùs mouent medium, quàm ſenſum, igitur ſimiliter eſt de viſibili. *Solutio.* Soluit quæſtionem ponendo differentiã inter multiplicationem luminis, & aliorum ſenſibilium. Dicit

quòd ſonus multiplicatur, per quendam motum localem aeris,&ſimiliter odor, ſed lumen non multiplicatur per motum localē,ſed per ſolam preſentiam lucidi. Deindè mouet aliam quæſtionem: Vtrum ſit vnus,& idem ſonus,quem audit popinquaus, & remotus. Reſpondet quòd ſic, ſed non eſt eadem ſpecies in nmmero, ſed in ſpecie, & ità dicendum eſt de colotibus,& odoribus. Finaliter ponit differentiam inter alterationem & motum localem dicens,quòd nihil prohibet quantum eſt ex parte alterationis,omnes partes ſimul alterari,& hoc, ſi alterans eſſet ità benè proportionatum vni,ſicut alteri,ſed propter impoſſibilitatem penetrationis corporis repugnat, quòd per motum localem totum ſimul pertranſeat,ſed motum localem fieri totum ſimul,non eſt impoſſibile. *An ſit vnus & idem ſonus auditus à remoto & à propiquo. Differentia inter alterationem & motum localem.*

Eſt autem quædam obiectio, & alia talis circa ſenſum, vtrum contingat duo ſimul ſentiri, &c. Ex Text.

ISTVD eſt Octauum Capitulum, in quo Philoſophus mouet aliam quæſtionem. Vtrum contingat ſimul plura ſenſibilia ſentiri in vno,& eodem tēpore,vel non. Et arguit primò, quòd non. Pro cuius argumento ponit duas ſuppoſitiones. Prima. Motus maiores expellunt,vel impediunt minores,propter hoc, homines timentes,vel ad aliquod vehementer intendentes, non ſentiunt ſm alium ſenſum. Secūda ſuppoſitio. Vnumquodque ſenſibile ſimplex,meliùs ſentitur per ſe, quàm coniunctum alteri. Ex his ſic arguit. Si plura ſenſibilia poſſint ſimul ſentiri,aut ergo motus,vel immutationes eorum erunt æquales,vel inæquales: ſi inæquales,maior impedit minorem, & ſic non, vtrunque ſentietur: ſi ſint æquales, tunc vnus alteri coniungetur, & impedirent ſeinuicem,& per conſequens neutrum erit ſenſibile, ſaltem diſtinctè,& ſubdit,quòd illa ſunt benè commiſcibilia,quæ ſūt contraria,& ex ipſis ſit vnum. Secundò arguit ſic. Si plura ſenſibilia vnius ſenſus non poſſint ſimul ſentiri,igitur nec plura ſenſibilia diuerſorū ſenſuū, quia magis videtur, quòd plura ſenſibilia vnius ſenſus ſimul ſentiantur, quàm ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, vt acutū,& graue,magis,quàm acutum,& album, ſed non contingit vnius ſenſus plura ſenſibilia ſimul ſentire,igitur. Tertiò arguit ſic. Vel illa ſenſibilia eſſent eiuſdem ſpeciei,& hoc non,quia illa non faciunt niſi vnum actum in illo ſenſu,per quem actum non experiuntur diſtinctè,ſed confuſè in toto: vel differunt ſpecie, & tunc vel eſſent eiuſdem generis,vt album, & nigrum,& hoc nō,quia illa ſunt contraria,& faciunt actus contrarios,qui non pūt *An cōtingat ſimul plura ſenſibilia ſentiri. Obiectio. Duæ ſuppoſitiones. Prima. Secunda. Tria argumenta. Primum. Secundum. Tertium.*

Digitized by Google

ſimul eſſe in eodem ſenſu: vel eſſent differentia genere, & hoc non, quia illa plùs diſtant, quàm illa, quæ ſunt eiuſdem generis. Conſequenter tangit ſolutionem antiquorum ad prædictam quæſtionem, & eſt, quòd plura ſenſibilia non ſimul percipiuntur, ſed credimus ea ſimul ſentiri, eo quòd tempus eſt inſenſibile propter ſui paruitatẽ, ſed hæc ſolutio eſt falſa, quia non cõtingit tempus eſſe inſenſibile, eo quòd in omni tempore poſſumus ſentire aliquid.

Prædicta quæſtionũ antiquorũ ſolutio.

De prius autem dicta obiectione conſiderandum, vtrum contingit ſimul plura ſentire, aut non contingit, &c.

Ex Text.

Istvd eſt Vltimum Capitulum, in quo Philoſophus ſoluit prædictam quęſtionem ſecundùm veritatem, & dicit primò, quòd cõſiderandum eſt vtrum contingat in vno, & indiuiſibili tempore plura ſentire, aut non: oportet etiam conſiderare vtrum oporteat ſentire in vno tempore indiuiſibili, ſecundùm tamen aliam, & aliam partẽ animæ, vel in vno tempore diuiſibili ſecundùm eandem partem animæ. Vndè dixerunt aliqui, quòd pars ſenſitiua eſt, ſicut quoddam cõtinuum habens diuerſas partes, licèt non in actu ſeparatas, & ſecundùm illas ſentit ſimul plura ſenſibilia. Contrà eos ponit Philoſophus talem concluſionem. Non contingit eundem ſenſum ſentire plura ſecundùm aliam, & aliam partem, vt non cõtingit viſum videre alium, & alium colorem in alia, & alia parte viſus: probat, quia cùm illi duo colores erunt vnius, & eiuſdem generis obiecti, oporteret viſum habere duas partes eiuſdem ſpeciei. Et ſi quis dicat, quòd hoc non eſt inconueniens, cùm duo oculi videantur eſſe duæ partes viſus? Reſpondet Philoſophus, quòd ex duobus oculis fit tantùm vna operatio, & indiuiſibilis. Deindè oſtendit, quòd contingit eundem ſenſum ſimul plura ſentire. Primò contingit ſentire plura ſimul ſenſibilia, differentia genere vno ſenſu indiuiſibili, ergo à fortiori contingit ſentire quæcunque non differunt genere vno ſenſu. Antecedens patet, quia anima per vnam potentiã ſentit album, & per aliã ſentit dulce, ergo neceſſe eſt, quòd illa reducantur ad vnum ſenſum, qui omnia illa ſimul cognoſcat, vel non. Secundum non poteſt dici, cùm ſit vnus ſenſus, qui ſimul ponit differẽtiam inter illa. Conſequenter tangit vnitatem illius ſenſus communis, dicens, quòd ſi illud, quòd ſentit ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, ſit vnum, & indiuiſibile, tunc ſecundùm vnum actum cognoſcit ſimul plura eorum: ſi autem fuerit diuiſibile, tunc altero, & altero ſenſu percipiet illa diuerſa. Conſequenter tangit eius vnitatem, dicens, quod in anima

Solutio propoſitæ quæſtionis, ſecundùm veritatem.

ponendum eſt, vnum, & idem numero ſenſitiuum omnium ſenſibilium, cuius tamen eſſe, eſt alterum, & alterum reſpectu ſenſibilium differentium genere, vel ſpecie: quia ſicut eſt in rebus, ità eſt in anima: ſed in rebus contingit vnum, & idem numero eſſe albũ & dulce, quod tamen eſt alterum, & alterum ſecundùm eſſe, ergo. & in anima. Ex quo cõcludit Philoſophus, quòd anima ſentit omnia ſenſibilia vno, & eodem ſenſu, non tamen vnò ſecundùm rationem.

LIBELLVS DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA.

DE memoria autem, & memorari dicendum quid eſt, & propter quam cauſam ſit, & cui animæ partium hæc accidat paſsio, & reminiſci, &c. *Ex Text.*

ISTE eſt Liber de Memoria, & Reminiſcẽtia Ari. qui diuiditur in duo Capitula. Primũ eſt de Memoria. Secundum eſt, de Reminiſcentia. Et dicit primò, quod non eſt idem memorari, & reminiſci, quia quidam ſunt benè memoratiui, & non reminiſcitiui, & è contrà, quia qui rudè recipiunt, ſunt benè memoratiui, ſed ingenioſi ſunt multùm reminiſcitiui. Deindè oſtẽdit cuius obiecti eſt memoria, dicens, quòd non eſt futuri, nullus enim dicit memorari futura: nec etiam præſentia, ſed præſentis eſt ſenſus, nullus enim dicit ſe memorari ea, quæ præſentialiter videt. Concludit ergo, quòd memoria eſt præteriti, quia nullus dicit ſe memorari alicuius, niſi dicat ſe audiuiſſe illud. Conſequenter infert diffinitionem memoriæ, dicens, quòd memoria eſt habitualis paſſio alicuius, cùm factum fuerit tempus. Infert ſecundò, quòd ſolùm illa, quæ cognoſcunt tempus, habet memoriam. Deindè inquirit, cuius potentię ſit memoria, dicens, quod memoria eſt paſſio primi ſenſitiui, ſcilicèt ſenſus communis per ſe, & per accidens intellectus. Quod probat, quia videmus multa animalia intellectum non habentia habere memoriam, quod non eſſet, ſi memoria eſſet per ſe paſſio intellectus. Deindè infert, quòd non omnia animalia habent memoriam, quia non omnia animalia cognoſcunt tempus præteritum, eò quòd non cognoſcunt, vel ſentiunt niſi illud, quod eſt præſens. Deindè mouet dubitationẽ, quomodo in intellectione rei memoriali, re abſente, & deſtructa, habemus memoriam de re abſente. Reſpondet Philoſophus, quòd ſicut pictura præ-

Iſtius libri diuiſio in duo Capitula. — *Cuius obiecti ſit memoria.* — *Memoria eſt præteriti* — *Memoriæ deſinitio.* — *Cuius potentia ſit memoria.* — *Non omnia animalia habent memoriam.* — *Dubium.* — *Solutio.*

ſens in pariete repræſentat rem, quæ de longo tempore eſt præterita, ſic illud, quod reſeruatur in memoria, ſcilicèt intẽtio, vel ſpecies rei, repræſentat illud, quod lõgo tempore eſt præteritum. Quod probat, per aliqua ſigna. Primum, quia illi, qui ſunt in magno motu vi ium interiorum, ſicut infirmi, ebrioſi, & timoroſi, non tantùm memorantur, quia propter tales motus ſpecies impreſſæ impediũtur, ità quòd non habent virtutem mouendi ſenſum. Similiter propter ætatem, pueri non ſunt bene memoratiui, quia propter nutritionem multam, & augmentationem organa ſenſuum valdè alterantur, ità quòd ſpecies ſenſibilium reſeruatæ impediuntur, & pereunt. Similiter ſenes ſunt malè memoratiui, quia ſunt duræ carnis, & inepti ad recipiendum ſpecies, etiam organa in ſenib. propter diminutionem impediuntur, ſicut organa in iuuenibus propter augmentationem. Aliud ſignum, quia multùm veloces ad citò intelligendum ſunt malè memoratiui, quia tales habent organa nimis mollia, & ſubtilia, & per conſequens malè retentiua ſpecierum. Deindè mouet aliam dubitationem, vtrum anima memoretur ſecundùm ſpeciem, quæ repreſentat rem abſentem. Et arguit, quòd non, quia memoria eſt præteriti, ſed illa imago, vel ſpecies non eſt præterita, ſed præſens, igitur. Reſpondet Philoſophus, quòd ſi anima ſumpſit eam ſecundũ ſeipſam, vt eſt quædam res, & non eſt repreſentatiua rei, non memoratur eam, ſi verò ſumpſerit eam, ſecundùm quod eſt ſimilitudo alterius, tunc poteſt eam memorari. Finaliter ſubdit, quòd memoria ſeruatur, & augetur per frequentem meditationem, nàm anima magis habituatur ad apprehendendum hoc, per hoc quod multoties memoratur. Ex dictis concludit, quòd iam patet, quid ſit memoria, quid memorari, & cuius eſt paſſio, & quid eſt obiectum eius.

Vtrum anima memoretur ſecùndùm ſpeciẽ repræſentãte rem abſentem.

Memoria ſeruatur & augetur per frequẽtem meditationem.

Ex textu. *De reminiſcentia autem reliquum eſt dicere, primum quidem igitur quæcunque in argumentatiuis, &c.*

Iſtud eſt Secundum Cap. huius libri, in quo Philoſ. determinat de reminiſcentia. Et primò, oſtẽdit, quid eſt illud, quod non eſt reminiſcentia, dicens, quòd de nouo ſentire, vel intelligere non eſt memoria, neque reminiſcentia, neque reſumptio memoriæ, quia reſumptio memoriꝫ præſupponit memoriam fuiſſe. Ex quo ſequitur, quòd memoria nõ eſt prima acceptio ſẽſus vel intellectus, quia memoria, & reminiſcentia referunt tempus præteritum. Vndè ad memoriã requiritur interruptio tẽporis, inter actũ, cognoſcendi rẽ, & actum memorãdi illã rem. Deindè ponit differentiam inter memorari & reminiſci, quia ad memoriam

Reminiſcẽtia quid, & quomodo fit.

Differẽtia inter me-

ſufficit nouiſſe,& poſtea cognoſcere ſe hoc ſciuiſſe. Sed ad reminiſcentiam requiritur obliuio: ità quòd reminiſci, eſt recordari poſt obliuionem. Vndè ad memoriam requiritur, quòd ſpecies reſeruata ſit ità intenſa, quòd anima mediante ipſa poſſit citò, & promptè iudicare de memorabili. Sed ad reminiſcētiam requiritur,quòd talis ſpecies ſit ità remiſſa,quòd non prōptè poſſit anima iudicare de memorabili. Subdit tamen,quòd memorari, & reminiſci nō eſt ſolùm iterū cognoſcere, quia quandò aliquis homo iterum alium hominē citò videt,quem priùs viderat,non dicitur reminiſci,neque recordari. Deindè oſtendit modum memorandi, dicens, quòd cùm nos non poterimus memorari de aliqua re,nos debemus aſpicere ad alias res, de quib. memoramur: nàm per memoriam aliquarum rerū citiùs memoramur de aliis, & hoc maximè fit propter naturalem ordinem illorū adinuicem,vt patet de illo, qui dicit verſus vnū poſt alium. Deindè mouet vnum dubiū,quare eſt,quòd aliquando memoramur de illo, quod longo tempore tranſiuit, & de illo, quod hodiè,vel heri tranſiuit, non recordamur? Reſpondet Phil.quòd hoc eſt propter aliquam apprehenſionem nobis aduenientē,ad quā ſequitur cognitio illius,de quo memoramur. Deindè dicit,quòd reminiſci differt ab addiſcere, quia reminiſci, eſt per proprium rememorariuum reuerti ad memoriam obliti, ſed addiſcere, non eſt iterum reuerti ad memoriam obliti. Conſequenter dat alium modū reminiſcendi,qui eſt per modum diuiſionis: vt ſi quis dimiſerit cultellum in aliqua domo, debet conſiderare, vbi fuit illa die: & quid in tali loco fecerit: & ſimiliter de aliis dieb. Ex quo patet, quòd ad reminiſcendum de aliquo debemus rememorari de aliquo priori: & per diuiſionem deueniemus ad intentum. Deindè dat modum reminiſcendi ex parte temporis dicens, quòd oportet maximè cognoſcere tempus præteritum, eo quòd memoria, & reminiſcentia ſunt apprehenſiones præteritorum. Finaliter oſtendit,qualis paſſio ſit reminiſcentia,dicens,quòd eſt paſſio corporea,declarat trib. ſignis. Primum eſt, ſæpè non potentes reminiſci,adhibentes diligētiam turbantur,& acquirunt dolorem capitis. Secundum ſignū,quia habentes ſuperiora nimis groſſa,in ordine ad mēbra inferiora nō ſunt benè memoratiua: quia habent nimiam humiditatē in capite, ratione cuius non poteſt benè impreſſio remanere. Tertium,quia neque pueri, neque ſenes ſunt benè memoratiui: quia multùm mouentur,& alterantur in organis.

Memorari & reminiſci.

Modus memorandi.

Dubitatio.

Solutio.

Reminiſci differt ab addiſcere

Modus reminiſcendi per modum diuiſionis.

Modus reminiſcendi ex parte temporis.

Reminiſcētia qualis paſſio ſit.

LIBELLVS DE SOMNO, ET VIGILIA,

Ex Text.

DE ſummo, autem, & vigilia conſiderandum eſt quid ſint, & vtrum animæ, vel corporis propria ſint, vel communia, & ſi communia, cuius particulæ animæ, vel corporis, &c.

Iſtius libri diuiſio in tria cap. Somnus quid, cuius & à quo effectiuè. Quinque concluſiones. Prima.

ISTE eſt Liber de Somno, & Vigilia Ariſ. qui diuiditur in Tria Capitula. Primũ diuiditur in duas partes. In prima ponit aliquas concluſiones. Prima, Somnus, & vigilia habent fieri circà eandem partem animalis. Probat, quia ſomnus, & vigilia opponuntur priuatiuè, modò priuatiuè oppoſita habent fieri circà idem. Deindè oſtendit, cuius partis animalis ſint, dicens, quòd ſunt paſſiones ſenſus, probat, quia ſunt paſſiones illius partis animalis, ſecundùm quam iudicamus animal dormire, vel vigilare, igitur. Ex quo infert Philoſophus, quòd non ſunt paſſiones animæ tantùm, nec corporis tantùm, ſed ſunt communes vtrique. Probat, quia ſentire nõ eſt proprium animæ, neque corpori, ergo neque vigilare. *Secunda.* Secunda concluſio. Nihil eſt, quod ſemper dormiat, vel vigilet ſemper. Probat, quia cuicunque ineſt aliquod opus ſecundùm naturam, quandò exceſſit tempus, in quo poteſt fieri, neceſſe eſt ipſum deficere, vel ceſſare. Ex quo infert diffinitionem ſomni, dicens. Somnus eſt impotentia ſentiendi propter exceſſum vigilandi. Dicit vlterius, quod non eſt manifeſtum, vtrũ omnia animalia ſomno communicent, quia quædam ſunt multùm breuis ſomni. Deindè infert, quod nulla planta habet ſenum, ergo nec ſomnum, nec vigiliam: conſequentia patet, quia ſomnus, & vigilia non ſunt ſine ſenſu. *Tertia* Tertia concluſio. Somnus eſt paſſio omnium ſenſuum exteriorum, quia ſenſibus exterioribus animal non poteſt ſentire quandò dormit. *Quarta.* Quarta concluſio. Omnium ſenſuum exteriorũ eſt vnus ſenſus cõis, vt probatũ eſt in lib. de Anima. *Quinta.* Quinta cõcluſio. Somnus primò, & principaliter eſt paſſio ſenſus cõis. Probat quatuor rõnibus. Prima, quia ſenſus cõis eſt vnus, & principalis inter omnes ſenſus, igitur. Secunda ratio. Si ſomnus eſſet paſſio alterius ſenſus à ſenſu cõmuni, ſequeretur, quòd nõ oporteret omnes ſimul ligari in ſomno, quod eſt falſum, igitur.

Tertia ratio. Illius ſenſus ſomnus eſt paſſio, quo paſſo, neceſſe eſt homines alios pati, ſed paſſo ſenſu communi, alij dicuntur pati, igitur Quarta ratio. Somnus non eſt quælibet impotentia ſentiẽdi, ſed ſolùm illa, quæ naturaliter prouenit per ligationem omnium ſenſuum ſimul. Conſequenter inquirit, propter quam cauſam dormire ineſt animalibus, dicens, quòd ſomnus eſt neceſſarius omnibus animalibus, propter ſalutem ipſorum; probat, quia omnibus, quę poſſunt moueri, neceſſaria eſt quies propter ſuam ſalutem. Deindè ſubdit, quod primum, & principale ſenſitiuum eſt cor, vel aliquid proportionabile cordi. Probat, quia idem eſt principium principale ſenſus, & motus localis in animalibus, ſed principium principale motus localis eſt cor, igitur. Ex quo ſequitur, quòd ſomnus eſt primò, & principaliter paſſio cordis aut alicuius proportionabilis cordi. Probat, quia eſt principaliter paſſio primi ſenſitiui, tale autem eſt cor, vel aliquid proportionabile cordi, igitur. Et ſubdit, quòd dormientes quandoque faciunt multa, quæ faciunt vigilantes, vt ſunt motus progreſſiui.

Quare dormire ſit in animalib'.

Principale ſenſitiuum eſt cor.

In ſecunda parte inquirit de cauſa efficiente ſomni, dicẽs, quòd ſomnus eſt impotentia ſentiendi, cauſata ex euaporatione nutrimenti aſcendentis ad cerebrum, quæ à frigiditate cerebri ingroſſata, deſcendendo obſtruit meatus ſpirituum, & cauſ.. ſomnum, hoc probat multis ſignis. Primum, quia poſt ſumptionẽ cibi, & potus ſæpius, fit ſomnus. Secũdum. Ex laboribus quibuſdam cauſatur ſomnus, eò quòd labor eſt reſolutiuus ciborum. Tertium. Pueri vehementer dormiũt, eo quòd in eis maior pars nutrimenti, mittitur ad partes ſuperiores, cuius ſignum eſt, quia ſuperiora in ętate iuuenili excedunt inferiora. Quartum ſignum. Homines habentes venas ſtrictas, & habentes magna capita ſunt amatores ſomni, & ſunt longæ dormitionis, eò quòd venæ anguſtæ citò obſtruuntur. Quintum. Melancholici non multùm dormiunt, quia propter frigiditatem ſtomachi, fit parua euaporatio numenti. Similiter in flegmaticis, propter debilitatem caloris cibi in ſtomacho non citò digeruntur. Ex iſtis infert Philoſophus aliam diffinitionem ſomni, dicens, quòd ſomnus eſt reciprocatio caloris naturalis intrinſecus, propter vapores aſcendentes, & poſt ſuam ingroſſationem deſcendentes, & obſtruentes meatus ſenſitiuos propter ſalutem animalis. Deindè infert tria corollaria. Primum. In dormiẽtibus fiunt multi motus alterationis digerendo nutrimentum, motus etiam aſcenſus vaporis, motus infrigidationis,

Cauſa efficiens ſomni qua.

Quinque ſigna præ-dicta cauſa

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Somni alia diffinitio.

Tria corrolaria.

Primum.

Secundum. & motus deſcenſus illius vaporis. Secundum, propter frigiditatem clauduntur palpebræ oculorum. Tertium, quòd in *Tertium.* viuentibus partes exteriores, & ſuperiores infrigidantur, inferiores autem intrinſecè calefiunt. Finaliter oſtendit, cauſam expergefactionis, dicens, quòd eſt conſumptio illorum vaporum, vel diſolutio eorum, ità quòd quandò vapores sũt conſumpti, & digeſtione completè facta, tunc calor naturalis aſcendit, & aperit vias obſtructas per euaporationem.

Experge factionis cauſa.

Ex Text. *Poſt hæc autem quærendum de ſomnio, & primo cui eorum, quæ paſſio hoc ineſſe videtur, &c.*

Somnium quid & vndè.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus determinat de Somnio, ponendo talem concluſionem. Somnium non eſt paſſio ſenſus interioris. Probat, quia in ſomnio, in quo eſt ſomnium, non eſt aliquis actus ſenſus exterioris, ergo illa operatio, quę eſt facta in ſomnio nõ eſt alicuius ſenſus exterioris. Secũda concluſio. Somnium non eſt paſſio intellectus, patet, quia in Somnio non ſolum cognoſcimus hominem, vel equum, ſed hominem albũ, vel nigrũ. Tertia concluſio. In ſomnio accidit deceptio, nàm apparet alicui, quod videat, audit, & ſic alijs. Quarta concluſio. Somnium eſt paſſio ſenſus communis, nàm ſomnium illius eſt paſſio, cuius eſt ſomnus, ſed ſomnus eſt paſſio primi ſenſitiui, vt viſum eſt, ergo etiam ſomnium eſt paſſio primi ſenſitiui. Maior videtur eſſe nota, cùm ſomnium videatur ſolùm contingere in dormientibus. Conſequenter inquirit, quid ſit ſomnium, ponendo aliquas ſuppoſitiones. Prima. Vniuſcuiuſque ſenſus ſenſibilia, cauſant in nobis ſenſationẽ. Secunda. Paſſio facta à ſenſibilibus in ſenſu, non ſolùm manet in præſentia ſenſibilium, ſed etiam in abſentia. Probat aliquibus ſignis. Primum, quia ſi diù aſpexerimus valdè ſplẽdidum, & conuertamur nos ad locum obſurum, apparebit adhuc nobis, quod videmus illud ſplendidum. Secundum, ſi quis diù aſpexerit corpus Solis, & poſtea ſe conuertat ad alium colorem, putà ad album, vel nigrum, ille apparebit puniceus. Tertium, ſi aliquis fuerit diù motus, & poſtea quieſcat, adhuc apparebit ſibi quod ipſe moueatur. Tertia. Senſus non ſolùm patitur à ſenſibilibus ſed etiam ſenſibile à ſenſu, probat ſigno, quia videmus oculos menſtruoſos inficere ſpeculum mundum, & purum, & hoc eſt propter multum ſanguinem indigeſtum, à quo fumi procedunt, qui petentes exitum veniũt ad oculos, qui ſunt partes valdè raræ. Quarta. Recedente ſenſibili exteriori, manent in phantaſia phantaſmata. Quinta. Homines paſſionati de facili decipiuntur,

Quatuor concluſiões.
Prima.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Pro diffinitione ſomniũ ſuppoſitiões octo.

circà obiecta illarum paſſionum, quia ſi homo timidus, à modico terribili terrebitur. Sexta. Aliqui homines decipiuntur, & tamen non latet eos, ſicut apparet in habentibus febres, quibus aliquando apparent animalia terribilia in pariete, & tamen benè ſciunt, quòd nihil eſt, & hoc prouenit, quia quandò aliquid cognoſcitur duplici potentia, quarum vna ſuperior ad aliam, vt intellectus ad ſenſum, ſuperior corrigit inferiorem, vt patet à ſigno de Sole, qui ab aliquo ſecundùm vnam potentiam dicitur pedalis, & ſecundum aliam maior. Et ſi quis dicat, nonnè ſpecies, quę mouent ſenſum in ſomno, mouent in vigilia? Reſpondet Philoſophus, quòd huiuſmodi ſpecies non æquè mouent ſenſus interiores, ſed impediuntur per ſenſus exteriores. Septima. Huiuſmodi ſpecies aliquando præſentantur ſenſui directè, aliquando indirectè, aliquando diſtortè. Ex quo infert, quòd pueri non ſomniant, quia in ipſis eſt multus motus impediens illas ſpecies. Octaua. In ſomnijs quandoque decipimur, & non latet nos, & quandoque decipimur & latet nos, ſicut contingit in vigilantibus. Ex his omnibus infert Philoſophus diffinitionem ſomnij; dicens, quòd ſomnium eſt aliquod phantaſma apparens in ſomno. Finaliter ponit cauſam, propter quam aliqui nunquàm ſomniant, alij autem in iuuentute, alij autem in ſenectute, alij verò perſeuerant in ſomnijs, quia (vt dicit Philoſophus) ſtatim poſt cibum aſſumptum, in dormientibus non fit ſomnium, neque etiam in pueris propter velocem motum nutriendi, & propter eãdem cauſam quæcunque ſunt talis naturæ, vt multa euaporatio aſcendat, & iterum deſcendens facit multitudinem motus, & nullum apparet phantaſma, nec habent ſomnia, & talis multitudo motuum eſt poſſibilis in vna ętate, ideo aliqui ſomniant in vna ætate, & non in alia.

Obiectio. *Reſponſio.* *Quare pueri non ſomniant.* *Somnij diffinitio.* *Quare aliqui nunquã ſomniant.*

De diuinatione vero, quæ in ſomnijs fit, & dicitur accidere à ſomnijs, neque contemnere, &c. Ex textu.

ISTVD eſt Tertium Capitulum, in quo Philoſophus vult determinare de Diuinatione, quæ habet fieri circà ſomnia, ponendo aliquas concluſiones. Prima. Non eſt inconueniens determinare, de diuinatione ſomniorum, quod probat, quia inconueniens eſt contemnere illud, quod omnes, vel plures aſſerunt, ſed omnes, vel plures aſſerunt diuinationes in ſomnijs, igitur tales non ſunt contemnendæ. Secunda concluſio. Difficile eſt determinare de diuinatione ſomniorum: quòd probat, quia difficile eſt determinare de illo, quòd non videtur

Somnia, quàm difficilia interpretatu, & quis eorum optimus interpres. *Tres concluſiones.* *Prima.* *Secunda.*

Tertia. habere determinatam cauſam; ſed diuinatio in ſomnis eſt huiuſmodi, igitur. Tertia concluſio. Somnia ſunt cauſæ, vel ſigna, vel accidentia futurorum, quod probat, primò de his, quæ accidunt propter diſpoſitionem, & complexionem corporis, & hoc auctoritate medicorum dicentium, quòd homines libenter ſomniant de his, quæ ſunt ſuæ complexionis, ſicut cholerici de calidis: ſanguinei de calidis, & humidis, & ſic de alijs complexionibus. Probat etiam idem, quia videmus homines per ſomnia aliqua facere, quæ non feciſſent, ergo aliqua ſunt ſigna, & cauſæ futurorum: & quòd ſint accidentia futurorum, probat, quia ſi ſit aliquod bellum futurum, & ſomniamus de illo, illud ſomnium non eſt cauſa belli, ſed accidens ipſius. Conſequenter inquirit à quo proueniant ſomnia dicens, quòd non ſunt immediatè à Deo, quod probat duabus rationibus. Prima, quia ſic bruta non ſomniarent, quod eſt contrà experientiam. Conſequentia patet, quia illa, quæ immediatè mittuntur à Deo, videtur mitti ad ea, quæ ſuas operationes immediatè dirigunt in Deum, cuiuſmodi non ſunt bruta. Secunda ratio, quia valdè ſtulti homines præuident futura, & rectè ſomniant, quod non eſſet, ſi ſomnia mitterentur immediatè à Deo, debet enim Deus eſſe magis ſollicitus de prudentioribus, quàm de ſtultis. Deindè ponit vnam diuiſionem ſomniorum, dicens, quòd quædam ſunt, quorum principium eſt in nobis, ſicut ſomnium, quo flegmaticus conſiderat aquas. Alia ſunt, quę non ſunt à principio intrinſeco, vt ſi homo ſomniat de bello futuro. Finaliter oſtendit, quòd optimus iudex, ſeu interpres ſomniorum eſt ille, qui benè poteſt ſimilitudines inſpicere, cuius cauſa eſt, quia ſemper ſunt noſtra ſomnia diſtorta, licèt aliquando ità fiant, & tunc non apparet benè, quãdò eſt turbatio ſpecierum, ſeu phantaſmatum. Ex his ſatis concludit Philoſophus per ea, quæ dicta ſunt, quid ſit ſomnus, & quomodo cauſatur, & quid ſit ſomnium, & quomodo cauſatur.

A quo proueneant ſomnia.

Optimus iudex ſomniorum quis ſit.

LIBELLVS DE LONGITVDINE, ET BREVITATE VITÆ.

De eo autem quod eſt, hoc quidem eſſe longæ vitæ animalium, hoc autem breuis vitæ, &c. Ex Text.

Iste eſt Liber de Longitudine, & Breuitate vitæ, qui diuiditur in duo capitula. In primò ponit aliquas concluſiones. Prima. Eorum, quæ viuunt, quædam diſtinguuntur ſecundùm ſua genera, & aliqua ſecundùm ſuas ſpecies in breuitate, & lõgitudine vitæ, vt homines communiter ſunt longioris vitæ, quàm equi, vel aſini: eadem ſpecie etiam diſtinguuntur, eo quòd in diuerſis regionibus habitant, nàm habitantes in regionibus calidis, cæteris paribus ſunt longioris vitæ, quàm habitantes in frigidis, & adhuc in eadem regione diſtinguuntur ſecundùm diuerſas complexiones. Secunda concluſio. Inter corpora naturalia elementa ſunt magis adinuicem generabilia, & corruptibilia propter contrarietatem ſuarum qualitatum, & quantò aliquid mixtum magis accedit ad naturam vnius elementi, tantò citius corumpitur ab alio elemento. Deindè mouet vnum dubiũ: Vtrum ſit aliquis locus, in quo ſi poneretur aliquod corruptibile, poſſet perpetuari, & eſſe incorruptibile? Reſpondet Philoſophus, quòd ſi poneretur aliquod corpus in aliquo loco, in quo non haberet in contrarium, illud ſecundùm quid eſſet incorruptibile, licèt ſimpliciter eſſet corruptibile, cùm habeat materiã, quæ eſt, qua res poteſt eſſe, & non eſſe. Conſequenter probat aliqua non eſſe cauſa longæ vitæ, neque breuis vitæ, & primò de magnitudine, dicens, quòd maiora non ſunt longioris vitę, quia equi ſunt multùm maiores hominibus, & tamen non ſunt longioris vitæ. Dicit etiam quòd paruitas non eſt cauſa longæ vitæ, quia minora aliquando ſunt breuioris vitę longioribus. Tertiò dicit, quòd ſanguis non eſt cauſa longæ vitæ, quia aliqua animalia non habentia ſanguinem, ſicut apes, ſunt longioris vitæ aliquibus habentibus ſanguinem. Quartò dicit, quòd habitatio ſupra terram non eſt cauſa longioris vitæ, quia aliqua aquatica ſunt longioris vitæ, quàm aliqua habitantia ſupra terrã.

Duæ concluſiones. Prima. *Secunda.* *Dubium.* *Solutio.* *Aliqua non eſſe cauſa longæ, vel breuis vitæ probatur.*

Quintò dicit,quòd eſſe greſſibile non eſt cauſa longæ vitæ, quia quædã greſſibilia ſunt breuioris vitæ quibuſdam alijs. Conſequenter oſtendit quid ſit cauſa longæ vitæ, præmittẽs aliquas ſuppoſitiones. Prima. Omne animal eſt calidum, & humidum,in quibus conſiſtit vita:ſed frigida & ſicca ſunt cauſæ breuioris vitę. Ex quo infert, quòd neceſſe eſt ſeneſcentia deſiccari, vndè ſi humidum debeat eſſe cauſa longæ vitæ,non debet eſſe de facili deſiccabile, immò pĩguia ſunt minùs putrefactibilia, quàm macra. Deindè dicit, quod ſi aliquid debeat eſſe cauſa longæ vitæ, oportet eius humidũ eſſe multum & magnum,eo quòd paucum humidum faciliter deſiccatur, ideo dicit quod humidũ benè proportionatum,cum calido eſt cauſa longæ vitæ,propter hoc,homines ſunt quibuſdam animalibus maioribus longioris vitæ, eo quòd in hominibus humidum eſt melius proportionatũ cum calido. Dicit vltrà, quòd ipſum humidum non debet eſſe ſuperfluum, quia humiditas ſuperflua eſt extinctiua caloris,propterea dicit,quòd animalia multi ſpermatis citò ſeneſcũt,quia ſperma eſt humidum ſuperfluum, ratione cuius mula eſt longioris vitæ, quàm equus. Et ſubdit, quòd maſculi ſunt longioris vitæ femellis,ſed quia ſunt multi coitus, in quo euacuatur humiditas propria,ideo in eodem citò ſeneſcunt. Et ſubdit,quòd abſtinentes à coitu, cæteris paribus ſunt longioris vitæ. Dicit etiam quicunque maſculorum laborantes citò ſeneſcunt,eo quòd labor deſiccat. Ex quo infert quod maſculi ſunt longioris vitæ femellis, ſi non ſint coitiui, quia ſunt calidiores,modò caliditas eſt cauſa longæ vitæ. Subdit etiam,quòd tàm animalia,quàm plantæ,ſi non ſuſcipiant nutrimentum,corrumpuntur, quia in viuentibus calor naturalis continuè agit in humidum, ideo quandò non agit in humidum cibale,agit in humidum radicale ipſum corrumpendo.

Quid ſit cauſa longæ vitæ.

Quare maſculi ſunt longioris vitæ quàm femella.

Ex Text. *Aquatilia autem greſſibilibus minùs, &c.*

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus comparat viuentia adinuicem, penès longitudinem, & breuitatem. Et dicit, primò quòd animalia aquatica ſunt breuioris vitæ,quàm gradientia, quia humidum eorum eſt de facili corruptibile, & de facili congelabile. Deindè dicit, quòd non habentia ſanguinem,ſunt breuioris vitæ, quàm habentia,niſi in non habentibus ſanguinem fiat recompenſatio. Dicit vlterius,quòd plantæ minùs aquoſę ſunt longioris vitæ alijs, ideo dicit quòd cypreſſus, & palma ſunt longioris vitę alijs. Subdit etiam, quòd conueniunt animalia annuloſa,cũ plãtis,quia partes eorũ diuiſę viuũt, conueniũt

Comparatio viuentium, penès longitudinẽ, & breuitatem vitæ.

&in hoc, plãtæ,& animalia,quia maſculi,in vtriſque ſũt lõgioris vitę femellis.Ex quo poſſet aliquis dubitare, quõ in plãtis diſtinguũtur maſculi à femellis,ideò dicit, quòd ſicut in maſculis animalib. ſuperiora ſunt groſſiora inferioribus, & ècontra in femellis:ità etiam in plantis:quare autem maſculi habeãt partes ſuperiores groſſiores eſt,quia habẽt fortẽ calorẽ,qui multũ de nutrimento poteſt eleuare ad partes ſuperiores. Finaliter dicit,quòd reſtat determinare de ſenectute,& iuuẽtute,morte, & vita,quibus determĩatis,finietur iſta methodꝰ: qui libri ordinariè non leguntur,alibi quære ſi vis.

FINIS.

TABVLA VNIVERSÆ PHYLOSOPHIÆ AB AVTHORE Gymnaſij nunc confecta.

PHYLOSOPHIA (ſi pro ſapientia accipiatur) eſt rerum,cùm humanarum,tùm diuinarum cognitio, cuius quinque precipua, ac principes ſunt partes, nempè Metaphyſica, Mathematica,Phyſica,Ethyca, & Logica.

Methaphyſica,eſt reram Diuinarum cognitio,naturali ratione comparata, qua & ſi ens,vt ens eſt contempletur, potiſſimùm tamen ens immortale,& incorporeum,idque natura duce,& abſque diuini.Numinis afflatu,quod nõ facit Theologia,cuius ſcientiæ partes ſunt Deus,Angeli, Demones, & Mens.

Mathematica eſt,qua quantitatem,tùm continuam,tàm diſcretam,conſiderat,animo tamen,& cogitatione,à materia ſeparatam,qua inter Methaphyſicam, & Phyſicam medium tenet,conſpirat enim cum hac,quod affectiones in materia ſenſibili ſubſiſtẽtes contempletur,cum illa vero,quòd ens ſaltem cogitatione à materia abſtrahat,quòd citrà controuerſiam puræ Mathematicæ conceditur, cuius partes ſunt,Arithmetica, Muſica,Geometria,& Aſtronõia. Arithmetica eſt, qua quantitatem diſcretam, ſiuè numerum,abſolutè conſiderat.Cuius principium eſt vnitas,ſinis nullus, diuiditurque in parem,& imparem,ſimplicem,& compoſitum &c. Muſica eſt,qua numeros ſonoros contemplatur, & cùm ſit modulandi ſcientia in Armonycam, Rhythmicam, & Metricam,diſtribuitur. Geometria eſt, qua circà rerum magnitudines, & vt à materia ſunt ſeparata,verſatur. Magnitudinũ, tres ponuntur ſpecies,ſcilicèt linea,ſuperficies,corpus. Aſtronomia eſt, qua circà magnitudinem corporum cœleſtium,ſtellarum figuras,earũque circà ſe,ac circà terram habitudines verſatur.

Phyſica

Phyſica eſt, quæ res naturales ex materia, & forma conſlatas contemplatur, quæ habentur ab Ariſtotele in libris Phyſicorum.

Ethyca eſt, quæ certas quaſdam leges nobis preſcribit, quibus honeſtè, & ſecundum virtutem viuamus, quæ etiam Moralis Phyloſophia nuncupatur. Cuius finis in actione, non in cogitatione ſolùm, (vt precedentium) conſiſtit. Cuius tres ſunt partes, nempè Politica, Oeconomica, & Monaſtica. Politica eſt, quæ ciuitates, & totam adminiſtrat Rempublicam, & tàm ſuperiores, quàm inferiores ad beatam dirigit vitam. Oeconomia eſt, quæ domum, ac familiam moderatur; Monaſtica verò eſt, quæ quis priuatim ſe regit, vitamque propriam bonis informat moribus.

Logica aliàs Sermocinalis ſcientia appellata, eſt ad quam ſpectat rectè loquendi, & ornatè eloquendi, & argutè argumentandi precepta tradere. Cuius partes ſunt. Grammatica, Dyalectica, & Rethorica. Grammatica eſt ratio emendatè eloquendi, & complectitur Ortographyam, Ethymologiam, Syntaxim, & Proſodiam. Dyalectica, ſiue Logica propriè eſt peritia, Difiniendi, Diuidendi, & argumentandi conſtans inuentione, & iudicio. Rethorica eſt ars appoſitè dicendi ad perſuadendum, conſtans, inuentione, diſpoſitione, elocutiõe, memoria, & pronũciatiõe, Notãdũ, interim, quod Theologia ad Metaphyſicam. Medicina ad Phyſicam, Iuriſperitia ad Moralem Phyloſophiã reduci poſſunt. Artes verò Mecanicæ, dicuntur illæ, quæ manuum opera, corporis habitu, & agilitate, opus conficiunt, ac prodeunt in materiam exteriorem, & quæ ſunt corpori neceſſaria preparant, decentque ſtupidos homines, ac natura ſeruos, quarum, ſeptem aſſignantur ſpecies, Vndè verſus.

Gra. Loquitur, Dya. vera refert, Re. verba colorat.
Muſ. canit. Ars. numerat Geo. ponderat. Aſt. colit aſtra.

Gra. Loquitur, ideſt Grammatica. Docet congruè loqui, Dya. ideſt Dyalectica vera docet, nempè verum à falſum diſcernere, Re. docet. ſermonem ornare, & aptè colorare, Muſ. ideſt Muſica, docet modum canendi. Ariſ. i. Arithmetica. Docet munerare. Geo. i. Geometria, quæ terram metiri Doce Aſt. i. Aſtrologia, quæ aſtra contẽplatur. Mecanica verò in his duobus continentur verſibus.

Lana, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina,
His ars fabrilis connumerari debet.

Totius Secundę Claſſis, quæ eſt Phyſicorum,

FINIS.

TERTIA CLASSIS, QVÆ METAPHYSICORVM, ET MATHEMATICORVM, inſcribitur,

IN QVA

DVO GRAVISSIMI PHILOLOPHI, ac Theologi doctiſsimè differunt.

DOCTOR PARISIENSIS, MAGISTER Petrus Tataretus de ſex Ariſt. Metaph. libris, iuxta veterem Academiæ Pariſiẽſis conſuetudinẽ.

Magiſter Nicolaus de Orbellis Excellẽtiſſimus itidem Doct. Parienſis, Ord. Min. Prouinciæ Turoniæ, compendioſè, & dilucidè de Duodecim lib. Metaphyſicorum Ariſtotelis, & de Mathematica ad aures Doct. ſubtilis Ioannis Duns Scoti Ord. Min.

Doctoris Pariſienſis in Metaphyſicam Ariſtotelis eruditiſſimæ enarrationes.

Metaphyſicorum Ariſt. lib. I. Ex Textu Commenti. I. Et indè.

OMNES *homines natura ſcilicet deſiderant, ſignum autem eſt ſenſuũ dilectatio, præter eum, & vtilitatem, &c.*

ISTE eſt Primus Liber Metaphyſicæ Ariſtot. qui diuitur in Proemium, & partem Executiuam. Pars executiua diuiditur in multas partes. In prima ponit hanc concluſionem. Omnes homines natura, ſcire deſiderant: probat à ſigno, quia ſenſus noſtros diligimus: non ſolùm, quia ſunt nobis vtiles ad proſequendum *Diuiſio iſti. libri Metaphyſici.*

vtilia, & fugiendum nociua, ſed quia miniſterio ipſorum acquirim' ſcietias, inter quos maximè diligimus ſenſū viſus, viſum enim diligimus non ſolùm, vt eò mediante dirigamur ad vtilia, ſed, quia proles rerum doctrinas nobis oſtẽdit, cùm omnia corpora colore participant. Conſequenter determinat, dæmodo generationis ſcire, præmittẽs tres gradus animalium, & ponendo differẽtiam inter bruta, & homines dicentes, quòd omnia animalia, in hoc conueniunt, quia habent ſenſum tactus, ſed non omnia animalia rationem habent, vt homo. Deindè ponit gradus animalium dicens, quod quędam ſunt animalia quę non habent memoriam, nec auditum, ſicut Conchæ & Hoſtreæ. Alia verò habent memoriam, ſed non auditum, vt apes. Alia ſunt, quæ habent memoriam, & auditum, vt homines, & equi. Veruntamen animalia, quę ſunt in primo gradu, non ſunt prudentia, cùm non habent memoriam, neque diſciplinabilia, cùm non habeant ſenſus diſciplinabiles, ſed animalia ſecũdi gradus non ſunt diſciplinabilia: ſed benè prudentia, cùm habeant memoriam, ſed animalia tertij gradus ſunt prudẽtia, & diſciplinabilia, cùm habeant memoriam, & ſenſus diſciplinabiles. Deindè ponit differentiam inter animalia bruta, & homines, quia animalia bruta imaginationibus, & memoriis viuunt, & parum experimenti participant, homines autem viuunt ratione, & artib. Conſequenter oſtendit, qualiter in hominibus ſit ars, & experimentum, dicens, quòd ex pluribus memoriis fit experimentum, vt quandò recordor, quòd iſte ignis, quem heri tetigi, erat calidus, & ille, quem tetigi ante heri, erat calidus, ex iſtis iudico, quòd iſte ignis, quem video, eſt calidus, quamuis illum non tetigerim. Conſequenter oſtendit. qualiter in nobis generatur ars, & ſcientia, dicens, quòd generatur in nobis ex plurib. experimentis, vndè ſicut ex pluribus memoriis generatur experimentum, ità ex pluribus experimentis generatur ars, & ſcientia: experientia enim artem facit, & inexperientia caſum. Conſequenter ponit tres differentias inter artem, & experientiã. Prima, quia ars eſt vniuerſaliũ, & experimẽtum eſt ſingulariũ. Secunda, quia non artifices experti certius operãtur, quã artifices inexperti cuius cauſã reddit, quia ars eſt vniuerſalium, actus autem ſunt circà ſingularia. Tertia differentia, quia artifices nõ experti, ſunt ſapientiores expertis non artificibus, quòd probat ratione, & duobus ſignis. Primum, probat ratione ſimplici, quia illi ſunt ſapientiores,

Modus generationis ſcire.

Gradus animalium.

Quando in hominibus eſt ars, & experimẽtum.

Hominis à brutis diſcrimen.

Tres differentiæ inter artem & experientiam.

qui cauſam rei cognoſcunt, quàm illi, qui ſolùm quia eſt cognoſcunt, ſed artifices non experti ſunt huiuſmodi, igitur. Primum ſignum, quia ſignum ſcientis eſt poſſe docere, ſed non experti artifices docere poſſunt, igitur. Secundum ſignum, quia cognitio ſenſitiua non dicitur ſcientifica. Conſequenter probat iſtam concluſionem. Speculatiui ſunt ſapientiores practicis, quia inuentores ſcientiarum ſpeculatiuarum præ alijs habentur in honore, & reuerentia. Iſtis omnibus declaratis, ſic infert Philoſ. concluſionem principaliter intentam in hoc cap. Metaphyſica verſatur circà primas cauſas, & prima principia rerum, quòd probat, quia ſapientia conſiderat primas cauſas, & prima principia rerum, ſed ſciẽtia, quæ Metaph. dicitur eſt ſapientia, ergo.

Speculatiuos ſapientiores practicis, probatur.

Metaphyſica verſatur circa primas cauſas, & prima principia rerum.

Ex Tex Commenti, 6. & indè.

Quoniam autem ſcientiam hanc quarimus, circà quales cauſas, & circà qualia principia ſcientia ſapientia ſit, &c.

Ista eſt Pars Executiua, in qua Philoſ. ponit ſex ſigna ſapientis, & ponit aliquas conditiones. Prima, quia ſapiens debet ſcire omnia, vt contingit, ideſt in vniuerſali, quia non ſpectat ad ſapientem, quòd habeat notitiam omnium ſingulariũ in particulari, & in propria forma, ſed ſufficit, quòd habeat in vniuerſali. Secunda eſt, quòd ſapiens debet cognoſcere difficilia. Tertia, quod debet habere certiorem ſcientiã alijs, ex eo, quòd ſapiẽs habet notitiam ex primis, ex quibus prouenit certitudo in ſcientijs. Quarta, quòd ille eſt ſapiens, quòd in qualibet ſcientia aſſignat cauſam quæſiti. Quinta, illa ſciã, eſt ſapientia, quæ diligibilis eſt pp̃ ſe, & non propter aliud: ſed ſapientia eſt diligibilis pp̃ ſe, igitur. Sexta, ſapientia debet eſſe dignior, & principalior ſcientia famulante. Deindè proportionabiliter ad ſex conditiones ſapientis ponit ſex concluſiones. Prima. Ad Metaphyſicum pertinet oĩa ſcire in vniuerſali, quia ad ſcientiam maximè vniuerſalem pertinet oĩa ſcire in vniuerſali, ſed Metaphyſica eſt hmõi, igitur. Secũda cõcluſio. Ad metaphyſicum ſpectat conſiderare difficiliora. Tertia concluſio. Metaphyſica inter oẽs ſcientias eſt certiſſima, quia illa ſciẽtia eſt certiſſima, quæ eſt maximè cõſideratiua, primorum ſcibiliũ, ſed Metap. eſt hmõdi, igitur. Quarta. Metaph. eſt maximè determinatiua cauſarum, quia illa eſt maximè determinatiua cauſarum, quæ maximè conſiderat cauſas, ſed Metaph. eſt hmõdi, igitur. Quinta. Metap. inter omnes, ſcientias eſt magis eligibilis, cùm ſit perfectior, & gratia ſui, & propter ſcire. Sexta. Metaph. eſt principa-

Sex Signa ſapientis. Primũ. Secundũ. Tertiũ. Quartũ. Quintũ. Sextũ.

Sex concluſiones iuxta ſex conditiones ſapiẽtis. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Sexta.

liſſima ſcientiarum, cuius eſt ordinare, & non ordinari, perſuadere, & non perſuaderi, quod probat, quia illa ſcientia eſt principaliſſima, quæ cognoſcit cuius cauſa ſint agenda ſingula, ſed Metaph. eſt huiuſmodi, quia conſiderat finem totius vniuerſi.

Ex Textu Commenti & indè.

Quia vero non actiua palam ex primùm Philoſophantibus: nàm propter admirari homines, &c.

Scientia Metaphyſica qualis ſit, oſtenditur quatuor concluſionibus.

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus oſtendit, qualis ſit iſta ſcientia, ponendo aliquas concluſiones. Prima. Scientia Metaphyſica eſt ſcientia, ſpeculatiua, & non practica, quia illa ſcientia, in qua quęritur ſcire propter ſe, eſt ſcientia ſpeculatiua, ſed Metaph. eſt huiuſmodi, igitur. Secunda concluſio. Metaphyſica non eſt inuenta propter aliquam neceſſitatem vitæ extrinſecam, quod probat à ſigno, quia omnes ferè artes, quæ ſunt ordinatæ ad voluptatem vitæ, iàm inuentæ ſunt ad iuuandum ſcientias ſpeculatiuas. Tertia. Inter omnes ſcientias ſola Metaph. eſt libera, quod probat, quia illud eſt liberum, quod eſt gratia ſuimet, & non alteriùs: Metaph. eſt huiuſmodi, igitur. Maior patet, quia homo dicitur liber, qui eſt cauſa ſui ipſius, & non alterius. Minorem probat, quia hæc ſcientia cùm ſit nobiliſſima, ad nullam ſcientiam refertur. Ex quo infert corollariè, quòd ipſa iuſtè putatur non eſſe humana poſſeſſio. Secundò infert, quòd ille non eſt vir dignus, neque habet animam virilem, qui non eligit hanc ſcientiam, quia licèt ab homine non poſſit perfectè poſſideri, poteſt tamen homo per ſtudium, & exercitium habere aliquam partem. Vndè dixerunt aliqui antiqui, quòd Deus inuidet hominibus, quia noluit eis dare hanc ſcientiam, nè parificarentur ei. Contrà: hos dicit Philoſophus, quòd diuinum ens non eſt natum inuidere: nàm inuidia eſt paſſio doloris. Quarta concluſio Metaph. eſt omnium ſcientiarum nobiliſſima, quia eſt maximè diuina, quia Deus maximè habet eam, etiam ipſe maximè eſt de maximis diuinis obiectis.

Erroneum dictum antiquorum.

Quarta.

METAPHISICÆ ARISTOTELIS, LIBER SECVNDVS.

Ex Textu Commenti 1. & indè.

De veritate Theorea ſic quidem difficilis eſt, ſic verò facilis, ſignum autem eſt neq; dignè quemquam adipiſci ipſam poſſe, nec omnes exhortes eſſe, ſed vnumquemq;, aliquid de natura dicere, &c.

Iste eſt Secundus Lib. Metaphyſicæ, qui diuiditur in tria capitula. In primo ponit hanc concluſionem. Theorica. i. conſideratio de veritate, vno modo eſt facilis, alio modo eſt difficilis. Probat tali ſigno, quia principia ſunt per ſe nota, adeò, quòd cognitis terminis non poſſumus eis diſſentire: ideò vt ait Philoſoph. in forib' quis delinquet? nàm principia ſunt ſicut fores, & ianua in domo, quia ſicut per ianuam intramus domum, & facilè eſt illam ianuam inuenire, ità per principia habemus introitum in ſcientiam, & veritatem ipſorum principiorum facilè eſt inuenire, difficile tamen eſt inuenire ſcientiam concluſionis, ſicut difficile eſt inuenire ea, quæ in ſecretis domus ſunt recondita. Conſequẽter oſtendit cauſam difficultatis, cognitionis veritatis dicens, quòd forſan difficultas prouenit duobus modis, ſcilicèt, non ſolùm ex parte rerum, ſicut dicebat Heraclitus, propter inſtabilitatem, & continuum fluxum earum rerum, ſed etiam ex parte noſtri intellectus, & hoc circà rem habentem multum de actu, & penitùs immaterialem. Quòd autem difficultas proueniat ex parte noſtri intellectus, declarat Philoſop. per exemplum, quia ſicut ſe habent oculi Nycticoracis ad lumen Solis, ità intellectus animæ noſtræ, ad ea quæ ſunt manifeſtiora naturę, ſcilicèt, ad perfectiſſima entia, ſed difficultas in viſione luminis Solis ab oculo Nycticoracis non prouenit ex parte Solis, eò quòd quantum eſt, de ſe eſt viſibilis, ſed prouenit ex parte noctuæ, cuius oculi ſunt multùm debiles, ità etiam difficultas intelligendi res, prouenit ex parte noſtri intellectus. Deindè tãgit duplicem modum quomodo vnus homo iuuat alium ad co-

Iſtius 2. lib. diuiſio in tria Cap.

Veritas quã difficilis cognitu & quarè.

Cauſa difficultatis cognitionis veritatis.

Homo dupliciter iuuat alium ad cognitionem veritatis.

Quib⁹ agēda ſūt gratia.

gnoſcendū veritatem. Primò directè: vt ille, qui ſine errore trahit ad veritatis cognitionē verbo, vel ſcripto. Alio mō indirectè: ſicut ille, qui falſa docet. Et ſubdit, quòd non ſolū gratias his debemus agere, qui benè dixerunt, ſed etiā illis, qui de veritate aliquid ſuperficialiter enunciauerūt, licet falſas opiniones habuerint: nā tales dederūt aliquid, ad inquiſitionē veritatis, ſcilicèt occaſionē inueniēdi veras ſciētias.

Ex Textu Commenti 5. & indè.

At verò, quod ſit principium quoddam, & non infinita cauſa exiſtentium, nec in directum, &c.

Non eſt procedendū in infinitum in cauſis.

Duæ cōcluſiones id oſtendentes Prima.

Secunda.

ISTVD eſt Secundū Cap. in quo Philoſoph. oſtēdit non eſſe proceſſum in infinitū in cauſis, neq; ſm directū, neq; ſm ſpēm. Probat primò inductiuè: nā in materialib. non eſt proceſſus in infinitum, vt nō eſt poſſibile aerē eſſe ex terra, & terram eſſe ex aere, & aerē eſſe ex igne, & in infinitū: nec in efficientibus, vt non eſt poſſibile hominem apparere moueri à Sole, & Solem à luce, & ſic infinitum. Deindè oſtendit, quòd non ſit proceſſus in infinitum in cauſis finalib⁹, & formalibus, ponendo aliquas concluſiones. Prima, In cauſis finalibus non eſt proceſſus in infinitum, quia vbicunque eſt aliquid, gratia cuius alia ſunt, & ipſum gratia nullius eſt, ibi non eſt proceſſus in infinitū: ſed in cauſis finalibus eſt aliquid, gratia cuius alia ſunt, & ipſum gratia nullius eſt: igitur. Minor patet, quia ſi in eis nihil eſt tale, tunc in reb. nullus eſſet finis. Secunda concluſio. In cauſis formalib. non non eſt proceſſus in infinitum. Patet, quia non eſt proceſſus in infinitum in diffinitionib. ergo neque in formis. Antecedēs patet, quia prædicatorum poſitorū in diffinitionib., quæ priora ſūt, magis ſūt poſteriora, quia ſi ſūt, neceſſe eſt eſſe priora & è contra: mō ſi ibi nō eſt prius, ibi non eſt poſterius: cū ergo in diffinitionibus, ſit principiū & prius, & poſterius, ſequitur, quòd in eis non eſt proceſſus in infinitū. Tertia. In ſpeciebus cauſarū, nō eſt proceſſus in infinitū, quia tūc nihil poſſemus cognoſcere, quia tunc ſcire putamus aliquid, cùm cauſas eius cognoſcimus, ſed in infinitum ſecundùm aditionem non poteſt pertranſiri, igitur.

Ex Textu Commenti. 14. Et indè.

Contingunt autem auditiones ſecundùm conſuetudinem hominibus, nàm vt conſueuimus, ita, &c.

Quæ impediunt veri-

ISTVD eſt Tertiū Cap. in quo Philoſoph, oſtēdit, quot ſūt impedimēta in inquiſitiōe veritatis. Reſpōdet, quòd principaliter ſūt duo. Primū eſt cōſuetudo, nā vt conſueuimus, ita volumus dici, & ſi aliqua dicūtur nobis cōtraria his, quæ

cõſueuimus audire, nõ vidētur veriſimilia nobis: ſed propter conſuetudinẽ, vidētur nobis minùs nota, & magis extranea. Secundũ impedimentũ prouenit ex natura, quia quidã ſunt, nihil recipiũt, niſi dicatur eis ꝑ modũ demõſtrationis, & hoc cõtingit ex forti imaginatione, & intellectu multũ eleuato: aliquãdo, tñ cõtingit, propter diuturnũ ſtudiũ habere ſcientiã, aliquãdo nihil, niſi demõſtretur exẽplariter; alij volunt auctoritate alicuius poetæ, & alicuius auctoris: alij volũt oĩa inquirere per certitudinẽ. Ex his infert, cõuenientẽ modũ in inquiſitiõe veritatis, & eſt, quòd oportet prima erudiri quõ aliqua ſint recipiẽda: circà quod ponit duo documenta. Primũ eſt, quòd abſurdũ eſt ſimul quærere ſciẽtiã, & modũ ſciẽdi. Secundũ, quòd certa demonſtratio non eſt in omnibus expectãda, quia in nõ habẽtibus materiã, nõ fiũt demõſtrationes, per eam, quia in talibus non eſt naturalis modus demonſtrandi, quia forſan omnis res naturalis materiã habet.

tatis inquiſitionem, & quõ tandem inueſtiganda.

Abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam, & modũ ſciẽdi.

Certa demonſtratio nõ eſt in omnibus expetenda.

METAPHYSICAE ARISTOTELIS, LIBER TERTIVS.

NEceſſe eſt ad quæſitam ſcientiam nos aggredi, primũ de dubitare primum, oportet, hæc autem ſunt quæcunque de ipſis aliter ſuſceperunt quidam, &c.

ISTE eſt Tertius Liber Metaphyſicæ Ariſtotelis, in quo determinat de cõſideratione veritatis modo diſputatiuo. Et primò, ponit hanc concluſionẽ. Volenti inquirere veritatem, neceſſe eſt priùs præ-dubitare, quid probat trib. rationib. Prima. Illud eſt præmittendum ad cognitionem veritatis, ex cuius ſolutione habetur manifeſtatio veritais, ſed ex præmiſſione dubitabilium, hr̃ manifeſtatio veritatis, quia qui benè dubitat, benè inueſtigat, & qui benè inueſtigat, benè inuenit, ergo dubitatio eſt vtilis ad cognitionem veritatis. Secunda ratio. Illud eſt valdè vtile ad cognitionem veritatis, per quod ſcitur vinculum mentis, ſed præmiſſio dubitationis eſt huiuſmodi. Tertia ratio. Illud eſt vtile ad inquiſitionem veritatis, per quod datur via perueniendi ad veritatem, & falſitatem iudicandi de veritate, ſed pæmiſſio veritatis eſt huiuſmodi, igitur.

Modus veritatem inquirendi.

Dubitatio vtilis ad veritatem.

METAPHYSICÆ ARISTOTELIS,

LIBER QVARTVS.

Ex Textu Commenti 1. & indé.

EST ſcientia quadam, qua ſpeculatur ens inquantum eſt ens, & qua huic inſunt ſecundum ſe, hac autem nulli in parte dictarum eadem, &c.

Propoſitarũ quæſtionum determinationes. Tres concluſiones. Prima. Secunda. Tertia.

ISTE eſt Quartus Liber Metaphyſicæ Ariſtotelis, in quo incipit terminare veritatem quæſtionũ motarum. Et primò, ponit talem cõcluſionem. Inter omnes ſcientias eſt vna, quæ conſiderat ens inquantum ens, & ea, quæ ſibi inſunt ſecundum ſe, ſcilicèt ſuas paſſiones. Et hanc concluſionem non probat. Secunda concluſio. Nulla ſciẽtia, quæ ſpeculatur ens inquantum ens, eſt eadem cum alia, quæ ſpeculatur ſolùm aliquod ens particulare. Tertia concluſio. Illa ſcientia, quæ ſpeculatur ens inquantum ens, vocatur ſapientia. Probat, quia quæcunque ſcientia, quæ quærit primas cauſas, & conſiderat principia, eſt ſapientia; ſed illa, quæ conſiderat ens inquãtũ ens, eſt huiuſmodi, igitur. Et ſiquis dicat, ens dicitur multipliciter, ergo de ipſo non poteſt eſſe vera ſcientia? Reſpõdet Philoſophus, quòd licèt ens dicatur analogicè de ſubſtantia, & accidente, non tamen propter hoc ſequitur, quin de ipſo ſit ſcientia. Probat per exemplum; ſalubre enim dicitur analogicè de conſeruatiuo ſanitatis, ſicut in dieta, & productiuo ſanitatis, ſicut eſt potio, & ſignum ſanitatis, ſicut vrina, & ſuſceptibili ſanitatis, ſicut eſt corpus humaunm: principaliter tamen ſignificat ſuſceptibile ſanitatis, ſicut eſt ens, quod principaliter ſignificat ſubſtantiam. Conſequenter dicit, quòd aliqua dicuntur entia, quæ ſunt via in ſubſtãſtantiam, ſicut generationes: alia, quæ ſunt corruptiones ſubſtãtiæ, alia ſunt, quæ sũt priuationes, vel negationes entis. Et quòd negationes poſſint dici entia, probat per hoc, quod nõ ens dicimus eſſe non ens, quam tamen propoſitionem multi moderni negauerunt.

Obiectio. Reſponſio.

Quomodo Aliqua dicuntur entia.

Ex Textu Commenti, 3. & indé.

Si igitur ens, & vnum idem & vna natura eo quod ſe adinuicem conſequuntur ſicut principium, &c.

Ad quem ſpectat de-

ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Philoſophus primò intendit hanc concluſionem. Ad Metaphyſicum

ſpectat determinare de ente,& vno,quæ ſunt vnius ſcientię: *terminate*
quia quæcunque important vnam naturam, pertinent ad *de ente, de*
conſiderationem vnius ſcientiæ, ſed ens,& vnum ſunt hu- *multitudi-*
iuſmodi,igitur. Minorem probat, quia quæcunque eadem *ne, &c.*
generatione generantur, & eadem corruptione corrumpũ- *Quinque*
tur,illa ſunt eadem realiter,ſed ens,& vnum ſunt huiuſmodi, *concluſiões.*
igitur. Minorem probat,quia idem eſt homo,&vnus homo, *Prima.*
quia quandò generatur hõ, generatur vnus hõ. Deindè dicit, quod tot ſunt ſpecies vnius,quot ſunt ſpecies entis, quia talia ſunt conuertibilia adinuicem. Ex quo infert, quòd ad illam ſcientiam ſpectat conſiderare ſpecies vnius, putà de eodem,& ſimili & æquali, quia ad eandẽ ſcientiam ſpectat conſiderare de genere,& ſpeciebus eius. Secunda concluſio. *Secunda.*
Tot ſunt partes Philoſophiæ, quot ſunt partes ſubſtantiæ, patet, quia Philoſophia licèt primò ſit de ente tanquam de ſubiecto,tamen eſt de ſubſtantia tanquam de parte principaliori. Tertia concluſio. Ad Metaphyſicum pertinet deter- *Tertia.*
minare de multitudine,patet,quia ad eandem ſcientiam pertinet conſiderare oppoſita,ſed vnum,& multa ſunt huiuſmodi,igitur. Ex quo infert,quòd ad Metaphyſicum etiam pertinet determinare de negatione,& priuatione,quæ opponuntur habitui,de quo conſiderat Metaphyſica. Quarta concluſio. *Quarta.*
Ad Metaphyſicum pertinet conſiderare de contrarietate, de differentia, & diuerſitate, & demonſtratione: patet, quia ad nullam aliam ſcientiam ſpectat de iſtis determinare, igitur ad iſtam pertinet. Quinta concluſio. Ad Metaphyſicum *Quinta.*
ſpectat determinare de omnibus paſſionibus entis: patet, quia omnes dubitationes, quę poſſunt moueri in aliqua ſcientia,ſoluendæ ſunt in illa ſcientia, ſed de omnibus paſſionibus entis poſſunt fieri dubitationes,igitur.

Ex Textu Commenti, 7. & indè.

Dicendum autem, vtrum vnius, aut diuerſa ſcientia denotatis in Mathematicalibus, &c.

Istud eſt Secundus Tractatus huius libri,qui diuiditur *Primum.*
in duo Capitula. Primò dicit,quòd prĩcipium ſimpliciter *principium*
primum,eſt hæc propoſitio. Impoſibile eſt idem ſimul eſſe, *quod, &*
& non eſſe. Deindè ſubdit,quòd vnius, & eiuſdem ſcientiæ *quale.*
eſt conſiderare de ſubſtantia, & de primis principiis,ſcilicet ad metaphyſicam: probat, quia ad illam ſcientiam pertinet conſiderare prima principia, quæ vniuerſaliter determinat de omnibus entibus, eò quòd prima principia ſũt omnibus entibus cõmunia: ſed metaphyſica eſt huiuſmodi,igitur ad

Tres conditiones primi principij ſimpliciter primi. ipſam pertinet determinare de primis principijs. Deindè ponit tres conditiones principij ſimpliciter primi. Prima. Primum principium ſimpliciter primum eſt, circà quòd impoſſibile eſt mentiri, quia tale principium eſt notiſſimum, ergo circà ipſum non contingit deceptio. Secunda cōditio, quòd tale principium non ſit conditionale, ſic quòd veritas eius non dependeat ex alio præſuppoſito. Probat, quia illud non oportet eſſe conditionale, quod oportet quemlibet intelligentem habere, ſed primum principium eſt huiuſmodi, igitur. Tertia conditio eſt, quia notitia talis principij, quaſi ꝑ naturam cognoſcendi cognoſcitur: nàm cognoſcitur cognitis terminis. Finaliter dicit, quòd tale principium eſt, quòd impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe. Dicit tñ Philoſ. aliquos erraſſe circà illud pɫcipiū, quidā enim dicebāt ipſū non eſſe firmiſſimum, alij volebant ipſū demonſtrare, & iſti opinabantur, quòd contraria poſſint ſimul verificari. *Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe.*

Ex Textu Commenti, 9. & indè.

Sunt autem quidam, qui vt diximus, dicebant contingere, idem eſſe, & non eſſe, & exiſtimare ità, &c.

Confutatio eorum omnium, qui huiuſmodi primum principium negauerūt, & ipſorum duo errores. ISTVD eſt Secundum Capitulum, in quo Ariſt. incipit diſputare, contrà negantes huiuſmodi primum principiū. Et primò, narrat duos errores. Primus eſt negantium ipſum ore, licèt non mente, eo quòd neſciebant ſoluere quaſdam rationes in diſputationibus. Secundus error, eſt volentium ipſum demonſtrare, contrà quos dicit Ariſtot. quòd tale non eſt demonſtrabile. Conſequenter diſputat contrà negantes primum principium ſeptem rationibus. *Septem rationes.* *Prima.* Prima. Neceſſe eſt hominem eſſe animal bipes, quia hæc eius eſt diffinitio, ergo impoſſibile eſt ipſum non eſſe animal bipes, ergo non eſt poſſibile idem ſimul eſſe, & non eſſe. *Secunda.* Secunda ratio. Si contradictoria eſſent vera, ſequeretur, quòd nulla eſſent prædicata quidditatiua, conſequēs eſt falſum, igitur. Aſſumptum patet, quia in prædicatione quidditatiua, ſubiectum, & prædicatum dicuntur idem ſignificare. *Tertia.* Tertia ratio. Si contradictoria eſſent vera, ſequeretur quòd eſſent vnum, & idem, & quod neutra contradictoriarum eſſet vera. Primum inconueniens probat, quia ſi homo eſt animal, & non eſt animal, nec eſt homo, nec animal, & per conſequens homo, nec eſt murus, nec lapis, & ſic homo non eſt murus, nec lapis, ergo contradictoria eſſent ſimiliter vera. Secundum inconueniens probat, quia ſi eſt homo, & non eſt homo, ſequitur nec eſt homo neceſſe non homo: patet conſequentia, quia

illæ duæ contradicunt duabus prioribus. Quarta ratio. Vel omnia contradictoria ſunt ſimul vera, vel aliqua, & aliqua non: ſi ſecundum, ſequitur, quòd primum principium eſt verum in aliquibus, & cùm non ſit maior ratio de aliquibus, quàm de alijs, ergo erit verum in omnibus. Quinta ratio. Concedens contradictoria habet concedere quodlibet eſſe aliquid, & nihil, & ab eo quòd res eſt, vel non eſt, dicitur oratio vera, vel falſa. Sexta ratio. In agibilibus eſt veritas determinata, ergo & in ſpeculabilibus. Antecedens patet, quia nemo opinatur eſſe bonũ, cadere in puteum, & non cadere. Septima ratio. Duos homines eſſe mille homines, non æq; verum eſt, ſicut duos homines eſſe homines: ergo duos eſſe mille eſt remotius à verò: ergo ſequitur, quòd eſt falſum: nàm quicquid eſt remotum à verò, eſt falſum. Conſequenter diſputat contrà aliquas opiniones, ad quas ſequebatur petitio principij primi. Erat enim opinio Pythagoræ, quòd omnia, quæ apparent, ſunt vera, cùm ergo vnum appareat vni, & oppoſitum alteri, ſequitur oppoſita ſimul vera, & iſti negabant primum principium. Deindè declarat motiuum eius, dicens, quòd motiuum eius fuit iſtud, quia contraria ſunt in eodem, putà, aqua, & ignis ſunt in aere, ergo contradictoria, ſunt ſimul in eodem. Deindè contra iſtos, Ariſt. dicit, quod iſti neſciebant diſtinguere inter ens in actu, & ens in potentia. Conſequenter aſſignat motiuum eius, dicens, quòd omnia, quæ apparent, ſunt vera, dicens, quod apparet ſanis ſapidum, apparet infirmis inſipidum. Et ſi dicatur, quòd credendum eſt ſanis, quia tales ſunt plures. Secundo modo, quia in eis organum eſt melius diſpoſitum. Contrà primum arguit ſic, quia ſi ſecundùm plures veritas ſit iudicanda, tunc re non mutata, illud, quod eſt hodiè verum, erit cras falſum. Item ſequeretur, quòd Sol eſſet multò minor terra, quia hoc apparet plurib. Contrà ſecundũ arguit. Contraria ſæpe apparent habentibus organum benè diſpoſitum, vt cardones apparent aſinis boni ſaporis, alijs autem non: cauſa autem prædicti motiui eſt, quia credebant omne, quod apparet intellectui eſſe verum: credebant etiam intellectum, & ſenſum eſſe eiuſdẽ naturæ, ideò credebant, quòd oẽ, quod apparebat ſenſui eſſe verũ, etiam verũ appareret intellectui. Conſequenter diſputat Ariſt. contra negantes primũ principium propter rerũ mobilitatem, & hoc ſex ratiõib. Prima eſt, Si omnia moueantur, hæc negatiua eſſet vera, & neceſſaria, nihil manet continenter in eadem diſpoſitione, & oppoſita eius eſſet falſa, ergo non omnia contraria ſunt ſimul vera. Secunda ratio.

Quarta. *Quinta.* *Auctoritas.* *Sexta.* *Septima.* *Argumenta contrà opiniones aliquas.* *Pytagoræ opinio.* *Diſputatio contra negantes primum principium ſex rationibus.*

Cùm ſecundùm eos continuè fiant generationes, & corruptiones, iſta eſſet vera, & neceſſaria, aliquid eſt: & hæc eſſet falſa, nihil eſt: ergo aliqua contraria non ſunt ſimul vera. Tertia ratio. Licet omnia ſimul ſemper moueantur ſecundùm locum, vel ſecundùm qualitatem, vel ſecundùm ſubſtantiam, non tamen ſecundùm quamlibet mutationem, quia non debet vniuerſaliter negari vniuerſalitas determinata. Quarta ratio. Hæc inferiora ſunt parua pars in comparatione ad totum vniuerſum, ergo propter hoc, quod ipſa ſunt generabilia, & corruptibilia, non debent dici taliter generabilia. Quinta ratio. Poteſt demonſtrari non omnia ſemper moueri, vt viſum eſt. 5. Phyſicorum, igitur. Sexta ratio. Dicentes omnia eſſe vera, habent dicere omnia eſſe in omnibus, & omnia eſſe vnum, ergo habent magis, dicere omnia eſſe immobilia, quàm mobilia. Conſequenter diſputat contrà dicentes, omnia apparentia eſſe vera octo rationib. Prima. Phantaſia credit apprehendere rem in abſentia ſenſibilis, ergo poteſt eſſe falſa. Secunda ratio. Non æquè ità benè iudicamus de remoto, ſicut de propinquo, ergo, poſſumus decipi in remoto. Tertia ratio. De futuris petuntur cõſilia à ſuperioribus, & non ab inferioribus, ergo non omnia, quæ apparent, ſunt vera. Quarta ratio. Nullus ità benè credit ſenſui, de ſenſibilibus alteriùs ſenſus, ſicut de propriis, igitur. Quinta ratio. Nunquam per ſenſus iudicamus aliquid eſſe dulce, & non dulce, igitur. Sexta ratio. Si hæc opinio ſit vera, nullum eſt prędicatum neceſſarium, cùm omne prędicatum ſecundùm eos contingat aliter ſe habere. Septima ratio. Si ſola apparentia eſſent vera, ſequeretur, quòd animatis non exiſtentibus nihil eſſet verum. Octaua ratio. Sequeretur, quòd nihil poſſet ſciri per demonſtrationem, hoc eſt falſum, igitur. Conſequenter diſputat contrà eos, qui gratia diſputationis dicunt contraria ſimul eſſe vera, quia tales incidũt in inconueniens, ad quod nituntur ducere aduerſarium, ſcilicèt ad redargutionem. Conſequenter diſputat contrà ponentes contraria eſſe ſimul falſa, dicens, primò quòd contradictionis non eſt medium, immò neceſſe eſt vnam partem eſſe veram, & alteram falſam. Probat ſeptem rationibus. Prima. Falſum eſt dicere eſſe, quod non eſt, vel non eſſe, quod eſt ergo omne, quod enunciatur, eſt verum, vel falſum. Secunda ratio. Si neutra contradictoriarum eſſet vera, ſequeretur, quòd nunquàm fieret mutatio, de vno contradictorio in alterum contradictorium, ſed conſequens eſt falſum, igitur. Tertia ratio. Neceſſe eſt ità eſſe, ſicut aſ-

Diſputatio contrà dicẽtes, omnia apparentia eſſe vera octo rationibus.

Diſputatio cõtrà ponẽtes cõtraria eſſe ſimul falſa ſeptem rationibus.

Prima.

Secunda.

Tertia.

firmando, vel negando dicitur. Quarta ratio, Si in aliqua cõtradictione eſſet medium, pari ratione, & in quilibet, cùm non videatur maior ratio de vna, quàm de alia. Quinta ratio. Si ſic ſequeretur, quòd eſſet aliquis numerus, qui nec eſſet aliquis par, neque impar, conſequens eſt falſum, igitur. Sexta ratio. Si inter contradictoria eſſet medium, cùm illud medium contingat affirmare, vel negare, ſequeretur, quòd illius eſſet aliud medium & ſic eſſet proceſſus in infinitum. Septima ratio. Si interrogetur aliquis, an hoc ſit album, ipſe reſpondebit, quòd ſic: & tunc ponet affirmatiuam, vel, quòd non, & ſic ipſe ponet negatiuam. Finaliter, reprobat alias opiniones dicentium contradictoria eſſe ſimul vera &, falſa, quia antiqui ponunt ambas opiniones, quæ iam ſunt reprobatæ: igitur eorum opinio eſt falſa.

METAPHISICÆ ARISTOTELIS, LIBER QVINTVS.

Ex Textu Commenti. 1. Et indè.

Principium dicitur quidem vndè vtique aliquid remouebitur primum, vt longitudinis, & via, hinc quidem hoc principium, ex oppoſito autem alterum, &c.

ISTE eſt Quintus Liber Metaphyſicæ Ariſt. in quo diſtinguit multiplicia pertinentia ad hanc ſcientiam. Et dicit primò, quòd principium dicitur ſex modis. Primo dicitur principium, à quo incipit motus, ſicut priuatio eſt principium generationis. Secundo modo dicitur principiũ, à quo facilius incipit motus. Tertio modo à quo inexiſtente aliquid fit, & hoc mõ materia, & forma dicuntur principia. Quarto modo dicitur principium id, à quo fit aliquid tanquàm ex parte quantitatiua, quæ eſt commune fundamentum aliorum, & hoc modo cor dicitur eſſe principium animalis. Quinto modo dicitur eſſe principiũ illud, vndè motus, & ſic efficiens dicitur eſſe principiũ. Sexto modo dicitur eſſe principiũ illud, quòd primò cognoſcitur, & per quòd alia cognoſcuntur, & ſic dicitur de principio doctrinę conſequenter ponit modos huius nominis cauſam & ponit eo-

Principiũ ſex modis dicitur.
Primo.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Quinto.
Sexto.

dem modo ſicut in 2. Phyſic.poſitũ eſt,ideò illic recurrendum eſt.Cõſequẽter ponit modos eleméti,primò deſcribẽs ipſũ,dicẽs.Elementũ eſt,ex quo componitur aliquid primò in exiſtẽte,diuiſibili ſpecie in aliam ſpeciẽ. Et dicit, ex quo cõponitur,ad doctrinam cõpoſitorũ,quæ non ſunt eleméta, & dicit in exiſtente, ad differentiã cauſarum extrinſecarũ,& dicit primò,ad differentiã illarum partiũ, quę non ſunt per ſe,ſed compoſitæ ex aliis, ideo materia prima verè, & propriiſſimè dicitur elementũ. Diciturautẽ elementũ duobus modis,ſcilicèt,propriè,& trãſumptiuè, primò dicitur tripliciter. Primus modus, eſt ſm quem literę dicuntur elementa ſyllabarum. Secundus eſt, ſm quem aliquid dicitur elementũ non ſimpliciter,ſed aliquo certo genere,vt aer,&aqua dicuntur elementa mixtorũ. Tertius eſt, ſm quẽ fiunt demõſtrationes,& ſic prẹmiſſæ dicũtur eleméta. Ipſum elementũ trãſumptiuè dicitur omne,quod eſt paruum,indiuiſibile,& ſimplex ad multa vtile. Conſequẽter oſtẽdit,quot modis dicitur natura, dicens, quòd natura dicitur ſex modis. Primo modo dicitur natura naſcentis generatio,ſiuè natiuitas. Secũdo modo dicitur id,in quo exiſtente fit id, qnod naſcitur. Tertio modo dicitur principiũ mot',& quietis eius,in quo eſt primũ,& non ſecundũ accidẽs. Quarto modo dicitur de materia. Quinto modo dicitur ſpecialiter de forma, nullus enim actualiter dicitur homo,niſi habeat formã. Sexto modo dr̃ metaphoricè de eſſentia cuiuslibet rei. Dicit vlteriùs neceſſarium dr̃ quinque modis. Primo modo dicitur illud, ſine quo alterum non poteſt eſſe, vt reſpirare neceſſariũ eſt eſt animali. Secundo modo dr̃ illud,ſine quo alterũ non poteſt benè eſſe,vt veſtis neceſſaria eſt homini. Tertio modo dicitur id,quod fit per violentiam,& hoc modo in actionibus voluntariis omne neceſſarium eſt triſte, & omne tale non eſt increpabile. Quarto modo, quid impoſſibile eſt nõ eſſe,& hoc modo, Deus eſt sũmè neceſſarius. Quinto modo dicitur neceſſariũ generaliter omne illud, quod nõ contingit aliter ſe habere, & hoc modo aliquæ propoſitiones dicuntur neceſſariæ. Conſequenter diuidit vnum,dicens, quòd vnum diuiditur in vnum per ſe, & in vnum per accidens. Vndè aliqua dicuntur vnum per accidens tripliciter. Vno modo,quia vnum accidit alteri,vt Sortes,& muſicum. Secundo modo, quia vnum accidit alicui, de quo alterum dicitur,vt muſicũ eſt Sortes. Tertio,quia ambo accidunt vni tertio. Sed aliqua dicuntur vnum per ſe,octo modis Primo quia ſunt continua ſiuè per artẽ,ſiuè per naturã. Secũdo, ali-

Elemẽtum quid,et quo tupliciter.

Natura ſex modis dicitur.

Neceſſariũ quinq; modis dicitur.

Vnius diuiſiones,et proprietates.

qua dicuntur vnũ per ſe ſm ſubiectum, ità ſcilicèt, quòd habeti idem ſubiectũ, vel ſaltẽ ſubiectũ eſt in eis eiuſde rationis, vt omnia generabilia dicuntur vnũ in materia. Tertio modo, aliqua dicuntur vnũ ſm genus, ſiuè ſit ſm genus propinquũ, ſiuè remotũ, vt Iſosceles, & Iſopleurus dicuntur eadẽ figura. Quarto modo, quia ſunt eiuſdem rõnis. Quinto, quia eorum ratio eſt indiuiſibilis, quemadmodum ſunt omnia ſynonyma, quæ ſignificant idem ſecundùm eandem rationem. Sexto modo, aliqua dicuntur vnũ in illo, in quo nõ habent diuiſionem, vt diuerſæ partes lineæ dicuntur vnũ in linea. Septimo modo, aliqua dicuntur vnũ per attributionẽ ad aliquid vnũ, vt exercitus dr̃ vnus per attributionẽ ad vnũ ducẽ. Octauo modo, aliquid dicitur vnũ, quia eſt perfectũ, vt dom⁹ dicitur vna, quãdo eſt perfecta. Deindè ponit duas proprietates vnius. Prima eſt, quòd vnum eſt principiũ numeri. Secũda eſt, quòd vnũ, vt ſic, eſt indiuiſibile. Deindè ſuperaddit, quatuor modos in Logica poſitos, dicẽs, quod vnũ dicitur quatuor modis, ſcilicèt vnum numero, ſpecie, genere, & analogia. Prima dicuntur vnum numero, quorum materià eſt vna, capiendo materiam pro differentia indiuiduabili, vt aliàs viſum eſt. Sed illa ſunt vnum ſpecie, quorum eſt vnum genus. Illa verò ſunt vnum ſecũdum analogiam, quæ dicunt eundem modum prædicandi in quid, reſpectu ſuorũ inferiorũ. Deindè dicit, quòd quęcunque ſunt vnum numero, ſunt vnum ſpecie, & non èconuerſo, & quæcunque ſunt vnum ſpecie, ſunt vnum genere, & non èconuerſo. Conſequenter dicit, quòd diuiſio entis eſt ſicut diuiſio vnius: entium enim aliud eſt per ſe, aliud per accidens. Deindè dicit, quòd ſubſtantia, dicitur quatuor modis. Primo modo, dicitur ſubſtantia omne illud, quod eſt per ſe ſubſiſtens. Secundo modo, dicitur ſubſtantia de forma, quæ eſt illud, per quòd aliquid eſt per ſe ſubſiſtens. Tertio modo, dicitur de materia ſubiecta illius formæ. Quarto dicitur quidditas, ſiuè quidquid erat eſſe, id eſt, quod per definitionem quidditatiuam ſignificatur, omnes autem ſubſtantia reducuntur ad duos modos, ſcilicèt, ad vniuerſales, & ſingulares. Eadem autem dicuntur dupliciter, ſcilicèt, ſecundùm ſe, & ſecundùm accidens. Eadem ſm accidens dicũtur tripliciter, ſicut vnum per accidens, Eadem ſm ſe dicũtur, ſicut vnũ ſm ſe. Conſequẽter ponit modos huius, quòd eſt diuerſum, dicẽs, quòd diuerſa dicuntur, quorũ ſpẽs ſunt pluriũ, aut nulla, aut ratio ſubſtantiæ eſt altera, & generaliter diuerſũ, dicitur oppoſitis modis, quibus dicitur idem. Differẽtia vero dicũ-

Subſtantia quatuor modis dicitur.

Eadem dupliciter.

Modi diuerſi.

tur quæcunque diuerſa ſunt,idem,ideſt,quæ ſunt conueniẽtia in aliquo. Secundo modo, illa dicuntur differentia, quorum genus eſt diuerſum. Tertiò modo, illa dicuntur diuerſa,quarum genera ſunt contraria. Quarto modo, differentia dicuntur,quęcunque habent diuerſitatem in ſubſtantia.

METAPHYSICÆ ARISTOTELIS, LIBER SEXTVS.

Ex Textu Commenti, 1. & indè.

PRINCIPIA & cauſæ quæruntur entium, palàm autem quod inquantum entia, eſt enim aliqua cauſa ſanitatis, &c.

Quomodo Metaphyſicus determinare habeat de ente.

ISTE eſt Sextus Liber Metaphyſicæ Ariſt. in quo oſtendit,quomodo hæc ſcientia habet determinare de ente. Et primò ponit hanc concluſionem. Ad iſtam ſcientiam pertinet conſiderare cauſas entium, inquãtùm entia ſunt. Probat, quia ad aliquam ſcientiam pertinet conſiderare cauſas, & principia entis inquantum ens,ſed hoc,non pertinet ad ſciẽtias ſpeciales,quia vnaquæque conſiderat cauſas,& principia circà,aliquod determinatum genus entis, vt Medicina conſiderat principia ſanitatis,& Mathematica principia entium Mathematicaliũ. Ex quo infert duo corollaria. Primũ. Non eſt demonſtratio ſubſtantiæ, nec ipſius, quod quid eſt. Secundum eſt. Nulla ſcientia oſtendit ſi eſt de ſubiecto,cũ nulla oſtendat quid eſt. Conſequenter oſtendit diſtinctionem huius ſcientiæ ab alijs,ratione cuius oſtẽdit ratiões, ſeu conditiones Phyſicæ,quæ ſunt tres. Prima eſt, quod ipſa non eſt factiua, ſiuè actiua;probat, quia omnis ſcientia factiua, ſiuè actiua eſt de rebus, quarum principium eſt in faciente,ſed ea,de quibus eſt Phyſica,non ſunt huiuſmodi,igitur. Secunda conditio. Phyſica eſt ſcientia ſpeculatiua,patet, quia omnis ſcientia, vel eſt actiua,vel factiua,vel ſpeculatiua:ſed ſed phyſica non eſt actiua,neque factiua,ergo eſt ſpeculatiua. Tertia conditio. Phyſica eſt ſcientia ſpecialis: patet,quia eſt circà aliquod determinatum genus entis, putà circa ens,quòd poſſibile eſt moueri. Deindè declarat conditiones

Diſcrimen Metaph. ab alijs ſcientijs.

Conditiones Phyſicæ tres.

ditiones Mathematicæ. Prima. Mathematica eſt de abſtractis à motu, & materia ſenſibili; probat, quia ipſa eſt de his, quæ in ſuis diffinitionibus, nec motum, nec materiam ſenſibilem includunt, igitur. Secunda conditio eſt, quòd Mathematica eſt ſpeculatiua; probat, quia conſiderat ea, quæ conſiderat, vt immobilia, & ſeparata à materia, ergo ipſa eſt ſpeculatiua. Conſequenter oſtendit, numerum ſcientiarum ſpeculatiuarum, dicens, quòd ſunt tres, ſcilicèt, Mathematica, Metaphyſica, & Phyſica. Probat, quia ſi eſt aliquod immobile, inſeparabile, & ſempiternum, eius eſt aliqua ſcientia ſempiterna, quæ neque eſt Phyſica, neque Mathematica, ſed alia ab eis, & prior ipſis; ſed aliquid eſt immobile, inſeparabile, & ſempiternum: igitur. Secundam partem probat, quia Phyſica eſt de mobilibus, Mathematica verò licet nō ſit de mobilibus, tamē eſt de ſeparabilibus à materia. Ex quo infert, quòd hæc ſcientia, quę Rhetorica dicitur, eſt honorabiliſſima; patet, quia ſi eſt aliquid diuinum in natura, ipſa de eo conſiderat. Secundò patet, quia ipſa eſt delectabilis, quia Rhetoricæ ſcientiæ ſunt delectabiliores aliis, igitur. Et ſi quæratur, vtrum Mathematica, ſit ſcientia ſpecialis, vel generalis? Reſpondet Philoſophus, quòd Mathematica, & aliæ ſcientiæ ſunt circà aliquod determinatum genus entium: igitur sūt ſcientię ſpeciales.

Duæ Mathematicæ ſcientiæ cōditiones.

Sciētiæ ſpeculatiuæ tres.

Dubium

Reſponſio.

FINIS.

MAGISTER NICOLAVS DE ORBELLIS, ORD. MIN. PROVINCIÆ Turoniæ,

ARTIVM, AC SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR EXIMVS, ET DOCTOR Pariſienſis, De Duodecim Libris Metaphyſicorum Ariſtotelis, & De Mathematica Compendioſè & Dilucidè, ſecundùm doctrinam Subtiliſſimi Doctoris Ioannis Scoti, Ordinis Minorum.

Intentio, Auctoris, et ordo huius libri.

EXPEDITA Secunda Parte huius Tactatus, quę erat de Phyſica, reſtat agere de Tertia parte, videlicèt de Metaphyſica, circà quod primò videndum eſt de eius ſubiecto.

Pro cuius euidentia ſecundùm doctrinam Scoti in hoc primo, & in prologo primi ſententiarum queſtione de ſubiecto Theologiæ, præſupponendo ea, quæ dicta ſunt de ſubiecto ſcientiæ, primo Capitulo, primi Phyſicorum. Primò aliqua præmittam. Secundò aliquas concluſiones ſubiungam.

Entis prima diuiſio in finitũ & infinitum: Finitum diuiditur in

Quantùm ad primum, ſciendum quòd ens inquantum ens, ſcilicèt, in communi ſumptum ſecundùm rationem entis prima ſui diuiſione diuiditur in ens finitum, & infinitum. Nàm diuiſio entis in decem prædicamenta non eſt eius prima diuiſio, ſed alia eſt prior ea, & accipiendo alterum membrum, ſcilicèt finitum, diuiditur in decem prædi-

ameta. Vndè Deus cadit ſub vno membro diuiſionis, & decem prędicamenta ſub altero. Omne enim ens prædicabile eſt finitum, ideò, Deus eſt ens extra Genus. *Decem prædicamenta.*

Item ſciendum, quòd quantum ad præſens ſufficit, quòd duplex eſt primitas, ſcilicèt perfectionis, & adæquationis; Primitas perfectionis inquantum ſcientia reſpicit gradum entitatis rei, vt ſic illud dicitur primum, quòd eſt nobilius ens quocunque alio ad illam ſcientiam pertinente. Vndè ſecundum hanc primitatem, Deus eſt primum conſideratum, in hac ſcientia, id eſt, perfectiſſimum. Sed primitatem adęquationis voco primitatem, qua ſubiectum, & ſcientia adæquantur. Ità quòd nec ſcientia excedit ſubiectum, nec èconuesò, ſed quicquid aliquomodo cadit ſub conſideratione ſcientiæ, cadit ſub conſideratione formali ſubiecti, & èconuersò, quicquid participat rationem formalem ſubiecti, cadit ſub ratione formali illius ſcientiæ, & ſic, ſi ens inquantum ens ponatur primum ſubiectum in Metaphyſica, quicquid participat rationem entis, cadit ſub conſideratione Metaphyſicæ, & quicquid conſideratur in Metaphyſica, conſideratur ſub ratione entis. Notandum inſuper, quòd ens inquantum ens, dicit vnum conceptũ cõmunẽ vniuocum, & realem Deo & creaturę, de quo habetur in quarto huius, & ſic de primoprincipali. *Primitas duplex perfectionis & adæquationis. Primitas perfectionis quid. Primitas adæquationis quid. Ens in quãtum ens quid dicat.*

Quantum ad ſecundum, ſit hæc prima concluſio, ens inquantum ens habet proprias paſſiones; Probatur per Philoſophum quarto huius Metaphyſicæ eſt ſcientia, quæ ſpeculatur ens, inquantum ens, & quæ huic in ſuis per ſe; Item ibidem Capitulo Tertio dicit, quòd ſicut numero inquantum numerus ſunt propriæ paſſiones, vt paritas, & imparitas; ſic & enti inquantum ens. *Ens inquãtum ens habere proprias paſſiones.*

Sed contrà iſtam concluſionem arguitur ſic, ſi ens inquantum ens habet aliquam proptiam paſſionem, ſit A. tunc ſic ſi ens habet paſſionem A. igitur eſt nihil conſequẽs eſt falſum, igitur & antecedens. Falſitas conſequentis patet, quia non ens, non eſt paſſio alicuius; Probatio conſequentiæ. Omne ſubiectum eſt extra eſſentiã paſſionis, cùm cadat in diffinitio ne paſſionis, vt additum, Nono Metaphyſicæ, ſed quicquid eſt extra entis naturam, vel eſſentiam, eſt non ens, & per conſequens nihil ſequitur, quòd ens ſecundùm totam ſuam communitatem non prædicetur in quid de quolibet. *Obiectio.*

Reſpõdeo ad iſtud, quòd A, i. paſſio entis nõ eſt ſimpliciter nihil Ad probationẽ, cùm dicitur, quòd omne ſubiectũ eſt *Solutio.*

extrà rationem,vel eſſentiam paſſionis,dico,quòd ſi per eſſe extrà eſſentiam alicuius, intelligitur eſſe extrà conceptum formalem eius,ſic concedo. Nàm ſubiectum differt formaliter à ſua propria paſſione, & ſic in ſua diffinitione cadit, vt additum. Si verò per eſſe extrà eſſentiam intelligis diſtinctionem realem, quæ eſt inter rem, & rem, ſic nego, quia propria paſſio non diſtinguitur realiter à ſubiecto, & per conſequens eſt ens realiter, & non nihil:non tamen eſt ens formaliter,eſt enim medium inter ens formaliter, & nihil,ſcilicèt aliquid, quòd non eſt hoc, vel illud; tamen inter ens,realiter,& nihil non eſt medium, quod autem addit, quòd ens ſecundùm ſuam communitatem, non prædicatur in quid de omnibus,non habeo pro inconuenienti: ſed pro neceſſario, quia impoſſibile eſt,ens prædicari in quid,de vltimis differentiis, nec de propriis eius paſſionibus, nec de propriis contractiuis, quibus contrahitur ad ens creatum, & increatum, ſicut oſtendam in quarto.

Paſſiones entis eſſe de eo demonſtrabiles. Scientia qd.

Secunda concluſio eſt, quòd paſſiones entis ſunt de eo demonſtrabiles, probatur, illud, quod eſt perfectionis in qualibet ſcientia, non eſt negandum in ſcientia perfectiſſima, ſed perfectionis eſt in quacunque ſcientia, quòd demonſtret paſſiones de ſubiecto, cùm ſcientia ſit habitus cõcluſionis demonſtratæ ex primò Poſteriorum, concluſio enim demonſtrata continet paſſiones demonſtratiuas de ſubiecto,igitur hoc non eſt negandum in iſta ſcientia perfectiſſima, quæ eſt de ente, vt de ſubiecto, vt patebit concluſione ſequenti.

Arguit in contrarium tribus rationibus. Prima ratio.

Sed contrà iſtam concluſionem arguitur ſic, quia in demonſtratione potiſſima, ſumi debet pro medio aliquid differẽs inter ſubiectũ,& paſſionẽ;ſed inter ens, & ſuã paſſionẽ nõ eſt aliquod mediũ, ergo de ente nõ poteſt demõſtratiõe potiſſima demõſtrari: probatio minoris,quia inter ſubiectũ, cuius conceptus eſt ſimpliciter ſimplex, & ſuam paſſionem, nõ poteſt eſſe aliquod mediũ,ſed conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex; ergo, &c. Probatio maioris, quia illud medium,aut eſt diffinitio ſubiecti, aut paſſionis, aut mixti ex diffinitione iſtius, vel illius, ſubiectum, & paſſio, quæ habent conceptum ſimpliciter ſimplicem, cuius ſunt ens, & ſua paſſio non poſſunt diffiniri; Ergo inter ens, & ſuam paſſionem nullum demonſtratiuum medium poteſt ſumi.

Secunda ratio.

Præterea,nullum ſubiectum eſt in potentia contradictionis ad paſſiones demonſtrabiles de illo; ſed ens eſt in potentia contradictionis ad ea; quæ ponuntur paſſiones eius:

ergo illo, quę ponuntur paſſiones entis non ſunt demonſtrabiles de illo; maior patet, quia paſſio aliter ineſſet contingenter, & per conſequens non eſſet demonſtrabilis, nec ſcibilis de illo; minor probatur inductiuè, in paſſionibus disiunctis entis, vt ſunt actus, & potentia; cauſa, & cauſatum, &c. quia potentia, vt potentia non induit rationem actus, vel èconuersò; ſi ergo ens eſt in actu, vel potentia poteſt eſſe actu, & non actu: potentia, & non potentia;

Prætereà, nulla paſſio demonſtrabilis de ſubiecto, prędicatur in quid de ſubiecto, nec de aliquo contento ſub eo: ſed aliquid, quod ponitur paſſio demonſtrabilis de ente, putà vnum, prædicatur in quid de contentis ſub ente; quare, &c. Probo minorem, ſecundo Metaphyſicæ Capitulo Tertio, in fine dicit Ariſt. quòd ſicut ens prædicatur ſecundùm eandem naturam de quantitate, & qualitate, ità, & vnum; ſed ens prædicatur de Decem prædicamentis in quid; igitur, & vnum. *Tertia ratio.*

Reſpondeo, ad primum, cùm dicitur, quòd in demonſtratione potiſſima oportet ſumi, &c. Concedo maiorem; ſed minor eſt falſa. Ad probationem dico, quòd inter ens, & paſſiones entis poteſt ſumi diffinitio, dicens, propter quid paſſionis, non obſtante, quod hæc paſſio habet conceptum ſimpliciter ſimplicem. *Solutio prædictarũ rationum.*

Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd ſubiectum habens plures paſſiones: ſic ſe habet reſpectu illarum; quòd ipſæ fluunt ab ipſo ſubiecto, ſecundùm quendam ordinem naturalem; quia vna mediante alia. Ità quòd, prior paſſio eſt cauſa propter quid inherentiæ ſecundæ paſſionis ad ſubiectum, & poteſt ſumi pro medio, ad demonſtrandum ſecundam de ſubiecto. Exemplum. Habere angulũ extrinſecum æquiualentem duobus intrinſecis ſibi oppoſitis, & habere tres angulos duobus rectis æquales; ſunt duæ paſſiones trianguli, habentes ſe ad ipſum triangulum ſecundum ordinem naturalem: ità quòd vna ineſt, mediante alia, & vna poteſt ſumi pro medio ad probandum aliam demonſtrationem, quia per habere angulum extrinſecum, probatur triangulus habere tres, ſed nunquàm habere angulum extrinſecum eſt diffinitio, ipſius habere tres; eſt vtiquè diffinitio, non, dicens, quid, ſed propter quid, nàm diffinitio propter quid eſt medium, in demonſtratione, & hoc modo omnis cauſa eſt medium dicens, propter quid effectus: Vndè Ariſtot. ſecundo Poſteriorum. Idẽ (ait) eſt medium & cauſa. Ad propoſitum, cùm entis ſint plures paſſiones nõ *Ordo paſſionum à ſubiecto fluentium.* *Diffinitio propter qd, medium in demõſtratione potiſſima*

oportet quęrere diffinitionem quid eſt ad probandū de ente paſſionem; ſicut quærit ratio; ſed ſufficit diffinitio propter quid, hęc eſt vna paſſio reſpectu alterius, ſcilicèt, prior reſpectu poſterioris, ſic diffinitio paſſionis eſt mediū demōſtrationis, ſecundo Poſteriorum: paſſiones igitur entis habent quendam ordinem inter ſe in comparatione ad ens, & vna poteſt ſumi pro medio ad demonſtrandum aliam: Credo tamen, quòd ens, vel quicunque eius paſſio ſit indiffinibilis diffinitione dicente quid eſt, vt potè, quia conceptus ſimpliciter ſimplex, non eſt diffinibilis, vt patet, per Ariſt. quarto Metaphyſicæ contrà Platonem.

Auctoris opinio de ente & earū paſſionibus

Sed hîc eſt dubium, quæ paſſio ſit prior, & quæ poſterior in paſſionibus entis; vt vna aliam poſſit demonſtrare. Reſpondeo, ſaluo meliori iudicio, quicquid ſit de aliis paſſionibus, quia nimis prolixum eſt, & difficilè eſt videre de omnibus paſſionibus entis. Dico tamen, vt mihi videtur, quòd Vnum ſit ſimpliciter prima paſſio entis, tùm quia probat de ea Ariſtot. quòd ſignificat eandem naturam cum ente, quarto Metaphyſicæ Capitulo Secundo; tùm quia dicit ſecundo Metaphyſicæ Capitulo Tertio, quòd nihil refert, reducere omnia entia ad ens, & ad vnum; cùm idem ſignificent conuertibiliter, poſt hanc videtur Verum ſecunda paſſio entis, tertia autem Bonum, nam ratio veritatis videtur eſſe prior ex natura rei, quàm bonitas, ſicut intellectus naturaliter eſt prior voluntate, quia ſecundùm Auguſtinum nihil volitum, niſi præcognitum, ſic poteſt dici de aliis paſſionibus conſequenter, quod ſubtiliori Lectori relinquo, quòd ſi ità eſt, Vnùm poteſt ſumi pro medio ad demonſtrandum ens eſſe Verum; & Verum poteſt ſumi pro medio ad demonſtrandum ens eſſe Bonum, & ſic de aliis: Ipſum autem Vnum remanet indemōſtrabile de Ente, vel propter defectum medij, vel quia ipſum ineſſe Enti, eſt per ſe notum, vel propter vtrumque.

Vnum eſt prima paſſio entis.

Ad ſecundum, cùm dicitur, quòd nullum ſubiectum, eſt in Potentia contradictionis, &c. dicitur, quòd paſſiones diſiunctæ non ſunt propriç paſſiones illius communis, cui aſſignantur; ſed, inferiorum, cùm omnis propria paſſio habeat ſubiectum, cui ineſt per ſe, & primò, ſic quòd illi non ineſt per rationem alterius, ſed omni alij per rationem eius, Ex primo Poſteriorum; ſed paſſio diſiuncta non habet aliquod tale ſubiectum primum, niſi ipſum commune, quia nulli communiter ineſt, patet ergo, quòd illud commune eſt primum ſubiectum.

Aliter ergo dicendum eſt, quòd paſſio diſiuncta realiter,& quantum ad illud, quòd ſignificat, eſt vnica, quoniam enim illa paſſio vnica eſt nobis ignota, non poſſumus eàm nominare vno nomine, ſed circumloquimur eam per aliqua duo diſiuncta, eo modo, quo loquitur Ariſtoteles, quarto Metaphyſicæ de medio contrariorum innominato, quod circũloquimur per abnegationem vtriuſque, vt quod neque eſt album, neque nigrum: dico igitur, quòd per contingens, vel neceſſarium circumloquimur vnam paſſionem, ſi igitur illa paſſio A.

Ad tertium dico, quòd illa ſimilitudo non currit ſuper quatuor pedes, vndè ſimile eſt, & diſſimile: ſimile pro tanto, quia ſicut ens ſignificat eandam naturam realiter, cum quolibet de quo prædicatur: ſic & vnum, quia cùm ſit prima paſſio entis non differt realiter à quocunque ente. Sed in hoc eſt diſſimile, quia ens eſt idem formaliter, cuilibet inferiori, de quo prædicatur: & ideò prædicatur, in quid non ſic autem vnum prædicatur in quid, ideſt formaliter de ente, nec de aliquo per ſe contento, ſub ente, ſed in quale,& denominatiuè: ratio, quia paſſio, & ſi ſit idẽ realiter cum ſubiecto: non tamen formaliter, vt dicetur quarto huius.

Tertia concluſio eſt iſta; ens in quantùm ens, eſt primum ſubiectum Methaphyſicæ: probatur primò, authoritate Philoſophi in principio quarti Methaphyſica eſt ſcientia, quæ ſpeculatur ens, in quantum ens, ſed iſta non eſt aliqua ſcientia particularis: igitur, &c. *Tertia concluſio ens in quatum ens primũ ſubiectum Methaphyſicæ & probatur authoritate, & ratione.*

Ad idem eſt Auicennas primo Metaphyſicæ capitulo ſecundo. Item Ariſt. Sexto Methaphyſicæ, vbi mouet: an prima Phyloſophia ſit vniuerſalis, vel circà aliquid genus entis, videtur ſoluere, quòd eſt vniuerſalis: vndè in fine ſolutionis dicit de Ente, in quantum Ens erit huiuſmodi ſcientiæ ſpeculari.

Item probatur ratione, illud eſt ſubiectum primum cuiuſlibet ſcientiæ, cuius ſunt per ſe primò paſſiones, quæ per ſe cõſiderantur in illa ſcientia: ſed nihil aliud ab ente eſt huiuſmodi, cui paſſiones conſideratæ in Methaphyſica inſunt per ſe primò, igitur ens eſt primum ſubiectũ Metaphyſicę, Maior patet accipiendo ly. Primò, ſicut accipit Philoſophus, primo Poſteriorum capitulo de vniuerſali, quod ſcilicèt ineſt alicui ſecundùm quod ipſum, & non per aliud, vel quo poſito omni alio circumſcripto per poſſibile, vel impoſſibile ipſum ponitur,& quo remoto ſubiectium remouetur:

ſed omni alij ineſt per ipſum; hæc eſt enim conditio primi ſubiecti cuiuſcumque paſſionis , ſed minor patet ; quia paſſiones Metaphyſicæ , putà vnum , verum, bonum, actus, & potentia, neceſſitas , & contingentia , &c. non ſunt alicuius entis inferioris per ſe, & primò, ſed cuiuſlibet inquantum ens, nàm aliàs non conuenirent enti; igitur ſunt paſſiones entis, inquantum ens per ſe, & primò.

Metaphyſica vndè dicta.

Confirmatur , quia iſta ſcientia vocatur Metaphyſica à meta, quod eſt trans, & ycos, quod eſt ſcientia, quaſi tranſcendens ſcientia.

Cōtra prædictam cōcluſionem arguitur multipliciter.

Prima ratio.

Conditiones primi ſubiecti.

Scientia diuiſio.

Sed contrà hanc concluſionem arguitur multipliciter. Primò ſic, illud, quo ſcientia formaliter diſtinguitur , & quo formaliter denominatur, eſt eius proprium ſubiectum ; ſed ens ſic commune non dicitur huiuſmodi reſpectu ſcientiæ Metaphyſicæ : igitur , &c. Maior eſt euidens, hæc enim ſunt conditiones primi ſubiecti , ſcilicèt, quòd denominet formaliter ſcientiam, & quòd ſcilicèt diſtinguat ; ſecantur enim ſcientiæ , quemadmodum & res , 3. de anima , & minor probatur quantum ad primam partem, videlicet de diſtinctione ; quia ſexto Metaphyſicæ diuidit, Ariſtoteles tres partes ſcientiæ ſpeculatiuæ , ſcilicèt Phyſicam, quæ eſt circà inſeparabilia , & mobilia , & Mathematicam, quæ eſt circà ſeparabilia , & immobilia , & Metaphyſicam, quæ eſt circà immobilia, & ſeparabilia, cuiuſmodi ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Si igitur diuiſio ſcientiarum ſpeculatiuarum ſit conueniens , videtur quòd ſit circà propria ſubiecta ipſarum: ſecunda pars minoris de denominatione patet , ex prologo huius, vbi vocat Philoſophus hanc ſcientiam diuinam, quia eſt diuinorum, igitur, &c.

Secunda ratio.

Præterea, ſi ens ſic commune ſit ſubiectum in Metaphyſica, ergo in ſpeculatione entis ſic communis, conſiſtet fœlicitas naturalis, conſequens eſt falſum , ergo & antecedens ; probatio conſequentiæ ſecundum Ariſtotelem decimo Ethicorum, dicitur, quod fœlicitas naturalis, conſiſtit in conſideratione Metaphyſicali, tunc ſic , notitia ſubiecti in ſcientia, continet virtualiter totam notitiam illius habitus, vel ſcientiæ, ergo eſt perfectior quocunque alio in illa ſcientia, quia quod continet aliquid virtualiter eſt eo perfectius , ſi igitur fœlicitas conſiſtit in aliquo actu Metaphyſico, maximè eſt circà actum cognoſcendi ſubiectum Metaphyſicæ, quod eſt ens per ſe; cùm iſte actus ſit perfectiſſimus in Metaphyſica , falſitas conſequentis in hoc

patet, quod notitia entis, vt ens non eſt ſimpliciter perfectiſſima.

Præterea, ſi ens ſic commune eſt primum ſubiectum Metaphyſicæ, igitur Metaphyſica ſub ſe omnes alias ſcientias ſubalternat, conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens. Probatio, cõſequentię, quia tunc ſubiectũ cuiuſlibet ſcientiæ, eſſet ſub ſubiecto Methaphyſicæ: hæc eſt conditio ſcientiæ ſubalternatæ, primo poſteriorum, vel ponunt in numerum cum ſubalternantibus, vel non; ſi ſic, ergo eſſent plures ſcientiæ ſpeculatiuæ, quàm tres, cùm multæ ſint ſcientiæ ſubalternatæ, ſi non ponunt in numerum, ergo Phyſica, & Mathematica, cùm ponant numerum cum Metaphyſica, non ſubalternantur ei, quod erat probandum. *Tertia rat.*

Præterea, de ſubiecto ſcientiæ oportet eſſe notum ſi eſt, & quid eſt; primo Poſteriorum; ſed in iſta ſcientia non eſt notum, quid eſt ens, igitur non eſt ſubiectum, hîc, minor probatur, quia ens eſt communiſſimum non habens genus, & differentiam, ergo nec diffinitionem, ergo nec quid, cùm diffinitio dicat quid, primo Topicorum. *Quarta ratio.*

Præterea, ſubiectum cuiuſlibet ſcientiæ habet propria principia ex primo Poſteriorum, ſed ens, ſic commune non eſt huiuſmodi: ergo, &c. Probatio minoris, tùm quia ente nihil eſt prius: principium autem eſt prius principiato, tùm quia, ſi ens inquantum huiuſmodi, & vt ſic, commune, haberet principia, ergo quodlibet ens haberet principia. Sic enim arguit Ariſt. primo Poſteriorum, de reduplicatione Si iuſtitia eſſet bonum, in eo quod bonum; iuſtitia eſſet omne bonùm, conſequens eſt falſum, quia tunc eſſet proceſſus in infinitium in principijs, & principiatis. *Quinta ratio.*

Item, ſubſtãtia eſt primũ ſubiectũ huius ſcientiæ. ergo ens non eſt ſubiectum, conſequentia patet, quia eiuſdem ſcientiæ non ſunt plura ſubiecta prima, antecedens probatur, ex ſexto Metaphiſicæ, ſubſtantiæ queruntur principia, & cauſæ, ſed illud, cuius principia, & cauſæ quæruntur in ſcientia, eſt eius ſubiectum. *Sexta ratio.*

Item arguitur, quòd Deus, & intelligentiæ, ſiue genus ſubſtantiarum ſeparaturum, quod idem eſt, ſit hîc ſubiectum per Commentatorem, primo Phyſicorum commento vltimo dicentem, quòd prima Phyloſophia, id eſt Metaphyſica, quæ nititur probare entia ſeparabilia eſſe, peccat. Genus enim entium ſeparatorum eſſe non declaratur, niſi in ſcientia naturali, hæc enim entia, *Septima ratio.*

ſunt ſubiectum Metaphyſicæ, vel Philoſophiæ primæ, & impoſſibile eſt, aliquam ſcientiam probare ſuum ſubiectum eſſe.

Solutio prædictarum rationum. Prima. Ad iſta reſpondeo; dicendum eſt ad primum, quandò dicitur quòd quo ſcientia formaliter diſtinguitur, &c. Dico, quòd iſta maior non eſt vera vniuerſaliter, ad cuius euidentiam notandum primò, quod ſcientia non videtur eſſe tantùm circà aliquod, tanquàm circà ſubiectum principale conſideratum: ſed etiam circà cauſas ſubiecti. Exemplum in libro de Anima, tractatur de diffinitione animæ, & partibus, & paſſionibus eius, quamuis illius ſcientiæ ponatur ſubiectum corpus animatum, cuius anima eſt principium, & ſic de multis alijs. Confirmatur etiam in propoſito de Metaphyſica; nàm eius conſideratio eſt circà cauſas altiſſimas, non tanquam ſubiectum primum, ſed tanquam circà principia ſubiecti, vndè in principio ſexti huius dicitur, quod principia, & cauſæ quæruntur entis, conſiderat igitur Methaphyſica cauſas altiſſimas, vt principia ſui ſubiecti, vel etiam aliter conſiderat ens, vt principales partes ſubiecti primi, quia ſunt nobiliſſima entia. Secundò, nota, quòd ſubſtantiæ immateriales, & immobiles non pertinent ad conſiderationem alicuius ſcientiæ particularis, nobis notæ ex puris naturalibus; licèt de ipſis ſint multæ proprietates cognoſcibiles, quãtum eſt ex parte earum; non tamen nobis via ſenſus; ideò aliqua ſcientia poſſibilis eſt haberi de iis, ſed nõ nobis via ſenſus, proprietates autem ſcibiles à nobis via ſenſus, ſunt paſſiones entis, vndè verum eſt, quòd iſtæ ſubſtantiæ, ſunt ſubiectum alicuius ſcientiæ ſpeculatiuæ potenti eas cognoſcere, ſed non nobis, & ideò quantum ad ea, quæ ſcibilia ſunt de eis, cadunt ſub conſiderationem Metaphyſicæ, non vt primùm ſubiectum; ſed tantùm, vt aliquid contentum ſub primo ſubiecto, quod eſt ens; Deus enim cognoſcitur, in Metaphyſica nobiliſſimo modo, quo poteſt conſiderari in aliqua ſcientia naturaliter acquiſita; paſſiones nàmque entis cum eo conuertibiles cognoſci in ſummo de aliquo ente, & paſſionum diſiunctarum nobiliùs diuidens ei competere in ſummo, eſt nobiliſſima cognitio naturaliter poſſibilis de Deo: hæc autem tota cognitio eſt Metaphyſica, quia cuius eſt conſiderare paſſionem in communi eiuſdem eſt cognoſcere paſſionem eandem in ſummo, de eodem ſubiecto particulari.

Tunc ad rationem Phyloſophi de diſtinctione ſcientiæ ſpeculatiuæ, dico, quòd licèt huiuſmodi diſtinctio poſſit fieri penes ſubiecta, iuxta illud tertij de Anima, ſecuntur ſcientiæ quemadmodum & res, non tamen ſolùm; ſed etiã poteſt fieri per principia, vel per principales partes ſubiecti, & ideò hæc ſcientia eſt circà ſeparabilia, & immobilia tanquam circà principia & principales partes ſubiecti, & hoc modo denominatur, Theologia, & diuina, non à ſubiecto; ſed à cauſa, ſicut naturalis ſcientia dicitur à natura; quæ tamen non ponitur communiter ſubiectum ſcientiæ illius; ſed eſt principium ſubiecti.

Ad ſecundum, quòd tunc in ſpeculatione entis conſiſteret fœlicitas naturalis, nego conſequentiam, ad probationẽ dico, quòd aliquis poteſt eſſe perfectius dupliciter, vel permiſſiuè, vel poſitiuè, primo modo, quantò vniuerſalius, tantò perfectius. Secundo modo, omne inferius eſt perfectius ſuo ſuperiori, quia includit aliquid poſitiuè, quod addit ſuprà ſuperius. Exemplum, animal eſt perfectius muſca permiſſiuè pro tanto, quia poteſt eſſe in aliquo inferiori perfectiori, quàm ſit muſca, putà in homine, ſed muſca perfectior eſt animali poſitiuè, pro tanto, quia includit animal, & aliquid aliud. Ad propoſitum, notitia ſubiecti in ſcientia eſt perfectior permiſſiuè: non autem poſitiuè, eſt enim cognitio perfectior, qua ſcitur, quod primum ens intelligit per eſſentiam ſuam, quod probatur duodecimo huius quàm ſcire, quod ens inquantum ens eſt vnum; cùm igitur, ait Ariſtoteles decimo Ethicorum, quòd in actu Metaphyſicali conſiſtit fœlicitas naturalis, hoc habet veritatem pro quanto ſubſtantiæ immateriales, ſunt de conſideratione Metaphyſicæ modo præexpoſito. In quarum conſideratione conſiſtit fœlicitas naturalis ſecundum ipſum.

Ad ſecundum.

Perfectius aliquid dicitur dupliciter.

Contrà, omne virtualiter contentiuum alicuius eſt perfectius eo, etiam poſitiuè: ſed notitia ſubiecti continet virtualiter omnem aliam notitiam in illa ſcientia: igitur, &c. *Obiectio.*

Reſpondeo, cõtinere virtualiter aliquid poteſt eſſe dupliciter, vel virtualiter actualiter, vel virtualiter potentialiter; Prima, continentia arguit perfectionem notitiæ poſitiuæ; Secunda, ſolùm permiſſiuè; ſic eſt in propoſito maximè de ſcientia vna vnitatem generis proximi, vel remoti, de quo habetur ſexto huius.

Solutio.

Continere virtualiter eſt dupliciter.

Ad Tertium, cùm arguit, quòd Metaphyſica omnes *Ad Tertiũ.*

alias ſcientias ſubalternaret: nego conſequentiam;ad probationem dico, quòd procedit ab inſufficienti. Nàm ad ſcientiam ſubalternam non ſufficit ſubiectum ſub eo; ſed plura alia requirũtur,iter quæ vnũ eſt,quòd notitia inferior accipiat principia ſua, ad probandum concluſionem à ſuperiori requiritur etiam,quòd ſubiectum ſcientiæ ſubalternatæ,addat aliquam differentiam accidentalem ad ſubiectum ſcientiæ ſubalternantis,quomodò ſe habet perſpectiua,quæ eſt de linea viſuali ad Geometriam, & Muſica,quæ eſt de numero ſonorum, ad Arithmeticam;numerus enim addit ſonorum, & linea addit viſuale,hæc conditio deeſt in propoſito, licèt enim ſubiecta aliarum ſcientiarum ſint ex additione ad ſubiectũ Metaphyſicæ, & aliquid conſtitutum ex ſubiecto Metaphyſicæ,& aliquo addito;illud tamen additum non facit vnum per accidens, cum eo, ſed vnum per ſe: illud nàmq; additum, vel eſt differentia mediatè, vel immediatè contrahens ens,quæ per ſe vnum facit cum ente, vel cum aliquo includẽte ens inquantum ens,ſicut binariũ addit ſupra numerum differentiam eſſentialem.

Ad Quartum. Ad quartum,cùm dicitur,quòd de ſubiecto oportet præſupponere quid eſt,concedo;ſed minor eſt falſa; & cùm dicitur quòd ens non habet quid,cùm ſit communiſſimum, & tranſcendens dico, quòd illa eſt in omni generaliſſimo, quia nullũ generaliſſimum habet quidditatem propriè dictam,cùm non habeat genus,& differẽtiam ſuper à ſe; & tamen quodlibet habet quid, quia aliàs non prædicarentur in quid de aliquo. Vndè iſta probatio eſt inſufficiens,quia ſi non habet quidditatem,vel diffinitionem propriè dictam, quòd non habeat, quid, vel quidditatem largè ſumendo. Non enim ſequitur,niſi de quidditate ſpeciei cuius,propriè eſt diffinitio;licèt ergo ens propriè non habeat quid,quod exponitur per diffinitionem,ſicut arguit probatio iſta,tamẽ habet quid,eo modo,quo habet eſſentiam: oportet enim in diffinitionibus,deuenire aliquo modo ad aliqua ſimpliciter indiffinibilia, quia non eſt proceſſus in infinitum in rationibus,ſecundùm Ariſtotelem quarto huius,quidditas igitur non ſolùm ſumitur pro diffinitione quidditatiua,ſed etiam pro incluſis in ipſa.

Ad Quintum. Ad aliud, quandò dicebatur,quòd ens inquantum ens non habet principia, dicendũ,quòd principia ſubiecti poſſũt intelligi in duplici genere,vel incõplexa,vel cõplexa, & vtroque mõ,ens hẽt pricipia. Nàm pricipia incõplexa entis

inquantum, ens ſunt per ſe cauſæ, ſcilicèt ſubſtantiæ immateriales, nàm ſunt cauſæ primi effectus, qui eſt rei entitas, habet & principia complexa, ſcilicèt principia, per quæ ſuæ proprietates ſibi inhærent, quia de ipſo poteſt eſſe demonſtratio propter quid, vt poſitum eſt, tunc ad probationem, ente nihil eſt prius, principium autem eſt prius principiato, dico, quòd cùm ſit ſermo de principio implexo, & ens commune, vt ſic non habet principium, quia cùm ſit commune tàm iſti, quàm illi abſtrahit ab vtroque & neutrum includit in ſua ratione; ſed benè ens habet principium, vt reſeruatur in ſuis inferioribus, nàm plura ſunt entia, quibus conuenit habere principium, & ſunt principiata, & hoc modo ens habet aliquid prius ſe, ſic loquendo de principio complexo; quod tale principium eſt prius, non quidem ente; ſed proprietatem entis cuiuſmodi eſt principium, vt dictum eſt, Ad ſecundam probtionem, quòd tunc quodlibet ens haberet principia entis, ſi entis inquantum ens eſſent principia. Reſpondeo, ſi loquatur de principio incomplexo, ſic dico, quòd ens inquãtum ens habet principia accipiendo ly inquantum ſpecificatiuè; ſed non reduplicatiuè, eo modo, quo arguit Ariſt. primo Priorum. Si verò loquatur de pñcipio complexo, quæ ſunt propoſitiones immediatæ, ad probãdum paſſiones de ſubiecto: ſic dico, quòd entis inquantum ens ſunt principia accipiendo ly inquantum reduplicatiuè, & ſic omne ens habet principium, quia paſſiones entis ſunt demonſtrabiles, de quolibet ente per principia complexa. Nàm omnis paſſio ſuperioris, eſt paſſio cuiuſlibet inferioris per ſe, licèt non primò, ſic igitur patet, quòd argumentum accipit Minorem falſum.

Notandum autem ad euidentiam prædictorum, quòd inquantum, & quęcunque alia dictio reduplicatiua poteſt ſummi dupliciter, ſecundùm Scotum quæſtione tertia, quolibetorũ; aliquãdo reduplicatiuè, & aliquãdo ſpecificatiuè: reduplicatiuè quidem ſumitur, quando denominat illud, cui iungitur eſſe formalem cauſam, & præciſam in herentiæ predicati ad ſubiectum. Exemplum, homo inquantum homo eſt riſibilis, ly inquantum denotat, quod ly homo, qui ſequitur immediatè ad ly inquantum eſt cauſa præciſa, & formalis, quare riſibile ineſt ſubiecto, quod eſt homo, nàm riſibile ineſt homini ſecundùm propriam rationem humanitatis, vt per cauſam, & tunc valet conſequentia à ly inquantum ad vniuerſalem, vt ſi homo inquantum homo eſt riſibilis, omnis homo eſt riſibilis; vndè tantum valet iſta

Qualibet dictio reduplicatiua capitur dupliciter.

QVOD OMNES HOMINES naturaliter ſcire deſiderant.

CAP. II.

OMNES homines natura ſcire deſiderant, ſignum autem eſt, ſenſuum dilectio, præter enim, & vtilitatem propter ſeipſos diliguntur, & maximé illorum, quæ eſt per oculos, non enim ſolum, vt agamus, ſed nihil agere, debentes, ipſum videre pro omnibus, vt dicam, alijs eligimus, cauſa autem eſt quia hic maxima ſenſuum cognoſcere nos facit, & multas differentias demonſtrat.

VISO de ſubiecto Metaphyſicę accedendum eſt ad explanationem Textus. Iſte enim liber diuiditur in duas partes, ſcilicèt Proemium, & Tractatum. Secunda pars incipit. Ibi. Quoniam autem manifeſtum. In Proemio autem oſtẽdit Ariſt. circà quid iſta ſcĩa verſatur. Secundò qualis ſit. Ibi, quare verò non actum. Circà primum duo facit. Primò, oſtendit, quòd huius ſcientiæ, quæ ſapientia dicitur eſſe, eſt conſiderare cauſas. Secundò, quales, vel quas cauſas conſideret. Ibi. quoniam autem ſcientiam. Circà primum duo facit, Primò præmittit quædam ex quibus ad propoſitum arguit. Secundò ex prędictis ſumit rationem. Ibi. cuius autem gratia. Circà primum duo facit. Primò, oſtendit ſcientiæ in communi dignitatem: Secundò cognitionis ordinem. Ibi. alia quædam dignitas ſcientiæ per hoc, quod naturaliter ab omnibus deſideratur. Ideò dicit Ariſtot. quòd omnes homines naturaliter ſcire deſiderant. Hoc autem ideò proponit, vt oſtendat, quòd quærere ſcientiam non propter aliud vtile, qualis eſt hæc ſcientia non eſt vanum, cùm naturale deſiderium vanum eſſe non poſſit.

Iſtius libri diuiſio in duas partes principales.

Ad euidentiam huius propoſitionis notandum, quòd triplex eſt appetitus, vel deſiderum in rebus, quidam eſt appetitus naturalis, & eſt inclinatio, ſeu tendentia quędam, qua vnaquaq; res naturaliter inclinatur, & tendit in ſuũ finẽ, vel perfectionẽ. Appetitus autem animalis dicitur, qui conſequitur ſenſũ ſ'm quẽ, quilibet ſenſus inclinatur, & tendit in obiectũ conueniens, & fugit diſconueniens, ſed appetitus rationalis, dicitur ipſa voluntas conſequens ipſũ intellectum, ſicut ſenſitiuum ſequitur ipſum ſenſum.

Triplex reperitur appetitus in rebus.

Appetitus naturalis, animalis, & rationalis quid.

Iſtorum appetituum adinuicem quotuplex differentia. Et nota, quòd iſti appetitus differunt ab inuicem quadrupliciter. *Primò.* Primò, quia appetitus rationalis eſt formaliter liber, non ſic autem animalis, vel naturalis. *Secundo.* Secundò, quia appetitus rationalis, & ſenſitiuus, aliquando nominant potentiam, aliquando actum elicitum à potentia. Appetitus autem naturalis nec nominant potentiam, nec actum elicitum, ſed eſt, quædam tendentia conſequens naturam rei, non differens realiter ab ipſa natura rei. *Tertiò.* Tertiò, quia appetitus ſenſitiuus ſe habet in plus, quàm intellectiuus, nàm vbicumq; in iſtis inferioribus eſt, intellectiuus, reperitur, & ſenſitiuus, & non èconuerſò, ſimiliter appetitus naturalis ſe habet in plus, quàm intellectiuus, & ſenſitiuus, nàm vbicumquè reperiuntur, eſt iſte; ſed non èconuerſò, vndè iſti appetitus intellectiuus, & ſenſitiuus, vt ſunt quædam natura, habent appetitum naturalem, & inclinationem, & tendentiam, qua tendunt in ſuum finem, & perfectionem.

Quartò. Quartò, quia appetitus rationalis, & animalis in ſuis actibus ſemper preſupponunt priorem actum, alterius potentiæ cognitione, putà voluntas præſupponit actum intellectus, & appetitus ſenſitiuus actum ſenſus, appetitus autem naturalis nullum actum alicuius potentiæ præſupponit, vt appetitus, quo graue appetit centrum.

Phyloſophi propoſitio quomodo intelligatur. His præmiſſis, Notandum, quòd prędicta propoſitio Philoſophi, non intelligitur de intellectu rationali, quia omnis appetitus rationalis eſt formaliter liber, vt patet, ex præmiſſis, ſed ille appetitus, quo omnes homines ſcire deſiderant, non eſt formaliter liber, quia ſi ſic tunc poſſent non deſiderare ſcire, & ſic, dicta propoſitio intelligitur de appetitu animali, quia tunc bruta appeterent ſcire, cùm habeant appetitum ſenſitiuum: intelligitur ergò ſecundùm Scotum, de appetitu naturali, patet, à ſufficienti diuiſione, quia non reſtat alius appetitus.

Propoſitionis Philoſophi, probatio. Omnes ergo homines deſirant ſcire natura, ideſt, appetitu naturali, & poteſt probari iſta propoſitio à priori, ſic: vnumquodq; appetit naturaliter ſuam perfectionem, tàm primam, quæ eſt forma, quàm ſecundam, quę eſt operatio, ſecundùm quàm coniungitur ſuo principio, ergo homo naturaliter appetit ſcientiam, quæ eſt eius perfectio prima, & intelligitur, quæ eſt perfectio ſecunda per quam coniungitur ſuo principio.

Probat etiam Ariſtoteles hanc propoſitionem à poſteriori, per ſigna, quia cū ſenſus nobis deſeruiat, & ad cognitionem rerum, & ad vitæ vtilitatem diliguntur à nobis propter

propter ſeipſos inquantùm ſunt cognoſcitiui, etiam præter hoc, quòd vtilitatem nobis cõferunt ad vitam, & hoc probatur, ex hoc quòd iſte ſenſus maximè ab hominibus diligitur, qui magis eſt cognoſcitiuus cuiuſmodi eſt viſus, quem diligimus, non ſolùm ad aliquid agendum; ſed etiam ſi nihil agere deberemus, cuius cauſam aſſignat, vel reddit; quia iſte ſenſus inter alios facit nos magis ſcire, & plures differentias rerum demonſtrat. *Viſus præ alijs ſenſibus diligitur, quia magis facit ſcire.*

Propter quòd notandum, quòd licèt tactus ſit duorum contrariorum, ſeu duarum contrarietatum, ſcilicèt calidi, & frigidi: humidi, & ſicci, propter quod non eſt vnius, ſimpliciter ſecundùm Doctorem Subtilem in hoc primo.

Viſus autem, cùm tantum ſit vnius contrarietatis, ſcilicèt albi, & nigri: plures tamen differentias rerum nobis demõſtrat viſus, quàm tactus, quia ſubiectum viſus ſcilicèt lux, & color in pluribus corporibus reperiuntur, quàm omnes qualitates tangibiles, quia omnia corpora, tàm ſuperiora, quàm inferiora lucem, vel colorem participant; non autem alias qualitates ſenſibiles, putà tangibilis, audibilis, &c.

Conſequenter proſequitur Philoſophus de ordine cognitionis, cùm dicit animalia, quædam dicens, quòd omnia animalia in hoc conueniunt, quòd habent ſenſum. Nàm ex hoc animal eſt animal, quòd habet differentiam ſenſitiuam, quamuis omnia animalia habeãt ſenſum, non tamen habent omnes ſenſus; ſed ſolùm perfecta, omnia tamen habent ſenſus tactus, cùm ſit maximè neceſſarius, eſt enim cognoſcitiuus eorum, ex quibus animal conſtat, ſcilicèt calidi, & frigidi; humidi, & ſicci. *Animalia in quo conueniunt.* *Omnia animalia habent ſenſum tactus.*

Deindè ponit Ariſto. gradus cognitionis in huiuſmodi animalibus, dicens quòd quædam ſunt, quæ licet ſenſum habeant, non tamen memoriam, cuiuſmodi ſunt animalia immobilia ſecundùm locum; vt Conchilia. Ex quo infert, quòd quædam ſunt, quæ ſunt prudentia, & quædam non; cùm enim prudentia ex memoria præteritorum proueniat, in iſtis animalibus prudentia eſſe non poteſt; quæ memoria carent: illa verò, quæ memoriam habent aliquid prudentiæ habere poſſunt: animalia immobilia ſecundùm locum, vt Conchilia: ex quo infert, quòd quædam ſunt, quæ ſunt prudentia, & quædam non, cùm enim prudentia ex memoria præteritorum proueniat, in iſtis animalibus prudentia eſſe non poteſt: quia memoria carent: illa verò, quæ *Cognitionis gradus.*

memoriam habent, aliquid prudentiæ habere poſſunt.

Deindè oſtendit, quòd etiam huiuſmodi animalia aliquid participant experimenti: licèt parum, & hoc ideò, quia ſcilicèt ex multis ſenſibilibus, & eorum memoria aſueſcūt ad aliquod conſequendum, vel vitandum.

Prudentia duplex. Ad euidentiam prædictorum notandum, quòd duplex eſt prudentia, ſcilicèt propriè dicta, & Metaphoricè dicta. Prudentia propriè dicta eſt habitus actiuus cum ratione vera: in omni enim virtute morali, requiritur prudentia in intellectu regulatiua, & habitus virtutis in voluntate, vt promptè, & faciliter eligat illud, quod ratio dictat, & determinat eliciendum: habitus autem virtutis aggeneratur, ex frequentibus electionibus, vt habitus caſtitatis, ex frequenter eligere caſtitatem.

Prudentia verò generatur ex frequentibus dictaminibus, ideſt ex frequenter dictare determinatè apprehendere, hoc eſſe agendum, licèt autem ſcientia moralis ſit habitus actiuus cum ratione vera, ſicut prudentia; tamen in hoc differunt; quia ſicut ars ſe habet circà factibilia ad habitum experimenti, ità ſe habet ſcientia moralis circà agibilia ad habitum prudentiæ, quia habitus artis, & ſcientiæ moralis ſunt remoti ad dirigendum, quia vniuerſales: ſed habitus prudentiæ, & experimenti, quia geniti ſunt ex actibus, ſunt particulares, & propinqui ad dirigendum, quia igitur ad prudentiam propriè dictam, requiritur ratiò, ideò eſt ſolùm in hominibus. Prudentia autem Metaphoricè dicta non requirit rationem. Ideò ponitur in brutis, non quidem reſpectu eorum, ad quę naturaliter, & neceſſariò inclinantur, vt in formica ad hoc, quòd congreget grana ſimpliciter, ſed reſpectu eorum ad quæ ſe habent contingenter, vt quòd congreget grana in illo foramine, & non in illo, & quælibet accipiat ab hoc cumulo, & non ab illo, & hoc, ex memoria foraminis, in quo primo repoſuit, & cumuli, in quo prius recepit, quod probat Doctor Subtilis, quia prudentia eſt habitus conſiliatiuus, ex ſexto Ethicorum. Ideſt, quo quis eſt potens faciliter, & promptè conſiliari, quod agendum, conſilium non eſt de fine: ſed de his, quæ ſunt ad finē, vt habet Philoſophus in Ethicis: Medicus enim non conſiliatur, ſi iudicat ſanitatem: ſed de medijs, quibus inducet. Item conſilium non eſt de neceſſarijs: ſed de contingentibus. Nullus enim conſiliatur, ſi Sol oriatur, vel non. Prudentia ergo deber poni in brutis circà ea, quæ poſſunt aliter, & aliter agere, ſed ea, quæ habēt inſtinctu naturali, non ſūt

Prudentia quomodo generatur.

Prudentia propriè eſt in hominibus, Metaphoricè in brutis.

Prudentia quid.

De quibus ſit conſiliū.

contingentia hoc mõ, quia cõſequntur totam ſpeciẽ, & illa ità neceſſariò conſequatur, quod ad illa magis neceſſitantur, & aguntur, quàm agũt, ergo reſpectu taliũ nõ eſt prudẽtia.

Notandum inſuper, quòd collatio eſt duplex, quædam enim propriè diſcurſiua, quandò ex magis noto proceditur ad minus totum, & ſic cõferre requirit neceſſariò rationẽ, & ideò eſt tantùm in homine. Alia eſt largè ſumpta, prout aliquid memoria vnius facit hoc, & non aliud, & iſta non requirit neceſſariò rationem, & eſt in brutis, quæ conferendo futurum ad præterita ex memoria prouident de futuris.

Collatio eſt duplex propria eſt in hominibus, & impropria, quæ in brutis reperitur.

DE DIVERSIS GRADIBVS humanæ Conditionis.

Cap. II.

CONSEQVENTER Ariſt. ponit diuerſos gradus humanæ conditionis dicens quòd primò ex multis mẽorijs ĩ nobis cauſatur experimẽtũ, & ex multis experimentis generatur ars, & in hoc eſt quædam cõuenientia artis, & experimenti, quia ſicut ex multis memorijs generatur experimẽtũ, ità ex multis experimẽtis generatur ars, ſiuè vniuerſalis acceptio de omnibus ſimilibus; differunt tamen, quia experimentum tantùm verſatur circà ſingularia: ars autem circà vniuerſalia: quòd conſequenter per exempla exponit, cùm enim homo accipit in ſua cognitione, quòd hæc medicina confert Sorti, & Platoni tali infirmitate laborãtibus, & alijs, hoc ad experimentum pertinet, ſed cùm aliquis accipit ex hoc, quòd confert omnibus laborantibus in tali ſpecie ægritudinis, ſecundùm talem complexionem, illud iam ad artem pertinet.

Ars quomodo in nobis generetur.

Pro quo notandum, quòd licèt ex multis non neceſſariò inferatur vniuerſalis: tamen probabiliter poteſt inferri: cum hæc propoſitione natura agit, vt in pluribus, niſi impediatur.

Notandum inſuper, quòd duplex eſt cognitio, quædam enim habita eſt per inuentionẽm, alia verò per doctrinam. Primò, enim ſcientiæ fuerunt inuentæ: & deindè à magiſtris per doctrinam diſcipulis traditæ: & ſunt iſti modi ſciẽdi ſimiles ſanationi: quandoque enim natura eſt potens: ità quòd, ſine adiutorio extrinſeco inducit ſanitatem: quãdoque enim propter ſui debilitatem indiget adiutorio extrinſeco, & de ſe non ſufficit, vt patet ad ſenſum, & tunc illud extrinſecum eſt tanquàm inſtrumentum. Ipſa enim

Cognitio duplex.

natura eſt principaliter ſanans: ſimiliter in propoſito in quibuſdam hominibus naturale lumen intellectus eſt ità potens, quòd ex ſe ſufficit, vt applicet principia ad concluſiones, & tunc dicitur generari ſcientia per inuentionem, quandoquè autem ex ſe non poteſt, & tunc iuuatur ex quibuſdam ſignis ſenſibilibus propoſitis ſibi à doctore, per quæ docens exprimit applicationem principiorum ad concluſiones, & tunc intellectus addiſcentis virtute proprij luminis concluſioni aſſentit, quàm videt eſſe demonſtratam ex principijs, ità quòd iſta ſigna ſe habent, ſicut inſtrumentum: ſed lumen intellectus, ſicut principale agens inducens ſcientiam, & tunc ſcientia dicitur acquiri per doctrinam.

Notandum inſuper, quòd omnis noſtra cognitio, ſiuè pertineat ad ſenſitiuā interiorē: ſiuè, & ad memoratiuā, &c. ſiuè ad intellectiuam oritur à ſenſu, de ſenſitiua interiori, patet, vt declaratum eſt in libro de Anima de intellectiua, & habita per inuentionē, de habita etiam per doctrinam patet: quia vt eſt in libro de Anima declaratum, neceſſe eſt intelligentem Phantaſmata ſpeculari: dicit etiam Philoſophus primò Poſteriorum, quòd deficiente ſenſu, deficit in nobis ſcientia de iſto ſenſu, vndè ſi cęcus natus doceretur de coloribus, nunquā haberet habitum ſcientificum de eis, ſed tantùm habitum fidei, vel credulitatis, inquantum poteſt credere docenti, quòd color eſt tale ens.

Omnis notitia intellectiua, ex principijs vel concluſione, & hoc dupliciter.

Notandum inſuper, quòd omnis notitia intellectiua, vel eſt principiorum, vel concluſionum: & vtroque modo duplex, quia vel eſt complexa notitia, putà de terminis principij, vel concluſionis, vel complexa de concluſione huius, vel iſtius, quantùm ad cognitionem terminorum, non eſt cognitio experimentalis, quæ ſcilicèt eſt frequens acceptio ſenſibilium neceſſaria: ſed benè eſt neceſſariò aliqua apprehenſione ſenſibilis, quia ſine iſta non poſſunt termini ab intellectu concipi, vt patet ex præcedentibus, nihil eſt in intellectu, niſi prius fuerit ſub ſenſu aliquo modo: quia vel per ſe, vt color, vel per ſuas partes, vt mons aureus, vel in ſuo remiſſo vt albedo intenſa, vel in ſuo ſimili, vt Antichriſtus, vel in ſuo effectu, vt Deus, vel quouis modo: quantùm ad cognitionem complexam principij, vel concluſionis, iuuat cognitio experimentalis, vt citius aſſentiatur ipſum affirmatiuis, quàm ſi per ſenſus cognoſcatur connexio extremorum, in ſingularibus negatiuis:

non ſi cognoſcatur ſeparatio extremorum, quia enim ſenſus videt frequenter hanc totalitatem, vel minoritatem coniungi, ex hoc intellectus citius aſſentit in principio, omne totum eſt maius ſua parte, notitia igitur experimentalis eſt coadiuuans ad notitiam complexam principiorũ, & concluſionum. Apprehenſio verò aliqua ſenſibilis eſt neceſſaria ad cognitionem terminorum, & hoc modo experimentis generatur ars: nulla tamen notitia experimentalis, nec ſenſitiua eſt neceſſaria ſimpliciter ad cognitionem complexam principiorum, vel concluſionum: probatur, quia ipſe intellectus, conceptis terminis, poteſt virtute propria ipſos componere, vel diuidere, ità quòd conceptus tales complexi, ſi ſint primorum principiorum, eſſe cognoſcuntur vero lumine naturali intellectus, quia principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus, primo Poſteriorum: concluſiones autem, cùm virtualiter contineantur in principijs poſſunt elici ex illis: non eſt ergo ſimpliciter neceſſaria cognitio experimentalis, nec ſenſitiua ad cognitionem complexam principiorum, vel concluſionum, licèt enim nunquàm per aliquem ſenſum videatur hæc coniunctio, vel ſeparatio in re: ſi tamen ex ſenſibilibus apprehenduntur terminia, & intellectus componat, vel diuidat, ille aſſentiet propria virtute, immò, vbi ſenſus percipit coniunctionem terminorum ſimplicium in re, adhuc certius apprehenditur principio cõplexo per lumẽ naturale intellectus, quàm propter aliquã ſenſus apprehenſionem, ſi enim eſſet in apprehenſione ſenſus error, adhuc intellectus circà illud primò non erraret, quantum ad veritatem compoſitionis: ſed iudicaret etiam ſenſum errare circà hoc non obſtante, quod à ſenſu errante accipiet notitiam ſimplicium. Vndè videmus, quòd vbi ſenſus percipit baculum poſitum in aqua frangi intellectus iudicat ſenſum errare, quia nullum durum frangitur ad tactum mollis: hæc materia tractatur diffuſius à Doctore Subtili in hoc primo.

Principia cognoſcimus in quãtum terminos cognoſcim⁹.

Deindè, comparat artem ad experimentum per modum præeminentiæ, dicens, quòd quantum ad actionem, experientia non verè ab arte differt, quantum enim ad actum tollitur differentia, quæ erat inter experimentum: & artem per vniuerſale, & ſingulare, quia ſicut experimentum circà ſingularia operatur, ità, & ars: vndè, & prædicta differentia erat tantum in cognoſcendo: dicit tamen Ariſtoteles, quòd

Comparatio artis ad experimentũ.

quamuis in modo operandi, ars, & experimentum non differant, quia vtraque circà ſingularia operatur, differunt tamen in efficacia operandi, nàm experti non artifices certius operantur artificibus inexpertis, cuius cauſam reddit, quia actus, & generationes ſunt circà ſingularia, vniuerſalia enim non generantur, nec mouentur, niſi per accidens; inquantum hæc ſingularibus competunt: homo enim generatur, illo homine generato; vndè medicus non ſanat hominem, niſi per accidens, ſed per ſe ſanat platonem, aut Sortem, aut aliquem hominem ſingulariter dictum, cui accidit eſſe hominem, inquantum eſt curatus.

Actus, & generationes ſunt circa ſingularia.

Vniuerſalia quomodo generãtur.

Pro quo notandum, quòd quamuis eſſe homini per ſe, conueniat Sorti: tamen curato, vel medicato per accidens conuenit. Hæc enim eſt per ſe, eſt homo: quia ſi Sortes diffiniretur, homo poneretur in eius diffinitione, ſed hæc accidens curatus, vel medicatus, vel ſanatus eſt homo. Dicit igitur Ariſtoteles, cùm ars ſit vniuerſalium, experientia ſingularium: ſi quis habet rationem artis ſine experientia, erit quidem perfectus in hoc, quòd vniuerſale cognoſcit; ſed quia ignorat ſingulare, & ſicut experientia curat, multotiens in curatione peccabit.

Ars eſt vniuerſalium, experientia ſingulariũ.

Pro quò Notandum ſecundùm Scotum, in hoc primo, Artifex ex ſe ſolùm eſt perfectus, quando habet habitum perfectum in vniuerſali, quem habere poteſt non applicãdo ad particulare: poſſibile eſt igitur artificem eſſe perfectum, & tamen non per ſe, cognoſcere ſingulare circà quòd eſt operatio: Expertum autem impoſſibile eſt eſſe perfectum, niſi cognoſcat per ſe ſingulare, quia cognitio experimentalis per ſe eſt ipſius ſingularis. Artifex igitur ex hoc, quòd eſt artifex, non oportet, quòd cognoſcat ità operabile, ſicùt expertus ex hoc, quòd eſt expertus; nàm ex hoc nòn ſequitur, quin ità ſic, poſſibile artificem per ſe, & perfectè cognoſcere ſingulare, ſicut expertum, ſi applicet cognitionem vniuerſalem, quam habet ad ſuum ſingulare.

Cognitio experimentalis per ſe eſt ſingularis.

Notandum eſt etiam, quòd circà ſingulare, circà quod eſt operatio, multa inſunt præter naturam communis, quæ multa diuerſificantur actionem: nàm aliter oportet agere circà hunc infirmum: in hoc loco, & parte hac, quàm circà alium infirmum, eadem infirmitate laborantem in alio loco, & alio tempore. Iſta autem annexa cognoſcit expertus, ex multa cognitione ſingularium, quæ

non oportet artificem, vt artifex eſt, quia licèt de ſingulari poteſt per ſe cognoſcer propter quid, ſi applicet; non vt tamen cognoſcet annexa per habitum artis; ideò expertus certiùs operatur. Itẽ etiam ex hoc, quia expertus ex frequẽtibus agere, habet habitum in potentia motiua, qua exequitur operationem, vt cythatedus expertus habet quẽdam habitum in manu, quem non habet inexpertus: & quia iſte habitus multùm facit ad expeditè agendum, ideò expertus habens talem habitum certiùs operatur. Conſequenter cõparat experimentum ad artem, quantùm ad cognitionem, oſtendendo pręeminentiam artis, & ſcientiæ, dicens, illi qui ſciunt cauſam „& propter quid ſunt ſapitiẽores, & ſcientiores illis, qui ignorant cauſam. ſed ſolùm ſciunt, quia. Experti autem ſciunt. quia; ſed neſciunt propter quid. Artifices autem ſciunt cauſam, & quia, & ſciunt propter quid, & non ſolùm quia: Igitur ſapientiores ſunt expertis. Item ad hoc arguit ſic, ſignum ſcientis eſt poſſe docere. Artifices autem docere poſſunt, quia cauſas cognoſcunt. Experti autem nõ, cùm cauſas ignorent: & ſi ea, quę experimento cognoſcuntur. aliis tradent, non recipiuntur per modum ſcientiæ, ſed opinionis. Vndè patet, quòd artifices ſunt magis ſapientes, & ſcientes expertis.

Expertus ex frequentibus actibus habet habitum in potẽtia motiua.

Cõparatio experientia ad artem.

Sapiẽtiores ſunt ſciẽtia ſciẽtes quid, propter qd, ſcientibus quia.

Docere ſignum ſcitus, eſt.

Ad euidentiam autem huius, quòd dicitur, quòd actus, & generationes ſunt circà ſingularia, notandum; quòd hoc intelligitur de actu tranſeunte, cuiuſmodi eſt ædificate: non de immanente, ſicut eſt intelligere: Actus enim intelligendi eſt maximè circà vniuerſale; de hac diſtinctione actus, dictum eſt tertio Phyſicorum.

Actus, & generatio ne sſt circà ſingularia.

Actio dupl.

Notandum tamen, quòd actio tranſiens eſt, quę tranſit in exteriorem materiam, ſcilicèt, patientis, quæ ſcilicèt eſt ſubiectiuè in agente, ſicut calefactio procedens ab igne tranſit in exteriorem materiam, videlicèt lignorum, quæ caleſiunt, & ponit calorem in ipſis lignis, & tranſmutat ligna in eo, quòd comburuntur: actio autem immanens eſt, quæ non mutat, illud circà quod agit, cuiuſmodi eſt intelligere, videre, ſentire, quia dicit Philoſophus, quòd propter noſtrum negare, vel affirmare nihil mutatur in re.

Actio tranſiens quid.

Actio immanẽs qd.

Propter noſtrum negare, vel affirmare nihil mutatur ex parte rei.

Notandum inſuper, quòd licèt potentiæ diſtinguantur, id eſt notificentur per actus, & actus per obiecta, non tamen ex diſtinctione numerali actuũ, & obiectorum ſequitur numeralis potẽtiæ diſtinctio; quia non ex quacunque vnitate, vel diuerſitate obiecti, vel actus, ſequitur vnitas, vel diuerſitatis potentiæ: ſed ex vnitate, vel diuerſitate ſecundùm

Quæſtio prima.

Vtrùm ſingularitas ſit ratio formalis obiectiua ſenſus?

CIRCA prædicta poteſt dubitari, an ſingularitas ſit ratio formalis obiectiua ſenſus?

Danda eſt alia Vnitas realis minor Vnitate numerali.

Pro cuius euidentia ſecundùm Scotum in ſeptimo huius, ſicut declarabitur, oportet dare præter vnitatem vniuerſalis in actu aliquam vnitatem realem, minorem vnitate numerali, quæ eſt prior ex natura rei vnitate vniuerſalis in actu, à qua mouetur intellectus ad cauſandum, aliquod commune ab hoc ſingulari, & ab illo eiuſdem ſpeciei, magis, quàm diuerſarum ſpecierum, aliter vniuerſale ponitur fictio.

Et probo etiam pro nunc vna ratione, quia circunſcripto omni intellectu, hæc albedo magis conuenit cum hac albedine, quàm cum aliquo alterius ſpeciei, vel generis. Iſta conuenientia non eſt de ſecundo, vel tertio modo relationum, vt patet intuenti huiuſmodi modos quinto Metaphyſicæ, igitur eſt de primo; & ſic fundatur ſuper vnum reale, ergo iſta vnitas eſt realis; quia relatio realis non poteſt fundari ſuper ens rationis tantum, ſed hęc vnitas non eſt numeralis; igitur eſt aliqua minor; Vndè dico, quòd illud vnum reale præcedens actum intellectus, eſt vnum in multis quantùm eſt de ſe, ſed eſt vnum pręter multa, vel de multis per intellectum abſtrahentem, & prædicantem illud de multis, & tunc eſt actu vniuerſale, & non priùs, quia ambæ conditiones requiruntur ad vniuerſale ex primo Poſteriorum.

Duæ rationes in contrarium.

Sed contrà: illud vnum eſt aptum natum prædicari de pluribus, ergo eſt actu vniuerſale.

Præterea, illud vnum, vel eſt vniuerſale, vel ſingulare, quia non eſt dare medium, non eſt vniuerſale per te, igitur eſt ſingulare.

Solutio.

Reſpondeo, ad primum dico, quòd illud vnum eſt aptum natum prædicari de pluribus, aptitudine remota, ſed aptum aptitudine propinqua per intellectum.

Præterea aptitudo non ſufficit ad vniuerſale actu; ſed etiam neceſſaria eſt cum prima, & ideò illud vnum actu reale, non eſt actu vniuerſale.

Ad ſecundum, dico ſecundùm Auicennam quinto Metephyſicæ ſuæ, quòd æquinitas eſt tantùm ęquinitas, nec eſt vnum, vel plura; nec vniuerſale, nec particulare; ſed abſtrahit a quacunque tali conditione, & ideò eſt medium inter vniuerſale in actu, & particulare per ab negationem vtriuſque. *Solutio ipſarum.*

¶ Notandum autem, quòd Auicennas non negat vnitatem ſimpliciter de quidditate, cùm (ait) nec eſt vna, nec plures: ſed negat vnitatem numeralem ad quam, & multiplicitate ſibi oppoſitam; quidditas de ſe eſt indifferens, & de ſe ad neutrum determinatur, nec ad vniuerſale, nec ſingulare: & vt ſic in ſe conſiderata ſine vtroque iſtorum eſt obiectum ſenſus; habet tamen vnitatem ſibi competentem; nàm omne vnum, eſt vnum vnitate ſibi propria; hęc eſt vnitas prior vnitate vniuerſali, & minor vnitate numerali: ſingulare igitur ſub ratione ſingularitatis, non eſt obiectum ſenſus, ſed obiectum per ſe ſenſus eſt aliquod vnum reale prius vnitate vniuerſalis, & minus vnum, quàm vnum numero, vt iàm prędixi. *Quomodo ſe habeat.* *Obiectum ſenſus quid.*

Vbi notandum in ſingulari ſunt duo notanda, ſiuè conſideranda, ſcilicèt, ipſa ſingularitas, & ipſa natura ſubiecta ſingularitati, quæ eſt de ſe indifferens ad eſſe hoc, & vt ſic indifferens præcedit ipſam ſingularitatem, & in illo priori ſuo, quo præcedit habet iſtam indifferentiam, & vnitatem realem minorem vnitate numerali. Cùm ergo ſingulare ſentitur ipſa natura ſubiecta ſingularitati eſt ratio formalis obiectiua, licèt totum ſingulare ſentiatur. *In ſingulari duo cōſideranda.*

Et ſi quæras, quomodò ſe habet ipſa ſingularitas ad obiectum, ex quo non eſt formalis ratio obiecti? *Obiectio*

Dico, quòd ſe habet ad modum, quo cauſa ſine qua non, ſic intelligendo, quòd ſingularitas, ſiuè proprietas indiuidualis non eſt ratio agendi, ſed benè eſt conditio agentis; ipſa enim non eſt ratio modificandi, & agendi in ſenſum, licèt non ſine ſingularitate, vt patet in ſimili, quia color non videtur, niſi ſub quantitate, licèt quantitas non ſit formalis ratio eius, huius tamen eſt ratio ſine qua non. Quòd autem quantitas non ſit formalis ratio obiectiua ſenſus, patet per Ariſtotelem ſecundo Poſteriorum, dicentem, quòd ſenſus eſt vniuerſalis, ſentire verò ſingularis. Item ſingularitas, vt ſic, eſt vnius rationis in colore, & in ſono; ergo ſingularitas non eſt ratio formalis obiecti; proba- *Solutio.* *Sinlaritas non eſt ratio agendi ſed conditio agentis.*

tur conſequentia,quia per obiectiuam rationem formalem oſtenduntur potentiæ eſſe diſtinctę;igitur,ſi ſic, eadem potentia eſſet reſpectu ſoni, & coloris.

Sed contrà, ſecundo de Anima, ſingulare dùm ſentitur, vniuerſale dùm intelligitur: confirmatur, quia aliter idem ſecundum eandem rationem eſſet obiectum ſenſus, & intelectus; quia ſi ſingularitas nonſit ratio obiecti ſenſus, erit ipſa natura ſubiecta ſingularitati: ſed natura talis eſt obiectum intellectus; quomodò ergo ponetur differentia ſenſus ad intellectum; cùm diuerſarum potentiarum ſint diuerſa obiecta.

Præterea,cuius eſt actus, eius eſt & potentia, ſecundùm Philoſophum de ſomno, & vigilia; ſed ſentire eſt ſingularis ſecundo Poſteriorum; Ergo,& ſenſus.

Reſpondeo,primò ad iſtam authoritatem, ibi de Anima, & conſimiles dicendum,quòd per eas intelligitur,quòd ratio ſingularitatis eſt requiſita ad actum ſenſus, vt cauſa ſimpliciter ſine qua non, ex hoc tamen non ſequitur quòd erit ratio formalis obiectiua: Ad confirmationem de diſtinctione ſenſus, & intellectus per obiecta dicendum; quòd ſi vniuerſale actu ponatur obiectum intellectus, argumentum nihil concludit, quia obiectum ſenſus non eſt vniuerſale actu,ſed eſt indifferẽs ad vniuerſalitatem,& ſingularitatem; ſi non ponatur quòd ipſa natura, ſiuè quidditas ſic indifferens ſit obiectum ſenſus, & intellectus; ſic argumentum haberet apparentiam. Exemplum ſenſus communis & ſenſus particularis, quia ſenſus communis eſt potentia ſuperior,poteſt in omne illud,quod poteſt inferior,& habet obiectum communius. Vndè poteſt in omne illud, in quo poteſt viſus,& adhuc plus,vt patet; Secundo de Anima ſimiliter in potentiis ſubordinatis alterius generis,quia ſi potentia cognitiua eſt cõmunior appetitiua, habebit obiectum communius. Si autem ſint æqualis ambitus, vt in quodcunque poteſt vna, & reliqua poteſt, habebunt ambæ idem obiectum, & ſub eadem ratione quantùm eſt ex parte obiecti,ſicut ſe habent (vt credo) intellectus,& volũtas. Ad propoſitum intellectus, & ſenſus ſunt potentiæ ſubordinatæ eiuſdem generis; quia ambæ cognitiuę diſtinguntur; igitur penès obiectum communius,& minus communè. Vndè in quodcunque poteſt ſenſus, & intellectus; ſed non èconuersò; eadem igitur natura indifferens, & non actu vniuerſalis poterit cognoſci ab vtraque potentia quidditatiuè,igitur, ſecundùm quòd eſt obiectum ſenſus, ità, &

Obiectum ſenſus quomodo indifferens.

Quã nàm potentia.

Intellectus ſẽſus ſunt potentia ſubordinata.

intellectus,ſed intellectus,cùm ſit potentia ſuperior, poteſt in omnem quidditatem rei ſenſibilis; & materialis, ſenſus autem nõ in omnem;ſed in aliquam,vt viſus in quidditatẽ coloris,ſeu lucis,auditus in quidditatem ſoni, & ſic de aliis.

Ad illud de ſomno, & vigilia, cuius eſt actus, eius eſt & potentia,dico, quòd ſic, vt potentia ſenſitiua habet pro obiecto iſtam naturam indifferentem, ità, & actus. Quòd probatur, quia aliter non eſſet idem obiectum potentiæ, & actus,tùm quia potentia ſenſitiua haberet obiectum,ſecundùm aliquam rationem ſecundùm quam eſſet impoſſibile illam potentiam per ſe,illud obiectum Cognoſcere, conſequens eſt euidenter falſum; probatio conſequentię patet, quia ſenſus nihil apprehendit, niſi per ſentiendi, tùm quia ſenſus non poteſt cognoſcere ſimpliciter ſingulare, ſub ratiõe ſingularitatis,immò nec intellectur,vt dicitur, 7. huius,ergo ipſa natura indifferens eſt obiectum potentiæ, & actus, ſentire tamen dicitur eſſe ſingularis; quia ſenſus non poteſt huiuſmodi obiectum apprehendere, niſi ſub ſingularitate, hæc materia deffuſius tractatur à Doctore Subtili diſtinctione tertia Secundi ſententiarum, vbi ſic ait quòd quidditas,vel natura, licèt nunquàm ſit ſine vniuerſalitate, vel ſingularitate, non tamen de ſe eſt aliquod iſtorum, ſed eſt prior naturaliter omnibus iſtis; ſic etiam in re extra, vbi natura eſt cum ſingularitate, non eſt ipſa natura de ſe terminata ad ſingularitatem, ſed prior naturaliter iſta ratione contrahente ipſam ad ſingularitatem iſtam,&vt ſic, non repugnat ſibi eſſe ſine ipſo contrahente, ità quòd illi vnitati exiſtenti in hoc ſingulari, non repugnat de ſe cum quacunque vnitate ſingularitatis potentialiter, vel ponatur, licèt, ſibi repugnet, vt facta propria iſti ſingulari per iſtam rationem contrahentem. *Sentire eſt ſingularis.*

Et ſi arguas,quicquid eſt in vno numero eſt vnum numero,vt dicit Boetius,ergo ipſa natura eſt vnum numero. *Obiectio.* *Solutio.*

Reſpondeo,primò in alio ſimili manifeſtiori,quicquid eſt in vna ſpecie, eſt vnum ſpecie, color ità eſt in albidine, & eſt vnum ſpecie, igitur non habet vnitatem minorem vnitate ſpeciei,non ſequitur; nàm ſicut aliquid poteſt dici animatum denominatiuè, vt corpus,vel per ſe primò, vt homo, quia ſubiectum includit prædicatum: ità dico, quòd potentiale,quod contrahitur per actuale,informatur ab ipſo actuali, & per hoc, informatur ab iſta vnitate conſequente illam actualitatem,& ità, eſt vnum vnitate propria illius actualitatis:ſed denominatiuè eſt ſic vnum, non autem eſt de ſe

Comparatio ſpeculatiuæ ſcientiæ ad actiuã.

vnum,nec per ſe,nec primò, nequè per partem eſſentialem. Color igitur in albedine eſt vnus ſpeciei,licèt non de ſe, nec per ſe;ſed denominatiuè tantùm; differentia autem ſpecifica eſt vna primò, quia ſibi primò repugnat diuidi in plura ſpecie; albedo autem eſt vna ſpecie per ſe; ſed non primò, quia per aliquid intrinſecum ſibi; vt per iſtam differentiam. Concedo igitur, quòd quicquid eſt in vno numero eſt vnum numero,vel primò, vel per ſe,vel denominatiuè. Primò,vt illud per quod vnitas talis conuenit huic compoſito: per ſe, vt hic lapis, cuius illud, quòd eſt primò vnum, hac vnitate eſt per ſe pars denominatiuè tantùm, vt illud potentiale, quod perficitur iſto actuali, quòd tantùm denominatiuè reſpicit actualitatẽ huius, & vnitatẽ ſimiliter, &c.

Habitus intellectus ſunt quinque.

DE COLLATIONE SPECVLATIUARUM ſcientiarum inter ſe,

CAPITVLVM III.

CONSEQVENTER comparat Philoſophus, artem actiuam ſpeculatiuæ oſtendens, quòd ars ſpeculatiua, magis eſt ſapientia, quàm actiua, & hoc ideò, quia eſt propter ipſum ſcire, & non propter aliud, & quia Ariſto. vſus fuit nomine artis, & ſcientiæ indiferenter, nè quis putet, quòd iſta ſtrictè ſumpta ſunt illud penitus. In partem remittit ad ſextum Ethycorum, vbi iſta diſtinguntur.

Pro quo notandum eſt,quòd in Sexto Ethycorum ponuntur quinque habitus intellectuales, ſcilicèt ſapientia, ſcientia, intellectus, prudentia, & ars, quæ ſic diſtinguntur; intellectus enim ſapienti,a& ſciẽtia ſunt habitus ſpeculatiui ſiue circa partem animæ ſpeculatiuam,quam,ibi ſcientificam animæ appellat. Differunt tamen in hoc, quia intellectus eſt habitus primorum principiorũ demonſtrationis: Scientia verò eſt concluſionis ex cauſa inferioribus: Sapientia verò conſiderat primas cauſas. Vndè ibidem dicitur eſſe caput ſcientiarum: prudentia verò, & ars circa animæ partem prædictam, quæ dicitur ratiocinatiua de contingentibus operabilibus à nobis;& differunt. Nàm prudentia dirigit in actionibus,quæ non tranſeunt in exteriorem materiam; ſed ſunt perfectiones agentis, vndè dicitur ibi,quod prudentia eſt recta ratio rerum agibilium; ars verò dirigit in factionibus,quæ in materiam tranſeunt exteriorem ſicut edificare,

Intellectus quid. Ipſorum habituum diſcrimen adinuicem. Scientia quid. Sapientia. Prudentia, & ars.

ſecare, vndè dicitur ars rectâ ratio factibiliũ. Deindè cùm dicit, cuius autem gratia, oſtendit ex prædictis, principale propoſitum, quòd ſcilicèt, ſapientia ſit circa cauſas. Vndè dicit, quòd hoc eſt, cuius gratia fecimus prædictam rationem, quia ſcientia iſta, quæ denominatur ſapientia, videtur eſſe circa primas cauſas, & prima principia, quòd quidem patet ex præhabitis, vnuſquiſque enim tantò ſuperior eſt, quantò magis accedit ad cauſæ cognitionẽ, quia expertus eſt ſapientior eo, qui habet ſolùm ſenſum ſine experimento, & artifex eſt ſapientior experto, & inter artes, & ſcientias, ſpeculatiuæ ſunt magis ſapientiæ, quàm actiuæ. Cùm ergo vnuſquiſque tantò ſit ſapientior, quantò magis accedit ad cauſæ cognitionem, ità ſcientia, quæ ſimpliciter eſt ſapientia erit maximè circa cauſas: Deindè oſtendit Phyloſophus, quòd Metaphyſica eſt ſapientia ex ijs, quæ homines communiter opinantur de ſapiente, quæ ſunt ſex. *Metaphyſica eſt ſapientia. Sex ſapientis Cõditiones.*

Prima enim conditio ſapientis eſt, quòd ipſius eſt omnia ſcire, vt contigit, ſic Metaphyſici eſt omnia ſcire, quòd exponens Scotus dicit, quòd ad Metaphyſicum ſpectat conſiderare quilitates omnium rerum, non quidem in particulari, quia tunc omnes aliæ ſcientiæ ſuperfluerent; ſed in vniuerſali, & ſecundùm rationem entis, & hoc eſt, quòd dicit Philoſophus, vt conuenit, id eſt in quantum ſpectat ad ipſum in vniuerſali, & ſecundùm rationem entis, ſecundùm hoc exponitur illud, quòd habet ſexto huius, quòd nulla alia ſcientia; tractat de quod quid eſt, ſuplè in communi, niſi Metaphyſica. *Sapientis Prima conditio.* *Obiectio.*

Et ſi arguas, quòd eadem eſt ſcientia totius, & partis; ergo ad eãdem ſpectabit conſiderare quiditatem in communi, & in particulari? *Solutio.*

Reſpondeo, quòd verum eſt, quantùm ad per ſe paſſiones totius. Eadem enim eſt ſcientia entis, & cuiuſlibet entis, vt hominis, & roſæ, &c. quantùm ad per ſe paſſiones entis dictas de ipſis, non autem quantum ad paſſiones proprias inferiorum. Secunda conditio ſapientis eſt, quia eius eſt cognoſcere difficilia, quæ, ſcilicet non ſunt leuia communiter hominibus ad ſciendum talia habet conſiderare Metaphyſicus, habet enim conſiderare cauſas maximè vniuerſales, quæ ſunt difficiles ad cognoſcendum, cùm ſint remotiſſimæ à ſenſu, à quo omnis noſtra cognitio ſumit initium. *Secunda.*

Tertia conditio ſapientis eſt, quòd de iſtis, quæ ſcit habet certitudinem plus, quàm alij communiter habent, ſic Metaphyſica eſt ſcientia certiſſima, per Ariſto. quia quan- *Tertia.*

Metaphyſica eſt ſapientia, & principaliſſimus inter omnes alias ſcientias. *ſcientias eſt principaliſſima.*

QVOMODO SCIENTIA META- *phyſica eſt ſpeculatiua honoratiſſima, & diuina.*

Cap. IIII.

Consequenter oſtendit Philoſophus, qualis ſit Metaphyſica, & primò dicit, quòd non eſt practica; ſed ſpeculatiua; cùm non ſit propter operari; ſed propter ſcire, quod oſtendit ex hoc, quòd Philoſophi fuerunt moti ad Philoſophandum, & inquirendum ſapientiam propter admirationem, ex admiratione autem prouenit omnis ſcientia, vel inquiſitio; ipſe enim videntes aliquos effectus, vt eclypſis Lunæ, & motum Solis, &c. & ignorantes ipſorum cauſas, fuerunt moti ad ipſas inquirendas propter fugam ignorantiæ; & ſic propter ſcire; hoc probat etiam ex ſigno, quia habitis omnibus neceſſarijs ad vitæ neceſſitatem hæc quæſita eſt; & ſic non propter aliud, ſed propter ſe ipſam. *Metaphyſica ſcientia ſpeculatiua* *Ex admiratione omnis inquiſitio.*

Secundò, oſtendit, quòd iſta ſcientia eſt honoratiſſima; cùm ſit diuina, Deus autem eſt honorabilior omnibus rebus, quòd autem ſit diuina oſtendit, tùm quia eſt de Deo, cùm ſit de primis cauſis, tùm quia ſolus Deus habet eam ſecundùm perfectam cognitionem, licet autem eius cognitio non poſſit perfectè haberi ab homine, illud tamen modicum, quod de ea habetur, preſtantius eſt omnibus, quæ per alias ſcientias cognoſcuntur; ex iſtis patet, quòd cùm Metaphyſica ſit ſcientia ſpeculatiua, & ſit nobiliſſima, ſequitur, quòd omnis ſcientia practica eſt aliqua ſpeculatiua nobilior; quod quidem verum eſt de ſcientijs humanitùs adinuentis; quia noſtra vera Theologia eſt nobilior iſta; quæ tamen eſt practica; cùm dirigat in dilectionem Dei; vt diffuſè tractat Scotus in prologo primi ſententiarum.

Et ſi arguas, quòd practicæ humanitùs adinuentæ ſunt nobiliores Metaphyſica, quia cuius finis eſt nobilior, ipſa ſcientia eſt nobilior; ſed finis practicæ, vt Moralis Philoſophiæ eſt bonum eſſe; finis verò Speculatiuę eſt ſcire; primum eſt melius, & hoc patet, & ſic nobilius, igitur, &c. *Obiectio.*

Ad hoc, reſpondet idem doctor in hoc primo Metaphyſicæ, quòd bonum ſimpliciter non eſt finis practicæ, de *Solutio.*

Ex ijs concludo corrolarium, quòd Logica non eſt practica. *Logica non eſt practica.*

Sed contra iſtud corrolarium arguit Auicennas multis rationibus, quarum vna eſt talis, habitus, cuius finis prorius, non eſt actus proprius, eſt habitus practicus: Logica eſt huiuſmodi, ergo. Minor patet, quia ordinatur ad alias ſcientias. *Corrolarium. Tres rationes in oppoſitum corrolarij. Prima.*

Præterea habitus, qui diuiditur in vtentem, & docentem eſt practicus; Logica eſt huiuſmodi: ergo, &c.

Item arguitur ſic; Logica docet nos arguere, ergo eſt practica; Antecedens eſt notum; probatur conſequentia; quia Argumentatio vocalis eſt actus, à vocali imperatus. *Secunda. Tertia ratio.*

Iſtæ rationes, & aliæ, quas idem Auicennas facit, procedunt ab inſufficienti.

Ad primam, maior eſt vera; ſi habeat pro fine actum alterius generis à ſpeculatione, ità quòd erit directiuus veræ praxis, quæ ſi ſit actus alterius potentiæ, quàm intellectus, vel voluntatis, vel aliarum potentiarum executiuarum; & per hoc poſſunt ſolui omnes rationes Auicennæ, & ſic minor eſt falſa. *Ad primā.*

Ad ſecundam, reducitur contra ipſum, quia aſſumpta maiore addo minorem ſic, ſed Metaphyſica diuiditur in vtentem, & docentem, ergò Metaphyſica eſt practica; conſequens eſt falſum, ergo maior, quia minor etiam conceditur ab ipſo. Et probatur, quia omnes aliæ ſcientiæ vtuntur Metaphyſica ſpecialiter, quantùm ad principia communia, quæ ſunt dignitates, quas accipiunt omnes aliæ ſcientiæ à Metaphiſica ſecundùm Philoſophum, quarto huius. *Ad ſecundam.*

Secunda conditio eſt iſta, quòd praxis naturaliter eſt poſterior intellectione, patet, quia ſecundùm Diuum Auguſtinum nihil volitum, niſi per cognitum; actus igitur voluntatis eſt poſterior intellectione, ſeu actu intellectus, patet etiam, quia actus non habentes ordinem ad intellectum, cuiuſmodi ſunt actus vegetatiui, aut etiam naturaliter præcedentes intellectionem, vt ſunt actus ſenſitiui, non dicuntur praxes, nec ad eos ſcientia practica, vt ſunt priores intellectione; ſimiliter actus potentiæ ſenſitiuæ, inquantum præcedunt actum intellectus non ſunt praxes, nec reſpectu iſtorum actuum eſt ſcientia practica; niſi pro quanto eſt moderatiua iſtorum actuum; & iſti actus ſequuntur intellectionem moderantem, vt per ipſam moderantur, ex duabus conditionibus praxis ſequitur correlarium, quòd praxis *Secunda conditio. Corrolariū.*

ad quam extenditur habitus practicus, non eſt, niſi actus voluntatis elicitus, vel imperatus, quia nullus alius eſt Poſterior naturaliter intellectione, licèt autem voluntas imperet intellectui, vt intelligat; tamen ille actus intelligendi non eſt praxis; cùm non ſit alterius potentiæ ab intellectu.

Praxis Græcè, quid ſignificet Latinè. Notandùm, quòd praxis Græcè, idem eſt, quod operatio Latinè. Notandùm inſuper, quòd duplex eſt actus voluntatis, ſcilicet primus, vt volitio, vel actus elicitus, vel productus, quod idem eſt, & ſecundarius, vt actus imperatus.

Tertia conditio. Tertia conditio eſt, quòd praxis ſit actus natus conformiter elici intellectioni rectæ ad hoc, vt ſit rectus; ad *Exemplū.* hoc enim, quòd operatio ſit recta oportet, quòd conformetur dictamini rectæ rationis. Exemplum, recta ratio dictat, quòd danda eſt Eleemoſina de proprio pauperi propter Deum, & pietatem; ſi autem quis dederit Eleemoſinam pauperi de bono alieno, aut propter inanem gloriam talis operatio non erit recta, quia non conformabitur rectæ rationi.

Iam probò, quòd praxis ſit actus natus conformiter elici rationi rectæ ex ſexto Ethycorum, vbi dicitur, quòd electio recta neceſſariò præſupponit rationem rectam, & ſi hoc eſt verum de electione, quæ eſt actus elicitus voluntatis, pari ratione erit verum de actu voluntatis imperato; ad *Corrolariū.* hoc igitur, quòd actus ſit rectus, oportet, quòd conformiter eliciatur rationi rectæ.

Ex duabus vltimis cōitionibus praxis, ſequitur quòd actus imperatus à voluntate non eſt praxis primò, ſed quaſi per accidens; quod patet ex hoc, quòd non primò Poſterior intellectione; nec primò eſt natus elici conformiter rationi rectæ. Oporter ergo ſequatur alium actū eſſe primò praxim. Iſte autē eſt actus elicitus voluntatis, quia eſt volitio, quia per volitionē habet dictas conditiones actus imperatus, & ipſa non eſt per aliud talis, hæc enim eſt ratio eius, quod eſt primò ineſſe, primo Poſteriorum Capitulo de Vniuerſali.

Tunc vltrà, quandò aliquid eſt priùs tale coniunctum cum alio Poſteriori adhuc erit tale, ſi poſſet ab iſto ſeparari; ergo ſi actus voluntatis poteſt ſeparari ab actu alterius potentiæ, erit etiam talis ab ipſo ſeparatus: ſeparatur autem circà quodcùmque obiectum, circà quod poteſt eſſe actus voluntatis, & non actus alterius potentiæ inferioris, cuiuſmodi ſunt omnia immaterialia: ergo circà

omne tale ſolus actus voluntatis elicitus eſt praxis primò.

Quarta conditio eſt, quòd praxis eſt actus, qui poteſt rectè, & non rectè elici; & hoc ſignificatur, cùm dicitur ad hoc, quòd ſit rectus; nàm ſi poteſt rectè, & non rectè elici, fruſtrà poneretur reſpectu eius ſcientia practica directiua; non enim indigeret directiuo. *Quarta conditio.*

Quantùm ad ſecundum articulum, dico, quòd iſta extenſio ſcientiæ practicæ ad praxim, vt regulæ ad regulatum conſiſtit in puplici reſpectu, vel relatione aptitudinali conformitatis, & prioritatis naturalis. *Articulus ſecundus.*

De prioritate, patet per illud ſexti Ethicorum. Electio recta, neceſſariò præſupponit rationem rectam, non autem eam neceſſariò requireret, niſi eſſet Prior. De conformitate habetur idem, quòd veritas conſiderationis practicæ eſt confeſſè, id eſt conformiter ſe habens appetitui recto, dico autem aptitudinali; quia neutra relatio requiritur actualiter, quia quòd praxis actualiter accipiat coſiderationem, cui ſit conformis; hoc omninò accidit conſiderationi: Nàm ſi ab actuali extenſione diceretur practica, nulla ſcientia eſſet neceſſariò practica: ſed ipſa quandoquè eſſet practica; quandoquè ſpeculatiua, quod eſt impoſſibile; ſufficit ergo duplex extenſio aptitudinali.

Corrolariũ. Ex his concluditur corrolarium, quòd nulla ſcientia eſt verè practica, niſi ſit directiua veræ praxis modo præexpoſito.

Quantùm ad tertium articulum, dico, quòd Metaphyſica eſt ſcientia ſpeculatiua, non practica, quòd patet tùm ex Authoritate Ariſtotelis, tùm quia cognitio entis, inquantùm ens non dirigit in aliquam verè praxim. *Tertius articulus.*

Ad argumenta; ad primum, data maiore, tunc ad minorem dico, ſecundùm opinionem Ariſtotelis, quòd fœlicitas conciſtit in ſpeculatione, quæ non eſt praxis; vt patet in primo Articulo, & ideò, licèt Metaphyſica ordinetur ad fœlicitatem, ex hoc tamen non ſequitur, quòd ſit practica, quia ex hoc non extenditur ad praxim. *Ad primũ argumentũ principale.*

Si dicatur etiam, quòd Metaphiſica ordinatur ad amorem vltimi finis? Dico, quòd non ordinatur ad aliquem amorem, qui ſit actus elicitus voluntatis, maximè ſecundùm Philoſophum, qui non ponit aliquam ſcientiam eſſe conformen praxi voluntatis circa finem; quia non ponit voluntatem circa finem habere praxim; ſed quaſi quan- *Obiectio.* *Solutio.*

dam ſimplicem motionem amoris naturalis, qui ſemper eſt rectus, & per conſequens non eſt praxis, quare Metaphyſica, quæ ad talem amorem ordinatur, non propter hoc eſt practica.

Ad ſecundum. Ad ſecundum, dicendum, quòd, licèt Metaphyſica ſit communis omnis ſcientiæ ratione obiecti, quia ens eſt commune omni enti; tamen modus conſiderandi non eſt communis, ſed proprius, ſcilicèt ſpeculatiuus, nec in modo conſiderandi abſtrahit ab vtraque; ſed ſolùm quantùm ad ſubiectum.

Ad tertiū. Ad tertium dico, quòd argumentatio vocalis non eſt verè praxis, quia ordinatur ad ſcire, vndè Logica non docet arguere vocaliter, vt ibi ſiſtamus. ſed vt ſciamus, argumentatio etiam vocalis ordinatur ad mentalem, quæ eſt opus intellectus,

Cauſarum ſpeculatrix eſt Metaphyſica. Quia verò Metaphyſica eſt cauſarum ſpeculatrix, & quia etiam vnumquodque ſcire arbitramur, cùm cauſas eius cognoſcimus: ideò Philoſophus conſequenter tractat de cauſis, ponendo varias opiniones antiquorum, de quibus ſufficiant, quæ dicta ſunt primo Phyſicorum, contrà quas opiniones arguere longa eſſet, & inutilis diſputatio, velle ipſorum errores ſingulos aperire, cùm modicùm iuuent pro Theologia.

Logica quomodo dicitur docens, vel vtens. Ad euidentiam autem huius, quod dictum eſt de Logica docente, & vtente, notandùm, quòd Logica docens dicitur, inquantum conſiderat de ente rationis, ſiuè ſecundis intentionibus, inſtituens modum, quomodo per ens procedi poſſit ad concluſiones in ſingulis ſcientijs oſtendendas, vtens verò dicitur ſecundùm quòd, modo ad inuento vtitur ad concludendum aliquid in ſingulis ſcientijs, &c.

METAPHYSICAE ARISTOTELIS LIBER SECVNDVS.

De veritate autem Theorica, ſic quidem difficilis eſt, ſic verò facilis, ſignum autem eſt neque dignè quemquam adipiſci ipſum poſſe, neque omnes exortas eſſe, &c.

POSTQVAM Philoſophus improbauit opiniones Antiquorum de primis principijs, hîc accedit ad determinandum veritatem: Aliter autem ſe habet conſideratio primę Philoſophiæ circa veritatem, & aliarum particularium ſcientiarum; nàm vna quæque particularis ſcientia conſiderat quandam particularem veritatem circa determinatum genus entium, vt ſunt Geometria circa magnitudinem; Arithmetica circa numeros; ſed Philoſophia prima conſiderat veritatem vniuerſalem entium, & ideò ad hanc pertinet conſiderare, quomodò ſe habet ad veritatem cognoſcendam. *Intentio Philoſophi in hoc Secundo.*

Diuiditur ergo pars iſta in duas partes. In prima parte determinat ea, quæ pertinent ad conſiderationem vniuerſalis veritatis. In ſecunda incipit inquirere veritatem de primis principijs, & omnibus alijs, ad quæ ſe extendit huius Philoſophiæ conſideratio, & hoc in Octauo Libro. *Iſtius libri diuiſio in duas partes.*

QVOMODO SE HABEAT homo ad cognitionem veritatis.

CAP. I.

CIRCA Capitulum Primum oſtendit, quomodò ſe habeat homo ad cognitionem veritatis, & dicit primò, quòd conſideratio veritatis quodammodo eſt facilis, & quodammodo difficilis, eſt enim facilis; quò ad cognitionem primorum principiorum. Vndè dicit in foribus, ideſt in ianuis, quis, delinquit? Interiora enim domus difficilè eſt ſcire, & circà ea facilè eſt hominem decipi; ſed circa ipſum introitum *Cognitio veritatis quomodo aliquando facilis, & aliquando difficilis.*

Prima principia qua. domus, qui omnibus patet, & primò currit, nullus decipitur; ità eſt in conſideratione veritatis; nàm per quæ intratur in cognitionem aliorum nota ſunt omnibus, huiuſmodi autem ſunt prima principia, vt de quolibet dicitur eſſe, vel non eſſe. Omne totum eſt maius ſua parte. Omne totum æquum eſt ſuis partibus, & èconuerſo.

Totum accipitur dupliciter. Notandùm, quòd Totum aliquando ſumitur Cathegorematicè; & eſt idem, quod habens partes, & Syncathegorematicè, quod idem eſt, quòd quælibet pars, circà verò concluſiones, ad quas per huiuſmodi, quaſi per ianuam introitur, contingit multos errare.

Prima principia quomodo cognoſcuntur à nobis. Circà quod, nota, ſicut dicit hìc Scotus, quòd nos naturaliter cognoſcimus prima principia, non quòd eorum cognitio inſit nobis à natura: anima enim noſtra à natura ſua eſt nullam habens cognitionem; ſed eſt ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt depictum. Ariſtoteles tertio de Anima; omnis etiam noſtra cognitio intellectiua ortum habet à ſenſu, & per conſequens non eſt in nobis à natura; ſed cognitio primorum principiorum eſt intellectiua, vt patet; vndè reſpectu principiorum ponitur habitus, qui dicitur intellectus, ergo, &c. *Omnia noſtra cognitio quomodo o itur à ſenſu.* Maior declaratur, primò enim mouetur ſenſus ab obiecto ſimplici, non complexo, & ſenſu moto, mouetur intellectus, & intelligit ſimplicia, quia eſt actus primus intellectus. Deindè poſt apprehenſionem ſimplicium, ſequitur ſecundus actus, qui eſt componere ſimplicia ad inuicem, poſt iſtam autem complexionem, habet intellectus ex lumine naturali, quòd aſſentiat illi veritati complexæ; ſi illud complexum ſit primum principium, & ſic noſtra cognitio *Auctoritas.* intellectiua, ortum habet à ſenſu: nos ergò naturaliter cognoſcimus, prima principia, quatenùs lumine naturali intellectus ſunt nobis nota; habita ſimplici notitia terminorum: Principia enim cognoſcimus, inquantum terminos cognoſcimus, ex primo Poſteriorum.

Principia prima duplicia. Notandùm etiam, quòd principia ſunt duplicia; quædam enim ſunt ſimpliciter prima, vt impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe; & omne totum eſt maius ſua parte, & huiuſmodi, & circà iſta impoſſibile eſt errare ſecundùm Philoſophum quarto huius.

Alia ſunt principia, quæ ſic ſunt principia reſpectu aliquorum, quòd tamen poſſunt eſſe concluſiones reſpectu primorum principiorum, & talibus poteſt vnus magis, vel minus aſſentire, quàm alius. Et de iſtis dicit

Commentator tertio Phiſicorum, quòd aliqui propter conſuetudinem negauerunt prima principia, & exemplificat de Chriſtianis, qui negauerunt illud principium, ex nihilo, nihl fit, de iſtis nõ intelligit Philoſophus in propoſito.

Veritatis cognitio quòmodo difficilis. Conſequenter oſtendit Philoſophus, quomodo conſideratio veritatis ſit difficilis, & dicit, quòd forſan difficultas cognoſcendi res prouenit ex parte rerum ipſarum, vel intellectus noſtri, tamen ſe determinando dicit, quòd non ex parte rerum ipſarum, ſed ex parte noſtra prouenit huiuſmodi difficultas, quod probat, quia difficultas, ſi eſſet ex parte rerum, ſequeretur, quòd illa magis cognoſceremus, quæ ſunt magis cognoſcibilia ſecundùm ſuam naturam, quæ ſunt maximè in actu, ſcilicèt entia immaterialia, quod tamen eſt falſum, cùm talia ſint nobis ignota: Vndè dicit, quòd ſicut ſe habēt oculi Nicticoracis, ſiuè Noctuæ ad lumen Solis, ſic intellectus noſter ad ea, quę ſunt manifeſtiſſima naturæ: Manifeſtum eſt autem, quòd non prouenit ex defectu Solis, quin ſit viſibilis ab oculis Noctuæ, ſed propter debilitatem virtutis viſiuæ ipſius, quæ eſt in oculis ipſius Noctuæ, non autem ex parte ipſius obiecti, ſic ex debilitate intellectus noſtri, difficile eſt nobis cognoſcere ſubſtantias ſeparatas.

Commẽtatoris opinio de rebus. Ad euidentiam autem prædictorum ſciendum, quòd eſt vna opinio Commentatoris, quòd rerum, quædam ſunt materiales, & quædam immateriales: dicit ergo, quòd ex parte intellectus noſtri, eſt difficultas cognoſcendi ſubſtantias ſeparatas, non autem ex parte earum, ſed intellectione ſubſtantiarum materialium, ſeu formarum materialium eſt difficultas rei, cuius ratio ſic aſſignatur, quia vnumquodque eſt cognoſcibile, ſecundùm quod eſt magis in actu, ſed quia ſubſtantiæ immateriales ſunt ſimplicitet in actu, materiales verò non, idcircò immateriales non habent ex ſe, quòd difficulter cognoſcantur, materiales autem ex ſe habent difficultatem cognoſcendi.

Contrà opinionem Commẽtatoris. Sed contrà hoc, quod dicitur de ſubſtantijs mãteriali-bus arguitur ſic, ſi in rebus eſt difficultas cognoſcendi, ex parte earum, hoc erit comparando eas ad quemcunque intellectum, Conſequens eſt falſum, ſicut patet reſpectu intellectus diuini: ergo & antecedens, probatur conſequentia, quia cùm ipſæ re ſint eædem, apud quemcunque intellectum comparentur, ſi ex parte earum ſit difficultas,

hoc erit reſpectu cuiuſcunque intellectus.

Scoti opinio. Dicendum aliter, ſecundùm Scotum, quòd tota difficultas cognoſcēdi res, eſt ex parte intellect⁹ noſtri, vt patet per Ariſtotelem in precedentibus.

Obiectio. Et ſi quæras quomodo vna res perfectis cognoſcatur quàm, alia?

Solutio. *Perfectio.* Dico, quòd difficultas non eſt ex parte rei, ſed perfectio cognitionis poteſt intelligi dupliciter, vel ſecundùm proportionem, vel ſimpliciter, primo modo imperfectè intelliguntur res materiales, ſicut immateriales, nàm ſecundùm proportionem, ità perfectè mouent intellectum res habentes modicùm, ſeu paruùm de entitate, ſicut res habētes multū: exemplū, paruus ignis ſecundùm proportionē virtutis ſuæ, ità perfectè cōburit cōbuſtibile, ſicut magnus ignis, ſed ſecūdo modo æquè non ſunt cognoſcibiles oēs res, ſicut magnus ignis perfectiùs comburit, quàm paruus loquendo ſimpliciter, & cæteris paribus, ratio huius eſt, quia cognoſcibilitas ſequitur rem, ſecundùm quod res eſt ens, quia ſicut res ſe habet ad eſſe, ſic ad cognoſci, vt habetur in hoc Secundò: concedo igitur, quòd difficultas cognoſcendi, ſiuè quantùm ad immaterialia ſiuè quantùm ad materialia, eſt ex parte intellectus noſtri. Materialia, autem non ſunt æquè in actu, ſicut immaterialia ità ſimpliciter, nec ità perfectè, cognoſcuntur: cognitio tamen, quæ poteſt haberi de eis æquè faciliter habetur proportionaliter, ſicut de immaterialibus, quia ità faciliter mouet intellectum materiale, ſecundùm ſuam cognoſcibilitatē, ſicut immateriale, non tamen æquè intenſè, ſimpliciter loquendo, per hoc patet, quid dicendum ſit ad rationem Commentatoris; ſolùm enim concludit, quòd imperfectiora in entitate, non habent ità perfectam cognoſcibilitatem ſimpliciter, ſicut perfectiora, notandum autem, quòd non ſolùm materialia æquè perfectè, nunc cognoſcuntur ſecundū proportionē ſuæ cognoſcibilitatis, ſicut immaterialia, immò, perfectius ſecundùm eundem Doctorem Subtilem tertia diſtinctiōe Primi Sententiarū, quia cuius immaterialia ſunt remotiora à ſenſibus, ideò minus perfectā ſunt cognoſcibilia pro ſtatu ipſo.

Perfectio cognitionis poteſt intelligi dupliciter.

Difficultas cognoſcendi vnde proueniat.

Quòd ſubſtantiæ immateriales non poſſint Vlteriùs aliquis poteſt dubitare, an ſubſtantiæ immateriales poſſint intelligi ſecundùm ſuas quidditates ab intellectu viatoris?

Et arguitur, quòd non per Philoſophum in litera,

ſicut enim oculus Noctuæ ad lumen Solis, &c. ſed primum eſt impoſſibile, ergo & ſecundum.

Intelligi ab intellectu viatoris probatur quinque rationibus.

Prima ratio. Prætereà, plùs diſtat intelligibile increatum ab intellectu creato, quàm intelligibile creatum à ſenſu, ſed intelligibile creatum non poteſt apprehendi a ſenſu, ergo multò minùs intelligibile increatum ab intelle ſtu creato.

Secunda ratio. Prætereà, anima coniuncta nihil intelligit, niſi abſtrahendò à Phantaſmatibus, ſed ſubſtantiæ ſeparatæ non faciunt Phantaſmata, nec poſſunt cognoſci ex ijs, quæ faciunt, ergo, &c. probatio maioris, quia Phantaſmata, ſe habent ad intellectum, ſicut ſenſibilia ad ſenſum, tertio de Anima, ſicut ergo ſenſus non poteſt ſentire ſine ſenſibili, ſic nec intellectus intelligere, niſi abſtrahendo à Phantaſmatibus: minor habet duas partes, Prima probatur ſic, quia phantaſma eſt motus factus à ſenſu, ſecundo de Anima, ſed ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt ſenſibiles; ergo nec Phantaſiabiles, Secunda pars probatur ſic, quia tunc effectus non adæquās potentiam cauſæ, non ducit in cognitionem quidditatis cauſæ, quia quidditas cauſæ excedit effectum iſtum, ſed ſubſtantiæ ſeparatæ, ſi cognoſcuntur per iſta, quæ faciunt phantaſmata in nobis, cognoſcuntur per effectum huiuſmodi, qui ſcilicet non adæquat potentiam ſuæ cauſæ, ergo, &c.

Tertia ratio.

Quarta ratio. Tùm quia finiti ad infinitum nulla eſt proportio, ergo nec alicuius effectus ſenſibilis eſt proportio ad quidditatem diuinam.

Quinta ratio. Prætereà, quidditas ſubſtantiæ materialis, eſt obiectum intellectus pro ſtatu iſto, vt dictum eſt tertio de Anima, ergo nihil poterit intelligi à nobis, quòd nec eſt materialis quidditas, nec cognoſcibile per talem quiditatem.

Obiectum noſtri intellectus pro ſtatu iſto quid.

Contra arguitur Primò. In oppoſitum arguitur ſic, de ſubiecto demonſtrationis oportet præſupponere quid eſt ex primo Poſteriorum, ſed de ſubſtantijs ſeparatis multa à philoſophis demonſtrantur, ſicut patet 12. huius de prima intelligentia, ſcilicèt, quòd ſit ſempiterna, & quòd actu ſemper intelligat, & ſic de alijs, ergo quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum Philoſophi cognouerunt.

Prætereà, Philoſophus decimo Ethicorum probat, quòd fœlicitas hominis conſiſtit in ſpeculatione fœlicitatis, & concludit in fine capituli, quòd ſapiens eſt vtiquè fœliciſſimus, & ſecundùm Philoſophum Sexto Ethicorum. Sapientia eſt circà altiſſimas cauſas, igitur in ſpeculatione

altiſſimarum cauſarum conſiſtit fœlicitas hominis: ad fœlicitatem autem, cùm ſit finis proprius hominis, non eſt impoſſibile homini pertingere, vt dicitur in ſecundo huius, nullus conabitur ad terminum non futurum peruenire.

Reſponſio. Reſpondetur ad hanc rationem, quòd poſſibile eſt homini ſpeculari altiſſimas cauſas, non tamen in hac vita.

Cõtra reſponſionem arguitur bifariam. Primo. Contrà, fœlicitas, de qua loquitur Philoſophus poteſt haberi in hac vita, dicit enim ſic, quare erit vtique fœlicitatis ſpeculatio quædam. Opus autem erit exteriori proſperitate, & oportet corpus ſanum eſſe, & cibum, & reliquum famulatum exiſtere: ſed certum eſt, quod iſta non habentur, niſi in hac vita.

Secundo. Præterea, ſecundo huius arguit ſic. Si cauſæ eſſent infinitæ, nihil contingeret ſcire. Iſta conſequentia non valet, niſi ad cognitionem cuiuſlibet effectus oporteat cognoſcere omnes cauſas. Ergo ſi non contingit intelligere primam cauſam, quæ eſt maximè cauſa cuiuſlibet effectus, nullum effectum contingeret cognoſcere.

Alia reſpõſio. Reſpondetur, quòd de ſubſtantijs ſeparatis cognoſcimus quia ſunt, vel inquantum ſunt cauſa omnium iſtorum inferiorum, non autem cognoſcimus, quid ſunt.

Aliter reſpõdetur. Aliter dicitur, quòd de ipſis cognoſcimus quid non ſunt, quia ſcilicet non ſunt aliquid iſtorum inferiorum.

Contra primam reſponſionem arguitur. Contrà primam reſponſionem arguitur ſic, impoſſibile eſt cognoſcere compoſitionem aliquorum, niſi cognitis eorum terminis, vel extremis, quia, vt habetur primo Periarmenias, eſſe ſignificat compoſitionem, quam ſine extremis, non eſt intelligere. Si ergo cognoſcamus cauſas eſſe, & per conſequens quidditati earum in eſſe, ſequitur de neceſſitate, quòd cognoſcamus quidditates earum.

Contra ſecundam. Contra ſecundam arguitur ſic, quia omni propoſitione negatiua, eſt aliqua affirmatiua prior. Ergo ſi cognoſcatur de ſubſtantia ſeparata, quid non eſt, oportet de ea præcognoſcere quid eſt. Antecedens patet, ex ſecundo Periarmenias, Capitulo vltimo, vbi dicit Philoſophus, quòd iſta propoſitio, bonum non eſt malum, non eſt vera, niſi quia hæc affirmatiua prior eſt vera, bonum eſt bonum. Et quarto huius dicit Philoſophus, notior vtique eſt dictio, quàm oppoſita negatio.

Propria reſponſio Authoris. Dicendum ergo eſt, quòd huiuſmodi ſubſtantiæ poſſunt intelligi ſecundum ſuas quidditates ab intellectu viatoris ſecundùm modum, qui dicetur.

Notitia du- Pro quo notandum, quòd duplex eſt notitia, ſci-

licèt ſenſitiua,& intellectiua; & vtraque eſt duplex, ſcilicèt intuitiua, & abſtractiua, Cognitio intuitiua eſt, quæ reſpicit obiectum, vt præſens eſt. Exemplum de ſenſitiua: vt oculus videt colorem. Exemplum de intellectiua, vt cognitio beatorum in patria, & iſta cognitio viſionis eſt forſan nobis impoſſibilis pro ſtatu iſto. Cognitio autem abſtractiua eſt, quæ eſt obiecti præſentis in ſua ſpecie generata ab obiecto, quod poteſt eſſe abſens in ſua exiſtentia. Exemplum de ſenſitiua, vt phantaſma imaginatur colorem viſum. Exemplum de intellectiua, vt cùm intelligo rem abſentem. *plex ſenſitiua, & intellectiua, & vtraque duplex.*

Ad propoſitum ergo dico, quòd ſubſtantiæ ſeparatæ non cognoſcuntur à nobis pro ſtatu iſto cognitione intuitiua, vt patet, nec etiam abſtractiua, quę fit per ſpecies in ipſis genitas in ratione obiecti, cùm ſpecies ipſarum, non cadant ſub ſenſu. benè tamen cognoſcuntur cognitione abſtractiua per ſpecies creaturarum, quod ſic declarat Scotus tertia diſtinctione Primi ſententiarum, illud quod poteſt imprimere ſpeciem, minus vniuerſalis poteſt etiam cauſare ſpeciem cuiuſcumque vniuerſalioris, igitur creaturæ, quæ imprimunt ſpecies proprias intellectui, poſſunt etiam imprimere ſpecies tranſcendentium, quæ communiter conueniunt eis, & Deo: & tunc intellectus poteſt vti propria virtute multis ſpeciebus ſimul, ad concipiendum illa ſimul: quorum ſunt illæ ſpecies, purà ſpecie ſummi, ſpecie veri, ſpecie boni, ſpecie actus. Ad concipiendum ſummum bonum actualiſſimum, & ſic de aliis: quod patet per locum à minori: immaginatiua enim poteſt vti ſpeciebus diuerſorum ſenſibilium ad imaginandum compoſitum ex illis diuerſis; ſicut patet imaginando montem aureum, licèt mons aureus, nunquàm fuerit à ſenſu apprehenſus; ſic igitur quaſi in quadam deſcriptione, concipimus Deum attribuendo ei conceptus omnium perfectionum ſimpliciter in ſummo, qui nulli alij cōueniunt, vt concipiendo, quòd Deus eſt ens infinitum, ſommum bonum, actualiſſimum, licèt autem ſic concipiamus Deum in vniuerſali, non tamen cognoſcitur à viatore in particulari, & propriè, & ſub ratione huius eſſentiæ, ſeu ſub ratione Deitatis. *Subſtantiæ ſeparatæ quò à nobis cognoſcuntur.*

Sic igitur patet, quomodo ſubſtantiæ ſeparatæ poſſunt cognoſci ex ſpecieb⁹ creaturarum, poſſunt etiam aliqualiter intelligi per effectus ſuos, ſicut ſubſtantia cognoſcitur per ſpeciem accidentis, ſecundùm vnam opinionem.

Ciceronis opinio de rerum, cognitionem.

Notandum, quòd Cicero primo queſtionum Tuſculanarũ dicit, quòd per effectus rerum intelligibilium, quæ ſunt ſenſibiles deuenitur in cognitionem rei intelligibilis, & inſenſibilis. Inuiſibilia enim Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ad rationes primo iſto modo cognoſcimus Deum: nàm cùm videamus in mundo res ordinatè procedere arguimus vnum eſſe gubernatorem, & ordinatorem rerum, & cùm gubernator debeat eſſe præſtantior rebus ordinatis, vt cauſa effectu, arguimus illam primam cauſam eſſe intelligibilè, nec alio modo, (vt dicit Cicero) ipſe Deus à nobis intelligi poteſt, niſi vt mẽs ſoluta quædam, & ſegregata ab omni concretione mortali, hæc ille.

Ad argumenta ad primum.

Nunc ad argumenta dicitur, ad primũ patet, quòd ſecundùm Commentatorem, iſta ſimilitudo eſt intelligenda, non quò ad impoſſibilitatem; ſed quò ad difficultatem, ſi autem velis intelligere ſimilitudinem iſtam, quò ad impoſſibilitatem; tunc intelligendum eſt de notitia intuitiua, vel etiam de notitia abſtractiua, quæ ſcilicèt eſt per propriam ſpeciem obiecti genitam ab obiecto.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum, cùm dicitur, quòd plùs diſtat intelligibile increatum, &c. Dicendum, quòd verum eſt in eſſe: non tamen incognoſcibilitate.

Ad tertiũ.

Ad tertium, cùm dicitur, quòd nihil intelligimus, niſi abſtrahendo à phãtaſmatibus: ſi intelligatur maior iſta; quòd nihil intelligimus, niſi cuius ſpecies præfuerint infinita ea falſa eſt, quia tunc nihil eſſet per ſe intelligibile: niſi eſſet per ſe ſenſibile, quia nihil aliud facit ſpeciem propriam in phantaſia. Iſtud autem eſt falſum, quia anima multas rerũ quidditates intelligit, quę non faciunt ſpecẽi propriam in phantaſia, anima enim ſe ipſam cognoſcit, & actus ſuos, & intentiones ſecundas, & multa alia, quorum nullam propriam facit ſpeciem in phantaſia.

Anima cognoſcit ſe actus ſuos intentiones ſecundas & multa alia.

Si autem intelligatur iſta maior nihil intelligimus, niſi per ordinem incipiamus à phantaſmatibus, tunc maior eſt vera, & minor falſa. Ad probationem autem eius de inadæquatione effectus, dico, quòd non plùs concludit, niſi quòd effectus ſubſtantiæ ſeperatæ non ducunt in cognitionem perfectam ſuæ cauſæ, ſed hoc non obſtante poſſunt ducere in cognitionem aliquam imperfectam,

Ad quartũ.

Ad aliũ autẽ de proportione finiti ad infinitum dico, quòd licèt finiti ad infinitũ nulla ſit proportio cõmenſurationis, poteſt tamen eſſe proportio cognoſcentis ad cognitũ, ſiuè

potentiæ ad obiectum, talis autem proportio non requiritur eſſe, nec in natura, nec in modo eſſendi, nec in natura, vel eſſentia, quia tunc oculus corruptibilis, iſto modo non videret Solem, & Lunam, & Stellas incorruptibilis, requiritur ergo proportio diſſimilitudinis, quæ eſt inter motiuum, & mobile: ſi autem corpus poteſt mouere intellectũ, multò magis incorporeũ, cuiuſmodi ſunt ſubſtãtię ſeparatę.

Ad quintum, cùm dicitur, quòd quidditas rei materialis eſt obiectũ intellectus, &c. patèt hoc ex dictis reſpondẽdo ad quæſtionem, quia per ſpecies rerum materialium, vel ſenſibilium cognoſcuntur res immateriales. Vndè eſt dictum tertio de Anima Capitulo Primo ſecundùm mentem Doctoris Subtiles Scoti 3. d. 1. ſentent. quòd quidditas rei materialis, vel ſenſibilis eſt obiectum intellectus pro ſtatu iſto, intelligẽdo non ſolùm de ſenſibili proprio, ſed etiam de incluſo eſſentialiter, vel virtualiter in ſenſibilibus. *Ad quintũ.* *Obiectũ intellectus pro ſtatu iſto.*

QVOMODO HOMINES SE iuuant in veritatis cognitionem.

CAP. II.

DEINDE oſtendit Philoſophus, quomodò homines ſe ipſos iuuant in cognitione veritatis, adiuuatur autem vnus ab altero ad cognitionem dupliciter, vno modo directè, alio modo indirectè. Directè quidem adiuuatur ab hiis, qui veritatem inuenerunt; nunquàm enim fuit Philoſophus aliquis ità expertus veritatis, quin aliquid verum dicerit in ſuis libris, & aliquid falſum, iſta autem Metaphyſica poſt modum in vnum collecta, introduxit poſteroires ad magnam veritatis cognitionem: indirectè enim iuuatur inquantum priores errantes circà veritem Poſterioribus exercitio occaſionem dederunt, vt diligẽter, diſcutione habita, veritas limpidiùs appareret; Eſt autem iuſtum is à quibus in tanto bono adiuti ſumus gratias agamus, ideò dicit, quòd iuſtum eſt gratias referre, non ſolùm his, quos quis exiſtimat, veritatem iuueniſſe, quorum opinionibus aliquis communicat ſequendo eas, ſed etiam iis, qui ſuperficialiter locuti ſunt ad veritatem inueſtigandum. Ex quo perpendere poſſumus, quàm venerare debeamus Doctores Theologiæ, qui mirùm immodùm fidem noſtram ſuis ſacris doctriuis illuſtrarunt: licèt circà

iuuamur dupliciter ad cognitionem veritatis. *Scientiarũ inuẽtoribus grates habenda.* *Scriptores Theologi veneratione digni.*

alias materias varias opiniones habuerint; tamẽ etiam grates referre debemus Philoſophis antiquis, etſi tot abſurda in libris ſuis poſuerunt.

Veritatis cõſideratio ad Metaphyſicam pertinet.

Conſequenter oſtendit Philoſophus, quomodo conſideratio veritatis ad primam Philoſophiam pertineat, quòd ex hoc probat, quia eſt ſpeculatiua, & finis theoricę, ſiuè ſpeculatiuæ eſt ſcire, ſcientiæ verò practicæ finis eius eſt opus; ſcientia enim practica inueſtigat veritatem, non propter ſe, ſed propter operari, ſcientia verò ſpeculatiua propter ſcire. Ideò ad ipſam maximè pertinet cognitio veritatis, inter autẽ ſpeculatiuas hæc maximè pertinet ad Metaphyſicã, cùm ipſa ſit conſideratiua primarũ cauſarũ, ſcilicèt primæ intelligentiæ, & ſecundarum, ſine quarum cognitione, nõ poſſumus habere cognitionem veritatis vt patet ex prędictis. Cũ autẽ cognitio primarũ cauſarũ ſit cauſa veritatis, in aliis, ipſa in ſe erit maxima veritas, quòd ſic probat, vnumquòdque eſt maximè, ex quo cauſatur in aliis vniuocè dictum eſt de illis, ſicut ignis eſt cauſa caloris in elementatis. Vndè cùm calor dicatur vniuocè de igne, & elementatis corporibus, ſequitur, quòd ignis ſit calidiſſimus, cùm igitur principia ſempiternorum ſint cauſa veritatis vniuoca in aliis, cùm veritas ſit eiuſdem rationis in omnibus ſequitur, quòd ipſa erit veriſſim a.

Finis practica ſcientia, & ſpeculatiua quiſnã ſit.

Quid intelligat Philoſophus per principia ſẽpiternorum.

Notandum, quòd per principia ſempiternorum hîc intelligit Philoſophus principia incomplexa, id eſt, primas cauſas, id eſt, ipſas intelligentias, quæ ſunt principia ſempiternorum, id eſt corporum ſuper cęleſtium, & quantùm ad eſſe, & quantùm ad moueri, quæ quidem probat eſſe cauſas veritatis in aliis, eo quòd ſunt cauſæ entis. Sicut autem res ſe habent ad eſſe, ita ad cognoſci, vt hîc dicit Ariſtoteles. Huiuſmodi autem principia ſunt veriſſima, id eſt, de ſe maximè cognoſcibilia, & manifeſtiſſima ad intellectum.

Res eodem modo ſe habent ad eſſe & ad cognoſci.

Propoſitionis famoſa declaratio.

Notandum ſecundùm Philoſophum primo Poſteriorum, propter quod vnumquodque tale & illud magis, quæ quidem authoritas, quia ſæpe allegatur in Philoſophia, Theologia, Metaphyſica, & Logica eſt nunc aliqualiter declaranda, & ſic poteſt intelligi, illud eſt magis tale, propter quod vnumquodq; eſt tale, vt quia cõcluſio eſt euidens ex principio, ideò principium eſt magis euidens, Vndè illi eſt magis credendum.

Cõditiones requiſita ad

Ad veritatem autem illius propoſitionis oportet, quòd illud prædicatum, quod conuenit alicui, per aliquam cauſam conueniat, & illi cauſæ, & ideò non ſequitur iſta infe-

riora ſunt generabilia, & corruptibilia propter ſuperiora, ergo ſuperiora ſunt magis generabilia, quia talia prædicata non conueniunt ſuperioribus. Item requiritur, quòd illud, quod eſt cauſa talis cauſati, ſit cauſa præciſa talis prædicati. Vndè non ſequitur, Domus eſt ſolida propter domificatoré, ergo domificator eſt magis ſolidus: ſoliditas enim non ineſt domui præcisè à domificatore; ſed à ſoliditate ſuarum partium.

propoſitionem Ariſt.

Item non tenet in cauſis accidentaliter ordinatis; non enim ſequitur, Sortes eſt homo propter Platonem, ergo Plato eſt magis homo.

Dicuntur autem cauſę accidentaliter ordinatæ, quandò vna dependet ab alia in eſſendo, ſed non in cauſando, vt filius licèt habeat eſſe à patre, poteſt tamen generare patre mortuo.

Cauſæ accidentaliter ordinatæ quæ.

In cauſis verò eſſentialiter ordinatis, eſt dependentia, & in eſſe, & in cauſare, vt Deus, Sol, & homo generant hominem; inferior enim cauſat in virtute ſuperioris, quod eſt intelligendum ſecundùm Scotum prima diſtinctione quarti, non quin cauſa ſecunda in ſuo ordine agat virtute propria, ſed dicitur agere in virtute alterius, quia virtus agentis dependentis non ſufficit ſine virtute illius, à quo dependet, quia verò ſi cauſæ in infinito procederent, tunc non eſſent primæ cauſæ & ſic, Metaphyſica non conſideraret primas cauſas, cuius oppoſitum dictum eſt prius.

Cauſæ eſſentialiter ordinatæ quæ.

Ideò ad hoc remouendum, oſtendit, quòd non eſt proceſſus in infinitum in cauſis, & primo oſtendit, quòd non eſt proceſſus in infinitum in cauſis efficientibus indirectis, vt quod A. cauſaretur ab E. & c. à C. & ſic in infinitum: ſed eſt deuenire in vnum primum principium. Et poteſt talis ratio formari; cauſa, vt cauſa habet rationem principij, ſi igitur, cauſæ eſſent, vel ſint infinitæ; non eſt dare primam, nec per conſequens vltimam, vtrumque repugnat rationi infinitatis, & ſic erunt omnes mediæ: tota ergo vniuerſitas cauſatorũ eſſentialiter ordinatorum eſt cauſata, vel igitur ab aliqua cauſa ſui ordinis, & vniuerſitatis, vel ab aliqua cauſa, quæ non eſt aliquid illius vniuerſitatis; non primo modo, quia tunc illa eſſet cauſa ſui, cùm tota illa vniuerſitas ponatur cauſata; ergo ſecundo modo; nàm vniuerſitas dependentium, dependet ab aliquo iſtius vniuerſitatis, iſta ergo cauſa, à qua dependet erit prima, & eſſentialiter ordinata; & ſic habetur propoſitũ. Secundò oſtendit, quòd non eſt proceſſus

Quòd proceſſus in infinitum in cauſis non datur

in infinitũ in cauſis materialibus, vt quòd ignis fiat ex aere, & aer, ex terra, & ſic in infinitum. Eſt enim deuenire ad vnã primam materiam, quę eſt vna ſecundùm rationem reſpectu omnium formarum, vt habetur primo de generatione, & eſt eadem numero in generato, & corrupto, quę quidem materia, licet habeat eſſe ab æterno ſecũdùm Philoſophum, tamen ſecundùm fidem noſtrã, & rei veritatem, fuit in principio mundi creata, ſic enim exponunt illud Geneſis primo. In principio creauit Deus cœlum, ſcilicèt empyreum plenũ Angelis, & terram, ideſt, materiam, ſed informem, ideſt, materiam primam.

Prima materia vna reſpectu omnium formarũ, quæ eſt eadem numero in generato & corrupto.

Materia prima creata fuit.

Dubium.

Materia cõtrariorũ an ſit eadem quæritur.

QVæritur, an eadem ſit materia contrariorum? Reſpondeo ſecũdùm Philoſophum primo de Generatione, quòd ſic, quia cùm contraria generantur ex ſe inuicem, vt ex aqua generatur ignis oportet, quòd ſit vna materia illorum, ità quòd cùm generatur ignis, & quod deſinit eſſe forma aquæ, & corrumpitur: eadem enim materia numero, quæ erat ſub forma aquæ in eodem inſtanti habet eſſe ſub forma ignis, ità quòd corruptio vnius eſt generatio alterius, & èconuersò.

Nota tamen ſecundùm Scotum diſt. 2. 4. ſent. quòd licèt ſit vna meteria numero in generato, & corrupto: non non tamen in duobus genitis ſimul exiſtentibus, Alia enim eſt materia numero in ente, & in me, & ſic debet intelligi dictum Philoſophi ibi, quia materia eſt quid omninò indidiſtincta, quod eſt verum ſecundum rationem, quia ſcilicèt eſt vnius rationis. Tertiò hoc oſtendit in cauſis finalibus, & hoc ſic, finis eſt illud, quod non eſt propter alia: ſed alia ſunt propter ipſum, aut igitur aliquid eſt tale, aut nihil, & ſic quidem ſiunt alaliquid tale. Illud erit vltimum in genere finium, & ſic non proceditur in infinitum, ſi autem nihil ſunt euinatur tale finis non erit, & ità tolletur hoc genus cauſæ, quod dicitur cauſa cauſarum.

Finis dupliciter capitur.

Notandum, quod finis poteſt dupliciter accipi vno modo pro termino durationis rei, vt mors, vel peſtis dicitur finis hominis, hoc enim modo finis non habet rationem cauſæ, Alio modo ſumitur finis pro illo quod mouet efficiens ad agendum, ſeu ad quod eius operatio ordinatur, & hoc modo finis eſt cauſa

Notandum

Notandum, quòd finis dicitur prior cauſa in intentione, quia primò occurrit in intentione efficientis, & dicitur vltima in executione.

Finis eur dicatur prior in intentiõe

Quartò, oſtendit, quòd non eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalibus.

Proceſſus infinit' nõ dari in cauſis formalibus.

Notandum, quòd cauſa materialis eſt ex qua cum aliquo aliquid fit, quia ex materia, & forma fit compoſitum primo Phyſicorum. In qua diffinitione intelligitur cauſa loco generis; reſiduum verò ponitur ad differentiam aliarum cauſarum ex fine enim, & efficiente non fit compoſitum, cùm illæ ſint cauſę extrinſecæ. Cauſa efficiens eſt à qua primò fit motus, vt effectus producatur in eſſe, vt dominificator mouet, & operatur ad hoc, quòd domus fiat. Cauſa finalis eſt cuius gratia aliquid fit, vt domus fit ad conſeruandum nos à pluuia, &c. Cauſa formalis eſt, quę dat eſſe rei, & conſeruat eam in eſſe, qua habita, res dicitur eſſe, ea verò abſente, dicitur non eſſe.

Cauſa materialis qd. Cauſa efficiens quid. Cauſa finalis quid. Cauſa formalis quid.

Circà quòd notandum, quòd licèt diffinitio includat formam, & materiam; tamen principaliter ſumitur à forma, quæ eſt principium eſſendi, & conſtituendi, & cognoſcendi. Vnũquodq; enĩ cõſtituitur in ſpecie per ꝓpriã formã, & ideò forma vocatur à Philoſopho quod quid eſt, ſiuè diffinitio, diffinitionẽ etiã vocamus cõmuniter rationem formalem.

Diffinitiões pricipaliter ſumũtur à forma. Forma vocatur quod quid eſt.

Ex hoc etiam patet, quòd tota diffinitio, debet habere rationem formæ reſpectu diffiniti. Philoſophus, igitur accepit proceſſum in formis, ſecundùm proceſſum in diffinitionibus, in quibus vna pars eſt prior altera, ſicut genus eſt prius differentia, & differentiarum vna eſt prior altera, & ideò ipſe volens oſtendere, quòd non eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalibus, probat, quòd non eſt proceſſus in infinitum in partibus diffinientibus. Et hoc ſic, impoſſibile eſt aliquid ſcire, priuſquã perueniatur ad indiuidua: per indiuiduũ accipitur ipſa ſpecies ſpecialiſſima, quæ non diuiditur per differẽtias eſſentiales, vel ipſa prædicata ſuperiora, quę non ſunt reſolubilia in alios conceptus, vt ens, & per hoc patet, quòd non eſt proceſſus in infinitum in diffinitionibus, nec in ſurſùm, nec in deorsùm, quòd non in deorſùm, quia non habetur perfecta cognitio de re, niſi cognoſcatur ſecundùm rationẽ ſpeciei; cognitio enim ſola eſt in vniuerſali eſt inconfuſa, & imperfecta; ſi igitur ponatur proceſſus in infinitum in forma deorsùm, deſtruetur perfecta cognitio de re, cùm infinitum inquantùm huiuſmodi non apprehendatur ab intellectu; ſimiliter non habetur perfecta cognitio

Quomodo Philoſophus accipiat proceſſum in formis.

de re, niſi cognoſcantur omnia prædicata ſuperiora, ipſis enim ignotis impoſſibile eſt inferiora ſcire perfectè, cùm in quolibet inferiori includantur, vt conceptus entis, ſubſtantiæ, corporis, animalis, hominis, in Socrate, Si igitur ſit proceſſus in infinitum inſursùm, in cauſis formalibus nihil perfectè ſciet, vt priùs argutum eſt.

Vnũquodque quomodo cognoſcatur. Item vnumquodque cognoſcitur per intellectum ſuæ formæ; ſed ſi cauſę formales ſunt infinitę non poterunt intelligi, quia infinitum inquantùm huiuſmodi non comprẽditur in intellectu; ergo iſta poſitio vniuerſaliter deſtruit cognitionem,

QVOD NON DANTVR *infinitæ ſpecies cauſarum.*

CAP. III.

POſtquam oſtẽdit Philoſophus quòd non eſt proceſſus in infinitũ in cauſis indirectis, oſtendit etiam quòd non ſunt infinitæ ſpecies cauſarum & hoc ſic, tunc putamus nos aliquid ſcire, cùm cognoſcimus omnes eius cauſas, ſed ſi ſint infinitæ ſpecies earum, nõ erit pertranſire iſtã infinitatẽ, ità quòd poſſint omnes cauſæ cognoſci, ergo etiam per iſtum modum excludetur cognitionem.

Cauſarum diuiſio. *Cauſa per ſe quid.* *Cauſa per accidens quid.* CIRCA prædicta, notandum, quòd vt dicit Scotus in hoc Secundo, &c. diſt. 1. ſentẽt. cauſarũ quædã ſunt per ſe, & quædam per accidens; voco cauſam per ſe, quę ſecundùm naturã ſuam cauſat, & non ſecundùm aliud ſibi accidens dicitur cauſare; voco autẽ cauſam per accidens, quæ nõ cauſat, niſi quia coniunct- cauſæ per ſe.

Duo exempla. Exemplũ Primi, ędificator ædificat, & homo generat hominẽ. Exemplum Secuudi, muſicum ædificat, & albũ generat.

Cauſarum ſecunda diſtinctio. Secunda diſtinctio eſt iſta, cauſarum, quædam ſunt eſſentialiter ordinatæ, quædam non, ſed accidentaliter. Exẽplum primi, Deus, homo, & Sol ſunt cauſæ hominis generati. Exemplũ Secundi, auus, & pater, ſunt cauſa in filiis. Differt autem hæc diſtinctio à prima, quia aliud eſt loqui de cauſis per ſe, & per accidens, & aliud eſt loqui de cauſis eſſentialiter, & accidẽtaliter ordinatis. *Iſtius ſecũdæ diſtinctionis diſcrimen à prima.* Nàm in prima diuiſione, eſt tantũ cõparatio vnius ad vnum, ſcilicet cauſæ ad cauſatum. In Secunda autem eſt duarum, vel plurium cauſarum inter ſe inquantùm à ſe eſt vnum cauſatum.

Triplex differentia inter cauſas Notandũ etiã, quòd cauſæ eſſentialiter ordinatę ab accidẽtaliter ordinatis tripliciter differunt. Prima differentia eſt, quia in cauſis eſſentialiter ordinatis. Secunda inquantùm

cauſat depēdet à prima. Vndè nō agit,niſi in virtute prima', vndè in accidētaliter ordinatis,ſecūda non depēdet à prima inquantūm cauſat,licet depēdet in eſſe ſuo, vt patet de filio, qui poteſt generare, patre mortuo. Secunda differentia eſt, quia in cauſis eſſentialiter ordinatis,eſt cauſalitas alterius,& alteri' ratiōis,&alterius ordinis,quia ſuperior eſt perfectior, ſed in accidētaliter ordinatis, non eſt ſic,iſta differentia ſequitur ex prima,quia nulla cauſa eſſentialiter depēdet à cauſa eiuſdem ordinis, quia in cauſatione alicuius, ſufficit vnū vnius rationis.

eſſētialiter ordinata & accidentaliter.

Prima differentia

Secūda differentia.

Ex iſta differentia ſequitur manifeſtè, quòd cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſunt alterius, & alterius ſpeciei, cauſæ accidentaliter ordinatæ ſunt eiuſdem ſpeciei.

Correlariū

Tertia differētia eſt,quòd oēs cauſæ eſſentialiter ordinatæ ſimul cōcurrūt,& requirūtur ad cauſandū effectū. Alioquin aliqua per ſe cauſaliter deeſſet effectui,ſiuè aliqua cauſalitas, ſed in accidentaliter ordinatis non neceſſariò requiritur ſimultas omniū cauſarū in cauſando. Et hęc differentia tertia, ſequitur ex prima, & ſecunda, licèt autē non ſit proceſſus in infinitū in cauſis eſſentialiter ordinatiſ, & vt probatum eſt priùs,benè tamē eſt proceſſus in infinitū in accidētaliter ordinatis,ſecundū viā Philoſophi, qui poſuit, quòd generatio nunquā incœpit,& per conſequens fuerūt generationes infinitæ: ſed quælibet generetio habet cauſam propriā efficiētem proximā,& finem, & materiā in his quæ generātur per ſecundā propagationē,& forma eſt terminus cuiuſlibet,&ſic ſūt cauſæ infinitę accidētaliter ordinatæ,nō tamē eſsētialiter

Tertia differentia.

Et ſi arguas, quòd etiam ſit proceſſus in infinitum in eſſentialiter ordinatis: quia inter primum efficiēs,& quodlibet aliud efficiens eſt diſtātia infinita; ergo poſſunt accipi in ea infinita: antecedens patet, quia primum efficiēs eſt infinitum:alia autē efficientia ſunt finita. Inter autē finitū, & infinitū eſt diſtantia infinita, probatio Conſequentiæ, quia quātò aliqua magis diſtant,tātò ſunt plura media inter illa.

Inſtantia.

Reſpōdeo,quòd duplex eſt diſtātia,quędam dimenſiua,& quędā perfectionis. Si loquamur de diſtantia perfectionis, ſic concedo antecedens;ſed tunc nego conſequentiam,ſicut patet de contrariis,quæ maximè diſtant tali diſtantia,& tamen ſunt aliqua contraria,non habentia medium.

Reſponſio duplex diſtantia.

Ad probationem Conſequentiæ patet, quòd procedit de diſtantia dimenſiua,de qua antecedēs eſt negandū, ſicut patet de ſe,quia inter Deum,& creaturam non eſt diſtantia localis,vel dimenſionis, ſed perfectionis.

Cauſarum diuiſio, & ſufficientia

Notandum verò, quòd cauſa diuiditur, in efficientem, formalem, finalem, & materialem, cuius diuiſionis ſufficientia, ſic poteſt haberi, quia cauſa, vel eſt extrinſeca, vel intrinſeca effectui; ſi intrinſeca, hoc dupliciter; quia, vel dat eſſe, & ſic eſt forma, vel eſt in potentia ad eſſe, ſic eſt materia. Si extrinſeca, vel eſt prior intētione, & ſic eſt finis; vel eſt prior executione, & ſic efficiens.

Idē tractatur in diuerſis ſciētiis diuerſi mode.

Notandum inſuper, quòd de eodem, poteſt tractari de diuerſis ſcientiis, ſed variis rationibus, vt de cauſis tractatur in Metaphyſica, inquantùm ſunt principia entium; in Phyſica, inquantùm ſunt principia motus, & rerum naturalium. In Logica vero, inquantùm ex habitudine cauſæ ad effectum ſumitur locus Dialecticus.

Modus procedendi in inquiſitione ueritatis.

Cur Logica præ aliis ſtā adiſcenda.

Conſequenter oſtendit Philoſophus modum procedendi in inquiſitione veritatis, dicens, quòd cùm non ſit facilè, quòd homo duo capiat, ſed dùm ad duo attendit, neutrum capere poteſt. Abſurdùm eſt enim, quòd homo ſimul quærat cognoſcere ſcientiam, & modùm ſciendi, qui cōuenit ſcientiæ, quod patet, quia homo debet prius addiſcere Logicam, quàm alias ſcientias, quia Logica tradit communem modum procedendi, in ſcientiis omnibus. Modus autem proprius ſingularum cauſarum in ſcientiis ſingulis circa principium tradi debet.

Deindè oſtendit, quòd diligens, & certa ratio, ſicut eſt in Mathematicis, non debet requiri, in omnibus rebus, de quibus ſunt ſcientiæ; ſed debet ſolùm requiri in his, quæ non habent materiam. Illa enim, quę habent materiam; ſubiecta ſunt motui, & variationi, & ideò non poteſt in eis omnimoda certitudo haberi, quæritur enim in eis, non quòd ſemper ſit ex neceſſitate; ſed quòd ſit, vt in pluribus. Immaterialia verò ſm ſe ipſa ſunt certiſſima, quia ſunt immobilia, ſed illa, quę in ſui natura ſunt immaterialia non ſunt certa nobis, propter defectum intellectus noſtri, vt ſuprà dictum; eſt huiuſmodi autem ſunt ſubſtantiæ ſeparatę, igitur, &c.

An cælum ſit cōpoſitū ex materia & forma?

Quæſtio Secunda.

Cælū ſecundùm Philoſophū eſt ingenerabile,

QVæritur vtrùm ſit cęlum compoſitum ex materia, & forma? Pro quo notandum ſecundùm Philoſophū, primo Cæli, & Mūdi, quòd Cęlū eſt ingenerabile, & incorruptibile. Ex quo ſequitur, quòd non eſt compoſitum ex materia, & forma, ſed eſt quędam eſſentia ſimplex; probatur Conſequentia octauo Metaphyſicæ dicitur.

Non omnis rei eſt materia, ſed quorum eſt generatio, & transmutatio adinuicem hæc habent materiam. *& incorruptibile.*

Ad cuius euidentiam, eſt ſciendum, vt dicit Scotus diſt. decima quarta Secundi ſententiarum; quòd aliter eſt dicendum de hac materia ſecundùm Philoſophos, & aliter ſecundùm Theologos. Philoſophus enim diceret, quòd in cælo non eſt materia, & forma, vt patet auctoritate præallegata, quia ſequeretur ipſum eſſe incorruptibile, tùm quia omnis potentia paſſiua eſt potentia contradictionis, ſed Cęlum eſt ſempiternũ ſecũdùm Philoſophũ, ergò in eo nõ eſt materia, tùm quia materiæ eſt annexa priuatio, quæ machinatur ad maleficium, primo Phyſicorum, tùm etiam materia eſt, qua res poteſt eſſe, & non eſſe, ſeptimo Metaphyſicæ.

Reſpondeo vno modo, quòd in cælo eſt materia, non tamen eſt corruptibile, & ideò remanet incorruptibile, quia omne, quod corrumpitur, à ſuo contrario corrumpitur. *Reſponſio.*

Contrà, iſta ſolutio non euadit, quin cælum ſit corruptibile, quantùm eſt de ſe, quia habet in ſe principium corruptionis, ſcilicèt materiam, tùm quia ſecũdùm Philoſophum; omni potentiæ actiuę, correſpondet aliqua potentia paſſiua, & è contrà, ſi igitur cælum eſt corruptibile in ſe, ergo eſt aliquod agens, quod poſſet eum corrumpere. *Obiectio.*

Aliter reſpondetur, quòd in cælo eſt materia, non tamen eiuſdem rationis, cum iſtis inferioribus; nec tamen poteſt, quantùm eſt de ſe transmutari de vna forma ad aliam. *Reſponſio.*

Contrà, ſi ſic hoc videtur inconueniens, & contra illud, quòd dicitur, quod vna eſt materia eiuſdem rationis, hic, & ibi, quia alias eſſent duæ materiæ primæ, alterius, & alterius rationis, cõſequens eſt falſum, tũ quia nõ ſunt duo fines primò, nec duo efficientes alterius, & alterius rationis, igitur, ſimiliter, nec duæ materię primę alterius, & alterius rationis, primò quidem difficilè videtur aſſignare, vt ſit alteritas iſta rationis in hac materia, & in illa; tùm quia dubium eſt, vndè ſit iſta alteritas materiæ, cùm forma diſtinguat, & ſeparet ſeptimo Metaphyſicæ, tùm quia conceſſa illa alteritate in materia, ſaltem in cælo eſt in potentia ad hanc formam, & ad priuationem huius, & ità erit in potentia contradictionis; ſed materia eſt ratio corrumpendi, quantùm eſt in potentia ad priuationem formæ, quam habet, ergo Cælum erit corruptibile. *Obiectio 2.*

Aliter reſpondetur, quòd in cælo eſt materia, & eiuſdem rationis cum iſtis inferioribus: non tamen eſt in potentia contradictionis, quia forma eius complet, & ſatiat totum *Alia Reſponſio.*

appetitum ſuum, reſpectu alterius formę.

Obiectio. 3. Contrà, nulla forma complet appetitum ſuæ materiæ: quia formaliter, vel ſaltē virtualiter, continet in ſe omnes formas, quibus ſua materia eſt priuata, ſed forma Cæli non eſt huiuſmodi, probato Minoris, & quòd non formaliter, patet de ſe; quod non virtualiter, patet de anima intellectiua; nullum enim imperfectum, continet virtualiter, aliquid perfectius ſe; Anima autem intellectiua eſt forma perfectiſſima omnium corporalium.

Corrolariū. Ex prædictis ſequitur corrolariè; vt dicit Doctor Subtilis Scotus, diſtinctione 9. 2. ſentent. quòd corpus cæleſtię, non eſt animatum ſecundùm viam Philoſophi, quia ſic neceſſariò haberet materiam, cùm anima ſit actus corporis organici.

Item vel eſſet animatum forma Animæ intellectiuę tantùm, vel non: ſed cum hoc alia anima, putà ſenſitiua; ſed quicquid des ſequitur, quòd habeat materiam, cùm Anima ſit actus &c. & per conſequens corruptibile.

Item, vel Cœlum eſſet tantùm materia, vel cū eo eſſet aliquid aliud perfectibile per animam: primum dici non poteſt, quia cùm Cœlum ſit quantum, ſequeretur, quod intellectus eſſet quantus: nec ſecundum, quia tunc Cœlum eſſet in potentia paſſiua, & potentia contradictionis, & non eſſet ſempiternum.

Obiectio 4. Sed contrà, ſecundo Cœli, & Mundi, & Duodecimo Metaphyſicæ dicit Philoſophus Cœlum eſſe animatum.

Reſponſio. Reſpondeo, ſi Philoſophus ponat Cœlum eſſe animatū, forma quæ ſit de eſſentia Cœli, contradicit ſibi, vt patet ex præcedentibus, ideò oportet eum exponere.

Officiū duplex reſpectu corporis. Philoſophꝰ quomodo exponẽdus, Nō loquitur de anima Cœli.

Pro quo notandum, quod anima habet duplex officium corporis ſcilicèt in formādi, & mouēdi, quia eſt forma corporis, & motrix eius, vbicūque igitur, loquitur Philoſophus de Anima Cœli, exponēdus eſt ſm conditionē, qua Anima eſt motrix eius, & nō forma, & iſta aīa eſt intellectiuā propria cōiuncta huic orbi, vt propria motrix, & aliis nō eſt, niſi vnica vniꝰ, ità quòd cōiungitur orbi in ratione motricis, & nō in ratione informātis, quod hìc ſit intellectus Philoſophi poſſet probari. Ex 8. Phyſic. vbi dicit, quòd primū mo diuiditur in duo, quorū vnum, per ſe mouetur, & aliud per ſe mouet, & eſt immobile per ſe, & per accidens, illud quod mouetur eſt cœlum, ſed mouens immobile eſt intelligētia, quę ſi eſſet forma Cœli, tunc ſaltem moueretur per accidēs, ſcilicèt ad motū Cœli vt ſicut Anima humana mouetur per accidens ad motum corporis per ſe.

Si autem loquamur ſecundùm viam Theologorum, ſic eſt dicendum, quòd corpus cœleſte, eſt verè compoſitum ex materia, & forma. Sic enim exponũt illud Geneſis primo. In principio creauit Deus Cœlum, id eſt Cœlum Empireum plenum Angelis, & terram, id eſt materiam informem omninò, vſque ad Cœlum Empireum, & ita materia quantùm eſt de ſe, eſt eiuſdem rationis in omnibus. *Theologorũ primo de Cœlo.*

Sed tunc ad dubium, quomodo Cœlum eſt incorruptibile, ſi habet materiã eiuſdem rationis cum iſtis inferioribus. *Dubium.*

Reſpondeo, quòd Cœlum eſt ſimpliciter corruptibile, cùm habeat materiam, mediante qua, poteſt eſſe, & non eſſe, Vndè Theologi habent diſcordari à Philoſophis in hac propoſitione, qua ſcilicet dicunt Cœlum eſſe incorruptibile & neceſſarium. *Reſponſio*

Et ſi quæras. Igitur poteſt corrumpi. *Obiectio.*

Reſpondeo, quòd cœlum, ſimpliciter eſt corruptibile, ſecundùm quid tamen eſt incorruptibile, vt patet authoritate Damaſceni dicentis, quòd Cœlum eſt corruptibile de ſe, tamen voluntate Dei eſt incorruptibile, quia Deus, illud non vult corrumpi, ſed perpetuò conſeruare, propter ſuos electos amicos, qui ſua tota voluptuoſitate gaudent, & gaudebunt in ſæcula ſæculorum. *Reſpõſio.*

Ratione etiam poteſt probari, tùm quia Cœlum non habet contrarium agens, potens vincere eius formam; tùm quia forma eius nihil eſt alterius rationis à formis elementorum, vel non: ſi ſic igitur forma cœli, non eſt capax contrariarum qualitatum, & ideò non eſt corruptibile, nec alterabile per naturam. Cœlum verò, nec eſt calidum, nec frigidum, nec humidum, nec ſiccum formaliter, tales enim impreſſiones, non ſunt formaliter in corporibus cœleſtibus; ſed virtualiter, ſicut Sol dicitur calidus; quia cauſat calorem in iſtis inferioribus. Et ſimiliter Saturnus, dicitur frigidus, & Luna humida virtualiter, vt patet in plenilunio tunc enim magis eſt plena, cùm Luna eſt in decremento ſui luminis, mare decreſcit, & cùm fuerit diminutum, iterũ incipit augeri, ſic quòd, cùm eſt in nouilunio, rurſus plenũ efficitur.

Si igitur quæritur, vtrùm Cœlum ſit animatum ſecundùm viam Theologorum? *An Cœlum ſit animatum ad mentem Theologorum.*

Reſpondendum eſt, quòd non, vt patet per Damaſcenum, dicentem corpora cœleſtia inanimata eſſe, item gloſa ſuper illud Iſaiæ. Audite Cœli, & Terra, quæ loquar, dicit quod Propheta nõ alloquitur inanimatũ, ſcilicet, Cœlum, & terram, ſed tantùm habitatores cœli, & Terræ, &c.

METAPHYSICÆ ARIST. LIBER TERTIVS.

Ratio Methodi proponitur, & quæſtiones multæ examinandæ præcenſentur.

CAPITVLVM PRIMVM.

NECESSE eſt ad eam ſcientiam, quam quærimus, ea primum nos aggredi, de quibus dubitare primum oportet &c.

POSTQVAM Philoſophus in Secundo Libro, oſtendit modum conſiderandæ veritatis, hîc procedit ad veritatem conſiderationis, ad quod in hoc toto Tertio Libro procedit modo diſputatiuo, plura dubia mouendo, & ad vtrãque partem arguendo; quia verò de his, quæ hîc mouet, nihil hîc determinat, ſed de ipſis in libris poſterioribus determinabit, ideò hîc præcisè tangãm duo, quæ in hoc Tertio dicit.

An quelibet ſcientia habeat demonſtrari per omnia genera cauſarum.

Primum eſt, quòd Ariſto. mouet hîc dubium, an quelibet ſcientia habeat demonſtrari per omnia genera cauſarum? Circa quod primò dicit, quòd in immobilibus, ideſt, in Mathematicis, quæ non mouent, nec mouentur; ſed abſtrahunt à motu, ideſt à materia ſenſibili, non eſt efficiens, nec finis; non enim eſt in his efficiens ſine motu, vt eſt ipſe Deus, nec efficiens per motum, vt eſt omne aliud efficiens à Deo; cùm huiuſmodi, vt ſic non habeant aliquod eſſe reale. Item in eis non eſt finis, quod eſt bonum ſecundùm ſe, in quod, ſcilicet alia ordinantur, licèt benè reperiatur in eis ratio boni, eo modo, quo ſunt entia, & ordinantur in vltimum finem: In Phyſicis autem poſſunt reperiri omnia genera cauſarum. Vndè cauſa efficiens domus eſt principium motus, vt eſt domificator, cauſa verò finalis eſt habitudo, ſiuè vſus ipſius, cauſa verò materialis, ſunt ligna, lapides, & cementum, &c. cauſa verò formalis eſt ipſa domus. In Metaphyſicis autem reperitur cauſa efficiẽs, cùm ibi conſiderẽtur primæ cauſæ, reperitur etiam cauſa finalis, cùm ibi tractetur de prima intelligentia, quæ eſt finis omnium, reperitur etiam cauſa formalis, cùm ibi conſiderẽtur rerum quidditates, quæ maximè ſumũtur à forma;

In Phyſicis omnia genera cauſarum reperiuntur.

quæ eſt principium cognoſcendi, materia autem ibi non conſideratur, niſi ſub ratione entis.

Secundũ, quod hîc tangemus eſt, quòd Ariſt. dicit, quòd ens non eſt Genus, quia ens prędicatur de differẽtijs, Genus autẽ nõ prædicatur de differẽtijs, quod ſic exponit Thomas genus inquit, non prædicatur per ſe de differẽtia, quia differẽtia nõ ponitur in diffinitione generis, nec genus in diffinitione differẽtiæ. Ens autem prædicatur de differentijs, quod ſic exponitur à Scoto, diſtinctione tertia primi ſententiarũ quæſtione prima, qua quæritur, vtrùm Deus ſit obiectũ adæquatũ reſpectu intellectus viatoris, in fine, vbi dicit, quòd duplex eſt differentia: quędam enim poteſt ſumi à parte eſſentiali, vltima, quæ eſt res, & nulla alia ab illo aliquo ſumitur conceptus generis; ſi ponatur pluralitas formarum, & genus dicatur, ſiuè à parte eſſentiali priori, & differentia ſpecifica, à forma vltima, tunc ſicut dicitur in quid de iſta parte eſſentiali, à qua ſumitur differentia ſpecifica. Ità dicetur in quid de tali differentia in abſoluto, ità, quòd, ſicut hæc eſt in quid, Anima intellectiua eſt ens, accipiendo eundem conptum, ſecundùm quem dicitur de homine, vel de albedine, ità hæc eſt in quid rationalitas eſt ens; ſi rationalitas ſit talis differentia; ſed nulla talis differentia eſt vltima; quia in tali continentur realitates plures diſtinctæ ex natura rei; & tunc talis natura poteſt concipi; ſecundùm aliquid, hoc eſt ſecundùm aliquam realitatem, & perfectionem, & ſecundùm aliquam ignorari, & ideò talis naturæ conceptus non eſt ſimpliciter ſimplex, ſed realitas, ſiuè perfectio realis talis naturæ, à qua vltima realitate ſumitur vltima differentia eſt omninò ſimpliciter ſimplex, & ità realitas non concludit ens quidditatiuè, ſed habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, vndè iſta realitas ſit A: hæc non eſt vera A inquantum A eſt ens, ſed eſt per accidens, & hoc ſiue A dicat illam realitatem, ſiuè differentiam in abſolutò ſumptam à tali realitate, quia igitur ens dicitur in quid de aliquibus differentijs, ſequitur, quòd ens non poteſt eſſe genus propter nimiam communitatem entis, nullum etiam genus dicitur in mutatione entis, nullum enim genus dicitur de aliqua differentia inferiori in quid, nec de illa, quæ ſumitur à forma, nec de illa, quæ ſumitur ab vltima realitate formæ, quia ſemper illud à quo ſumitur conceptus generis, ſecundùm ſe eſt potentiale ad illam realitatem, à qua ſumitur conceptus differentiæ, ſicut ad illam formam, ſi differentia ſumatur à forma, ex quibus colligi poteſt, quòd

Differẽtia duplex.

Correlariũ. Nicolai Boneti dua rationes.

ens non eſt genus,ponam tamen alias duas rationes, ſecundùm Magiſtrum Nicolaum Bonetum,in primo Metaphyſicæ ſuæ: Prima eſt, quia genus prædicatur de quibus prædicatur,vt pars eſſentialis, quia eſt pars materialis, ſe habens per modum materiæ in diffinitione rei, & nihil cadit in diffinitione,tanquam pars, quin ſit eſſentiale, vt patet, per Porphyrium.ſed ens de nullo prædicatur, vt pars eſſentialis, quia non eſt pars,ratio eius eſt,quia omne Totum eſt maius ſua parte, ſi igitur ens eſſet pars, aliquid eſſet maius ente, & ſic ens non circuiret totam latitudinem rerum. Secunda ratiò eſt,quòd ſit quidditas finita, & quod finitas eam, ſequatur tanquam modus intrinſecus eius, ens autem non eſt finitum.

Secunda ratio.

Quæſtio Prima.

AN GENVS PRÆDICETVR per ſe de differentia.

Prima ratio.

IVXTA prædicta poteſt dubitari; An genus prædicetur per ſe,de differentia? Videtur,quòd ſic, quia ratio eſt per ſe rationalis, ergo rationale eſt per ſe homo, ergo rationale eſt per ſe animal. Prima conſequentia probatur, quia propoſitio neceſſaria conuertitur in neceſſariam ex primo Poſteriorum,igitur per ſe in per ſe, ſi igitur rationale per ſe eſt homo,ſequitur, quod per ſe eſt animal; ſecunda conſequentia probatur, quia homo per ſe eſt animal, igitur per ſe eſt rationalis: Ergo rationale per ſe eſt animal; iſta illatio probatur; quia ſicut ex præmiſſis neceſſarijs ſequitur concluſio neceſſaria,ſic ex per ſe, ſequitur concluſio per ſe.

Secunda ratio.

Præterea, 7. huius,habetur, quod quando aliquid per ſe primo modo de aliquo in concreto prædicatur,omne vnũ per ſe dicitur de alio in abſoluto; iſtæ igitur ſunt veræ, humanitas eſt ratiõalitas; & humanitas eſt animalitas; quia iſtę ſunt per ſe primo modo,dicendo rationale eſt animal.

Tertia ratio.

Præterea,ſi genus per accidens prædicatur de differentia,igitur per accidens prædicatur de ſpecie, conſequens eſt falſum,ergo, & antecedens; Probatio conſequentiæ, quandò aliquid prædicatur de aliquo per accidẽs, prædicatur per accidens de quocunque,in quo illud formaliter includitur, differentia autem formaliter includitur in ſpecie; igitur ſi genus prędicatur per accidens de differentia, per cõſequens, & de ſpecie.

Contrà eſt Philoſophus in litera.

Philoſophiæ ſententia.

Item ſi ſic,ſequeretur, quod vnum animal eſſet multa, conſequens eſt falſum; igitur,& antecedens; Probatio conſequentiæ,quia animal,&rationale includuntur in conceptu quidditatiuo ſpeciei,putà hominis; aut igitur idem animal importatur per genus, & differentiam; aut aliud, & aliud. Si primum, igitur ens nugatio in diffinitione hominis: ſi ſecundum, habetur propoſitum; quia tunc homo erit duo animalia.

Ad quaſtionem reſponſio.

Reſpondeo,& dico, quòd genus non prædicatur per ſe de differentia;quod patet per Auicen. 5. Metaph, ſuæ,vbi dicit,quòd licèt genus, & differentia prædicentur de Toto, ideſt de ſpecie per ſe;non tamen ſignificat Totum per ſe,ſed genus ſignificat materiale, & differentia formale, vtrumque ſignificat partem;ſpecies autem ſe habet per modum totius, & ſicut materiale eſt extrà formale,ſic conceptus generis,eſt extrà conceptum differentiæ.

Ad argumenta, ad primum.

Ad argumenta, ad primum neganda eſt prima conſequentia; quia eſt fallatia conſeqnentis; perſeitas enim propoſitionis,ſignificat cauſam prædicati eſſe in ſubiecto:ſuperius autem non habet cauſam, quare inferius ſibi ineſt, ſed magis èconuetsò. In ſubiecto igitur poſt eſſe cauſa inhærentiæ prædicati, licèt in prædicato non ſit cauſa, quòd ſubiectum ſibi inſit. Ad probationem dico, quòd non valet ſimilitudo de propoſitione neceſſaria, & de propoſitione per ſe;ratio huius eſt, quia Antecedens non poteſt eſſe verum neceſſarium,niſi conſequēs ſit neceſſarium, alioquin poſſet eſſe verum ſine alio.Propoſitio igitur conuerſa non poteſt eſſe vera,quæ ſe habet,vt Antecedens; niſi propoſitio conuertens,quæ ſe habet, vt conſeqnens, ſit etiam neceſſaria. Veruntamen Antecedens poteſt habere cauſam, quare prædicatum ineſt ſubiecto,ſed non èconuersò, vt dictum eſt, alioquin vniuerſalis affirmatiua conuerteretur ſimpliciter, quia per ſe præſupponit dici de omni, propoſitio igitur non neceſſariò conuertitur in per ſe.

Dici de omni quid.

Notandùm,quòd dici de omni, eſt quandò nihil eſt ſumere ſub ſubiecto,de quo non dicatur prædicatum, vt omnis homo currit. Hic curſus prædicatur de omni homine, vndè tūc in aliqua propoſitione,eſt dici de omni,quādo ſcilicèt prędicatū,affirmatur de ſubiecto diſtributo, pro oībus ſuis ſuppoſitis,vt omne animal currit, oīs homo eſt animal, ergo omnis homo currit.

Dici de nullo quid.

Vndè notandum, quòd tunc, eſt dici de nullo in aliqua propoſitione , quandò prædicatum negatur de ſub-

iecto, diſtributo per ſignũ vniuerſale negatiuũ, pro omnib' ſuis ſuppoſitis, tũc enim nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, à quo non remoueatur prædicatum, vt nullus homo currit.

Ad Secundum. Ad ſecundum, per idem patet, quòd licèt ex præmiſſis neceſſarijs, quæ ſe habet, vt antecedens in Syllogiſmo, non poſſit ſequi, niſi concluſio neceſſaria, quæ ſe habet, vt conſequens, alioquin præmiſſæ poſſent eſſe veræ ſine concluſione, tamen ex præmiſſis per ſe poteſt ſequi concluſio per accidens, licèt neceſſaria.

Obiectio. Contrà, primo Poſteriorum dicitur, quòd ſi per accidens, igitur, non neceſſariò.

Reſponſio. Reſpondeo, illud eſſe verum de accidentibus comparatis ad ſubiectum: prædicatio enim per accidens generis de differentia, non eſt aliquis modus, per modum, qui opponitur ad neceſſarium, de quo per accidens, habetur primo Poſteriorum: quandò videlicèt accidens predicatur de ſubſtantia, vel ſubſtantia de accidente, vel accidens de accidente, de tali verum eſt, quòd ſi per accidens non neceſſariò. Differentia autem non ineſt propriè per accidens Generi, niſi accipiendo ineſſe alicui per accidens, quòd eſt, extra eius cõceptum quidditatiuum, & formalem, vel extraneum ei, & ideò talis prædicatio, poteſt ſimul ſtare cũ neceſſario.

Ad Tertium. Ad Tertium, dicendum, quòd præmiſſæ ſunt falſæ, ſcilicèt, humanitas eſt rationalitas, & ſimiliter humanitas eſt animalitas. Ad probationem dicendum, quòd duplex eſt *Concretio duplex.* concretio, & duplex abſtractio, vna concretio eſt ad ſubiectum, putà, quandò aliquid denominat aliud, quod eſt extra ſuam eſſentiam, & extra ſuum Genus. Alia eſt ad ſuppoſitum, quandò aliquid ſignificat, per modum denominantis ſuæ naturæ propriè: Exemplum primi, homo eſt albus. Albus denominat ſubiectum, quod eſt extra eſſentiam albedinis. Exemplum ſecundi, hæc albedo eſt alba, hæc albedo denominat ſuppoſitum albedinis, quod eſt eiuſdem naturę cum ea.

Abſtractio duplex. Similiter duplex eſt abſtractio correſpondens, vna à ſubiecto, alia à ſuppoſito proprio. Exemplũ 1., albedo abſtrahit ab homine. Exemplum ſecundi, albedo abſtrahit ab hac albedine, & humanitas ab hoc homine. Ad formam igitur rationis, dico, quod dictum Philoſophi ſeptimo huius, verum eſt de concretis, & abſtractis ſecundo modo, & non primo: Vndè ſi hæc eſt vera, hic homo eſt homo, iſta eſt vera, hæc humanitas eſt humanitas, non tamen ſic ſe habet in concretis, & abſtractis. Primo modo non enim ſequi-

tur, ſi homo eſt albus, igitur humanitas eſt albedo, ſic ad propoſitum, non valet, homo eſt rationalis, ergo humanitas eſt rationalitas, & cauſa eſt, quia rationale in concreto, ideò dicitur, vel prædicatur de homine, quia ratione ſuppoſiti ſignificat per modum totius. In abſtracto verò aufertur iſte modus, & ſignificat per modum partis, pars autem non prædicatur de toto, quare iſtæ ambæ ſunt falſæ, humanitas eſt animalitas, & humanitas eſt rationalitas.

Ad Quartum, nego conſequentiam, ad probationem dicendum, quòd maior probationis eſt vera, de prędicatione per accidens propriè ſumpta, quia non eſt in aliquo iſtorũ trium modorum, qui ponuntur primo Poſteriorum, de quibus ſuperius dictum eſt, ſed vt eſt per accidens largo modo, eo quòd prædicatum eſt extra eſſentiam ſubiecti, vel extraneum rationi eius, vt ſic per accidens diſtinguitur contrà per ſe.

Circà prædicta notandum ſecundùm magiſtrum Nicolaum Boneti, in primo Metaphyſicę ſuæ, differentia eſt, inter hominem, & humanitatem, ac conſimilia concreta, & abſoluta de Genere ſubſtantiæ, quæ quidem licèt non differant, realiter, nec formaliter, nec aliqualiter ex natura rei: differunt tamen in hoc ſolùm, quòd abſtractum eſt impoſitum, ad ſignificandum quidditatem, pro tua ly tantùm, connotat præciſionem ab omni prædicato poſteriori, per accidens, & per ſe ſecundo modo, ſicut equinitas, eſt tantùm equinitas ly tantùm excludit pro omni prædicato poſteriori, ſiuè per ſe, ſiuè per accidens, ſed non ab omni prædicato primo modo, quia à nullo excludit ea, quæ per ſe primò includuntur in ea: ſed concretum eſt nomen impoſitum ad ſignificandum penitùs eandem quidditatem: ſed non cum tali præciſione, ſed vt eſt indifferens ad prædicata per ſe, & per accidens. *Nicolai Boneti Notanda.*

Quia verò dictum eſt de prædicatione per ſe, & per accidens, & prædicatum denominans, aliquando prædicatur de ſubſtantia per ſe, aliquando per accidens, ideò aliqua tangam de prædicatione denominatiua. Et autem prædicatio denominatiua, vt dicit idem Doctor tertio Metaphyſicæ ſuæ, in qua prædicatum dicitur ineſſe ſubiecto, in quadam adiacentia, & formali inhærentia. Et ex hoc ſequitur, quòd ipſum denominat, id eſt, quòd ſubiectum ſecundùm nomen prædicati, habet appellationem ſicut quandò Albedo denominatur ineſſe ſubiecto, in quadam adiacẽtia, & formali inhærentia, tunc ſubiectum denominat, & ſecundùm appellationem ſui nominis, ſubiectum dicitur eſſe albũ *Prædicatio denominatiua quid.* *Corollariũ.*

Denominans, denominatum, & denominatiuum, quomodo denominantur. Denominans enim, & denominatum, & denominatiuum, eodem nomine denominantur, niſi quòd denominatiuum habet nomen effectus formalis, & denominans retinet ſibi nomen formæ. Denominatio enim, quædam eſt intrinſeca, & quædam extrinſeca: intrinſeca eſt illa, in qua prædicatum denominans intrinſecè adiacet ſubiecto; ſicut albedo parieti. Extrinſeca eſt illa, in qua prædicatum non adiacet intrinſecè, nec eſt vniuocum rei denominatæ, vt color dicitur viſus denominatione extrinſeca à viſione, quæ eſt in oculo. *Denominatio duplex. Denominatio intrinſeca quid. Denominatio extrinſeca quid.* Predicatum autem denominās, aliquando per accidens dicitur de ſubiecto, & eſt res alia à ſubſtantia, vt homo albus; aliquando autem prædicatur in ſecundo modo dicendi per ſe, & eſt idem realiter cum ſubiecto, vt homo eſt riſibilis, aliquando prædicatur in primo modo dicendi per ſe, & tamen cum hoc prædicatur denominatiuè, vt homo eſt animatus, & hoc concordat dicto Scoti. 12. diſt. 2. ſent. & 3. q. quodlib. Non ſolùm autem eſt prædicatio denominatiua accidentis ad ſubiectum: ſed etiam formæ ad ſuppoſitum propriæ naturæ: Vndè iſta eſt denominatiua, & in primo modo dicendi per ſe, homo eſt animatus. licèt iſta ſit per accidens, corpus eſt animatum, accipiendo per accidens pro extraneo; aliquando denominatum eſt idem realiter cum ſubiecto, non tamen idem primo, nec ſecundo modo, ſicut differentia de genere, & èconuerſò.

Concretum, & abſtractum idem ſignificant licet non eodem modo. Item notandum, quòd abſtractum dicitur principale: & concretum dicitur ſumptum, quia ſumitur ab abſtracto, vt album ab albedine, & dicuntur coniugata propter connexionem, quàm habent adinuicem; ſignificant enim idem, licèt differant in modo ſignificandi, quia concretū ſignificat formam cum cadentia, ſeu inhærentia ad ſubiectum, vel formę ad ſuppoſitum, quod denominat ſecundùm Scotum 12. diſtinct. 2. ſent. non autem abſtractum.

Prædicatio identica quid. Eſt autem quædam alia prædicatio, qua vtuntur Theologi in diuinis, quæ dicitur Identica. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd eſſentiale in diuinis ſecundùm Scotum, in 1. q. quodliberorum, non diſtinguitur contrà accidentale eo modo, quo ſumitur à Philoſophis, de quo dictum eſt in primo Capitulo de proprio, ſed diſtinguitur contrà notionale. *Eſſentia diuina vna numero in tribus perſonis.* Vndè quia eſſentia diuina eſt vna numero in tribus perſonis, illud dicitur eſſentiale, quod eſt ſimile eſſentiæ in modo prædicandi, & communitate reali; & ſic illa dicuntur eſſentialia, quæ ſunt communia tribus perſonis, *Eſſentialia, & Notionalia quæ.* vt potentia, ſapientia, bonitas &c. Notionalia verò dicuntur illa, per quæ notificatur diſtinctio perſonarum diuina-

rum, vt paternitas, filiatio, ſpiratio, &c. Et talia non ſunt communia tribus perſonis, ipſa autem eſſentialia ſunt formaliter infinita, Notionalia verò non ſunt infinita, niſi ratione identitatis cum eſſentia. Prædicatio igitur abſtracti de abſtracto, vbi vnum extremum, vel ambo ſunt infinita eſt vera identicè; vt ſapientia eſt bonitas, vel ſapientia eſt paternitas, quia infinitum identificat ſibi quodcunque ſibi compoſſibile, quòd probatur, quia infinitum non eſt compoſſibile; omne enim, quod poteſt aliquo modo componi poteſt eſſe pars, & per ſe, & per conſequens excedi, quia totum eſt maius ſua parte: non eſſet autem omninò incomponibile ad aliquod incompombile ſibi in eodem ſuppoſito, ſi non eſſet omninò idem ſibi, quia tunc eſſet ibi aliqua compoſitio ſaltem actus, & potentiæ: infinitum igitur identificat ſibi quodcunque ſibi compoſſibile; iſta autem Paternitas eſt filiatio, non eſt vera identicè, quia neutrum eſt formaliter infinitũ, de quo magis patebit in Theologia.

Aſſignantur autem communiter quatuor notiones, ſcilicèt innaſcibilitas, generatio paſſiua, ſpiratio actiua, ſpiratio paſſiua. Innaſcibilitas conuenit ſolùm patri, ſolùm enim pater eſt ingenitus, vel innaſcibilis, cùm ſolus pater ſubſiſtẽs, non productum, generatio actiua, ſeu paternitas, quod idem eſt etiã ſoli patri conuenit. Generatio verò paſſiua, ſeu filiatio cõueni ſoli filio, ſpiratio verò actiua cõuenit patri, & filio. Spiratio verò paſſiua ſoli ſpiritui ſancto cũuenit. De hac etiã dicitur Magiſter Nicolaus Boneti 3. Metaphyſicę ſuæ. Prædicatio idẽtica eſt, quãdo ſubiectum, & prędicatum ſunt idem, & habet duos gradus ſub ſe. Primus eſt, quando ſubiectum, & prædicatum ſunt omninò idem ex natura rei, vt homo eſt hõ, Dauid eſt Dauid. Alius gradus eſt, quando ſubiectũ, & prædicatum ſunt aliqualiter idem, & aliqualiter non idem, aliqualier dico, idem, quia ſunt idem identitate relatiua, & aliqualiter non idem, quia non ſunt idem in diuiſione abſoluta. Exemplum rationale eſt animal, homo eſt animal, in vtraq; prędicatum eſt non idem ſubiecto identitate abſoluta, ſed benè ſunt idem identitate relatiua. Eſt autẽ adhuc ſm eum, alia prędicatio idẽticè identica, & eſt illa, quando ſubiectum, & prædicatum habent aliquam identitatem in aliquo tertio, quæ eſt cauſa identitatis eorũ inter ſe. Exẽplũ, albũ eſt dulce, eſt prædicatio idẽticè idẽtica ꝑpter idẽtitatẽ earũ ĩ lacte. Et ſic patet, quòd prædicatio idẽticè idẽtica, depẽdẽt à prędicatiõe idẽtica, quia ſi extrema nõ eſſẽt idẽ idẽticè in 3. non eſſent idẽ inter ſe idẽtica idẽticè.

Notiones in diuinis quot.

Prædicatio nis idẽticæ duo Gradus.

Prædicatio idẽtice idẽtica quid.

METAPHYSICÆ ARISTOTELIS, LIBER QVARTVS.

Quodnàm ſit ſubiectum iſtius ſcientiæ.

CAPITVLVM PRIMVM.

EST *Scientia, quæ ſpeculatur ens, inquantum ens, & ea, quæ huic inſunt per ſe, &c.*

IN præcedenti Lib. Philoſophus diſputatiuè proceſſit de his, quæ debent in hac ſcientia conſiderari. Hic incipit procedere demonſtratiuè, determinando veritatem quæſtionum motarum, & quia prius oportet cognoſcere modum ſcientiæ, quàm procedere in ſcientia, ideò primò ſtabilit ſubiectum huius ſcientiæ, dicens, quòd eſt ſcientia quædam, quæ verſatur circà ens inquantũ ens eſt, ſicut circà ſubiectũ, & circà ea, quæ huic inſũt per ſe, ideſt proprias eius paſſiones, dicit autem (ſecundùm, quòd ens), quia ſciæ aliæ, quæ ſunt de entibus particulatibus conſiderant quædam de ente, cùm omnia ſubiecta ſcientiarum ſint entia, non tamen conſiderant omnes ſecundùm quòd ens, ideſt ſecundùm rationem entis in communi: ſed ſecundùm quòd huiuſmodi ens, numerus, vel linea, ſubſtantia corporea, vel huiuſmodi, dicit autem, & quæ huic inſunt per ſe, & non ſimpliciter, quæ huic inſunt: ad denotandum, quòd ſcilicèt ad ſcientiam non pertinet conſiderare, de his, quæ per accidẽs inſunt, ſcilicèt ſuo ſubiecto, ſed ſolùm de his, quæ per ſe inſunt ſibi. Dicit enim, quòd nulla alia ſcientia tractat vniuerſaliter de ente, & quòd iſta ſcientia, habet conſiderare prima principia, & primas cauſas, vt dictum eſt in primo. Quæ quidè ſunt cauſæ entis, ex quo patet, quòd ens inquantũ ens eſt ſubiectũ in hoc lib. Metaphyſicæ, quia illud eſt ſubiectũ in ſcientia, cuius principia, & per ſe paſſiones quæruntur.

Intentio Philoſophi in hoc libro, & modus ipſius procedendi.

Ens inquantum ens, eſt ſubiectum Metaphyſicæ.

Ad euidentiam huius notandum eſt, quòd cùm Metaphyſica ſit ſcientia realis, oportet, quòd ſubiectum eius dicat vnum conceptum realem, cùm ſubiectum ſit cauſa, & menſura ſcientiæ. Maioris autem entitatis non eſt effectus, quàm ſit cauſa, ſi igitur ſcientia ſit realis oportet, quòd

ſubiectum ſit quid reale: Vndè ſicut Sortes, & Plato circũſcripta operatione intellectus conueniunt plùs adinuicem, quàm duo indiuidua diuerſarum ſpecierum. Eſt inquam eadem humanitas in ambobus, non quidem numero. Alia eſt enĩ humanitas numero in Sorte, & Platone: ſed eſt eadẽ vnitate ſibi propria. Similiter duo animalia diuerſarum ſpecierum conueniunt in ratione animalitatis, non quòd in eis ſit vna animalitas vnitate numerali, vel ſpecifica; ſed vnitate ſibi propria, ſic ſuo mõ Deus, & creatura, ſubſtantia, & accidens conueniunt in vno conceptu reali entis, qui eſt vnus in ipſis vnitate ſibi propria, cùm à parte rei plus cõueniant Deus, & creatura, quàm Deus, & nihil. In prædictis aũt, licèt ſit aliqua ſimilitudo eſt tamen magna difformitas, licèt enim Deus, & creatura conueniant in aliquo conceptu entis, qui quidditatiuè includitur in conceptu Dei, & creaturæ, non tamen conueniunt in aliqua realitate potentiali, & contrahibili ad ipſa per aliquas realitates, ſeu differentias, ſicut conueniunt ſpecies eiuſdẽ generis: cùm enim, Deus ſit ſimpex in eo, non eſt ordo realitatum, quarum vna contrahat aliam. Et hæc eſt vna ratio, quare Deus non eſt in genere ſecundùm Scotum VIII. diſt. Primi Sententiarum, & ſecunda diſtinctione tertij ſententiarũ, realitas enim generis eſt potentialis ad realitatem differentiæ, & per eam contrahibilis, vt homo & equus conueniunt in realitate animalitatis, quæ contrahitur per rationalitatem, & irrationalitatem; per conceptum autem entis non intelligo actum concipiendi, vel intelligendi, quæ eſt in anima ſubiectiuè. Actus enim concipiendi, cùm ſit quædam qualitas de prima ſpecie qualitatis, non eſt tranſcendens, nec cõmune Deo, & creaturæ, ſed per conceptum entis intelligo rationem formalem obiectiuam entis, hoc eſt, ipſam quidditatem entis conceptibilem, quã habet eſſe obiectiuè in intellectum. Eſſe autem in intellectum poteſt intelligi dupliciter, vno modo, vt ſpecies, & habitus, qui ſunt ſubiectiuè in anima, Alio modo obiectiuè, & hoc dupliciter. Vno modo habitualiter, & primò, quandò ſcilicèt eſt ibi per ſpeciem manentẽ in intellectũ immediatè motiuã ad intellectionẽ, & ſic obiectum conceptibile eſt in anima ante actum concipiendi. Alio modo actualiter; & ſecundariò, putà quandò iàm mouet, & intelligitur, & ſic obiectum conceptum habet eſſe in anima. Ad propoſitũ dico, quòd conceptus entis habet eſſe obiectiuũ in anima, primo modo, & non ſecũdo mõ, de iſta materia dictum eſt aliqualiter in 3. cap. 1. huius, & adhuc magis dicetur, in 7. Deindè oſtendit Philoſoph.

Quid intelligatur per conceptum entis.

Eſſe in intellectu dupliciter.

qũo Metaph. habet conſiderare de ſubſtantijs,& accidẽtib. quod probat, per hoc,quòd nõ ſolùm ad vnã ſciẽtiã ſpectat cõſiderare de his,quæ dicũtur ſ᷑m vnũ,ideſt,quæ vniuocan͞t in vno conceptu,ſed de his,quæ dicuntur ad vnũ. i. quæ cõueniũt in aliquo analogo,ens aũt licèt non dicatur æquiuocè de ſubſtãtia,& accidẽte, tũ dicitur Analogicè,quod ꝓbatur,quia ſicut ſanitas dicitur de aı̃ali prı̃cipaliter,quia aı̃al eſt receptiuũ ſanitatis,& dicitur de vrina, quia eſt ſignũ ſanitatis,& dicitur de dieta,quia efficit ſanitatẽ in aı̃ali,ſic ens per prius dicitur de ſubſtãtia inquantũ eſt ens per ſe. Deindè dicitur de proprietatib. ſubſtãtiæ,& eius accidentib.inquantũ habẽt eſſe in alio. Tertiò dicitur de generatiõe inquantũ eſt via ad eſſe. Quartò dicitur de corruptiõe inquantũ eſt via in non eſſe. Quintò de priuationib. & negationib. inquantũ priuant ipsũ eſſe. Vñ dicimus,quòd nõ eſt,eſt nõ ens:quod nõ eſſet,niſi negationi,aliquo mõ corrũperet eſſe. Tale aũt eſſe licèt fortè non ſit in re, tamen ad minus eſt in intellectu,quia ratio de talibus negociatur, quaſi de quibuſdam entibus, & ratio de his aliquid affirmat, & negat.

Ad Metap. dicitur ſpectat conſiderare de ſubſtantijs, & accidentibus.

Qvaestio Prima.

Vtrvm ens sit vnivocvm?

Ex verbis prædictis Philoſophi poteſt oriri dubiũ, An ens ſit vniuocũ? Pro cuius diſcuſſiõe Primò, recitabo vnã opinionẽ. Secundò dicã aliter ad quæſtionẽ, Tertiò reſpõdebo ad argumẽta cõtrariæ opinionis. Attic.

Quantùm ad primum, eſt vna opinio tenens partem negatiuã, quæ probatur primò Auctoritate Philoſ. poſita ſupra.ſ.quòd ens dicitur de entibus, ſicut ſanitas de vrina, & animali,& dieta, & ſic eſt analogũ non eſt igitur vniuocũ. Primus. *Rationes pro parte negatiua.*

Prætereà, primò Phyſicorum dicitur,& eſt principium. Primum procedendi contrà Parmenidem,& Meliſſum ſcilicèt,quòd ens dicitur multipliciter. *Prima ratio. Secunda.*

Item Auctoritate Porphirj dicentis, quòd ſi quis omnia entia vocet, æquiuocè nuncupabit ea. *Tertia ratio.*

Prætereà arguitur per rationes primò ſic: ſi ens eſt vniuocum ad omnia entia,igitur eſt Genus. Conſequens eſt falſum,& contrà Philoſophum tertio huius,ergo,& antecedens,conſequentia patet,quia tunc ens diceretur in quid de pluribus differentibus numero:quod eſt propriũ generis. *Quarta.*

Confirmatur ratio,quia ſi ens eſt huiuſmodi,igitur præ-

plures. Cùm enim dicitur in generibus latēt æquiuocatiōes, nihil aliud eſt dicere, niſi quòd quantitas generis incōpleta, includit in ſe diuerſas naturas ſpecificas, ſiuè quidditati generis correſpondet aliquid ad extra, cui correſpondēt diuerſæ vnitates Phyſicales. Vniuocatio Logicalis eſt vnitas alicuius realitatis, vel intentionis primæ, ſub vna intentione Logicali concepta. Verbi gratia, ſub intentione generis, vel differentiæ, vel alicuius alterius ſecundæ intentiōis, Logicus enī conſiderat huōi ſecundas intentiōnes adiūctas primis. *Vniuocatio Logica quid.*

Ex quo concludo corrolariè, quòd aliquod tranſcendens eſt propriè vniuocū vniuocatiōe Logicali, quia licèt nulla ſecūda intētio in genere, putà genus, vel differētia, &c. competit alicui tranſcendēti, & exiſtenti extrà genus, ſicut patet, aliquando tamen ſibi competit ſaltem intentio vniuerſalitatis, quæ eſt Logica, & ſecunda intentio.

Secundò cōcludo corrolariè, quòd aliquid eſt vniuocū vniuocatiōe Logica, & æquiuocū æquiuocatiōe Phyſica, nec tñ hoc repugnat, patet enī ex prædictis, quod genus eſt vniuocū vniuocatiōe Logica, & æquiuocū æquiuocatiōe Phyſica. Vniuocatio Metaph. eſt vnitas alicuius primæ intētionis, abſtrahibilis à pluribus per intellectū ex natura rei, circūſcripta quacūq; intētione, 2. vel Logica, & hoc mō trāſcēdētib. nō repugnat vniuocatio, vt dicetur. Ex quo cōcludo corrolariè, quòd aliquid eſt vniuocū vniuocatiōe Metaph. quod non eſt vniuocū vniuocatione Phyſicali propriè loquendo. *Secundum corrolarium. Vniuocatio Metaph. quid. Primum corrolariū.*

De ſecundo ſit iſta prima concluſio. Ens ſumptum cōmuniter, non eſt vniuocū omnibus entibus, vniuocatione Phyſicali, hoc patet, quia cōceptui entis nō correſpōdet vna natura in re. Quę aūt ſit illa natura, cui correſpōdet talis vniuocatio, ſciēdū, quòd natura accipitur quatuor modis, vno mō dicitur, ōe illud, quod nō eſt nihil, ſecūdo mō, quòd eſt prīcipiū motus, & quietis, Tertio mō accipitur natura pro illo, quod poteſt agere, vel pati, quarto mō pro illo, quod eſt informatū dña ſpecifica, & eſſentiali, & fortè dicitur vnitas, minor vnitate numerali: Nàm Auicennas dicit, natura intendit ſpeciē, & producit indiuiduū, & ſic talis vniuocatio oritur ex proprijs prīcipijs intrinſecis ſpeciei, ſed prout iſta vnitas correſpondet illi naturæ, quæ poteſt agere, vel pati, tunc eſt vnitas numeralis, quia nihil aliud poteſt agere, vel pati, niſi indiuiduū, cùm Philoſop. dicat actiōes, & paſſiōes, ſunt ſuppoſitorū primo Metaph. Et hęc eſt ratio, quare Auicennas dicit in auctoritate prædicta, quòd natura intendit ſpeciem, & producit indiuiduū, quia ſolius indiuidui eſt agere, vel pati. *Tres concluſiones. Prima concluſio. Natura capitur quatuor modis. Natura intendit ſpeciem, & producit indiuiduum.*

Secunda concluſio.

Secunda concluſio ſit iſta, ens ſumptum communiter eſt verè vniuocum omnibus entibus vniuocatione Logicali, hoc patet, quia dicit vnam realitatem, vel propriam intentionem conceptam ſub intentione vniuerſalitatis, quæ eſt intentio ſecunda, vt prius dictum eſt.

Tertia concluſio.

Tertia concluſio ſit iſta, ens cõmuniter ſumptũ, eſt verè vniuocũ õb' entibus vniuocatione Metaph. ſic intelligendo, quòd ens dicit aliquem vnum conceptum realem abſtrahibilem ab omnibus participantibus, ens quidditatiuè, ſecundùm quem conceptum ens eſt prædicabile de omni ente vniuocè, & realiter, & in quid. Hanc oſtendo ſic: primò auctoritate Philoſophi in litera dicentis, quòd ens dicitur multipliciter, non tamen æquiuocè, igitur vniuocè. Probatur conſequẽtia, quia æquiuocum, & vniuocum ſunt immediata vtraque ex rationibus eorum: Vndè dicit Doctor Subtilis Scotus. diſt. 3. & VIII. 1. ſent. analogum non eſt medium, inter æquiuocum, & vniuocum, cùm ſint immediata, vt patet ex rationibus eorum. Omne enim Analogum eſt æquiuocum, vel vniuocum, vndè quædam Analoga ſunt æquiuoca, vt anĩal eſt ęquiuocũ, & Analogũ ad anĩal viuũ, & ad anĩal pictũ: quædã verò analoga ſunt vniuoca, vt ens eſt vniuocũ ad Deũ, & creaturã, ſubſtãtiã, & accidẽs, vt ipſe diffuſè declarat Scotus, vbi ſupra licèt tñ ſit analogũ, cũ accidẽs hẽat attributionẽ ad ſubſtantiã, & creatura ad Deũ.

Omne Analogum eſt æquiuocũ, vel vniuocum.

Æquiuocãs duplex.

Æquiuocũ à caſu quid.

Æquiuocũ à conſilio quid.

Notãdũ, quòd duplex eſt æquiuocũ æquiuocãs, ſcilicèt à caſu, & à cõſilio. Æquiuocũ à caſu, eſt dictio plura æquè primò ſignificãs, vt canis. Æquiuocũ à concilio dicitur Analogum, quod ſignificat vnum per comparationẽ ad aliud, vt aĩal ſignificat aĩal pictum per comparationẽ ad aĩal viuum.

Rationes.

Prima ratio.

Itẽ Arguo ſic, omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de duob. diuerſis, in quibus iſte certus quidditatiuè includitur habet conceptũ illum, de quo eſt certus, aliũ à cõceptibus de quib. eſt dubius, vniuocũ; ſed intellect' hoĩs poteſt eſſe certus de aliquo, quod ſit ens, dubitando, an ſit Deus, vel creatura, ſubſtãtia, vel accidẽs, & ſic de alijs, in quibus ens, vel conceptus quidditatiuè includitur, ſicut patet, ergo conceptus entis eſt alius à conceptibus illis dubijs, & vniuocus illis, ita quòd ex ſe eſt neuter illorũ, & includitur in vtroq; ipſorum. Maior ꝓbatur, quia ĩpoſſibile eſt eũdem cõceptũ eidẽ intellectui eſſe dubiũ, & certũ ſimul, igitur, vel erit alius, & habetur propoſitum, vel nullus, & tunc non erit certitudo de aliquo conceptu, eſt igitur alius, & ſi quidditatiuè includitur in illis, ſequitur, quòd non erit tantùm alius; ſed etiam vniuocus illis. minor probabiliter declaratur

primò de Deo, & creatura, quia quilibet Phūs in hoc fuit certus, quòd ponebat primu eſſe ēs, putà vn⁹, qui poſuit ignē, eſſe primū ali⁹ aquā, quilibet enī erat cert⁹, ignē, vel aquā eſſe ēs, erat tamē dubi⁹, an erat ens creatū, vel increatū; primū, vel nō primū; pbatio, nō ei erat certū, quòd eſſet primū, quia tū fuiſſet cert⁹ de falſo. Falsū autē nō cōtigit ſcire, nec erat certus, quòd eſſet ens, non primū, quia tūc non potuiſſet vnum. Secūdò probatur; de ſubſtātia, & accidēte, quia Philoſophi diuerſi diuerſimodè opinantur de lumine, quorū alius poſuit, quod eſt accidēs, ali⁹ quòd eſt corp⁹ & ſubſtātia, & ille q̄ poſuit quòd eſt ſubſtantia certus eſt, quòd eſt ens: ſed non eſt certus, quòd eſt ſubſtantia, quia tunc de falſo eſſet certus, nec quòd eſt ſubſtantia, quia oppoſitum poſuit. *Secunda ratio.*

Præterea, probatur ſpecialiter, quòd ens ſit vniuocum ad ſubſtantiam, & accidens ſic; ſi ens non eſt vniuocum ſubſtantię, & accidenti, igitur intellectus noſter nō poteſt habere conceptū quidditatiuū de ſubſtātia, cōſequens eſt euidenter falsū, ergo & antecedens; probatio conſequētiæ, quia ſubſtātia non immutat immediatè intellectum noſtrum ad intellectionem ſui, cùm non intelligatur pro ſtatu iſto, niſi per ſpeciem accidentis ſenſibilis; ſed nullus cōceptus quidditatiuus ſubſtātię poteſt haberi per immutationē accidentis ſenſibilis, niſi ille poſſet abſtrahi à conceptu accidentis, & iſte neceſſariò ſic abſtractus ſit vniuocus, aliàs non eſſet abſtrahibilis, talis cōceptus videtur maximè eſſe cōceptus entis, quare nullus alius eſſet quidditatiuus, maior patet, quia quicquid principaliter, & immediatè immutat intellectum illius abſentia poteſt naturaliter ab intellectu cognoſci, quādò nō immutatur, vt patet ſecūdo de aīa, quare viſus eſt pceptiu⁹ tenebræ, qn̄ videlicet viſui nō eſt lux preſens, nec viſus immutatur; Igitur ſi intellectus nr̄ naturaliter immutatur à ſubſtātia immediatè ad actū circà ipsā, ſequeretur quòd qn̄ ſubſtātia nō eſſet pręſēs poſſet in ſua absētia naturaliter cognoſci, & ità naturaliter poſſet in Hoſtia cōſecrata cognoſci nō eſſe ſubſtantiā præſentē, quòd eſt euidenter falſum null⁹ ergo cōceptus quidditatiuus habetur de ſubſtātia immediatè à ſubſtantia cauſatus, ſed tantùm cauſatus, vel abſtractus primò ab accidente, & talis non eſt niſi conceptus entis. *Tertia ratio.*

Præterea, arguo ſic, ex auctoritate Porphirii; ſi quis oīa entia &c. & ſuppono, quòd omnia ſit ſignū diſtributiuū· Tunc arguo ſic, quicquid diſtribuitur eſt vniuocū, ſed in prædicta auctoritate Porph. ēs diſtribuitur, ergo ēs eſt vniuocū, cōſequētia tenet, maior patet, per Ariſt. in Lib. Periarmenias, vbi dicit non oīs oratio eſt enuntiatiua, ſed in qua verum, vel fal- *Quarta ratio.*

ſicut dicimus, quòd qualitas eſt de numero eorũ, quę dicuntur multipliciter. i. quę habẽt ſuppoſita ſub ſe. Ad Porphyriũ dicitur vno modo, quòd ipſe allegat alium, ſi quis, &c. ità quòd non loquitur, ſecũdum opinionem propriã, vel poteſt dici, quòd loquitur ibi de ęquiuocatione Phyſicali. *Ad tertium*

Contrà, ipſe fuit ibi Logicus, ergo Logicè loquitur. *Obiectio.*

Reſpondeo multa dicuntur in Logica, non Logicè, ſicut enim 2. Metaph. dicitur, quòd in omni motu eſt materia, hoc tamen magis pertinet ad Phyſic. quã ad Metaphyſicũ. *Reſponſio.*

Ad primã rationẽ, ſi ens eſt vniuocũ, igitur eſt Genus, negatur argumẽtũ, quia arguitur ab vna cauſa veritatis ad propoſitionem habentẽ plures cauſas, quæ requiruntur ad rationẽ generis tertio modo dicti vt in 3. huius, Ad confirmationem de illis quinque vniuerſalibus poſitis à Porphyrio dicendũ, quòd ipſe ordinat lib. ſuum ad prædicamẽta Ariſt. ſicut ipſemet præmittit in Proemio ſuo, loquitur igitur de illis vnitatibus, quę alio modo inueniuntur in ordine prædicamẽtali; ſed propter illa eſt aliud vnibile, quod eſt tranſcẽdẽs, quod non pertinet ad aliquod prædicamẽtũ, ſcilicet ens cũ igitur arguitur, quòd non entia, dicendũ eſt, quòd verum eſt formaliter; ſed tamen ſunt entia eſſentialiter, & realiter. *Ad quartũ.*

Quòd autẽ illud, quod non eſt ens formaliter, dummodò ſit ens realiter ſit de intellectu entis, nullũ eſt inconueniens; ſicut rationale, quod nõ eſt animal formaliter eſt de intellectu hominis, qui verè eſt animal. Debes enim ſcire, quòd inter ens formaliter, & nihil, eſt dare mediũ, ſicut ſunt contrahẽtia entis, & paſſiones entis, & vltimæ differẽtiæ, & plura alia; tamẽ inter ens realiter, & nihil nõ eſt dare mediũ: ratio huius eſt, quia oẽ poſitiuũ, quod eſt extrà nihil, eſt idem enti realiter, cũ non poteſt eſſe abſq; eo, & identitas realis inueſtigatur per inſeparationẽ vnius ab alio, ſicut diſtinctio realis per viã ſeparationis, & nõ tamẽ formaliter, quia nulli eſt idẽ formaliter, niſi includatur in eo in primo modo dicẽdi per ſe, & per conſequens illis per ſe directè contentis in decem primis generibus. *In ens.* *Identitas realis quomodo inueſtigatur.*

Ad aliud de extremis contradictionis, aut intelligit, quòd iſta ſint ſub extremis contradictionis, totaliter, hoc eſt præcisè, quòd iſta ſint extrema contradictionis, tunc minor eſt falſa; quia Deus non eſt præcisè hoc, quòd non eſt eſſe ab altero, quia iſta negatio dicitur etiam de Chymera, ſicut ſicut creatura non eſt præcisè iſta non neceſſe eſſe, quia hoc etiam competit Chymeræ; ſed tã Deus, quã creatura; tã ſubſtantia, quã accidẽs eſt aliquid, cui cõpetit alterũ extremum *Ad quintũ.*

contradictionis. Si igitur accipias maiorẽ, quibuſcũq; autẽ cõueniunt extrema cõtradictionis;ipſa nõ vniuocãtur in aliquo cõmuni,illa maior eſt falſa,quia oĩa diuidẽtia per ſe aliquod cõmune ſunt talia; quia de ipſis dicuntur extrema cõtradictionis;& tamen vniuocãtur in ipſo diuiſo cõmuni.

Similiter in propoſito Deus,& creatura;ſubſtantia, & accidens prædicationẽ contradictionis poſſunt recipere,& tamen habent aliquod ſubſtractum illis extremis cõtradictionis, ratione cuius poſſunt habere aliquid commune.

Ad cuius euidentiã eſt notãdũ,quòd quãdò aliqua realitas intelligitur cũ ſuo modo intrinſeco, ille cõceptus nõ eſt itá ſimpliciter ſimplex,quin poſſit cócipi illa realitas abſque mõ ſuo;ſed tunc eſt cõceptus imperfectus rei ,poteſt etiã cõcipi cũ modo illo,& tunc eſt cõceptus perfectus adęquatus illius rei. Exẽplũ,ſi eſſet albedo in tribus gradibus intenſionis,poſito etiã, quòd eſſet ſimplex omninò in re , poſſet tñ cõcipi ſub ratione tantæ albedinis;& tũc perfectè cóciperetur cõceptu adæquato ipſi rei, vel poſſet præcisè cõcipi ſub ratione albedinis,& tunc cõciperetur cõceptu imperfecto,diſtincto á perfectione rei;cõceptus autẽ iſte imperfectus poteſt eſſe cõis,iſti albedini,& alij,cõceptus autẽ proprius nõ eſſet cõis,ſequitur igitur inter illa,diſtinctio illius,de quo accipitur conceptus proprius,& illius de quo accipitur conceptus cõis vt diſtinctio realitatis,& realitatis,ſed,nõ,vt diſtinctio realitatis, & modi intrinſeci eiuſdẽ realitatis, quę diſtinctio ſufficit ad habendũ conceptũ perfectũ , vel imperfectum de eodẽ,quorũ imperfectus ſit cõis,& perfectus ſit proprius.

Quomodo conceptus entis deſcẽdat in Deũ, & creaturam.

Ad propoſitũ conceptus entis cõis Deo,& creaturæ deſcẽdit in cõceptũ Dei,& creaturæ non per aliã,& aliã realitatẽ; ſed per modos intrinſecos, vt dicit Scotus 8. diſt. 1. ſentent. alterius,& alterius.ſ.per infinitum,& infinitũ,itá quòd ſicut cõceptus albedinis abſtrahit à tãto,& à tãto gradu albedinis pars albedĩs eſt cõceptus imperfect⁹, & inadæquatus huic vel illi albedini,itá etiam cõceptus entis reſpectu Dei,& creaturæ: Deus igitur,& creatura ſunt ſe totis diſtincta in realitate,& in cõceptu reali perfecto,& adæquato realitati cuiuſlibet:ſed hoc non obſtãte conueniunt in aliquo conceptu reali imperfecto,& inadęquato realitati,cuiuſmodi eſt conceptus entis, qui vt ſic abſtrahit ab omni modo intrinſeco realitatis Dei,& creaturæ,qui ſunt finitum,& infinitũ. Vndè cõceptus entis formaliter,non eſt finitus, nec infinitus poſitiuè, ſed communis vtrique abſtrahens ab vtroque.

Deus, & creatura quomodo diſtinguũtur. Et in quo conueniũt.

Conceptus entis neque finitus neq; infinitus poſitiuè.

Notandũ autem,quòd licèt ſit vniuocũ omnibus entibus tñ cõceptibus ſimpliciter ſimplicibus , cuiuſmodi ſunt paſ-

ſiones entis,& vltimæ differétię de quibus ens prædicatur in quid, vt dicit Doctor Subtilis diſt.3.1. Sentent.

Circà quòd notandũ eſt ſm eundẽ Doctorẽ ibidẽ aliud vniuocum eſſe, & aliud vniuocè prædicari. Vniuocum eſſe dr, cuius cõceptus in ſe eſt vnus; & hoc mõ ens eſt vniuocũ omnibus ſuis paſſionibus, & vltimis differẽtiis: & decẽ primis generibus. Vniuocè vero prædicari eſt, quãdo ratio, ſeu diffinitio prædicati includitur in ratione ſubiecti iſto mõ: igitur ens dicitur vniuocè de omnibus per ſe directè contẽtis in primis generibus, quia vedelicet in illis includitur in primo modo dicendi per ſe.

Quomodo vniuocum eſſe, & vniuocè dicere differunt.

Vniuocum eſſe quid.

Vniuocè prædicari quid.

Notandũ etiã, quòd vt dicit idẽ Doctor, 3. quæſt. quolibetorũ, ens, vel res poteſt accipi dupl. Vno mõ. ſ. prout eſt cõe omni enti reali, quod non eſt fabricatũ per operationẽ intellectus, & ſic eſt vniuocũ: alio mõ cõmnius, put ſe extendit ad omne poſitiuum, quod non eſt nihil: & ſic eſt cõmune enti in Anima, & extra Aĩam, & hoc modo non eſt vniuocũ; ſed eſt æquiuocũ, vt enim dicit idẽ Doctor. diſt. 39. 1. ſentent. Enti reali, & enti rationis nihil eſt commune vniuocũ: quia enim, quòd eſt ſimpl̃r. tale, & ſm quid tale, nihil eſt cõmune vniuocum, ens igitur in illa ſignificatione non dicit vnum conceptũ communem; ſed ſola vox eſt cõis.

Ens, vel res biffariam ſumitur.

Ens quãdo vniuocum Deo, & creatura & quando æquiuocum.

Notãdum verò, quòd per ens rationis nõ intelligo ens rationis, quod habet eſſe in Aĩa ſubiectiuè, vt ſpẽs, actus, & habitus: quia talia sũt verè ẽtia realia de gñre qualitatis: nec q̃a hẽt eſſe in intellectu obiectiuè, q̃a ſic oẽ vr̃e eſt in Aĩa, vt hũanitas quãdò cognoſcitur ab anima, tũc pducitur in eſſe cognitũ & illud eſſe cognitũ vocatur eſſe obiectiuè in aĩa, nõ quòd hũanitas ſit fabricata ab Aĩa: quia quidditas eſt quidditas, antequã ſit cognoſcibilis, & antequã cognoſcatur: quia quòd quidditas eſt quidditas hoc, habet de ſe in primo modo, & quòd ſit cognoſcibiliter, hoc habet de ſe in ſecundo modo; & quòd ſit ens cognitũ, ſiuè ens, quòd ab intellectu cognoſcitur hoc habet ab aĩa: ſed per ens rationis intelligo reſpectũ rati onis, vt eſt eſſe cognitũ, quod dicit reſpectũ rationis obiecti, vt cogniti ad intellectũ: & ſimiliter tale dicit reſpectum obiecti ad voluntatem.

Quid intelligitur per ens rationis

Itẽ ſecundæ intẽtiones ſunt reſpectus rationis, qui habẽt eſſe per intellectum cõparãtẽ magis cõe ad minus cõe: ſimiliter dextrum, vel ſiniſtrũ in colũna dicit reſpectum rationis cauſatum per intellectũ cõparantem colũnam ad dextrum vel ſiniſtrum in animali: vndè ſecundùm Doctorem Subtilem in quarto ſententiarum diſtinctione prima quęſtione ſecunda: ens rationis non ſumitur pro primo conſi-

Intentiones ſecundæ quid.

de vniuocatione entis.

Ens dupliciter ſumitur.

Ens æquiuocum probatur.

Ponam tibi tamen viam aliam de vniuocatione entis, aliatum à prima, quæ eſt via Magiſtri Nicolai Boneti: & eſt talis, ens dupliciter poteſt ſumi: vno modo, ſcilicèt pro vt eſt nomen impoſitum ad ſignificandum omne poſitiuum, id eſt; prout ſignificat omne illud, quod non eſt nihil, ſiuè ens reale, ſiuè ens rationis, ſiuè directè in genere; ſiuè indirectè, ſiuè extra genus: & iſto modo acceptum nec eſt vniuocum, ſed æquiuocũ, probatur hoc ſic, Tùm primò ratione, vniuocum dicit vnam quidditatem, vel naturam contrahibilem per differentias eſſentiales, vel indiuiduales ad ſua ſuppoſita, & inferiora: ſed ens, vt ſic acceptum, non dicit vnam quidditatem, vel naturam contrahibilem: igitur ens, vt ſic acceptum non eſt vniuocum: conſequentia tenet, & maior patet per Ariſto. in Antepredicamentis, minor probatur. Tùm primò, quia ens, vt ſic non dicit vnam quidditatem, ſcilicet quodammodò infinitas quidditates: tùm ſecundò, quia nihil contrahit ſeipſum, cùm igitur illæ differentiæ, per quas ens debet contrahi ſignificent idem, quod ens vt ſic acceptum, licèt non conuertibiliter, igitur aliquid contraheret ſeipſum, & contraheretur etiam ad ſeipſum, quod eſt omninò inconueniens dicere. Tùm tertio, quia omne contrahens debet eſſe extra rationem contrahibilis: quare nihil contrahit ſeipſum: ſed nihil eſt extra rationem ſic accepti, igitur ens, vt ſic acceptum non eſt contrahibile per aliquas differentias, vel non dicit vnam quidditatem contrahibilem, quod fuit probandum, & per conſequens ſequitur ex prædictis, quod ens ſic acceptum non eſt vniuocum, ſed æquiuocum, quod eſt intellectum.

Enti quãdo non conueniunt paſſiones propria.

Medium in demonſtratione paſſionis quid.

Propria paſſio vndè oriatur.

Et nota, quòd enti in tali acceptione non eueniunt illæ paſſiones, vnũ, verum, bonum, tanquàm propriæ paſſiones, quas Ariſt. in quarto Metaphiſicæ attribuit enti, inquantùm ens. Ratio huius eſt, tùm primò, quia medium in demonſtratione paſſionis eſt tantùm ipſa quidditas ipſius, ens autem, vt dictum eſt in tali acceptione non habet vnã quidditatem, ſed quaſi infinitas, ergo &c. tùm ſecundò, quia propria paſſio oritur à determinata quidditate ſubiecti: ſed ens, vt ſic non habet determinatam quidditatem: igitur ens, vt ſic non habet; quod fieret medium demonſtrandi paſſionem de eo, igitur, &c.

Ens quãdo vniuocum Deo, & creaturæ.

Vniuocum quid.

Alio modo accipitur ens, prout eſt nomen impoſitum, non ad ſignificandum omne poſitiuum; ſed prout importat aliquam quidditatem, vnam diſtinctam contra alias quidditates determinabiles, & determinantes contrahibilem tamen ad eas differentias eſſentiales: vel per vnam eſſentia-

lem aliam materialem: & ens vt ſic acceptum eſt vniuocum Deo,& creaturæ,ſubſtantiæ & accidenti: & hoc patet per diffinitionem nominis vniuoci. Vniuocum enim eſt nomen commune ſecundùm idem nomen, & ſecundùm eandem rationem formalem de pluribus prædicabile, ens vt ſic acceptum habet illas paſſiones vnum, verum, bonum, quia de eo dicuntur in ſecundo modo dicendi per ſe, elige quam volueris, prima placet mihi.

Vniuocũ quid.

QVOMODO AD HANC SCIENtiam ſpectat determinare de ſubſtantijs, & de vno, & de eius ſpeciebus.

CAP. II.

Text. *Bique autẽ, &c.* Hic cõſequenter ponit Philoſophus, quòd ſcientia hęc principaliter conſiderat de ſubſtantijs tali ratione. Omnis ſcientia, quæ eſt de pluribus, quæ reducuntur ad vnũ Primum, eſt propriè, & principaliter de illo primo, ex quo alia dependent, & hoc eſt vbique verum: ſed ſubſtantia eſt huiuſmodi, vel eſt hoc primum inter omnia entia, ergo primus Philoſophus, qui conſiderat omnia entia, debet principaliter conſiderare principia, & cauſas ſubſtantiarum.

Ens & vnũ eandem ſignificare naturam. *Vnũ quid.* *Doctrina notanda.*

Conſequenter oſtendit Philoſophus, quòd ad hanc ſcientiam ſpectat determinare de vno, & de ſpeciebus vnius, cùm ens, & vnum ſignificent eandem naturam, quod probat, quia illa, quæ nõ ſeparãtur in generatione, & corruptione ſignificant eandem naturam realiter: ſed ens, & vnum ſunt huiuſmodi, ſi enim generatur ens, generatur vnum, & ſi corrumpitur ens, corrumpitur vnum, igitur. Eſt autem vnum, quod eſt indiuiſum à ſe, & diuiſum ab alio. Dicitur etiam, quòd cùm ſignificent eandem naturam quot ſunt vnius, tot entis, ſicut ens ſubſtantia, quantitas, & ſic de alijs, quæ ſunt partes ẽtis, ſic idem, æquale, & ſimile, ſunt partes vnius. Nam idẽ eſt vnum in ſubſtantia, ſimile eſt vnum in qualitate, æquale verò vnum in quantitate, & ſimiliter ſecundum alias partes entis, poſſent ſumi aliæ partes vnius, ſi eſſent nomina impoſita; ſicut igitur ad vnam ſcientiam ſpectat conſiderare de omnibus partibus entis, ſiue ſecundùm rationem entis, & non ſecundùm rationes proprias, ſicut eſt de partibus vnius.

Quæſtio Secunda.

AN ENS, ET VNVM EANdem ſignificent naturam?

Rationes in contrarium. Prima ratio.

CIRCA prædicta poſſet dubitari an ens,& vnũ ſignificent eandem naturã? Er videtur, quòd nou,quia ſi ſic,igitur illa erit vera,vnum eſt tantum ens,conſequẽs eit falſum,igitur,& antecedẽs: talſitas cõſequẽtis paret ex primo Phyſic.vbi Ariſt. imptobat Parmenidẽ,qui poſuit tantùm eſſe vnũ ens, probario conſequentiæ,quãdò aliquid prædicatur de aliquo,conuertibiliter prædicatur de eo cum dictione excluſiua,ſicut ſi homo eſt riſibilis, ſequitur quòd tantùm homo eſt riſibilis.

Secunda ratio.

Præterea,diuidens non ſignificat eandem naturam cum diuiſo, ſed vnum determinat ens, ergo non ſignificat eandem naturam cum ente,ptobatio maioris, quia dicit oppoſitum,quia tunc condiuidẽs ex quo opponitur condiuidenti non participat diuiſum: ſi enim rationale diceret eandem naturam cum animali,irrationale non participaret animal. Similiter in propoſito,cùm vnũ,& multa diuidũt ens: ſi vnũ ſignificat eãdẽ naturã cũ ente cõuertibiliter,multitudo eſſet non ens: & ſic vnum,& multa non eſſent differentiæ entis. *Tertia ratio.*

Item vnum eſt determinati generis, non autem ens, igitur ens,& vnum non ſignificant eandem naturam; probatio antecedentis, quia cuius partes omnes, vel ſpecies ſunt determinati generis, ipſum eſt genus determinati, ſed omnes partes vnius ſunt generis determinati, ſcilicèt identitatis,ſimilitudinis, & æqualitaris,quia in genere relatiõis.

Contra eſt Philoſophus in litera.

In iſta quęſtiõe ſic procedã. Primò,quædã opinio præmittetur. Secundò imꝓbatio apponeť. Tertiò ad quæſtionẽ aliter dicetur. Quantùm ad primum,ſciẽdum ꝙ eſt vnà opinio Auicẽ. quæ ſtat in tribus dictis. Primũ eſt,ꝙ ens,& vnũ prædicantur de omnibus. Secundũ eſt, quòd non ſunt idem ſecundum naturam. Tertium eſt, quòd vnum eſt determinati generis,ſcilicet de genere quantitatis, & per conſequens nõ conuertitur cum ente: & ſupponit primum dictum ranquã verum, & ſecundum probar, quia ſic tunc dicendo vnum, eſſet nugatio, quod falſum eſt, conſequentia probat, quia tunc idem bis diceretur. Tertium probat, quia ſi conſtitutum,ſcilicèt numerus, qui conſtituitur ex vnitatibus eſt de genere qãntitatis, ſequitur, quòd ipſa conſtituentia,ſcilicet vnitates erunt de genere quantitatis,ſic non erunt conuerti-

Art. 1. Opinio Auicenna cum tribus dictis.

Digitized by Google

Contra tertium dictum arguit, ſubſtantia eſt prior omni accidente Septimo Metaphyſicæ, ſed prius in ſuo priori eſt cognoſcibile ſine poſteriori, igitur ſubſtantia in ſuo priori poterit intelligi ſine quantitate,& intelligi, ſicut vna indiuiſa in ſe, & diuiſa à quolibet alio, talis ergo vnitas eſt ſine quantitate,& ſic non erit de genere quantitatis. Item nullum tranſcendens eſt determinati generis, ſed vnũ eſt aliquod tranſcendens, cùm conuertatur cum ente ergo non erit alicuius generis determinati.

Quantum ad Tertium Articulum eſt alia opinio, Subtilis Doctoris Scoti. Ad cuius euidentiam ſic procedã, Primò præmittam aliquas diſtinctiones, Secundò oſtendã aliquas concluſiones. De primò,ſit iſta prima diſtinctio, quòd vnum dicitur dupliciter,quoddam eſt vnum, quod eſt principium numeri,quoddam eſt vnum, quod conuertitur cum ente:primũ vnum eſt de genere quantitatis, ſecundum vnum eſt tranſcendens,& paſſio entis, & quia quodlibet vnum eſt principium numeri alicuius. Ideò ſit hæc diſtinctio ſecunda,quod duplex eſt numerus; vnus in genere quãtitatis, alius tranſcendens,primus numerus cauſatur ex diuiſione continui,ſecundus autem cauſatur ex diuiſione eſſentiarum: principium primi numeri eſt vnum de genere quantitatis;principium ſecundi numeri eſt vnum tranſcendens,quod conuertitur cum ente, & ideò primus numerus eſt quantus. Secundus verò eſt quidditatiuus.

Art. 3. Doctoris Subtilis opinio.

Vnum dupliciter ſumitur.

Numerus duplex.

Quatuor concluſiones. Prima.

Tertia dinſtinctio ſit iſta, quòd vnum,quod cum ente conuertitur dicitur dupliciter, vnomodo communiter, largè,& ſimpliciter & hoc modo opponitur multitudini,& ſic noneſt paſſio entis,ſed diſiuncta,& eſt conuertibiliter cum ente,non ſimpliciter,ſed ſub diſiunctione.

Vnũ quod conuertitur cum ente dicitur dupliciter.

De ſecundo,& tertio articulo ſit iſta prima concluſio. ens,& vnum non dicunt eandem naturam conuertibiliter, ſi vnum accipiatur propriè,ſtriſtè, & ſecundùm quid;ſi autẽ accipiatur communiter, & ſimpliciter,ſic ens, & vnum dicunt eandem naturam conuertibiliter;prima pars concluſionis probatur ſic, quia ſi ens,& vnum ſic acceptum dicerent eandem naturam conuertibiliter, de quocunque prędicaretur vnum, & reliquum;ſed ens prædicatur de multitudine, igitur, & vnum,quod eſt falſum loquendo de vno ſic accepto. Secunda pars concluſionis huius, patet, quia de de quocũque prædicatur ens,& vnũ ſimpliciter, & largè ſũptum,& hoc modo multitudo eſt vnum, ſicut eſt ens.

Ens & vnũ non dicũt eandem naturam conuertibiliter.

Secunda concluſio, ens, & vnũ non dicunt eãde naturã, quiddiratiuè.

Secunda concluſio eſt hæc: ens, & vnum non dicunt eandem naturam quidditatiuè,& formaliter, & oſtenditur ſic: tùm primò,quia eſſet nugatio, dicendo ens vnum : tùm ſecundò,quia ens, & vnum non prædicantur de ſeinuicem in quid, igitur non dicunt eandem naturam quidditatiuè, & formaliter: conſequentia patet,ſed antecedens probatur, quia cùm vnũ ſit paſſio entis prędicatur de ente per ſe ſecũdo modo, ens autem nullo modo prædicatur de vno , ſed per accidens,quia ſecũdum Philoſophum primo poſteriorum, prædicationes per ſe non conuertuntur ſic,igitur nec vnum, nec paſſiones entis dicunt eandem naturam cum ente quidditatiuè,& formaliter.

Tertia concluſio, ens, & vnum eandem naturam dicunt realiter & diſtinguntur formaliter.

Tertia cõcluſio ſit iſta,ens,& vnum dicunt eandem naturam realiter,licèt diſtinguantur formaliter, vt præoſtenſum eſt in præcedenti concluſione,hæc concluſio patet per Philoſophũ in litera,cùm non ſeparantur in generatione,& corruptiõe,tùm quia ſunt idẽ realiter in tertio de quo prædicantur per ſe,& non per accidens, igitur inter ſe ſunt eadem, vel idem realiter,& ſic dicunt eandem naturam realiter.

Quarta cõcluſio vnũ aliquid formaliter dicit poſitiuũ.

Quarta concluſio eſt iſta vnum,quod eſt paſſio entis,dicit formaliter aliquid poſitiuum, probatur quia vnum dicit perfectionẽ ſimpl'r ,ſed negatio nõ dicit perfectionẽ ſimpl'r de ſe,& formaliter,igitur ipſum vnum non dicit puram negationem, maior patet , quia vnum in quolibet eſt melius ipſum, quàm non ipſum. Hæc eſt autem deſcriptio perfectionis ſimpliciter,quam ponit Anſelmus , & propter hoc ſumma vnitas attribuitur primo enti, cui nulla cõuenit imperfectio, minor etiam patet, quia priuatio , vt ſic habet rationem mali,& ſimiliter negatio.

Dua rationes contra iſtam opinionem. Prima ratio.

Sed cõtra iſtam arguit quidã ſic , illud poſitiuum, ꝙ dicit ſecundum ſeipſum formaliter vnum, vt diſtinguitur ab ente, vel eſt vnum,vel non vnum?non eſt dicendum, ꝙ non vnũ, igitur eſt vnum,tũc vel eſt vnum poſitiuè ſeipſo , vel aliquo alio,ſi aliquo alio quærã de illo,& ſic erit proceſſus in infinitũ: ſi ſeipſo ergo ſua vnitas ſuprà ſeipſum nõ addit, ergo. ſil'r dicã de ente,ꝙ ſe ipſo poſitiuè eſt vnũ, & per conſequẽs vnũ,vt formal'r diſtinguit ab ente nõ dicit aliquid poſitiuũ.

Secunda ratio.

Præterea, ens vt ſ'm ſuã rationem formalẽ diſtinguitur ab vno,vel eſt vnũ,vel nõ vnũ,& oportet dicere, ꝙ ſit vnũ, alioquin ſ'm ſuã rationẽ formalẽ nõ diſtinguitur ab aliquo,tũc, vt prius, ſi iſta vnitas dicit aliquod poſitiuum quærã de illo & ſic erit proceſſus in infinitum,vel ſtandum in hoc , quòd

ens eſt ſeipſo poſitiuè vnum, igitur vnitas non addit ſuprà ens aliquid poſitiuum.

Ad prædictas rationes reſponſio.

Reſpondeo, ad primam dico, quòd iſta ratio peccat per figuræ dictionis fallaciam, mutando quo in quid, quandò enim dicis, quod vnum, vel eſt vnum ſeipſo, vel aliquo alio. Dico ꝙ vnũ, cùm ſit principium, quo, non debet dici vnum ſm ſe, quia ſic haberet ratioñe ꝙ, ſicut albedo non eſt alba; ſed eſt illud, quo aliquid eſt album, ſic illud poſitiuũ, ꝙ vnũ addit ſupra ens, nec formaliter vnũ, nec formaliter non vnũ, ſed eſt illud, quo aliquid eſt vnũ, putà ens inquantũ eſt ens.

Ad primã.

ad ſecundam.

Ad ſecundum, dico, quòd ens, vt diſtinctũ formaliter ab vno, non eſt vnum formaliter, nec nõ vnum formaliter, ſed abſtrahit ab vtroque. Si tamen non accipiatur poſitiuè, vel contrariè, non priuatiuè, ſolùm, vel negatiuè, ſicut conceptus entis formaliter, & poſitiuè, nec eſt finitus, vel infinitus.

Ad primã rationem Auicennæ.

Ad rationes Auicen. Ad primam nego conſequentiam, ad probationem dicendum, quòd non reperitur idem bis omninò, quia cum identitate reali ſtat diſtinctio formalis, & ex natura rei, quæ tollit nugationem, & ideò dicendo ens vnum non eſt nugatio.

Ad ſecundam.

Ad ſecundam, nego antecedens, & ad probationem dico, quòd duplex eſt vnum, ſicut ex ſecunda diſtinctione patet, vnum quod eſt principium numeri cauſati ex diuiſione cõtinui, illud vtique eſt de genere quantitatis, ſed de tali vno non loquitur pro nunc, ſed de vno, quod eſt principium numeri cãti ex diuiſione eſſentiarum, ſi igitur inferas, igitur omnis vnitas eſt de genere quãtitatis eſt fallacia cõſequẽtis.

Ad Arg. principalia

Ad argumenta principalia igitur, vnum eſt tantum ens, concedo conſequens, accipiendo vnum proportionaliter, ſcilicèt, ſi communiter, communiter; ſi particulariter, particulariter; nàm cum vnum ſit paſſio entis, vnum formaliter accipitur, ſicut ens, cùm dicitur, quòd hoc infertur contra Parmenidem, & Melliſſum, primo Phyſicorum, dicendum, quod Parmenides ponit omnia eſſe vnum ſignificatum, & particulare ſimpliciter, & ſecundum rem, contra quem benè valet iſta propoſitio Philoſophi, ſed ego ſic non pono.

Ad ſm dicendum, quòd vnum diuidẽs ipſum ens, eſt vnũ ſm quid, & determinatè, & de tali arguit ratio, de quo conceſſum eſt in prima concluſione, quòd non dicit eandem naturam conuertibiliter cum ente; ſed hoc non obſtante vnũ aſſumptũ ſimpliciter, quod eſt propria paſſio entis vniuoca dicit eandem naturam conuertibiliter cum ente.

Ad Tertium dicendum, quòd vnum non eſt alicuius generis determinati cùm ſit tranſcendens, ad probationem dicendum, quòd minor eſt falſa; licèt enim ſimile, & æquale dicant relationes, & videantur tantùm eſſe de genere relationis, poſſunt tamen accipi tranſcendenter, quatenus omne ens omni enti comparatum, vel eſt idem, vel diuerſum, vel ſimile, vel diſſimile; æquale, vel inæquale. Vndè inter perſonas diuinas, quæ non ſunt in genere eſt identitas, ſimilitudo, & æqualitas, vt oſtendit idẽ Doctor Scotus diſtinctione tertia primi ſententiarum.

Quantitas duplex.

Ad cuius euidentiam ſciendum ſecundùm eundem dem Doctorem, vbi ſuprà, quòd duplex eſt quantitas, quædam eſt quantitas molis, alia vero virtutis, vel perfectionis. Prima enim eſt in genere quantitatis. Secunda verò eſt tranſcendens, cùm competat his, quæ non ſunt in genere, ſic duplex eſt æqualitas, quædam eſt de genere relationis, & fundamentum huius eſt quantitatis de genere quantitatis & de hac intelligitur tertia proprietas quantitatis, alia eſt æqualitas tranſcẽdẽs, & hæc fundatur in quãtitate virtutis, & reperitur in diuinis. Hæc Sco. 3. diſt. primi ſententiarum.

Aequalitas duplex.

Ad euidentiam autem cuiuſdam dicti Philoſophi in hoc quarto, ſcilicèt quòd indiuiduis eiuſdem ſpeciei non eſt ordo; ſciendum, quòd Ariſto. non vult negare omnem ordinem inter indiuidua eiuſdem ſpeciei, quin videlicet indiuidua hæc prius illa poſterius habent ordinem prout ſecundùm magis, & minus perfectius, & imperfectius participant naturam propriæ ſpeciei, hæc enim albedo intenſa perfectior eſt albedine remiſſa.

In indiuiduis eſt ordo eminentia, aut perfectionis.

Sed Ariſto. vult negare inter indiuidua ordinem eſſentialem, qui tantùm eſt inter dictincta ſecundùm ſpeciem, in indiuiduis, igitur eſt ordo eminentiæ, ſiuè perfectionis; non tamen eſt ordo dependentiæ eſſentialis illo modo, quo ponitur inter cauſas eſſentialiter ordinatas, quæ quidem ſunt diuerſarum ſpecierum.

QVOD AD EANDEM DISCIPLInam ſpectat oppoſita ſpeculari.

CAP. III.

Ad eãdem ſcientiam ſpectat cõſiderare oppoſita.

Voniam autem vnius, &c. Hic conſequenter oſtendit Philoſophus, quòd ad eandem ſcientiam pertinet conſiderare oppoſita; ſicut ad Medicinam conſiderare ſanum, & ægrum; & ad Grammaticam con-

gruum, & incongruum, iſta autem ſcientia conſiderat vnum, idem, ſimile, & æquale neceſſe eſt, quòd conſideret oppoſita, his ſcilicèt multum, alterum diuerſum, diuiſibile, & inæquale, & quæcunque alia ſint reducuntur ad iſta cuius modi eſt contrarietas; nàm contrarietas eſt quædam differentia eorum, quæ maximè diſtant in eodem genere, & ſic eſt quædam alteritas, ſiue diuerſitas.

Quænam conſiderantur ab iſta ſcientia.

Item hoc idem probatur, quia illius ſcientiæ eſt conſiderare paſſiones entis, cuius eſt conſiderare ens inquantum ens, ſed prædicta omnia ſunt per ſe accidentia entis, & vnius, igitur conſideratio eorum pertinet ad Philoſophum primum, & per eandem rationem ad eum pertinet etiam conſiderare de priori, & poſteriori, toto, & parte, quia hæc ſunt accidentia entis inquantum ens, dicit Ariſto. quòd ad Metaphyſicum pertinet conſiderare de negatione, & priuatione; cùm habeat determinare de vno, quod quidem vnum dicit negationem, & priuationē diuiſionis. Diſtingnit autem duplicem negationem, quędam enim eſt negatio ſimplicìter, & extrà genus, per quam abſolutè dicitur, quòd hoc non eſt illud: alia eſt negatio in genere, per quam aliquid negatur non abſolutè, ſed intra metas alicuius generis, ſicut cæcum dicitur, quod non natū eſt habere viſum: vndè negatio extra genus poteſt verificari, tàm de ente, quàm de non ente, quod non eſt natum habere affirmationem, quam entis de ente, quod eſt natum habere, & non habet: vndè tàm Chymera, quàm lapis, quàm homo poteſt dici non videns, non ſic de priuatione, quæ eſt negatio in genere, quia non omne non videns poteſt dici cæcum, ſed ſolùm, quod eſt aptum natum habere viſum, vt animal, vndè omne animal inquantùm animal eſt natum habere viſum, licèt non omne animal inquantùm tale, ideſt ſub ratione propria, ſicut talpa inquantùm talpa non eſt apta nata habere viſum; ſed ſolum inquantùm animal, negatio autem quæ importat vnum, cùm ponat ſubiectum, non eſt negatio extrà genus: ſed in genere, aliàs non ens poſſet dici vnum, importat autem negationem diuiſionis, non quidem quantitatiuè, cùm iſta ſit determinati generis, ſed diuiſionis formalis, quæ fit per oppoſita, cuius prima radix eſt opinio contradictoria, nàm illa diuiduntur ad inuicem, quæ ſic ſe habent, quod hoc non eſt illud. Dicit autem conſequenter, quod ad Metaphyſicum pertinet conſiderare de primis principiis demonſtrationis. Cuius ratio eſt, quia ad ipſum ſpectat determinare de ente inquantùm ens; habet etiam de-

Contrarietas quid.

Conſideratio negationum & priuatiuū ad Metaphyſicum ſpectat.

Negatio duplex in genere & extra genus.

Negatio extra genus quid.

Negatio in genere quid.

Negatio extra genus de quibus verificatur.

Priuatio eſt negatio in genere

Munus Metaphyſici eſt conſiderare de principÿs demonſtrationis.

terminare de his, quæ inſunt omnibus entibus, & non ſolùm alicui generi entium, ſed prima principia ſunt huiuſmodi, cum his vtantur omnes ſcientiæ particulares, igitur ad ipſum Metaphyſicũ pertinet tractare de huiuſmodi primis principijs, huiuſmodi autem principia non poſſunt per alia demonſtrari, cùm ſint propoſitiones per ſe notæ.

Propoſitiones per ſe notæ quæ. Prò quo ſciendum, quod propoſitiones per ſe notæ ſunt, quæ ſtatim notis terminis cognoſcuntur, vt dicitur primo Poſteriorum. Contingit autem aliquam propoſitionem, quantùm in ſe eſt eſſe, per ſe notam, non tamen eſſe per ſe notam omnibus, quia videlicèt ignorant diffinitionem ſubiecti, & prædicati, vt Boetius dicit in Lib. de Ebdom. quòd quædam ſunt per ſe nota ſapientibus, quæ non ſunt per ſe nota omnibus. Illa autem ſunt per ſe nota omnibus, quorũ termini in conceptione animæ cadunt, hæc autem ſunt communia eo quòd noſtra cognitio à communibus ad minùs cõmunia procedit, vt dicitur primo Phyſicorum. Et ideò iſtæ propoſitiones ſunt per ſe notæ; prima demonſtrationis principia quæ componuntur ex terminis cõmunibus, vt totum, & pars, &c. ſicut omne totum eſt maius ſua parte, quę vni, & eidem ſunt æqualia, inter ſe ſunt æqualia, & ſic de alijs, & quia huiuſmodi ſunt communes termini, pertinent ad conſiderationem Metaphyſici: ideo huiuſmodi principia ſunt de eius conſideratione: determinat autem ea Philoſophus non demonſtrando, ſed rationes terminorum tradendo, vt quid ſit totum, & quid pars, hoc autem cognito, veritas huiuſmodi principiorum, vt nota relinquitur; dicit autem quòd ad ipſum maximè pertinet conſiderare de primo principio, ſcilicet, impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, quod eſt certiſſimum, & firmiſſimum, tùm quia cognitis terminis neceſſe eſt ipſum venire in mẽtem, ſiuè cognoſci, tùm quia non eſt condictionale; nihil enim principium ſupponit ad ſui cognitionem, niſi cognitionem entis; alia autem præſupponunt iſtud, ſicut enim non poteſt cognoſci totũ, & pars, niſi ente cognito, ſic nec illud principiũ, omne totum eſt maius ſua parte, niſi iſto cognito, ꝙ habet exponi ex ente, tum quia de huiuſmodi principio non contingit dubitare, licèt enim Heraclitus dicat oppoſitum huius principij, tamen hoc non eſt opinatus: non enim neceſſe eſt quod quicquid aliquis dicit, hoc mente concipiat, vel opinetur, ſi enim Heraclitus credidiſſet idẽ eſſe laborare, & non laborare, nunquàm laboraſſet; ſed ſemper quieuiſſet: ſi etiã opinatus eſſet idem eſſe verberari, vel flagellare, & non ver-

Metaphyſici eſt conſiderare primũ principiũ.

Primum principium eſt firmiſſimum.

Heracliti opinio de primo principio.

barare verberantem ſe non increpaſſet, & ſic de alijs. Si autem contra hoc arguitur, quòd videlicèt contingit contradictoria opinari, quia contingit ſcire in vniuerſali, & ignoratur in particulari ex ſecundo Priorum: ſed particulare illud eſt contradictorium vniuerſalis, ſicuti vt omnem mulam eſſe ſterilem, & aliquam non, ergo, &c. Reſpondeo, cùm dicitur, quòd contingit ſcire in vniuerſali, ignorari in particulari, dicendum, quòd verum eſt, quandò noſcitur illud particulare contineri ſub vniuerſali, ſed propter hoc non ſciuntur contradictoria, non enim opinor contradictoria, niſi opinarer hanc mulam contineri ſub mula, & hoc autem facio, vt ſupponitur, quia ſi opinarer hanc mulam contineri ſub mula, impoſſibile eſſet ignorare hanc mulam eſſe ſterilem, ſi habeatur ſcientia de mula in vniuerſali.

Vlterius dicit Philoſophus, quòd huiuſmodi principium non poteſt demonſtrari, quod probát per hoc, quod non omnia ſunt demonſtrabilia, ſi enim omnia demonſtrarentur, cum idem p ſeipſum, vel per aliud oporteret, vel eſſe circulum in demonſtrationibus, quod eſſe non poteſt, quia ſic idem eſſet notius, & ignotius, vt patet, primo Poſteriorum, vel oporteret procedere in infinitum, ſed ſi in infinitum procederetur non eſſet demonſtratio, quia quælibet concluſio demonſtrationis, redditur certa per reductionem eius in principium demonſtrationis, quod non eſſet ſi in infinitum demonſtratio in ſurſum procederet: patet, igitur, quod non omnia ſunt demonſtrabilia, ſi autem ſunt alia non demonſtrabilia huiuſmodi eſt maximè primum principium, licèt igitur hoc primum non poſſit demonſtratione probari, cùm non ſit aliud principium eo notius, tamen poteſt huiuſmodi principium probabiliter oſtendi ex datis, & conceſſis ab his, qui dicunt oppoſitum huius principij primi, quæ licèt non ſint notiora ſimpliciter huiuſmodi principio, tamen ſecundùm quid, ſunt notiora inquantùm conceduntur ab his, qui huic principio contradicunt, & hoc modo arguit Philoſophus contrà ponentes oppoſitum huiuſmodi primi principij.

Primum principium non poſſe demonſtrari, probatur.

VTRVM PASSIONES ENTIS *poſſint concludi demonſtratiuè de Ente?*

Demõſtratio quid. *T. C. 5.* *Scientia impropriè quid.* *Propriè quid.* *Scire quid.* *T. C. 5.*

QVæritur vtrùm paſſiones entis poſſint concludi demonſtratiuè de ente? Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ex primo poſteriorum, hoc autem non intelligitur de ſcientia communiter ſumpta, quæ eſt apprehenſio vnitatis, qualitercunque ſe habentis, ſed de ſcientia propriè ſumpta, quæ ſecundùm Scotum in prologo primi ſententiarum, eſt cognitio certa abſque deceptione, vel dubitatione de cognito neceſſario cauſata à cauſa euidente per diſcurſum ſillogiſticum, hoc apparet ex diffinitione ſciæ primo Poſteriorum. Eſt enĩ ſcire rem per cauſam cognoſcere, & non contingit ſe aliter habere. Dicitur verò ſcientia eſſe de neceſſarijs, non quin de contingentibus, & corruptibilibus benè poſſit eſſe ſcientia, vt de Phyſica, ſed quia concluſio demonſtrationis non eſt veritatis contingentis, ſed neceſſariæ, de contingentibus enim poſſunt formari neceſſariç rationes. Actus enĩ, qui cõtingenter elicitur neceſſariò cõcluditur, ſic debere elici ad hoc, vt rectè eliciatur ſecũdùm Scotum, vbi ſuprà: vndè licèt cotingenter poſſit dari eleemoſina, poteſt tamen neceſſariò concludi, quod ad hoc, vt talis dâtio ſit recta, opottet quòd detur de proprio, non de alieno bono, propter Deum, vel pietatem, & non propter inanem gloriam.

De contingentibus etiã formãtur neceſſaria ratiões. *1. Rectè.* *Exemplũ.*

Ex tribus terminis conſtatur Syllogiſmus demonſtratiuus.

Notandum inſuper, quòd Syllogiſmus demonſtratiuus conſtat ex tribus terminis, quorum vnus eſt diffinitum, alius diffinitio, tertius propria paſſio, & hoc in potiſſima demonſtratione, ſcilicèt in demonſtratione propter quid, & eſt hæc ratio, quia triplicem habemus conceptum de ſubiecto paſſionis, Primus conceptus eſt conceptus, qui ditatiuus ſubiecti, & eſt primus conceptus, qui nobis aduenit de re, & eſt conceptus indiſtinctus: Secundus conceptus eſt de diffinitione ſubiecti, primus enim cognoſcitur res indiſtincta, quàm diſtincta; quia procedimus ab imperfectiori ad perfectius in cognoſcendo, & ille conceptus eſt conceptus diſtinctus, Tertius conceptus eſt conceptus paſſionis, quia conceptus de ſecundo modo ſunt priores conceptu de primo modo. Inſuper ſciendum eſt, quod

Triplex cõceptus in demonſtratione, quorũ primus eſt ſubiecti. Secundus diffinitionis, Tertius paſſionis.

Digitized by Google

Syllogiſmus demōſtratiuus ex tribus propoſitionibus.

Syllogiſmus demonſtratiuus conſtat ex tribus propoſitionibus factis ex illis tribus terminis, & ſicut illi tres termini habent ſe in ordine cognoſcendi, ſic illæ tres propoſitiones habent ſe in ordine; ità quòd prima propoſitio eſt in qua prædicatur diffinitio de diffinito, ſecunda in qua prædicatur paſſio de diffinitione, tertia in qua prædicatur paſſio de ſubiecto diffinito, & iſte ordo eſt congruus, quia prędicatio de primo modo præcedit prædicationem de ſecundo modo. Exemplum, omnis homo eſt animal rationale. Omne animal rationale eſt riſibile. igitur omnis homo eſt riſibilis. Ex quibus primò patet, quòd illæ Syllogiſmus demonſtratiuus non eſt in prima figura, quia medius terminus non ſubijcitur in maiori, quia prædicatum non prædicatur in minori, quia ſubiicit̃ ibi. Secũdò patet, quòd Syllogiſm⁹ ille non eſt in ſecunda figura, quia medium non prædicatur in minori, quia in ſecunda figura bis prædicatur medium, tertio patet, quòd ſimilis ille non eſt in tertia figura, quia in tertia figura bis ſubiicitur medius terminus; relíquitur igitur, quod ſit in quarta figura Syllogiſmus ille, ꝓpter quòd demr̃atiuus, & illa eſt in qua prædicatum maioris eſt ſubiectum minoris.

Exemplũ.

Demõſtratio propter quid duplex.

Inſuper ſciendũ, quòd demõſtratio propter quid eſt duplex, prima eſt, quãdò per diffinitionẽ ſubiecti demõſtratur paſſio de ſubiecto, ſicut patet in exemplo poſito: ſecunda verò vbi per diffinitionem ſubiecti demõſtratur paſſio de aliquo contento ſub ſubiecto, ſicut riſibile de Sorte, & Platõe. Ex quibus dictis elicitur talis cõcluſio, quod paſſiones entis, vt vnum, verum, bonum non ſunt demonſtrabiles de ente demonſtratione propter quid, probatur, quia in demonſtratione potiſſima oportet, quòd diffinitio ſubiecti ſit mediũ, ſed ens non habet diffinitionem, quia non habet priora ſe, & eſt ſimpliciter ſimplex, ergo, &c.

Concluſio ex dictis.

Demonſtratio quia, & quotuplex.

Inſuper ſciendum, ꝙ duplex eſt demonſtratio, quia ſicut duplex eſt demonſtratio propter quid, ſicut dictum eſt, prima eſt, qñ ꝑ paſſionẽ notiorem ſubiecti demõſtratur paſſio minus nota de ſubiecto, & hoc iterum dicunt, vel igitur illa paſſio notior ẽ p̃or, vel poſterior: ſi p̃or tunc vocat̃ demr̃atio quia à priori, ſi poſterior tunc vocat̃ demonſtratio quia à poſteriori, demonſtratio quia ſecundo modo dicta eſt, qñ ꝑ vnã paſſionem demonſtrat̃ alia de alio cõtento ſub ſubiecto. ſicut bonum demonſtrat̃ de ſubſtantia, quæ continetur ſub ente mediante vero, &, in illo Syllogiſmo demonſtratiuo, quia medium eſt paſſio, ſiuè ſit prior, ſiuè poſterior, & illę Syllogiſmus communiter fit in prima figura.

Concluſio ex di. ... Ex quibus elicitur talis concluſio, quod paſſiones entis ſunt demonſtrabiles de ente demonſtratione quia. Exemplum, *Exemplũ.* vbi paſſio entis notior eſt medium ad probandum paſſionem minus notam de ſubiecto, vt arguit̃ ſic, omne vnum eſt verum; omne ens eſt vnum, ergo omne ens eſt verum. Omne verum eſt bonum, omne ens eſt verum, ergo omne *Exemplũ.* ens eſt bonum. Exemplum, vbi paſſio minus nota eſt medium ad probandum paſſionem magis notam de ſubiecto, omne bonum eſt verum, omne ens eſt bonum, igitur omne ens eſt verum, & ſic ſequitur, quòd iſtæ propoſitiones, ens eſt vnum, ens eſt verum, ens eſt bonum ſunt propoſitiones immediatæ, quia prædicta non poſſunt demonſtrari de ſubiecto à priori ꝓpter quid, non quare ens dicitur vnum.

Vnũquid. Ad cuius euidentiam ſciendum, ꝙ vnumquodque, ꝙ in ſe eſt indiuiſum, & diuiſum ab omni alio dicit̃ vnũ, cùm igit̃ ens inquantùm ens ſit primum in latitudine entium, & in ſe eſt indiuiſum, & ab omni alio diuiſum, quia nõ eſt plures entitates, vel quidditates, igit̃ dr̃ vnum, & vnitas ſibi attribuit̃ ꝓ prima paſſione, quia orit̃ ex ſua quidditate, & prędicat̃ de eo in ſecundo modo dicendi per ſe. Ex prædictis patet, quid ſit dicendum ad quæſtionem, &c.

Text. *Contra Pythagoram, &c.*

Pytag. opinio reiicitur. Inſuper arguitur contra opinionem Pythagoræ, qui ponebat omnia, quæ videntur alicui eſſe vera, ex qua poſitione ſequitur contradictoria eſſe ſimul vera, conſtat enim, quod illi, qui habent diuerſas opiniones, quorum quidam ſunt mentientes, & quidam verum dicentes opinantur ſibi inuicem oppoſita, ſi igitur omnia, *Opinio iſta vndè ortũ habuit.* quæ apparent ſint vera, oppoſita erunt ſimul vera. Iſta opinio, quæ ponit omnia, quæ apparent eſſe vera ex hoc ortum habuit, quia de eiſdem ſenſibus inueniuntur contrariæ opiniones diuerſorum, illud enim, quod aliquibus videtur dulce, alijs videtur amarum. Similiter illud, quod nunc videtur dulce alicui, eidem videbitur amarum alio tempore: nec videbatur ipſis, quod poſſit aſſignari ratio certa per quam fiat manifeſtum, quæ iſtarum opinionum ſit vera, & quæ ſit falſa, quia non magis vna earum videtur vera vni, quàm altera alteri: & ideò oportet, quòd qualiter ſint veræ, vel æqualiter ſint falſæ. Et ideò dicit Democritus, quod aut nihil eſt determinatè verum in rebus, aut ſi quid eſt verum non eſt nobis manifeſtum: ſed hæc ra

io parùm valet: quod enim aliqua videntur amara infirnis, & dulcia ſanis hoc eſt, quia ſani habent organa ſenſuum benè diſpoſita: & ideò ſpecies ſenſibilium in eis repeiuntur prout ſunt, & propter hoc verum eſt iudicium ſanorum de ſenſibilibus, organa verò infirmorum ſunt indiſpoſita, vndè non conuenienter immutātur à ſenſibilibus, & ꝓpter hoc eorum iudicium de eis non eſt certū, vt patet ex guſtu, cuius organum eſt infectum, quia in infirmis corruptis humoribus, ea, q̄ ſunt boni ſaporis eis inſipida videnť. Similiter etiam verius eſt iudicium ſenſus in propinquum, quàm à remotis, quod ideò eſt, quia virtus agentis, quantò plùs in remotis porrigitur tantò eius effectus eſt debilior; ignis enim minus calefacit, quæ diſtant, quàm quę propinqua ſunt, ſic color non ità perfectè immutat dyaphanum in remoto, ſicut in propinquo.

Arguit autem Ariſtoteles, contrà hanc opinionem ſic, quia ſi omne apparens eſt verum, nec aliquid eſt verum, niſi ex hoc ipſo, quod eſt apparens ſenſui, vel opinioni, res autem, vt ſic non habebunt eſſe, niſi per relationem, ad ſenſum, vel opinionem, & ſic omnia erunt ad aliquid, cùm eſſe eorum non eſt, niſi per reſpectum ad ſenſum, vel opinionem: hoc autem eſt manifeſtè falſum.

Concludit conſequenter Philoſophus, quòd cùm impoſſibile ſit contradictoria verificari de eodē reſpectu eiuſdem, manifeſtū eſt, quòd nec cōtraria eidem ineſſe poſſunt, quia in contrarijs alterum eorum non minus eſt priuatio, quàm in aliis oppoſitis; licèt enim in contrarijs quodlibet illorum ſit aliquid poſitiuum, quòd non eſt in negatione, & affirmatione, priuatione, & habitu; alterum tamen eorum eſt imperfectum reſpectu alterius, ſicut nigrum reſpectu albi, & amarum reſpectu dulcis, ſic habent priuationem quandam adiunctam, priuatio autem eſt aliqua negatio. Sic igitur patet, quòd contrarium includit negationem priuationis, & ꝑ conſequens negationem, ſi igitur impoſſibile eſt affirmare, & negare ſimul de eodem, impoſſibile eſt contraria ſimul ineſſe eidem ſimpliciter; ſed ſi ambo inſunt hoc erit ſecundùm quid ex hoc, quod contradictio includitur in contrarietate, & priuatione.

Et ſimiliter poteſt dici de relatiuè oppoſitis: ſicut enim nigrum eſt non album, ità filius non eſt pater, vt ſic.

Dicit conſequenter Philoſophus, quòd ſicut cōtradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera, ità nihil poteſt eſſe medium

inter contradictoria: ſed de vnoquoque neceſſariò eſt, aut affirmetur, aut negetur.

Reprobatio Heracliti opinantis oia ſemper eſſe in motu Cratilli dementia.

Reprobat autem Phūs in hoc quarto opinionem, Heracliti, ac eius ſequentium ponentium omnia ſemper eſſe in motu, & ideò nihil eſſe verum. Pro qua opinione ad tãtam demẽtiam venit quidam eius diſcipulus nomine Cratillus, quod opinatus eſt, quòd non oportebat aliquid verè verbo dicere, & ideò nihil eſſe verũ, ſed ad exprimendum, quod volebat mouebat ſolùm digitum, & ideò, quia credebat, credebat, quod veritas rei, quam volebat enunciare prius tranſiret, quàm oratio finiretur.

Cauſa multorum errorum.

Prædictæ autem opiniones eis venerũt, quia neſciebant aliquas rationes Sophiſticas ſoluere, tùm etiam quia voluerunt habere rationes demonſtratiuas ad omnia probanda, & malè, cùm principiũ demonſtrationis, ſit indemõſtrabile.

Ad Metap. ſpectat diſputare cõtra negãtes principia aliarũ ſcientiarũ.

Finaliter probat Philoſophus, quòd ad primum Philoſophum ſpectat diſputare contrà negantes principia aliarum ſcientiarum, quia omnia principia firmantur ſuper illud, quòd affirmatio, & negatio ſunt vera de eodem ſil. & quòd nihil eſt medium inter illa, iſta autem ſunt propinquiſſima huic Philoſophiæ, cùm ſequantur rationem, entis quod eſt huius Philoſophiæ ſubiectum.

Quæſtio Quarta.

AN INTER CONTRADICTORIA ſit dare medium?

1 IVxta prædicta poſſet dubitari. An inter contradictoria cadat medium? Et arguitur, quòd ſic, quia eſſe, & non eſſe ſunt contradictoria, ſed inter eſſe, & non eſſe eſt medium, ſcilicèt, generatio, vt dicitur ſecundo Metaphyſicæ, igiturr; &c.

2. Præterea, quantò extrema magis diſtant, tantò ſunt pſa media inter ipſa, igitur ſi in infinitum diſtant ſunt infinita media inter ipſa ſed contradictoria diſtant in infinitum, igitur inter contradictoria erunt infinita media, probatio minoris, quia omni finito contingit intelligere maius, ſed nõ cõtingit maiorem eſſe diſtẽtiam, quàm illam, quæ eſt inter contredictoria, quia quæcunque daretur illa, caderet ſub contradictione igitur, &c.

3. Præterea ſi inter contradictoria eſt medium, per abnegationem vtriuſque extremi, quia ſcutum, cuius medietas eſt

alba,& medietas nigra,non eſt album,nec nigrum.

Præterea ſi inter cōtradictoria non eſt aliquod medium, igitur de quolibet eſt vera affirmatio, vel negatio (conſequens videtur eſſe falſum, quia ambæ iſtę ſunt falſæ, omnis homo eſt albus,& omnis homo non eſt albus, igitur & antecedens eſt falſum. 4.

Contra eſt Philoſophus in littera.

Reſpondeo in iſta quęſtione,ſic procedam. Primò ponā vnam diſtinctionem,in ſecundò dicam ad quæſtionem.

Quantum ad primum ſit iſta prima diſtinctio, quòd medium inter aliquam poteſt eſſe duplex, vel ſecundùm formam, vel ſecundùm ſubiectum. Exemplum primi in cōtrariis mediaris, croceum eſt, quædam forma media inter album,& nigrum. Exemplum ſecundi in priuatiuè oppoſitis, lapis enim nec eſt cæcus, nec videns. Primum medium participat vtrumque extremum. Secūdum autem diuiditur per abnegationem vtriuſque,vt patet ex textu hoc. *Mediū inter aliqua duplex.*

Quantum ad ſecundum,dico iſtam concluſionem, quòd contradictoria nullo modo habent medium hoc probo ſic,quandocunque alicui ineſt per ſe aliquid, eius oppoſitum nullo modo poteſt ſibi ineſſe nec per ſe,nec per accidens, illud patet inducendo, ſed carere medio ineſt contradictioni per ſe ſecundùm illud Philoſophi primo Poſteriorum. Contradictio eſt oppoſitio cuius ſecundùm ſe non eſt dare medium, ergo cōtradictoria nullo modò hñt mediū. *Concluſio Cōtradictiones nullo modo habēt medium. Cōtradictio quid.*

Sed contra iſtam diffinitionem arguitur, quod non ſit benè data, quia conuenit contrarijs immediatis,que ſecundùm ſe non habent medium, ſaltem ſecundùm formam. *Inſtantia.*

Reſpondeo,quod diffinitio data eſt multiplex,eo quòd negatio poteſt cadere ſuper ly ſecundùm ſe, vel per ſe, vt ſit negatio perſeitatis. & tunc ſenſus eſt, quòd contradictio eſt oppoſitio, cui non ineſt per ſe habere medium, & ſic non accipitur in hac diffinitione, vel poteſt èconuersò vt ſcilicèt ly per ſe, vel ſecundùm ſe cadat ſupra negationem, vt ſit perſeitas negationis, & ſic perſeitas affirmatur, & ſic accipitur in iſta diffinitione. Senſus enim eſt, quod contradictio eſt oppoſitio, cui per ſe ineſt non habere medium, & ſic nullo modo contradictoria habent medium ex quo carere medio ineſt eis per ſe, ſed primò modo, prout perſeitas negatur, ſic carere medio cōuenit cōtrarijs immediatis,& priuatiuè oppoſitis, quatenus carent media ſecundùm formam hoc tamen non obſtente habēr mediū per accidens ſcilicèt ſ'm ſubiectum, nam carere medio non ineſt eis per ſe, vt *Solutio Diffinitionis cōtradictionis declaratio.*

ly per ſe cadat ſupra ly non habere medium, & eſt perſeitas negationis, & ideò non repugnat ei habere medium peraccidens modo preęxpoſito.

Duo ſunt de ratione cõtradictionis. Notandum etiam, quòd de ratione contradictionis ſunt duo ſcilicèt; quod alterum extremum nihil ponit, & alterum neceſſariò ineſt Cõtraria tamen immediata lieèt ſecundùm ſubiectum aptum natum habeant vnam illarum, ſcilicèt ꝙ alterum ineſt neceſſariò, non tamen habent aliam, quia vtrumque eorum eſt aliquid poſitiuum.

Non eſſe capitur bifariam. Ad primum dico, quòd nõ eſſe poteſt capi dupliciter, vno modo pro non ente ſimpliciter, quòd, ſcilicèt, eſt purum nihil, alio modo per ente imperfecto, & per comparationem ad ens perfectum, reſpectu cuius eſt in potentia dicitur non ens, vt ſemen reſpectu animalis ingenerandi, primò modo eſſe, & non eſſe contradictoria, & inter ipſa nullum eſt medium. Secundo modo eſſe, & non eſſe non ſunt contradictoria: ſed ſe habent ſicut priuatio, & habitus: & ſic ſunt termini generationis: & iſto modo benè eſt medium inter illa, de quo nota ea, quę dicta ſunt quinto Phyſicorum.

Diſtantia duplex. Ad ſecundum dicendum, quòd duplex eſt diſtantia, quędam dimenſiua, & quædam perfectionis, prima diſtantia eſt propriè dicta, & eſt de genere quantitatis: Secunda eſt tranſumptiuè ſumpta, & transfertur ad alia, vt ad oppoſita, cù igitur, dicitur, ꝙ quãtò magis extrema diſtãt, tãtò sũt plura media inter illa, dicendũ eſt, quod maior eſt vera de diſtãtia dimenſiua, & tũc minor eſt falſa quia contradictoria non ſic diſtant, maior autem eſt falſa de diſtantia perfectionis, quare contraria immediata maximè diſtant tali diſtantia, & tamen nullum habent medium; contradictoria autem habẽt hanc diſtantiam, quia vnum eſt priuatio alterius, non autem alia, de qua procedit ratio.

Ad Tertium de ſcuto dicendum eſt, quòd non eſt incõueniens idem ſcutum eſſe album, & non albũ quia non eſt ſm idem, vnum enim contradictoriorũ ineſt modo ex parte vna, & aliud ex alia: & ideò neutrum ineſt ſimpliciter, ſed vtrumque ſecundùm quid.

Obiectio. Contrà, quia tunc inter contradictoria erit ſicut inter cõtradictoria immediata.

Solutio. Reſpondeò in cõtrariis immediatis datum eſt ſubiectum medium, cùm neutrum ineſt, nec ſimpliciter, nec ſecundùm quid; lapis enim, nec eſt ſanus; nec ęger: non ſic de contradictoriis: alterum enim neceſſariò ineſt, vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid.

Ad vltimum dico, quòd contradictoriorum incomplexorum alterum ſemper dicitur de quocunque, dummodò terminus pro quo ſumitur non accipiatur confusè, & diſtributiuè. Ratio huius eſt, quia vnum vni ſuppoſito poteſt ineſſe, & alteri alterum: Vndè neutra illarum eſt vera, omnis homo eſt albus, & omnis homo non eſt albus. Contradictoria etiam non prædicātur de quolibet cum reduplicatione; vndè vtraque iſtarum, eſt falſa homo inquantùm homo eſt albus, & homo inquantùm homo non eſt albus, quia tunc de neceſſitate homo eſſet albus, vel non albus. Similiter etiam contradictoria, non prædicātur perſe, vt dicit Scotus 2. diſt. 1. Sentent, vtraque enim iſtarum eſt falſa, homo per ſe eſt albus, & homo perſe non eſt albus, nec albedo, nec eius cōtradictorium ineſt per ſe homini.

DE OPPOSITIONIBVS.

Cap. IIII.

Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter, &c. Text.

Vtrum diuiſio oppoſitionis ſit benè data? Et arguitur, quòd non, tùm primò, quia omnis diuiſio debet eſſe bimembris per Boëtium libro Diuiſionum; ſed iſta non eſt huiuſmodi, quia eſt quadrimembris, igitur, &c. tùm ſecundò, quia oppoſitio priuatiua coincidit cum oppoſitione contradictoria, ergo diuiſio non valet, cùm membra diuidentia non debeant coincidère, antecedens probatur, quia in oppoſitione cōtradictoria alterum mēbrum eſt non ens, quia à priuatione in habitum impoſſibilis eſt regreſſio, ergo, & per conſequens priuatio eſt non ens ſimpliciter, quia non ens actu, & non ens potentia: nàm ſi eſſet ens potentia poſſibiliter eſſet regreſſio, ergo, &c. tùm 3. priuatiua oppoſitio coincidit cùm contraria, igitur, probatur, quarum contraria ſunt, quę ſub eodem genere poſita ſunt, & maximè à ſeinuicem diſtant, ſed cæcitas, & viſio, quæ opponuntur priuatiuè ſunt ſub eodem genere poſita, patet quia ſecūdùm vtrumque dicimur quales, & ſic vtrumque qualitas eſt, igitur, in oppoſitum eſt Ariſt. in poſtprædicamentis.

Omnis diuiſio debet eſſe bimembris.

Pro quęſtione primò ſciendū, quod oppoſitio eſt duplex, ſ. complexa, & incomplexa; oppoſitio complexa eſt formalis repugnantia aliquarū duarum propoſitionū ad inuicem, & illa eſt duplex, alia eſt cōtraria, ſicut vlis affirmatiua, & vlis negatiua; alia ſubcōtraria: alia cōtradictoria; alia ſubalterna: & de illis teſtatr 1. Topicorū. Oppoſitio incōplexa ē formalr repugnātia, vel nō indēptitas duorū pter oppoſitionē

Oppoſitio duplex.

Oppoſitio incōplexa.

quid, & quotuplex. contradictoriam, quæ oppoſitio non eſt relatio formalis, nec realis, cùm alterum ipſorum terminorum nō ſit in actu, nàm relatio realis requirit extrema realia, illa igitur oppoſitio incomplexa eſt etiam quadruplex, ſcilicèt relatiua, contraria, priuatiua, & cōtradictoria, quarum ſufficientia poteſt ſic haberi; omnis oppoſitio, aut eſt entis ad ens, nos aut entis ad non ens, ſi primo modo, ſic eſt oppoſitio relatiua, vt duplum dimidij, & ſic etiam eſt oppoſitio contraria, vt albedo, nigredo, bonum malum. Si eſt entis ad non ens; hoc eſt dupliciter, vel illud non ens eſt non ens ſimpliciter; vel eſt non ens in genere, vel ſecundùm quid, ſi primo modo, ſi ſic eſt oppoſitio contradictoria, vt inter ens, & non ens; Si ſecundo modo ſic eſt oppoſitio priuatiua, vt inter cęcitatem, & viſum, & hoc vult Ariſt. quarto huius dicens, priuatio eſt negatio in genere, negatio autem abſoluta eſt negatio extrà Genus, quia poteſt prædicari, tàm de ente, quàm de non ente, vt non homo, ſed priuatio eſt negatio in genere, quia negat aliquid infrà metas alicuius generis, vt cæcitas negat viſum, & eſt negatio ſiuè nōens infrà metas animalis, & tenebras infrà metas lucis.

Oppoſitionũ ſufficientia.

Oppoſitio relatiua rei inuenitur. Secundò notandum, quòd oppoſitio relatiua inuenitur realis extrà animam, & etiam inuenitur in intellectu obiectiuè. *Exemplũ.* Exemplum primi, Inter relationes reales eſt oppoſitio relatiua realis, quia habet fundamētum extrà animam, ſicut eſt oppoſitio relatiua inter duas ſimilitudines, & inter patrē, & filiationem. Sed ſi fundamētum, vel terminus tantùm habet eſſe in intellectu obiectiuè, tunc etiam talis oppoſitio habet eſſe in intellectu obiectiuè tantùm.

Subſtantia. Sed dices, quid eſt ipſa relatiua oppoſitio? vel eſt ipſæ relationes, quibus referuntur fundamentum, & terminus, vt oppoſitio relatiua inter patrem, & filium ſi ſit ipſa paternitas, & filiatio realiter, & formaliter, & nihil aliud, vel aliqua alia relatio, quæ dicitur oppoſitio relatiua fundata ſuper paternitatem, & filiationem, primum non videtur concedendum quia paternitas, & filiatio non ſunt formaliter oppoſitio, nec duę ſimilitudines inter duo alba: ſed denominatiuè dicuntur ab oppoſitione relatiua opponi relatiuè, nec ſecundùm, videtur concedendum, quia tunc eſſet proceſſus in infinitum in oppoſitionibus relatiuis, quia iſtæ oppoſitiones fundatæ ſuper paternitatem, & filiationem opponuntur, & tunc aliqua oppoſitione opponuntur, & tunc iſtæ oppoſitiones vlterius aliqua oppoſitione opponuntur. *Reſponſio.* Iſtis non obſtantibus, dico, quòd relatiuę oppoſitiones ſunt fundatæ

fundatæ relationes ſuper aliquas relationes, ſicut oppoſitio inter paternitatem,& filiationem ſuper vnum fundatur, & ſuper reliquum terminatur,& quando tunc dicitur, quòd ſequitur proceſſus in infinitum in relatiuis oppoſitionibus.

Dico,quòd illæ oppoſitiones non opponuntur,ſicut nec contrarietates contrariantur,ſed ſunt, quò aliquid, ſiuè relatiua,ſiuè relationes formaliter opponuntur, relatiuè, ſicut contrarietates ſunt, quibus aliquid formaliter opponitur alteri contrariè.

Dico,igitur,quòd diuiſio eſt benè data, quia eſt reducibilis ad bimembrem, ſicut approbaui ibi.

Cæcitas dupliciter conſideratur.

Ad primum, & ſecundum patet ex ſufficientia, & ex notabili primo modo.

Ad ſecundum dico, quòd cæcitas poteſt dupliciter conſiderari, aut ſecundùm quòd ſolùm dicit priuationem, & ſic priuatiuè opponitur viſui, ſic non eſt in genere; ſed eſt non ens in genere animalis,vt patuit. Alio modo ſecundũ quòd dicit quandam qualitatem ſecũdum quam dicimur quales, & ſic cõtraria eſt viſui,& ſic benè eſt in genere,ſcilicèt qualitatis,& ſic patet quæſtio.

Oppoſitio cõtraria accipitur dupliciter.ſ. largè, & ſtrictè.

Circà oppoſitionẽ contrariã eſt primò notandum, quòd oppoſitio contraria accipitur dupliciter;vno modo largè,& ſic quælibet oppoſitio poteſt dici contraria oppoſitio. Secũdo modo ſtrictè,ſcilicèt tantũ pro illa, quæ eſt vna ſpẽs diſtincta contrà oppoſitionem relatiuã,priuatiuã,& contradictoriã;& illa,quæ opponũtur ſm illam oppoſitionem dicuntur contraria,quęcunque ſub eodem genere poſita ſunt, & maximè ad ſeinuicẽ diſtant, & vni, & eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt.

Sex cõditiones requiſita ad contraria.

Ex iſta deſcriptione habẽtur ſex cõditiones ad hoc requiſitæ,quòd aliqua duo ſint contraria propriè.

Prima conditio.

Prima conditio eſt,quòd illa, quę ſunt contraria oportet, quòd diſtinguantur ſpecie.

Secunda conditio.

Secunda eſt,quòd ſint idem genere; & hoc tangitur, cùm dicitur contraria ſunt,quę ſub eodem genere,& c.vt albedo, & nigredo ſunt diſtinctę ſpecie: & idem gñe ſcilicèt coloris.

Corrolariũ.

Ex quo infert tale corrolariũ, quòd cõtrarietas eſt inter aliqua duo,quæ diſtinguntur ſpecie,& ſunt idem genere.

Tertia conditio.

Tertia conditio eſt, quòd oportet, quòd ſint poſitiua ſimpliciter, & per hoc differt ab oppoſitione priuatiua,& contradictoria; quia in oppoſitione priuatiua alterum non eſt poſitiuum ſimpliciter,& etiam in oppo ſitione contradictoria,&hoc tangitur,cùm dicitur poſita ſunt.

4. Conditio. Quarta conditio eſt, quòd oportet, quòd ſint maximè diſtantia in forma, ſiuè in differentia formali, & non in diſtãtia locali, ſurſùm enim, & deorsùm, licet largè poſſint dici contraria, quia habent aliquas conditiones requiſitas ad cõtrarietatem, non tamen omnes, non tamen ſtrictè, quæ quidem inter ſe habent diſtantiam localem; non tamen habent repugnantiam formalem: Vndè idem corpus virtute diuina poteſt eſſe ſurſùm, & deorsùm, vt diffusè declarat Scotus diſtinctione decima Quarti Sententiarum: ſed intelligitur de diſtantia, quæ dicit repugnantiam formalem, ità ſcilicèt, quòd vnum non ſit de eſſentia alterius, & cùm ambo extrema ſint entia realia, & ſub eodem genere, ideò notatur maxima diſtantia; & hoc tangitur, cùm dicitur, & maximè ad ſeinuicem diſtant.

5. Conditio. Quinta conditio eſt, quòd contraria ſunt circà idem ſubiectum, & vnum tantùm vni opponitur, & hoc tangitur, cũ dicitur, vni, & eidem ſuſceptibili.

6. Conditio. Sexta conditio eſt, quòd contraria mutuò ſe expellunt, & non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, ſeu in eadem parte ſubiecti, ſicut patuit, & hoc tangitur, cùm dicitur vicìſſim in ſunt.

Secundò notandum eſt, quòd contraria propriè, & ſtrictè ſumpta ſunt in duplici differentia, vt patet in textu, id eſt, in Poſtprædicamentis Ariſtotelis.

Contrariorumquædã mediata, quædã immediata. Contrariorum autem, quædam ſunt mediata, & quædam immediata.

Contraria mediata ſunt illa, quorum non eſt neceſſarium alterum ineſſe ſubiecto, vt albedo, & nigredo. Stat enim hominem eſſe, qui neque erit albus, neque niger, quia poteſt eſſe medio colore coloratus.

Sed contrà, immediata ſunt illa, quorum eſt neceſſarium alterum horum ineſſe ſuo ſubiecto, vt ſanitas, & ęgritudo, oportet enim hominem eſſe ſanum, vel ægrũ, & huiuſmodi.

Mediũ inter oppoſita poteſt intelligi dupliciter. Sciendum eſt tamen, quòd medium inter oppoſita poteſt intelligi dupliciter, vt dictum eſt ſuprà.

Vno modo ſecundùm formã, alio modo ſecundũ ſubiectũ.

Primo modo reperitur medium inter contraria mediata, quia in albedinem, & nigredinem eſt aliqua forma media, putà rubedo, & huiuſmodi, & tale medium non reperitur inter contraria immediata.

Secundo modo benè reperitur medium inter contraria immediata, quia lapis nec eſt ſanus, nec eſt æger: & tamen non eſt aliqua forma media inter inter ſanum, & ægrum: ta

lis enim medietas ſubiecti reperitur inter priuatiuè oppoſita: vt lapis nec eſt videns, nec cæcus, reperitur etiam inter relatiuè oppoſita, quia lapis, nec eſt pater, nec filius: ſed contradictoriè oppoſita non habebunt medium ſubiecti, nec medium formæ, ſicut patet de ente, & non enre: non enim poteſt dari aliquid, quod neque ſit ens, neque non ens: & hoc eſt, quod dicit Ariſtoteles quarto Metaphyſicæ.

Contradictio eſt oppoſitio cuius ſecundùm ſe non eſt dare medium. *Contradictio quid.*

Circà oppoſitionem priuatiuam eſt ſciendum, quòd priuatiuè oppoſita: oppoſita ſunt illa, quæ habent fieri circà idem ſubiectum ordine irregreſſibili, & tempore determinato à natura: Vndè ab habitu eſt deuenire in priuationem. *Priuatiua oppoſita quæ.*

A priuatione autem in habitum impoſſibilis eſt regreſſus, vt cæcitas, & viſus habent fieri circà idem ſubiectum, & à viſu contingit fieri motum in cęcitatem; ſed non èconuerſò per naturam, licet benè per miraculum. Dicitur autem notanter tempore determinato à natura; canis enim ante nonum diem, nec eſt videns, cæcus, quia ante illud tempus non eſt aptus natus habere viſum: & ideò poſt illud tempus naturaliter videt. *A priuatione ad habitum an detur regreſſus.*

Vel aliter oppoſitio priuatiua eſt, qua aliqua duo formaliter repugnant, quorum vnum ſe habet, vt habitus, aliud verò, vt priuatio illius, ſicut eſt inter cæcitatem, & viſum. *Oppoſitio priuatiua quæ.*

VTRVM A PRIVATIONE ad habitum ſit regreſſus? Dubium.

Quæritur vtrùm à priuatione liceat ponere regreſſum? Et arguitur, quòd ſic. Primò per Ariſtotelem primo Phyſicorum dicentem, quòd tranſmutatio naturalis fit à priuatione in formam. Nàm, quando materia eſt in potentia ad aliquam formam, tunc materia dicitur priuata forma: ſed habita illa forma non priuatur ea, ergo, &c.

Item ſecundò, priuatio eſt carentia formæ cum aptitudine ad eandem, igitur poſſibilis eſt regreſſus.

Item tertiò dicit Philoſophus quinto Phyſicorum, quòd

aliqua eſt mutatio à non ſubiecto in ſubiectum, id eſt à priuatione in habitum, igitur, &c.

In oppoſitum eſt Philoſophus in littera, & in Poſtprædicamentis.

Priuatio capitur quadrupliciter. Pro quæſtione ſciendũ, quòd priuatio capitꝰ quadrupliciter. *Primò.* Primò, quandò aliquid priuatꝰ aliquo, quod nõ eſt natũ habere neque ſecundùm actum, neque ſecundum potentiam: & ſic dicimus, quòd planta caret ſenſu id eſt, nullo modo, habet ſenſum, & iſta dicitur priuatio multùm impropriè.

Secundò. Secundo modo, quandò aliquid priuatur aliquo ſecundùm actum, quòd tamen eſt aptum natum habere ſecundũ potentiam: ſed illa potentia variatur tripliciter, vel ſecundùm Genus, vel ſecundùm ſpeciem, vel ſecundùm indiuiduum, talpa enim caret viſu actualiter; habet tamen aptitudinem ad viſum ſecundùm Genus, quia eſt in genere animalis, cui comperit habere viſumꝗ ſed ſm ſpeciem, & indiniduum caret viſu, tàm actualiter, quàm potẽtialiter, quia non eſt nata habere viſum ſecundùm ſpeciem, quia oppoſitum conuenit ſpeciei talpæ, nec ſecundùm indiuiduum, cùm ſit quodammodò proprium ſpeciei talpæ.

Homo enim cæcus caret viſu actualiter, habet tamen aptitudinem ad viſum ſecundùm Genus, & ſpeciem ſecundùm Genus, quia eſt in genere animalis, ſm ſpeciẽ, quia propriũ eſt ſpẽi humanæ quodãmodo habere viſum, ſed caret potẽtia, & aptitudine, quantùm ad indiuiduũ, quia homo cæcus caret viſu actualiter, & potentialiter ſm indiuiduum, quia non eſt natus habere viſum, ſed tertio modo in eodem indiuido ponitur priuatio actualis alicuius habitus, & aptitudo, ſiue potentia ſm indiuiduum ad actum, ſiuè habitum &, iſto modò priuatio ponitur in materia. Sed quandò in codẽ indiuiduo ponitur priuatio habitus alicuius ſm actum, & potentiam, vt in homine cæco ponitur priuatio viſus ſm actum, & potentiam, tunc à priuatione in habitum impoſſibilis eſt regreſſio: ſed quandò ponitur priuatio alicuius habitus ſecundũ actum in vno indiuiduo, habens tamen aptitudinem ad aliud ſecundum potentiam, tunc poteſt fieri regreſſio, & de illa loquitur Ariſtot. in libris Phyſicorum, de alia loquitur in prædicamentis.

Tertiò. Tertio modo accipitur priuatio quandò aliquid per violentiam impeditur ab aliquo, quòd debetur ei naturaliter, tunc dicitur priuari eo, ſicut quandò graue retinetur actualiter ſurſùm, tunc dicitur priuari loco ſuo naturali.

Quartò Quartò modo accipitur negatiuè, vt inuiſibile dicitur

quòd nullo modo eſt viſibile,aut cũ difficultate viſibile, aut prauè viſibile.

Ad primum argumentum, cùm ſic arguitur tranſmutatio naturalis dico, ꝙ loquit̃ ibi de priuatione,quæ eſt obiectũ pricipiorũ,quæ priuatiò eſt pĩpiũ trãſmutãdi,& ratio eſſedi, q̃a adueniẽte forma ceſſat talis priuatio,duo ergo ſunt prĩcipia conſtituentia compoſitum natutale, ſed tria requiruntur ad tranſmutationem,ſcilicèt,forma, & priuatio ; nàm dicit Ariſt.Septimo Metaphyſicæ. Ex duobus entibus in actu,nõ fit tertium ſupernaturale , nec ex duobus entibus in potentia fit tertium naturale, oportet ergo ponere tria principia, quorum vnum eſt in potẽtia,ſcilicèt,materiam,& formam, quæ eſt in actu. Cùm ergo nomine potentię includatur priuatio,quia ſi materia dicit potẽtiam ad actum,ſeu formam, tunc patet,quòd non habet eam,& per conſequens priuatur ea,& ſic per accidens ponitur tertium principium,quodvocatur priuatio , & de tali ad formam, ſeu ad habitum poteſt fieri regreſſio,& per hoc etiam patet ad ſecundum. *Ad Arg.* *Tria princi. pia neceſſario ponẽda.*

Ad tertium dico , quòd non ſemꝑ habitus pręcedit priuationem loquendo de habitu,qui per motum acquiritur;vndè Philoſophus Quinto Phyſicorum probat , quòd quies eſt priuatio motus, non illa quies , quæ eſt in termino ad quem,ſed quæ eſt in termino à quo, igitur patet , quòd illa pręcedit motum,& eſt priuatio eius.

Quæſtio Quinta.

VTRVM PRIMVM PRINCIpium complexum ſit in rerum natura, & non ficticium?

Quæritur vtrum primum principium complexum ſcilicèt de quolibet dicitur affirmatio , vel negatio vera,& de nullo ambo ſimul ſit in rerũ natura,& nõ ficticiũ? Et quòd non,arguitur,tùm primò,nulla complexio habet eſſe in rerũ natura,ſed primum prĩcipiũ eſt cõplexio, igitur,conſequẽtia tenet,& maior probat̃. quia cõplexio eſt actus rationis cõponens, & diuidẽs ſubiectũ cũ prædicato. Minor probatur , quia primum principium complexum cõponit prędicatum cũ ſubiecto,vel diuidit,vel falsè,vel verè,ergo,&c. quòd quid eſt in rebus eſt incõplexũ ſm ipsũ, ſed ipſum non eſt incõplexũ, igitur.Conſequẽtia tenet , minor nota,maior probatur,quicquid eſt in rebus ſaltem in his nferioribus eſt in prædicamento,ſed eõ tale eſt incõplexũ ,

vt tenet in antepraedicamentis ibi eorũ, quæ ſm nullã cõplexioné dicũť ſingulũ aut ſubſtantiã ſignificat, ergo. Tũ 3. nihil, quod eſt in rerũ natura, extẽdit ſe ad altitudinẽ nihili, & fictitij: ſed primũ principiũ incomplexum extendit ſe ad altitudinẽ nihili, & fictitij, igitur. Conſequentia tenet, maior nota, quia alias omne tale includeret aliquam rationem pro qua nihilo comperet, & cùm debilius habeat denominare rem ſequitur, quòd magis diceretur nihil, quàm ex ens in rerum natura. Minor probatur, de quolibet enim nõ ente verum eſt dicere eſt ens, vel non ens, Chymera eſt, vel nõ eſt, & ſic de aliis.

In oppoſitũ arguitur nullus effectus rõis dependet à cauſa reali, ſed cõcluſio ſciẽtifica eſt cauſa realis, & depẽdet à principiis primis, ſed inter omnia principia illud eſt maximè primũ conſequẽtia patet, maior nota, & minor.

Pro quorũ declaratiõe primò ſciẽdũ, ꝙ illud principium, primũ hic intentũ eſt de quolibet affirmatio, vel negatio vera de nullo verò ſiť per Phũ, quartò Metaph. & illud principiũ eſt ꝓpoſitio hypothetica copulatiua habẽs duas Cathegoricas, quarum prima eſt de prędicato diſiũcto, 2. de prædicato copulato, & prima eſt veris affirmatiua, 2. veris negatiua; prima eſt de quolibet ẽte dicitur affirmatio, vel negatio; ſa eſt, ꝙ de nullo ente dicitur affirmatio, vel negatio ſiť.

Ex iſto ſequitur correllariè, ꝙ ſubiectũ primi principij eſt ẽs

Correllariũ probať, quia cõiſſimę cõplexionis cõmiſſimũ eſt ſubiectum, ſed iſtud principiũ eſt cõmiſſimũ, & primũ, quia ex vĩſſimis terminis, & primis, igitur. Cõſequẽtia tenet, & maior probatur, cũ cõmiſſima cõplexio nõ ſe extendat ad aliud, ad quæ nõ extẽdũt ſui termini. Minor probatur, quia qualis eſt ordo totorũ, talis eſt ordo partiũ eſſentialium, & eſt ratio illa iſta, quia ordo totorum ex ordine partiũ oritur, ſed propoſitiones ſunt, ſiuè cõplexiones, quædã toti reſpectu terminorum ex quibus cõſtituũtur, igitur, & huiuſmodi principium eſt quędã cõplexio, igitur ſi eſt primũ, & cõmiſsiũ, ſequitur, ꝙ ſit ex primis terminis, & cõmiſſimis, & horum eſt ens, ergo.

Secũdo ſequiť correllariæ, ꝙ prædicatũ iſtius ꝑmi principij, in prima propõe eſt affirmatio, vel negatio, ſicut paſſio diſiũ

Secundum Correllariũ ctiua, quemadmodum par, vel impar nũeri, & in ſa propõe prædicatum eſt affirmatio, vel negatio copulati,

Sed diceres affirmatio, & negatio videntur ad Logicum

Obiectio. pertinere; ſed prædicatum iſtius principij pertinet ad Metaphyſicam ad quem entiã pertinet totum principium. Et per cõſequens affirmatio, & negatio non prædicatum.

Dico, quòd ſecundæ intentiones, aliquando ſupponunt pro primis, & ideò affirmatio, & negatio non ſunt prædicatum primi principij, niſi inquantùm ſupponunt pro primis, ſcilicèt per eſſe, & non eſſe. Sublato autem ente rationis à rebus aufferuntur omnia alia ſecundùm regulam eſſentialiter ordinata, ſcilicèt, quòd ſublato eſſentiali in eſſentialiter ordinatis aufertur poſterius, eius etiam prædicatum habet eſſe in rerum natura, quia eius prædicatum clauditur in ſubiecto, cùm inſit ei per ſe in ſecundo modo. *Solutio. Secunda intentiones aliquando ſupponunt pro primis.*

Pro quo notandum, quod principium primum habet verificari de quolibet ente ſine determinatione, ſed quandò ſit determinatio quidditatiua, tunc non requiritur verificatio, ſed tunc incipit pro ſecundo modo. Verbi gratia dicere vniuerſale, & ſimplicitet ſimplicia vniuerſaliter ſimpliciter loquendo, tunc ſunt ens, ſed accipiendo, cum determinatione formali, & quidditatiua, tunc non ſunt ens, ſed ſolùm denominatiuè, ſic etiam dico homo eſt albus, vel nō albus ſimplicitet loquendo, ſed accipiendo quidditatiuè, tunc neque eſt albus, neque non albus, etiam habitudo ſubiecti, & prædicati in primo principio eſt in rerum natura, quia eſt habitudo intrinſecus adueniens, quæ inſeparabiliter concomitatur ſua extrema. *Nota de primo principio.*

Pro quo, nota, ꝙ totum iſtud principiū primum cōplexū cōſtat naturalitet ex ſuis terminis, & quaſi formaliter ex habitudine terminorū. Cùm igitur ſubiectū, & prædicatum, & habitudo huius primi principij ſint in rerum natura, & principium conſtituatur ex illis ſequitur etiam, quòd illud principium ſit in rerum natura.

Ad primū, cū dicitur, nulla cōplexio, &c. dico, ꝙ complexio æquiuocè dicitur de complexione conceptuum, & de habitudine rationum formalium, primo modo eſt in anima, ſecundo modo eſt in rerum natura. *Ad argum. Ad primū.*

Ad ſecundū, cū ſic arguit quicquid eſt in reb⁹, &c. dico, ꝙ oīa, q̄ inueniūt in reb⁹ ſ͂m ſe cōſideratæ ſunt incōplexa, ſed cōſideratio ea ſ͂m habitudiēs mutuas intrinſecas cōſtituunt veras complexiones, & terminorum coordinationes. *Ad ſecundum.*

Ad tertium, cum ſic arguitur nihil, quod eſt in rerū natura, &c. dico ad minorē, ꝙ eo modo, quo cōuenit ſubiectum iſtius primi principij, ſcilicet ens, vel fictitijs, eo modo cōuenit eis primum principium, ſi eis conuenit ſecundum quid, ſubiectum ſcilicet ens, tunc etiam primum illud principium conuenit eis eodem modo, &c. *Ad tertiū.*

Digitized by Google

;; quas Ariſt. Cap. 3. 4. 5. & 6. commemorat, modò addita

n cauſam, ſi non verbo, certè reipſa è medio ſuſtulerunt, vt Parmeni-
liſſus, Xenophanes, & ſi qui alij fuerũt, qui oĩa vnũ eſſe contenderunt:
quos diſputat Ariſt. cum alibi, tùm hic & Lib. 1. Phyſicorum, Cap. 3.

- *Materia, ſeu principio, quod materiæ inſtar ſit, feceruntquè vel.*
  - *Vnum tantùm, idque vel.*
    - *aquã vt.*
      - *Thales Mileſius, qui cũ videret alimenta, quibus res aĩatæ nutriũtur, & ſemina, ex quibus fiunt, humida eſſe, ex aqua, tãquã primo humoris pncipio, oĩa fieri arbitrat⁹ eſt.*
      - *Veteres Poetæ, ſeu Theologi⁹ qui finxerunt Oceanũ, & Thetim, id eſt, Deã Maris, eſſe parẽtes generationis: atq; hinc conſuetudo iurãdi p Styg paludẽ, & flumina manauit.*
    - *Aëra, vt Anaximenes, eiuſque diſcipul⁹ Diogenes. Putabant enim ex aëre omnia commodius, quàm ex aqua gigni, propterea quòd humor calore iunctus (cuiuſmodi in aëre cernitur) rerũ, & conſeruationi, & ortui magis conuenire videatur, quàm humor aqueus, in quo plurimum eſt frigoris.*
    - *Quippiam denſius aëre, & aqua tenuius.*
    - *Ignẽ, propterea quòd oĩum elementorũ, & ſimpliciſſimũ ſit, & maximæ efficacitatis, & oĩa corpora cœleſtia huius naturæ eſſe videãtur. Huius ſententiæ fuerũt Hyppaſius Metapontinus, & Heracl. Epheſ.*
    - *Terram, vt Heſiodus.*
  - *Plura eaque vel.*
    - *Finita, vt Empedocles, qui poſuit quatuor elemẽta.*
    - *Infinita, eaq; vel.*
      - *Eiuſdem generis, & naturæ, ſed ſitu, figura, & ordine differentia: vt Leucippus & Democritus.*
      - *Diuerſa natura, & quantitate minima: vt Anaxagoras, contrã quem diſputatur Libri primi Phyſicorum. Cap 4.*
- *Efficiente cauſa, quam dixerũt eſſe vel.*
  - *Mentem, ſeu intellectum ſecernentem, vt Anaxagoras.*
  - *Amorem, quo dij prouocati ſunt ad res ex chao progignẽdas, vt Heſiodus, & Parmenides.*
  - *Amicitiam, & litem, vt Empedocles.*
- *Forma, de qua loquuti ſunt, vel.*
  - *Obſcurè, & ſic.*
    - *Rationem, & ἀναλογίας, cuius beneficio res ſubſiſterent, Empedocles formã eſſe credidit.*
    - *Numeros, horũq; affectiões, Pythag. & Crotoniates introduxerũt, ex quibus rerũ eſſentia fierent.*
  - *Expreſſè, vt Plato, qui ideas, & ſpecies rerũ per quas res ſingulæ fierẽt, & generarẽtur introduxit, propterea quod videbat rerum ſingularium, propter earum inconſtantiam, non poſſe eſſe ſcientiam.*
- *Fine, qui conſideratur vel.*
  - *Per ſe, & quatenus finis rationem habet: quomodò eius nemo veterum meminit.*
  - *Ex euentu, & ſub ratione efficientis, quo modo, qui amorẽ cauſam fecerunt, finis quodãmodo meminiſſe videntur.*

METAPHYSICÆ ARIST.

LIBER QVINTVS.

De nominum diffinitionibus, & rebus, quas hæc ſcientia conſiderat.

Capitvlvm Primvm.

Dicitur aliud quidem, vndè vtique aliud rei mouebitur primum, vt longitudinis, & via, hic quidem hoc principium, &c.

IN præcedenti Libro determinauit Philoſophus, quid pertinet ad conſiderationem huius ſcientiæ, hîc determinat de rebus, quas iſta ſcientia conſiderat, & primò diffinit intentiones nominum, quæ, in huius ſcientiæ conſideratione cadunt. Secundò determinat de rebus, quæ cadunt ſub conſideratione huius ſcientiæ in principio ibi, cuiuſlibet autem ſcientiæ eſt conſiderare ſubiectum, paſſiones, & cauſas, & ideò primò, in hoc quinto conſiderat diffinitiones nominum, quæ conſignificãt cauſas, ſecundò quæ ſignificant ſubiectum huius ſcientiæ, vel partem eius ibi vndè dicitur. Tertio manifeſtat quid ſignificant paſſionis entis inquantum ens ibi perfectũ.

Cuiuſlibet ſcientia eſt conſiderare ſubiectum ſuum partes & paſſiones.

Circà primum primò ponit diuerſos modos principij, principium enim dicitur, quod eſt primum, aut ineſſe rei, ſicut prima pars rei dicitur principium, aut in fieri rei, ſicut cauſæ extrinſecæ, vt effectus, & finis, vel intrinſecæ, vt forma, & materia: dicitur etiam principium in cognitione ſicut ſunt principia demonſtrationum, ſeu digitates, principia autem, ſeu præmiſſæ reſpectu concluſionis habent duplicem cauſalitatem: habent enim in ſe effectiuè inquantum concluſio vertualiter continetur in pręmiſſis, & habent ſe, vt cauſa materialis inquantum termini concluſionis habent eſſe in permiſſis. Conſequenter Philoſophus determinat de generibus cauſarum, de quibus ſufficiunt, quæ dicta ſunt in ſecundo Phyſicorum. Elementum verò, hic diffinit Philoſophus hoc nomen elementum, dicẽs quod vno modo ſtrictè dicitur: alio modo communiter. Elementum ſtrictè eſt illud, ex quo res componitur, quod inexiſtit compoſito diuiſibili in plures partes ſpecie differentes. Elementum verò, quo ad primam partem habet conditionẽ cauſæ

Principiũ quid, & quotuplex.

Elementũ quid, & quotuplex.

Elementũ ſtrictè quid.

Elementi cõditiones.

materialis, quia eſt illud ex quo res componitur, quo ad ſecundam partem diſtinguitur à priuatione, quæ non inexiſtit rei, quò autem ad tertiam partem diſtinguitur à mixto, quod habet diuidi, ſeu reſolui per alterationem in ipſa quatuor elementa ſpecie diſtincta, ſed ſolùm in materiam, & formam: materia enim nullam habet ſpeciem. Ponit etiam Ariſto. exemplum de literis, quæ ſunt elementa ex quibus dictiones componuntur, & quæ reſoluuntur: ponit etiam exemplum in demonſtrationibus: principia enim demonſtrationis in qualibet ſcientia ex quibus alia dependent dicuntur elementa: & ſic Liber Euclidis dicitur elementum in Geometria; elementum autem largè eſt, quod eſt principium in vnoquoque: & ſic vnitas, & punctus poſſunt dici elementa maius vniuerſale, &c. minus vniuerſalis, &c.

Neceſſariũ quotuplex modis dicitur.

Conſequenter ponit Philoſophus quatuor modos neceſſarij. Primo modo dicitur neceſſarium illud, ſine quo poteſt quis benè viuere, aut quod licèt non ſit cauſa principalis rei. Eſt tamen quædam concauſa, ſicut reſpiratio: & ſi non ſit cauſa vitæ, eſt tamen concauſa inquantùm comparatur ad temperamentum caloris naturalis. Secundo modo dicitur neceſſarium, ſine quo nō poteſt eſſe, & fieri bonum, vel aliquod vitare malum, vt bibere medicinam laxatiuam, non quòd ſine illa animal eſſe non poteſt; ſed ad malum expellendum, quod eſt infirmitas. Tertio modo dicitur neceſſarium ad quod, quis cogitur violenter: vndè quando compellor aliquid facere tunc neceſſarium eſt, vt faciam. Quarto modo dicitur neceſſarium, quod non poteſt aliter ſe habere, vt Deus eſt, homo eſt animal.

Quæſtio Prima.

AN NECESSARIA HABEANT cauſam ſui eſſe?

CIRCA prædicta poteſt dubitari. An neceſſaria habeāt cauſam ſui eſſe? Ex arguitur quod ſic, quia ſecundo huius dicitur, quòd ſempiternorum, & neceſſariorum ſunt cauſæ eędem, idem etiam hic dicitur in litera.

Sed contra hoc arguitur, nullus effectus eſt neceſſarius ſimpliciter, primo huius, quia in cauſis eſſentialiter ordinatis, ſi prima cauſa agat contingenter,

Digitized by Google

omnes aliæ cauſant contingenter, ſed prima cauſa, quæ eſt Deus contingenter agit: quia omnis actio Dei ad extrà eſt contingens: ergo omnes aliæ cauſant contingenter, maior patet; ſed minor probatur; quia deſtructo effectu, neceſſario cauſa deſtruitur, vt dicetur ſtatim. Si igitur prima cauſa cauſaret aliquem effectum neceſſariò, tunc ad deſtructionem illius effectus, poteſt argui deſtructio primæ cauſæ: & ità eius entitas non eſſet abſoluta omnino independens, quod eſt abſurdum.

Reſpondeo in iſta quæſtione. Primò diſtinctiones quaſdam declarabo. Secundò quoddam dubium remouebo. Tertiò ad queſtionem reſpondebo. *Quæſtionis de articulatio.*

De primo ſit iſta prima diſtinctio, quòd neceſſaria ſunt in duplici genere, quædam ſunt complexa, & quædam incomplexa. Exemplum primi, propoſitio neceſſaria, ſiuè ſit principium, ſiuè concluſio, exemplum ſecundi, Deus, & intelligentiæ ſecundùm viam Philoſophorum, qui poſuerunt eas eſſe neceſſarias. Secunda diſtinctio ſit iſta, quod neceſſitas eſt duplex quædā ſimpl'r, & quædā ſ'm quid: prima dicitur neceſſitas conſequentis, quandò tàm antecedens, quòd conſequens eſt neceſſarium in ſe, exemplum ſi homo eſt, animal eſt: ſecunda vocatur neceſſitas conſequentiæ: putà, quandò conſequens non eſt neceſſarium, niſi poſito antecedente, ſic, quòd tàm antecedens, quàm cōſequens ſunt in ſe contingentia; vt ſi homo currit, homo mouetur. Tertia diſtinctio ſit iſta, ad hoc, quod effectus ſit neceſſarius, oportet cauſam eſſe neceſſariam dupliciter, ſcilicèt in cauſando, & in eſſendo, quia altero iſtorū deficiente poteſt effectus non eſſe. Exemplum ſit A. cauſat B. ſi A. non eſt neceſſarium in cauſando, nec B. erit effectus eius neceſſarius: quia non cauſante A. non erit B. Similiter ſi A. non eſt neceſſarium in eſſendo, nec ipſum B. quia A. non exiſtente non eſt B. vtrumque eorum eſt inconueniens: principia enim in ſe ſunt neceſſaria, & neceſſariò cauſant concluſiones, quia ratio cauſæ neceſſariò cauſantis eſt, quod deſtructo effectu, ipſa deſtruitur: ſic eſt de principijs reſpectu concluſionum, quia ad falſitatem concluſionis, ſequitur falſitas permiſſarum. *Art. 1. Tres diſtinctiones. Prima diſt. Exemplū. Secunda diſt. Neceſſitas duplex. Neceſſitas conſequētis & conſequentia quid. Tertia diſt. Exemplū.*

Art. 2. Dubium.

Quantùm ad ſecundum articulum, an in rebus ſit aliquis effectus neceſſarius? *An in rebus ſit aliquis effectus neceſſarius.*

Reſpondeo, & dico, quod ſic ſ'm viam Philoſoph. quia ſecundùm eos cauſa neceſſariò agit, poſuerunt enim ordinem, & connexionem cauſarum neceſſariarum, tunc in cau-

ſis eſſentialiter ordinatis. vna neceſſariò cauſante alia neceſſariò cauſat: ſed cauſæ rerum ſunt eſſentialiter ordinatæ, & aliqua cauſa in rebus neceſſariò cauſat, ergo omnes aliæ neceſſariò cauſant, & per conſequens prima cauſa: maior patet, quia hæc eſt vna differentia inter cauſas eſſentialiter ordinatas, & accidentaliter ordinatas, vt dictum fuit ſecundo huius, ſcilicèt, quod omnes cauſę eſſentialiter ordinatæ neceſſariò ſimul concurrunt ad cauſandum effectum, non ſic autem accidentaliter ordinatæ, minor patet, quantùm ad primam partem ex hypoteſi Philoſophorum. Et verum eſt, quod ſunt multæ cauſæ eſſentialiter ordinatæ: ſecunda pars minoris patet, ex differentia inter cauſas naturales, & ex propoſito, quia cauſa naturalis neceſſariò cauſat, ſed cauſa appoſita cauſat contingenter.

Theologorũ ſententia. Sed tenendo viam Theologorũ dicitur de incomplexis neceſſarijs, de quibus nunc eſt ſermo, quòd nullus effectus eſt ſimpliciter neceſſarius, quod patet per rationem in pede quæſtionis poſitam, de qua eſt magis videndum in Theologia. Hęc ratio Phyloſophorum non cogit, quia ſecunda pars minoris eſt falſa, cùm dicitur, quod aliqua cauſa neceſſariò cauſat, & cùm probatur ex differentia cauſæ naturalis, & cauſæ à propoſito, dicendum eſt, quod neceſſitas eſt duplex ſcilicèt ſecundum quid, & ſimpliciter. Cauſa naturalis neceſſariò cauſat ſecundùm quid, & ſub conditione præterita, ſi ſit, & approximetur patienti: iſta autem cauſatio eſt contingens ſimpliciter, ſicut & ipſa cauſa contingenter eſt, licèt enim ignis dùm eſt neceſſariò calefacit: tamen quia ignis contingenter eſt, ideò ſimpliciter contingenter cauſat, quia aũt cauſa naturalis neceſſariò cauſat ſecundùm quid, ideò differt à cauſa, ſeu agente à propoſito, quia licèt ſit, non tamen neceſſariò cauſat, ſed poteſt non agere ex eo, quod agit ex libertate voluntatis.

Neceſſitas eſt duplex ſcilicet ſimpliciter, & ſecundum quid.

Cauſa naturalis quo cauſat.

Art. 3. Quantùm ad Tertiũ articulum patet, ex Prædictis reſponſio ad quæſtionem, cùm arguitur nullus effectus ſit ſimpliciter neceſſarius, neceſſaria non habent cauſam ſui eſſe ſecundùm viam Theologorum.

Ad auctoritates Philoſophi dicendum eſt ibi, quod non eſt reciepienda in propoſito, quia repugnat fidei.

Digitized by Google

DE ALIQVORVM NOMInum diſtinctione.

Capitvlvm II.

Num diuiditur, &c. Poſtq̃ Philoſ. diſtinxit nomina, quæ, ſignificant cauſas, hîc diſtinguit nomina, quæ ſignificant idem, quod ſubiectũ aliquo modo in hac ſcientia, & diuiditur in duas partes, quia primò ponit, ſine diſtinguit nomina, quæ ſignificant ſubiectum huius ſcientiæ. Secundò, quæ ſignificant partes eius ibi eadem dicuntur, ſubiectum aũt huius ſcientiæ poteſt accipi ſicut commune in tota ſcientia conſideratum, cuiuſmodi eſt ens, & vnum, vel illud, de quo eſt pñcipalis ĩtẽtio, vt ſubſtãtia, & ideo primò diſtinguit hoc nomen, vnum, ſecundò hoc nomen ens, tertiò hoc nõ nomen ſubſtantia. Circa primum dicit, quod vnum dicitur dupliciter ſcilicèt per ſe, vel per accidens, dicitur vnum per accidens, vel ſecundum accidens, vt quandò accidens comparatur ad ſubiectum, vt homo albus, vel ſecundum quod vnum accidens comparatur ad aliud, vt album ad muſicum. Deindè ponit quinque modos vnitatis per ſe, & realis, primus modus eſt vnum continuitate, vt illa, quę non diuiduntur in magnitudine, vel quantitate, ſecundus modus eſt, quo aliqua dicuntur vnum ſpecie, tertius eſt vnum genere, quartus diffinitione, ſicut tunica, & indumentum, quintus modus eſt, quo aliquid penitus eſt indiuiſibile, vt punctus, & vnitas, talia aut dicuntur maximè vnum, quod probat ex hoc, quia ad hunc omnes alij reducuntur, vt ea, quæ, non diuidũtur in humanitate, & animalitate. Ex his autem modis alij modi deriuantur, plurima enim dicuntur vnum ex eo, quod faciunt vnum, vt multi homines dicuntur ex eo, quod trahunt nauem, & faciunt vnam operationem. Aliqua etiam dicuntur vnum, quia ab vno reguntur, ſicut multi homines eſt vnus populus ab eo, quod ab vno rege reguntur, & ſic de ſimilibus. *Vnum dupliciter. Vnum per accidens quid. Vnitatis per ſe quinque modi. Vnum continuitate quid. Vnum genere, & vnum ſpecie quã. Vnum diffinitione quid.*

Conſequenter ponit quandam proprietatem vnius, quæ eſt hæc, quod ſit principium numeri, quod ex hoc probat, quia vnum eſt illa menſura, qua menſuratur omnis numerus, menſura autem habet rationem principij, quia *Quædam proprietas vnius*

per menſuram res menſuratæ cognoſcuntur, res autem cognoſcitur per ſua prima principia.

Vnum eſt ratio, & principium cognoſcendi. Ex quo patet, quòd vnum eſt ratio, & principium cognoſcendi in omnibus. Dicit enim Auicenna, quod hoc vnum, quod eſt principium cognoſcendi non eſt idem in omnibus generibus. In vocibus enim eſt differentia primum, & minimum: in ponderibus autem eſt aliquid minimum, & menſura, vt vncia. In motibus verò motus cœli eſt rariſſimus, & ſimpliciſſimus. In omnibus tamen iſtis idem eſt commune, quod illud, quod eſt prima menſura eſt indiuiſibile ſecundùm quantitatem, & ſpeciem.

Sciendum eſt circa prædicta, ꝙ eſſe menſuram eſt propria ratio vnius, ſecundùm quod eſt principium numeri quantitatiui, hæc autem non eſt idem, cùm hoc, quod conuertitur cum ente, vt in rubrica dictum eſt. Ratio enim illius vnius in diuiſione conſiſtit, huius aũt vnius in menſuratione, quæ quidem ratio menſuræ conſequens rationem indiuiſionis, vt dictum eſt, licèt enim ratio menſuræ non per ſe conueniat vni, quod eſt principium numeri, tamen per quandam ſimilitudinem deriuatur ad vnum in alijs generibus, vt oſtendit Philoſophus, decimo huius.

Menſura duplex. Menſura intrinſeca quid. Menſura extrinſeca quid. Vlterius ſciendum, quòd duplex eſt menſura, intrinſeca, & eſt illa, quæ menſurat intrinſecè rem, vt vnitas menſurat numerum per ſui replicationem, & etiam motus intrinſec⁹ menſurat rem intrinſecè, vt finitas, & illa eſt eiuſdem naturæ cum re menſurata. Alia eſt menſura extrinſeca, quæ mẽſurat rem extrinſecè, vt tempus eſt menſura extrinſeca, quia menſurat extrinſecè mobile ſecundùm, ꝙ eſt in motu.

Vnum Logicum quotuplex. Vlterius ponit differentiam vnius, quæ eſt Logica, & intentionalis, cuius primus modus eſt vnitas numeralis. Sunt autem iſta vnum numero, quorum materia eſt vna. Secund⁹ mod⁹ eſt vnitas ſpeciei. Tertius eſt vnitas generis. Quartus eſt vnitas proportionis, de qua vnitate in ſequentibus, dicetur. Inſuper à modis vnius, accipit Philoſophus modos multorum, vnum enim particulariter ſumptum, & multa opponuntur, vt vnum genere, & multa genere, ideò quot modis dicitur vnum, tot modis dicitur multa. vndè ſicut dicitur vnum numero ſpecie, & genere, ſic multa numero ſpecie, & genere, licèt aũt vnum contractè ſumptum, ſeu particulariter, & multa opponuntur, in vnum numero, & multa numero, & ſic de alijs, non tamen vnum ſumptum in communi, ſeu vniuerſaliter, immò ſic multitudo habet aliquam vnitatem, ſeu indiuiſionem, vt dictum eſt prius.

Sequitur diſgreſſio, &c. Cap. III.

Circa iſtud Capitulum duo ſunt videnda, & primò, quia Philoſophus dicit, quòd iſta ſunt vnũ numero, quorum materia eſt vna, videndũ eſt de cauſa indiuiduationis, ſecundò videndum eſt de ſecũda diuiſione vnius, quæ dicitur Logica. *Differentia vnius.*

Qvæstio. II.

Quæritur quænam ſit cauſa indiuiduationis?

Quantùm ad primum, quia in entibus eſt aliquid indiuiſibile in partes ſubiectiuas ſcilicèt indiuiduum, vel ſingulare, cui ſcilicèt formaliter repugnat diuidi in plura, quorũ quodlibet, ſit ipſum poteſt dubitari, non quidem de illo, per q́ formaliter ſibi repugnat diuidi, quia ſibi repugnantia formaliter repugnant: ſed de illo, quo de fundamento proximo, & intrinſeco iſta repugnantia ſibi ineſt. Eſt quidem intellectus, quaſi iſte quid ſit in hoc lapide, per quod ſicut per ſundamentum, proximum repugnat diuidi in plura, quorum quodlibet ſit ipſum qualis diuiſio eſt propria toti vniuerſali in ſuas partes ſubiectiuas. *Quinque cõcluſiones de mente Scoti.*

Ad cuius euidentiam ponam quinque concluſiones de mente Scoti tertia diſtinct. Secundi Sententiarũ quæſtionibus illis, quarũ prima eſt, vtrum ſubſtantia materialis per aliquod poſitiuũ intriſecũ ſit de ſe indiuidua, prima eſt hæc natura ſpecifica non eſt de ſe hoc, vel ſingularis probatur, tùm quia eſt diuiſibilis in plura indiuidua, tùm quia eſt de ſe vna minori vnitate, q̃ ſit vnitas numeralis, vt dictum fuit Primo huius, & amplius dicetur Septimo huius. *Q. 1. & 6. Cõcluſio. 1. Naturam ſpecificam aut non eſſe de ſe hoc, vel ſingularẽ, probatur.*

Secunda concluſio eſt hæc, indiuiduatio ſubſtantiæ, nõ eſt per quantitatem, nec cætera accidentia, probatur, ſubſtãtia eſt prior omni accidente Septimo huius, igitur conuenit ſubſtantiæ primò ex ratione ſua, quod ſit priùs naturaliter, quàm determinetur ab aliquo accidente. *Secunda cõcluſio. Indiuiduatio ſubſtãtiæ non eſſe per quantitatẽ, nec cætera accidentia, & probat cõtrà hãc cõcluſiõẽ arguitur dupliciter.*

Sed contrà hanc concluſionem arguitur ſic, quantitas præcedit naturaliter indiuiduationem ſubſtantiæ, igitur eſt indiuidua per quantitatem, conſequentia patet, probatur antecedens, quia generans requirit materiam quantam, antequàm generet, ideò naturaliter præſupponitur quantitas; modo indiuiduatio ipſius geniti eſt per quantitatem. Item Boetius dicit de Trinitate, quod differentium numero accidentium varietas eſt ſicut eſſe in loco.

Ad Argumenta ad primum. Ad primum dicendum, quòd indiuiduationi geniti præſupponitur quantitas corrupti, & omnia accidentia corrupti ordine durationis, quia corruptum præexiſtit cum omnibus ſuis patibus. Sed ex hoc non ſequitur, quòd ſit prioritas naturalis quantitatis ad indiuiduationem ſubſtantiæ huius, in qua eſt quantitas corrupti, nàm iſta accidentia corrupti, quę præcedunt tempore ipſum genitum ſequuntur ſubſtantiam, ideſt illam, in qua ſunt, & etiam iſtam ſingularem, & eodem modo accidentia geniti ſequuntur ſubſtantiam genitam. Vndè quantitas non eſt media inter agẽs, & paſſum: agens enim naturale attingit materiam ſecundùm eſſentiam nudam, vt paſſum, tranſmutatum ab eo immediatè.

Inſtantia. Sed ſi contrà hoc arguitur, quia Auerrois in Libro de ſubſtantia orbis, vbi videtur velle, quòd maneat quantitas eadem in generato; & corrupto, alioquin generans generaret de non corpore, corpus.

Reſponſio. Ad quem dico, quod de eo, quòd aliquando eſſet non corpus poſſet generari corpus, ſed fortè non poſſet naturale agens generare de non corpore corpus, ſicut de corrupto, quia materia non corrumpitur, ſed totum, ſed de eo, quod fuit corpus vſque ad inſtans generationis, & hoc quantitate inhęrente ſibi poteſt agens naturale aliquid generare in illo inſtanti, quantùm alia quantitate, quia ſicut poteſt producere ſubſtantiam, quæ non præfuit, ità poteſt producere omnia accidentia conſequentia eam.

Ad ſecũdũ. Ad Boetium dicendum, quòd varietas accidentium facit differentiam non cauſaliter, ſed notificatiuè, eo quòd ad diuiſionẽ numeralem concomitatur diuerſitas accidentium, quæ habentur per hunc verſum.

Forma figura, locus ſtirps, nomen, patria, tempus.

Ratio eſt iſta, quia accidẽtia non conſiſtũt in eſſe indiuiduali, quia prius eſt indiuiduum, antequam illi aduenıant.

Tertia concluſio. Exiſtentiã actualem non eſſe cã indiuiduationis probatur. Tertia concluſio ſit hæc, exiſtentia actualis non eſt cauſa indiuiduationis, probatur per illud, quod præſupponit coordinationem, & diuiſionem eſſentiarum, non eſt ratio diſtinguendi ipſum, ſed exiſtentia, vt determinata, & diſtincta præſupponit diſtinctionem, & coordinationem eſſentiarũ, igit, &c. Et ſi dicatur, quod præſupponit omnem aliã determinationem, & diſtinctionem ab iſta, quæ eſt ad indiuidua, ſed illam, quæ eſt ad indiuiduum cauſat.

Contra hãc obiectione. Contrà, in coordinatione prædicamentali ſunt omnia, quæ per ſe, pertinẽt ad aliam coordinationem, circũſcripto quo-

quocunque, quòd nihil eſt iſtius coordinationis, quia ſecundùm Philoſophum primo Priorum. Status eſt in quocũque prædicamento in ſurſum, & deorſum, ideò ſicut inuenitur ſupremum in genere, conſiderando illud ſub ratione eſſentiæ præciſè, & genera intermedia, & ſpecies, & differẽtiæ, ità inueniuntur ibi in infinitum, ſcilicèt ſingulare abſque omni exiſtentia actuali, quod patet auctoritate, quia hîc homo non plùs includit formaliter exiſtentiam actualem, quàm homo.

Sed contrà iſtam concluſionem arguitur, omnis actus ſeparat, & diſtinguit Septimo Metaphyſicæ, igitur vltima diffinitio eſt per vltimum actum, ſed vltimus actus indiuiduorum eſt eſſe exiſtentiæ, quia quodlibet aliud ab eo intelligitur in potentia in comparatione ad ipſum. Dico, quòd actus diſtinguit eo modo, quo eſt actus, ſi actus accidentalis, accidentaliter diſtinguit: ſi eſſentialis eſſentialiter diſtinguit. Ità dico, quòd vltima diſtinctio in coordinatione prædicamentali eſt differentia, ſeu diſtinctio indiuidualis, & ità eſt per vltimum actum per ſe pertinentem ad coordinationem prædicamentalem: ſed ad hanc non pertinet exiſtẽtia actualis. Exiſtentia autem actualis eſt vltimus actus, & poſterior tota coordinatione prædicamentali, & ad eam non pertinet, vt patuit ſuprà, & ideò concedo, quod dicit, quòd diſtinguit vltimatè diuiſione exiſtente extrà totam coordinationem, quæ diſtinctio eſt aliquo modo accidentalis, licèt non ſit verè accidentalis, ſequitur enim totam diſtinctionem ſecundùm eſſe quidditatiuum, eo igitur modo, quo eſt actus, ſic diſtinguit.

Quarta concluclusio ſit hæc, indiuiduatio non habet eſſe per materiam, nec formam, probatur, quia quęcũque ſunt de quidditate ſpeciei non conſtituunt rem in eſſe indiuiſibili, materia, & forma ſunt huiuſmodi, igitur, maior patet, quia de cuius quidditate ſunt principia indiuiduãtia ipſum eſt indiuiduũ, minor patet Septimo, & Octauo Metaphiſicæ. Item de materia arguitur ſpecialiter, quia eadem eſt in generato, & corrupto, quæ tamen non ſunt idem numero. Item in accidentibus non eſt materia, ſed ibi eſt diſtinctio indiuidualis. *Quarta concluſio indiuiduatiõnẽ non habere eſſe per principiũ, vel formã, probatur.*

Sed contrà hanc conclnſionem arguitur primo de forma, quia actus diſtinguit Septimo Metaphiſicę, ſed forma eſt actus, igitur diſtinguit. Item de materia, illa ſunt vnum numero, quorum materia eſt vnum in hoc Quinto. *Contra hanc concluſionem inſtatur dupliciter.*

Digitized by Google

Ad argumenta.

Reſpondeo ad primum, forma diſtinguit ſpecificè, n numeraliter.

Materia, & forma relatiuè opponuntur.

Forma dicitur dupliciter.

Ad ſecundum dico, quòd materia, & forma oppon tur relatiuè Secundo Phyſicorum, ideò quot modis citur vnum, tot reliquum. Forma autem quantum ad p ſens dicitur dupliciter, vno modo pro forma partis, a modo pro forma totius, quæ eſt quidditas, igitur mate correſpondenter dicitur dupliciter, quia quædam eſt ma ria, quæ opponitur formæ partis, & hæc eſt materia, quæ principium eſſentiale rei conſtituens, cum forma vnũ e per ſe, quædam eſt materia oppoſita formæ totius, & i quidditati, & per conſequens eſt extrà rationẽ quiddita rei formaliter, & hæc eſt materia, quæ eſt differentia, ſeu prietas indiuidualis, quę eſt cauſa propria indiuiduation quæ poteſt vocari hæcheitas. Cùm igitur dicit Ariſtotel ꝙ illa ſunt vnum numero, &c. loquit̃ de materia non p mo modo, ſed ſecundo quæ congruè vocatur materia, qu conſtituit rem in vltimo eſſe ſubiicibili, & materiali, nõ a formali, quia vt dictũ eſt, non pertinet ad formalẽ quiddit tem rei, & hæc expoſitio cõſonat literę Philoſ. Subdit enir ꝙ iſta sũt vnũ ſpẽ, quorũ ratio eſt vna, ratio enĩ hîc ſũit, p quidditate, quę dicitur forma reſpectu dñe indiuidualis.

Quinta concluſio. Quælibet res eſt ſingularis, & indiuidualis per aliquam rõem poſitiuam, & entitatẽ.

Quinta concluſio eſt iſta, quòd vnaquæque res eſt ſi gularis, & indiuidualis per aliquam rationem, & entita poſitiuam determinantem materiã ad ſingularitatem, qu quidem entitas vocatur differẽtia indiuidualis, & hæcheita probatur concluſio, omnis differentia differentium reduc tur ad aliqua primò diuerſa, alioquin non eſſet ſtatus in di ferentibus, ſed indiuidua propriè differunt, quia ſunt diffe rentia, & alicui idem entia, igitur eorum differentia reduc tur ad aliqua primò diuerſa, iſta primò diuerſa non ſunt na tura in hoc, & in illo, nàm in natura conueniunt, igitur præ ter naturam in hoc, & in illo ſunt aliqua, quibus hoc, & il lud differunt, ſed hoc non ab aliquo extrinſeco, nec mate ria, nec forma, vt dictum eſt, igitur ſunt aliquæ rationes po ſitiuæ per ſe determinantes naturam.

Inſtantia.

Reſponſio.

Quare materia non eſt cauſa indiuiduationis.

Et ſi quæras quare materia, quæ eſt altera pars compoſit non eſt cauſa indiuiduationis?

Reſpondeo, quia non eſt cauſa diſtinctionis.

Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd iſta entitas à qua eſt iſta vnitas perfecta poteſt declarari à ſimili per enti tatem à qua ſumitur differentia ſpecifica; differentia enim, ſpecifica, ſiuè entitas à qua ſumitur poteſt cõparari ad illud

quod eſt infra ſe, vel ad illud, quod eſt ſupra ſe, vel ad illud, quod eſt iuxta ſe: primo differentiæ ſpecificæ, ſiuè entitati ſpecificæ repugnat per ſe diuidi in plura eſſentialiter ſpecie, vel natura diſtincta: & per hoc repugnat, & toti, cuius entitas illa eſt pars per ſe: ità in propoſito huic entitati indiuiduali repugnat primò diuidi in quaſcunque partes ſubiectiuas, & per ipſam per ſe repugnat talis diuiſio toti, cuius iſta entitas eſt pars, & tantummodò eſt differentia in hoc, quòd iſta vnitas naturæ ſpecificæ minor eſt illa vnitate, & propter hoc, iſta non excludit omnem diuiſionem, quæ eſt ſecundùm partes ſubiectiuas: ſed tantùm illam diuiſionem, quæ eſt partium eſſentialium. Iſta autem excludit omnem diuiſionem, & ex hoc confirmatur ſatis propoſitum, quia ex quo quęcunque vnitas minor illa vnitate, habet entitatẽ propriam, quam per ſe ſequitur, nõ videtur probabile, quòd tali vnitati perfectiſſimæ negetur propria entitas, quam cõſequitur. *Differentia ſpecifica poteſt cõparari ad tria.*

Secunda differẽtia poteſt comparari ad illud, ꝙ eſt ſuprà ſe. Circà quod ſciendum, quòd iſta realitas à qua ſumitur differentia ſpecifica, eſt actualis reſpectu illius realitatis à qua ſumitur genus, vel ratio generis, ità quòd hæc realitas non eſt formaliter illa: alioquin eſſet nugatio in diffinitione, & ſolùm genus ſufficienter diffiniret, vel illa differentia, quia indicaret totam entitatẽ diffiniti; quãdoque tamen illud contrahens eſt aliud à forma à qua ſumitur ratio generis, ſcilicèt quandò ſenſus addit aliquam rem ſuprà naturam generis: quandò tamen non eſt res alia, ſed tantùm formalitas alia, vel alius conceptus formalis illius rei, quia ſecundùm hoc, aliqua differentia hẽt conceptum non ſimpľr ſimplicem, putà quia ſumitur à forma aliqua; tamen habent conceptum ſimpliciter, ſimplicem, qui ſumitur ab vltima abſtractione formæ, vt dictum eſt Tertio huius.

Quantùm ad illud, iſta realitas indiuidui eſt ſimilis realitati differentiæ ſpecificæ in hoc, quod eſt quaſi actus determinans realitatem ſpeciei, quaſi potentialem: ſicut realitas ſpeciei eſt actus determinans realitatem generis, ſed in hoc eſt diuiſibilis: quia iſta nũquam ſumitur à forma addita, ſed præciſè ab vltima realitate formæ. Etiam quo ad aliud eſt diffinibile, quia realitas ſpecifica conſtituit compoſitum, cuius eſt pars in eſſe quidditatiuo, quia ipſa eſt entitas quędã quidditatiua. Iſta autem realitas indiuidualis eſt primò diuerſa ab omni entitate quidditatiua, quod probat ex hoc, quia intelligendo quãcũque entitatem, quidditatiuã

loquendo de entitate quidditatiua limitata,quæ commun eſt multis:nec repugnat ſibi dici de multis,quorũ quodlib eſt ipſum, igitur illa entitas, quæ eſt de ſe hæc eſt alia en tas ab entitate quidditatiua, non igitur poteſt conſtitue totum,cuius eſt pars in eſſe quidditatiuo, ſed in eſſe alteri rationis. Et quia apud Philoſophum quidditas dicitur fr quenter forma, vt habetur Quinto Metaphyſicæ Capitul de cauſa,& in multis locis, & vij Metaphyſicè Capitulo c partibus diffinitionis, quòd in quocunque non eſt mater illud eſt, quod quid eſt eum eo,cuius eſt. Et materiale vc catur apud eum, quodlibet habens quidditatem cõtractan Et Boetius in libro de Trinitate Capitulo Vltimo, ꝙ nu la forma poteſt eſſe ſubiectum accidentis,quia forma dic in quid de quolibet alio,& ſi humanitas, quæ non eſt fo ma alterius partis compoſiti,vt materiæ,vel formæ: ſed te tius compoſiti habentis quidditatem contractam, ſiuè i quo eſt quidditas contracta, ideò omnis realitas ſpecific conſtituit in eſſe formali, quia in eſſe quidditatiuo, realita indiuidui conſtituit præciſè in eſſe materiali,hoc eſt in eſſ contracto. Et ex hoc ſequitur illa regula Logica, quòd iſt entitas eſſentialiter eſt formalis, illa materialis: quia iſt conſtituit in eſſe ſubiicibili, & illa in ratione prædicabilis prædicatum autem formale habet rationẽ formæ:ſubicibil autem habet rationem materiæ,vt humanitas eſt forma,nõ alterius partis compoſiti,vt materiæ, vel formæ, ſed totiu habentis quidditatem contractam,ſiuè in quo eſt quiddita contracta: ideò omnis realitas ſpecifica conſtituit in eſſ formali, quia in eſſe quidditatiuo, realitas aũt indiuidu conſtituit præciſè in eſſe materiali, hoc eſt in eſſe cõtracto Tertiò poteſt differentia ſpecifica compatari ad aliud,quo eſt iuxta ſe, ſcilicèt ad differentiam ſpecificam.

Regula Logica.

Sciendum eſt igitur, quòd licèt poſſet eſſe non primò diuerſa ab alia,ſcilicèt, quæ habet conceptum ſimplicite ſimplicem,& quantum ad hoc,quòd differentia indiuidualis aſſimilatur differentiæ ſpecificæ, quia omnis entitas indiuidualis eſt primò diuerſa à quocunque alio.

Ex hoc patet reſponſio ad illam obiectionem,obiicitu enim aut hæc entitas,& illa ſunt eiuſdem rationis, aut non: ſi ſic,ergo poteſt ab ea,& ab alia abſtrahi alia entitas ſpecifica, & de illa quærendum eſt, per quod contrahitur ad hanc entitatem,& ad illam:ſi de ſe,ergo pari ratione potuit eſſe ſtatus in natura lapidis: ſi per aliud,ergo erit proceſſus in infinitum. Si alterius rationis: igitur conſtituta per iſta

ſunt alterius rationis: & ſic non erunt indiuidua eiuſdem ſpeciei.

Reſpondeo differentiæ ſpecificæ vltimæ ſunt primò diuerſæ: & ideò ſequitur ab eis, quòd, niſi vnum per ſe cõmune poteſt abſtrahi, non tñ ſequitur, quòd cõſtituta per illa ſint primò diuerſa, & non alicuius vnius rationis: aliqua enim eſſentialiter diſtingui eſt dupliciter, vel eſſentialiter incompoſſibilia: quia ſcilicèt non poſſunt ineſſe eidem: vel quia eſſentialiter in nullo conueniunt. Et primo modo verum eſt, quòd diſtincta ſunt æquè diuerſa, ſicut diſtinguentia, non enim poſſunt diſtinguentia eſſe incompoſſibilia, quin & diſtincta ſint incõpoſſibilia. Secũdo modo vniuerſaliter eſt impoſſibile, quia diſtincta non ſolùm includunt diſtinguentia: ſed aliquid aliud, quod eſt quaſi potentiale reſpectu diſtinguentium: & tunc diſtinguentia in eo non conueniunt, ſicut reſponſum eſt de differentijs primò diuerſis, ità reſpondeo de differentijs indiuidualibus, quòd ſunt primò diuerſæ, ſicut illæ, igitur entitates ſunt incompoſſibiles, ità indiuidua habentia illas entitates.

Aliqua eſſentialiter diſtingui eſt dupliciter.

Et ſi quæras à me, quæ eſt iſta entitas indiuidualis à qua ſumitur differentia indiuidualis, eſtnè materia, forma, vel compoſitum?

Inſtantia.

Reſpondeo, quòd omnis entitas quidditatiua, vel partialis, ſeu totalis alicuius eſt de ſe indifferẽs, vt entitas quidditatiua ad hanc entitatẽ, & illam, ità quòd, vt entitas quidditatiua eſt naturaliter prior illa entitate, vt hoc eſt, vt prior eſt naturaliter, ſicut conuenit ſibi eſſe hãc, ità non repugnat ſibi ex ratione ſua oppoſitum ſuum. Et ſicut compoſitum non includit ſuam entitatem, quæ eſt hæc materia, nec forma inquantùm non includit ſuam: non eſt aũt iſta entitas materialis forma, vel compoſitum, inquantùm quodlibet iſtorum eſt natura: ſed eſt vltima realitas entis, quod eſt materia, vel quod eſt forma, vel quod eſt compoſitum, ità quòd quodcunque commune, & tamen determinabile.

Reſponſio.

Ad hoc poteſt diſtingui quantumcunque ſit vna res in plures realitates formaliter diſtinctas, quarum hęc formaliter non eſt illa, & hæc eſt formaliter entitas ſingularitatis: & illa eſt entitas naturæ formaliter: nec poſſunt iſtæ duæ realitates eſſe res, & res ſicut poſſunt eſſe realitas, vndè accipitur genus, & realitas, vndè accipitur differentia ex quibus realitas ſpecifica accipitur: ſed ſemper in eodem, ſiuè in parte, ſiuè in toto ſunt realitates eiuſdem rei formaliter diſtinctæ.

Inſtantia. Et ſi arguas omne indiuiduum,in quo eſt natura ſi laris,tunc erit compoſitius ipſa natura.

Reſponſio. Compoſitio poteſt intelligi dupliciter. Reſpondeo, quòd compoſitio poteſt intelligi prc prout eſt ex re actuali, & potentiali: vel minus pro prout eſt ex realitate actuali,& potentiali.Primo modc diuiduum non eſt compoſitius, quàm natura ſpeci quia nullam rem addit: quia neque materiam, neque mam,neque compoſitum ſicut procedit argumentum. cundo modo eſt neceſſariò magis compoſitum: quia realitas à qua ſumitur differentia ſpecifica eſt potenti reſpectu illius realitatis,à qua ſumitur realitas differen indiuidualis,ſicut ſi eſſent res,& res: non enim realitas ſ cifica ex ſe habet: vndè per idemptitatem includit ill differentiam indiuidualem : ſed tamen aliquod tertii includit ambo iſta per idemptitatem:& hæc eſt talis co poſitio,qualis non poteſt ſtare cum ſimplicitate diui illa enim non tantùm non compatitur ſecum compo tionem rei actualis, & potentialis, ſed neque realita actualis cum realitate potentiali : comparendo eni quodcunque eſſentiale in diuinis, quod ad quodcunq eſſentiale eſt formaliter infinitum: & ideò ex ſe habet v dè per idemptitatem includat quodcunque, quòd pote ſecum eſſe: ſed in propoſito,neque entitas ſpecifica incl dit per idemptitatem indiuidualem entitatem,neque èco uerſò, ſed tantùm aliquod tertium, cuius ſunt iſta ambc quaſi per ſe partes includit ambo iſta, & hæc de Prim Articulo.

Quęſtio Tertia.

VTRVM SECVNDA DIVISIO vnius ſit benè aſſignata?

Artic.2. QVANTVM ad Secundum Articulum videtur, quòd ſecunda diuiſio vnius non ſit benè aſſignata, quia vel eſt eadem cùm prima vel alia:non eadem, quia eſſet inſufficiens, cùm habeat prima quinque modos, ſeu quinque membra: & illa quatuor tantùm, nec eſt alia,quia duo membra huius

diuiſionis coincidũt cum duobus membris alterius diuiſionis, ſcilicèt vnum genere, & vnum ſpeciè.

Contrà eſt Philoſophus in littera.

Reſpondeo ſecundùm mentem Scoti in hoc quinto dico duo dicta. Primum eſt, quòd iſta diuiſio eſt ſecundùm intentiones Logicas, & fundamenta intentionalia. *Duo dicta Philoſophi ſententia.*

Prima autem diuiſio aſt ſecundùm fundamenta realia, & ideò modi ſecundæ diuiſionis fundantur ſuper modos primæ diuiſionis eo modo, quo intentiones fundantur in rebus, & ideò prima diuiſio dicitur realis; ſecunda intentionalis.

Secundum dictum eſt ad ſufficientiam ſecundæ diuiſionis declarandam, quæ ſic haberi poteſt, quia intellectus intelligens aliquid ſub ratione vnius, aut intelligit illud ſub ratione incommunicabilitatis, aut communicabilitatis? ſi primo modo, ſic eſt primus modus, ſcilicèt vnum numero; ſi ſecundo modo, aut eſt communicabile de pluribus differentibus numero, & ſic eſt vnitas ſpeciei; & aut de pluribus differentibus ſpecie, ſic eſt vnitas generis, vltrà autem iſtam ſimilitudinẽ, vel vnitatẽ quòd dico propter vnitatem entis, quòd non eſt propriè, nec ſpecies, nec Genus, non eſt inuenire aliquem vnum conceptum prædicabilem de pluribus prædicatione quidditatiua: tamen comparando vnum conceptum commiſſimum alteri conceptui cõmuniſſimo in ſicut ſe habendo reſpectu ſuorum inferiorum in prædicando in quid, de eis inuenitur vnitas proportionis, & ſic eſt diuiſio ſufficiens. *Vnitatum ſufficiẽtia.* *Quomodo vnitas proportionis inuenitur.*

Sed contrà primum dictũ arguitur, hæc diuiſio Logica datur ſ'm intentiones Logicas, igitur tot, quot ſunt intentionalia, tot eſſent vnitates: ſed hoc eſt falſum, quia plura ſunt intentionalia; quã iſta quinque, ſcilicèt Genus, ſpecies, differentia, proprium, & accidens.

Præterea, ſi ſic, igitur illę vnitates erunt nihil, quod eſt falſum probatio conſequentiæ, quia omne ens minus ente rationis eſt non ens, ſed paſſio fundata in ente rationis eſt minus ens ſuo ſubiecto, quòd eſt ens rationis, igitur illæ vnitates fundatæ ſuper fundamenta intentionalia erunt nõ ens, & nihil.

Contrà ſecundùm dictum arguitur.

Tùm quia repugnat primo dicto, quia duo membra non ſunt accepta ſecundùm fundamenta intentionalia, vnum eſt quantùm ad primum modum, ſecundùm

quòd dicitur vnum numero, cuius materia eſt vna, ſed
teria non eſt; ens rationis; non ens reale igitur, &c. Secun
membrum eſt quantum ad quartum membrum, quia alic
eſt proportio nullo intellectu exiſtente: quia ſicut ſe hab
octo ad quatuor, ſic ſex ad tria; ergo vnitas proportionis
cauſatur ab intellectu. Sed illę rationes non cogunt.

Rationes ad Ad primam dicit, quòd iſta diuiſio vnius datur, ſecundù
quòd vnitas intentionalis fundatur in quocunque conſid
rato, vt quid, & vt prędicabilia in quid; ſed non ſunt, niſi d
enunciatiua in quid. Alia autē, de quibus inſtatur prædicāt
in quale, ſcilicèt differentia, proprium & accidens.

Nota benè. Ad ſecundum dico, quòd ſicut eſt dare gradus in entibu
naturæ, & realibus, ſic eſt in intentionibus: ideò maior e
falſa: nō enim oportet, quòd quicquid eſt minus ens ente ra
tionis ſit non ens, quia licèt iſta res rationis, quæ ſubiicitu
alteri rei rationis, ſit magis res aliquo modo; non tamen ſe-
quitur ex hoc, quòd res fundata ſit nihil.

Ad aliud, contrà ſecundùm dictū exponitur primùm membrum, de quo inſtatur ſic; Vnum numero dicitur, quod non prędicatur de pluribus: & hęc eſt vnitas ſingularis; & ſic fundamentum vnius eſt ſingulare, quod eſt fundamentum intentionale.

Item primo huius, quia ſingulare, & vſe referuntur adinuicem: ſed vniuerſale eſt intentionale, igitur, & ſingulare: quia ſunt ſimul natura; res autem primæ intentionis, & ſecundæ non ſunt ſimul natura.

Confirmatur iſta expoſitio per illud, quod habetur primo huius. Vnum numero dicere, aut ſingulare nihil differt: illā autem notificationem exponit vnum numero Ariſtot. hîc videlicet, quòd iſta ſunt vnum numero, quorum materia eſt vna, non eſt propriè diffinitionis vnitatis numeralis conueniens ſecundæ intētioni, qualis eſt iſta vnitas non diffinitur per ens primę intentonis cuiuſmodi eſt materia, accepta pro differentia indiuiduali, ſed illa notificatio eſt quædam deſcriptio, ſeu notificatio, ſeu circumlocutio per cōuertibilià, non enim omne vnum numero habet talem materiam vnam, & èconträ.

Ad aliud de proportione dicendum eſt, quòd duplex eſt, proportio vno modo ſm fundamenta realia, ſicut in numeris, alio modo ſecundùm fundamenta intentionalia, ſicut in prædicatione, & ſubiicibilitate, prima poteſt eſſe ſine intelectu, & de illa arguit: ſecunda non poteſt eſſe ſine intellectu, cum prædicari, & ſubiici pertineant ad actum in-

tellectus: & de illa loquitur hic Philoſophus, quia prędicata habent hanc prædicationem in prædicando in quid de ſub ſe contentis.

Ad ſecundum principale dicitur, quòd ſecunda diuiſio eſt alia à prima, nec concidunt, quia vnitas diuiſa primò eſt realis, ſed diuiſa ſecundò eſt intentionalis: & ſimiliter ſe habent fundamenta correſpondentes: & ſic vnum genere, & vnum ſpecie non coincidunt, nec conueniunt hic, & ibi.

Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd ſicut iàm dictum eſt in primo libro, & amplius dicetur in Septimo. Omnis vnitas cauſata ab intellectu habet vnitatem in re, à qua originatur, ſicut ignis generat ignem, qui eſt idem ſibi ſpecie, etiam nullo intellectu exiſtente, & pro tanto conceditur generatio illa eſſe vniuoca, & ex iſta vnitate in re mouetur intellectus, ad inueſtigandum vnitatem intentionalem, & hæc vnitas realis eſt in membris diuiſionis primæ: vnitas autẽ rationis, quę fundatur in illa vnitate eſt in ſecunda diuiſione, licèt autem vnum primo modo dictum ſit vniuocum in ſe, quò ad ſuos modos: tamen vnum ſecundo modo diuiſum æquiuocè dicitur ab vno primo diuiſo, ſicut enti, & rationis nihil eſt commune vniuocum ſic, nec eorum vnitatibus.

ENS QVOT DICITVR modis. CAP. IV.

ENs autem, &c. Hìc Philoſophus diuidit quot modis dicitur ens, & primò dicit, quòd ens dicitur dupliciter, ſcilicèt, per ſe, & per accidens. *Ens dicitur dupliciter.*

Circà quod ſciendum, quòd iſta diuiſio nõ eſt eadem cum prima diuiſione, qua diuiditur in ſubſtãtiam, & accidens, quod ex hoc patet, quia ipſe poſtmodum diuidit ens ſecundùm ſe in decem prædicamenta, quorum nouem ſunt accidentia; ens igitur diuiditur per ſubſtãtiam, & accidens ſ'm abſtractam entis conſideratiõe: ſicut ipſa albedo in ſeipſa conſiderata dicitur accidens, & homo dicitur ſubſtantia. Diuiſio autem entis in ſecundùm ſe, & ſecundùm accidens attenditur ſecundùm, quòd prædicatur de aliquo per ſe, & de aliquo per accidens.

Dicit autem Philoſophus, quòd ſecundùm accidens dici- *Ens ſecun-*

Digitized by Google

dũ accidens triplicíter. tur triplicíter. Vno modo, quãdo accidẽs prędicatur de ... iecto, vt homo eſt albus, ſecundo modo, quando ſi... ctum prædicatur de accidente, vt album eſt homo. T... modo ſecundùm quod accidens prędicatur de accidenti... *Ens per accidens quid* muſicus eſt albus. In iſtis autem tribus modis entis per... dens patet, quòd ens per accidens eſt aggregatum ex re... diuerſorum generum. Diuidit vlterius ens per ſe in de... prædicamenta de quorum diſtinctione dicetur in capi... *Ens per ſe in potentia & actu.* de aliquid. Diuidit conſequenter Philoſophus ens per ſe... potentiam, & actum ſicut frumentum dùm eſt in herba... ens in potentia, dicitur autẽ ens perfectũ cũ eſt ens in a...

Deindè oſtendit Philoſophus quot modis dic... ſubſtantia, vno modo enim ſumitur ſubſtantia p... *Subſtantia dicitur multipliciter.* ut ſubſtat accidentibus, & ſic eſt prædicamentum diſ... ctum ab accidentibus, alio modo ſumitur pro, qu... bet rei eſſentia, ſeu quidditate: & ſic non eſt prædicam... tum diſtinctum ab aliis. Alio modo dicitur à per ſe ſtar... nullatenus dependens ab aliquo, & ſic ſolus Deus dici... ſubſtantia, alio modo dicitur ſubſtantia non inhærentia,... ſic quicquid non inhæret, vel inhærere poteſt eſt ſubſta... tia, & ſic etiam Deus, & intelligentiæ, indiuidua in gen... ſubſtantię, ſubſtantiæ ſecundæ, materia, forma ſubſtantia... differentię ſpecificæ dicuntur ſubſtantia. Alio modo dici... ſubſtantia à fundamento, ſicut ſuperficies reſpectu alb... dinis dicitur ſubſtantia, & accidentia abſoluta dicuntur ſu... ſtantię reſpectu relationis, ſicut etiam dicimus diuiti... eſſe ſubſtantias, quia ſubiiciuntur homini pro neceſſita... bus corporis ſubleuandis.

DE MVLTORVM NOMInum diſtinctione.

CAP. V.

Text. Secunda pars. Eadem dicuntur, &c. Poſtquam Philoſophus diu... ſit nomina ſignificãtia ſubiectum huius ſcientia... hîc diſtinguit nomina, quæ ſignificant partes e... rum; & primò ponit nomina, quę ſignificant pa... tes vnius, cùm dicit, quòd partes vnius ſunt idem; quod e... vnum in ſubſtantia, & ſimile, quod eſt vnũ in æqualitate, &... æquale, quod eſt vnum in quãtitate. Sic ècontrà partes mul... titudinis ſunt differentia, ſiuè inęquale, & diſſiſe.

Identitas quid. Dicit autem, quòd ideptitas eſt vnitas, vel vnio quędã: &... hoc dupliciter, vel ex eo, quòd illa, quę dicũtur eſſe idem, ſe...

Google

plura ſecundùm eſſe: ſed tamen dicuntut idem inquantùm in aliquo vno conueniunt, vel in genere, vel in ſpecie: & talis idẽtitas eſt relatio realis. Alio modo, quia ſunt vnum ſm eſſe, & intellectus vtitur vno, vt pluribus, vt patet ad hoc, ꝙ relationem intelligat: nàm non poteſt relatio intelligi, niſi inter duo extrema, ſicut dicitur aliquid eſſe idem ſibi ipſi: tunc enim intellectus vtitur eo, quod eſt vnum ſecundùm rem, vt duobus. Alias eiuſdem ad ſeipſum relatio deſignari nõ poteſt. Vndè patet, ꝙ ad relationẽ realẽ requiritur, quòd extrema ſint diſtincta: relatio enim idẽtitatis eiuſdem ad ſe non eſt realis, ſed rationis tantùm.

Nota de identitate, Extremorũ diſtinctio ad relationem realem requiritur.

Tractat inſuper Philoſophus de diuerſo, & differenti. Circà quòd notandum, quòd diuerſa, & differentia aliquando ſumũtur largè, & ſic vnum ſumitur pro reliquo, ſicut dicimus diuerſa genere, diuerſa ſpeçie. Alio modo ſumitur ſtrictè, & tunc differũt, illa enim, quę in nullo conueniũt quidditatiuè, dicuntur primò diuerſa in differentia, vt differentię vltimæ, quia hîc dicit Philoſophus, quòd differentia ſũt ad idem entia, id eſt, in aliquo couenientia, vt homo, & equus, qui licèt differant per rationale, & irrationale conueniunt tamen in animali.

Diuerſum & differẽs dupliciter.

Quia ergo oppoſitio continetur ſub differentia, ideò ponit Philoſophus quatuor ſpecies oppoſitionum: quorũ ſufficientia, ſic poteſt haberi, quia oppoſita, vel ponunt ſe eſſe, vel excludunt ſe eſſe, ſi primo modo, ſic ſunt relatiua, quæ ratione dependentię mutuò ſimul ſunt, & non ſunt. Si ſecũdo modo, aut vtrumque extremum ponit aliquid, vel nihil: ſi vtrumque ponit aliquid, ſic ſunt contraria, quæ ſub eodem genere dicunt duas naturas poſitiuas maximè diſtantes: ſi verò vtrumque nihil eſt poſitiuum: ſed alterum negatiuum: vel eſt negatio ſimpliciter, & ſic ſunt contradictoria: vel eſt negatio in ſubiecto determinato, & apto nato: & ſic ſunt priuatiuè oppoſita.

Differẽtia oppoſitionũ ſufficientia.

Quia igitur dicit Philoſophus, quòd duo accidentia ſolùm numero differẽtia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto: ideò ad eius euidentiam pono tres concluſiones: prima eſt iſta non includit contradictionem, duo accidentia intentionalia differentia ſolum numero eſſe in eodem ſubiecto: hæc concluſio ſic oſtenditur, quia in eadem parte medij, & in eodem oculo ſunt multæ ſpecies eiuſdem ſpeciei, quæ differũt ſolùm numero, igitur duo accidẽtia ſolùm numero differẽrentia in eodem ſubiecto eſſe non includit contradictionẽ: Cõſequẽtia patet, quia huiuſmodi ſpẽs ſũt entia intẽtionalia

Tres concluſiones. Prima concluſio.

Digitized by Google

ſecundùm communem modum loquendi:; probatur a
cedens, quia ſi ponantur multa alba in medio; oculu
quocumque puncto medij exiſtens poteſt videre, & po
habere eorũ ſpecies, & diſtinctè videt ea, igitur habet diſ
ctas ſpecies. Similiter in virtute ymaginatiua ſunt duæ ſ
cies eiuſdem ſpeciei, quod probatur per eandem ratione
Reſpondetur fortè, quòd non in eadem parte medij ſi
ſpecies huius albi, & illius, & ſimiliter dicetur de oculo, qu
illæ ſpecies in alijs partibus oculi ſunt.

Obiectio. Contrà ponatur vnum tantùm album, ſcilicèt ouu
tunc ſpecies illius erit in toto illuminato, quantùm du
virtus eius, ponatur etiam aliud album, tunc ſpecies ei
erit in eadem parte medij cum ſpecie alterius albi: vel ſequ
tur, quòd illud aliud non videbitur ab oculo, cùm per te n
Reſponſio. poteſt gignere ſpeciam ſuam, quod eſt contrà ſenſum.

Diceres, quòd gignendo ſpeciem ſuam corrumpit ſpeci
alterius albi. Contra, poſito, quòd ſit debilius ipſo: aut igitu
Obiectio. ſimul erit ſpecies eius cum ſpecie alterius, aut corrumpit, v
dicis: ſed non poteſt corrumpere, cùm ſit debilius eo ex ipo-
ſtaſi: & ſic patet, quòd illæ plures ſpecies poſſunt eſſe in ea
dem parte medij.

Similiter probatur, quòd ſunt in eadem parte organi oculi, & phantaſiæ, quia ſi non organum viſus, vel phãtaſiæ, cùm ſit paruum quantitate, citò eſſet occupatum ſpeciebus duabus, vel pluribus: & tunc non poſſet ſentire de nouo aliquod obiectũ de nouo præſentatum, cùm ſpecies recipi non poſſit in organo viſus, vel phantaſiæ: ſed id mani-
Concluſio ſecunda. feſtè eſt falſum, & contrà ſenſum. Secunda concluſio eſt hæc. Non eſt impoſſibile duo accidentia relatiua, & realia differentia ſolùm numero eſſe in eodem, probatur, vnus pater habet multos filios, igitur in eo ſunt plures paternitates, ſeu relationes, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, probatur conſequentia, quia pater per hanc paternitatem non refertur ad omnes filios, quia deſtructo hoc filio, deſtruitur hæc paternitas, quia relationes mutuò ſimul ſunt, & non ſunt; igitur hæc paternitas ſimul erit, & non erit.

Concluſio Tertia. Tertia concluſio ſit iſta. Impoſſibile eſt duo accidentia realia abſoluta educta de potentia materiæ per motum naturalem, differentia ſolùm numero eſſe in eodem, hæc concluſio probatur. Motus non eſt, niſi in mobili, ſicut diſpoſitio oppoſita formæ inducendæ, vt contraria, vel media: quia omnis motus eſt inter contraria, vel media ex Quinto Phyſicorum. Sed ſi agens in mobili inueniat for-

mam eiuſdem ſpeciei formæ ab eo inducendæ non inuenit ipſum ſub diſpoſitione oppoſita, igitur mouet ipſum ſimpliciter inducens aliam formam; ſed augebit formam præexiſtentem in mobili ſecundùm hanc concluſionem intelligit Philoſophus propoſitionem prædictam.

DE NOMINIBVS ORdinem ſignificantibus.

Cap. V.

P*riora, &c.* Poſtquã Philoſophus diſtinxit nomina, quæ ſignificant partes vnius, hic diſtinguit nomina ſignificantia ordinem, ſcilicèt, Prius, & Poſterius: vnum enim quendam ordinem importat; vni enim eſſe eſt principium, vt dictum eſt prius.

Et circà hoc duo facit. Primò aſſignat rationem communem Prioris, & Poſterioris. Secundò, diſtinguit diuerſos modos Prioris, & Poſterioris. Dicit ergo, quòd ſignificatio Prioris, dependet ex ſignificatione principij: nàm principium in vnoquoque genere eſt illud, quod eſt primũ in illo genere, ſiuè ſit primum ſecundùm locum, ſiuè ſecundùm perfectionem, vel tempus, prius igitur illud eſt, quod eſt propinquius alteri principio determinato. *Prius quid.*

Ad cuius euidentiam ſciendũ, quòd hæc diffinitio aliter conuenit Priorib. eſſentialiter ordinatis, & aliter Priorib. accidẽtaliter ordinatis. Nã in eſſentialiter ordinatis eſt vera depẽdentia Poſterioris ad primũ ſimpl'r: nõ ſic autẽ in accidẽtaliter ordinatis: ſed accidit, quòd huic reuolutioni Cœli, quòd alia præceſſerit, licèt non potuit, non eſſe, non fuiſſe, etiam ſi per impoſſibile prima non fuiſſet, igitur in eſſentialiter ordinatis dicitur Prius reſpectu alicuius primi ſimpliciter à quo vno primo ſunt omnia, & dependent; ſed in accidentaliter ordinatis, non eſt prius reſpectu alicuius primi ſimpliciter; ſed per comparationem ad primum non ſimpliciter; ſed ſecundùm quid, vt reſpectu illius, quod ponitur primum.

Vndè cùm partes temporis ſint accidentaliter ordinatæ, vt dictum eſt, dato, quòd tempus eſſet æternum, in tempore nõ eſſet primum ſimpliciter; ſed ſecundùm quid, ità quòd prius in tempore, & primum ſunt ex aſſignatione noſtra. *Modi Prioritatis quotuplices.*

Secundò videndum eſt de modis Prioritatis. Circà

Digitized by Google

quod notandum, quòd à Philoſophis, & Theo quinque modi prioritatis reperiuntur, ſcilicèt pric temporis, ſitus, naturæ, & perfectionis, & originis. Pric temporis eſt, qua vnum eſt prius alio ſecundum tempu Adam fuit prius Noe. Prioritas ſitus eſt, qua vnum pr dit aliud ordine locali, ſicut eſt inter aerem, & terram, a & ignem inter orbes cœleſtes. Nàm terra eſt inferio poſterior alijs elementis ſecundùm ſitum; deindè a deindè aer, deindè ignis, deindè Luna, deindè Mercu

Prioritas Temporis & Situs quid.

Prioritas naturæ eſt à qua non conuertitur conſeq tia ſubſiſtendi, quandò arguitur à ſecundo adiacente de ad tertium eſſe. Dicitur autem ſecundum adiacens, qua non exprimitur prædicatum in propoſitione, vt ho eſt. Dicitur verò tertium adiacens, quandò exprim prædicatum, vt homo eſt albus. Sic igitur animal prius homine natura, quia benè ſequitur homo eſt, e animal eſt, & non èconuersò. Item alio modo dici priùs natura; quandò conuertitur conſequentia ſu ſtendi, & vnum eſt cauſa alterius, vt ſubiectum eſt prius tura paſſione, quia eſt cauſa paſſionis; quia paſſio pullul principijs ſubiecti. Et ſi arguitur contra hoc, vnum rela uorum eſt prius reliquo, vt pater filio, cùm ſit eius cauſa, non conuertitur conſequentia ſubſiſtendi.

Natura.

Secundum adiacens quid.

Tertium adiacens quid.

Inſtantia.

Reſpõſio.

Reſpondeo, inquantùm ſumuntur pro fundament non autem pro relatiuis. Tertio modo dicitur prius nat ra aliquo modo, quod præſupponitur ei, & ſic actus intell ctus eſt prior actu voluntatis, quia ſecundùm Auguſtinu nihil volitum, niſi præcognitum. Quarto modo dicit prius natura prius in naturali intelligentia, ſicut èconuer exponitur de reſpectiuis, quòd ſunt ſimul natura, ideſt nat rali intelligentia.

Prioritas perfectionis quid.

Prioritas perfectionis eſt Prioritas, qua vnum e prius alio perfectione, & ſic ſubſtantia eſt Prior accidente.

Prioritas originis quid.

Prioritas originis dicitur, quod denominatur ab origi ne actiua; ſed poſterius origine dicitur, quod denominatu ab origine paſſiua, vndè producens, generans, mouens, ſun priora origine genito, producto, & moto.

Eſt autem ſecundus modus Prioritatis originis quandò duæ origines actiuæ, & paſſiuæ duorum produ ctorum ſunt adinuicem ordinatæ, ſic quòd vnum neceſſa riò præſupponit alterum, vt illuminatio tàm actiua, quàm paſſiua eſt Prior origine, quàm calor. Nàm Sol prius illu minat, quàm calefacit aerem, & prius vnam partem aeris,

Digitized by Google

quàm aliam propter ordinem naturalem effectuum. Hæc autem Prioritas poteſt dici aliquo modo Prioritas naturæ.

Tertio modo dicitur aliquid prius origine, quod eſt à ſe, & poſterius, quod eſt ab alio, & ſic quod eſt omninò improductum, ſicut pater in Diuinis dicitur prius origine. Filius autem, qui eſt productus à Patre, Poſterius origine.

Notandùm autem, quod in vno inſtanti temporis, ſeu naturæ poſſunt eſſe multa ſigna originis, ſicut multæ illuminationes, quarum vna eſt Prior alia, vt dictum eſt, tamen menſuratur vno inſtanti temporis. Sed diceres ſunt ſigna originis ſucceſſiua, vel permanentia. Dico, quòd ſigna Prioritatis, & poſterioritatis durationis, & temporis ſunt ſucceſſiua ſicut eorum fundamenta. Signa vero naturæ perfectionis, & originis ſunt permanentia.

Sed diceres poteſtnè eſſe prius, & poſterius originis in inſtanti vno naturæ, & temporis.

Dico, quòd in vno inſtanti durationis ſunt multa ſigna gna Prioritatis, & Poſterioritatis naturæ, quia in eodem inſtanti, quo compoſitum generatur, ipſum compoſitum eſt prius natura ſua paſſione; & tamen ſimul ſunt in inſtanti temporis.

In vno autem ſigno naturæ ſunt multa ſigna originis. Nàm mille ſigna originis, imò quaſi infinita poſſunt ſtare in vno inſtanti naturæ, vt patet de pluribus illuminationibus aeris, tàm actiuis, quàm paſſiuis habentibus ordinem originis ad inuicem.

DE NOMINIBVS SIGNIficantibus partes entis.

Cap. VI.

Poteſtas, &c. Poſtquàm Philoſoph. diſtinxit nomina ſignificantia partes vnius, hîc diſtinguit nomina ſignificantia partes entis. Et quia ens diuiditur per actum, & potentiam, ponit plures modos huius nominis potentia.

Pro nunc autem poſſunt aſſignari ſeptem genera potentiarum. Eſt enim potentia actiua, paſſiua, *Septem genera potentiarum.*

Potentia actiua quid. Potentia paſſiua quid. Potentia obeditiua quid. Potentia Mathematica quid.

obeditiua Metaphyſica, Logica, Obiectiua, & Subiectiua. Potentia actiua eſt, quæ eſt principium transmutandi aliud, inquantùm aliud. Potentia paſſiua eſt potentia tranſmutatiua ab alio inquantùm aliud. Potentia obeditiua, dicitur illa, quæ reſpondet potentiæ infinitæ ipſius Dei, quia omnis creatura eſt in obedientia Dei, & ei ſubijcitur, Potentia Mathematica eſt potentia tranſumptiuè dicta, ſicut dicimus duo Dyametra duci in quadratum per hanc ſimilitudiné, quia ſicut ex eo, q̄ eſt in potétia fit illud, quod eſt in actu, ità ex ductu alicuius lineæ in ſeipſam reſultat quadratum, ſicut ſi diceremus ternarium duci in nouenariũ, quia nouenarius conſurgit ex ductu ternarij in ſeipſum; nàm ter tria ſunt nouem.

Potentia Logica quid.

Potentia Logica accipitur pro non repugantia terminorum, ſicut dicimus, quòd homo poteſt eſſe animal. Talis autem potentia eſt non abijciens actum: ſed ſtat cum actu, vt patet. Vel ſic potentia Logica, li ſnihil aliud eſt, quàm nõ repugnantia terminorum; vt cùm dicimus, homo eſt animal: hic iſti duo termini habent poteſtatem adinuicem: ità quòd vnus poſſit verè prædicari de alio, & quòd prædicatum poteſt verè ineſſe ſubiecto. Et de iſta potentia loquitur Ariſtoteles Septimo Metaphyſicæ: ſed hæc, homo non eſt aſinus, non eſt potentia Logicalis: quia ibi eſt repugnantia terminorum, & prædicatum non poteſt ineſſe ſubiecto: quia iſti termini ſunt incompoſſibiles. Et ſic accipiendo potentiam non componitur neceſſariò; ſed ſolummodò in poſſibili.

Potentia ſubiectiua quid.

Potentia ſubiectiua eſt, qua aliquid poteſt eſſe ſubiectum formæ ſubſtantialis, vel accidentalis: & ſic materia prima nudè conſiderata dicitur eſſe in potentia ſubiectiua.

Potentia receptiua. quid.

Sed potentia receptiua eſt, quæ eſt apta nata recipere diuerſos actus ſubſtantiales, vel accidentales; ſed tamen differt à potentia ſubiectiua, quia receptiua dicit ſubiectiuam, ſiuè includit; & cùm hoc includit reſpectum ad diuerſas formas; quamuis enim ambæ potentiæ ſint ipſamet materia prima; tamen plùs diſtinguitur potentia receptiua à màteria, quàm ſubiectiua: & hoc eſt, quod dicit Commentator primo Phyſicorum. Materia non eſt ſua potentia ſupple receptiua formaliter, quia materia eſt in prædicamẽto ſubſtantiæ, & potentia receptiua in prædicamento relationis.

Potentia obiectiua quid.

Potentia verò obiectiua dicitur, qua aliquid eſt producibile, ſicut quidditas roſæ non exiſtentis, dicitur eſſe in potentia obiectiua, eò quòd ipſa roſa poteſt produci. Potentialitas

tialitas enim illa non fundatur in aliquo eſſe ſimpliciter, ſiuè in eſſe eſſentiæ, quia non eſt dare eſſe eſſentiæ, ſine eſſe exiſtentiæ, vt dicit Scotus prima diſtinctione Secundi Sententiarum, & Septima quæſtione quolibetorũ. Sed fundatur in eſſe cognito, ità quòd eſſe cognitum concomitatur potentialitas ad eſſe ſimpliciter, licèt formaliter eſſe cognitum non ſit potentiale, quia eſſe eſt eſſe in actu ſecundùm quid.

Eſſe potentiale eſt eſſe in potentia.

Eſſe vero potentiale eſt eſſe in potentia ad eſſe ſimpliciter, & non in actu, nec tamen eſſe in potentia eſt eſſe ſimpliciter; ſed eſt fallacia ſecundùm quid, & ſimpliciter, hæc ille. Vel poteſt dici ſecundum Franciſcum de Maironis. Potentia obiectiua eſt quidditas aliqua fundans aliquam potentiam, ſiuè reſpectũ ad actum exiſtendi. Et nota, quòd primò dico quidditas, ſecundò, dico potentiam, tertiò, dico actum: iàm per hoc intelligitur, quòd qnidditas, quæ eſt in potentia obiectiua eſt quidditas, antequam ſit obiectum: & illa quidditas fundat potentiam per hoc datur intelligi, quòd illa quidditas priuatur actu exiſtendi: & dicit poſſibilitatem ad actum exiſtendi: & habito illo actu exiſtendi, ceſſat potentia obiectiua: & deſtructo actu exiſtendi redit potentia obiectiua, verbi gratia, roſa eſt in potentia obiectiua in hoc, quod dico obiectiuè, intelligo quidditatem roſæ: in hoc quod dico potentia, intelligo aliquem reſpectum, ſiuè poſſibilitatem ad actum exiſtendi, quo priuatur quidditas roſæ: adueniente exiſtentia ceſſat potentia, & ceſſante exiſtentia redit potentia obiectiua.

Definitio de Mayronis de potentia.

Definitionis potentiæ obiectiuæ declaratio.

Exemplũ.

DE DISTINCTIONE NOMINVM *decem prædicamenta ſignificantium.*

Cap. VI.

QVantum, quod non ſolùm diuiditur in potentiam, & actum: ſed etiam in decem prædicamenta, &c.

Poſtquàm Philoſophus diſtinxit hoc nomen potentia, hîc diſtinguit nomina, quæ ſignificant decem prędicamenta, & primò nomen quantitatis; deindè nomen qualitatis; & tertio modo ad aliquid, alia verò prædicamenta dimittit, quia ſunt determinata ad aliquod genus naturalium, vt patet præcipuè de Agere, & Pati, Vbi, & Quandò. Circa primum primò, ponit rationem quantitatis, ſcilicèt, Text.

quòd quantitas eſt, quod eſt diuiſibile in alia.

Prima concluſio. Pro cuius euidentia pono tres concluſiones. Prima eſt iſta, diuiſibilitas non eſt propria ratio quantitatis. Probatur; nullus reſpectus formalis eſt ratio eſſentialis alicuius abſoluti: ſed diuiſibilitas eſt reſpectus formalis, quia dicit quandam aptitudinem ad diuiſionem, ergo non erit ratio eſſentialis quantitatis, cùm quantitas ſit genus abſolutum, maior patet ex rubrica huius verbi Philoſophi, omnia apparentia eſſe vera ducit in hoc inconueniens, quòd tunc omnia eſſent formaliter ad aliquid.

Diuiſibilitas non eſt propria ratio quantitatis.

Contrà iſtam concluſionem inſtatur. Nàm illa ratio ſecundùm quàm eſt diſtinctio ſpecifica videtur eſſe eſſentialis ratio generis: ſed diuiſibilitas eſt huiuſmodi, vt patet in litera, vbi ſecundùm vnum modum diuiſibilitatis, & ſecundùm alium, & alium elicit diuerſas ſpecies quantitatis.

Dicendum, quòd diuiſio aliquando fit per differentias propriè ſumptas, aliquando per paſſiones circumloquentes differentias eſſentiales, quæ ſunt nobis ignotæ. Exemplum primi; animal diuiditur per rationale, & irrationale. Exemplum ſecundi, ens diuiditur per potentiam, & actum, quæ non ſunt differentiæ; ſed magis paſſiones.

Exemplū.

Diuiſibilitas eſt paſſio quātitatis. Secunda concluſio ſit iſta quòd diuiſibilitas eſt paſſio quantitatis: hæc concluſio patet, quia ineſt per ſe primò, & quantitati, & omni alij per rationem eius. Subſtantia enim corporea non eſt diuiſibilis, niſi per quantitatem: vndè iſta prædicatio eſt per ſe ſecundo modo quantitas eſt diuiſibilis, ſicut iſta color eſt viſibilis, ſicut enim viſibilitas eſt reſpectus quidam, in colore, per comparationem ad viſum, ſic viſibilitas eſt reſpectus quidam, & dicit aptitudinem ad diuiſionem. Notificatio igitur Philoſophi hîc poſita eſt notificatio per paſſionem, & proximam: eius paſſionem, & non eſt propriè diffinitio.

Tertia Concluſio quid. Tertia concluſio eſt, quòd diuiſibilitas eſt paſſio quantitatis.

Quatuor paſſiones quātitatis. Ad cuius euidentiam ſciendùm, quòd quatuor paſſiones ponuntur à Philoſopho. Prima eſt diuiſibilis in partes eiuſdem rationis. Secunda eſt, eſſe finitum, vel infinitum, & hæc ſupponit primam: nàm quod eſt finitum, vel infinitum præſupponit illud ad quod debet fieri. Tertia eſt æquale, vel inæquale, quæ conſequitur ſecundam. Quarta eſt ratio menſuræ, quæ ſupponit tertiam, quia omnis menſura eſt æqualis, vel inæqualis menſurato, quia enim eſt æquale, vel inæquale, ideò menſurat, non èconuersò.

Ex his patet ordo illarum poſſionum quantitatis, primæ duæ conueniunt quantitati in ſe, ſed aliæ duæ per reſpectum ad aliud. De prima habetur hîc in litera, & tertio Phyſicorum Capitulo de infinitate: de ſecunda habetur ſecundo Phyſicorum, vbi dicitur, quòd finitum, vel infinitum quantitati congruit. De tertia habetur in Prædicamentis, vbi dicitur, quòd ineſt quantitati ſecundùm eam æquale, vel inæquale dici: de qua habetur dicimo huius. *Ordo illarũ paſſionum.*

Conſequenter ponit Philoſophus ſpecies quantitatis inter quas, primæ ſunt numerus, & magnitudo. Diffinitur autem multitudo, ſiuè numerus ſic, quòd eſt diuiſibilis ſecundùm potentiam in partes non continuas, magnitudo autem eſt, diuiſibilis in partes continuas. *Species quantitatis.*

Quod quidem contingit tripliciter, & ſecundùm hoc ſumuntur tres ſpecies quantitatis continuæ, ſiuè magnitudinis: nàm ſi ſit diuiſibile ſecundùm vnam dimenſionem tantùm in partes continuas erit longitudo tãtùm: ſi in duas erit latitudo: ſi in tres, ſic eſt corpus.

Dicit etiam vlterius, quod multitudo finita dicitur numerus; longitudo autem finita dicitur linea, latitudo, ſuperficies, profunditas corpus. Quia verò partes lineæ copulantur ad punctum. Notandum illud Boneti in prædicamentis ſuis, quòd duplex eſt punctus in linea, ſcilicèt in actu, & potentia: punctus in actu eſt punctus lineam terminans, diſtinguens, & ſeparans: ſicut differentia diſtinguit vnam ſpeciẽ ab alia. Punctus in potentia eſt punctus continuas partes lineę ad inuicem: quia inter duas partes ſemper eſt punctus in potentia medius, & ille punctus in potentia non eſt in fine lineæ, nec in principio, ſed in tota linea vbiq; dicitur in potentia, aut ĩ potẽtia, vt potẽtia opponit̃ actui diuidẽdi, & ſeparandi, non aũt actui eſſendi, quia verè eſt poſitiuum exiſtens extrà nihil, ſicut partes lineæ habentes ſuam entitatem in lineam: & ſic appatet, quomodò partes lineæ copulantur ad punctum non in actu, quia ille eſt tantùm in fine, vel in principio, ſed in potentia; quia iſte eſt inter quaſcumque partes lineæ, non vnus numero, ſed plures: non in actu; ſed in potentia, qui per actionem diuidentis reducuntur ad actum: ſi autem realitas puncti non maneret in continuò difficile eſſet videre, quomodò punctus contineat lineam, & copulat partes lineæ. *Doctrina M. Boneti. Duplex punctus. Punctus in actu quid. Punctus in potentia quid.*

Et ſi arguitur, tunc puncta in linea ſe habebunt conſequenter, ex quo eorum realitas remanet in continuo? Reſpondeo, quòd non ſequitur, quia non ſunt ibi in actu, *Obiectio.*

ſed in potentia; & ſunt vnus punctus per carentiam diuiſionis. Vndè continua ſunt, quorum vltima ſunt vnum, ſcilicèt per indiuiſionem, hæc Bonetus.

De hoc etiam dicit Scotus diſtinctione duodecima quarti ſententiarum, quod partes in potentia in continuo dicuntur finis in actu, quandò partes indiſtinctę reducuntur ad actum diſtinctum.

Diſtinguit etiam Philoſophus modos quantitatis per ſe, & hoc dupliciter, quædam enim ſignificant per modum ſubſtantiæ, & ſubiecti, ſicut linea, & ſuperficies; quodlibet enim horum ſubſtantialiter eſt quantum, cùm quantitas ponatur in eius diffinitione: nàm linea eſt quantitas continua diuiſibilis ſecundùm longitudinem diuiſibilis finita.

Quædam verò pertinent ad genus quantitatis, & ſignificant per modum habitus, vel paſſionis talis ſubſtãtiæ, ſicut multum, paucum ſignificantur, vt paſſiones numeri; ꝓductum, & breue, vt paſſionis lineæ; latum, & ſtrictum, vt paſſiones ſuperficiei: profundum, ſiuè altum, vt paſſiones corporis: quædam enim ſunt, quæ communiter paſſiones cuiuſlibet quantitatis continuæ ſunt, ſicut magnum, & paruum, magis, & minus.

Deindè diſtinguit modos quantitatis per accidens, & ponit duos modos, quorum vnus eſt, ſecundùm quòd aliqua dicuntur quanta per accidens, ex hoc ſolùm, quòd ſunt accidentia alicuius quantitatis, ſicut album, & muſicum per hoc, quòd ſunt accidentia alicuius ſubiecti, quod eſt quantum. Alio modo dicuntur aliqua quanta, per accidens ex hoc, quòd ſunt quanta per aliud quantum, ſcilicet diuiduntur ad diuiſionem alterius quantitatis, vt tempus, & motus. Motus enim diuiditur ad diuiſionem magnitudinis, in qua fit motus; non autem ad diuiſionem eius, quod mouetur; tempus verò diuiditur ad diuiſionem motus.

Dubitatio. Circà prædicta poteſt dubitari, quare locus non numeratur inter ſpecies quantitatis, cùm ſit quoddam diuiſibile?

Reſponſio. Reſpondeo, locus non eſt in genere quantitatis; tùm quia non eſt diuiſibilis, niſi per accidens, ſcilicèt ad diuiſione ſuperficiei: nàm locus materialiter eſt ipſa ſuperficies; tùm quia eſt vnum per accidens compoſitum ex ſuperficie, & reſpectu continentiæ, vt patet Quarto Phyſicorum.

Obiectio. Contra in prædicamentis ponitur in ſpecies quantitatis.

Reſponſio. Reſpondeo, quòd quæ Philoſophus dicit in prædicamentis, non ſunt omnia vera, nec loquitur de loco ibi ſecundùm propriam opinionem, ſed famosè ſecundùm opi-

nionem aliorum Antiquorum. Differentia autem inter motum, & tempus patet Quarto Phyſicorum.

DE AD ALIQVID.

Cap. VII.

De ad aliquid, &c. Hic determinat Philoſophus de ad aliquid, & ponit primò modos eorum, quæ ſunt ad aliquid per ſe. Text.

Circà quod notandum, quòd licèt relationes habeant rationes ſpecificas, & diſtinctiones, ſicut alia prædicamenta; tamen ſunt nobis ignotæ; ideò accipimus diſtinctionem eorum per fundamenta, per quæ circumloquimur huiuſmodi differentias ſpecificas, quę fortè propter eorum entitatem modicam nos latent: ità quòd ex fundamentis innoteſcit nobis diſtinctio harum relationum, ſiuè effectiuè, ſiuè materialiter: ità quòd hæc diſtinctio ſpecifica ſit per extrinſeca: licèt autem fundamenta ſint in diuerſis generibus; non tamen oportet relationes, ſic differre: non enim oportet tantam differentiam eſſe inter diſtincta, ſicut inter diſtinguentia, quia duæ ſpecies ſpecialiſſimæ non diſtinguuntur ſe totis obiectiuè, quia conueniunt in genere, & tamen differentiæ ſpecificæ per quas diſtinguuntur non differunt, ſed diſtinguntur ſe totis obiectiuè. Similiter in propoſito fundamenta poſſunt diſtingui genere, relationes tamē erunt eiuſdem generis.

Diſtinguit igitur Philoſophus modos relatiuorum ſecundùm diuerſa fundamenta, quorum primus eſt, quod fundantur ſuper numerum, & ſuper vnum; ſuper numerum, quædam ſecundùm comparationem numeri ad numerum, vel ſecundùm comparationem numeri ad vnum, vt duplum ad dimidium: triplum ad eius partem tertiam: multiplex ad ſubmultiplex: continens ad contentum, & ſic de alijs proportionibus eſt dicendum. Accipit autem hìc conſequens, pro eo quòd excedit aliquid ſecundùm quantitatem; omne enim excedens ſecundùm quantitatem continet in ſe illud, quod exceditur. Hoc enim hoc, & hoc amplius; ſicut quinque continent in ſe quatuor; & tricubitum continet bicubitum; quia verò omnis menſura, quæ eſt in quantitatibus continuis aliquo modo deuiatur à numero: ideò relationes primi modi, quæ ſunt ſecundùm quantitatem continuā, etiā attribuuntur numero. Item, quia vnum eſt principium numeri, ideò relationes primi modi fundātur ſuper vnū, vndè *Primus modus relatiuorum.*

relatio idemptitatis fundatur ſupra vnum in ſubſtantia; æqualitas ſupra vnum in quantitate; ſimilitudo ſupra vnum in qualitate.

Circà quod notandùm, quòd cùm vnum reperiatur in omni genere, ſicut ens; idemptitas poteſt fundari in ſubſtãtia cuiuſlibet generis: & ſimiliter æqualitas, & ſimilitudo; vndè ſubſtantia ſumitur dupliciter. Vno modo, vt eſt res determinati generis; alio modo per exiſtentiam rei, quæ eſt communis omni rei, vt prædictum eſt. Similiter qualitas poteſt ſumi, ſiuè prout eſt res determinati generis, vel pro qualitate eſſentiali, quæ eſt communis omni generi, eo modo, quo differentia ſpecifica dicitur qualitas in hoc Quinto Cap. de Qualitate. Similiter quantitas poteſt ſumi dupliciter, vno modo, vt eſt res determinati generis, & ſic dicitur quantitas molis; alio modo pro quantitate perfectionis, quę eſt gradus eſſentialis rei, & ſic pertinet omni generi rei. Accipiendo igitur iſta primo modo ſunt determinati generis; ſic identitas fundatur ſupra vnum in ſubſtantia, & non ſupra vnum in alijs generibus. Similiter eſt intelligendum de ſimilitudine, & æqualitate. Sed accipiendo ſecundo modo ſic poteſt fundari ſupra vnum in ſubſtantia cuiuſlibet generis, & ſimiliter æqualitas, & ſimilitudo, hoc enim modo omne ens, omni enti comparatum eſt idem, vel diuerſum; ſimile, vel diſſimile; æquale, vel inæquale. Patet igitur, quomodò fundamentum primi modi relatiuorum eſt ratio numeri, & vnitatis.

Subſtantia dupliciter ſumitur.

Quantitas capitur dupliciter.

Secundus modus fundatur ſuper potentiam actiuam, & paſſiuam; ſicut calefactiuum dicitur ad calefactibile, & pater ad filium, & calefaciens ad calefactum.

Secundus modus relationis.

Circa quod dicit Scotus ſuper quæſtionibus quolibetorum, quod Philoſophus non intendit hìc dicere, quòd actio, & paſſio ſint fundamenta proxima relationum; quia relatio non manet, non manente primo fundamento; ſed relatio ſecundi modi manet, non manente actione, & paſſione: ſicut aliquis manet pater, non manente filiatione. Intelligit autem fundari non tanquàm ſuper fundamenta, vel rationem fundandi proximam; ſed ſuper diſpoſitionem mediam inter fundamentum, & ipſam relationẽ. Ipſa autẽ potentia actiua, & paſſiua eſt fundamentum immediatum.

Obiectio.

Contra iſtum ſecundum modum relatiuorum arguitur ſic, relatiuum non eſt fundamentum relationis: ſed potentia actiua, & paſſiua referuntur; igitur relatio non fundatur ſuper potentiam actiuam, & paſſiuam, pro-

batio maioris: quia cùm relatiuum ſit relationum relatiuum, erit proceſſus in infinitum in relationibus; ſi relatio ſuper relationem fundaretur; minor patet, quia potentia actiua refertur ad paſſiuam.

Reſpondeo, maior eſt dubia, quia videtur relationem poſſe fundari ſuper aliam relationem: & per conſequens ſuper relatiuum: ſicut proportionabilitas ſuper proportionem: nec erit proceſſus in infinitum, quia erit deuenire ad aliquam primam relationem. Cuius fundamentum non erit aliqua relatio, niſi relatiuum. *Reſponſio.*

Aliter poteſt dici data minore, quòd potentia actiua, & paſſiua, & cætera, poſſunt tamen ſumi dupliciter. Vno modo, circumſcripta relatione potentialitatis. Alio modo includendo ipſam. Primo modo non ſunt relatiua actu, & vt ſic, fundant relationes ſecundi modi, ſecundo modo ſunt relatiua actu: & tunc non fundant; ſed ſunt aliquod compoſitum ex relatione, & fundamento.

Poteſt tamen oſtendi, quomodo relatio poteſt fundari in relatione, æqualitas enim: & identitas ſunt relationes, & inter eas eſt ordo: & ordo eſt relatio, ergo, &c. Quod inter eas ſit ordo; probatur, qualis eſt ordo fundamentorum; talis eſt ordo fundatorum, ſed identitas fundatur ſuper vnum in ſubſtantia, æqualitas ſuper vnum in quantitate: ſed ſubſtantia præcedit quantitatem, igitur, &c. Etiam æqualitas diſtinguitur ab identitate, diſtinctio eſt relatio, igitur. Etiam relationi competit inhærere, inhærentia eſt relatio, igitur relatio fundatur in relatione. *Relatio poteſt fundari ſuper relationem.*

Item notandum Secundum, quòd poteſt elici ex textu Ariſtotelis hîc, & in Prædicamentis Capitulo de ad aliquid, accipiendo ad aliquid non pro re, quę refertur, ſed pro habitudine, medianta qua, refertur vna res ad aliam. Tunc relatio nihil aliud eſt, vt patet in diffinitione ſua, quàm reſpectus quidam inter aliqua duo, quo mediante, vnum refertur ad aliud ſub habitudine genitiui caſus, vel alterius. Exemplum primi, pater filij pater. Exemplum ſecundi ſimilis ſimili ſimilis. Exemplum tertij, magnus minore magnus. *Exemplum primi: ſecundi & tertij*

Ex hoc patet, quòd relationes per ſe, ſunt in genere relationis, & non relatiua, vt paternitas, & filiatio ſunt per ſe in hoc prædicamento, & non pater, neque filius. Et eſt ratio, quia pater, & filius, & omnia huiuſmodi concreta, *Quòd relationes ſunt in genere & non relatiua.*

Digitized by Google

ſiuè ſint relatiua, ſiuè abſoluta ſunt aggregata ex ſubiecto, & accidente,quæ ſunt diuerſorum prædicamentorum, quapropter in nullo habent locari per ſe prædicamento: ſed benè per reductionem: vt aliàs patuit. Pater enim aggregatur ex ſubſtantia,& relatione, reſpectu relationis eſt in prædicamento relationis: reſpectu ſubſtantiæ eſt in prędicamento ſubſtantiæ: ſed reſpectu totius aggregati in nullo eſt prædicamento.

Qũo pater prædicamẽtum & quo non.

Tertius modus relatiuorum.

Tertius autem modus relatiuorum fundatur ſuper rationem menſuræ, vt ſcientia, & ſcibile: ſcientia enim non menſuratur ſcibili,non quidem ſecundùm menſuram quãtitatiuam, quia iſta pertinet ad primum modum: ſed ſecundùm menſuram eſſe, & veritatis: actus enim intelligendi eſt aptus natus menſurari, id eſt actualiter dependere in entitate,& cognoſcibilitate ab obiecto participando ipſum obiectum,ſicut ſimilitudo illud,cuius eſt, non quidem per communicationem eiuſdem formæ: ſed ſimilitudo per imitationem: ſicut ydeati ad ydeam.

Iſte ergo modus poteſt fundari ſuper res diuerſorum generum: ſed prǫ quanto omnis res cuiuſlibet generis pro quanto in omni genere eſt reperire vnum primum, quòd eſt menſura omnium illius generis,menſura quidem non quantitatiua,ſed perfectionis,vt albedo in genere coloris: ſecundùm enim, quòd colores accedunt ad albedinem, ſunt perfectiores, & ſecundùm quòd recedunt ſunt imperfectiores,patet ergo,quomodò hi tres modi differunt ſecũdùm diuerſa fundamenta.

Item differunt in hoc,quòd in primis duobus modis eſt mutua dependentia, & realis, vt pater refertur ad filium,& èconuerſò,& duplum ad dimidium,in tertio autem modo, non,quia licèt ſcientia realiter, & per ſe referatur ad ſcibile,quia non eſt ſcientia, niſi reſpectu alicuius ſcibilis, non tamen èconuerſò,poteſt tamen ratio,vel ſcibile eſſe abſque eo, quòd ſit ſcientia de eo. Et ideò ſcibile non refertur ad ſcientiam, niſi relatione rationis.

Scibile q̃uo refertur ad ſcientiam.

De hoc nota illud,quod dictum eſt Quarto Capitulo ſecundi Phyſicorum in tertio modo eſt omnis relatio, quæ eſt inter Deum, & creaturam; creatura enim refertur realiter ad Deum,Deus autem non ad creaturam, niſi relatione rationis.

Contrà prædicta arguitur dupliciter.

Sed contrà prædicta arguitur ſic,quod tertius modus non diſtinguitur à Secundo, quia ſenſus, & ſenſibile referuntur,ſecundùm potentiam actiuam, & paſſiuam: quia

ſenſibile eſt motiuum ſenſus ex ſecundo de Anima, & ſic pertinet ad ſecundum modum:& ſic ponuntur hîc relatiua,& non modi, igitur tertius modus non diſtinguitur à ſecundò.

Item ſcientia eſt per ſe in genere qualitatis, ergo non refertur ad ſcibile.

Ad Argumenta. *Ad Primū.* Ad primum dicitur,quòd ſenſus eſt æquiuocus ad ipſam potentiam naturalem ſenſitiuam, & ad ipſum actum ſentiendi : ſenſus primo modo fundat relationem ſecundi modi, & ſic procedit ratio: & ſic omnis ſenſus eſt potentia paſſiua.Senſus autem ſecundo modo fundat relationem tertij modi. Similiter intelligendum eſt de intellectu, & ſic ſenſus menſuratur ſenſibili,& intellectus intelligibili.

Ad Secundum. *Relatio poteſt dupliciter ſe habere ad abſolutum.* Pro reſponſione autem ad ſecundum reſpondet Doctor Subtilis decima tertia quæſtione quolibetorum, quòd relatio poteſt dupliciter ſe habere ad abſolutum: vno modo contingenter, & per accidens, ſicut ſe habet ſimilitudo ad albedinem, poteſt enim eſſe albedo, ſine ſimilitudine, alio modo neceſſariò, ſicut relatio creaturæ ad Deum, non enim poteſt eſſe creatura ſine relatione ad Deum conſeruantem eam in eſſe: licèt enim talis relatio ſit eadem fundamento vniuerſaliter, & abſolutè: non tamen poteſt quæcunque relatio eſſentialiter includi in abſoluto, quia tunc idem eſſet eſſentialiter ad ſe, & eſſentialiter ad alterum,nec etiam abſolutum, & reſpectiuum poſſunt includi in aliquo per ſe,vno vnius generis. Ex hoc ſequitur, quòd actus cognoſcendi, vel non erit per ſe vnum vnius generis, vel non per ſe includit iſta duo, videtur ergo,quòd talis actus non ſit eſſentialiter reſpectiuus, licèt habeat relationem conſequentem neceſſariò. Vel ſi dicatur, quod eſt quoddam totum includens alia duo, non erit per ſe vnum, vt patet per Ariſtotelem,in Predicamentis. Nihil prohibet aliquid in pluribus generibus enunciari, quod non eſt intelligendum de aliquo per ſe vno. Et ſecundùm hoc poteſt intelligi dictum Commentatoris Auerroys Septimo Phyſicorum. Dignius eſt, quòd ſcientia ſit in Prædicaméto ad aliquid, quàm in genere quantitatis, quòd fortè verum eſt quantùm ad illud, quod eſt formalius in ſignificato nominis impoſiti ambobus, vel toti illi per accidens, quod eſt abſolutum ſub reſpectu.

Ex hoc etiam fortè intelligitur illud dictum Quinto Metaphiſicæ,quod aliter dicuntur ad aliquid ſecundum genus, vt Medicina, quia ipſius genus eſt ſcientia videtur eſſe co-

rum,quæ ſunt ad aliquid natura fortè ſpeciei imponitur ad ſignificandum præciſè qualitatem, & propter hoc non dicitur ad propoſitum correlarium. Natura autem generis non ponitur præciſè ad ſignificādum genus,ſiuè qualitatem,ſed ad ſignificandum ipſam ſub reſpectu.

Reſponſio. Ex prædictis patet reſponſio ad argumenta, reſpectus enim ſcientiæ ad ſcibile eſt in genere relationis,fundamentum verò eius eſt in genere qualitatis. Patet etiam vlterius, quòd ad diſtinctionem Prædicamentorum non requiritur diſtinctio realis, ſed ſufficit diſtinctio formalis. Relatio enim ſcientiæ, vel actus cognoſcendi ad ſcibile eſt idem realiter cum fundamento,cùm ipſam neceſſario conſequatur, vt dictum eſt, & tamen ſunt in diuerſis Prædicamētis, relatio eſt in Prędicamēto relationis,& actus intelligēdi,cū ſit qualitatis,eſt in prædicamento qualitatis, hæc Scotus, decima tertia quæſtione quolibetorum.

Ad diſtinctionem Prædicamētorū ſufficit diſtinctio formalis.

Conſequenter dicit Philoſophus,quòd idem relatiuum non poteſt ad plura referri, quia tunc idem bis diceretur, quia cùm eſſe relatiuum ſit ad aliud, ità quòd relatiuū habet diffiniri per ſuum correlatiuum, ſi idem referretur ad plura, haberet plures diffinitiōes,quod eſt impoſſibile,vndè dicit, quòd intellectus, ideſt intellectio non refertur ad intelligibile, & ad intelligentem, quòd eſt ſecundùm eandem relationem, hoc tamen non obſtante poteſt referri ad vtrumque alia, & alia relatione: intellectio enim refert̃ ad intelligibile, vt menſuratum ad menſuram: & refert̃ ad intelligentem,vt productum ad producens, vel accidens ad ſubiectum.

Aliquid conuenire alicui ſtat dupliciter. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd aliquid conuenire alicui eſt dupliciter, per ſe,& primò,& per ſe,& non primò, illud competit alicui per ſe primò, quod competit ei ſecundùm ſuam rationem formalem, & ſpecificam. Sed illud competit alicui per ſe non primò, quod competit ei per cauſam in ſe,non tamen per rationem propriam, & ſpecificam. Et hinc eſt,quòd illud,quod ineſt per ſe,& primò ineſt adæquatè:non autem,quod ineſt per ſe,non primò. Exemplum primi, habere tres angulos ineſt triāgulo per ſe,& primò. Exemplum ſecundi,habere triangulum ineſt yſocheli: intendit igitur Philoſophus,quòd illud non poteſt per ſe, & primò referri ad plura per ſe primò, quia tunc idem bis diceretur, vt dictum eſt,hoc tamen non obſtante idem poteſt referri ad plura per ſe non primò:duplum enim refertur ad dimidium per ſe,& primò,vt ad proprium correlatiuum,

ideò duplum per ſe refertur ad ſubmultiplex, & non primò, ſicut ad correlatiuum ſui generis, quia ad quodcunque refertur genus per ſe primò, ad idem refertur ſpecies per ſe non primò.

Sed contra prædicta arguitur, quia videtur, quod idem *Inſtantia.*
continens poteſt referri per ſe, & primò ad plura contenta, & idem pater ad plures filios. *Reſponſio.*

Reſpondeo, quod licèt ſit idẽ materialiter, & ſubiectiuè in cõparatione ad plura cõtẽta, & ad quę refert̃ ꝑ ſe primò: ſunt tñ plura cõtinẽtia formal̃r, quia proprijs, & diſtinctis relationibus cõtinentiæ refertur ad quodlibet iſtorũ; ſicut pater alia paternitate refertur ad vnũ filiũ, & alia ad alium.

Notandum aũt, ꝙ refert dicere fundamentũ, & ſubiectũ: *Quõ differt*
fundamentũ enĩ relationis ẽ in quo relatio fundatur, putà ſi- *fundamẽtũ*
militudo in albedine. Subiectũ aũt dicitur, in quo fundatur *à ſubiecto.*
mediãte fũdamẽto ꝓximo, putà ſimilitudo in hoĩe mediãte *Fundamẽtũ*
qualitate, fũdamẽtũ aũt per ſe refert̃: albedo enĩ ꝑ ſe eſt ſil̃is, *quid.*
ſed ſubiectũ ꝑ accñs refert̃: ideò hõ per accñs eſt ſimilis, vel *Subiectum*
duplus. *quid.*

Circà Capitulum de ad aliquid notandũ, quòd relatio eſt *Nota.*
nomẽ æquiuocum ad relationem realem, & relationem ra- *Relatio.*
tionis, ſicut ens ad ens reale, & ens rationis: & ideò relatio *Nomen*
ratiõis nõ eſt per ſe in genere relatiõis, cũ Predicãta ſint ẽtia *æquiuocũ.*
realia: licèt enĩ aliquæ relationes rationis, vt genus, & ſpecies circuũt oẽ genus, & reperiũt̃ in omni genere: tñ reducũt̃ ad prædicamentũ relationis ſ'm Scotũ diſt. VIII. Tertij Sniarũ.

Ad relationem realẽ tria requiruntur ſecundũ Scotũ diſt. *Tria requi-*
XIII. Primi Sententiarum: & ſexta quæſtione quolibetorũ. *runtur ad*
Primum eſt, quòd extrema ſint realia, ſcilicèt fundamentũ, *relationem*
& terminus. Secundum, quòd ſint realiter diſtincta. Tertiũ, *realem.*
quod ex natura extremorum ſequatur talis relatio abſque *Relatio*
operare alicuius potẽtiæ intellectus cõparãtis vnũ extremũ *rationis*
ad aliud. Relatio autem rationis eſt fabricata per aliquam *quomodo*
potentiã cõparantẽ vnum ad aliud: vt vniuerſalitas eſt re- *fabricata.*
latio rationis cauſata per intellectũ cõparantẽ vnũ ſuperius ad multa inferiora: & ſi illud ſuperius, ꝙ immediatè cõparat̃ ad ſingularia, dicitur ſpecies, quæ eſt nomen impoſitum ad ſignificandum huiuſmodi reſpectum rationis. Si verò illud commune non immediatè comparatur ad ſingularia dicit̃ genus proximum, vel ſubalternum: & ſic ſemper aſcendendo vſque ad primum genus generaliſſimum: immò vſque ad ens, quod eſt vniuerſale communiſſimum: & tales relationes rationis ſunt intentiones ſecundæ, de quibus eſt

Digitized by Google

Regula Logicalis. conſideratio Logica,& generaliter omnis relatio,in qua deeſt aliqua trium conditionum prædictarum eſt relatio rationis, propter primam,oppoſitio contradictoria eſt relatio rationis,quia vnum contradictorium nihil ponit in eſſe. Propter ſecundam,relatio eiuſdem ad ſe eſt relatio rationis, quia ibi extrema nō ſunt realiter diſtincta. Propter tertiam, relatio Dei ad creaturam eſt relatio rationis,quia eſt per intellectum comparantem Deum ad creaturam.

Relatio realis duplex. Notandum inſuper, quòd relatio realis eſt duplex, ſcilicèt ſecundùm eſſe,& ſecundùm dici.

Relatiua ſecundùm eſſe quid. Relatiua ſecundùm eſſe dicuntur illa, quę in ſua eſſentia includuntur eſſentialiter reſpectum ad aliud, vt duplum, & dimidium,pater, & filiatio. Paternitas enim ſecūdùm ſuam totam naturam eſt in genere relationis.

Relatiua ſecundùm dici quid. Relatiua verò ſecundùm dici ſunt illa, quæ non includūt eſſentialiter reſpectum ad aliud:licèt enim talia aliorum dicuntur, & ſint in prædicamento ad aliquid : non tamen ſecundùm ſuum eſſe, ſed per reſpectum fundatum in eſſentia ſua,vt ſcientia ſecundùm eſſe eſt in genere qualitatis ; & ſecundūdici eſt in genere relationis:quia rerfertur ad ſcibile.

Differentia etiam ſecundùm eſſe eſt in genere ſubſtantię, ſecundùm dici in genere qualitatis;& ſic etiam de figura eſt dicendumt.

Itē duplex eſt relatio. Item notādum,quòd licèt relatio ſemper requirat terminum : aliter tamen eſt in reſpectu actuali, & aptitudinali, relatio enim actualis requirit terminum in actu: relatio verò aptitudinalis requirit terminum in potentia,ſicut riſibilibilitas: talis enim relatio ineſt ſubiecto per ſe primo modo, & expectat reſpectum formalem in actu: & ipſa riſibilitas, quæ eſt reſpectus aptitudinalis erit relatio formalis,&actualis,& hoc per actualem exiſtentiam,vt cùm homo ridet,tūc eſt reſpectus actualis.

Vlterius notandū,quòd quædā ſunt relationes æquiparātiæ, & quædādiſquipatantiæ relatio ęquiparātięeſt illa, quæ ſm eandam rationem fundamenti eſt in ſuppoſito,quòd refert: & in ſuppoſito ad,quòd refert, vt dicit Scotus diſt.19.1. Sentent. ſic ſimilitudo requirit eādem rationē albedinis in hoc, & in illo. Relatio diſquiparantię non ſic requirit eādem rationem fundamenti,vt paternitas,& filiatio,quorum vnum fundatur in potentia actiua generandi aliud verò in paſſiua.

DE MVLTIPLICITATE *aliquorum nominum.*

CAPITVLVM IX.

PErfectum, &c. Poſtquam Philoſophus diſtinxit nomina, quæ ſignificant cauſas, & ſubſtantiam, & partes relatiuorum huius ſcientiæ: hîc incipit diſtinguere ea, quę ſe habent per modũ paſſionum, & primò ponit plures modos huius nominis perfectum, quorum duo pro nunc ſufficiunt. Primus modus eſt, quòd illud eſt perfectum, cui nihil deeſt omninò perfectionis, & hoc modo pertinet ſoli Deo, in quo eſt perfectiſſima bonitas, cui nihil deeſt de omnibus perfectionibus in ſingulis generibus inuentis. Secundus modus eſt, quòd illud eſt perfectum in aliquo genere, cui nihil deeſt, quæ ad perfectionem illius generis pertinent: ſic aliquis dicitur medicus, quando nihil deeſt, quòd pertinet ad propriam ſpeciem virtutis: & ſecundùm hunc modũ vtimur tránſlatiuè nomine perfecti, & boni in malum, vt aliquis eſt perfectus latro, quandò in nullo deficit, quòd ei competeret, inquantùm talis, &c. Text. *Perfectum quotupliciter dicatur*

Terminus, &c. Quia verò perfectum eſt quid terminatum, & completum: ideò hîc diſtinguit Philoſophus hoc nomen terminus: & poteſt ſumi dupliciter ad præſens; vno modo ſumitur terminus pro fine cuiuſlibet rei, vt mors dicitur terminus hominis. Alio modo ſumitur pro diffinitione quidditatiua rei, quæ quidem dicitur terminus rei, quia eſt terminus cognitionis: incipit enim cognitio rei ab aliquibus ſignis exterioribus, quibus peruenitur ad cognoſcẽdum rei diffinitionem ad quàm, cùm peruentum fuerit habetur cognitio de rè. Text: *Terminus quotupliciter dicatur.*

Diſpoſitio, &c. Hîc ponit Philoſophus multitudinem huius nominis diſpoſitio. Circà quod notandum, quòd diſpoſitio notat quędam ordinem partium: quòd poteſt eſſe tripliciter. Primo modo ſecundùm ordinem partium in loco: & illa eſt prędicamentum, quòd diſtinguitur ab vbi, quia vbi dicit reſpectum loci ad locum: ſed poſitio dicit ordinem partium in loco, alium enim ordinem habent partes ad locum, quandò homo ſedet, quàm quando iacet, vel ſtat: ideò ſedere, & ſtare, & huiuſmodi ponuntur in hoc prædicamento. Text. *Diſpoſitio quid notet & quotupliciter dicatur.*

Secundo modo ordo partium dicitur ſecundùm virtutem

& ſic diſpoſitio pertinet ad primam ſpeciem [...]
enim,qui habet virtutem, vel ſcientiam parti[...]
fectè, dicitur habere diſpoſitionem. Tertio [...]
diſpoſitio ſecundùm ordinem partium in tot[...]
ferentia quantitatis,quędam enim quantitas [...]
ſitionem partium,vt ſuperficies,alia non vt nu[...]

Priuatio, &c. Quia priuatio dicit negatio[...]
Text. ſeu perfectionis:ideò conſequenter ponit mo[...]
Quatuor modi priuationis. nis, de quibus quatuor pro nunc ſufficiunt, [...]
dicitur priuatio,quandò ab aliquo non habet[...]
eſt haberi: licèt illud,quòd ipſa caret non eſt [...]
bere;ſic talpa dicitur priuari oculis,qui oculi n[...]
ri,licèt nō à talpa.Secūdò dicitur aliquid priuar[...]
habere,aut ſecundū ſe,aut ſecundùm Genus ſu[...]
mo cæcus dicitur priuari viſu, quem natum eſt [...]
dùm ſe. Talpa autem dicitur priuari viſu, non [...]
cūdùm ſe ſit nata habere viſum,ſed quia Genus [...]
animal eſt natum habere viſum. Tertio mod[...]
quid priuari aliquo,ſi non habet ipſum,quādò,[...]
eſt habere: & ſic de omnibus circunſtantiis: V[...]
dicitur cæcus ante nonum diem: quia tunc nō [...]
bere viſum. Quarto modo dicitur aliquid priua[...]
ab eo aufertur per violentiam.

Ex aliquo eſſe dicitur: quia totum, & perf[...]
dammò idem ſunt, & ex partibus conſtituitur [...]
hìc oſtendit quot modis dicitur aliquid eſſe ex a[...]
rum duo pro nunc ſufficiunt. Aliquid enim dicit[...]
vt hæc propoſitio,ex,importat non tantùm ord[...]
tiam cauſalitatem: ſicut domus dicitur eſſe ex lap[...]
cūdo modo aliquid dicitur eſſe ex aliquo,vt ly,[...]
ſolùm ordinem, ſiuè ſit ordo tēporis, ſiuè motu[...]
quid dicitur fieri ex aliquo poſt quod ſit, vt [...]
dies,id eſt poſt noctem ſit dies.

METAPHYSICÆ ARISTOTELIS LIBER SEXTVS,

DE MATERIA SVBIECTA & eius partibus. CAP. I.

PRincipia, & cauſæ quæruntur, &c. Poſtquàm Philoſophus in Quinto determinauit intentiones nominum, quę in huius ſcientiæ conſideratione cadunt: hic determinat de rebus, quas conſiderat, vt de Ente, & de his, quæ ſequuntur ad Ens. Et primò, oſtendit, quomodo hęc ſcientia habet conſiderare de ente. Secundò, incipit de ente determinare in principio Septimi. Prima adhuc in duas. In prima oſtendit modum tractandi de entibus, quæ competũt huic ſcientiæ per differentiam ad alias ſcientias: in ſecundo remouet ens aliquo modo dictum à conſideratione huius ſcientiæ, ibi. *Sed quoniam ens.* Quò ad primum dicit, quòd licèt hæc ſcientia conueniat cum aliis ſcientiis; quia habent cõſiderare principia, & cauſas entium, ſicut aliæ ſcientiæ habent conſiderare principia ſui ſubiecti: tñ hæc ſcientia differt ab aliis dupliciter. Prima differentia eſt, quia nulla ſcientia tractat vniuerſaliter de ente, niſi hæc. Secunda differentia eſt ex diuiſione ſcientiarum: diuidit enim Philoſophus ſcientiam in communi in realem practicam, & ſpeculatiuam. Practicã verò diuidit in actiuam, & factiuam, actiua enim dirigit in operationem immanentem, vt eſt ſcientia naturalis: factiua verò in operationem tranſeuntem, vt sũt artes mechanicæ. Speculatiua verò in Phyſicã, Mathematicam, & Methaphyſicam. Phyſica enim cõſiderat mobilia, & inſeparabilia à materia in vniuerſali: quia de ſingularibus non eſt ſcientia. Mathematica conſiderat immobilia, & ſeparabilia à materia ſecundùm rationem, licèt non ſecũdùm rem. Metaphyſica verò conſiderat immobilia, & ſeparabilia à materia, tàm ſecundùm rem cuiuſmodi ſunt Deus, & intelligentiæ, quàm ſecundùm rationem: & ſic patet diuiſio huius ſcientiæ ab aliis.

Iſtius ſciẽtiæ deſcrimẽ ab aliis.

Scientiarũ diuiſio.

Ad euidẽtiam, diuiſionis ſcientię in practicã, & ſpeculatiuam notandum ſecũdùm, quòd poteſt elici ex dictis Scoti in 1. Sentent. quòd practicũ, & ſpeculatiuum poſſunt dupliciter accipi; vno modo prout practicum ſumitur pro eſſe aptitudinali directiuo, ſeu pro illo duplici reſpectu aptitudina-

Practicum & ſpeculatiuum dupliciter capitur.

li de quo dictum eſt prius, ſcilicèt primo huius. Speculatiuũ verò ſumitur pro negatione illius duplicis reſpectus, vel extendentis ad praxim. Alio modo poteſt ſumi practicum pro ratione, ſeu pro conditione quadam intrinſeca ipſi notitię, quę quidem eſt ſibi ratio fundãdi talem reſpectum, & aptitudinem.

Speculatiuũ & practicũ qua differentia.

Speculatiuum autem pro ratione, ſeu conditione intrinſeca per quam repugnat ipſi notitię aptitudo, ſeu reſpectus aptitudinalis prædictus. Impoſſibile eſt enim aliquam aptitudinem conuenire vni, & repugnare alteri naturæ, niſi ratione alicuius rationis intrinſecę. Speculatiuum verò, & practicum primo modo non ſunt differentiæ eſſentiales ſcientię in communi, quod probatur ſic: nullus reſpectus formaliter, vel negatio reſpectus eſt differentia eſſentialis alicuius abſoluti; ſed ſcientia eſt quoddam ens abſolutum quia qualitas, practicum verò primo modo, dicit reſpectum formaliter, ſpeculatiuum verò negationem eius, igitur practicũ, & ſpeculatiuũ primo modo, non ſunt dĩiæ ſcĩæ in cõi. Si quæras quid igitur dicendum eſt, quòd ſunt quædam paſſiones diſiunctę ſcientiæ in communi eo modo, quo dicimus par, vel impar, eſſe paſſiones diſiunctas numeri, ſicut enim omnis numerus eſt par, vel impar, ſic omnis ſcientia eſt practica, vel ſpeculiua: practicum verò, & ſpeculatiuum ſecundo modo dictum ſunt differentiæ eſſentiales ſcientiæ in communi, quòd perſuadetur, ſic, quia illa, quę faciunt ſpecies differre eſſentialiter ſub genere ſunt differentiæ eſſentiales: ſed practicum, & ſpeculatiuum ſecundo modo ſunt huiuſmodi, ergo, &c. Minor probatur, quia ex quo ſcientia practica, & ſpeculatiua ſunt duæ ſpecies contentæ ſub ſcientia in communi, vt ſub genere oportet dare differentias eſſentiales per quas diſtinguuntur, illas voco conditiones, ſeu rationes eorum intrinſecas, per quas conuenit duplex reſpectus vni, & repugnat alteri. Notandum etiam, quod licèt practicum, & ſpeculatiuum poſſent diſtingui à fine, quia vt habetur 2. huius finis practicæ eſt opus, ſpeculatiuę verò ſcientiæ habitus tamen eſt practicus per naturam intrinſecam notitiæ, vt per cauſam formalem, quia eſſe formaliter tale, eſt tal e per aliquid intrinſecum, patet ergo, quòd habitus practicus, habet talem reſpectum conformitatis ad praxim dirigẽdam, hoc eſt formaliter per naturam ſuam intrinſecam, quam naturam habet ab obiecto, vt à cauſa intrinſeca; & ſic differentia prior practici, & ſpeculatiui eſt ab obiectis, ſeu ſubiectis: quod probatur per Philoſophum diſtinguentem

Omnis ſciẽtia practica vel ſpeculatiua.

guentem huiuſmodi ſcientias penès obiecta, vel ſubiecta.

Item per eundem Sexto Ethicorum diſtinguentem ratiocinatiuum, id eſt practicum à ſpeculatiua penès obiectum neceſſarium, & contingens: quod quidem eſt intelligẽdum, non quin circà obiectum neceſſarium poteſt eſſe ſcientia practica: quia Theologia, quæ eſt de Deo eſt practica, cùm ſit directiua in dilectionem Dei. Finis enim legis ſecundùm Apoſtolum eſt dilectio: ſed ſcientia practica dicitur eſſe circà obiectum contingens, ſcilicèt circà obiectum circà quod contingenter poteſt elici dicta operatio: vt circà Deum operatio, id eſt dilectio poteſt elici, & non elici, quia poſſumus diligere Deum, vel non diligere. Practica verò diſtinguitur à ſpeculatiua, & habet primò ſuum eſſe ab obiecto: quod probatur tali ratione, quia ſcientia dicitur practica propter extenſionem aptitudinalem ad opus, vt dictum eſt in primo huius, tunc ſic; nunquàm aptitudo conuenit vni naturaliter, & alteri non propter aliquod obiectum intrinſecum in iſta natura, quia enim hæc natura eſt talis, ideò ſibi cõpetit, vel nõ cõpetit aptitudo, igitur in illa ſciẽtia præſupponit quandã cõditionẽ intrinſecã, per quã cõuenit ſibi aptitudo talis: iſta autem conſideratio ſcientiæ in ſe eſt, ab aliqua cauſa eius priori; per ſe autem cauſæ ſunt intellectus, & obiectum, ergo practicum conuenit ſibi, vel ab obiecto, vel intellectu: non ab intellectu, quia tunc omnis notitia eſſet practica, igitur conuenit ſibi ab obiecto.

Theologia qualis ſciẽtia ſit.

Sciẽtia quare dicatur practica.

Inſtantia. Contrà, finis eſt prima cauſa per Auicen. Sexto Metaphyſicę, igitur à fine debet eſſe ſcientia talis naturaliter, vt ei conueniat talis aptitudo.

Reſponſio. Reſpondeo, finis non eſt cauſa naturalis, niſi inquantùm deſideratus, & amatus mouet efficiens ad generandum: aptitudo autem dicta conuenit ſcientiæ, ſiuè ſit finis amatus, ſiuè non, quia poteſt eſſe in intellectu dicta ſcientia qualitercunque voluntas ſe habeat. Exemplum, ſcientia ſcribendi poteſt eſſe in anima, ſiuè voluntas amat opus, ſiuè non: talis igitur aptitudo non ineſt ſcientiæ à fine tanquàm à finali cauſa, quia nullo modo ab aliqua cauſa cauſatur, quòd ineſt etiam illa cauſa non cauſante, ſcientia igitur dicitur practica ab obiecto: ità quòd impoſſibile eſt circà idem obiectum eſſe ſcientiam practicam, & ſpeculatiuam.

Obiectio. Si dicas, quòd medicina diuiditur in practicam, & ſpeculatiuam; & tamen ipſa eſt de aliquo eodem, putà de ſanitate, vel de corpore ſanabili.

Reſponſio. Reſpondeo, quòd quandò accipitur aliquod medium in-

ter duo extrema, quantò plùs recedit ab vno extremo, tantò plus accedit ad aliud: non autem ſcientia purè practica, & purè ſpeculatiua, quę ſcilicèt practica nata eſt immediatè conformari ptaxi eliciendę, quæ eſt, particularis practica practicæ ſunt quædam extrema inte quæ eſt ſcietia media practica vniuerſalis, quæ, ſcilicèt, non eſt apta nata immediatè eſſe conformis ptaxi eliciendæ, & ideò poteſt dici aliquo modo ſpeculatiua reſpectu ſcientiæ practicę particularis, quę immediatè dirigit in praxim eliciendam, ita poteſt poni ars ſpeculatiua reſpectu habitus experti, quia ars tanquàm vniuerſalior habitus non ità immediatè dirigit ſicut patet Primò huius; artifex enim frequenter errabit, expertus enim non errabit. Sic in propoſito medicina poteſt diuidi in ſpeculatiuam, quæ eſt de vniuerſalibus cauſis, & curis; etiam in practicam de particularibus, & propinquis praxi, tamen ſecundùm veritatē iſta vniuerſalis quæ reſpectiuè dicitur ſpeculatiua eſt practica ſimpliciter quia virtualiter includit practicam partecularem, & directiuam praxis, licèt mediatè: de hoc nota ea, quæ dicta ſunt vltimo Cap. Tertij de Anima.

Medicina diuiditur in practicam, & in ſpeculatiuam.

IVxta autem diuiſionem trimembrem ſcientiæ ſpeculatiuæ, prius datam, idem Doctor inquiri in hoc Sexto primo de ſcientiarum diſtinctione. Secundo de Ariſtot. intentione.

Habitus intellectus qualitas.

Quantùm ad primum dicit, quòd cùm habitus intellectu ſit quędam qualitas generata ex frequenti conſideratione vel vnica perfecta inclinans ſe quandoque ad conſimilem conſiderationem reſpectu complexi ſpeculandi poteſt pon duplex habitus: vnus proprius, qui formaliter inclinat a ſpeculationem eius, tanquàm naturalis ſimilitudo eius e conſideratione derelicta. Alius communis, qui formalite inclinat ad ſpeculationem alterius, in quo obiectum aliu virtualiter continetur: primo modo tot ſunt ſcientiæ ſpeci diſtinctæ, quot ſunt ſcibilia: ſecundo modo quod probatur ſic; habitus cognoſcuntur per actus, & actus per obiecta: ſed reſpectu diuerſarum concluſionum diuerſi ſunt actu ſciendi ſpecie diſtincti, igitur & habitus ſpecie diſtincti: minor probatur, quia actus ſciendi circà diuerſas concluſione ſunt diſtincti plùs, quàm numero, ergo ſpecificè, conſequētia patet, quia differentia maior differentia numerali eſt ſpecifica, vel maior quàm ſpecifica probatio antecedentis, qui ſi non tunc plures, actus circà diuerſa concluſiones non plù

diſtinguerentur, quàm actus ſciendi circà eandem concluſionem frequenter licitis. Patet ergo, quòd ſecundùm hunc modum tot erunt ſcientiæ ſpeculatiuæ diſtinctæ, quot ſunt demonſtrabiles concluſiones.

Scientia ſic diuiditur eſt vno modo habitus concluſionis demonſtratę. Secundo modo poteſt eſſe vnus habitus ratione multorum incomplexorum. *Scientia diuiſio.*

Cùm enim concluſiones ſint in principiis virtualiter, & principia in ſubiecto, quia terminus ſubiectus includit prædicatum in primis principiis: & hoc vel eſſentialiter, ſi ſint per ſe primo modo, vel virtualiter, ſi ſint per ſe ſecundo modo, quia inquantùm ſic eſt, ſequitur quòd in ſubiecto incomplexo quidditatiuo cognito virtualiter continentur principia; & concluſiones de tali ſubiecto, & ſic tota notitia, quæ de illo ſubiecto poteſt haberi, & etiam vlterius, quæ nata eſt haberi de aliis, & per rationem eius, ſiuè ſint inferiora contenta ſub ipſo, ſiuè ſint aliqua attributa ad ipſum, vt ad primum omnia virtualiter continentur in illo ſubiecto: ità quòd habitus, qui inclinat formaliter ad tale ſubiectum ſpeculandum ſecundùm rationem quidditatiuam, inclinat etiam virtualiter ad omnia complexa prędicta. *Concluſiones ſunt in principiis virtualiter, & principia in ſubiecto.*

Sed primò ad cognoſcendum, ità de ſubiecto ipſo per ſe, aut non primò ad cognoſcendum de aliis per rationem eius, & ità reſpectu omnium iſtarum eſt vnus habitus vniuerſalis, & virtualis.

Prima igitur diſtinctio ſcientiarum ſecundùm concluſiones ſcitas, poteſt poni eſſe ſecundùm ſpecies ſpecialiſſimas, ſed iſta, quæ eſt ſecundùm virtuales continuum poteſt poni diſtinctio ſecundùm genera proxima: ſicut intelligendo, quòd eſt vna notitia ſubiecti communis prior ſumptæ virtualiter contentæ ſunt vnius generis tantùm: ſed notitia concluſionis eſt vna ſpecie, ſicut & ſubiectum eius: & hoc modo poteſt intelligi illud primò Poſteriorum, quòd vna ſcientia eſt vniusgeneris ſubiecti, quæ eſt vna, vel vnitate ſpecifica, vel generis proximi, modo præexpoſito. Vltrà ſcientiam ſecundo modo dictam eſt vnitas ſcientiæ minor, quę eſt reſpectu multorum terminorum, & complexorum, ad quæ non inclinat virtualiter vnus habitus ſubiecti, nec primò modo, nec per ſe, vt dicebatur in ſecunda; ſed tantùm in potentia, & in vniuerſali, ſicut eſt habitus inclinans formaliter

ad conſiderandum propria inferiorum, de ipſis tamen in vniuerſali, quę videlicèt ſciendæ ſunt per proprias rationes inferiorum, & non per naturā cauſat, iſta eſt vnitas minima, & poteſt dici vnitas generis remoti intelligēdo ſimili modo, vt expoſitū eſt in ſecundo modo de ſcientia virtualiter, quæ in ſe eſt vna ſpecie: ſed ſcientiæ omnes in iſta contentę modo prædicto ſunt vna genere remoto.

Tria dicta. Primum dictum.

Quantùm ad ſecundum dico tria. Primum eſt, quod Philoſophus loquitur hîc de ſcientia ſpeculatiua reali, quæ, ſcilicèt conſiderat intentiones primas abſtractas à rebus ſingularibus, & dictas de eis in quid, per quod excluditur Logica, quæ eſt de ſecundis intentionibus, quę de nulla re primæ intentionis prædicantur in quid.

Lgica de ſecundis intentionibus. Secundum dictum.

Secundum dictum eſt, quòd Philoſophus loquitur de ſcientia ſtrictè ſumpta; quę, ſcilicèt ex natura rei, & ſubiecti ordinatur, tanquàm ad finem ad ſcire tantùm, & nunquàm ordinatur ad ſcire directiuum in alia operatione; quæ nō eſt eſſentialiter ſpeculatio, per quod excluditur practica vniuerſalis, quæ largo modo dicta eſt ſpeculatiua eo modo, quo medicina vniuerſalis dicitur Theorica, ſiuè ſpeculatiua.

Tertium dictum.

Tertium dictum eſt, quòd Philoſophus loquitur hîc de ſcientia ſpeculatiua poſſibile acquiri ab homine lumine naturali intellectus, ſcilicèt, ex principijs cognitis via ſenſus, quia cognitio noſtra oritur à ſenſu primo Poſteriorū, per ꝙ excluditur ſcientia ſpeculatiua de ſubſtantiis ſeparatis quàntùm ad propria ipſorum, vt dicetur infrà.

Noſtra cognitio à ſenſu oritur. Sciētia ſpeculatiua ſufficienter diuiditur à Philoſopho.

Scientia igitur ſpeculatiua cum triplici differentia, & determinatione prædicta, ſufficienter diuiditur hîc à Philoſopho in tres partes, ſic intelligendo, quòd iſta diuiſio eſt propria, quæ, ſcilicèt, eſt contenta immediatè ſub diuiſo, quod ſic patèt, quia talis diuiſiò non poteſt eſſe in ſcientias habētes vnitatem primo modo, quia illæ ſunt ſpecies ſpeculatiuę, & remotiſſimę à diuiſo, quarè oportet quòd ſit in habentes, ſecundo modo, vel tertio modo ſecundùm iſtarum vnitatem, vtraque correſpondet vnitati ſubiecti virtualiter continente totam ſcientiam, vt dictum eſt, igitur ſequitur, quòd ſecundùm diuiſionem talium ſubiectorum oportet eſſe diuiſionem talium ſcientiarum, hanc concluſionem ſic expoſitam probant ſubiecta prima, & propriè ſpeculatiua, & realia, de quibus poſſunt ſciri aliqua via ſenſus, ſunt tātùm tria; ergo tantū ſunt tres ſcientiæ ſpeculatiuæ reales propriè ſcibiles via ſenſus, conſequentia patet ex prædictis, antecedēs probatur, ſic quia ab omnibus ſpeciebus cōmunibus poteſt

Sciētia ſpeculatiuæ ſūt tātùm tres.

abſtrahi vnum commune, quod eſt ens habẽs proprias paſſiones ex quarto huius, vt ſunt omnia tranſcendentia, putà bonum, vnum, verum, actus, potentia, &c. ergo de Ente eſt aliqua ſcientia poſſibilis quantùm ad tales paſſiones, & eſt neceſſaria, quia cognitio noſtra procedit à communibus ad propria, ex primo Phyſicorum. Ens autem eſt ſubiectũ reale, quia prędicatur de rebus in quid. *Noſtra cognitio procedit a communibus ad propria.*

Eſt etiam ſubiectum ſpeculabile, propriè, quia circà ens inquantũm ens eſt nata eſſe aliqua ſpeculatio directiua in aliqua operatione, quæ ſit vera praxis alterius generis à ſpeculatione. Item paſſiones eius poſſunt oſtendi de ipſo ex principiis cognitis via ſenſus, habemus ergo vnum ſubiectum primum, quòd habet omnes conditiones alias prædictas, & ſic patet prima pars Antecedentis. *Ens ſubiectum reale, & ſpeculabile.*

Vlterius, quia habitus in vniuerſali non eſt reſpectu propriorum niſi in potentia tantùm, & ſecundùm quid, ad hoc, quod intellectus circà alia ſpeculabilia perficiatur, oportet deſcendere inferius, & quęrere ſubiecta ſpeculabilia. *Scietia notabilis.*

Notandum igitur, quòd ſub ente primo occurrunt omnia decem generaliſſima de quibus principiis notis via ſenſus non ſunt demonſtrabiles aliquę paſſiones, quia ſunt tranſcendentes; & ideò nullum iſtorum eſt ſubiectum alterius ſcientiæ à Metaphyſica. *Sub ẽte primo ponuntur generaliſſima.*

Vlterius, ſi oportet diuidere ad inueſtigandum ſubiectũ alicuius ſcientiæ non oportet procedere diuidendo aliquod Genus accidentis in quodlibet illorum, & quælibet ſpecies cuiuſlibet illorum in alia ſpecie ſubſtãtiæ mediatè, vel immediatè virtualiter continere, & ità ſi quodcunque iſtorum poneretur ſub ſubiecto, licèt haberet aliquam paſſionẽ de ſcſcibilem, non tamen eſſet primum ſubiectum, quare non accipietur prima diuiſio ſcientiarum pęnès aliquod iſtorum, ergo diuidere ſubſtantiam præcisè, vt ſubiectum primum alterius ſcientiæ à Metaphyſica; diuiſa autem ſubſtantia per corporeum, & in corporeum alterum membrum, ſcilicèt in corporeum ponitur participatiuè ſub Metaphyſica. Cuius ratio eſt, quia ſi ſubſtantia incorporea habeat paſſiones ſibi primò inhærentes, non tamen à nobis eſt ſcibilis via ſenſus; ſed vt ſic ſolùm paſſiones entis de ea notæ ſunt; vndè verum eſt, quòd iſta ſubſtãtia eſt ſubiectum alicuius ſcientiæ poſſibilis intellectui potenti in cognitione ipſarum ſub propria ratione; ſed non nobis. Reſtat igitur ſubſtantia corporea, cui abſolutè conſiderata ineſt primò quantitas continua, & ſecundùm *Quomodo oportet ſe habere in inueſtigatione ſubiecti alicuius ſcientia.* *Subſtantia incorporea non poteſt à nobis ſciri via ſenſus.*

aliquos diſcreta, & mediante quantitate, omnia, quæ conſequuntur quantitatem, vt ſunt relationes fundatæ ſuper quantitatem,& qualitatem Quartæ ſpeciei: & iſtę paſſiones ſunt de ipſa cognoſcibiles ex principiis notis via ſenſus, igitur ipſa eſt,vel poteſt eſſe ſubiectum alicuius ſciẽtiæ ſpeculatiuæ poſſibilis homini haberi: & vocatur Mathematica,quæ quamuis dicitur eſſe de quantò, vel quantitate, ideò eſt,quia Mathematica non multùm comparat quantitatem ad ſubſtantiam corpoream, vt formalis ratio ſubiecti: tamen ſecundùm veritatem primum ſubiectum virtute continens omnia eſt ſubſtantia corporea, & ſic patet alia pars antecedentis. Vlterius ſubſtãtia corporea non contracta ad inferius, ſed aliquo modo conſiderata, ſcilicèt in quantùm habens formam,quæ eſt principium determinatæ operationis,& motus, & quietis habet multas paſſiones ſibi ſic inhęrentes, & ſcibiles per viam ſenſus, ergo quò ad illas paſſiones eſt vera ſpeculatiua,quę dicitur Phyſica,ſiuè naturalis Philoſophia,& ſic patet tertia pars Antecedentis.

Præter iſtas autem tres non poteſt inueniri aliqua ſcientia, quæ non contineatur ſub aliqua iſtarum, putà ſi ſit de ſubſtãtia aliqua inferiori, vel in aliqua illarum includatur, putà ſi ſit de aliquo accidente; ideò ſunt tantũ tres ſcientiæ diuidentes primò ſcientãi ſpeculatiuã,penès in tria ſubiecta habentia conditiones expreſſas, & ſic patèt concluſio.

Nõ eſſe inconueniens agere de eodem in diuerſis ſcientiis diuerſimodè. Notandum etiam,quòd & ſi ſit inconueniens tractare de eodem in pluribus ſcientiis;tamen poteſt ſecundũ aliam,& aliam rationem, vt Metaphyſica tractat de quantitate inquantùm eſt pars entis, & vt habet rationem entis. Phyſica verò ſecundùm, quòd eſt ſubiectum motus: Mathematica verò determinat de ea, quæ ſub propria ratione quantitatis.

DE QVIBVS REBVS HÆC ſcientia conſiderat. CAP. II.

Ed hæc quoniam, &c. Hic oſtendit Philoſophus de quibus entibus,hæc ſcientia tractat; & primò dicit,quòd hæc ſcientia non tractat de Ente per accidens, ſecundò quod non determinat de Ente,quòd eſt idem,quòd verum.

Circà primum dicit, quòd de Ente per accidens non erit ſcientia,non ergo Metaphyſica.

Tres diuiſiones. Ad cuius euidentiam Scotus ponit diuiſiones deindè, oſtendit aliquas concluſiones.

Ens per accidens dupliciter dicitur.

Quantum ad primum ſit iſta prima diuiſio, ens per accidens dicitur dupliciter, vno modo, vt ly per accidens priuat perſeitatem rei in entitate ſecundùm ſe, & ſic aggregatũ ex rebus diuerſorum generum dicitur ens per accidens, ſiuè nominetur vno nomine, ſiuè diuerſis nominibus; vt album, quod importat ſubiectum cum accidente, ſiuè diuerſis nominibus, vt quantum album, Muſicum album, alio modo, vt ly per accidens priuat perſeitatem rei, non in ſe, ſed in comparatione ad aliquam cauſam, præter cuius intentionem euenit, vt caſuale, vel fortuitum.

Secunda diuiſio ſcientia poteſt diſtingui multis modis.

Secunda diſtinctio ſit iſta, quòd ſcientia poteſt diſtingui ſecundùm vnitatem ſpeciei ſpecialiſſimæ, vel generis intermedij, & propinqui, vel etiam generis remoti, vt dictũ eſt in Capitulo præcedenti.

Tertia diuiſio. Aliquid, poteſt ſciri dupliciter.

Tertia diſtinctio ſit iſta, quòd aliquid poteſt ſciri dupliciter, vel abſolutè, vel reduplicatiuè.

Prima concluſio de ente per accidẽs non eſſe ſcientia.

Quantùm ad ſecundum, ſit iſta Prima concluſio. De ente per accidens, primo modo non poteſt eſſe ſcientia vna vnitate ſpeciei, hæc probatur, vnius ſcibilis eſt vna per ſe cauſa, ſed tale ens per accidens non poteſt eſſe cauſa per ſe, igitur, &c. Probatio minoris, quia cùm tale ens, non ſit aliquod vnum, non poterit eſſe cauſa per ſe alicuius vnius paſſionis, & ideò de tali nihil determinatur, niſi per alterũ conceptũ, quem includit: & ideò tali conceptui per ſe, ineſt tale demonſtratum, non autem toti compoſito, niſi per accidẽs: ergo ſcientia vna ſpecie, quæ ſcilicèt eſt concluſionis demonſtratæ, non eſt per ſe, niſi de altero conceptu in tali ente complexo incluſo.

Secunda concluſio.

Secunda concluſio eſt iſta, de ente per accidens primo modo poteſt eſſe ſcientia vna vnitate generis proximi, vel remoti, hìc oſtenditur, quòd vnius intelligibilis plures paſſiones vertualiter continentis, poteſt eſſe ſcientia vna vnitate generis proximi, vel remoti, ſed ens per accidens primo modo eſt huiuſmodi: ergo, &c. probatio minoris, quia tale ens eſt aliquo modo vnum intelligbile, ſcilicèt vnico actu, licèt non ſit per ſe vnius, non enim ità impoſſibile eſt hominẽ albũ vnico actu intelligendi intelligi, ſicut hominem, & albũ, nec ità ſimplici, & vno actu concipiendi homo albus ſicut homo; tali igitur enti natus eſt correſpondere habitus ex talibus entibus generatus; licèt iſte habitus, non ſit ità vnus, ſicut ille, qui eſt alterius partis tantùm.

Cõfirmatur, quia ſciẽtia ſubalterna eſt de ente per accidẽs p̃õ modo: videlicèt inducẽdo in Perſpectiua, Muſica, Aſtrologia; quia de linea viſuali multa probat Perſpectiuus, quæ

per ſolam rationem lineæ non inſunt, alioquin
eſſet purè Geometria. Similiter oſtendit multa,
lam rationem viſibilitatis non inſunt; aliâs eſſe
talis igitur quicquid eſt eius ſubiectum includit
quidem non ſunt vnum, niſi per accidens, tùm q
talis ſcientia continetur ſub duabus, vtriuſque e
ſiones continent media pro principijs, quo
niſi eius ſubiectum ſubſtantia includeret ambo

Sequuntur autem aliæ duæ concluſiones,
Duæ concluſiones. ente per accidens ſecundo modo. Prima eſt hæc
accidens ſecundo modo, ſcilicèt reduplicatiuè
Prima concluſio. eſt ens per accidens non poteſt eſſe ſcientia. H
Ariſt. quia omnis ſcientia eſt eorum, vel quæ
vel quæ frequenter, & ideò vt ſic tale ens per ac
eſt ſcibile.

Secunda concluſio ſit iſta, de ente per acci
Secunda concluſio. do modo dicto non reduplicatiuè, ſed abſolut
ſcientia, probatur, omne illud, quòd habet cauſa
natam à qua euenit ſemper, vel frequenter eſt ſci
cauſam, ſed ens per accidens ſecũdo modo, non
ens per accidens, ſed abſolutè: ſed ens per acciden
modi, ergo, &c. probatio minoris, licèt enim i
tione Solis ad Zodiacum non poſſit ſciri, quar
Cane, quia vt ſic, non habetur cauſa pluuiæ; tam
paratione alterius planetæ ad Solem, vel ad aliun
vt ad ſtellas fixas, vel ex cõparatione multorum
ſunt ſciri, quæ ſunt concurrentia, & ſunt cauſa pl
pluribus, & generaliter in alijs nullum eſt enim
cidens, niſi reſpectu alicuius, quod non eſt eius
aliorum concurrentium.

DE ENTE PROPOSITIO veritatem conſiderante.

CAP. III.

Text. *Vod autem, &c.* Hîc Philoſo
minat de ente, quod ſignificat
propoſitionis. Circà quod duo
determinat circà quod dicatur
ens, Secundò remouet ipſum
conſideratione huius ſcientiæ,
mum dico, quòd ens, quod dicitur quaſi verum,
nihil aliud ſignificat veritatem. Cùm enim inte

homo eſt animal,reſpondetur,quòd eſt,per quod ſignificatur propoſitionem ipſam eſſe veram, & eodem modo non ens ſignificat,quaſi falſum. Cùm enim reſpondetur, quòd nón eſt ſignificat, quòd oratio propoſita ſit falſa, hoc ergo ens conſiſtit circà compoſitionem, & diuiſionem intellectus,ſiuè ad affirmationem,& negationem.

Secundò excludit huiuſinodi ens à principali conſideratione huius doctrinæ,dicens, quòd compoſito,& diuiſio, in quibus eſt verum,& falſum dicuntur in mente,& non in rebus. Conſiſtit enim in quadam comparatione duorum conceptorum,ſiuè illa ſint idem ſecundùm rem,ſiuè diuerſa, vtitur enim intellectus vno,quandoque vt duobus, quandò compoſitionem format,vt homo eſt homo. Ex quo patet, quòd talis comparatio eſt in intellectu ſolùm, & non in rebus.Tale igitur ens,cùm ſit ens rationis excluditur à conſideratione Metaphyſicę,quæ eſt ſcientia realis. *Intellectus aliquando vtitur vno, vt duobus.*

Ad cuius euidentiam ſecundùm Scotum in hoc Sexto, pono aliquas diſtinctiones, Secundò aliquas concluſiones. *Duæ diſtinctiones.*

De primo, ſit iſta prima diſtinctio, quòd veritas eſt duplex;quædam in re,& quædam in intellectu. *1. Veritas eſt duplex.*

Secunda diſtinctio,quòd veritas,quæ eſt in rebus eſt duplex,vno modo ſecundùm ſe, & abſolutè ſecundùm rem. Alio modo per comparationem ad cognoſcentem, & intelligentem. Primo modo ſumitur tripliciter, vno modo vt dicit abſolutè conformitatem producti ad producens ſecundùm imitationem.

Alio modo, vt vltrà illam imitationem addit adæquationem. Primus modus illorum trium, licèt videatur communis ſecundo, & tertio ; tamen ſi reſpectus veri ponatur ad ſignificandum quodcunque illorum trium ſecundùm propriam rationem eſt æquinocum. Secundus autem modus inuenitur in creatura, quæ imitatur exemplar diuinum, vt creatum à quo producitur, & cui aliquo modo aſſimilatur. Tertius modus inuenitur in filio Dei, qui eſt veritas,in quo eſt ſumma ſimilitudo ad primum producens ſecundùm Auguſtinum, huiuſmodi enim eſt conformitas cum adæquatione.

Secundo autem modo principali, vt ſcilicèt eſt veritas in rebus per comparationem ad intellectum dicitur res tripliciter. Vno modo, quia quantùm eſt de ſe eſt manifeſtatiua cuicumque intellectui potenti manifeſtiſſimè cognoſcere. Alio modo, quia eſt aſſimilatiua intellectus aſſimilabilis ſibi, putà mediante actu, vel ſpecie, quæ non eſt *Res tripliciter dicitur.*

niſi intellectus creati. Alio modo, quia facta manifeſta-
tione, vel aſſimilatione res eſt in intellectu, ſicut cognit
in cognoſcente. Sed illæ tres differunt à primo, quia habitu
do ad producentem, & intelligentem eſt alia, & alia, licè
quandoque idem ſit producens, & intelligens.

Tertia diſtinctio. Veritas duplex. Veritas incomplexa quid. Veritas complexa quid. Differentia inter veritatem complex. & incomplexam.

Tertia diſtinctio ſit iſta, quòd veritas in intellectu ſe
cundùm duplicem eius operationem ſecundùm quatun
vtramque natus eſt conformari obiecto, vt menſuratur
menſuræ Quinto huius Capitulo de ad Aliquid, vna dicitu
complexa, alia incomplexa. Veritas incomplexa eſt confor
mitas, vel ſimilitudo actus ſimplicis ad obiectum ſimple
intelligibile. Veritas autem complexa eſt conformitas actu
complexi ad obiectum complexum, vel ſecundùm Alios eſ
conformitas inter prædicatum, & ſubiectum. Eſt autem dif
ferentia inter veritatem complexã, & incomplexam, qui
veritati incomplexæ non opponitur falſitas, ſed ignoranti
tantùm; & ſic intelligitur illud Tertij de Anima. Intellectu
circa quod eſt, eſt ſemper verus: quod eſt intelligendũ circ
habitum conceptum ſimpliciter ſimplicem. Nam intelle
ctus ſimplex circà intellectum non ſimpliciter ſimplicem
licèt non poſſit eſſe falſus formaliter; tamen virtualiter po
teſt eſſe falſus apprehendendo aliquid ſub determination
ſibi non conueniente. Vndè Quinto huius Capitulo de fal
ſo dicitur, quòd eſt aliqua ratio in ſe falſa, & tamen iſta rati
eſt de ſe intelligibilis ſimplici apprehentione. Secundæ au
tem veritati, ſcilicèt complexæ opponitur ignorantia pri
uatiuè, & falſitas conſequentiæ, ſcilicèt quandò vniuntur i
intellectu, quæ in re non ſunt vnita.

Dubium tamen eſt an hæc veritas, & illa ſit relatio reali
vel rationis? De veritate incomplexa videtur dicendum
cùm ſit in tertio modo relatiuorum, quòd ſit relatio reali
ex parte operationis, quæ operatur, quia dependet ad ob
iectum, vt menſuratum ad menſurans: ſed eſt rationis e
parte obiecti: tùm quia obiectum, vt ſic habet eſſe diſtin
ctum, & eſſe cognitum, quòd diſtrahit ab ente rationis, tùn
quia eſt menſura, quia non dependet eſſentialiter ab ope
ratione menſurata.

De veritate autem complexa dicendum eſt eodem mo
do, ſi illa ſit ipſa confórmitas operationis ad obiectum; v
prædictum eſt.

Si autem ſecundùm aliam viam ſit conformitas inte
prædicatũ; & ſubiectũ, tunc circà vtrũque erit relatio ratio
nis, quia extrema, vt ſic ſunt entia rationis ſuper quæ ſun

datur talis conformitas: ſi autem detur vtraque opinio reſpondendum eſt ſic, vel ſic.

De ſecundo principali ſit iſta prima concluſio: veritas in intellectu ſecundùm operationem complexam non eſt de conſideratione Metaphyſici, ratio huius eſt, quia talis veritas, vel eſt relatio rationis, vel realis. Si realis, tunc pertinet ad Librum de Anima, vbi agitur de potẽtijs, & actibus Animæ. Ex natura actus intellectus cognoſcitur quomodo eſt fundamentum talis rationis. Si verò ſit relatio rationis; tunc pertinet ad conſiderationem Logici, cuius eſt conſiderare poſſibile, & impoſſibile, & alios modos oppoſitionũ. Similiter demonſtrandum eſt de veritate complexa intellectus. *Quatuor concluſiones.* *Prima concluſio.*

Secunda concluſio eſt iſta, quòd veritas in rebus, ſcilicèt primo modo ſumpta per comparationem ad producentem, pertinet ad conſiderationem Metaphyſici, ſed verum reale, quod non contrahit ens ad modum, vel quantùm pertinet ad conſiderationem Metaphyſici: ſed verum reale primo modo dictum eſt huiuſmodi, probatio minoris, quia talis veritas reperitur in diuinis, nec eſt ibi motus, nec quantum. *Secunda concluſio.*

Tertia concluſio eſt iſta, verum reale ſumptum per comparationem ad cognoſcibilitatem primo modo illorum trium pertinet ad conſiderationem Metaphyſici, probatio huius, quia tale verum conuertitur cum ente, igitur pertinet ad Metaphyſicam, ſicut ens cum quo conuertitur, antecedens patet, quia omne ens de ſe eſt manifeſtatiuum ſui, cuicunque potenti cognoſcere. *Tertia concluſio.*

Quarta concluſio verum reale ſumptum per comparationem ad cognoſcentem ſecũdo, & tertio modo illorum trium, non pertinet ad Metaphyſicum, qui conſiderat de ente, Ratio autem pro tertio modo eſt, quia tale verum eſt ens diminutum, & ens Logicum, & ideò propriè, vt ſic excluditur à Metaphyſico, cõnuertitur tamen aliqualiter cum ente, quia Logicus conſiderat aliqualiter omnia, vt Metaphyſicus, ſed modus conſiderationis, eſt alius, ſcilicèt per ens reale, & per ens rationis, ſicut eſt conuertibilis entis ſimpliciter, & entis diminuti, quia neutrum excedit in communitate, quia quod eſt ſimpliciter ens, poteſt eſſe ens diminutũ, quatenus omne ens poteſt eſſe cognitum, vel intellectum. *Quarta cõcluſio.*

Si arguatur contra prædicta, quòd verum eſt, quod eſt in compoſitione, & diuiſione non debeat ſeparari à cõſideratione Metaph. quia ex quo non excludit à conſideratione *Obiectio.*

Auctoritas. cauſæ,nec effectus,ſed ille effectus,ſcilicèt vetitas in intellectu eſt entis realis, iuxta illud in Prædicamentis. In e quòd res eſt,vel non eſt,dicitur propoſitio vera,vel falſa.

Reſpondeo,maior eſt vera de cauſa totali, nō autem *Reſponſio.* eſt in propoſito, quia res non eſt talis cauſa veritatis: ſe requiritur intellectus vniens prædicatum cum ſubiecto.

Impugnat etiam hîc Doctor Subtilis ponens verum eſ obiectum intellectus,quia intellectus non ſolùm intellig verum ſub ratione veri, ſed etiam bonum ſub ratior boni, quia ponit differentiam inter illa,ergo cognoſc vtrumque ſub propria ratione per Philoſophum Secund de Anima,igitur,&c.

METAPHYSICÆ ARIST

LIBER SEPTIMVS.

De Ente,quod eſt per ſe,& extra Animam.

Text.

CAP. I.

E*NS dicitur multipliciter,ſicut diuiſimus,&* Poſtquam Philoſophus remouit à princ pali conſideratione ens per accidens, & en quod eſt verum, hîc incipit determinare e ente per ſe extrà animam. Diuiditur iſ proceſſus in duas partes, quia primò determin. de ente inquantùm ens, ſecundò de primis principi entis, vt in Vndecimo, & Duodecimo. Quò ad primu determinat de ente ſecundùm quod diuiditur in decer prædicamenta,circà quod duo facit. Primò enim oſtendi quòd ad determinādum de ente ſecundùm,quod diuidit in decem prædicamenta ſufficit determinare de ſola ſubſt. tia,ſecundò incipit determinare de ſubſtantia ibi *dicitur ſu. ſubſtantia.* In prima igitur parte intendit hanc rationen quod eſt ſimpliciter ens,& non ſecundùm quid,eſt primu inter entia, ſufficienter demonſtrat naturam entis; ſed ſub ſtantia eſt huiuſmodi,ergo ſufficit ad cognoſcendum natu ram entis determinare de ſubſtantia. Ad declarationem m noris duo facit,primò oſtendit,quòd ſubſtantia eſt primu ens,ſecundò quomodò dicitur primum. Circà primum vt tur tali ratione,illud, quod eſt propter ſe, & ſimpliciter i vnoquoque genere eſt prius eo, quod eſt propter aliud, ſecundùm quid:ſed ſubſtantia eſt ens ſimpliciter,& propt

ſeipſam,omnia autem genera à ſubſtantia ſunt entia ſecundùm quid,& propter ſubſtantiam:ſunt enim entia eò quòd taliter entis,ideſt eò quòd habent aliquam habitudinem ad ſubſtantiam,vndè non eſt poſſibile aliquod eorum ſeparari à ſubſtantia,ergo ſubſtantia eſt primum inter omnia entia. Deindè oſtendit quomodo eſt primum ens dicens, quod ſubſtantia eſt primum ens ſecundùm tempus, ſecundùm diffinitionem,& ſecundùm cognitionem. *Subſtantia eſt primum tripliciter.*

Ad cuius euidentiam videndum eſt ſecundùm mentem Scoti hic, & duodecima diſt. Quarti Sententiarum de inhærentia accidentis ad ſubſtantiam, Secundò de triplici prioritate ſubſtantiæ.Quò ad primum præmittam aliquas diſtinctiones,Secundò oſtendam aliquas concluſiones.

Prima diſtinctio eſt iſta, hoc nomen accidens cùm ſit nomen concretum poteſt ſumi dupliciter, ſicut cætera concreta. Vno modo pro primo ſignificato nominis, qui eſt conceptus,quem accidens naturaliter importat, qui eſt ipſa accidentalitas ,& ſic eſt ſynonimum , ſicut & inhærentia. Alio modo poteſt ſumi per ſubſtracto, quod denominat hoc concretum accidens,quod eſt ens aliquod nouem Prædicamentorum, ſiuè ſit abſolutum, ſiuè reſpectiuum, pùtà qualitas,quantitas. *Hoc nomen accidens capitur dupliciter.*

Secunda diſtinctio ſit hæc, inhærentia eſt duplex actualis,& aptitudinalis. Inhærentia actualis eſt ipſa vnio accidentis exiſtentis cum ſubiecto exiſtente. Inhærentia aptitudinalis eſt dependentia,ſiuè ordo eſſentialis accidentis ad ſubiectum, prima inhærentia non ſemper ineſt accidenti, ſecunda verò ſemper ineſt,exiſtente ſubiecto, vel non exiſtente. Tunc ſit illa prima concluſio, neutra inhærentia eſt de eſſentia accidentis, accipiendo accidens ſecundo modo, pro eo, quod hoc nomine denominatur, ſiuè ſit, accidens abſolutum, ſiuè reſpectiuum, hanc oſtendo, quantùm ad primam partem ſpecialiter. *Inhærentia duplex.* *Inhærentia actualis quid.* *Inhærentia aptitudinalis quid.* *Prima concluſio.*

Nullus reſpectus eſt de eſſentia abſoluti:ſed vtraque inhærentia eſt reſpectus,igitur,&c. Maior patet per Philoſophum quartò huius contrà veritatem apparentium.

Quantùm ad vtranque partem arguitur, fundamentum res eſt aliud à reſpectu, ſiuè relatione : ſed inhærentia fundatur in quolibet accidente,igitur eſt aliud à quolibet accidente:Maior patet per Auguſtinum Septimo de Trinitate, illud,quod relatiuè dicitur, eſt aliud præter relationem.

Secunda concluſio ſit iſta,quòd inhærentia aptitudinalis eſt eadem realiter ipſi accidenti ſecundò modo ſumpto, *Secunda concluſio.*

Digitized by Google

ſiuè ſit abſolutum,ſiuè reſpectiuum, probatur,nulla aptitu-do naturalis alicuius entis diſtinguitur realiter ab eo,cuius eſt, ſed inhærentia aptitudinalis eſt quædam aptitudo na-turalis accidentis talis,ergo,&c.

Præterea, paſſiones entis dictæ de inferioribus,non di-cunt aliud ab ente in eis:ſed eſſe in ſe ens,vel eſſe inhærens ſunt quædam paſſiones dictæ de inferioribus, ſcilicèt d ſubſtantia,& accidente:nec ergo eſſe ens,dicit aliud à ſub ſtantia:nec eſſe inhærens dicit aliud ab accidente, proba tio antecedẽtis,quia eſſe in ſe ens,& eſſe inhærẽs pro eoden accipio,ſicut eſſe prius, & poſterius:prius autem, & poſte rius diuidunt ens,ſicut paſſiones,ergo, &c.

Tertia concluſio. Tertia concluſio eſt iſta, inhærentia actualis diſtingui tur realiter ab accidente primo modo dicto,quod eſt abſo lutum,hæc concluſio oſtenditur ſic.Impoſſibile eſt, quò idem maneat, & corrumpatur, aliâs ſimul erit, & non erit quòd eſt oppoſitum primi principij: ſed manente, & exi ſtente accidente abſoluto non manet inhærentia actualis minor patet in Sacramento Altaris,vbi accidentia ſeparat exiſtunt ſine inhærentia actuali,aliâs ſi ibi maneret inha rentia actualis, eſſet ibi in ſubſtantia panis.

Argumẽta in contrariũ cõcluſionis. Sed contrà illam concluſionem inſtatur primò auctori tate Philoſophi in littera dicentis, quòd non eſt poſſibil aliquod accidens ſeparari à ſubiecto. Item Boetius dici quod accidentis eſſe eſt ineſſe.Item ratione ſic, non minù eſt reſpectus accidentis ad ſubiectum idem cum accidente quàm reſpectus creaturæ ad Deum : ſed potius reſpectu accidentis videtur eſſe idem ſubiecto, quia diffinitur pe eum,ſed non ſic de reſpectu creaturæ ad Deum , quia creatura diffiniretur per eſſentiam diuinam , tunc null creatura diffiniretur in ſuo genere,quia Deus eſt extra om ne genus;ſed reſpectus ille eſt idem realiter cum creatur ergo reſpectus accidentis ad ſubiectum, quę eſt inhæren tia non minùs eſt idem realiter accidenti, quàm reſpectu ſubſtantiæ creatæ ad Deum , quia accidens propter ſuun reſpectum ad ſubiectum diffinitur per ſubiecta, ex Quint Metaphyſicæ Capitulo Tertio.

Reſponſio ad Argumenta. Ad Primũ. Reſpondeo ad Philoſophum dicendum,quòd Philoſo phi dicerent accidens non poſſe eſſe ſine ſubiecto, quia po nunt ordinem cauſarum ſimpliciter neceſſarium,vt dictu eſt Octauo Phyſicorum Capitulo Vltimo, ità quòd prim cauſa non poteſt cauſare cauſatum ſine cauſa ſecunda, ſub ſtantia autem habet aliquam cauſalitatem reſpectu acc

dentis loquendo de naturali ordine cauſarum, eſt enim eius materia in qua. Nos autem ponimus ordinem ſimpliciter neceſſarium, quia ergo deuiamus à Philoſophis in antecedente, ideò deuiamus in conſequente.

Ad Boetium, dicendum, quòd intelligit, quòd accidens habet de natura ſua, quod inſit aptitudinaliter, non autem actualiter. *Ad Secundum.*

Ad aliud nego maiorem, ad probationem de reſpectu creaturæ ad Deum, dico, quòd non eſt ſimile, quia identititas reſpectus ad fundamentum, non eſt ſimile, quia identitas reſpectus ad fundamentum non eſt ratio, quare terminus reſpectus, vel dependentiæ cadit in diffinitione fundamenti, vt additum quid, igitur aliud.

Reſpondeo, quòd nec depentia eſt eſſentialis, & neceſſaria cauſa, quòd terminus dependentiæ addatur in diffinitione fundamenti dependentis, quia tunc Deus magis poneretur in diffinitione cuiuſlibet creaturæ, quàm ſubſtantia in diffinitione accidentis, ſed cauſa eſt, quia nulla forma poteſt habere conceptum quidditatiuum perfectum, & quietatiuum, niſi cointelligatur illud, cuius eſt forma. Diffinitio autem, exprimit conceptum perfectum diffiniti, & ideò eſſentia formæ non exprimitur ſine eo, cuius eſt: ideò ponendo genus, & differentiam non quietatur intellectus Metaphiſicè loquendo, licèt Fortè Logicè loquendo quieſcit, hoc quidem eſt verum, tàm de forma ſubſtantiali, quàm accidentali, vndè in diffinitione Animæ ponitur corpus, quia anima eſt actus corporis, ex ſecundo de Anima.

Quarta concluſio eſt iſta, inhærentia actualis eſt idem realiter accidenti reſpectiuo ſecundo modo ſumpto, probatur iſta relatio eſt eadem fundamento, ſine qua fundamentum cauſæ includit contradictionem, ſed inhærentia accidentis reſpectiui eſt huiuſmodi, ergo, quia reſpectus eſt eſſentialiter habitudo inter duo extrema, & ideò ſicut tollere terminum ad quem ipſius reſpectus eſt tollere, vel deſtruere reſpectum, ità tollere illud, cuius eſt reſpectus eſt tollere, vel deſtruere reſpectum: & per conſequens eſt contradictio, reſpectum non inhærere, vndè quia reſpectus eſt res, ideò ſequitur fundamentum, vel cui actualiter inhæret: hæc materia tractatur diffuſè à Scoto in Quarto ſententiarum, vbi ſupra: ideò ſuperſedeo. *Quarta concluſio.*

Quantùm ad Secundum Articulum de triplici prioritate ſubſtantiæ reſpectu accidentis, ſcilicèt cognitione *Artic. 2.*

diffinitione,& tempore,notandum,quòd non accipit tempus hic,vt ſumitur Quarto Phyſicorũ, ſcilicèt pro duratione,vel menſuratione extrinſeca, & ſucceſſiua alia ab eſſentia tei,quia tunc ſubſtantia poſſet præcedere illam, cùm ſit ibi accidens, & ſic præcederet illam tempore in duratione, & tunc erit tempus antè tempus, & ſic in infinitum, prius ergo tempore hic dicitur ſicut patet ex litera, quod poteſt eſſe ſaparatum ſine alio,& aliud non ſine ipſo,& iſto modo eis ſubſtantia prior eſt accidente, ſed alio,& alio modo.

Prius tempore quid. Vbi ſciendum eſt,vt prius dictum eſt, quod prius tempore eſt poſſe habere actualem exiſtentiam priorem alio, & ſibi non repugnat eſſe ſine illo, eò quòd non dependet ab illo. Et tale prius poteſt dici prius natura,quia aliquid eſt prius natura, quod non eſt prius tempore. Aliquid enim præcedere iſto modo eſt dupliciter, vno modo,quod non dependet ab illo. Alio modo,quòd non eſt cauſa neceſſaria illius.

Ad propoſitum dico, quod ſubſtantia comparata ad accidentia ſeparabilia eſt prior vtroque modo,comparata autem ad ptoprium eſt prior, & ſeparabilis primo modo,quia non dependet ab eo,ſed non ſecundo modo ſcilicèt inquãtùm eſt cauſa,quia habet cauſam neceſſariam reſpectu paſſionis: ideò non eſt ſeparabilis ſecundo modo, quia eſt cauſa huius paſſionis, primo modo eſt ſeparabilis modo præexpoſito,& vt ſic non repugnat ſibi eſſe ſine quocunq; accidente.

De Secunda prioritate ſubſtantiæ, ſcilicèt prioritate diffinitionis, patet qualiter in diffinitione cuiuſlibet accidentis debet poni ſubiectum. Cuius ratio ponitur in præcedẽti Articulo. De prioritate cognitionis ſubſtantiæ reſpectu accidentis, pono duas concluſiones. Prima eſt,quod ſubſtantia non eſt primum omnium entium prioritate generationis;quia omnis noſtra cognitio oritur à ſenſu,ſed ſenſibilia ſunt accidentia, & non ſubſtantia, ergo accidens prius cognoſcitur, quam ſubſtantia. Ideo dicitur primo de Anima, quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt ſubſtantiæ, igitur accidentia priùs cognoſcuntur, quàm ſubſtantia, quæ habet maximum, ꝙ quid eſt. Secunda concluſio eſt iſta, ſubſtantia eſt primum cognitione omnium entium prioritate perfectionis, probatur,quia cognitio ipſius,quod quid eſt,eſt perfectiſſima: ſed ſubſtantia habet perfectiſſimum, quod quid eſt, igitur perfectiſſimè cognoſcitur. Maior patet de his,quæ non habent ſim-

Duæ concluſiones.
Prima cõcluſio.
Secunda concluſio.

bent ſimpliciter quid, vt accidentia, perfectiſſima enim eorum cognitio eſt, quandò cognoſcuntur per eorum quod quid eſt: & hæc eſt ratio Philoſophi in littera.

Sed contrà videtur, quòd accidens eſt prius cognoſcibile à nobis prioritate perfectiónis: probatur, quia cognoſcibile cognoſcitur per ſpeciem: ſed ſpecies accidentis eſt in intellectu, & non ſubſtantiæ, ergo accidens perfectius cognoſcitur, quàm ſubſtãtia. Maior patet, & Minor probatur, quia intellectus agens eſt in abſtractiuus eorum, quæ ſunt in phantaſmatè, ſed talia ſunt accidentia. Tamen etiam nihil eſt in intellectu, niſi prius fuerit in ſenſu, igitur &c. *Obiectio.*

Reſpondeo, quòd ſubſtantia eſt perfectius cognoſcibile: & tamen aliquid aliud poteſt à nobis cognoſci perfectius ſecundùm proportionem ſuæ cognoſcibilitatis. Exẽplum ſpecies alicuius albi remiſſi, perfectius repræſentat mihi ipſum album, cuius eſt ſpecies, quàm ſpecies Solis repræſentat ſe oculo aquilæ, & magis video album, & perfectius ſecundùm proportionem ſuæ cognoſcibilitatis, licèt Sol ſit perfectius viſibile ſimpliciter, quàm tale album. Ad formã igitur cùm dicit, quod illud cognoſcitur perfectius, cuius ſpecies eſt in intellectu, dico, quòd verum eſt ſecundùm proportionem cognoſcibilitatis ſuæ: hoc tamen non obſtante, ſubſtantia de ſe eſt perfectiſſimum cognoſcibile; ſi poſſumus eam attingere: ſed non poſſumus in via, intelligitur ergo, quòd ſubſtantia eſt perfectius cognoſcibile ſimpliciter, licèt non nobis. *Reſponſio.* *Exẽplum.*

De ſubſtantia, & eius partibus.

Cap. II. Text.

DICITVR autem ſubſtantia, & ſi non multipliciter, &c. Poſtquam Philoſophus oſtendit, ꝙ principalis intentio huius ſcientiæ eſt conſiderare de ſubſtantia, hic incipit determinare de ea; & primò dicit, quòd primò determinandum eſt de prima ſubſtantia, cùm ſit maximè ſubſtantia, vtrùm in Prædicamentis. Diuiditur igitur ſubſtantia in materiam, formam, & compoſitum, quæ quidem diuiſio non eſt generis in ſpecies: ſed alicuius analogicè prædicati de his: quia dicitur de eis ſecundùm prius, & poſterius, quia tàm materia, quàm forma, quàm etiam compoſitum ſunt ſubſtantiæ, ſed non eodem ordine. Vndè dicit, quòd forma eſt prior materia, & compoſito, & magis ens vtroque. Quod *Subſtantiæ diuiſio in materiam, formam, & compoſitum.*

enim forma ſit prior, & magis ens, quàm materia probat, quia materia eſt ens in potentia, forma autem eſt actus materiæ, actus autem eſt prior potentia prioritate perfectionis vt patet Nono huius. Quod etiam forma ſit prior compoſito patet, quia pars eſt prior natura ſuo toto, & principium principiato: materia autem, & forma ſunt partes, & principia intrinſeca compoſiti. Dicitur autem forma magis ens compoſito, non quòd ſit ens perfectius: compoſitum enim eſt ens perfectius forma, cùm includat tàm materiam, quã formam: ſed dicitur magis ens ſecundum principalitatem, & independentiam, quia entitas principij eſt principalior, quàm eſt forma, & independens reſpectu principiati, quod eſt compoſitum, vt dictum eſt Quinto huius. Subſtantia vno modo dicitur, quod quid eſt, ideſt, quidditas, & eſſe rei: ideò inquirit Philoſophus de quidditatibus rerum ſenſibilium per rationes Logicas in hoc Septimo: & ſic per principia ſubſtantiarum ſenſibilium in Octauo.

Materia quid.

Circà primum notandum, quòd vt dictum eſt in Sexto huius, hæc ſcientia habet quandam affinitatem cum Logica propter vtriuſq; cõmunitatem, ideò prius Philoſophus Logicè determinat de quidditatibus rerum inueſtigãdo, quòd quid eſt, ſeu diffinitionem quidditatiuam ex modo prædicandi, hoc enim pertinet propriè ad Logicum. Oſtendit ergo ea, quæ ſpectãt ad quod quid eſt rei, dicens, quòd iſta, quæ prædicantur de aliquo per accidens, non pertinẽt ad quod quid eſt, nihil aliud enim intelligimus per quod quid eſt alicuius, niſi per quæ reſpondetur conuenienter ad quæſtioné factam, per quid de aliquo. Cùm aũt quærit quid eſt homo, non cõuenienter reſpondet, quòd eſt albus, vel niger, illa ergo, quæ prædicant per accidens de aliquo, non pertinent ad rationẽ eius quidditatiuam. Item, quæ dicuntur de aliquo in ſecundo modo, non pertinent ad ꝙ quid eſt eius vt color ad quod quid ſuperficiei, quod probat, quia aliud e quòd quid eſt ſubiecti, & paſſionis, quia ſcilicèt eadem eſſe quidditas ſubiecti, & paſſiõis, cùm idem ſubiectum habea plures paſſiones, eadem erit quidditas omnium paſſionum inter ſe, quia quæcunque vni, & eidem ſunt idem, ipſa inte ſe ſunt eadem, & ſic eadem erit quidditas coloris, aſperitatis & leuitatis, quæ ſunt paſſiones ſuperficiei. Iſta ergo pertinẽ ad quod quid eſt, quæ prædicantur de aliquo in primo mo do dicendi per ſe, vt genus, & differentia.

Quid intelligitur per quod quid eſt.

Deindè oſtendit conſequenter, quid habet propriè quò quid eſt, dicens, quòd ſola ſpecies habet quod quid eſt, ſe

Sola ſpecies habet quòd quid eſt.

diffinitionem quidditatiuam, cùm ſola ſpecies habeat genus,& differentiam. Alia aũt poſſunt habere diffinitionem quid nominis,ſiuè rationem declaritatem quid dicitur per nomen: vt ſi hoc nomen Philoſophia notificetur per hoc nomẽ, ſapientia. Vel ad exponendũ hoc nomẽ Philoſphus accipitur hæc oratio,amator ſapientiæ, & ſic poſſunt notificari entia per accidens,vt homo albus,vel album,ideſt res habens albedinẽ:talia enim per ſe non habent diffinitionẽ quidditatiuam,cùm non ſiat per ſe in genere:ſed ſignificant res diuerſorum generum. Ineſt autem, quòd quid eſt prius ſpeciei, quàm accidentibus: ſicut ens per prius dicitur de ſubſtantia,quàm de accidente, vndè ſubſtantia habet quid ſimpliciter, accidens autem non niſi ſecundùm quid, ſicut aliqui dicunt Logicè de non ente loquentes,quòd non ens, eſt non ens ſimpliciter,ſed non ſecundùm quid, ſicut etiam dicimus, ꝙ non ſcibile ſimpľr eſt ſcibile ſecundum quid, quia de non ſcibili ſcitur, quod non ſcitur,ſic non accidens habet non ſimpliciter quid,ſed ſecundùm quid.

Diffinitionẽ quidditatiuam.

Inſuper ponit Philoſophus quandam diuiſionem accidentium,ſcilicèt quòd quædam ſunt ſimplicia, & quædam copulata; Simplicia ſunt illa,quæ non habẽt ſubiectum determinatum,vt concauitas,quæ non tantùm reperitur in vaſe,ſed etiam alibi. Copulata ſunt illa,quæ habent ſubiectum determinatum, vt ſimitas,quæ eſt naſi curuitas.

Accidentia ſunt duplicia. *Accidentia ſimplicia.* *Accidentia copulata.*

Vlterius oſtendit Philoſophus, quomodo ſe habet,quod quid eſt,ad illud cuius eſt,quod quid eſt,dicens, quòd in dictis ſecundùm ſe idem eſt, quod quid eſt cum eo cuius eſt, non autem in dictis per accidens.

Ad cuius euidentiam de mente Scoti primò ponam aliquas dictinctiones,ſecundò aliquas concluſiones. Quantùm ad primum ſit iſta prima diſtinctio, quòd ſicut forma ſumitur dupliciter, ſic materia, vt dictum eſt Quinto huius Capitulo Tertio, ſcilicèt per formam partis, & formam totius, ſimiliter duplex eſt materia, ſcilicèt materia partis, & totius. Secunda diſtinctio, ſit iſta, quòd quædam habent quod quid eſt primò, & per ſe, vt hõ, & quælibet ſpecies. Nàm ſpecies dicũť hr̃e,quod quid ẽ primò,& per ſe ex hoc,quòd quidditas nulli alij competit ab eis, niſi indiuiduis, & hoc eſt ſub ratione earum. Quædam verò habent quidditates per ſe non primò, vt ſingularia, vt abſtrahunt à tempore,& ex natura: & tale indiuiduum eſt per ſe in genere, quia non includunt res diuerſorum generum: tamen habent per aliud, putà per ſpecies, quas participant, ideò

Duæ diſtinctiones. *Prima diſtinctio.* *Secunda diſtinctio.*

non habent primò, quod quid eſt, quę autem hab quid eſt non primò, nec per ſe, ſed per accidens, mo exiſtens, & in tempore, quia tale indiuiduu accidens, ſcilicèt eſſe in tempore, & exiſtentiam extrà rationem quidditatis, vel alias condition les, quę tollunt vnitatem entis per ſe. Vlterius, ſi h habet quod quid eſt, habet ipſum per accidens, n hic homo exiſtens, qui includit exiſtentiam, q eſt verè accidens, exiſtentia autem non, niſi lar do accidens, pro omni tali, quod non eſt idem alicui.

Duæ conclusiones. Prima. De Secundo ſit iſta prima concluſio. In dictis ſe, eſt idem quod quid eſt, hæc concluſio patet ſophum in littera, quia ſingulum non videtur ſubſtantia; ſed quod quid eſt, eſt ſuſtbantia e ſubſtantiam ad omne genus entium, & ſumitu tia cuiuſlibet rei.

Secunda. Secunda concluſio eſt iſta, in dictis ſecundu non eſt idem, quod quid eſt, & cuius eſt, quo quod probatur, illud, quòd non habet quid, nc in quidditate: ſed ens per accidens non habet aggregat in ſe res diuerſorum generum, ergo, &

Argumēta in cōtrariū Primum. Sed contrà prędicta arguitur per Philoſoph de Anima. Non eſt idem magnitudo, & magni caro, & carnis eſſe: ſed eſſe carnis, & magnitu rum quid, igitur in dictis ſecundùm ſe, non eſt i

Secundum. quid eſt cum eo, cuius eſt. Item in hoc Septi quòd in conceptis cum materia non eſt idem, eſt, cùm eo cuius eſt: ſed omnia naturalia e cum materia.

Tertium. Item ſi ſic, igitur quod quid eſt, eſt generab ptibile, ſicut illud, cuius eſt: falſum eſt conſequ quentiam probo, quia ſi ſunt idem, igitur ſimul & corrumpuntur, falſitas conſequentis patet Capitulo, vbi dicitur, quòd nec quod quid eſt, generatur, nec corrumpitur.

Ad primū. Reſpondeo ad primum, quòd carnis eſſe a quidditate, & caro accipitur pro ratione haben indiuiduatam, quòd eſt particulare.

Vult igitur Philoſophus, quòd ipſum qu carnis, in ſpecie, non eſt idem ipſi indiuiduo, p mò, ſicut nec indiuiduum habet per ſe, & primò eſt, & tamen habet quid eſt idem per ſe ſibi mò.

Ad ſecundum dicendum, quod Philoſophus accipit materiam pro differentia indiuiduali, & concedo, quòd in talibus non ſunt idem per ſe, & primò, licèt per ſe non primò, ſicut modo prę expoſito, & tunc minor rationis non ſumitur ſub maiori, ſed æquiuocatur de materia, vt patet. *Ad Secūdū.*

Ad Tertium concedo conſequētiam, ſi illud cuius eſt ſit generabile, & corruptibile: vndè quando res generatur, tunc generatur ſuum, quod quid eſt per ſe, tamen quod quid eſt hominis, vt homo eſt ſpecies, non generatur per ſe, ſicut nec ipſa: vndè per Philoſophum non generatur domus, ſed hæc domus. *Ad Tertiū*

De Quidditatum, & formarum generatione.

Cap. III.

E*Orum autem quæ fiunt, &c.* Poſtquam autem oſtēdit Philoſophus, quod quid eſt idem cum eo cuius eſt, hìc oſtendit quod quidditates, & formæ exiſtentes in iſtis ſenſibilibus non generantur ab aliquibus formis extra materiam exiſtentibus, ſed à formis exiſtentibus in materia.

Ad cuius euidentiam notandum, quòd Plato poſuit, vt Ariſtoteles, ei imponit reſpectu cuiuſlibet ſpeciei ydeam quandam, ſeu ſubſtantiam à motu, & accidentibus ſeparatam, nihil includens in ſe, niſi naturam ſpecificam, & habentem paſſiones ſpeciei, alioquin de ipſa nihil ſciretur, quam poſuit ſimplicem, & incorruptibilem, & eiuſdem generis cum corruptibilibus: ità quòd prædicatur de eis Prædicatione dicente, hoc eſt hoc. Fuit motus autem ad ponendum triplici ratione, tùm propter formalem entitatem rerum, quia omne, quod eſt tale per participationem reducitur ad aliquod tale per eſſentiam, alioquī tale per participationem eſſet primò tale, ſed ſingulare eſt tale per participationem, vt hic homo per participationem hominis, alioquin hō nō plurificaretur in iſtis inferioribus, ergo hō vnibilis eſt hō per eſſentiā, & per cōſequens eſt in rebus, tùm ſecūdò ꝓpter ſcientiā, quæ tantùm eſt de neceſſarijs, ſingularia aūt ſunt corruptibilia, tùm propter generationē, quia ſm Platonem generans perticulare non ſufficit. Si ergo ſic poſuit Plato quidditates rerū per ſe exiſtentes, vt ei imponitur malè poſuit, tùm quia corruptibile, & incorruptibile non ſunt eiuſdem generis, ſeu naturæ, vt vult Philophus Decimo huius, tùm quia illud, quod dicit, quòd talis ydea prædicetur de hoc corruptibili prædicatione dicente, hoc eſt hoc, videtur

Platonis Ydea.

Vndè Plato fuit motus ad ponendum ydeam.

includere contradictionẽ,ſcilicet, ꝙ idem numero ſit quidditas multorum diuerſorum,& ſic extra ipſa,quia aliter non eſſet incorruptibilis, tùm quia non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate primo Phyſicorum; non aũt apparet aliqua neceſſitas ponendi huiuſmodi ydeas propter rerum entitatem,vt videbitur eius prima ratio,hic enim homo ẽ homo per participationem hominis,non quidẽ hominis ſeparati, ſeu huiuſmodi ydeæ:ſed per participationem naturę humanæ, quæ eſt vna vnitate ſibi propria alia à ſingularibus, vt videbitur Quinto Capitulo huius Septimi. Nec etiam ſecunda neceſſitas valet propter rerum ſcientiam,quia de reb. corruptibilibus poſſumus habere ſcientiam, conſiderando eorum quidditates abſtractas per intellectũ,de quibus poſſent probari neceſſariæ concluſiones.Nec valet etiam tertia neceſſitas propter rerum generationem:quia generatio vniuoca poteſt ſaluari ſine talibus ydeis. Compoſitum enim particulare generatur vniuocè, & magis eſt illa generatio vniuoca,quàm compoſiti ex ydea generati.Si autem Plato poſuit ydeas, ſeu quidditates rerum in mente diuina non per ſe exiſtentes,tunc benè poſuit.Eſſentia enim diuina eſt exemplar repreſentatiuum omnium;quod autem ſic poſuit Plato poteſt perſuaderi ex dictis Auguſtini Septimo confeſſionũ dicentis ,ſe reperijſſe in quibuſdam libris Platonicis,quòd omnia, quæ habentur in Euangelio Iohannis,In principio erat verbum,demptis his, quæ ſpectãt ad temporalem verbi diuini generationem,& inter cætera recitat ſe reperijſſe illud Iohannis, quod factum eſt in ipſo vita erat, quod ſic exponit Nicolaus de Lyra, quod factum eſt in re extra,prius erat in verbo per ydeam,quæ eſt idem,quod eſſentia diuina, & vita intellectualis.Ex quo patet Platonem poſuiſſe ydeas in mente diuina.

Authoritas.

DE EXPLANATIONE QVArundam propoſitionum. CAP. IIII.

QVia verò, &c. Philoſophus in hoc Capitulo ponit propoſitiones ſatis vtiles : ideò circà earum explanationem eſt aliter notandum , prima eſt, quòd eadem fiunt cum ſpermate,& ſine ſpermate. Ad cuius euidentiam dicit Scotus diſt.Secunda Primi ſententiarum quæſtione prima , vtrùm in diuinis ſint tantùm duæ productiões intrinſecę:In medio quęſtionis,vbi diffuſè tractat

Prima propoſitio Philoſophi.

hanc materiam, quòd eſt vna opinio Auicennę ſecundùm, quòd imponit ei Commentator Quarto Phyſicorũ, quod omnia animalia generabilia per propagationem generantur ex ſemine; eadem autem ſpecie poſſunt per putrefactionem, & ſine ſemine generari: quæ opinio communiter non tenetur, quia tunc animalia perfecta, vt homo, & equus, & huiuſmodi poſſent ex putrefactione, & ſine ſemine generari, quòd videtur abſurdum, & de homine videtur contrà fidem. Alia eſt opinio. Commentatoris, quòd eadem ſpeice non generantur ſpermate, & ſine ſpermate. *Auicennæ error ſecũdum Commentat.* *Cõmentatoris opinio*

Sed contrà hanc opinionem arguitur ſic per Auguſtinũ Tertio de Trinitate, dicens oppoſitum cuius ratio eſt, quia generatum per putrefactionem aliquandò propagat alia propagantia, & tamen ſunt vniuoca aliis generatis à ſe, igitur propagata, & generata per putrefactionem ſunt vniuoca, & eiuſdem ſpeciei: antecedens patet in apibus, muribus, & plantis.

Eſt tertia opinio, ſcilicèt ipſius Doctoris Scoti, quam teneo, ſcilicèt, quòd propagata, & generata per putrefectionem ſunt eiuſdem ſpeciei. Vndè non teneo cum Auicenna vniueſaliter, quòd omnia animalia poſſent vtroque modo generari, nihil enim eſt generabile æquiuocè, quin poſſit generari vniuocè, niſi ſit ità imperfectum, quod cauſa ęquiuoca abſque vniuoca ſufficiat ad eius generationem, vt plantę, & quædam animalia poſſunt generari vtroque modo, & æquiuocè, & vniuocè, perfecta autem non. *Scoti opinio.*

Secunda propoſitio, quam ponit hîc Ariſtot. eſt hæc, ꝙ compoſitum ex materia, & forma tantùm generatur per ſe, forma verò non generatur per ſe: ſed per accidens, ſcilicèt, ad genetationem totius, cuius eſt pars. *Secunda propoſitio Philoſophi.*

Pro cuius declaratione pono aliquas diſtinctiones, ſecundo aliquas conclusiones. *Tres diſtinctiones.*

Quantùm ad primum ſit iſta prima diſtinctio, quòd generatio poteſt comparari ad duo, ſcilicèt ad ſubiectum in quo eſt, & quod tranſmutatur, & ad terminum ad quem eſt, & qui producitur. *Prima diſtinctio.*

Secunda diſtinctio ſit iſta, quod terminari aliquid eſt dupliciter ſicut agere, ſcilicèt in ratione quo, vel in ratione ꝙ. *Secunda diſtinctio.*

Exemplum de agere, homo intelligit vt, quod, intellectus hominis, vt quo; ſic eſt in propoſito, compoſitum terminat, vt, quod; forma terminat vt quo, quia eſt illud, quo compoſitum eſt, ſiuè ſubſtantialiter, ſiuè ac-

Digitized by Google

Tertia diſtinctio. cidentaliter: & eſt terminus formalis quo.

Tertia diſtinctio ſit iſta, quòd ſicut dictum eſt in Septimo Phyſicorum Capitulo primo.

Primò capitur dupliciter. Primò ſumitur à Philoſopho dupliciter, vno modo, ſicut diſtinguitur cõtrà partem: & ſic aliquid ineſt alicui primò, quod ineſt ei ſecundùm totum: ſic enim homo primò ſanatur, ſi quælibet pars eius ſanatur. Alio modo ſumitur primò, vt dicit cauſalitatem præciſam: vt homo eſt riſibilis primo, quia habet in ſe cauſam præciſam, & adæquatam talis paſſionis, ſcilicet ſuam formam, ſeu differentiam ſpecificam, ſit prima primitas, A; ſecunda, B.

Art 2. Quantùm ad ſecundum articulum, ſit iſta prima concluſio.

1. Concluſio Materia quomodo generatur, vel corrũpitur. Materia generatur, & corrũpitur ſubiectiuè, probatur, quia Philoſophus Quinto Phyſicorum, probans, quòd generatio non eſt motus, ſic arguit; quod generatur, non eſt: ſed quod mouetur, eſt: ergo generatio non eſt motus; quæro pro quo accipit in maiori ly quod generatur: non pro termino, quia tunc minor eſſet falſa, quia ſicut terminus generationis non ſic, nec terminus motus eſt, accipitur, ergo pro ſubiecto: ſed ſubiectum generationis eſt materia, ergo materia generatur.

Secunda concluſio. Secunda, materia non generatur, nec corrumpitur terminatiuè; probatur, quia omne, quod generatur, aut corrumpitur terminatiuè habet materiam partem ſui; ſed materia non poteſt habere materiam partem ſui, ergo, &c. maior patet hic, & primo Phyſicorum, quia materia eſt ex qua res fit cùm inſit.

Confirmatur, quia illud, quod ſupponitur in omni actione naturali, & ad quod ſtat reſolutio omnis generationis, & corruptionis impoſſibile eſt corrumpi: ſed materia eſt huiuſmodi, quia ipſa ſupponitur in omni actione naturali primo Phyſicorum, & ad ipſum ſtat reſolutio omniũ generabilium, & corruptibilium primo de generatione, ergo impoſſibile eſt ipſum generari, aut corrumpi: & ſic intelligitur dictum Philoſophi primo Phyſicorum, vbi dicit quòd materia eſt ingenerabilis, & incorruptibilis.

Materia virtute Dei annihilabilis. Ex hoc tamẽ nõ ſequiť, quin ſit ãnihilabilis virtute diuina.

3. Cõcluſio. Tertia concluſio eſt iſta, forma nullo modo eſt terminus generationis per ſeptimò, hæc concluſio probarũr, quia omne, quod generatur per ſe, vt terminus generationis, generatur ex materia parte ſui; ſed forma non habet materiam partem ſui, ergo forma non eſt per ſe terminus generationis primus, hæc eſt ratio Philoſophi in litera.

Quarta concluſio eſt iſta; forma eſt terminus formalis generationis quo, probatio huius, quia illud, quo formaliter eſt, & inexiſtit terminus generationis per ſe primus quo eſt terminus formalis generationis, ſed forma eſt huiuſmodi, ergo, &c. *Quarta cōcluſio.*

Quinta concluſio eſt iſta: compoſitum non generatur per ſe primò primitate, A, probatur quia illud non ineſt alicui tali primitate, quod ineſt ſibi ſecundùm partem, vt patet ex primo articulo, ſed generatio ineſt compoſito ratione formæ, nihil enim compoſiti accipit eſſe poſt non eſſe, niſi ſola forma, ergo compoſitum non generatur per ſe primò primitate, A. *Quinta cōcluſio.*

Sexta concluſio eſt iſta, compoſitum ex materia & forma generatur primò primitate. B, probatur, illud ineſt alicui per ſe primò, ſcilicèt, quòd ineſt ſibi per aliquam cauſam præciſā, quę eſt aliquid eius, videlicèt ex primo articulo, ſed generari hoc modo ineſt cōpoſito, ergo, &c. minor patet, quia generari ineſt cōpoſito per formā, quæ eſt, ſic vt riſibile ineſt homini per formam propriam, quę eſt quo, & aliquid eius. *Sexta concluſio.*

Tertia propoſitio Philoſophi eſt iſta, quæ à natura fiunt in quorumcunque materia eſt aliqua pars formæ, quæ ſic mouet materiam, ſicut ſi moueretur ab extrinſeco. *Tertia, Propoſitio Philoſophi.*

Ad cuius euidentiam dicit Scotus hîc, & c. 18. diſt. 2. Sententi, quòd eſt vna opinio, quæ ponit, quòd in materia rerum corporalium eſt alia pars formę generandæ coagens ad cōpoſiti generationem, quod probatur duplici via, prima via ſumitur propter vitationem creationis.

Secunda via ſumitur ex naturalitate generationis. Ex prima arguitur ſic; ſi nihil formę præexiſteret in materia, quod informaret materiam, ergo productio formæ eſt creatio: conſequens eſt falſum, ergo & antecedens: probatio conſequentię per auctoritatem Philoſophi dicentis, quçà natura fiunt in cuiuſcunque materia eſt aliqua forma, tùm quia omnis generatio habet principium intrinſecum naturale, quia natura eſt principium motus, & quietis Secundo Phyſicorum, per hoc enim differunt naturalia ab artificialibus, & violentis, vt dicitur ibidem.

Sed contrà concluſionem arguitur ſic, ſi in materia eſſet pars formę præexiſtens, aut ergo erit eadem reſpectu formarum diuerſarum ſpecificatarum. Aut ſingulis formis ſpecificis correſpondent diuerſæ partes præexiſtētes in materia. Si detur primum, ergo idem erit pars formæ aquę, & ignis, &

ſic formæ erunt compoſitę ex diuerſis, quia ex quo idem e
in omnibus, ideò in illo non poſſunt differre, ſi per aliu
differunt, ergo non ſunt ſimplices, quod eſt falſum.

Si detur ſecundum, ſcilicèt, quòd ſingulis correſponder
ſingulæ partes, tunc vel tantùm vna illarum informat mate
riam, & non aliæ: & tunc illæ non erunt per ſe exiſtentes: &
ſic erunt formæ materiales ſine materia, quod eſt im
poſſibile per naturam. Si omnes informant materiam, tun
iſta materia erit ſimiliter informata diuerſis formis ſpeci
differentibus, quod eſt falſum.

Dicendum ergo, quòd in materia non eſt ponenda al
qua pars formæ coeua materiæ, ſeu aliquid tranſmutabile i
formam: ſed ibi eſt ponenda ratio ſeminalis, quæ quider
non ponitur in his, quæ producunt ſibi ſimilia immediat
vt ignis producit ignem, de qua dicit Philoſophus in litter
quòd ſicut domus fit ab extrinſeco, ſic etiam ignis.

Item ratio ſeminalis non ponitur in genitis per putref
ctionem, quia ibi fit alteratio ab extrinſeco agente, ſed hu
iuſmodi ratio ſeminalis ponitur in genitis ex ſemine.

Ratio ſeminalis quid. Eſt autem ratio ſeminalis quędam vis intrinſeca in ſe
mine, quæ quidem vis eſt forma ſubſtantialis ſeminis, v
eius qualitas eã conſequens, quæ eſt via aſcẽdendi ad form
perfectam: ſed ratio ſeminalis non ponitur, vt ſit princ
pium actiuum generationis, attingens terminum formale
generationis, quæ eſt ipſa forma: nullum enim imperfecti
poteſt eſſe principium ſufficiens producendi perfectius; ſe
ratio ſeminalis eſt quid imperfectius re generanda, igitu
&c. maior patet, quia eſſe principium productiuum, vel e
æquiuocum, vel vniuocum; quęro quid horum, vel eſt ęqu
perfectum, vel perfectius termino producto?

Inquiſitio. Si autem quæratur à quo illa forma producetur?

Reſponſio. Reſpondeo à generante meddiante ſemine, & maximè pr
propter propagationẽ, vt ſunt animalia, ſed quãtùm ad an
mã rationalẽ, oportet recurrere ad virtutẽ diuinã, & dico,
Anima rationalis immediatè à Deo producitur. à Deo immediatè illa producitur, probatur, quia non à r
tione ſeminali, vt oſtenſum eſt, nec à patre, quia eo mortu
poteſt filius generari, nec à forma, vel virtute Cœli, quia e
imperfectior forma animati, quia ſecundùm Auguſtinu
Omne viuens præſtantius no viuente. vndecimo de Trinitate. Omne viuens eſt præſtantius no
viuente, præponuntur, inquã viuentia non viuentibus, n
producitur ab intelligẽtia, vel Angelo, quia illa agũt med
ante motu Cœli, ſi ergo Cœlum non poteſt, nec Angel

mediante motu Cœli, igitur à Deo producitur.

Contrà, ergo omnes illæ formæ creantur, exquo à Deo producuntur. *Iſtantia.*

Reſpondeo, ſi detur conſequens, non videtur impoſſibile. Vel aliter, poteſt negari conſequentia, & cauſa huius patebit in reſpondēdo ad primum argumentum. De forma autem aliorum ab animalibus aliter eſt dicendum: de his enim non concludit ratio facta, vt patet. Ratio igitur ſeminalis non ponitur principium actiuum reſpectu termini formalis generationis. Sed nunquid agit ad alterationem primam, vel præcedentem terminum generationis: *Reſponſio.* *Inquiſitio.*

Dicendum, quòd non agit, ſicut ſufficiens principium actiuum, quia virtus actiua vniformis non poteſt cauſare effectum deformem in paſſo vniformi, ſed virtus ſeminis eſt vniformis, materia etiam eſt vniformis, igitur virtus ſeminis non poteſt efficere tantam deformitatem a, quinta manet in organis animalium, nec per conſequens alterare ad tantam difformitatem, maior patet, quia difformitas in effectu accipitur reſpectu agentis, vel paſſi. Quæ ergo virtus facit tantam difformitatem organicam in corpore animalis: oportet enim, quòd ſit agens difforme, & illa eſt actio difformis influentiæ Cœleſtis, poteſt tamen poni ratio ſeminalis, quodammodo cauſa, ſed non ſufficiens, ſed concauſatiua ad alterationem primam, & homo in animalibus, in quibus ſemen vnius poteſt agere in ſemen alterius, & in alijs etiam fortè. *Reſponſio.*

Ad argumenta alterius opinionis, ad primum de creatione, nego conſequentiam, ad probationem, cùm dicitur; quòd creatio eſt de nihilo ſui factio. *Ad argum. alterius opinionis.*

Reſpondeo, de nihilo, quia poteſt habere habitudinem ſubiecti, vel termini. Si dicat habitudinem termini ſic non diſtinguitur creatio à generatione naturali, qui vtraque productio eſt de nihilo, vt de termino. Si autem dicat habitudinem ſubiecti, ſic eſt tantùm creatio, & non generatio naturalis. Creatio enim eſt productio de nihilo, & nullo perſuppoſito, ità quod excludit omnes cauſalitatem, cuiuſcunque cauſæ; tàm materialis, quàm formalis; quàm etiam efficientis creati concauſantis ipſi creanti, licèt aliquando concurrat, vt poſterius, putà ſi res creata ſuſcipiatur in aliquo ſuſceptibili. *Ad primã.* *Creatio eſt productio de nihilo.*

Oppoſitum autem huius ſemper accidit in actione naturali, quia ibi exigitur ſubiectum; & materia concauſãs quodam-

modò formam naturalem, quia habet inclinationem ad eã, tanquàm carens ea, & apta nata ſuſcipere eam naturaliter.

Vndè ſi per impoſſibile forma naturalis produceretur à natura ſine materia concurrente, & trãſmutata per naturam, omnis talis productio eſſet creatio.

Creatio eſt productio media inter ens, & nihil: generatio inter ens, & priuationem.

Vndè notandum, quòd creatio eſt productio media inter ens, & nihil ſimpliciter. Sed generatio eſt inter ens, & priuationem, quæ priuatio, & ſi nihil ſit formaliter, dicit tamen aptitudinem, & inclinationem naturalem in ſubiecto aliquo concauſante, non ſic autem creatio.

Ex hoc autem ceſſat inſtantia de gratia, & anima intellectiua; quia ad illarum productionem non concurrit aliqua cauſa concauſans materialiter ipſi producenti, cùm illæ formæ non educantur de potentia materiæ. Vndè Deus poteſt producere eas ſine ſuſceptiuo, quia prius natura producuntur à Deo antequam vniantur ſuſceptiuo, ſcilicèt gratia animæ, & anima intellectiua corpori.

Patet ergo, quòd agens naturale non creat, & eadem ratione non adnihilat, eſto quòd, producat formam non præſuppoſito aliquo in materia, quod in formam naturaliter tranſmutetur.

Ad 2.

Ad ſecundum cùm infertur, quod generatio non eſt naturalis, nego conſequentiam: naturalitas enim motus, vel tranſmutationis naturalis eſt accipienda ex parte principij paſſiui inexiſtentis ipſi materiæ, quod quidem principium paſſiuum in naturalibus habet inclinationem naturalem ad formam. Vndè non omnis generatio naturalis habet in ſe principium actiuum.

Ad 3.

Ad Philoſophum hîc in litera dicendum, quod loquitur de parte formæ, non formaliter, ſed virtualiter, eo modo, quo dicimus calorem eſſe partem ſanitatis, hoc modo ratio ſeminalis poteſt dici pars formæ generandæ, licèt formaliter nihil ſit illius formæ.

Ad aliud.

Ad illa, quæ adducuntur de Secundo Phyſicorum, dictum eſt, ibi Capitulo Primo.

Quarta propoſitio Philoſoph. Tres diſtinctiones. Prima diſt. Similitudo duplex. 1. Formalis, & virtualis.

Quarta propoſitio, quam ponit Philoſophus, quæ etiam ponitur Decimo huius eſt iſta. Omnis productio, vel inductio formæ poteſt dici vniuoca.

Ad cuius euidentiam, cùm productio vniuoca neceſſariò requirat aliquo modo ſimilitudinem formæ inter producens, & pductũ; ideò ſit iſta prima diſtinctio, ꝙ duplex eſt ſimilitudo, quædam formalis, & quædam virtualis. Primo modo eſt, quandò agens habet in ſe formaliter illam formã,

Digitized by Google

quam producit, vt cùm homo generat hominem, & equus equum. Secundo modo, quandò agens habet in ſe tantùm virtualiter formam, quam producit, & non formaliter, vt cùm ſpera generat calorem in medio.

Secunda diſtinctio ſit iſta, quod ſimilitudo formalis eſt duplex, quædam ſecundùm ſpeciem ſpecialiſſimam, quædam ſecundùm aliquid conueniens. Exemplum primi, vt cùm homo generat hominem. Exemplum ſecundi, vt cùm equus generat mulum, quibus fortè eſt aliquod genus cõmune, vt puta iumentum, vel aliquod tale, in quo conueniunt, vt dicit Ariſto. in hoc Septimo.

Secunda diſtinctio. *Formalis ſimilitudo eſt duplex.* *Duo exempla.*

Tertia diſtinctio ſit iſta, quod illa ſimilitudo ſecun- ſpeciem ſpecialiſſimam, quædam eſt in forma, & in medio eſſendi formæ, & quædam in forma ſolùm, & non in medio eſſendi. Exemplum primi, homo generans hominem. Exéemplum ſecundi, vt artifex producens archam.

Tertia diſtinctio. *Similitudo ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimã duplex.* *Duo exempla.*

Licèt enim forma archæ, ſit vtroque, tamen in artifice ſolùm exiſtit ſecundùm modum intentionalem, in archa verò ſecundùm modum realem. Dictum igitur Philoſophi intelligitur, quòd omnia productio cuiuslibet formæ eſt vniuoca, accipiendo vniuocationem largè ſecundùm aliquem dictorum graduum. Sed ſtrictè accipiendo iſta, ſolùm, eſt vniuoca, in qua eſt ſimilitudo inter agens, & genitum in forma, & modo eſſendi formæ.

EX QVIBVS CONSTITVITVR Quod quid eſt, ſeu Definitio.

Cap. V.

Q*Voniam vero, &c.* Hic intendit Philoſophus oſtendere ex quibus conſtituatur quod quid eſt, ſeu diffinitio.

Ad cuius euidentiam inquirendum eſt de quatuor, quæ Philoſophus tangit in hoc Capitulo, & ſequentibus, videlicèt de partibus poſitis in diffinitione. De ſingularium cognitione, de generis, vel generum, & differentiæ, ſiue differentiarum diſtinctione, & de differentiarum inferiorum incluſione.

Dicendorũ enumeratio.

Quò ad primum, notandum ſecundùm Scotum. Vtrùm Chriſtus fuerit homo in triduo in medio quæſtionis, quære ibi prolixius dicit. Eſt vna opinio ponens, quòd in rebus

Diſt. 22. 3. Sent. q. 1.

materialibus, materia non eſt pars quantitatis ſpecificæ, quod probatur, tùm quia quinto huius dicitur, quòd omnes partes diffinitionis ſunt, ſicut formæ.

Item Secundo de Anima, & alibi frequenter nominat formam, quod quid eſt rei.

Item ad hoc ſunt auctoritates, quia in eodem Capitulo Octauo de partibus diffinitionis dicit, quòd anima eſt ſubſtantia animati, & ſpecies, & quod quid erat eſſe: igitur quidditas animalis eſt tantùm forma, & anima: ergo nõ materia.

Item arguitur tali ratione, quod quid eſt, eſt per ſe principium cognoſcendi illud, cuius eſt, vt dicitur in hoc Septimo, ſed materia, non eſt principium cognoſcendi rem, quia eſt de ſe ignota; vt dicit parum poſt. Ergo materia non pertinet ad quidditatem rei: ſed iſta opinio non placet Doctori Scoto eſt enim contra Philoſophum hoc dicentem, quod materia eſt pars ſpeciei, ſpeciem autem dico, quod quid erat eſſe.

Item Octauo huius dicitur contrà Platonem, quòd omnis diffinitio habet quid, & quale, oportet enim illud eſſe, vt materiam, aliud verò, vt forma.

Pro cuius declaratione eſt ſciendum, quòd Philoſoph. loquitur hîc æquiuocè de ſpecie, materia, & toto, & æquiuocatio nominum multos decipit, & errare permiſit. Species enim accipitur tripliciter, vno modò pro forma, quæ eſt altera pars rei compoſitę. Alio modò dicitur ſpecies ipſa rei quidditas, quæ dicitur forma totius, vt humanitas, de qua ſpecie loquitur hîc, ſpeciem autem dico, quod quid erat eſſe, & ſic materia eſt pars ſpeciei. Alio modò ſumitur ſpecies, pro vniuerſali, quod diſtinguitur contra particulare, cuius ſecundum Ariſtot. eſt primò quòd qui eſt, ſolius enim ſpeciei eſt diffinitio primò, & per ſe. Materia etiam, quæ eſt altera pars compoſiti ſumitur tripliciter, vno modò, vt non contracta per aliquid adueniens ſibi, ſed ſolùm abſolutè, ſeu vniuerſaliter accepta, vt eſt principium potentiale illius, cuius eſt, & ſic pertinet ad quidditatem ſpecificam materialium, & eſt pars quidditatis in compoſitis materialibus, alio modo ſumitur materia, non in vñi, vt prius: ſed vt contracta per indiuiduationem, alio modo accipitur magis contractè, vt contrahitur per accidens, vt materia contracta per exiſtentiam. Tertia diſtinctio ſit iſta ſimul totum accipitur aliquando pro compoſito in vñi, vt dicitur infrà, quòd ipſum vniuerſale compoſitum ex materia,

Species capitur tribus modis.

Materia capitur tripliciter.

Totum accipitur multis modis.

Digitized by Google

& forma vniuerſaliter acceptum eſt quoddam totum, vt homo, & equus. Aliquando ſimul totum accipitur, pro indiuiduo ſubſtantiæ, & hoc dupliciter, vno modo prout indiuiduum ſubſtantiæ abſtrahit ab exiſtentia, & tempore, & per conſequens indiuiduum ſic acceptum eſt per ſe in prædicamento. Omne enim, quod eſt in prædicamento abſtrahit ab exiſtentia, & tale indiuiduum nihil includit, niſi eſſentialia; ideò non repugnat ſibi recipere prædicationem naturæ ipſius; quod quid eſt enim hominis prædicatur de homine, licèt non primò. Vndè talia indiuidua, nec generantur, nec corrumpuntur per ſe, ſicut nec vniuerſalia. Alio modo ſumitur ſimul totum, & indiuiduum ſtrictè prout includit exiſtentiam, & tempus, vt hic homo exiſtens, & hic lapis exiſtens: & talia ſunt, quæ per ſe generantur, & corrumpuntur, & de talibus dicit Ariſto. hic non eſt ſcientia, nec diffinitio propriè, quia ipſis abeuntibus à ſenſu, ignotum eſt vtrùm ſint, aut non; tamen in abſentia poteſt eſſe opinio.

Omne, quod eſt in prædicamento abſtrahit ab exiſtentia.

Tres concluſiones.

His præmiſſis pono tres concluſiones. Prima eſt iſta, materia non contracta eſt pars potentialis abſolutè accepta; & vniuerſaliter pertinet ad quidditatem ſpecificam rei materialis: hoc patet auctoritatibus Philoſophi prææallegatis.

Prima concluſio.

Item probatur ratione, quia res materiales in ſua eſſentia includunt cauſas intrinſecas, ſcilicèt materiam, & formam, igitur in earum diffinitione debet poni materia; conſequentia patet, quia diffinitio indicat totam eſſentiam diffiniti.

Secunda concluſio.

Secunda concluſio eſt iſta, materia contracta per indiuiduationem, pertinet ad quidditatem ſingularis totius, quod eſt indiuiduum ſubſtantiæ diſtinctum contrà vniuerſale, hoc oſtenditur ſic. Singularium ſunt cauſæ ſingulares quarto huius; ſed materia, & forma ſunt cauſæ intrinſecæ rei, igitur indiuidui erunt cauſæ indiuiduæ: materia igitur indiuidui eſt cauſa intrinſeca, & quidditatiua indiuidui ſubſtantiæ, ſic accepti.

Tertia concluſio.

Tertia concluſio ſit iſta, Materia contracta per exiſtentiam, pertinet ad quidditatem ſingularis totius exiſtentis, eo modo ſcilicèt, quo poteſt habere quidditatem, quia vt dictum eſt non habet quidditatem propriè, & per ſe: ſed largè, & per accidens, probatur concluſio, quia principia eſſentialia compoſiti exiſtentis ſunt exiſtentia: non enim eſt in-

Digitized by Google

telligibile, quòd ex non exiſtentibus componatur aliquod exiſtens,ſed materia eſt principium eſſentiale rei, ergo rei exiſtentis materia erit exiſtens.

Ex prædictis itaque patet,quòd licèt materia cōtracta non ſit de quidditate ſpeciei,materia tamen abſtracta,& inunibili eſt de eius eſſentia, & quidditate.

Ad argum. in oppoſitū. Ad auctoritates in oppoſitum.

Ad primum, cùm dicitur, quòd omnes partes diffinitionis ſunt formæ. Dicendum eſt, quòd non ſunt formæ ſibi inuicem comparatæ, ſed reſpectu diffiniti, quia de ipſo formaliter,& quidditatiuè prædicantur. Eſt enim quidditas forma totius,& non partis, & ideò ea, quæ ſpectant ad quidditatem dicuntur formaliter,& quidditatiuè prædicari. Omnis ergo realitas ſpecifica cōſtituit in eſſe formali, quia in eſſe quidditatiuo; differentia autē indiuidualis conſtituit tantùm in eſſe materiali, & contracto, cùm non ſit entitas quidditatiua, quod probatur ex hoc, quia quęcunque entitas quidditatiua limitata cōmunis eſt multis, nec repugnat ſibi dici de multis, quorum quodlibet eſt ipſum; talis autē non eſt differentia indiuidualis, vt oſtendit Doctor Scotus diſtinctione tertia Secundi Sententiarum, quęſtione vltima de cauſa indiuiduationis.

Quidditas eſt forma totius, & non partis.

Ad ſecūdū. Ad aliud de Secundo de Anima, quòd forma eſt quod quid erat eſſe.

Dicendum,quòd hoc dicitur à principalitate, eò quòd forma eſt principalior cauſa & completiua diffinitionis, & quidditatis,non quin materia concurrat.

Ad tertiū. Ad tertium,cùm dicitur, quòd Anima eſt ſubſtantia animati. Dicendum,quòd Philoſophus accipit ſubſtantiam,& quod quid erat eſſe pro notiori parte,& nobiliori diffinitionis,& non pro tota diffinitione, vt patet per ipſum gloſantem ſe ſtatim in eòdem Capitulo, ſi quidem altera, & non eſt Anima animalis, & ſic quid hoc dicendum,quod aut nō dicendum eſt,ſicut dictum eſt. Sic ergo vult, quod Anima non eſt animalis, ſic nec eſt diffinitio animalis ; ſed pars principalis: ideò dicit ſic,aut diſtinguendum ſic,aut non,ità quòd vno modo eſt diffinitio ; alio modo non.

Ad quartū.

Ad rationem dicendum quòd minor eſt falſa. Cognitio enim materiæ requiritur ad cognitionem rei,naturalis,cùm ad cognitionem cuiuſlibet rei requiratur cognitio omniū cauſarum;materia tamen dicitur ignota,quia non eſt potiſſima ratio cognoſcendi illud, cuius eſt forma, tamen cùm ſit magis Ens, quàm materia, ideò magis cauſat entitatem,

Ad cognitionem cuiuſlibet rei requiritur omniū cauſarum cognitio.

&

Digitized by Google

& cognoſcibilitatem rei, quàm materia. Et etiam materia non habet eſſe perfectum naturaliter, niſi per formā cauſantem eam eſſe in effectu, ideò etiam forma facit cognoſcere materiam ; tamen vtrumque poſtea eſt ratio cognoſcendi compoſitum.

Aliter dicitur, quòd Philoſophus loquitur de cognitione ſcientifica, & de materia contracta ad eſſe exiſtentiæ: illa enim eſt ignota ſcientificè, & cauſat contingentiam rerum, & ideò non facit cognitionem ſcientificam iſtorum, quorum eſt materia: ſed cauſat contingentiam in eis, vt non poſſint ſciri: & iſtorum eſt opinio tantùm, quia cùm ſint extrà ſenſum non habetur de eis, niſi opinio, ſed per hoc nō excluditur materia à quidditate rei, ergo, &c.

DE SINGVLARIVM COGNITIONE.
CAP. VI.

QVantum ad ſecundum, &c. Hìc tangam, de cognitione ſingularium, quia hìc dicit Philoſophus, quòd de ſingularibus non eſt ſcientia, nec diffinitio propriè, quia ipſis abeuntibus à ſenſu non eſt palàm, vtrùm ſint, aut non ſint. Et Secundo de Anima, ſenſus eſt ſingulariū, & intellectus vniuerſalium, idcircò videndum eſt ſi ſingularia poſſunt cognoſci, non tantùm à ſenſu ; ſed etiam ab intellectu.

Senſus ſingularium intellectus vniuerſalium eſt.

Ad cuius euidentiam dicit Doctor Subtilis Scotus hìc, quòd de intelligibilitate ſingularium poſſumus loqui, vel Metaphyſicè, ſcilicet ſi ſint per ſe intelligibilia. Vel Phyſicè, videlicèt, ſi ſint intelligibilia per comparationem ad intellectum noſtrum, quæ quomodo, pertinet ad Librum de Anima.

De primo, pono hanc concluſionem, ſingulare quolibet modo ſumptum ſiuè, vt abſtrahit ab exiſtentia; ſiuè, vt includit exiſtentiam, & alia accidentia, eſt per ſe intelligibile de natura ſua, probatur, eſt ſimpliciter ens, igitur ſimpliciter intelligibile, conſequentia patet, quia intelligibilitas conſequitur abſolutè entitatem, cùm ens ſit obiectum intellectus ex natura potentiæ, vt dictum eſt Tertio de Anima, probatio antecedentis, quia ſingulare ſimpliciter inclu- totam entitatem ſuperiorum, & etiam vltrà hoc addit

Concluſio. Singulare de natura ſua eſt per ſe intelligibile.

Ens obiectū intellectus ex natura potentiæ.

Digitized by Google

differentiam indiuidualem, vel exiſtentiam, vel aliquod accidẽs, quorum neutrum diminuit; ſed addit ad entitatem, ergo, & ad intelligibilitatem.

Tres concluſiones de cognitione ſingularis per comparationem ad intellectum.

De ſecundo, ſcilicèt cognitione ſingularis per comparationem ad intellectum noſtrum pono tres concluſiones.

Concluſio prima.

Prima eſt, ſingulare eſt à nobis intelligibile pro ſtatu iſto, ſaltem cognitione abſtractiua, probatur. Cognoſcens differentiam extremorum cognoſcit extrema, quia cùm differentia ſit quædam relatio non poteſt cognoſci, niſi cognitis extremis: ſed intellectus noſter cognoſcit differentiam inter ſingulare, & vniuerſale ſecundùm quòd cognoſcit vtrumque extremum, ſic enim arguit Philoſophus Secundo de Anima de ſenſu communi.

Item intellectus non imponit nomina, quibus ignorat, ſed intellectus imponit nomina ſingularibus, quibus etiam attribuit intentiones, putà ſingulare, indiuiduum, & de his etiam facit propoſitiones, oppoſitiones, & huiuſmodi, quæ omnia pertinent ad intellectum, ergo intellectus noſter non ignorat ſingulare.

Secunda concluſio.

Secunda concluſio eſt iſta, intellectus noſter pro ſtatu viæ, non per ſe intelligit ſingulare ſub propria ratione ſingularitatis, nec ſenſus ſentit: probatur, quia omnis potentia per ſe cognoſcẽs aliquod obiectum ſub propria ratione, poteſt ipſum cognoſcere, & diſtinguere ipſum, circumſcripto omni alio ipſo ſolo remanente, ſed nec ſenſus, nec intellectus eſt huiuſmodi reſpectu ſingularis: ergo, &c. Maior eſt euidens, minor probatur, quia ſi albedo ponatur per diuinam potentiam in eodem loco cum alia albedine, tunc ſenſus non iudicaret ipſa eſſe duo, ſimiliter non diſtingueret inter duo ſingularia eiuſdem ſpeciei, circumſcripta diſtinctione accidentali, quæ eſt per locum, & figuram, & huiuſmodo, putà ſi eſſent in eodem loco, ſimul tempore, & haberent eandem magnitudinem, & eundem colorem, Talia enim tàm ſenſus, quàm intellectus iudicaret eſſe eſſe vnum, patet enim, quòd ſenſus non diſcernit diuerſitatem radiorum Solarium, licèt continuè varientur in medio. Ratio huius minoris aſſignatur, quia potentia cognitiua in nobis cognoſcit rem, non ſecundùm ſuam abſolutam cognitionem, inquantùm eſt in ſe manifeſta, ſed ſolùm inquantum potentia motiua, quia potentiæ cognitiuæ pro ſtatu iſto mouentur ab obiectis; ſed natura ſingularis non mouet ſecundùm gradum ſingularitatis, ſingu-

Digitized by Google

latitas enim ſe habet, vt conditio ſine qua non, vt dictum eſt Primo huius.

Tertia concluſio, ſingulare poteſt intelligi ab intellectu noſtro, reflectendo ad Phantaſmata per Philoſophum Tertio de Anima, natura producit ſingulare, quod ſic exponitur; quia ſicut natura in agendo non per ſe intelligit vniuerſale, quia tunc generato corpore, quod eſt vniuerſalius, quàm animal, vel homo, natura non procederet ad generationem animalis, vel hominis. Nec intendit primò indiuiduum ſignatum, quia tunc generato vno certo indiuiduo ceſſaret actio naturæ, quod eſt falſum, ſed natura primò intendit producere naturam in aliquo ſuppoſito, & hoc eſt ſingulare vagum, ſimiliter in propoſito ſpecies in Phantaſia, ad quam ſe conuertit intellectus primò repræſentat ſingulare vagum, in quod fertur primò cognitio intellectus, quod patet, quia quandóque intelligimus aliquod ſingulare, ignorando in qua ſpecie ſit, & hoc in primo ſigno, & ſic in Phantaſia eſt ſubſtantia confuſè cum accidentibus. Secundò repreſentat naturam abſolutè, quandò ſcilicèt intellectus abſtrahit eum à ſingularitate, & fertur in eum præcisè, non conſiderando eius ſingularitatem.

Tertio concluſio. Singulare quomodo poteſt intelligi ab intellectu noſtro.

Tertio modo reflectendo conſiderationem naturæ ad circunſtantias ſignatas, vt ſcilicèt intelligat ſingulare, id eſt naturam, quæ eſt hæc, non inquantùm hæc, ſed cum accidentibus proprijs determinantibus talem naturam per tales circunſtantias, putà, quod eſt hic, & nunc, & tali figura, & colore, & huiuſmodi, ità quòd illius reflexionis terminus à quo, & terminus ad quem eſt quid confuſum, & in medio eſt diſtinctum.

Natura quid intendit producere.

Ad Philoſophum in litera iam dictum eſt, quòd loquitur de ſingulari, vt exiſtens, & de tali verum eſt, quod non eſt ſcientia propriè, nec diffinitio. Scientia enim eſt obiecti, vt abſtrahit ab exiſtentia actuali, alioquin ſcientia, quandóque poſſet eſſe, & quandóque non, & ità non eſſet perpetua, ſed corrupta re, corrumperetur ſcientia illius rei, quòd eſt falſum, hoc tamen non obſtante, talia ſingularia poſſunt intelligi ab intellectu noſtro, & de illis eſt opinio, vt dictum eſt. Singulare verò, quod abſtrahit ab exiſtentia eſt propriè diffinibile, & ſcibile ſcientia ſpeciei, & per ſe, licèt non primò, vt dictum eſt.

Ad aliud de Secundo de Anima, & ad omnes conſimiles, dico, quòd ſenſus eſt ſingularium, cum præciſione, quia non eſt vniuerſalium, intellectus autem eſt vtriuſque, de hoc nota ea, quæ dicta ſunt Primo huius.

QVantùm ad Tertium, quod hîc tangit Philoſophus, ſcilicèt de diſtinctione conceptus generis à conceptu ſpeciei, dicit idē Doctor Scotus in hoc Septimo, quòd eſt vna opinio, ponens, quòd conceptus generis non eſt alius à conceptu ſpeciei, quæ mouetur ex hoc, quòd dicit Philoſophus in litera, quod genus nihil eſt præter generis ſpecies.

Item aliàs, genus non predicaretur de ſpecie, conſequēs eſt falſum, ergo, & antecedens: probatio cōſequentiæ, quia tunc genus eſſet pars ſpeciei: ſed pars non predicatur formaliter de toto, ergo nec genus dicitur de ſpecie: vndè iſti dicunt, quòd genus, & differentia, & ſpecies differunt ſolùm penès modos, ſeu ſecundùm rationes concipiendi, quę ſunt rationes determinabilis, & determinantis. Sed iſta opinio non eſt vera ſecundùm Doctorem Scotum, probatur, quia conceptus generis eſt alius à conceptu differentiæ: igitur eſt alius à conceptu ſpeciei, ſicut partialis à totali, quia ſpecies formaliter, & eſſentialiter includit conceptum generis, & differentiæ, & ſic conceptus generis eſt alius à conceptu ſpeciei, ſicut partialis à totali, probatur antecedens, quia differentia non participat genus, nec etiam èconträ. Sunt enim omninò alterius rationis. Vndè conceptus generis eſt alius à conceptu differentiæ, quia eſt primò diuerſum ab eo in nullo conueniens, cùm genus includat differentiam ſuperiorum, non autem differentia, vt ſtatim oſtendetur.

Et ſi quæras, quid determinatè concipitur per genus?

Reſpondeo, quòd per differentiam concipitur vltimum, quo ſpecies eſt illud, quod eſt completum, & per genus concipitur potentiale illius actus vltimi: hoc declaratur, quia ſecundùm Philoſophum in hoc Septimo, ſicut ſe habet ratio, ideſt diffinitio ad rem, ſic partes diffinitionis ad partes rei. In ſpecie autem, quæ propriè diffinitur, non ſunt niſi duæ primæ partes eſſentiales, ſcilicèt actus vltimus, quo ſpecies eſt illud, quod eſt, & potentiale reſpectu illius actus vltimi, differentia ergo vltima ſpecifica à qua eſt vnitas ſpeciei, & diffinitionis completiuè includit per ſe, & præciſè de ſuo, per ſe intellectu actum vltimum, qui eſt

Digitized by Google

cauſa vnitatis rei completa. Species ergo includit principium potentiale reſpectu illius actus. Nè autem videamus ponere conceptum generis, & differentiæ eſſe fictitionis, oportet, quòd iſtis in re correſpondeant aliqua ex natura rei diſtincta, circumſcripta omni operatione intellectus.

Vndè notandum, quòd genus, & differentia quandoq; quòd poſſunt ſumi ab alia, & alia re, vt in homine, vel in alio habente plures formas, tunc à forma imperfectiori ſumitur realitas generis, & à perfectiori realitas differentiæ. Quandoque autem poſſunt ſumi ab alia realitate, vt ſi ſpecies ſit ſimplex non habens plures formas, vt albedo. Prima differentia dicitur realis, ſecunda formalis, vtraque tamen de natura rei.

Ad primum in oppoſitum, dico quòd illa allegata auctoritas truncatur in fine, aut ſi eſt, eſt quidem, vt materia, & hæc pars diſiunctiuè eſt vera, vt declaratum eſt. *Ad argumenta in oppoſitū. Ad primū.*

Ad ſecundum, nego conſequentiam, ad probationem concedo, quòd conceptus generis eſt partialis, pars autem, licèt non prædicetur per modum partis, tamen ſignata denominatione prædicatur de ſpecie, & vt ſic ſignificat totum, vel partem per modum totius, vt ait Auicennas Quinto Metaphyſicæ. In abſtracto autem vltimo non prædicatur, vndè illa eſt falſa homo eſt animalitas.

Contrà, prædicatio denominatiua diſtinguitur à prædicatione in quid, ſed genus prædicatur in quid de ſpecie, ergo non denominatiuè. *Obiectio.*

Reſpondeo, duplex eſt denominatio, vna ſubiecti ab accidente: alia totius à parte eſſentiali. Prima impedit prædicationem in quid. Secunda autem non excludit. Talis autem eſt denominatio ſpeciei à genere: genus enim eſt pars eſſentialis materiæ. *Reſponſio. Denominatio duplex.*

Quantùm ad quartum, quod hîc tangit, ſcilicèt de incluſione differentiarum; dicit Scotus hîc, in hoc Septimo, 2. diſt. 4. ſent. q. 3. quòd eſt quędam opinio, quæ dicit, quòd differentia generis inferioris includit formaliter ſuperiorem, & probatur, tùm, quia prædicatur de eo in abſtracto, igitur per ſe primo modo, dicit enim hîc Philoſophus, quòd fixio pedis eſt pedalitas quædā, tùm quia dicitur hîc in litera, quòd differentia vltima eſt tota ſubſtantia rei, quod non eſſet, niſi includeret alias præcedentes, quia

Digitized by Google

aliter non eſſet tota ſubſtantia rei, tùm quia hîc dicitur, quod in ſubſtãtia non eſt ordo; quomodo enim oportet intelligere hoc prius, illud vero poſterius. Ex quibus omnibus accipitur, quòd vnitas diffinitionis per hoc eſt, quod genus nihil eſt præter ea, quorum eſt, & differentia, quæ habet rationem formalis, dicit totam ſubſtantiam rei, ergo non eſt ibi alia, & alia forma.

Sed contra hanc opinionem arguit idem Subtilis Doctor Scotus vbi ſupra, quia ſi ſic, eſſet processus in infinitum in differentijs, falſum eſt conſequens, ergo, & antecedens, probatio conſequentiæ, quia ſi differentiæ inferiores includerent ſuperiores, ergo ſunt differentes, quia idem alicui entia, in aliquo ergo conuenirent, ſcilicet in differentia ſuperiori, & differrent, ſcilicet proprijs differentijs, & tunc vltrà quæram de illis differentijs, vtrùm includant ſuperiorem, vel non? ergo, vel erit proceſſus in infinitum, vel ſtabitur ad aliquas, que in nullo conueniunt, nec in aliquo communi conueniunt. Item per Philoſophum hîc, omnis diffinitio datur per genus primum, & differentias inter medias vſque vltimam, vel genus proximum, & differentiam ſpecificam vltimam, ſi primo modo ſequitur contrà te nugatio, tunc enim differentia intermedia poneretur in diffinitione, & vltima includit omnes differentias intermedias, ergo intermedia bis dicerentur ſemel in ſe, & ſemel in vltima differentia. Si ſecundo modo ſequitur idem, quòd genus proximum includit ſuam differentiam conſtitutiuam, & vltima differentia ſimiliter eam bis includit, vt dicis, igitur bis dicetur, putà dicendo animal rationale, quia ſenſibile includitur in animali: igitur, &c. Dicendum eſt ergo, quòd differentia inferior nullo modo includit differentiam ſuperiorem formaliter.

Definitio per quæ dari debet.

Ad argumenta in oppoſitum dico, quòd ad illud Philoſophi dicentis, quòd fixio pedis eſt quædam pedalitas, quòd illa auctoritas eſt neganda prædicatione, ſed non diuiſione, non enim vult Philoſophus, niſi quod differentia ſuperior diuiditur in inferiores, quod patet per eum in litera: dicit enim, quod in diffinitionibus in quibus ſunt multæ differentiæ, oportet non ſolum genus diuidi in differentias; ſed etiam diuidi primam, in ſecundam, quæ ſit differentia per ſe, non per accidens, ſicut ſi fixiones velis diuidere, vndè ſi diuidere habes pedes, non debet dici aliud allatũ, & aliud non allatum, quia ille non ſunt diffe-

Ad argumenta in oppoſitũ.

Digitized by Google

rentiæ per ſe habentiſpedes, vt ſic, ſed debet dicere aliud eſt habens pedes fixos, aliud non fixos, quia fixum, & non fixum, ſunt differentiæ pedum per ſe, & ideò dicit, quod fixio eſt quædam pedalitas, hoc eſt dictum, fixio pedis per ſe particulat pedalitatem, & ideò per ſe diuidit habens pedes. *Fixio eſt quædã pedalitas quæ intelligitur.*

Nota tamen, quòd hìc dicit Philoſophus, quòd non poſſunt aſſignari differentiæ per ſe, quia ſunt nobis ignotæ, ideò oportet aſſignare differentias accidentales, quæ ſunt ſigna differentiarum eſſentialium.

Ad Secũdũ. Ad ſecundum reducitur contra ſeipſum, quandò dicit, quòd diffinitio eſt tota ſubſtantia rei, cùm enim diffinitio eſſentiam rei includat, non ſolùm differentiam, ſed etiam genus, & conceptus generis eſt aliud à cõceptu differentiæ, vt viſum eſt, ſequitur, quòd differentia non dicat totam ſubſtantiam rei. Dicendum ergo, quòd Philoſophus non intendit, quod differentia Vltima ſit tota ſubſtantia rei, niſi completiuè, vt dictum eſt prius.

Ad Tertiũ. Ad Tertium etiam reducitur contrà ipſum. Cùm enim in ſubſtantia ſit materia, & forma; & forma, ſit magis ens, quàm materia, ſequit͏́, quod in ſubſtantia erit prioritatis, & poſterioriatis dici ſecundùm perfectionem. Dictum igitur Philoſophi eſt intelligendum, quòd in ſubſtantijs non eſt ordo ſcilicèt in his, quæ pertinẽt ad rationem ſubſtantialem alicuius, ſeu diffinitiuam. Talis aũt alius, & alius ordo tollit, & facit nugationẽ. Vndè dicit, ꝙ ſi eſt nugatio addendo dr̃iam priorẽ poſteriori, quòd pati ratione erit ècõtrà: hæc materia tractatur à Scoto vndecima diſt. Quarti Sẽtẽtiarũ.

De Svbstantia, Qvatenvs eſt obiectum, vel vniuerſale.

Cap. VII.

Text.

Voniam vero, &c. Poſtquam Philoſophus determinauit de ſubſtantia, ſecundum quòd ſubſtantia dicitur quod quid eſt; hìc determinat de ea, vt obiectum, & vniuerſale eſt, vniuerſale autem à quibuſdam dicitur ſubſtãtia. Sicut enim dictum eſt in hoc Septimo Capitulo Tertio, Plato ponebat ydeas eſſe ſubſtantias ſeparatas à ſenſibilibus, quas dicebat eſſe vniuerſalia, & prædicate de indiuiduis ſpecierum prædicatione dicente hoc eſt hoc. Ideò hìc arguit, quòd non ſunt danda talia vniuerſalia in re. *Opinio Platonis de Ydeis.*

Digitized by Google

Mes Scoti. Ad cuius euidentiam, notandum eſt ſecundùm Scotum hîc, & in tertia diſtinctione Secundi Sententiarum, quòd Philoſophus non intendit hîc negare, quin vniuerſale ſit aliquid in re, immò oppoſitum eſt de mente eius, ſed intendit, quòd non ſit aliquid in re, eo modo, quo ponebat Plato, & hoc ſolùm probant rationes eius.

Tres diſtinctiones. Ad declarationem autem, quomodo vniuerſalia ſunt in rebus, & quomodo nõ, ponam aliquas diſtinctiones. Deindè aliquas concluſiones. *Prima diſt.* De primo ſit iſta prima diſtinctio, ſcilicèt, quòd duplex eſt intentio, prima, & ſecunda, *Intentio duplex.* voco primam intentionem ipſam rem poſitam in eſſe cognito, ſeu in intellectu, & dicitur prima, *Intentio prima quid.* quia res, & dicitur intentio, non quocunque modo res, ſed intellecta, & cognita, voco autem ſecundam intentionem *Secunda intentio quid.* quandam comparationẽ, ſeu relationem intellectus, vel operationem, qua intellectus comparat vnam primam intentionem, vel vnum primò intellectum ad aliud primò intellectum. *Exemplum.* Exemplum, intellectus primò intelligens hominem, & animal comparat vnũ ad aliud ſecundùm rationem prædicabilis, & ſubijcibilis, quæ comparatio ex parte animalis dicitur genus, & ex parte hominis dicitur ſpecies: & ſic ſecundùm diuerſas comparationes format ſibi intellectus diuerſas ſecundas intentiones, putà generis; ſpeciei, vel indiuidui, & huiuſmodi, ità quòd omnis ſecunda intentio eſt formaliter reſpectus rationis.

Secũda diſt. Vniuerſale põt capi dupliciter. Secunda diſtinctio: vniuerſale cùm ſit nomen concretum poteſt ſumi dupliciter. Vno modo pro per ſe ſignificato, ꝙ dicitur vniuerſalitas, & ſecunda intentio, quæ ſcilicèt eſt quædam relatio rationis in prædicabili ad illud, de quo eſt prædicabile, & hũc reſpectũ rationis, ſignificat vniuerſale in concreto, ſicut vniuerſalitas in abſtracto. Alio modo ſumit̃ vniuerſale pro illo, quod denominat̃ ab iſta intentione vniuerſalitatis, quæ eſt aliqua res primæ intentionis, quia ſecũdæ intentiones applicantur primis, & hoc ſecundo modo poteſt capi dupliciter. Vno mõ per illo, quod eſt, quaſi ſubiectũ remotum denominatum ab iſta intentione ſecũda, & ſic nat̃a abſolutè dicit̃ vniuerſale quatenus non ẽ de ſe hæc: & ità non repugnat ſibi ex ſe dici de multis: & natura ſic accepta eſt indeterminata priuatiuè, ſeu negatiuè. Alio modo põt accipi per ſubiecto ꝓpſquo, ꝙ eſt ipſa nat̃a determinata cõtrariè; vt .ſ. cõiũcta determinationi actuali, quaſi habitui cõtrario, & hoc mõ non eſt vniuerſale, niſi nat̃a actu determinet̃; ità ꝙ ſit vnũ intelligibile numero dicibile de omni ſuppoſito, & hoc eſt cõpletè vniuerſale. *Tertia diſt* Tertia diſtinctio

eſt, quòd eſſe in intellectu contingit dupliciter, vno modo habitualiter, & primò, quandò ſcilicèt eſt ibi per ſpecié manenté immediatè motiuam ad ſui intellectionem. Alio mō accipitur ſecundariò, putà, quandò iam actu mouet, & intelligit: ſecūdus modus infert primū, non è cōtrà, vt patet de ſe.

Eſſe in intellectu ſtat dupliciter.

De ſecundo ſit iſta prima concluſio, vniuerſale ſumptum primo modo ſcilicèt pro intentione, non eſt in rebus, ſed in intellectu tantùm: hoc oſtenditur ſic: purum ens rationis nihil eſt in rebus extrà, ſed vniuerſale ſic acceptum eſt huiuſmodi, vt ex patet prædictis, ergo, &c. Vndè iſta cōparatio, quæ eſt intētio ſecunda non ē niſi obiectiuè in intellectum cōparante. Secūda cōcluſio ē, ꝙ vl'e ſūptū ſecūdo mō. ſ. pro ſubiecto remoto intellectionis ē verè aliquid in rebus, probať, illud, ꝙ ē deſtructo omni actu intellectus verè eſt aliquid in rebus, ſed vl'e ſic ſūptū ē huiuſmodi, &c. Minor patet quia deſtructo omni actu intellect⁹, naťa lapidis ē, quæ de ſe non eſt hæc, ſed indeterminata negatiuè, & priuatiuè, verè ē igiť. Item ꝙ quid eſt abſolutè ſūptū eſt verè res, quia principiū, & cauſa, vt dicit hîc Philoſophus, ſed ipſum quod quid eſt abſolutè ſumptū eſt vniuerſale: tale eni vniuerſaliter exprimitur per diffinitioné, & includitur eſſentialiter in ea, & per ſe, & vt ſic conſideratur à Metaphyſico, ergo, &c. ſed iſta naťa ſic accepta non pōt eſſe ſine ſingularibus, quia de ſe nō eſt hæc.

2. Pars.
1. Concluſio.
Q̄uo 2. intentio ſit in intellectu.
2. Concluſio.

Poteſt tñ dubitari, an habeat aliquam vnitatem realem ſaltem minorem vnitate numerali? Certum eſt enim, quòd non eſt vna vnitate numerali, quia de ſe non eſt hæc.

Dubium.

Reſpondeo, quòd ſic, propter quod ſit iſta tertia cōcluſio, vniuerſale ſumptū ſecundo mō eſt vnū vnitate aliqua reali minori vnitate numerali, quæ quidē vnitas eſt paſſio eius, probať quia ſimile, & æquale fundātur ſuper vnū ex Quinto Metaphyſicæ Capitulo de. Adaliquid; ſed nullo intellectu exiſtente eſt realis ſimilitudo albi ad albū ſecundùm albedinem: igitur aliqua realis vnitas eſt proximum fundamentū huius relationis realis, quia relatio realis non fundatur ſuper ens rationis formaliter, non eſt aūt hæc vnitas, vnitas numeralis, vt patet, quia hoc albū, & hoc album non ſunt idē numero quia nihil idem numero eſt ſimile ſibi ipſi, ergo eſt alia vnitas realis.

3. Concluſio.

Prætereà ſi omnis vnitas eſt numeralis, omnis diuerſitas realis eſt numeralis, conſequens eſt falſum, ergo & antecedens, probatio conſequentiæ, quia vnum, & multa idem, & diuerſum ſunt oppoſita ex Decimo huius; & quot modis

Digitized by Google

dicitur vnum oppoſitorum,tot modis dicitur, & reliquum, ex Octauo Topicorum, & ſic ſi ſit tãtùm vnitas numeralis erit,& tantùm diuerſitas numeralis,& ſic tantùm Sortes differt à Platone,quantùm differt à Brunello, & ſic intellectus non magis poteſt abſtrahere à Sorte, & Platone aliquod cõmune magis,quàm à Sorte,& Brunello, & ſic quodlibet vniuerſale eſt purum figmentum, quod eſt abſurdum.

4. Cõcluſio. Quarta concluſio, vniuerſale tertio modo ſumptum, quod eſt indeterminatum contrariè ſecundùm illud, quod eſt,eſt in rebus: probatio,quia relatio addita naturæ, quod eſt eſſe in intellectu habitualiter habet fundari in re,ſed natura ſecundùm illud,quod eſt in re habet iſtam relationem, igitur illud quod eſt vniuerſale eſt in re. Vndè poteſt dici, quod vniuerſale eſt in re, ſic intelligendo, quod eadem natura,quæ eſt in exiſtentia determinata, per gradum ſingularitatis eſt indeterminatè in intellectu obiectiuè, & vt habet hanc relationem ad intellectum,vt ad cognoſcens eſt indeterminata contraria indeterminatione ſibi data per intellectum,& ſic eſt completè vniuerſale.

Vniuerſale eſſe quo intelligitur.

Quinta concluſio,vniuerſale tertio modo eſt in intellectum habitualiter,& neceſſariò,probatur quia ſi vniuerſale actu tantùm eſſet in re,& non in intellectu,tunc intellectus agens ſuperflueret.Intellectus enim agens ſecundùm Commentatorem, facit vniuerſalitatem in rebus. Item tale vniuerſale ẽ vnũ intelligibile numero,dicibile de omni ſuppoſito,ità quòd intellectus attribuendo ipſum diuerſis ſingularibus,attribuit idem obiectum numero pluries conceptum, vt prædicatum pluribus ſubiectis, dicendo hoc eſt hoc, vt dictum eſt, ſed impoſſibile eſt, quod aliquid omninò in re exiſtens ſit idem intelligibile numero,& ſic attribuitur diuerſis, licèt enim alicui exiſtenti in re,non repugnat eſſe in alia ſingularitate ab iſta, in qua eſt, non tamen idem verè poteſt dici de quolibet inferiori,niſi per intellectum abſtrahentem,& prædicantem idem de multis, ergo, &c.

Intellectus agens facit vniuerſalitatem in rebus.

Obiectio. Si arguitur contrà prædictam,ſignanter contrà ſecundã, tertiam ; & quartam concluſiones, quòd vniuerſale non ſit aliquid in re, quia ſi ſic Logica, quæ eſt de vniuerſali eſſet ſcientia realis,conſequens eſt falſum,vt patet igitur illud ex quo ſequitur.

Logicus quõ conſiderat res. Reſpondeo, & dico, quòd Logicus non conſiderat res per ſe,niſi pro quanto ſunt fundamenta ſecundarum intentionum,quas intentiones Logicus per ſe conſiderat, & ratione huius non dicitur artifex realis,ſed rationalis, vel in-

Digitized by Google

tentionalis,ſed de hac materia vide eaquæ dicta ſunt Primo huius,& ibi diffuſiùs reperies iſtam materiam.

Qvaestio
De Pluralitate formarum.

POſtremò, quò ad hunc Septimum videndum eſt de pluralitate formarum. Vndè notandum ſecundùm Scotum in hoc Septimo, & Secunda diſt. Quarti Sententiarum, quòd eſt vna opinio ponens, quod inquocũq; viuo,ſeu animato,nõ eſſet ponere,niſi vnam formã, ſcilicèt animam quæ quidem eſt vna realiter: ſed plures virtualiter continens formam mixti, & plures perfectiones ſecundùm quas conſtituit diuerſa organa, quę ſunt principia imperfecta diuerſarum operationum.

Et pro hac opinione arguitur per Philoſophum in hoc Septimo, dicentem,quòd manus mortua non eſt manus, niſi ęquiuocè. Ex quo videtur,quòd manus habeat aliquam formam propriam.

Item, ſi ſic arguit pluralitas non eſt ponenda ſine neceſſitate primo Phyſicorum,ſed in propoſito non eſt neceſſitas ponendi plures formas tales, cùm vna forma perfecta poſſit quicquid poſſunt illæ plures, quæ ſcilicèt eſt contentiua aliarum. *Auctoritas Philoſophi.*

Item ex pluribus diſtinctis numerò,non fit vnum numero,patet igitur ,quòd multo magis ex duobus diſtinctis ſpecie,vel quę plus differunt. q̃ ſpecie non poteſt fieri vnũ.

Item per Philoſophum Septimo huius. Ex duobus exiſtentibus in actu non fit verè vnum,ſed plures formæ ſunt plura in actu,quia quælibet forma eſt actus,animalis autem eſt aliquod vnum,ergo non poteſt conſtare ex pluribus partibus habentibus plures formas.

Item vnius entis eſt vnum eſſe, ſed vnum eſſe eſt ab vna forma,ergo vnius entis eſt vna forma.

Sed iſta opinio non eſt vera ſecundùm Scotum,& probatur ſic, ſeparata anima à corpore remanet corpus ſine noua generatione,ergo in corpore eſt forma corporeitatis, cùm materia non poſſit eſſe naturaliter ſine forma. Similiter pars animalis, vt manus poteſt ſeparari ab animali ſine generatione,ſed manet in actu poſt ſeparationem per formam totius,ergo per formam propriam,quam habebat.

Digitized by Google

Dicendum eſt, quòd viuo præter formam animati eſt alia forma corporis, & alia forma mixti, & principaliter hæ, quæ ſunt communes omni animali, vel viuo, ſunt autē aliæ formæ partiales ſpecificè diſtinctæ, quot ſunt organa diſtincta.

Ad rationes in oppoſitū *Ad primū.* Ad rationes in oppoſitum, ad primum dicendum, quòd manus poteſt cōſiderari dupliciter, vel manus, vt manus, vel manus, vt organum officiabile ad exequendū opus vitæ, eodem modo de oculo. Si primo modo, dico, quòd eſt manus vniuocè quādiù manet ſub forma manus. Si ſecundo modo, ſic eſt manus æquiuocè, quia ſine ea Anima non poteſt exercere opus vitæ: ſicut nec oculus videre, & ſic intelligit Philoſophus, & ſic nihil contrà nos.

Ad ſecūdū. Ad ſecundum patet ex argumēto contrà opinionē, quòd pars ſeparata non poteſt eſſe ſine forma propria.

Ad tertium Ad tertium cùm dicitur, quòd ex pluribus numero diſtinctis, &c. non negando conſequentiam, quia quandò aliqua ſunt magis vnum vnitate idemptitatis, tantò minus ſunt nata vniti ad conſtituendum vnum per ſe.

Exemplū. Exemplum; album, & nigrum ſunt magis vnum, quàm materia, & forma, quę ſunt omninò alterius rationis, & tamen ex materia, & forma fit vnum per ſe, non autem ex albo, & nigro; licèt ſint idem genere proximo.

Ad quartū Ad quartum, cùm dicitur, quòd duobus exiſtentibus in actu, dico, quòd verum eſt, quandò ſunt in actibus vltimatis, & non carent perfectiori actualitate: ſed ſic non eſt in propoſito, quia forma præcedens, & communis eſt in potentia reſpectu perfectioris.

Ad vltimū Ad vltimum, cùm dicitur vnius entis, & c. dico, quòd verū eſt totale, & completiuum ſcilicèt eſſe totius compoſiti, & tale eſt principaliter per vnam formam, & illa eſt, qua totū eſt hoc ens; illa autem eſt vltima adueniens omnibus pręcedentibus; & hoc modo totum diuiditur in duas partes eſſentiales, ſcilicèt in actum proprium, id eſt in vltimē formam, qua eſt illud, quod eſt, & potentiam propriam illius actus, quæ forma includit materiam primam, cum omnibus formis præcedentibus: & iſto modo concedo, quòd eſſe illud totale eſt completiuè ab vna forma, quę dat toti illud, quod eſt, ſed ex hoc non ſequitur, quin ſint in toto plures formæ partiales dātes plura eſſe partialia, non tāquàm ſpecificè conſtituentes illud compoſitum, ſed tanquam quædam incluſa in potentiali illius compoſiti; hanc materiam tractat Doctor Subtilis Scotus. II. diſt. 4. Sentent.

Digitized by Google

Metaphiſicæ Ariſtotelis, Lib. viii.

De quod quid eſt, ſeu eſſentia rerum ſenſibilium.

Capitulum I.

Ex his quæ ſunt, &c. Poſtquàm Ariſtot: in Septimo determinauit deq; quid eſt, ſeu de eſſentia rerũ ſenſibilium per rationes Logicas. Hic conſequẽter determinat de eis ſecundùm principia ſenſibilium, quæ ſunt materia, & forma oſtendendo quomodo in diffinitionibus oportet, quòd vnum ſit, vt materia aliud verò, vt forma. Genus autem ſe habet vt materi differentia verò, vt, forma, dè quo ſufficiunt, quæ dicta ſunt Septimo huius. Vndè in hoc octauo tantùm perſcrutabor de quatuor dictis, quæ hîc tangit Philoſophus. Text. *Int. Doct.*

Primum eſt quod diffinitiones, ſeu formæ rerum ſe habẽt, vt numeri, ſi enim aliquid addatur, vel ſubtrahatur alicui numero, etiam ſi illud ſit minimum non erit idem numerus ſecundùm ſpeciem, minimum enim in numeris eſt vnitas, quę ſi addatur ternario conſurget quaternarius, quæ eſt alia ſpecies numeri. Conſimiliter in diffinitionibus, quia alia differentia addita, vel ablata eſt, alia diffinitio, & natura ſpeciei, vt ſi addas diffinitioni animalis, quę eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, rationale, conſtituis hominem; ſiuè hominis ſpeciem: ſi autem abſtrahas, ſenſibile, conſtituis ſpeciem plantæ, quia vltima differentia dat ſpeciem. *1. diſtinct.* *Forma ſunt vt numeri.* *Pulchrum exemplum.*

Ad cuius euidentiam notandum eſt, quòd eſt opinio quædam, quæ dicit, quòd in quidditate formarum naturaliũ ſuſcipientium magis, & minus, non eſt dare gradus intrinſecos ſecundùm quos ipſa ſuſcipiat magis, & minus; probatur, tùm ex eo, quòd dictum eſt, quòd formæ ſunt ſicut numeri, & ſicut numerus, ſtat in indiuiſibili, ità quòd nihil poteſt ſibi addi, vel minui, quin immutet ſpeciem: ſic eſt de forma; & per conſequens non habet gradus, tùm quia ille gradus, vel pertinet ad quidditatem formæ, vel non. Si ſic, ergo albedo remiſſa non eſt in ſpecie albedinis, quòd eſt falſum: ſi non, ergo albedo intenſa erit ens per accidens, quia includit gradus, qui non pertinent ad eius eſſentiam.

Digitized by Google

Sed iſta non eſt vera; impoſſibile eſt enim aliquã formã communicare ſe alicui ſecundùm magis, & minus, niſi in ſua eſſẽtia habeat gradus: aliâs ſ'm eundem gradum participaretur à quocunque ſubiecto; ſed forma talis communicatur alicui ſecundũ magis, & minus verè, vt nunc ſupponitur, ergo in ſua eſſentia habet gradus.

Art.1. Pro cuius declaratione ſciendum ſecundùm Scot. diſt. 17. 1. Sentent. ponendo primò aliquas cõcluſiones, ſecundò aliter reſpondendo ad dubium.

Concluſio 1. Quantùm ad primum, ſit iſta prima concluſio: approximatio, vel remotio à ſuo contrario non eſt cauſa ſuſcipiendi magis, & minus, probatur, tùm quia eandem virtutem poſſunt aliqui diuerſi participare ſecundùm magis, & minus non participando aliquid de vicino contrario, putà iuſtitiã, vel temperantiam, tùm quia in ſtatu innocentiæ fuiſſet gratia ſecundùm magis, & minus in diuerſis, & eſt modo de facto in beatis, vbi tamen nullum eſt contrarium, ergo, &c.

Concluſio 2. Secunda concluſio eſt iſta, nulla forma ſuſcipit magis, & minus ſecundùm diſpoſitionem ſubiecti, vel ſecundùm eſſe in ſubiecto eius eſſentia remanente immutata, probatur, quia habito termino ad quem ſecundùm, quòd terminus eſt, ceſſat motus primo de generatione, ſed perte in principio generationis habetur calor ſecundùm rationem, qua terminus eſt ſecundum eſſe, ſcilicèt perfectum, igitur in principio generationis ceſſabit eſſe motus, quòd eſt falſum, probatio minoris, omne quod mouetur habet aliquid de termino à quo, & aliquid de termino ad quem ſexto Phyſicorum, igitur in principio calefactionis in ipſo calefactibili eſt aliquid de eſſentia caloris, igitur eſſentia caloris non ſuſcipit magis, & minus in principio erit calor perfectiſſimus ſecundùm quem modum eſt terminus motus.

Concluſio 3. Tertia concluſio eſt, quod radicatio maior, & minor formę in materia non eſt cauſa ſuſcipiendi magis, & minus probatur, quia iſta radicatio, vel eſt aliquid diſtinctum à forma radicata, vel non, ſi non habetur propoſitum, quia cùm iſta radicatio ſit maior, vel minor, ergo, & forma, ſi ſic, eſt aliquid diſtinctum, vel eſt forma abſoluta, vel reſpectiua. Si abſoluta habetur propoſitum: ſimiliter ſi reſpectiua habetur propoſitum, quia magis, & minus in forma relatiua oritur ex magis, & minus in abſoluta.

Artic.2. *Quidditas duplex 5.* Quantùm ſecundùm articulum primò aliqua præmittuntur, ſecundò ex his apparebit veritas dubij.

Digitized by Google

De primò notandum, quòd duplex eſt quidditas, ſpecifica, & indiuidua. *ſpecifica, & indiuidua.*

Circà quòd notandum, quòd in hac albedine eſt tria cõſiderare, primò naturam ſpecificam, ſecundò gradum indiuidualem, qui eſt de eſſentia indiuidui; Tertiò differentiam indiuidualem, qua indiuidua albedo eſt hæc, Secundò, quia gradus arguit quantitatem à materia. Ideò notandum, quòd eſt triplex quantitas, ſcilicèt, quantitas molis, ſeu dimenſionalis, & quantitas perfectionis, quæ reſpicit eſſe rei, & quantitas virtualis, quæ reſpicit agere, & fortè illa incidit cum tertia, quatenus agere dat intelligere eſſe. *in hac alb.* *Quantitas triplex molis, perfectionis, & virtutis.*

Tertiò videndum eſt, quid ſint iſti gradus formæ, de quibus nunc eſt ſermo. Vndè aſſigno talem deſcriptionem gradus. Gradus eſt portio perfectionalis formæ ſpecificæ, extrà eius conceptum quidditatiuum ipſam formam ſpecificantem, infrà ſuum conceptum eſſentialiter includens includens, intrà incluſa realiter conceptum indiuidui; iſta deſcriptio eſt euidens ſatis intuenti. *Gradus quid.*

Quartò videndum eſt quales ſint iſti gradus. Circa quod notandum quod quidam gradus ſunt eſſentiarum, & quidã formarum, & quidam perfectionum vnitiuè contentarum in aliquo vno, & hoc vltimo modo intelligo gradus, de quibus nunc loquitur.

Ex his concluditur, quòd diuerſitas iſtorum graduum non diuerſificat ſpecies, cùm ſint portiones eiuſdem formæ, ità quòd forma ſpecifica eſt indiuidualis quantùm ad gradum ſpecificum: diuidualis verò quantùm ad gradum perfectionalem: ità quòd pluralitas illorum graduum non eſt poſitiuè intrà conceptum ſpecificum formæ; ſed ſolùm permiſſiuè, ſed eſt intrà conceptum indiuiduorum poſitiuè, ità indiuiduum conſtitutum ex forma ſpecifica, & proprietale indiuiduali continet vnitiuè illos gradus. *Gradus multiplices.*

De ſecundo dico, quòd forma ſuſcipiens magis, & minus habet intrinſecè illos gradus. Dico igitur, quòd præciſè ratio ſuſcipiendi magis, & minus eſt latitudo graduum in formis, ſiuè quòd idem eſt illiminatio formę, quæ participatur, probatur, tùm ex improbatione aliarum opinionum, nec videtur alia via probabilis, niſi hæc. Tùm per Simplicium ſuper prædicamenta Capitulo de qualitate: vbi recitat multas opiniones de cauſa ſuſcipiendi magis, & minus: & improbatis eis pluribus, *Præciſa ratio ſuſcipiendi magis, & minus quæ.*

commendat opinionem Architę dicentis. Qualitas enim, quia infinitatem quandam participat, ideò ſecundùm rationem eius eſt, quòd ſuſcipiat magis, & minus.

Ad rationes. Ad primum in oppoſitum, dicendum eſt, quòd Philoſophus loquitur de forma, ſeu quidditate inquantùm exprimitur per diffinitionem, hoc eſt quidditas ſpecifica, & vt ſic abſtrahit ab omni gradu.

Ad ſecundùm dicendum, quòd ille gradus non pertinet ad quidditattem ſpecificam, & cùm dicitur, ergo forma intenſa erit ens per accidens, non ſequitur, quòd ille gradus, & ſi nō ſit de eſſentia ſpeciei, eſt tamen de eſſentia indiuidui, & hoc ſufficit.

2 dictum Philoſophi. Secundùm dictū Philoſophi in littera de generatione, & corruptione ſimpliciter oportet, quòd fiat reſolutio vſque ad primam materiam.

Pro quo notādum, quòd iſta reſolutio vſque ad primam materiam habēt fieri ſtatim, vel non ſtatim. Statim quidem in habentibus vnam formam tantùm non ſtatim in habentibus plus formas, vt in homine, in quo ſeparatur vltima forma ſpecifica: & corrupto homine, putà in morte remanet materia ſub forma incompleta corporis, quæ non eſt in alia ſpecie ſpecialiſſima: ſed eſt naturaliter in continuo fluxu vſque ad materiam primam, antequàm de materia iſta aliquid ſpecificè diſtinctum generetur, qua corruptione prius ordine naturę completa introducitur ab agēte naturali forma ſpecifica, putà forma vermis, vel plantę.

Obiectio. Sed contrà, corruptio vnius eſt generatio alterius: ſed homo in more corrumpitur, igitur aliud ſtatim generatur.

Reſponſio. Reſpondeo, quòd homo non corrumpitur in morte corruptione vltima, ſcilicèt quantū ad omne illud, quòd eſt aliquid eius, quin adhuc remaneat aliqua forma, quę fuit de eſſentia eius, perfecta, aut corruptione, neceſſariò aliud ſcilicèt generatur, quia materia naturaliter non exiſtit ſine forma, & ſic corruptio vnius eſt generatio alterius; & ècontrà, ſed in habentibus vnam ſolam formam non oportet tātùm expectare, ſcilicèt corrupto aere ſtatim generatur ignis, ſi ignis debeat generari, ità quòd in eodem inſtanti temporis deſinit eſſe forma aeris, & in eius materia introducitur forma ignis.

Materia naturaliter ſine forma.

3. Dictum. Philoſophi accidens nō hēt, mā ex qua ſed in qua.

Tertium dictum Philoſophi in hoc octauo eſt, quòd accidens non habet materiam ex qua, ſed in qua. Ad cuius euidentiam pręmittam vnam diſtinctionem, ſecundò oſtendam triplicem concluſionem.

Quantùm

Digitized by Google

Quantùm ad primum ſit iſta prima diſtinctio, quòd cō-poſito ex natura rei, circūſcripta iſta, quę eſt rationis, eſt duplex. Quædā rei, & rei, & hæc poteſt dici cōpoſitio realis, & eſſentialis; alia eſt realitatis, & realitatis, cuius cōpoſitio diſtinguitur ſm rationes reales, & formales: voco autē compoſitionem rei, & rei, illā, quę eſt ex aliquibus, quorū ſeparatio mutua non includit repugnātiam ex terminis, qualis eſt compoſitio ex materia, & forma; vel ex ſubiecto, & accidēte: voco autem compoſitionem realitatis, & realitatis, quæ ex aliquibus, quorum ſeparatio includit contradictionem propter eorum idemptitatē realem, & tñ vnū non eſt aliud formaliter, ità quòd includatur in alio in primo modo dicendi per ſe; ità quòd poſſunt eſſe obiecta diſtincta formalia, & diſtincta conceptibilia diſtinctè terminantia actus intellectus, qualis eſt compoſitio, quę eſt ex in genere, & differentia, vbi etiam ſpecies eſt realiter ſimplex. *Compoſitio ex natura rei duplex.* *Compoſitio rei, & rei, quæ.* *Compoſitio realitatis, & realitatis quæ.*

De ſecundò, ſit hæc prima concluſio, accidens eſt forma ſimpllex ſimplicitate oppoſita primæ compoſitioni: hoc patet auctoritate Philoſophi, & Auctoris ſex principiorū dicentium, q̄ forma exiſtit in eſſentia ſimplici, & inuariabili. *1. Concluſio. Accidēs eſt forma ſimplex.*

Secunda concluſio eſt, quòd accidens non eſt forma ſimplex ſimplicitate oppoſita ſecundę cōpoſitioni; ſed eſt compoſitum ex realitate generis, & differentiæ: probatur, quia ſimpliciter ſimplex à quocunque diſtinguitur, eſt primò diuerſum, & non differens; ſed accidentia non ſunt huiuſmodi, ergo: maior patet, & minor probatur; albedo, & nigredo differunt realiter, per proprias differentias, & realiter conueniunt in genere, putà in colore, ergo ſunt differentes, & nō primò diuerſæ. *2. Concluſio*

Quartum dictum Philoſophi eſt, quòd ex materia, & forma conſtituitur vnum per ſe. *4. Dictum Philoſophi. Ex materia, & forma conſtituitur vnum per ſe.*

Ad cuius euidentiam ſciendum ſm Scotum in hoc Octauo, quòd ſicut vnum in communi immediatè ſequitur ens in cōmuni; ità quòd hæc propoſitio ens eſt vnū eſt, immediata, quia nullum nobis eſt notius medium ad hoc demōſtrandum, vt dictum eſt primo huius; ità ſingula entia ſm proprios gradus entitatis cum ſequitur immediatè propria vnitas: nec eſt alia ratio diuerſæ vnitatis, niſi aliqua entitas, quam conſequitur iſta vnitas. Exemplum, ſimplicia ſunt omninò vnum, & compoſita vnum: tamen aliter, & aliter, quia alia, & alia eſt eorū entitas, ſicut ergo omninò ſimplex ſe toto eſt ens, & vnum, ità compoſitum eſt ens, & vnum ex his eſſentialibus, putà materia, & forma, quæ ſola nata ſunt *Ens eſt vnum, quæ propoſitio.* *Exemplum*

Digitized by Google

aliquod ens conſtituere: Vndè tale compoſitum eſt per ſe vnum propria vnitate alterius rationis ab vnitate ſimplici; & eius entitas eſt altera ab illis.

Et ſi quæratur quare ex materia,& forma eſt vnum per ſe? dico, quia hęc eſt potentia, ſcilicèt materia, illa verò eſt actꝰ, ſcilicèt forma. Si quæras quare ex ſubiecto,& accidente nõ fit vnum per ſe, ſicut ex materia,& forma, cùm tamen ſubiectum ſit, vt potentia, accidens verò, vt actus. Dicendum, quòd ſicut in generali non eſt cauſa, quare ens eſt ſic vnum, nec eſt cauſa, quare ex iſtis partibus fit hoc vnum, niſi quia ſunt tales partes. Ex materia enim, & forma fit vnum per ſe, quia forma ſubſtantialis eſt talis actus,& materia tale potentiale, ex ſubiecto autem,& accidente fit vnum per accñs quia accñs eſt talis actus,& ſubiectũ tale potẽtiale, ità quòd actus, & potentia intelliguntur proportionabiliter vniri, ſi ꝑ ſe, per ſe; ſi ꝑ accñs, ꝑ accñs; vndè iſtę propoſitiones sũt ꝑ ſe notæ, ideò, non eſt quęrenda alia cauſa intrinſeca, quare ex actu,& potentia fiat vnum per ſe; ſed ſolùm extrinſeca, ſcilicèt agens, vt dicit Philoſophus in littera.

Cur ex mã, & forma conſtituitur vnũ, per ſe. Quare ex ſubiecto, & accidẽte ſit, vnum per accidens.

METAPHYSICÆ ARISTOTELIS, LIB. IX.

DE ENTE IN POTENTIAM & actum. CAP. VNIC.

Tex. *ERgo de primo quidem ente, &c.* Poſtquàm Philoſophus determinauit de ente ſecundùm, quod diuiditur in 10. ꝑdicamẽta, hìc determinat de eo ſecũdũ quod diuiditur per potentiam,& actum, ſed quia ſufficiunt, quæ dicta ſunt in Quinto huius ideò hìc tangam vnum dictum: Ponit enim hìc Philoſophus differẽtiam inter potentias rationales,& irrationales, quia videlicèt illę ſunt oppoſitorum, iſtę verò vnius oppoſiti tantùm.

Ad cuius euidentiam ſciendum ſecundùm Scotum. 9. huius, qui dicit prædictam differentiam eſſe veram, cuius ſignificatum primò oportèt exponere, quomodo intelligenda ſit hęc differentia, ſecundò inquiretur de cauſa huius differentię. Quò ad primum dico tria. Primum dictum eſt, quòd iſta differentia eſt intelligenda de potẽtiis actiuis tàtùm, vt ſit ſenſus, quòd potentia actiua irrationalis cuicunque comparetur, ſiuè actioni, quàm elicit, ſiuè termino, quẽ

Digitized by Google

producit, ſic eſt illius vnius, quòd manente eadem natura non poteſt eſſe alterius actiua, quàm eius, cuius eſt ex ſe actiua. Frigiditas enim manens frigiditas, non poteſt eſſe productiua caloris, nec elicitiua calefactiònis per ſe, licèt facit aliquid, quo facto aliquid aliud poteſt magis calefacere, putà conſtringit poros, nè calor interior diffundatur, & exalet, & ità calor vnius. C. magis. A. calefacit, frigus tamen nunquàm calefacit directè.

Similiter potentia rationalis ſic eſt actiua oppoſitorum, ſiuè ſint contraria, ſiuè ſint cõtradictoria, quod manifeſtat, quia vna quantùm eſt de ſe eſt elicitiua oppoſitarũ actionũ, & ſufficiens productiuum oppoſitorum: ſicut oppoſitorum productorum.

Secundùm dictum eſt, quòd iſta differentia eſt ſic intelligenda, vt patet ex prædictis, dato, quòd potentia rationalis ſit oppoſitorum actuum actionis, & negationis eius, ſcilicèt quòd poſſit agere, & non agere. Tertium dictum eſt, quòd potentia actiua non eſt hìc accipienda pro relatione potentiæ, quę eſt ad oppoſitos effectus, ſed pro fundamento reſpectus, quod eſt principium actionis. *2. Dictum.* *3. Dictum.*

Quantùm ad ſecundùm Articulũ, primò videndũ eſt iſta de differentia in ſe, ſecundò de intentione Philoſophi cõtra eam. De primo ſciendum eſt, quòd prima diuiſio potẽtię actiuæ, eſt ſecundùm diuerſum modũ eliciendi actionem. Quod enim potentia agat circà obiectum hoc, vel illud, licèt aliquo modo diſtinguat, vel oſtendat diſtinctionẽ potentiarum, non tamen immediatè: non enim potentia comparatur ad ſubiectum, vel ad obiectum circà quòd cõparatur: niſi mediante operatione, quam elicit hoc, vel illò modo. Iſte enim modus eliciendi propriam operationem, non poteſt eſſe in genere, niſi duplex; quia potentia actiua aut eſt de ſe determinata ad agendum, ità quòd quãtùm ex ſe non poteſt nõ agere, ſi non impediatur ab extrinſeco: aut non eſt ex ſe determinata, ſed poteſt agere hunc actum, vel oppoſitum. Poteſt etiam agere, vel non agere. Prima potẽtia dicitur communis, & naturalis; ſecunda voluntas: Vndè prima diuiſio actiuorum eſt in naturam, & voluntatem, ſeu propoſitum primò Phyſicorum. Si ergo quæratur cauſa huius differentiæ, quare ſic natura eſt vnius determinatè, ideſt, cuiuſcunque, vel quorumcunque eſt determinatè ex ſe, eſt illius, vel illorum, voluntas autem eſt oppoſitorum indeterminatè.

Dicendũ, quòd nulla eſt cauſa huius ſicut enim ſuꝰ effectus

immediatus comparatur ad cauſam immediatam ex ſe, & primò ſine cauſa media, aliàs iretur in infinitum; ità cauſa immediata videtur ſe habere immediatè ad ſuam actionem inquantùm illam elicit: nec eſt dare aliam cauſam, quare ſic elicit, niſi quia eſt talis cauſa: ſicut enim calidum calefacit, quia calidum, ſic voluntas vult, & non vult, quia talis potentia.

Dubium. Sed hic eſt dubium, quomodò voluntas reducitur ad actum, ſi eſt de ſe indeterminata ad agendū, vel non agendū?

Reſponſio. Indeterminatio duplex. Reſpondeo, quod duplex eſt indeterminatio, quædam eſt ex inſufficientia, ſiuè ex potentialitate, & etiam defectu actualitatis, ſicut materia non habens formam eſt indeterminata ad actum formæ. Alia eſt indeterminatio ſuperhabundantis inſufficientię, quæ eſt ex illimitatione actualitatis, vel ſimpliciter, vel quodammodo: primo modo indeterminatio talis non reducitur ad actum, niſi priùs determinatur ab alio ad formam. Secundo modo indeterminatio talis poteſt ſe determinare: ſi enim hoc poſſet habendo actum limitatum, multò magis poteſt habendo actum illimitatū, quia tunc nō caret aliquo modo illius, quod fuit principiū ſimpliciter agendi, aliàs, Deus qui eſt ſummè indeterminat⁹ ad quantamcunque actionem in determinatione illimitationis, nō poſſet aliquid agere, quod eſt falſum. Indeterminatio autē, quę eſt in voluntate non eſt naturalis, nec imperfectionis, inquantùm ipſa eſt actiua: ſed eſt excellentiæ, & potentiæ aliqualiter illimitatè non alligatæ ad determinatum actum, & ideò poteſt ſeipſam determinare.

Dubium. De ſecundò eſt dubium quomodò ea, quæ dicta ſunt faciunt ad intentionem Philoſophi, quia ipſe non ponit differentiam inter naturam, & voluntatem, ſed inter potentiam rationalem, & irrationalem, & per rationalem ſolùm intelligens intellectum, vel ſcientiam, vt patet in littera.

Reſponſio. Intellectus, & voluntas Reſpondeo, quòd intellectus, & voluntas poſſunt comparari, vel ad actus proprios, quos eliciunt, vel ad actus aliarum potentiarum inferiorum, in quibus habent aliquam cauſalitatem, putà intellectus oſtendendo, & dirigendo; voluntas inclinando, & imperando: ſed prima operatio eſt eſſentialior: primo modo intellectus cadit ſub natura, eſt enim determinatus ex ſe ad intelligendum; cùm habeat in poteſtate ſua intelligere, & non intelligere, aſſentire, & non

In diuinis duæ productiones ponuntur. aſſentire propoſito; voluntas autem ſe habet aliquo modo ad actum proprium eliciendum, vel non eliciendum, & propter hoc in diuinis ponuntur duæ productiones, vna per

Digitized by Google

modum naturæ, cuius principium eſt intellectus, ità quòd intellectus ſit principium cum natura. Alia per modum voluntatis, loquendo ergo ſic intellectus cadit, & ponit ſub potentia irrationali; nihil enim eſt formaliter liberum, niſi voluntas, ſecundùm igitur hanc primam conſiderationem non loquitur hîc Philoſophus de intellectu, ſecunda autem comparatio videtur quaſi accidentalis, quia illæ potentiæ, non comparantur ad actum aliarum potentiarum, niſi mediantibus actibus propriis, vt videtur: qui quidem actus proprij ſunt priores illis aliis actibus, & hoc modo intellectus nunquàm eſt principium alicuius operationis exterioris, dirigendo potentias exequentes, vbi ſemper concurrit voluntas imperans executionem operis; vndè aliquandò diſtinguit Philoſophus naturam contrà artem, aliquandò cõtrà intellectum, aliquandò contrà voluntatem, & propoſitum, per quod patet, quòd per omnia iſta intelligit vnum principium in actionibus, quia ad opus artis concurrunt iſta tria integrantia vnum principium perfectum artificialium. Ex quo patet, quòd potentia rationalis dupliciter ſumi poteſt, ſcilicèt incompletè, & completè. Incompleta potentia rationalis eſt intellectus, vel ars, vt præcedit voluntatem; & de tali videtur loqui hîc Philoſophus, cùm dicit, quòd oportet ipſum determinare per voluntatem, aut prohæreſin, quia ſcilicèt reſpectu extrinſeci poteſt aliquid, non vt determinetur aliundè ad completam; & ſic verum eſt, potentiam rationalem eſſe oppoſitorum modo præexpoſito. *Potentia rationalis dupliciter capitur.*

Sed contrà arguitur, primò contrà hoc, quod dicit Philoſophus, quòd potentia rationalis eſt ad oppoſita, quia ſi ſic, igitur poteſt aliquis ſimul agere oppoſita, conſequens eſt falſum, vt dicitur hîc in littera, ergo & antecedens, probatur conſequentia, quia habens potentiã poteſt in inſtanti iſtud, cuius eſt potentia, ità ergo habens potentiam ad oppoſita ſimul poteſt in oppoſita. *Arg in contrariũ. Primum.*

Secundò arguitur, contrà hoc, quòd dicit, quòd potentia irrationalis eſt tantùm vnius oppoſiti, quia forma Solis eſt potentia irrationalis, ſed forma Solis eſt oppoſitorum, igitur potentia irrationalis eſt oppoſitorum, & non vnius oppoſiti tantùm: minor patet, quia Sol poteſt in oppoſitos effectus, diſſoluit enim glaciem, & conſtringit lutum. *Secundũ.*

Cõfirmatur, quia Decimo huius dicitur, quòd omnis potentia eſt contradictionis, & declarat hoc etiam Philoſophus in potentiis actiuis.

Reſpondeo ad primã, nego cõſequentiam. Potentia enim *Ad Argũ.*

rationalis, cuiuſmodi eſt voluntas eſt contrariorum ſimul fiendorum, ſed poteſt ſe determinare ad alterum oppoſitorum.

Ad probationem dicendum, quòd ſicut dicit Philoſophus, & reſpondet in littera, quòd habens potentiam rationalem non habet potentiam faciendi oppoſita ſimul, licèt habeat potentiã ſimiliter ad oppoſita. Vndè ibi eſt ſimultas potentiæ, non potentia ſimultatis.

Contrà in aliquo, in quo nunc ineſt vnum oppoſitorum, quæro, an illud poſſet nunc in eodem ineſſe, aut non? Si ſic, habetur propoſitũ, vt videtur, quia oppoſita ſimul ſtare nõ poſſunt, hoc non eſt in oppoſita, ſed tantùm in vnum oppoſitum.

Reſpondeo, quòd in eodem non poſſet agere ad oppoſita, non in ſenſu compoſitionis, ſed in ſenſu diuiſionis, quia ſicut contingenter ſe habere ad vnum, ità ad reliquum, ſicut in eodem nunc, quo Sortes ſedet, poteſt non ſedere in ſenſu diuiſionis, quia contingenter ſedet, & ideò non ſequitur, quòd poſſet in oppoſita ſimul.

Ad Secũdũ. Ad ſecundum dicendum, quòd forma Solis ſicut quæcũque forma naturalis, ſi eſt illuminata, & principium oppoſitorum in diuerſis materiis ſic eſt illorum determinatè, ſicut iſta forma, quæ eſt vnius, & illius determinatè, quia non eſt in poteſtate, ſua ad alterutrum agere præſente paſſo receptiuo huius formæ, vel illius, ſicut nec ſi eſſet vnius tantùm: vndè Sol, præſente calefactibili ſic liquefacit, quòd nõ poteſt non liquefacere. Similiter etiam ſe habet præſente paſſo conſtringibili potentia, aut rationali, putà voluntas agens, ſiuè circà hoc obiectum, ſiuè circà illud, non eſt principium ex ſe determinatum: ſed eſt poteſtatiuè ex ſe determinatiuũ ſui ad alterutrum, ità quòd circà quodcunque poſſet, agere, & non agere.

Ad confirmationem dico, quòd omnes potentiæ paſſiuæ ſunt ex ſe contradictionis: actiuæ autẽ ſicut dicit hic Philoſophus non ex ſe, ſed quaſi per accidens, & aliundè, quatenus paſſiuum adeſſe, vel non adeſſe ſibi, hoc accidit potentiæ actiuæ: quia ſicut potentia irrationalis neceſſariò agit præſente paſſo, & remoto omni impedimento, non autem ſic potentia rationalis, & ſic finis.

Digitized by Google

METAPHYSICÆ ARIST.

LIBER DECIMVS.

DE VNO SECVNDVM SE.

CAP. I.

Ordo & intentio auctoris.

Vnum vero dicitur multis modis, &c. Poſtquàm Philoſophus in Nono determinauit de Ente ſecundùm quòd diuiditur per potentiam, & actum, hîc determinat de vno, quod conuertitur cum Ente. Et primo de Vno ſecũdum ſe, deindè per comparationem ad multa. Circa primũ dimiſſo vno per accidens ponit quatuor modos vnitatis per ſe.

Quatuor Modi vnitatis per ſe.

Primus modus vnius.

Primus modus eſt ſecundùm quem continuum dicitur vnum. Aliquid autem dicitur continuum multipliciter, vno modo per artem, & violentiam, vt in his quæ continuantur clauo. Alio modo per naturam, & hoc dupliciter: vel quia ipſum eſt vniforme, vt linea recta, vel circularis, vel non eſt totum vniforme, ſicut duæ lineæ conſtituentes angulum, in quo continuantur, & dicit, quòd inter hos modos continuitatis continuum dicitur magis vnum, quod eſt vniforme, vt linea recta, vel circularis. Nàm talis linea oportet, quòd habeat vnum motum, non enim poteſt eſſe, quòd aliqua pars eius moueatur, & aliqua non: ſed tota ſimul, & vno motu mouetur, ità quòd eius motus eſt vnus, & indiuiſibili loco, & tempore; loco quidem, quia verſus quamcunque partem loci mouetur vna pars continui, & alia tempore, quia quandò mouetur vna, & alia: ſed in duobus continuis conſtituentibus angulum hoc non contingit, poſſumus enim imaginari, quòd vna linea quieſcat, & alia moueatur ei appropinquans, & minorem angulum conſtituens, aut ab ea elõgata conſtituat minorem angulum, & etiam poſſumus imaginari, quòd vtrumque moueatur in diuerſas partes, & ideò dicit, quòd illud continuum eſt magis vnum, cuius vna virtus eſt indiuiſibilior, & magis ſimplex.

Secundus modus vnius.

Secundus modus vnius eſt, ſecundùm quem aliquid totum habens aliquam formam, aut ſpeciem dicitur vnum, ſicut animal eſt vnum: ità quòd hoc vnum vltrà vnitatem quantitatis addit vnitatẽ, quæ eſt ex forma ſecũdùm quã aliquid eſt totũ, & ſpeciẽ habẽs.

Tertius modus vnius.

Tertius modus vnius eſt ſecũdùm quòd aliquid apprehenditur in indiuiſibili apprehenſione

Digitized by Google

& hoc dupliciter, primo modo ſingulare eſt vnum, & indiuiſibile, quòd non poteſt prædicari de multis, ſecundo modo vniuerſale dicitur vnum, & ſpecies, non quòd dicat vnã naturam numero in multis: ſed quia intellectus apprehendit, vt vnum illud, in quo omnia ſingularia conueniunt. Reducit autem hos quatuor modos ad vnam rationem vnius, nàm propriè vnum eſt ens indiuiſibile, ſed in primis duobus modis dicitur vnum; quia modus eſt indiuiſibilis, in alijs vero duobus, quia eſt apprehenſio indiuiſibilis. Ex hac autem ratione vnius, quia ſcilicèt eſt indiuiſibile oſtẽdit Ariſto. quod eſt competit ratio menſuræ; Mẽſura nihil aliud eſt, quam illud, quo quantitas rei cognoſcitur, iſtud autem, quod eſt menſura, ſeu per quod quantitas rei cognoſcitur oportet, quòd ſit vnũ, & indiuiſibile ſimpl'r, vt vnitas, vel ſecundùm quid, vel ſecundùm aliquã indiuiſibilitatẽ ſecundùm ꝙ placuit auctoritati inſtituentium tale, ꝙ pro mẽſura ſumitur eſt menſura pedalis. Quod autem menſura oporteat eſſe aliquid indiuiſibile oſtendit, quia hæc eſt certa, à qua non poteſt aliquid auferri, vel addi, & ideò numerus eſt certus, ſicut menſura, quia vnum, quod eſt principiũ numeri eſt omninò indiuiſibile, nullã quoque additionẽ, aut ſubſtractionem ſuſcipiens manet vnum, ſed menſuræ generum quantitatis mutantur, hoc vnum, quod eſt indiuiſibile accipientes tanquàm aliquid minimum pro menſura ſecundùm quòd poſſibile eſt, quia ſi acciperet aliquid magnum, vt ſtadium in longitudinibus, & talentis, & ponderibus lateret, ſi aliquid modicum ſubtraheretur, vel adderetur: quia hoc manifeſtat Philoſophus velocitate motuũ, homines enim menſurant motus ſuos ſecundùm motum primi mobilis, ſcilicèt motum diurnum; qui eſt ſimplex, ſeu vniformis, & velociſſimus habens minimum de tempore.

Vnum propriè eſt indiuiſibile.

Menſura quid.

Ratio menſuræ primò ineſt quantitati diſcretæ.

Conſequenter oſtendit Philoſophus, quòd ratio menſuræ primò ineſt quantitati diſcretæ, & maximè vnitati: quod probat, quia quantitas rei cognoſcitur per vnum aut per numerum: per vnum quidem, ſicut dicimus, vnum, ſtadium, vel vnum pedem: per numerum, ſicut dicimus, tria ſtadia, vel tres pedes. Vlterius cùm omnis numerus cognoſcatur per vnum, eò quòd numerus aliquotiens ſumptus, quemlibet numerum reddit: vndè relinquitur, quòd ratio menſuræ primò ineſt vni.

Deindè cùm dicitur, quòd ratio menſuræ deriuatur à numero, & vno ad alias quantitates: quia ſicut vnum, quod eſt principium numeri eſt indiuiſibile, ità in omnibus ge-

Digitized by Google

neribus quantitatis eſt aliquod vnum indiuiſibile ſecũdùm, quòd eſt menſura,& principium, ſicut in menſuratione differentiarum vtuntur homines, quaſi indiuiſibili menſura pedis.

Inſuper dicit,quòd ſecundùm menſuras conſiderandum eſt,quòd modus,ſeu menſura debet habere quandam conuenientiam cum menſurato, ſicut longitudo eſt menſura longitudinum;& latitudo latitudinum; & vnitas numerorum,qui ex vnitatibus componuntur.

Menſura Metaphyſica.

Conſequenter oſtendit Philoſophus,quomodò menſura traſfertur ad quandam ſimilitudinem dicens; quòd cùm ſit dictum, quòd menſura eſt qua quantitas rei cognoſcitur,nos dicimus ſcientiam eſſe menſuram rerum ſcibilium,& ſenſum menſuram ſenſibilium, quia cognoſcimus ſcibilia ſcientia,& ſenſibilia ſenſu,ſed hoc eſt ſimilitudinariè,quia ſecundùm veritatem ſcientia, & ſenſus magis menſurantur,quàm menſurent,non enim,quia nos aliquid ſcimus,aut ſentimus,ideò ſic eſt in rerum natura: ſed qnia ſic eſt in rerum natura,ideò aliquid verè ſcimus, aut ſentimus, vndè ſicut in ſciendo, & ſentiendo menſurantur res, quæ extra nos ſunt, ſic menſuramur quanti ſumus in corpore per cubitum, qui extra nos exiſtit, ità quòd ſicut cubitus exterius appoſitus eſt menſura quantitatis corporalis noſtræ, ità res ſcitæ, vel per ſenſum apprehenſæ ſunt menſuræ per quas poſſumus ſcire vtrùm verè cognoſcamus aliquid per ſenſum, vel per intellectum.

Scientia & ſenſus magis menſurantur quàm mẽſurent.

Scientia duplex practica & ſpeculatiua.

Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd duplex eſt ſcientia practica, & ſpeculatiua. Practica etiam eſt duplex ex Primo huius, quædam practica eſt operatiua ipſius operati,& hæc eſt practica vniuerſalis, quædam eſt operatiua immediatè, & hæc eſt practica particularis, loquendo de ſcientia ſpeculatiua,& practica,primo modo ipſum ſcibile menſurat ſcientiam pro quanto talis ſcientia cauſatur à rebus, ſed loquendo de ſcientia operatiua ipſum ſcibile habet rationem menſurabilis,& ipſa ſcientia rationem menſuræ, ex eo, quòd artificialia cauſantur à ſcientia practica; quia vnumquodque artificicium ſecundùm hoc perfectum eſt, quia habet ſimilitudinem artis, & hoc modo ſe habent omnia naturalia ad ſcientiam Dei,ſicut artificilia ad ſcientiam noſtram, quia ſcientia Dei eſt cauſa rerum; ità quòd ſcientia Dei eſt menſura naturalium.

Scientia practica duplex.

Dubium.

Deindè mouet Ariſtot. vnum dubium, videlicèt,

Digitized by Google

vtrum vnum ſit ſubſtantia aliqua per ſe exiſtens ſubſiſtens eo modo, quo ponebant Platonici.

In omni genere debet eſſe vnum, quod ſit metrum, & menſura omniū. Album eſt prius nigro. Menſura duplex.

Ad quod reſpondet dicens, quòd non; quia ſicut dictum eſt in Septimo. Nullum vniuerſalium poteſt eſſe ſubſtantia per ſe ſubſiſtens. Deinde dicit, quòd cùm ens, & vnum repetiantur in omni genere, & vnum habeat rationem menſuræ oportet, quòd in omnī genere ſit vnum, quod eſt metrum, & menſura omnium illius generis, vt in genere coloris, albedo eſt menſura; cùm ſit primum in coloribus, quod probat, qui colores medij generantur ex albo, & nigro, & ità ſunt poſteriores. Nigrum etiam eſt poſterius albo; cùm in nigro ſit modicum de luce, quæ facit colores.

Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd duplex eſt menſura, quędam menſurans per replicationem; ſicut pars aliquotiens ſumpta reddit totum; & hoc propriè ſpectat ad genus quantitatis. Alia eſt menſura ſecundùm perfectionem, & iſta reperitur in omni genere, & de hac loquitur hìc. Sic enim albedo eſt menſura colorum, quia ſecundùm, quod colores magis accedunt ad albedinem ſunt perfectiores, & ſecundùm quod magis recedunt ab albedine ſunt imperfectiores. Similiter homo eſt menſura in genere animalis.

Colores perfectiores & imperfectiores ſunt ſecundùm acceſſū & receſſum ad albedinem.

Notandùm inſuper, quòd Philoſophus dicit hìc, & in Libro de Senſu, & Senſato, quòd colores medij generantur ex albo, & nigro non intendit, quòd media contrariorum ſint verè compoſita ex extremis, quia huius media ſunt formę ſimplices, quia omnis forma eſt ſimplex in eſſentia ſecundùm Auctorem ſex principiorum.

Sciendum eſt ergo ſecundùm Doctorem Scotum, decima quinta diſ. ſecundi ſentętiarum, quòd Philoſophus accipit compoſitionem pro quadam conuenientia, & quaſi virtuali continentia, quia ſcilicèt media magis conueniunt cum extremis; quàm extrema inter ſe, eo modo, quo mixtū dicitur componi ex elementis, non quòd maneant in mixto ſecundùm eſſe intenſum, aut remiſſum: ſed quod quodlibet mixtum habet maiorem conuenientiam cum elementis, quàm elementa inter ſe: vndè, & formæ elementorum dicuntur virtualiter manere in forma mixti, vt dictum eſt Primo de generatione.

Digitized by Google

DE VNO PER COMPARATIONEM AD multa. Cap. II.

Opponuntur autem vnum, & multa, &c. Hîc determinat Ariſto. de vno per comparationem ad multa. Circà quod duo facit, primò enim determinat de vno, & multitudine, ſecundò de contrarietate conſequente multitudinem aliquam, primò dicit, quòd vnum, & multa opponuntur contrariè. Text.

Circà quod notandum, quòd hic vnum, & multa ſe habent ſicut diuiſibile, & indiuiſibile, quæ videntur opponi ſecundùm priuationem, & habitum: tamen hoc non obſtante vnum, & multa opponuntur contrariè: oppoſitio enim, quæ eſt ſecundùm priuationem eſt principium quodammodo oppoſitionis, quæ eſt ſecundùm cōtrarietatem; ſed etiam vocatur à Philoſopho prima contrarietas: ſemper enim vnum contrariorum eſt priuatio alterius, ſed non pura priuatio: cùm vtrumque ſit aliquid poſitiuum, licèt igitur vnitas dicit priuationem, & negationem diuiſionis, tamen vnum, & multa opponuntur contrariè, quia vnum vltrà hoc dicit aliquid poſitiuum Quarto huius. *Vnum, & multa quomodo ſe habent.* *Nota.*

Sed hîc eſt dubium, eſt enim impoſſibile, quòd vnũ, & multa opponantur contrariè, quia vnum conſtituit multitudinem: vnum contrariorum non conſtituit reliquum; ſed deſtruit: ergo, &c.

Dicendum, quòd cùm contraria differant ſecundùm formam: ſe habent enim, vt formæ maximè diſtantes, vt dicetur ſtatim; ideò cùm dicis alia eſſe contraria accipiendũ eſt vtrumque eorum ſecundùm quòd habet formam; non autem ſecundùm, quòd eſt pars habentis formam. Corpus enim ſecundùm, quòd accipitur, vt formam habens, opponitur animali, vt inanimatũ animato. Sed ſecundùm, ꝙ accipitur, vt pars, & vt informatũ anima nō opponitur aĩali, ſed eſt eius pars materialis, ſic enim videmus in numeris, nã quaternarius numerus cōſideratus, ſecundũ ſe, & ſecundùm propriam formam eſt diuerſa ſpecies à quinario: ſed ſi conſideretur, vt includitur in quinario, ſic eſt pars eius, & non diſtincta ſpecies ab eo.

Ad propoſitum dico, quòd vnũ in ſe acceptum, vt habens ꝓpriam ſuam formam opponitur multitudini, quia ſic, nec eſt multa, necècontrà, vt verò vnum cōſideratur, vt quoddam incompletum, & vt includitur in multitudine, vt ſic eſt pars multitudinis, ſic non opponitur ei. *Vnumquomodo multitudini opponitur.*

Digitized by Google

Quantùm ad ſecundùm, in quo Philoſophus determinat de contrarietate, notandum, quòd ſicut hæc, ſcilicèt idem ſimile, & æquale conſequuntur vnum, idem enim eſt vnum in ſubſtantia, ſimile eſt vnum in qualitate, æquale eſt vnum in quantitate, ſic diuerſum, diſſimile, & inæquale ſequuntur multitudinem. Et quia contrarietas eſt quædam differentia, ſiuè diuerſitas, ideò hîc tractat de contrarietate, dicens, quòd contraria ſunt formæ, quæ ſub eodem genere maximè diſtant.

Ad cuius euidentiam dicit Ariſtoteles, quòd ea, quæ differunt genere non ſunt comparabilia adinuicem Septimo Phyſicorum; ideò non eſt maxima differentia. Quo ad iſta verò, quę differunt ſpecie oportet maximam differentiam eſſe inter contraria, quia generationes mutuæ fiunt ex contrarijs, ſicut ex vltimis, licèt enim medium generetur ex extremo, & ex medio, & èconträ, vt palledo ex nigro, & rubeo; non tamen huiuſmodi generationes ſunt ex duobus quaſi vltimis, Cùm enim aliquid generetur ex nigro procedit ad pallidum.

Generationes mutuæ.

Adhuc vlterius poteſt procedere ad aliud magis differens, ſed cùm iam preueniat ad album non poteſt vlterius procedere ad aliud magis differens à nigro; & ſic ibi eſt ſtatus ſicut in vltimo.

Et propter hoc dicit, quòd generationes ſunt ex contrarijs, ſicut ex vltimis, ſed manifeſtum eſt, quod differentiarum vltimarum ſemper eſt maxima, ergo ſequitur, quòd inter ea, quæ differunt ſpecie differentia contrariorum eſt maxima. Ex hoc infert Philoſophus, quòd non contingit plura eſſe cõtraria vni, quia cũ cõtrarietas ſit maxima ex parte differentiarum, quaſi vltimarum, vnius autem diuiſi non poſſunt eſſe plura vltima, quàm duo, ſicut enim videmus, quòd vnius rectæ lineæ ſunt duo puncta extrema: nec iterũ vltimo eſt aliquid vlterius. Vndè impoſſibile eſt, ſi contrarietas ſit talis maxima diſtantia, quòd vni contrariorum contrarientur aliqua duo, quaſi vltima.

Corollaria.

Deindè oſtendit Ariſtoteles modos quibus aliqua dicuntur contraria, ſeu priuatiuè oppoſita, aliqua enim dicuntur contraria, quæ habent in ſe contraria, vt ignis, & aqua. Alia verò quia faciunt contraria, vt calefaciens, & frigefaciens. Alia verò ſunt virtualiter actiua talium, vt calefactiuum, & frigefactiuum: alia verò, quia ſunt acceptiones contrariorum, vt calefieri, & frigefieri: aut per hoc abiectiones dictorum contrariorum, vt corruptio caliditatis, & frigiditatis.

Digitized by Google

Conſequenter comparat Philoſophus contrarietatem ad alias oppoſitiones, dicens, quòd ſunt quatuor genera oppoſitionum, vt dictum eſt Quinto huius. Primum eſt contradictio, cuius ratio eſt, quia contradictio includitur in omnibus alijs tanquàm prius, & ſimplicius oppoſita, & ſecundũ quodcunque genus oppoſitionis, impoſſibile eſt ſimul exiſtere, quod quidem contingit ex hoc, quod alterum oppoſitorum de ſui ratione habet negationem alterius, ſicut de ratione cæci eſt, quod ſit non videns, & de ratione nigri, quòd ſit non album; de ratione filij, quòd ſit non pater, cuius eſt filius. Contrarietas tamen, & contradictio non ſunt omnimodè idem, quia in contradictione non eſt aliquid medium, vt patet Quarto huius. Contingit autem inter contraria eſſe medium. Item priuatio, & contradictio non ſunt idem abſolutè, quia licèt priuatio ſit quædam contradictio, inquantùm vnum priuatiuè oppoſitorum eſt negatio alterius: tamen priuatio propriè ſumpta ponit ſubiectum aptum natum: contradictio autem de ſui ratione, nec ponit exiſtentiam ſubiecti, nec aptitudinem in ſubiecto. Vndè extremum contradictionis verificatur de ente, & de non ente: vt animal non videt, & etiam non ens non videt.

In contradictione non eſt dare medium, licet aliquando inter contraria.

Notandùm autem, quòd Philoſophus dicit, quòd generationes non fiunt non ſolùm ex forma, ſeu habitu formæ ad priuationem: ſed etiam eſt contrà ex priuatione formæ, & ſpeciei ad habitum.

Priuatio duplex.

Exemplũ.

Ad cuius euidentiam dicendum, quòd priuatio eſt duplex, quædam enim eſt, quæ habet immediatum ordinem ad ſubiectum, nec reſpicit ſubiectum mediante forma. Exẽplum tenebra reſpicit medium iſto modo, & de illo intelligitur dictum Philoſophi, ſicut enim hoc modo eſt trãſitus ab habitu ad priuationem, ſic poteſt eſſe è contrà, aer enim de lucido fit tenebroſus, & de tenebroſo fit lucidus: alia eſt priuatio, quæ habet ordinem ad ſubiectum: non tamen, niſi mediante forma, quatenus enim corruptio illius formæ. Exemplum, cæcitas reſpicit oculum hoc modo mediante viſu, & mors corpus mediante vita; non autem ſic de priuatione primo mõ dicta, quia dato, quòd aer nunq̃ eſſet lucidus, ſeu luminoſus, nihilominus eſſet tenebroſus.

Exemplũ.

De ſecunda autem intelligitur dictum Philoſophi in Prædicamentis, quòd à priuatione in habitum non eſt regreſſus poſſibilis ſupple naturaliter.

Aliter poſſet dici meli⁹, quòd quędam eſt priuatio, cuius habitus eſt à principio innato, cuiuſmodi eſt cæcitas: quia

viſus eſt à principio intrinſeco. Alia eſt priuatio, cuius habitus eſt à principio extrinſeco, vt tenebra in medio. De prima intelligitur dictum Philoſophi in Prædicamentis: non autem de ſecunda. Vlterius dicit Philoſophus, quòd licèt non in omni genere ſit contrarietas ſpecierum, in omni genere tamen eſt contrarietas differentiarum: omnes enim differentiæ diuiſiuæ generis deſcendendo, vſq; ad indiuidua ſunt drtiæ contrariȩ: cùm vna dicat priuationem alterius, ſed cùm hoc ponit aliquid poſitiuum, irrationale enī non tantùm priuat, vel negat differentiam ſibi oppoſitam, ſcilicèt rationale, ſed vltrà hoc ponit aliquid poſitiuum, cùm ex ipſa, & genere habeat conſtitui aliqua ſpecies: hic nota, quæ dicta ſunt Capitulo Secũdo Quinto Phiſicorum.

In omni genere eſt contrarietas differentiarum.

Poſtremò dicit Ariſtoteles in hoc decimo, quòd corruptibile, & incorruptibile differunt plus, quàm genere.

Corruptibile, & incorruptibile quomodo differunt.

Pro quo notandum, quòd duplex eſt genus, ſcilicèt Phyſicum, & Logicum. Primum genus dicitur ſubſtantiale, ſiuè materia, ſiuè ſubiectum: vndè illa dicuntur ſic idem genere iſto modo quæcunque habent idem ſubiectum, vel materiam circà quam poſſunt habere trãſmutationem mutuam. Et quæ non poſſunt habere non ſunt idem genere: hoc modo dicit Philoſophus de hoc genere. Genere quidem differunt, quorum non eſt communis materia, nec generatio adinuicem: & de tali genere loquitur hic, quando dicit, quòd corruptibile, & incorruptibile differunt plus, quàm genere. Incorruptibilia ſecundùm Philoſophum, vel non habent materiam Octauo huius, vel ſi habent, non tamen talem, quòd poſſint cum corruptibilibus habere tranſmutationẽ mutuam, quia iàm non eſſent incorruptibilia. Secundum autem genus Logicum eſt, quod eſt prædicabile de pluribus. Vndè illa dicuntur eſſe in eodem genere iſto modo, quæcunque ſub aliquo communi taliter prædicabili continẽtur, & de tali genere non intelligit Phyloſophus, ſubſtãtia enim corporea, & incorporea ſe habent, vt corruptibile, & incorruptibile, & tamen habent aliquod commune prædicabile in quid ſcilicèt ſubſtantiam, & intelligo de incorruptibili creato, & finito ad excludendum infinitum, quod nõ eſt in genere.

Genus duplex. i. Phyſicum, & Logicum.

De primis principijs, et cauſis Entium; ſiue de Deo, & alijs intelligentijs Cap. vnicum.

Text.

Quod quidam igitur, &c. Poſtquam Philoſophus in libris præcedentibus determinauit de ente inquantùm ens, hic determinat de primis principijs, & cauſis entium, ſcilicèt ſubſtãtijs ſeparatis, ſiuè de Deo, & alijs intelligentijs. Circà quòd primò recolligit ea, quæ dicta ſunt in alijs libris, ſcilicèt in Octauo Phyſicorum, ſecundò circà medietatem Duodecimi inquirit; de primo ſufficiunt, quæ dicta ſunt in libris præcedentibus. Quantùm ad ſecundum oſtendit primò aliquam ſubſtantiam ſempiternam, immaterialem, & immortalem, ſecundò inquirit de eius vnitate, & pluralitate, & tertiò de eius operatione. Circà primum arguit ſic, motus Cœli eſt eternus, igitur eſt dare aliquam ſubſtantiam mouentem Cœlũ, probatio antecedẽtis, quia nec tempus incipit, nec deſinit, igitur nec motus, quia ſi Cœlum incepit, aut deſinet ſequitur, quod prius fuerit non eſſe temporis, quàm tempus, ſed hoc non poteſt eſſe, vt videt, quia non eſt poſſibile eſſe prius, & poſterius, niſi ſit tempus, cùm tempus nihil aliud ſit, quàm numerus motus, & ſic ſequitur, quòd tempus fuerit antequàm inciperet eſſe, quòd eſſet poſtquam deſineret eſſe. Sed ſciendum, quod hæc ratio Philoſophi non eſt demonſtratiua, non enim ſi ponimus tempus quãdoq; incepiſſe oportet ponere prius, niſi imaginatum. Sicut eùm dicimus, quod extra cœlum non eſt corpus ly extrà non eſt, niſi quaſi imaginatũ, ſicut ergo extra non oportet ponere locũ, quamuis extrà videatur locum ſignificare, ità non eſt neceſſarium, quòd tempus ſit prius, quàm incipiat, nec poſterius, quàm deſinat, licèt prius, & poſterius videant tempus ſignificare: ſed quamuis rationes Philoſophi probantes ſempiternitatem motus, & temporis non ſint demonſtratiuæ: tamen ea, quæ hìc ſumitur de ſempiternitate, & immutabilitate primæ ſubſtantiæ ex neceſſitate ſequitur, quia ſi non fuerit mũdus æternus, neceſſe eſt, quòd ſit productus in eſſe ab aliquo preexiſtente, & ſi hoc non ſit æternum, oportet, quòd ſit iterum productũ ab aliquo, & cùm non ſit proceſſus in infinitũ in cauſis, ſeu mouentibus, & motis, vt in ſecundo probatum eſt, neceſſe eſt ponere aliquam cauſam ſempiternam ſummè neceſſariam, & per conſequens aliquam eſſe, ità quòd eius,

Motus Cœli æternus ſecundum Philoſoph.

Digitized by Google

ſubſtantia ſit actus, quia ſi in eius ſubſtantia admiſceretur materia, ſeu potentialitas aliqua contingeret illam non eſſe, & ſic non eſſet ſempiterna, & ſummè neceſſaria, eſt igitur im- materialis penitus. Cum autem ſit talis ſubſtantia imobilis, & ſic mouens, ꝙ non mota oé, ꝙ moueat ſicut intellectuale, & deſiderabile, quia motus cœli eſt propter ipſũ, ſicut ꝑpter finem cauſatus ab aliquo mouente proximo, quod mouet propter primum mouens immobile, vt aſſimilet ſe ei in cauſando, & explicet in actu illud, quod eſt in virtute in primo motore, non eſt enim motus Cœli propter generationem, & corruptionem inferiorum, vt propter finem, cùm finis ſit nobilior eo, quod eſt ad finem, & vbi delectatio ſequitur operationem actualem alicuius intelligibilitatis, 10. Phyſicorum. Ideò ſequitur, quòd in illa intelligentia, qua intelligitur primum moués, quod eſt primum intelligibile, vel optima ſubſtantia eſt maxima delectatio. Et quia propter quod vnunquodque tale, & illud magis: ſequitur, quòd quicquid diuinum, & neceſſe ſit intelligere, & delectare in intellectu attingente multo magis inueniatur in intelligibili primo, quod attingitur, & ideò conſideratio, qua ipſe, Deus ſeipſum intelligit eſt delectabiliſſima, & nobiliſſima, &c.

Primo Poſt. text cõ. 6.

Nota.

Circà ſecundum, inquirit Philoſophus de pluralitate ſubſtantiarum immaterialium, ſeu intelligentiarum, & ponit numerum earum ſecundùm numerum motuum orbium cœleſtium.

Iuxta quod notandum, quòd quidem poſuerunt Philoſophum dixiſſe intelligentias omnes eſſe virtutis infinitæ: ſed hoc ſecundùm quolibetum Scoti ei male imponitur, nulli tamẽ Auctori videtur eſſe imponenda falſa ſententia, niſi habeatur expreſſè ex dictis eius, ſed angelum, ſeu intelligentiam eſſe virtutis infinitæ, & Deum eſt manifeſtè falſum: nec legitur ex littera eius expreſſè, immo oppoſitum patet per dicta eius, ideò malè ei imponitur. Si autem oppoſitum ſit de intentione eius patet, Duodecimo huius, inferius Capitulo vltimo. Concedit enim omnia entia habere inter ſe ordinem, & etiam magis ordinem eſſentialem ad vnum primum: ſed in infinitis non eſt ordo, nec ſicut ad finem, neque ad bonum alicuius, quia bonum in infinitis non eſt propter alterum, nec vt principiati, quia ipſum habet virtutem actiuam infinitam, & tamen ſecundum Ariſto, in fine Duodecimi. Entia nolunt male diſponi, nec pluralitas bona principatuum, vnus ergo princeps, & per conſequens

Entia nolunt malè regi nec pluralitas principatuum eſt bona.

Digitized by Google

ſequens non erunt plura infinita, quia tunc non eſſent ordinata iſto modo. Quòd autem entia nolunt malè diſponi, patet ex hoc, quòd vnumquodq; eſt optimè diſpoſitum in ſua natura. Vndè multò magis oportet hoc exterminare in toto vniuerſo. Item hoc videtur ex mente Ariſtotelis, Octauo Phyſicorum, vbi probat, quòd mouens potentialiter infinitè non poteſt immediatè mouere Cœlum, ergo mouetur immediatè ab aliquo mouente finito, ideſt intelligentia propria motrix, igitur quælibet intelligentia alia à prima eſt finita, & per conſequens non Deus. De intentione ergo Ariſtotelis aliæ à prima ſunt finitæ, & à prima productæ, & cauſatæ licèt ab æterno ſicut, & corpora Cœleſtia. Hoc idem vult Auicénas Nono Metaphyſicę, quòd omnis intelligentia eſt cauſata à prima, licèt ſecundùm quendam ordinem. Dicit enim, quòd prima intelligentia cauſat ſecundam, & ſecunda tertiam, & ſic deinceps, ſed ſecunda cauſat tertiam intelligendo primam, & ſic fortè exemplificat Philóſophus de modo ex ordine productionis, quia Ariſtoteles, non exemplificat. Vel ſi dicatur Ariſtoteles poſuiſſe omnem intelligentiam à prima productam; tunc licèt Auicénas contradicat ſibi quantùm ad ordinem quem ponit, tamen in propoſito concordat, ſcilicèt quòd intelligentia ſit cauſata, & per conſequens non Deus, nec potentiæ infinitæ. *Opinio Auicenna de intelligentia*

Circà tertium ſcilicèt circà operationem primæ intelligentiæ mouet Philoſophus, quædam dubia. Primum eſt vtrum intellectio primę intellentiæ ſit idem cum ſua eſſentia? Reſpondetur, quòd ſic, quia ſi non, igitur primum non erit optima ſubſtantia, conſequens eſt falſum: conſequentia probatur, quia per intelligere eſt volibile, quia omnis entis in actu primo vltima perfectio eſt in actu ſecundo, quo cõiungitur optimo maximè, ſi ſit actiuum, & non tantùm factiuum, ſed primum mouens eſt natura intellectualis, & per conſequens eſt actiuum, ergo vltima eius perfectio eſt in actu ſecundo, ſi ergo eſt actus, & non ſit eius ſubſtantia ſequitur, quòd eius ſubſtantia non erit optima, quia aliquid aliud erit ſuum optimum, cui coniungitur per iſtum actum ſecundum. *Aliqua Dubia. Primum Dubium. Reſponſio.*

Secundum dubium eſt, an intellectus, primi mouentis intelligat aliud à ſe? Ad quod reſpondet, quod non, quia ſi ſic, ergo aliud eſt nobilius eo, conſequens eſt falſum, quia ipſum eſt honorabiliſſimum, & diuiniſſimum, conſequentia probatur, quia omne mouens, vt ſic eſt nobilius moto, *Secundum Dubium. Reſponſio.*

Digitized by Google

& hoc dupliciter, primo modo ſingulare eſt vnum, & indiuiſibile, quòd non poteſt prædicari de multis, ſecundo modo vniuerſale dicitur vnum, & ſpecies, non quòd dicat vnã naturam numero in multis: ſed quia intellectus apprehendit, vt vnum illud, in quo omnia ſingularia conueniunt. Reducit autem hos quatuor modos ad vnam rationem vnius, nam propriè vnum eſt ens indiuiſibile, ſed in primis duobus modis dicitur vnum; quia modus eſt indiuiſibilis, in alijs vero duobus, quia eſt apprehenſio indiuiſibilis. Ex hac autem ratione vnius, quia ſcilicèt eſt indiuiſibile oſtẽdit Ariſto. quod eſt competit ratio menſuræ; Mẽſura nihil aliud eſt, quam illud, quo quantitas rei cognoſcitur, iſtud autem, quod eſt menſura, ſeu per quod quantitas rei cognoſcitur oportet, quòd ſit vnũ, & indiuiſibile ſimpl'r, vt vnitas, vel ſecundùm quid, vel ſecundùm aliquã indiuiſibilitatẽ ſecundùm ꝙ placuit auctoritati inſtituentium tale, ꝙ pro mẽſura ſumitur eſt menſura pedalis. Quod autem menſura oporteat eſſe aliquid indiuiſibile oſtendit, quia hæc eſt certa, à qua non poteſt aliquid auferri, vel addi, & ideò numerus eſt certus, ſicut menſura, quia vnum, quod eſt principiũ numeri eſt omninò indiuiſibile, nullã quoque additionẽ, aut ſubſtractionem ſuſcipiens manet vnum, ſed menſuræ generum quantitatis mutantur, hoc vnum, quod eſt indiuiſibile accipientes tanquàm aliquid minimum pro menſura ſecundùm quòd poſſibile eſt, quia ſi acciperet aliquid magnum, vt ſtadium in longitudinibus, & talentis, & ponderibus lateret, ſi aliquid modicum ſubtraheretur, vel adderetur: quia hoc manifeſtat Philoſophus velocitate motuũ, homines enim menſurant motus ſuos ſecundùm motum primi mobilis, ſcilicèt motum diurnum; qui eſt ſimplex, ſeu vniformis, & velociſſimus habens minimum de tempore.

Vnum propriè eſt indiuiſibile.

Menſura quid.

Conſequenter oſtendit Philoſophus, quòd ratio menſuræ primò ineſt quantitati diſcretæ, & maximè vnitati: quod probat, quia quantitas rei cognoſcitur per vnum aut per numerum: per vnum quidem, ſicut dicimus, vnum, ſtadium, vel vnum pedem: per numerum, ſicut dicimus, tria ſtadia, vel tres pedes. Vlterius cùm omnis numerus cognoſcatur per vnum, eò quòd numerus aliquotiens ſumptus, quemlibet numerum reddit: vndè relinquitur, quòd ratio menſuræ primò ineſt vni.

Ratio menſuræ primò ineſt quantitatis diſcretæ.

Deindè cùm dicitur, quòd ratio menſuræ deriuatur à numero, & vno ad alias quantitates: quia ſicut vnum, quod eſt principium numeri eſt indiuiſibile, ità in omnibus ge-

Digitized by Google

neribus quantitatis eſt aliquod vnum indiuiſibile ſecũdùm, quòd eſt menſura, & principium, ſicut in menſuratione differentiarum vtuntur homines, quaſi indiuiſibili menſura pedis.

Inſuper dicit, quòd ſecundùm menſuras conſiderandum eſt, quòd modus, ſeu menſura debet habere quandam conuenientiam cum menſurato, ſicut longitudo eſt menſura longitudinum; & latitudo latitudinum; & vnitas numerorum, qui ex vnitatibus componuntur.

Menſura Metaphyſica.

Conſequenter oſtendit Philoſophus, quomodò menſura traſfertur ad quandam ſimilitudinem dicens; quòd cùm ſit dictum, quòd menſura eſt qua quantitas rei cognoſcitur, nos dicimus ſcientiam eſſe menſuram rerum ſcibilium, & ſenſum menſuram ſenſibilium, quia cognoſcimus ſcibilia ſcientia, & ſenſibilia ſenſu, ſed hoc eſt ſimilitudinariè, quia ſecundùm veritatem ſcientia, & ſenſus magis menſurantur, quàm menſurent, non enim, quia nos aliquid ſcimus, aut ſentimus, ideò ſic eſt in rerum natura: ſed qnia ſic eſt in rerum natura, ideò aliquid verè ſcimus, aut ſentimus, vndè ſicut in ſciendo, & ſentiendo menſurantur res, quæ extra nos ſunt, ſic menſuramur quanti ſumus in corpore per cubitum, qui extra nos exiſtit, ità quòd ſicut cubitus exterius appoſitus eſt menſura quantitatis corporalis noſtræ, ità res ſcitæ, vel per ſenſum apprehenſæ ſunt menſuræ per quas poſſumus ſcire vtrùm verè cognoſcamus aliquid per ſenſum, vel per intellectum.

Scientia & ſenſus magis menſurantur quàm mẽſurent.

Scientia duplex practica & ſpeculatiua.

Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd duplex eſt ſcientia practica, & ſpeculatiua. Practica etiam eſt duplex ex Primo huius, quædam practica eſt operatiua ipſius operari, & hæc eſt practica vniuerſalis, quædam eſt operatiua immediatè, & hæc eſt practica particularis, loquendo de ſcientia ſpeculatiua, & practica, primo modo ipſum ſcibile menſurat ſcientiam pro quanto talis ſcientia cauſatur à rebus, ſed loquendo de ſcientia operatiua ipſum ſcibile habet rationem menſurabilis, & ipſa ſcientia rationem menſuræ, ex eo, quòd artificialia cauſantur à ſcientia practica; quia vnumquodque artificicium ſecundùm hoc perfectum eſt, quia habet ſimilitudinem artis, & hoc modo ſe habent omnia naturalia ad ſcientiam Dei, ſicut artificilia ad ſcientiam noſtram, quia ſcientia Dei eſt cauſa rerum; ità quòd ſcientia Dei eſt menſura naturalium.

Scientia practica duplex.

Dubium.

Deindè mouet Ariſtot. vnum dubium, videlicèt,

Digitized by Google

vtrum vnum ſit ſubſtantia aliqua per ſe exiſtens ſubſiſtens eo modo, quo ponebant Platonici.

In omni genere debet eſſe vnum, quod ſit metrum, & menſura omniũ.

Album eſt prius nigro.

Ad quod reſpondet dicens, quòd non; quia ſicut dictum eſt in Septimo. Nullum vniuerſalium poteſt eſſe ſubſtantia per ſe ſubſiſtens. Deinde dicit, quòd cùm ens, & vnum reperiantur in omni genere, & vnum habeat rationem menſuræ oportet, quòd in omnî genere ſit vnum, quod eſt metrum, & menſura omnium illius generis, vt in genere coloris, albedo eſt menſura; cùm ſit primum in coloribus, quod probat, qui colores medij generantur ex albo, & nigro, & ità ſunt poſteriores. Nigrum etiam eſt poſterius albo; cùm in nigro ſit modicum de luce, quæ facit colores.

Menſura duplex.

Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd duplex eſt menſura, quędam menſurans per replicationem; ſicut pars aliquotiens ſumpta reddit totum; & hoc propriè ſpectat ad genus quantitatis. Alia eſt menſura ſecundùm perfectionem, & iſta reperitur in omni genere, & de hac loquitur hîc. Sic enim albedo eſt menſura colorum, quia ſecundùm, quod colores magis accedunt ad albedinem ſunt perfectiores, & ſecundùm quod magis recedunt ab albedine ſunt imperfectiores. Similiter homo eſt menſura in genere animalis.

Colores perfectiores & imperfectiores ſunt ſecundùm acceſſũ & receſſum ad albedinem.

Notandùm inſuper, quòd Philoſophus dicit hîc, & in Libro de Senſu, & Senſato, quòd colores medij generantur ex albo, & nigro non intendit, quòd media contrariorum ſint verè compoſita ex extremis, quia huius media ſunt formę ſimplices, quia omnis forma eſt ſimplex in eſſentia ſecundùm Auctorem ſex principiorum.

Sciendum eſt ergo ſecundùm Doctorem Scotum, decima quinta diſ. ſecundi ſentẽtiarum, quòd Philoſophus accipit compoſitionem pro quadam conuenientia, & quaſi virtuali continentia, quia ſcilicèt media magis conueniunt cum extremis; quàm extrema inter ſe, eo modo, quo mixtũ dicitur componi ex elementis, non quòd maneant in mixto ſecundùm eſſe intenſum, aut remiſſum: ſed quod quodlibet mixtum habet maiorem conuenientiam cum elementis, quàm elementa inter ſe: vndè, & formæ elementorum dicuntur virtualiter manere in forma mixti, vt dictum eſt Primo de generatione.

Digitized by Google

De vno per comparationem ad multa. Cap. II.

Opponuntur autem vnum, & multa, &c. Hîc determinat Ariſto. de vno per comparationem ad multa. Circà quod duo facit, primò enim determinat de vno, & multitudine, ſecundò de contrarietate conſequente multitudinem aliquam, primò dicit, quòd vnum, & multa opponantur contrariè. Text.

Circà quod notandum, quòd hîc vnum, & multa ſe habent ſicut diuiſibile, & indiuiſibile, quæ videntur opponi ſecundùm priuationem, & habitum: tamen hoc non obſtante vnum, & multa opponuntur contrariè: oppoſitio enim, quæ eſt ſecundùm priuationem eſt principium quodammodo oppoſitionis, quæ eſt ſecundùm cõtrarietatem; ſed etiam vocatur à Philoſopho prima contrarietas: ſemper enim vnum contrariorum eſt priuatio alterius, ſed non pura priuatio: cùm vtrumque ſit aliquid poſitiuum, licèt igitur vnitas dicit priuationem, & negationem diuiſionis, tamen vnum, & multa opponuntur contrariè, quia vnum vltrà hoc dicit aliquid poſitiuum Quarto huius. *Vnum, & multa quomodo ſe habent.* *Nota.*

Sed hîc eſt dubium, eſt enim impoſſibile, quòd vnũ, & multa opponantur contrariè, quia vnum conſtituit multitudinem: vnum contrariorum non conſtituit reliquum; ſed deſtruit: ergo, &c.

Dicendum, quòd cùm contraria differant ſecundùm formam: ſe habent enim, vt formæ maximè diſtantes, vt dicetur ſtatim; ideò cùm dicis alia eſſe contraria accipiendũ eſt vtrumque eorum ſecundùm quòd habet formam; non autem ſecundùm, quòd eſt pars habentis formam. Corpus enim ſecundùm, quòd accipitur, vt formam habens, opponitur animali, vt inanimatũ animato. Sed ſecundùm, ꝙ accipitur, vt pars, & vt informatũ anima nõ opponitur aĩali, ſed eſt eius pars materialis, ſic enim videmus in numeris, nã quaternarius numerus cõſideratus, ſecundũ ſe, & ſecundùm propriam formam. eſt diuerſa ſpecies à quinario: ſed ſi conſideretur, vt includitur in quinario, ſic eſt pars eius, & non diſtincta ſpecies ab eo.

Ad propoſitum dico, quòd vnũ in ſe acceptum, vt habens ꝓpriam ſuam formam opponitur multitudini, quia ſic, nec eſt multa, nec ècontrà, vt verò vnum cõſideratur, vt quoddam incompletum, & vt includitur in multitudine, vt ſic eſt pars multitudinis, ſic non opponitur ei. *Vnumquomodo multitudini opponitur.*

Digitized by Google

Quantùm ad ſecundùm, in quo Philoſophus determinat de contrarietate, notandum, quòd ſicut hæc, ſcilicet idem ſimile, & æquale conſequuntur vnum, idem enim eſt vnum in ſubſtantia, ſimile eſt vnum in qualitate, æquale eſt vnum in quantitate, ſic diuerſum, diſſimile, & inæquale ſequuntur multitudinem. Et quia contrarietas eſt quædam differentia, ſiuè diuerſitas, ideò hic tractat de contrarietate, dicens, quòd contraria ſunt formæ, quæ ſub eodem genere maximè diſtant.

Ad cuius euidentiam dicit Ariſtoteles, quòd ea, quæ differunt genere non ſunt comparabilia adinuicem Septimo Phyſicorum; ideò non eſt maxima differentia. Quo ad iſta verò, quę differunt ſpecie oportet maximam differentiam eſſe inter contraria, quia generationes mutuæ fiunt ex contrarijs, ſicut ex vltimis, licèt enim medium generetur ex extremo, & ex medio, & ècontrà, vt palledo ex nigro, & rubeo; non tamen huiuſmodi generationes ſunt ex duobus quaſi vltimis, Cùm enim aliquid generetur ex nigro procedit ad pallidum.

Generationes mutuæ.

Adhuc vlterius poteſt procedere ad aliud magis differens, ſed cùm iam preueniat ad album non poteſt vlterius procedere ad aliud magis differens à nigro; & ſic ibi eſt ſtatus ſicut in vltimo.

Et propter hoc dicit, quòd generationes ſunt ex contrarijs, ſicut ex vltimis, ſed manifeſtum eſt, quod differentiarum vltimarum ſemper eſt maxima, ergo ſequitur, quòd inter ea, quæ differunt ſpecie differentia contrariorum eſt maxima. Ex hoc infert Philoſophus, quòd non contingit plura eſſe cõtraria vni, quia cũ cõtrarietas ſit maxima ex parte differentiarum, quaſi vltimarum, vnius autem diuiſi non poſſunt eſſe plura vltima, quàm duo, ſicut enim videmus, quòd vnius rectæ lineæ ſunt duo puncta extrema: nec iterũ vltimo eſt aliquid vlterius. Vndè impoſſibile eſt, ſi contrarietas ſit talis maxima diſtantia, quòd vni contrariorum contrarientur aliqua duo, quaſi vltima.

Corollarium.

Deindè oſtendit Ariſtoteles modos quibus aliqua dicuntur contraria, ſeu priuatiuè oppoſita; aliqua enim dicuntur contraria, quæ habent in ſe contraria, vt ignis, & aqua. Alia verò quia faciunt contraria, vt calefaciens, & frigefaciens. Alia verò ſunt virtualiter actiua talium, vt calefactiuum, & frigefactiuum: alia verò, quia ſunt acceptiones contrariorum, vt calefieri, & frigefieri: aut per hoc abiectiones dictorum contrariorum, vt corruptio caliditatis, & frigiditatis.

Digitized by Google

Conſequenter comparat Philoſophus contrarietatem ad alias oppoſitiones, dicens, quòd ſunt quatuor genera oppoſitionum, vt dictum eſt Quinto huius. Primum eſt contradictio, cuius ratio eſt, quia contradictio includitur in omnibus alijs tanquàm prius, & ſimplicius oppoſita, & ſecundũ quodcunque genus oppoſitionis, impoſſibile eſt ſimul exiſtere, quod quidem contingit ex hoc, quod alterum oppoſitorum de ſui ratione habet negationem alterius, ſicut de ratione cæci eſt, quod ſit non videns, & de ratione nigri, quòd ſit non album; de ratione filij, quòd ſit non pater, cuius eſt filius. Contrarietas tamen, & contradictio non ſunt omnimodè idem, quia in contradictione non eſt aliquid medium, vt patet Quarto huius. Contigit autem inter contraria eſſe medium. Item priuatio, & contradictio non ſunt idem abſolutè, quia licèt priuatio ſit quædam contradictio, inquantùm vnum priuatiuè oppoſitorum eſt negatio alterius: tamen priuatio propriè ſumpta ponit ſubiectum aptum natum: contradictio autem de ſui ratione, nec ponit exiſtentiam ſubiecti, nec aptitudinem in ſubiecto. Vndè extremum contradictionis verificatur de ente, & de non ente: vt animal non videt, & etiam non ens non videt.

In contradictione non eſt dare medium, licet aliquando inter contraria.

Notandùm autem, quòd Philoſophus dicit, quòd generationes non fiunt non ſolùm ex forma, ſeu habitu formæ ad priuationem: ſed etiam eſt contrà ex priuatione formæ, & ſpeciei ad habitum.

Priuatio duplex.

Exemplũ.

Ad cuius euidentiam dicendum, quòd priuatio eſt duplex, quædam enim eſt, quæ habet immediatum ordinem ad ſubiectum, nec reſpicit ſubiectum mediante forma. Exéplum tenebra reſpicit medium iſto modo, & de illo intelligitur dictum Philoſophi, ſicut enim hoc modo eſt trãſitus ab habitu ad priuationem, ſic poteſt eſſeècontrà, aer enim de lucido fit tenebroſus, & de tenebroſo fit lucidus: alia eſt priuatio, quæ habet ordinem ad ſubiectum: non tamen, niſi mediante forma, quatenus enim corruptio illius formæ. Exemplum, cæcitas reſpicit oculum hoc modo mediante viſu, & mors corpus mediante vita; non autem ſic de priuatione primo mõ dicta, quia dato, quòd aer nunq̃ eſſet lucidus, ſeu luminoſus, nihilominus eſſet tenebroſus.

Exemplũ.

De ſecunda autem intelligitur dictum Philoſophi in Prædicamentis, quòd à priuatione in habitum non eſt regreſſus poſſibilis ſupple naturaliter.

Aliter poſſet dici meli⁹, quòd quędam eſt priuatio, cuius habitus eſt à principio innato, cuiuſmodi eſt cæcitas: quia

viſus eſt à principio intrinſeco. Alia eſt priuatio, cuius habitus eſt à principio extrinſeco, vt tenebra in medio. De prima intelligitur dictum Philoſophi in Prædicamentis: non autem de ſecunda. Vlterius dicit Philoſophus, quòd licèt non in omni genere ſit contrarietas ſpecierum, in omni genere tamen eſt contrarietas differentiarum: omnes enim differentiæ diuiſiuæ generis deſcendendo, vſq; ad indiuidua ſunt dr̃iæ contrariæ cùm vna dicat priuationem alterius, ſed cùm hoc ponit aliquid poſitiuum, irrationale enĩ non tantùm priuat, vel negat differentiam ſibi oppoſitam, ſcilicet rationale, ſed vltrà hoc ponit aliquid poſitiuum, cùm ex ipſa, & genere habeat conſtitui aliqua ſpecies: hîc nota, quæ dicta ſunt Capitulo Secũdo Quinto Phiſicorum.

In omni genere eſt contrarietas differentiarum.

Poſtremò dicit Ariſtoteles in hoc decimo, quòd corruptibile, & incorruptibile differunt plus, quàm genere.

Corruptibile, & incorruptibile quomodo differunt

Pro quo notandum, quòd duplex eſt genus, ſcilicèt Phyſicum, & Logicum. Primum genus dicitur ſubſtantiale, ſiuè materia, ſiuè ſubiectum: vndè illa dicuntur ſic idem genere iſto modo quæcunque habent idem ſubiectum, vel materiam circà quam poſſunt habere trãſmutationem mutuam. Et quæ non poſſunt habere non ſunt idem genere: hoc modo dicit Philoſophus de hoc genere. Genere quidem differunt, quorum non eſt communis materia, nec generatio adinuicem: & de tali genere loquitur hîc, quando dicit, quòd corruptibile, & incorruptibile differunt plus, quàm genere. Incorruptibilia ſecundùm Philoſophum, vel non habent materiam Octauo huius, vel ſi habent, non tamen talem, quòd poſſunt cum corruptibilibus habere tranſmutationẽ mutuam, quia iàm non eſſent incorruptibilia. Secundum autem genus Logicum eſt, quod eſt prædicabile de pluribus. Vndè illa dicuntur eſſe in eodem genere iſto modo, quæcunque ſub aliquo communi taliter prædicabili continẽtur, & de tali genere non intelligit Phyloſophus, ſubſtãtia enim corporea, & incorporea ſe habent, vt corruptibile, & incorruptibile, & tamen habent aliquod commune prædicabile in quid ſcilicèt ſubſtantiam, & intelligo de incorruptibili creato, & finito ad excludendum infinitum, quod nõ eſt in genere.

Genus duplex. ſ. Phyſicum, & Logicum.

De primis principijs, et causis Entium; siue de Deo, & alijs intelligentijs Cap. vnicum.

Text.

Quod quidam igitur, &c. Poſtquam Philoſophus in libris præcedentibus determinauit de ente inquantum ens, hic determinat de primis principijs, & cauſis entium, ſcilicet ſubſtãtijs ſeparatis, ſiuè de Deo, & alijs intelligentijs. Circà quòd primò recolligit ea, quæ dicta ſunt in alijs libris, ſcilicèt in Octauo Phyſicorum, ſecundò circà medietatem Duodecimi inquirit, de primo ſufficiunt, quæ dicta ſunt in libris præcedentibus. Quantùm ad ſecundum oſtendit primò aliquam] ſubſtantiam ſempiternam, immaterialem, & immortalem, ſecundò inquirit de eius vnitate, & pluralitate, & tertiò de eius operatione. Circà primum arguit ſic, motus Cœli eſt eternus, igitur eſt dare aliquam ſubſtantiam mouentem Cœlũ, probatio antecedẽtis, quia nec tempus incipit, nec deſinit, igitur nec motus, quia ſi Cœlum incepit, aut deſinet ſequitur, quod prius fuerit non eſſe temporis, quàm tempus, ſed hoc non poteſt eſſe, vt videt, quia non eſt poſſibile eſſe prius, & poſterius, niſi ſit tempus, cùm tempus nihil aliud ſit, quàm numerus motus, & ſic ſequitur, quòd tempus fuerit antequàm inciperet eſſe, quòd eſſet poſtquam deſineret eſſe. Sed ſciendum, quod hæc ratio Philoſophi non eſt demonſtratiua, non enim ſi ponimus tempus quãdoq; incepiſſe oportet ponere prius, niſi imaginatum. Sicut cùm dicimus, quod extra cœlum non eſt corpus ly extrà non eſt, niſi quaſi imaginatũ, ſicut ergo extra non oportet ponere locũ, quamuis extrà videatur locum ſignificare, ità non eſt neceſſarium, quòd tempus ſit prius, quàm incipiat, nec poſterius, quàm deſinat, licèt prius, & poſterius videant tempus ſignificare: ſed quamuis rationes Philoſophi probantes ſempiternitatem motus, & temporis non ſint demonſtratiuæ: tamen ea, quæ hìc ſumitur de ſempiternitate, & immutabilitate primæ ſubſtantiæ ex neceſſitate ſequitur, quia ſi non fuerit mũdus æternus, neceſſe eſt, quòd ſit productus in eſſe ab aliquo prçexiſtente, & ſi hoc non ſit æternum, oportet, quòd ſit iterum productũ ab aliquo, & cùm non ſit proceſſus in infinitũ in cauſis, ſeu mouentibus, & motis, vt in ſecundo probatum eſt, neceſſe eſt ponere aliquam cauſam ſempiternam ſummè neceſſariam, & per conſequens aliquam eſſe, ità quòd eius,

Motus Cœli æternus ſecundum Philoſoph.

Digitized by Google

ſequens non erunt plura infinita, quia tunc non eſſent ordinata iſto modo. Quòd autem entia nolunt malè diſponi, patet ex hoc, quòd vnumquodq; eſt optimè diſpoſitum in ſua natura. Vndè multò magis oportet hoc exterminare in toto vniuerſo. Item hoc videtur ex mente Ariſtotelis, Octauo Phyſicorum, vbi probat, quòd mouens potentialiter infinitè non poteſt immediatè mouere Cœlum, ergo mouetur immediatè ab aliquo mouente finito, ideſt intelligentia propria motrix, igitur quælibet intelligentia alia à prima eſt finita, & per conſequens non Deus. De intentione ergo Ariſtotelis aliç à prima ſunt finitæ, & à prima productæ, & cauſatæ licèt ab æterno ſicut, & corpora Cœleſtia. Hoc idem vult Auicénas Nono Metaphyſicę, quòd omnis intelligentia eſt cauſata à prima, licèt ſecundùm quendam ordinem. Dicit enim, quòd prima intelligentia cauſat ſecundam, & ſecunda tertiam, & ſic deinceps, ſed ſecunda cauſat tertiam intelligendo primam, & ſic fortè exemplificat Philóſophus de modo ex ordine productionis, quia Ariſtoteles, non exemplificat. Vel ſi dicatur Ariſtoteles poſuiſſe omnem intelligentiam à prima productam; tunc licèt Auicénas contradicat ſibi quantùm ad ordinem quem ponit, tamen in propoſito concordat, ſcilicèt quòd intelligentia ſit cauſata, & per conſequens non Deus, nec potentiæ infinitæ. *Opinio Auicenna de intelligentia*

Circà tertium ſcilicèt circà operationem primæ intelligentiæ mouet Philoſophus, quædam dubia. Primum eſt vtrum intellectio primę intellentiæ ſit idem cum ſua eſſentia? Reſpondetur, quòd ſic, quia ſi non, igitur primum non erit optima ſubſtantia, conſequens eſt falſum: conſequentia probatur, quia per intelligere eſt volibile, quia omnis entis in actu primo vltima perfectio eſt in actu ſecundo, quo cōiungitur optimo maximè, ſi ſit actiuum, & non tantùm factiuum, ſed primum mouens eſt natura intellectualis, & per conſequens eſt actiuum, ergo vltima eius perfectio eſt in actu ſecundo, ſi ergo eſt actus, & non ſit eius ſubſtantia ſequitur, quòd eius ſubſtantia non erit optima, quia aliquid aliud erit ſuum optimum, cui coniungitur per iſtum actum ſecundum. *Aliqua Dubia. Primum Dubium. Reſponſio.*

Secundum dubium eſt, an intellectus, primi mouentis intelligat aliud à ſe? Ad quod reſpondet, quod non, quia ſi ſic, ergo aliud eſt nobilius eo, conſequens eſt falſum, quia ipſum eſt honorabiliſſimum, & diuiniſſimum, conſequentia probatur, quia omne mouens, vt ſic eſt nobilius moto, *Secundum Dubium. Reſponſio.*

Digitized by Google

obiectum autem eſt mouens potentiam.

Circa quod notandũ, quòd Philoſophus non vult ſimpliciter negare, quin Deus intelligat alia à ſe, ſed quòd nihil aliud à Deo habet rationem motiui, nec perficientis reſpectu intellectus primi diuini, & hoc modo intelligit Philoſophus, quòd intellectus primi non intelligit alia à ſe, quia tunc vileſceret, hoc tamen non obſtante intelligit omnia alia à ſe, intelligendo eſſentiam ſuam, in qua eminenter, & virtualiter continentur, & intellectui ſuo clariſſimè repreſentantur, quod ſic patet: cùm enim ipſe ſit ſuum intelligere, ipſe autem eſt ens deſiderabiliſſimum, & potētiſſimum, neceſſe ē, quòd ſuum intelligere ſit perfectiſſimum, perfectiſſimè igitur intelligit ſeipſum, quantò autem aliquid principium perfectius intelligitur, tantò magis intelliguntur in eo effectus eius, nàm principiata continentur in virtute principij, cum ergo à primo principio, quod eſt Deus dependeat Cœlum, & tota natura, manifeſtum eſt, quòd Deus cognoſcendo ſeipſum omnia alia cognoſcit.

Tertium. Dubium. Tertium dubium eſt, quia ſuprà dictum eſt primum mouens mouet, ſicut bonum, & appetibile, bonum autē, quod eſt finis alicuius eſt duplex. Eſt enim finis extrinſecus ab eo, quod eſt ad finē, ſicut dicitur, quòd locus eſt finis eius, quod mouetur localiter. Eſt etiam finis intrà, ſicut forma eſt finis generationis, forma autem alicuius totius, quod eſt vnum per ordinationem quandam partium, eſt ordo totius ipſius, vndè relinquitur, quòd ſit bonum eius. Quærit igitur Philoſophus, vtrùm natura totius vniuerſi habeat bonum, & optimum, ideſt finem proprium, quaſi aliquid ſeparatum à primo, vel habeat bonum, & optimum in ordine ſuarum partium per modum, quo bonum alicuius rei naturalis eſt ſua forma. Ad quod reſpondet, quòd vniuerſum vtroque modo habet bonum, & finem. Eſt enim aliquod bonum ſeparatum, quod eſt primum mouens ex quo dependet Cœlum, & tota natura, ſicut ex fine, & bono appetibili, vt dictũ eſt, & quia omnia, quorum vnus eſt finis, oportet, quòd in ordine ad finem communicet neceſſe eſt etiam, quòd in partibus vniuerſi ordo aliquis inueniatur, & ſic vniuerſum habet bonum ſeparatum, & bonum ordinem, ſicut videmus in exercitu; nàm bonum exercitus eſt, & in ipſo ordine exercitus, & in duce, qui exercitui præſidet, ſed magis eſt bonum exercitus in duce, quàm in ordine, quia finis eſt potior his, quæ ſunt ad finem. Ordo enim exercitus eſt

Finis eſt potior his, quæ ſunt ad finem.

Digitized by Google

propter bonum Ducis ad implendum voluntatem ducis in victoriæ conſecutionem, non autem èconträ, bonum Ducis eſt propter bonum ordinis, quia ratio eorum, quæ ſunt ad finem, ſumitur ex fine, ideò neceſſe eſt, quòd non ſolùm ordo exercitus ſit propter Ducem, ſed etiam, quòd à Duce ſit ordo exercitus. Itä etiam bonum ſeparatum eſt primum mouens quòd & melius bonum bono ordinis, quod eſt in vniuerſo totius, ordo enim vniuerſi eſt propter mouentem, vt ſi explicetur in vniuerſo illud, quod eſt in intellectu, & voluntate primi mouentis, & ſic oportet, quòd à primo mouente ſit tota coordinatio vniuerſi.

Ex prædictis patet, quomodò ad Metaphyſicum ſpectat cognitio Dei, & ſubſtantiarum ſeparatarum. Oſtendit enim hîc Philoſophus de Deo, quantùm ad ſolas paſſiones entis, paſſiones enim entis ſimplices ſunt vnum, verum, bonum. Paſſiones autem diſiunctæ ſunt finitum, & infinitum; neceſſarium, & contingens, prius, & poſterius, & actus, & potentia. De ente autem, oſtendit meliores paſſiones ſimplices entis probando de Deo vnitatem, quia eſt vnus Princeps. Item veritatem, & bonitatem, quia eſt primum intelligibile, & appetibile, itä paſſiones diſiunctas probando, quòd eſt ens, primum, & perfectiſſimum, infinitum, ſummè neceſſarium, & actualiſſimum: cùm eius ſubſtantia ſit actus primus, ſine mixtione cuiuſlibet potentialitatis, & cùm ſit ſuum intelligere ſimpliciter. Cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Entis paſſiones ſimplices, & diſiuncta quæ.

FINIS.

EIVSDEM DOCTORIS MAGISTRI NICOLAI DE ORBELLIS, DIGNISSIMVM, ET vtiliſſimum Compendium cõſiderationis Mathematicæ, quò ad Arithmeticam, & Geometriam ſecundùm ea, quæ ſunt magis neceſſaria naturalibus, & ſupernaturalibus ſcientijs.

AVTHORIS PROEMIVM.

Intentio Doctoris in hoc compendio.

SICVT dicit Philoſophus Sexto Metaphyſicæ, Theorica, ſiuè ſcientia ſpeculatiua, diuiditur in Phyſicam, Metaphyſicam, & Mathematicam de ijs tribus quantùm arbitror fore, vt in pluribus neceſſariã pro Doctoribus Theologicis intelligendis, in preſenti Compendio duce Altiſſimo, tractabo Doctrinam, ſequendo Doctorem Subtiliſſimũ Magiſtrum Ioannẽ Scotũ Duns, qui fuit natiõe Scotus, cuius dictis nihil diſſonum hìc terminare, vel aſſerere intendo. Tractanda aũt in hoc Compendio ſub verbis planis, ac ſatis intelligibilibus reſſerabo, & nè à me loqui videar ſignabo, vt ſæpius in quibus libris, ſeu librorum concluſionibus Doctor Subtilis, tractat materias in hoc Compendio poſitas, nec mirùm alicui videatur, ſi ea, quæ in tot, & tantis libris Philoſophiæ diffuſæ habentur, hìc Compendioſè tractenrur: hoc enim per agere ſatis vtile eſt, quòd patet triplici ratione, primò, quia multæ materiæ, quæ tractantur in Philoſophia, non ſunt magnæ neceſſitatis pro Theologo. Secundò, quia quàm plures materiæ Phyſicæ, æquè benè, immò melius, tractantur in Theologia, quàm in Philoſophia, vt patet intuenti opera Doctorum, ſuper libris Sententiarum, ideò circà tales materias nõ ẽ diutius immorandum. Tertiò, hoc idem patet, quia eadem materia, tractatur in pluribus libris Philoſophiæ, vt patet intuentibus textum Philoſophicum commentis, & quæſtionibus ſupredictis.

Digitized by Google

Ordo verò dicendorum in hoc Compendio, quò ad Phyſicã, & Metaphyſicam, quas à Philoſopho habemus erit ſm̃ proceſſum textus eius, vt eius mens melius, ſuperis valeat perpendi. Non ſic autem, quò ad Mathematicam, quam ab ipſo non habemus. Et quò ad hoc primò perſcrutandum eſt de Mathematica, deindè de Phyſica, & conſequenter de Metaphyſica, cui' cauſam innuit Ariſtotelis Sexto Ethicorum, quia Mathematicalia non trãſcendunt imaginationẽ, neque requirunt experiẽtiam, quæ requirit temporis longitudinem: Metaphyſicalia tranſcendunt ſenſum, & imaginationem, & ſunt intelligibilia. Inuit igitur ibi Ariſtoteles, quod iuuenes poſt Logicam primò ſunt imbuendi in Mathematica, deindè in Phyſica: Tertiò in Metaphyſica.

Ordo dicendorum.

Iuuenes quomodo imbuendi ſunt in ſcientijs.

DE ARITHMETICA. Cap. I.

Circà Mathematicam, quæ eſt de ſubſtantia quanta, vt oſtenditur Sexto Metaphyſicæ, notandum, quòd huiuſmodi ſcientia, habet diuidi ſecundùm diuiſionem quantitatis. Eſt enim duplex quantitas, ſcilicèt diſcreta, & continua, ſic eſt duplex ſcientia Mathematicalis, ſcilicèt Arithmetica, quæ eſt de quantitate diſcreta, id-eſt de numeris, & Geometria, quæ eſt de quantitate cõtinua, ſcilicèt de magnitudinibus. Muſica verò, cùm ſit de numero ſonore, ſiuè de proportionibus numeralibus applicatis, ad ſonos ſubalternatur Arithmeticæ, cùm habeat ſubiectũ ſub ſubiecto Arithmeticæ, & accipiat prĩcipia ſua ab Arithmetica, & ſubiectum eius addat differentiam accidentalem, ad ſubiectum Arithmeticæ, quia addit ſonum ipſi nũero, quæ quidẽ tres conditiones requiruntur, ad hoc, quòd vna ſcĩa ſit ſubalternata alteri, cõſimiliter Perſpectiua, quæ eſt de linea viſuali ſubalternatur Geometriæ, & hoc per eandem rationem, de ijs autem duabus ſcientijs, nihil ad præſens, ſed ſolùm tanquàm aliquid de Arithmetica, & Geometria. Aſtrologia non eſt purè Mathematica, cùm conſideret motus aſtrorum, ſed eſt media inter Mathematicam, & naturalem, prĩcipia enĩ Mathematicalia applicat ad res naturales, de qua vide tractatum de Sphera, qui quidem ẽ quàm plurimũ vtilis, de quo plura tangentur in libro de Cœlo, & mundo. Eſt ergo prius videndum de Arithmetica, quàm de Geometria, tum quia vnitas, quæ eſt principium numeri, eſt prior puncto, qui eſt principium lineæ: punctus enim vltrà vnitatem

Mathematica eſt de ſubſtantia quanta.

Quantitas eſt duplex diſcreta, & continua.

Ad ſcientiam ſubalternatam. Tres conditiones requiruntur.

Vnitas eſt prior pũcto.

Digitized by Google

addit poſitionem in continuo, tùm quia paſſiones numeri deſeruiunt in magnitudinibus. Proportio enim in magnitudinibus ſumitur à proportione in numeris,& ideò Euclides Arithmeticam Geometriæ interpoſuit Geometria ergo eſt aſſecutiua Arithmeticæ, ſicut Rethorica eſt Dyalecticæ:perſcrutandum eſt ergo, primò de Arithmetica, quæ vt dictum eſt conſiderat de numero. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt,quod triplex eſt numerus, ſcilicèt numerus numerans,numerus numeratus, & numerus, quo numeramus: Numerus numerans eſt ipſa anima numerãs res ipſas, Numerus numeratus ſunt res numeratæ; Numerus verò, quo numeramus eſt ipſa quantitas diſcreta,de qua in propoſito; eſt autem numerus multitudo,ex vnitatibus aggregata. Dubitatur autem à qua vnitate numerus ſit vnus formaliter, & dicitur à quodam expoſitore,quòd numerus eſt vnus formaliter ab vltima vnitate, ità quòd omnes alij ſunt partes materiales. Sola autem vltima eſt formalis, & completiua aliarum, vt ſicut diffinitio eſt vna ab vltima differentia ſpecifica, ſic numerus ſit vnus ab vltima vnitate.

Arithmetica conſiderat de numero.

Numerus eſt triplex.

Numerus numerans, numerus numerat', & numerus quo numeramus.

Numerus quid.

Dubium.

Obiectio.

Sed contrà, quia forma eſt formaliter in materia, alioquin non fieret vnum ex eis:ſed tantùm eſſet iuxtapoſitio eorum, ſed vltima vnitas non eſt talis, ſed ſunt diſtinctè: &diſcretè,ergo vltima vnitas non eſt formalis aliarum. Dicendum ergo aliter, quòd in numeris eſt conſiderare dum vnitatem in duplici differentia,quia quædam ſunt vnitates materiales, quędam formales. Exemplum,in quinario ſunt vnitates quĩque materiales. ex quibus materialiter integratur; & eſt vnitas à qua numerus quinarius eſt vnus ſpecie, vnitas autem hæc innominata eſt, & eſt ſua forma ſpecifica,vel paſſio conſequens formam ſpecificam, ſicut homo eſt vnus forma, vel vnitate conſequente, vt paſſio conſequitur ſuam formã,hæc autem vnitas innominata ſit A.hæc autem vnitas totum denominat vnum,& in ſecundo modo dicendi per ſe,ſimiliter eſt in aliis ſpeciebus numerorum, vlterius ſciendum, quòd vnus numerus poteſt comparari ad alium diuerſimodè,& ſic ſecundùm hoc,poſſunt ſumi multi modi proportionum numeralium Eſt enim proportio habitudo, ſeu comparatio vnius quantitatis ad aliam, & hæc eſt duplex,ſcilicet æqualitatis, cùm ſcilicet numerus æqualis comparatur nũero æquali, vt duo ad duo,alia eſt proportio inæqualitatis,cùm ſcilicèt numeri ſunt inæquales,& hoc dupliciter, quia vel ſecundùm inæqualitatem maiorem, cùm ſcilicèt,maior numerus cõparatur minori, vt quatuor ad duo;vel ſm minorem inęqualitatem; vt duo ad quatuor,

Vnitatem numeri duplex.

Exemplũ.

Vnus nũerus cõparatur multipliciter ad alium.

Proportio quid, & quotuplex.

Digitized by Google

Proportionis autẽ maioris inæqualitatis ſunt quinque ſpecies, quarũ tres sũt ſimplices, & duæ cõpoſitæ, ſimplices sũt proportio multiplex, proportio ſuperparticularis, proportio ſuperpartiens, compoſitæ verò ſunt duæ, ſcilicet, multiplex, ſuperparticularis, & multiplex ſuperpartiens: Eſt autem proportio multiplex, quandò numerus maior reſpectu minoris aliquoties cõtinet, ipſum, & hoc multipliciter, aliquoties enim numerus maior continet minorem bis, vt ſe habent quatuor ad duo, & ſic eſt proportio dupla, aliquandò continet ipſum ter, vt ſex ad duo, & ſic eſt proportio tripla. Aliquando verò quater, & ſic eſt proportio quadrupla, & ſic in infinitum. Superparticularis autẽ proportio dicitur, quãdò numerus maior continet, minorem ſemel inſuper aliquam partem eius aliquotam, & hoc multipliciter, ſi enim continet totum, & mediam partem eſt proportio ſexquialtera, vt tria ad duo, ſi autem contineat totum, & partem eius tertiam, dicitur ſexqui tertia; vt quatuor ad tria. Si verò totum, & quantã partem contineat, dicitur ſexqui quarta, vt quinque ad quatuor, & ſic deinceps. Proportio ſuperpartiens eſt, quandò maior numerus continet minorem ſemel, & cùm hoc partem non aliquotam minoris numeri, ſic eſt proportio quinq; ad tria: Vndè quinque cõtinet tria ſemel, & non pluries, & cũ hoc binariũ, quæ non eſt pars aliquota ternarij, licèt contineant duas partes aliquotas eius, deindè viſo quomodò maius continet minus in ſe ſemel, & nõ pluries, & cum hoc partem non aliquota minoris, videndum eſt de parte non aliquotta, quot partes aliquottas in ſe contineãt numeri minoris, vndè ſi duas, dicitur proportio ſuperbipertiens, ſicut proporio quinque ad tria, ſi tres, ſupertripertiens ſicutdicitur quinque ad octo: ſi quatuor, ſuperquadripartiens, ſicut 9. ad, 5. & ſic in infinitũ. Multiplex autẽ ſuperpartiẽs ẽ qñ maior numerus continet pluries minorẽ, vt inſuper aliqua partẽ eius, & ſi quidẽ cõtineat ipſum bis, & mediã partẽ dicitur duplũ ſexqui alterũ, vt quinq; ad duo, ſi autẽ ter, & mediã partẽ eius vocabitur triplũ ſexqui alterũ. vt ſeptẽ ad duo, & ſic de aliis. Iſta enim quarta ſpẽs eſt cõpoſita ex prima, & ſ'a ſpeciebus, Quinta ſpẽs ẽ multiplex, ſuper partiẽs, qñ.ſ. numerus maior hẽt totũ minorẽ pluries, & etiã pluries ptes eius, & hęc eſt ſpẽs cõpoſita, prima, & tertia ſpecieb9, & ideò poteſt diuidi. ſ'm ſpecies multiplicitatis, & ſecundùm ſpecies ſuperpartiens, vt dicatur duplũ ſuperbipartiẽs, quandò numerus maior habet totum minorem bis, & duas partes eius, ſicut octo ad tria, & ſicut de aliis.

Proportionũ multiplicitas.

Tot autem ſunt ſpecies numerorum minoris inæqualitatis, quot ſunt maioris, ſed denominationes exprimunt per ſubiectum, nam numerus minor dicitur ſubmultiplex, ſubparticularis, ſub ſubpartiens & ſic de ſpeciebs ſpecialiſſimis, vt ſubduplum, ſubtriplum, &c. proportionalitas fundatur autē ſuper proportiones, eſt enim, vt dicit Euclides, Quinto proportionum ſimilitudo, & diuiditur, quia, vel ſecundùm idemptitatē exceſſus, vel ſm idemptitatē proportionis, proportionū habitudo, ſi ſit idemptitas, vel æqualitas exceſſus, ſic dicitur proportionalitas Arithmetica, vt ſicut ſe habent ſex ad quatuor, ità octo ad ſex, ſicut enim ſex excedunt quatuor in duobus, ſic octo excedunt ſex in duobus, ſi autem ſit æqualitas proportionis, ſic dicitur proportionalitas Geometrica, vt ſicut ſe habent ſex ad quatuor, Ità duodecim ad octo; ſicut enim ſex ad quatuor eſt proportio ſexqui altera, ſic Duodecim ad Octo. Eſt igitur æqualitas, vel idemptitas proportionis; non tamen exceſſus. Plus enim Duodecim excedunt octo, quam ſex quatuor.

Proportio quid, & vbi fundatur.

Sciendum vlterius, quòd numerus, quo numeramus, ſcilicèt numerus Mathematicus, diuiditur in numerū, parem, & imparem. Numerus par eſt ille, qui in duo æqualia poteſt partiri, numerus autem impar non ſic: diuiditur vlterius numerus per perfectos, ſuperfluos, & diminutos, numerus perfectus dicitur à Mathematicis, qui omnibus partibus ſuis aliquotis, agregatis eſt æqualis, & dicitur pars aliquota, quæ aliquotiens ſumpta reddit ſuum totum. (Verbi gratia) ſenarij partes aliquotæ, ſūt vnum, duo, tres, quæ omnes aggregatæ ſenarium conſtituunt. Alio modo numerus perfectus dicitur, qui cōſtat ex omnibus partibus ſuis ſimul ſumptis, & ſic ternarius numerus eſt perfectior, & in hoc perfectionem ſenarij excedit. Tertio modo dicitur numerus perfectus, quia in eo eſt ſtatus numerorum, & ſic denarius eſt perfectus, & eſt primus terminus, ad quem ſtat reſolutio numerorum; vndè denarius eſt primus limes. Secundus verò limes, eſt qui ſit exductu in ſe, ſcilicèt, numerus centenarius. Tertius exductu denarij in centum, ſcilicèt, millenarius, & ſic in infinitum.

Numeri Mathematici diuiſio. Numerus perfectus quid.

Numerus autem ſuperfluus, vel abundans dicitur cuius partes agregatæ excreſcunt totum in numerum maiorem, vt numerus duodenarius, cuius partes aliquotæ ſunt vnitas, binarius, ternarius, quaternarius, ſenarius, qui ſimul inuicem producunt ſexdecim.

Numerus ſuperfluus quid.

Numerus verò diminutus dicitur, cuius partes aggregatæ

Numerus diminutus

Digitized by Google

minorem numerum conſtituunt ſicut octonarius, cuius partes .ſ. vnitas, binarius, quaternarius, in ſepté deſcédunt.

quid.

Numerus autem impar quidam eſt primus, & incompoſitus, qui ſcilicèt nullam habet partem aliquotam, niſi vnitatem, vt numerus ternarius, vel quinarius. Alius eſt Secundus compoſitus, qui habet alium numerum numerantē, ſcilicèt nouenarius, quia ternario numeratur, & nota, ꝙ vnũ numerum numerare alterum, eſt quando aliquoties sũptus ipſum conſtituit, ſicut ternarius ter acceptus conſtituit nouenarium. Notandũ etiam, ꝙ numerũ in ſe, vel in alium duci, idem eſt, quòd per ſe, vel per alium multiplicari, numerus enim in ſe ductus dicitur, qui totiens multiplicat quotiens vnitas eſt in ſe ducta, ductus in alterum eſt qui totiés multiplicatur quotiens in altero eſt vnitas, vt binarius dicitur duci in ternariũ, quando totiens multiplicatur, quotiens eſt vnitas in ternario, vndè ex ductu binarij in ternariũ ſurgit numerus ſenarius: numerus verò productus dicitur, qui ex tali multiplicatione cõſurgit. Multiplicatio auté numeri per ſe, vel per alium, eſt propoſitis duobus numeris tertij inuentio, quæ continet alterum illorum, quot ſunt vnitates in reliquo. In multiplicatione verò duo numeri ſunt neceſſarij, ſcilicèt numerus multiplicans, & numerus multiplicãdus; numerus multiplicans deſignat aduerbialiter, numerus verò multiplicandus nominaliter.

Vnum numerũ numerare alium quid.

Numerũ in ſe, vel in alium duci quid.

Numerus productus quid.

Nota etiam, quòd à multiplicatore poteſt fieri multiplicãdus, & è conuersò, manente ſemper eadem ſumma, vt tãtũ valet quater quindecim quãtũ quindecim quater. Numerus par, ſiuè impar diuiditur in lineares, ſuperficiales, & ſolidos: linearis eſt, qui conſideratur tantùm penes proceſſum in habendo reſpectum adductionem numeri in numerum, ſicut linea habet tantùm vnam dimenſionem, ſcilicèt longitudinem, ſine latitudine, vndè eius deſcriptio, eſt in longum, ſicut binarius, qui aliter deſcribi nõ poteſt, immò omnis numerus linearis dicitur dũ ſic ductus in rectitudine deſcribatur.

Numeri paris diuiſio.

Numerus linearis quid

Numerus ſuperficialis eſt, qui prouenit ex ductu numeri in numerum; vndè ſuperficialis dicitur, quĩ habet duos numeros menſurantes ipſum, ſicut ſuperficiens habet longitudinem, & latitudinem, &c. Sciendum autem, quòd dupliciter poteſt duci numerus in numerũ aut, ſcilicèt, ſemel aut bis, ſi igitur numerus ſemel ducatur in numerum, hoc erit, aut in ſe, aut in alium. Si in ſe fit quadratus numerus, vt bis duo, quia diuiſum, ſeu quadratum, per vnitates habebit quatuor latera æqualia, ducitur autem ſimiliter deſcriptio à radicibus, vt hic, ſi autem ducatur in alium, fit ſuperficialis, &

Numerus ſuperficialis quid.

Numerus poteſt duci in numerũ dupliciter.

non quadratus, vt binarius ductus in ternarium conſtituit
ſenarium primum numerum ſuperficialem, & nõ quadratũ,
vndè patet, quòd omnis quadratus ẽ ſupeficialis, & nõ ècon-
uersò, radix autẽ numeri quadrati ẽ eſt ille numerus, qui ità
ducitur in ſe, vt bis duo quatuor, quaternarius, ergo, eſt pri-
mus quadratus, & binarius, radix eius. Nouenarius verò eſt
ſecundus quadratus, & ternarius eſt radix eius, ſi autem nu-
merus, bis ducatur in numerum conſtituit numerũ ſolidum.

Numerus ſolid⁹ quid.

Numerus enim ſolid⁹ eſt, qui prouenit ex duplici ductu nu-
meri in numerum, & dicitur ſolidus quéadmodum, corpus
habet tres dimenſiones, ſcilicèt, lõgitudinem, latitudinem,
& profunditatem. Sic ille numerus habet tres numeros pro-
ducẽtes, ſe, & ſi quidem numerus bis ducatur in ſe ipſum, vel
ſemel in ſuũ quadratũ, quòd idem valet, fit numerus cubi-
cus, qui etiam dicitur ſolidus quadratus à Mathematicis, &
à Sancto Bonauentura 42. diſt 1. Sent. & cubitus dicitur ab
hoc nomine cubus, bi. Eſt autem cubus corpus habens ſex
ſuperficies, octo angulos, & decem latera, ſi verò aliquis nu-
merus bis ducatur in aliũ fit numerus ſolidus, vt bis tria, bis
conſtituunt xij. Vndè patet, quòd omnis numerus cubicus
eſt ſolidus, ſed non è conuersò, & omnis eſt ſuperficialis, &
nõ èconuersò, patet etiã, ꝙ idẽ numerus eſt radix quadrati,

Numeri a-baſu's diui-ſio.

& cubici. Numerus vlterius diuiditur in Digitum, Articulũ,
& Cõpoſitum: Digitus eſt omnis numerus minor denario.

Numerus digitus articulus, & compoſitus quid.

Articulus eſt omnis numerus diuiſibilis, in decem partes
æquales, ità quòd nihil reſiduum ſit: Compoſitus, ſiuè mix-
tus eſt, qui conſtat ex Digito, & Articulo, & ſciendum, quòd
omnis numerus inter duos articulos proximos eſt Compo-
ſitus. Item notãdum, quòd numeratio eſt, cuiuslibèt nume-
ri per figuras competentes artificialis repreſentatio, ſunt au-
tem nouem figuræ ſignatiuæ, & nouem digitos repreſen-
tantes, quę tales ſunt, 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. Decima verò fi-
gura dicitur cifra, vel figura nihili, qui nihil ſignificat, ſed
facit alias ſignificare. Notandũ eſt etiam, ꝙ quilibet digitus,
vna ſola figura, ſibi appropriata, hẽt ſcribi oĩs enim nume-
rus à decẽ incluſiuè vſque ad centum, duabus figuris habet
ſcribi, Si autem Articulus fit per cifram, primò poſitam, &
figurã ſcriptam verſus ſiniſtram, quæ ſignificet digitum, à
quo denominatur. Ille Articulus à nihili, ſi ſit numerus cõ-
poſitus, pręſeribatur digitus, qui eſt pars numeri compoſiti,
& ſiniſtretur Articulus, vt priùs omnis numerus, qui eſt à
centum incluſiuè vſque ad mille incluſiuè per tres figu-
ras habet ſcribi.. Omnis numerus à mille incluſiuè vſ-
que ad decem millia, excluſiuè per quatuor, & ità dein-

ceps. Notandum etiam, quòd quælibet figura primo loco poſita, ſignificat ſuum digitum, poſita verò ſecūdo loco decies ſuū digitum. Tertio, centies, quarto millies, quinto, decies millies, ſexto cēties, millies, & ſic in infinitū multiplicando, quęlibet namque figura ſecundo loco poſita, decies tantùm ſignificat, quantùm pręcedens: vnus vnum dat, ſcilicèt, prima, ſ'a, decē tertia centum, quarta mille dabit, quinta decem millia, ſexta cētum millia, ſeptima mille millia, & hæc dicta ſint de Arithmetica.

DE GEOMETRIA. Cap. II.

Geometria, vt dictum eſt habet eſſe circà magnitudines, & hoc dicitur ſecundùm quòd communiter, ponitur duplex Geometria, ſcilicèt, Theorica & Practica. Theorica enim paſſiones magnitudinū inueſtigat ratione, & ſyllogiſmo, vt quod triangulus habet tres, &c. Practica verò eſt, quæ mēſuras magnitudinū inueſtigat, arte, & inſtrumēto; & ſub diuiditur, in altimetricam, & planimetricā, & ſolimetricā, quarū prima ē de mēſuratione altitudinū, ſ'a de cōſideratione planorū, tertia de cōſideratione ſolidorū, inſtrumēta, quæ huiuſmodi mēſurationibus deſeruiūt, ſūt. Quadrās, Aſtrolabium, & ſic de aliis. De Theorica autem hîc inquirēdum eſt principaliter à deſcriptione principiorum. Punctus eſt, cuius pars non eſt, habēs poſitionem in cōtinuo, vel ſic punctus eſt principiū, & finis magnitudinis, vel principiū, vel finis lineę, vndè in linea ſunt duo pūcta in actu. ſ. principiū, & finis. Multa verò in potētia, quia tunc fiūt in actu, qn̄ linea in actu diuiditur: magnitudinū autē, quędā habent vnā dimenſionē, vt linea, quædā verò duas, vt ſupeficies, quædam autē tres, vt corpus, quod habet lōgitudinem; latitudinē, & profunditatē. Figura eſt magnitudo terminata linealiter, vel ſupficialiter. Oīs figura ē aut plana, aut ſolida, & planas quidē termināt lineę; ſolidas verò figuras termināt ſuperficies. Planarū verò figurarū alia circularis, ſeu angularis. Angularis alia rectilinea, & poligonia, ſinèmultorū angulorū. Circulus eſt figura plana, vna linea cōtēta, q̄ circūferentia nominatur, in cuius medio eſt pūctus, à quo oēs lineę ductæ, ad circūferentiā ſūt æquales, & hîc punctus dicitur centrum circuli, rectilinearū figurarum, alia triangularis, & vocatur triangulus, alia quatuor angulorum, & vocatur quadrangulus, alia quinque, & vocatur panthagonus, & ſic in infinitum, & qualibet ſpecie illarum ſunt figuræ regulares, & irregulares, regulares ſunt, quę habent vniformitatem in angulis, &

Geometria duplex theorica. & practica.

Geometria practica ſub diuiſio.

Punctus quid.

Magnitudinum diſcrimen

Figura diffinitio, & diuiſio.

Planarum figurarum diuiſio.

Circulus quid.

Rectilinearum figurarū diuiſio.

Linea recta quid. *Linea circularis quid.* *Linea perpédicularis quid.* *Angulus rectilineus quid.* *Angulus rectus quid*

lateribus,irregulares verò, quæ nequàquam;linea recta eſt, cuius medium non exit extrà eam;linea circularis eſt, cuius medium exit extrema;linea perpẽdiculariter cadens eſt illa, quæ cadit ad modum perpendiculi, ſiue linea per quam artifices cognoſcunt muri rectitudinem, Angulus rectilineus eſt ſpacium cauſarum ex contactu linearum rectarum. Et alius quidem eſt Angulus rectus,alius obtuſus,alius acutus, Angulus rectus eſt,quem conſtituit linea recta cadens perpendiculariter ſuper lineam rectam. Linea enim recta cadens perpendiculariter ſuper aliam conſtituit cum ea ſuper quam cadit duos Angulos, vndè eam ortogonaliter ſecare dicitur,cùm ad Angulos rectos diuidit, vt ſic Angulus maior recto obtuſus dicitur. Angulus minor recto acutus dicitur. Primus Angulus eſt obtuſus,ſecundus autẽ eſt acutus,

Trianguli diffinitio & diuiſio.

Triangulus eſt figura plena tribus lineis contenta, Triãgulorum alius eſt omnium trium laterum æqualium, qui vocatur Yſopleurus: alius duum laterum tantùm æqualium, & vocatur Yſoſcheles, vt hîc;alius trium laterum inæqualium,& vocatur Scalenon,vel Gradarus,vt hîc. Ex parte autem triangulorum,diuiditur triangulus, in ortogonum,qui habet vnum angulum rectum, & in anſigonum, qui habet vnum angulum obtuſum,&in oxigonum,qui haber omnes Angulos acutos. Omnis enim figura æquilatera dicitur Yſopleurus.

Quadrangulus quid, & quotuplex.

Quadrangulus eſt figura plana,quatuor lineis cõtenta,quadrangulorũ alius paralellogramus,id eſt æquidiſtantiũ laterum,alius diſparalellogramus: paralellogramorum verò alius eſt habens omnia latera æqualia, & vocatur quadratum, alius oppoſitorum laterum,tantùm æqualium, & vocatur altera parte longior, quia ſecundùm vnam dimenſionem,longior eſt,quam ſecundùm aliam; differentia

Differẽtia inter circulũ,& Spheram.

eſt inter circulum,& Spherã;quia licèt vtrumque ſit figura rotunda,tamen circulus eſt figura plana vnica linea,contenta,vt dictũ eſt,Sphera verò eſt figura ſolida,vnica ſuperficie contenta. Circulus cùm ſit figura vniformiſſima, non diuiditur in plures ſpecies,ſed ſolùm diuiditur ſpecie quantitatiua in portiones.

Semicirculus quid. *Diameter, & ſemidiameter quid.* *Portio circuli quid.*

Oīs autẽ portio circuli,vel eſt ſemicirculus,vel portio maior ſemicirculo, vel eo minor ſemicirculus eſt figura plana Diametri,& mediatis circumferentiæ, contẽtiua.Diameter eſt linea diuidẽs circulũ, in duas partes æquales,Semidiameter verò eſt linea,plana, recta, exiens à centro circuli,ad circumfe etiam eiuſdẽ, vt hîc,portio verò circuli,vt diſtinguitur,cõtra ſemicirculum, eſt figura,plana, recta,linea extra centrum cadente, & parte circumferentiæ

Digitized by Google

contenta: linea autẽ recta corda dicitur, pars verò circumferentiæ arcus vocatur: cùm igitur circulus ſic diuiſus fuerit, per cordam, & portiones duas: portio, in qua eſt centrum eſt maior ſemicirculo, portio autem in qua nõ eſt centrum, eſt minor ſemicirculo, vt ſic portio enim ſuperior eſt minor, portio inferior eſt maior. Angulus ſemicirculi dicitur Diameter, quem circumferentia conſtituit: Angulus portionis dicitur, quem corda, cum circumferentia conſtituit, Angulus contingentiæ eſt quem circulus, & linea contingens circulum conſtituit, circulum autem dicimus lineam contingere, quæ circulum tangens in vtramque partem rectam, non ſecat circulum; circuli ſe contingere dicuntur, qui ſeſe tangentes ſe inuicem non ſecant; Cõcentrici circuli dicuntur, qui ſemper idem centrum deſcribũtur, & Ecentrici circuli dicuntur, quorum centra diſtant, cum ſit circulus in circulum. Eſt autem circulus, figurarum prima, perfectiſſima, pulcherrima capaciſſima, ad motum aptiſſima, licèt autem circulus ſit prima figurarum ſimpliciter, ſiuè vniuerſaliter, cùm ſit figura vnica linea contenta. Inter tamen figuras rectilineas triangulus eſt prima figura. Cùm enim duæ lineæ figuram rectilineam claudere, vel terminare non poſſint, oportet in figura rectilinea eſſe ad minus tres lineas, & ſic triangulus eſt primus huiuſmodi figurarum. Piramis eſt figura cuius extremum latum dicitur baſſis piramidalis, extremum vero acutum dicitur conus.

Corda, & arcus quid. *Angulus contingentiæ quid.* *Circuli concentrici, & ecentrici quid.* *Circuli diffinitio.*

Expedito de terminis Geom. videndũ eſt de principijs, ſiue propoſitionibus, per ſe notis, quæ dicuntur communes animi conceptiones, quæ ſtatim cognoſcũtur, cognitis terminis, & ex quibus dependent probationes concluſionum Geometriæ, de quibus ſolùm pro nunc tangam octo.

Octo Geometricæ cõdiſiones.

Prima eſt iſta, omne totum eſt æquum ſuis partibus ſimul acceptis, & èconuersò. *Prima.*

Secunda eſt, omne totum, maius eſt ſua parte, & vtrobique ſumitur totum cathegorematicè, non autem ſincathegorematicè, totum autem cathegorematicè ſumptum idem eſt, quod habens partes, ſincathegorematicè verò idem eſt, quod quælibet pars. *Secunda. Totum cathegorematicè, & ſincathegorematicè quid.*

Tertia propoſitio eſt, quæ vni, & eidem ſunt æqualia inter ſe ſunt æqualia. *Tertia.*

Quarta, ſi æqualibus æqualia adduntur, vel idem commune tota ipſa ſunt æqualia. *Quarta.*

Quinta, ſi ab æqualibus æqualia demas, vel idem commune relinquuntur, æqualia. *Quinta.*

Sexta, ſi inæqualibus æqualia adduntur, vel idem commune, tota fiunt inæqualia.

Sexta.

Septima.

Septima, ſi ab inæqualibus æqualia demantur, relinquuntur inæqualia.

Octaua.

Octaua, ſi aliqua res applicetur alteri, ſic, quod altera non excedit alteram, illæ ſibi inuicem ſunt æquales.

DE ALIQVIBVS CONCLVSIONIBVS *Geometricis.* CAP. III.

Prima concluſio.

DEinde videndæ ſunt aliquæ cõcluſiones Geometriæ, quarum prima ſit illa, quæ eſt Tertia decima propoſitio Primi Geometriæ Euclydis, ſi recta linea ſuper rectam lineam ſteterit, duo anguli vtrobiq; aut recti ſunt, aut duobus rectis æquales, ex quo patet, quòd totum ſpacium, quod in qualibet ſuperficie plana quélibet punctum, circunſtat quatuor angulis rectis eſt æquale, vt hic. Nàm ſuper lineam A.B. incidens linea C. D. aut erit ſuper eam perpendiculatiter cadens, vel non, ſi ſic, habentur duo anguli recti in forma: ſi autem non ſit perpendiculariter cadens, erunt anguli æquales duobus rectis; licèt non ſint recti, in forma; quod oſtendit, ſi linea C.D. perpendicularis cadat ſuper A. B. eruntque duo anguli A.D.C. & C.D. B. recti per diffinitionem anguli recti, ſicut prius, ſed duo anguli A. D. C.& C.D.B. adæquantur angulo A. D. C. per primam animi conceptionem, & ideò, duo anguli cum angulo C.D.B. erũt æquales per tertiam communem ſcientiam: quare omes iſti tres anguli eſſent ęquales duobus rectis, & ſi angulus D.C. B. eſt æqualis duobus angulis E. D. B. & C. D. E. quia ſunt omnes eiuſdem partes, per primam, ſcilicèt propoſitionem, ergo angulus C. D. B. cum angulo E. D. B. qui eſt acutus, eſt æqualis duobus rectis, & hoc eſt, ꝙ volumus. Correlariũ patet, quia ex quo mediatas ſpatij, ꝙ eſt ſuper punctũ D. valet duos rectos, ergo, & totũ ſpatiũ valebit quatuor rectos, & quantũque illud ſpatiũ diuidatur, in multos angulos, oẽs illi anguli ſunt partes, totius ſpatij, & oẽs præciſè valebunt quatuor rectos, vt patet per primam communem ſcientiam.

Correlarium.

Secunda cõcluſio ſit iſta, quæ eſt tertia Primi Euclidis, omnium duarum linearum ſe inuicem ſecantium, anguli contra ſe poſiti ſunt æquales.

Iſta patet, in hoc exemplo, nàm duo anguli A. E.C. & C.E.B. coniuncti ſunt æquales, duobus rectis, & anguli coniuncti C.E. B. & B. E. C. ſunt æquales duobus rectis;

Digitized by Google

Ergo duo primi ſunt æquales, duobus poſtremis. Dempto autem angulo communi, putà C. B. E. reſidua trium erunt æqualia, videlicèt A.C.E. & D. C. B. per ſecundam, & iſti ſunt anguli contra ſe poſiti: ergo anguli contra ſe poſiti, ſunt æquales, quod erat probandum; ſimili modo demonſtratur de reliquis duobus angulis contra ſe poſitis.

Tertia concluſio eſt xxix. Euclidis ſit iſta, ſi duabus lineis æquè diſtantibus tertia ſuperuenit, quales quãtoſque angulos, ſuper vnam fecerit tales, tantoſque faciet ſuper reliquam, ex quo manifeſtum eſt, quòd omnis angulus extrinſecus, angulo intrinſeco ſibi oppoſito eſt æqualis, & quilibet duo anguli coalterni ſunt æquales, duoque anguli intrinſeci, ex vtraque parte conſtituti, duobus rectis ſunt æquales; vt etiam patet, in exemplo poſito in margine. Sunt enim duæ lineæ æquè diſtantes A. B. & C. D. quælibet linea E. ſuperuenit. Dico, quòd quales Angulos, conſtituit linea E. F. ſuper lineam A. B. tales facit, ſuper E. D. lineam eodem ordine, quo anguli ſuperiores, æquantur angulis inferioribus C.D. & ſuperiores inferioribus, ex eadem parte lineæ E. F. ſumptus, verbi gratia. Angulus G. angulo L. & ſic de alijs: probatio, nàm ſi angulus L. non ſit æqualis angulo G. ergo alter eorum erit maior, & ſic angulus L. maior, ſed angulus K. & angulus G. ſunt æquales, quia contra ſe poſiti per præmiſſa, ergo angulus L. eſt maior angulo K. ſed illi duo anguli L. & M. ſunt æquales duobus rectis, per primam propoſitionem, ergò duo anguli K. & M. ſunt minores duobus rectis, per aliam communem, ſcientiam ſcilicèt, quandò aliquid cum maiore valet, aliquid cum minore valet minus, ergo duæ lineæ. A. B. & C. D. ſi protrahantur in partes D. & B. concurrent, & hoc per quandam propoſitionem, Geometriæ, quę eſt talis, ſi recta linea, ſuper duas lineas rectas ceciderit, duo anguli interiores, ex vna parte duobus angulis rectis minores, ſin autem illæ duæ lineæ, in eadem parte protractæ, ſint concurrent, & per conſequens huius lineæ A. B. & C. D. non ſunt æquè diſtantes, quod eſt contrà hypoteſim, ergo anguli G. L. erunt æquales, quod eſt propoſitum eodem modo arguatur de H. & M. & de I. & N. & de K. & O. qui ſunt inferiores, & ſub lineis æquè diſtantibus, prædictis collocatis, patet ergo Antecedens Theorematis huiuſmodi primæ partis Correlarij, patet ſolutio exponẽdo terminos. Nàm quorumlibet angulorum duorum, quos æquales oſtendimus, alter verò intrinſecus, qui ſcilicèt eſt intus æquè diſtantes, & alter

Tertia concluſio.

Propoſitio Geometrica.

Digitized by Google

extrinſecus,qui eſt 'exterius ſub,vel ſupra. Secunda pars patet,modicum tranſcurrendo terminos, & exponendo; differentias,igitur anguli coalterni,qui alternent ſitum;quantum,ad ſuperius,& inferius,dextrum, & ſiniſtrum lineæ incidentes cuiuſmodi ſunt anguli, K. & L. & coæquales, probatio,quia anguli G. & L. ſunt æquales, ex prima præmiſſa de I. & M. qui ſunt coalterni. Tertia pars ſtatim patet, videlicèt, quòd duo anguli intrinſeci, ex eadem parte conſtituti ſint æquales duobus rectis putà, H. & M.nam L.& M.ſunt æquales duobus rectis, per primã; ſed K. eſt æqualis L. per ſecundam partem Cortelarij,ergo.&c.

Quarta concluſio.

Quarta concluſio conſequens tertiæ, & trigeſimæ ſecundæ Primi Euclidis ſit illa omnis trianguli, angulus extrinſecus,duobus intrinſecis ſibi oppoſitis eſt æqualis, vt patet in exemplo, in margine poſito,vocatur autem extrinſecus,qui conſtituitur,ex protractione cuiuſlibet lateris, in continuum,& directum,vt ſi trangulo A. B.C. protrahatur A. C. vſque D. angulus D. C. B. dicitur extrinſecus, & duobus intrinſecis A. B. eſt æqualis, ꝙ ſi à puncto C. protrahatur C. E. ęquè diſtante A. B. latere eritque angulus A. B.C. æqualis B. angulo intrinſeco, quia ſunt coalterni per lineam B.C. incidentem duabus lineis,æquè diſtantibus,& angulus E. C. D. æqualis angulo intrinſeco,quia extrinſecus eſt ad eum, propter lineam A. D. incidentem eiſdem duabus æquè diſtantibus.Iſta patet per pręmiſſa,quia totus angulus B. C. D. eſt æqualis, duobus angulis A. & B. intrinſecis ſibi oppoſitis, patet per tertiam communem ſcientiam.

Quinta concluſio.

Quinta concluſio eſt iſta,omnis triangulus, habet tres angulos æquales duobus rectis, nàm totus angulus B.C.D. extrinſecus eſt æqualis A. & B. intrinſecis per præmiſſa. Sed ſi addas illi toti angulo extrinſeco angulum C. intrinſecum ſibi coniunctum,totum erit æquale duobus rectis, per primam regulam, igitur ſi eundem angulum intrinſecum additis A. B. angulis intrinſecis, totũ erit æquale duobus rectis,per primam communem ſcientiam.

Sexta concluſio.

Sexta concluſio ſit illa, omnis triangulus,cuius vnum latus eſt ſemidiameter,duorum circulorum, & oppoſitus ãgulus eſt apud ſecationẽ eorundẽ circulorũ eſt ęquilaterus accipiamus lineam A. B. & ſupra punctum A. deſcribatur circulus occupando totam lineam A. B. iterum ſuper punctum B. deſcribatur alius circulus æqualis,vt ſit linea A. B. ſemidiameter duorum circulorum, & cum ſecatione illorum

lorum duorum circulorum, quæ ſit C. ducantur duæ lineæ, quæ ſint C.B. & C.A. dico tunc, quod triangulus A.B.C. eſt æquilaterus, nàm per diffinitionem circuli linea B.A. & B.C. ſunt æquales, quæ veniunt à communi centro, ad circumferentiam, & ſimpliciter, lineę A.C. & A.B. ergo omnes erunt ęquales inter ſe per tertiam communem ſcientiã. Exemplum patet in figura ſequenti; hæc autem concluſio multùm confert, ad intellectum, ſecundum quoddam dictum Scoti diſtinctione Octaua Primi Sententiarum quæſtione de immutabilitate Dei.

Septima concluſio. Septima concluſio eſt, Diameter eſt Aſimeter, id eſt incommenſurabilis Coſtæ quadrati. Ad cuius euidentiam ſciendum, quòd illæ quantitates dicuntur incommenſurabiles, quarum non eſt aliqua proportio. Secundùm enim Euclydem, omnium quantitatum commenſurabilium proportio eſt ad inuicem, ſicut alicuius numeri, ad aliquem numerum, & per conſequens ſicut ipſe vult ſi lineæ aliquæ ſunt commenſurabiles, quadrata illarum ſe habet, ad inuicem, ſicut quilibet numerus quadratus, ad aliquem numerum quadratum, Quadratum autem Diametri ſe habet, ad quadratum Coſtæ ſicut numerus quadratus, ad aliquem alium quadratum, ergo nec linea illa quæ erat Diameter quadrati commenſurabilis erit Coſtę illius quadrati, minor patet, ex penultima Primi Euclydis, quia quadratũ Diametri eſt duplum ad quadratum, Coſtę pro eo quòd eſt æquale quadratis duarum coſtarum. Nullus autem numerus quadratus eſt duplus, ad alium quadratum, vt patet diſcurrendo per omnes quadratos, ex radicibus in ſe ductis. Hæc concluſio iuuat ad intelligendum concluſionem tertiam prologi Sententiarum Primi Sancti Bonauenturę, & de diuiſione continui diſt. Secunda, ſecundi Sententiarum Scoti. Exemplum huius patet in ſequenti figura.

Ordo rerũ recitatarum hoc in compendio. In iſta prima parte huius compendij ſunt Tria Capitula. In Primo Capitulo ponitur, de quo ſit intentio, in hoc tractatu, & Ordo dicendorum, & quæritur Primo de Mathematica. Secundò Capitulo tractatur, de Arithmetica, & quæritur, qua vnitate numerus ſit vnus, & de proportionibus numeralibus, & de varia denominatione numeri. In Tertio Capitulo tractatur de Geometria, primò de terminis, ſecundò de aliquibus propoſitionibus vniuerſalibus, tertiò de aliquibus concluſionibus.

Digitized by Google

R. P. F. NICOLAO DE-ORBELLIS, DOCTORI EXIMIO, Pariſien. Ord. Min. Prouinciæ Turoniæ; P. ALMADIANVS, Viterbienſis, Philoſophiæ Cultor.

NVper eras Gallis vix tu benè cognitus oris;
Nunc celebris toto noſceris orbe liber.
Iam te Maurus, Arabs, Germanus, Celtiber, Indus,
Atque Italus, magna ſedulitate legunt;
Tu breuiter Scoti ſenſus; mentemque ſagacem
Pandis, & vtilibus fers documenta notis
Hunc Peripatetici iuuenes legitote libellum;
Nàm breue Dorbelli pagina præbet iter.

Tertiæ Claſſis, Metaphyſicorum, ac Matomathicorum nuncupatæ,

FINIS.

QVARTA CLASSIS.

Digitized by Google

QVARTA CLASSIS,

QVÆ FORMALISTARVM, SEV SCOTISTARVM eſt inſcripta.

IN QVA

DOCTISSIME, ET SVBTILISSIME Diſſerunt

FRATRES, ANTONIVS SIRECTVS, Stephanus Brulifer, & Mauritius Hibernicus, Archiepiſc. Tuanenſis de Formalitatibus Scoti. Scotus ipſe de ſua Grammatica Speculatiua Card. Satn. de Primis, ac Secundis Intentionib.

Antonius Sirectus Doctor Pariſ. Ord. Min. Prouin. Turoniæ de Formalitatibus Scoti.

CIRCA formalites Doctoris ſubtilis Scoti, Quæritur, vtrùm illa, quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguantur realiter? Et arguitur quòd ſic. Et accipio duas formalitates: & ſint a. & b: vel igitur a. & b. ſunt aliquæ res. Si ſint aliquæ res, igitur, quæ formaliter diſtinguntur, realiter diſtinguntur. Si ſint nullæ res; igitur erunt nihil; quia quòd omninò nulla res eſt, nihil eſt, per beatum Auguſt. Tom. 3. de doc. Chriſtiana libro primo. c. 1. Et etiam probatur ratione: quia res, & ens conuertuntur, vt patet. 4. Metaphiſicę. t. c. 2. & 4. quarè, quod nulla res eſt, nullum ens eſt, & ſic erit nihil, igitur, &c. *12. Argumenta cõtra opinio. authoris.*

Prætereà, illa, quæ diſtinguntur ex natura rei, ſunt diſtincta realiter: patet de virtute vocabuli. Nihil enim aliud

videtur eſſe diſtinctio ex natura rei, quàm diſtinctio realis,
Ariſt. nec èconträ;ſed illa, quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur ex natura rei: igitur, &c. probatio minoris: quia diſtinctio per formalitates, vel eſt extra actum intellectus, vel non: ſed ex comparatione intellectus; patet per omnes, qui ponunt iſtas formalitates. Si ſecundum: videlicèt quòd diſtinctio per formalitates ſit opus collatiuũ, ſiuè per operationem intellectus: tunc erit diſtinctio rationis, quod eſt cõtra formalizantes. Si eſt extra actũ intellectus: igitur erit ex natura rei, & per conſequens realis, quod eſt propoſitum.

Prætereà, ſicut ſe habet res ſubiecti ad formalitatem ſubiecti, ità ſe habet res propriæ paſſionis, ad fomalitatem propriæ paſſionis; ergo, per locum à tranſmutata proportione, ſicut ſe habet res ſubiecti ad rẽ propriꝫ paſſionis, ita formalitas ſubiecti ad formalitatẽ propriꝫ paſſionis, ſed res ſubiecti eſt eadem cum re propriæ paſſionis, vt patet per te, qui dicis, quòd ſunt idem eſſentialiter, & realiter: ergo formalitas ſubiecti eſt eadem cum formalitate propriꝫ paſſionis, & ſic non diſtinguuntur, & per conſequens non diſtinguuntur formaliter: quare, &c.

Prætereà, quod eſt ſubſtantia, eſt vera res: ſed formalitas ſubſtantiæ eſt ſubſtantia: igitur formalitas ſubſtantiæ eſt vera res. Maior patet de ſe, quia eſt prædicatio ſuperioris de inferiori. Minor patet, quia formalitas ſubſtantiꝫ eſt quod quid eſt ſubſtantiæ, vt patet per iſtos: ſed quod quid eſt, eſt idem cum re cuius eſt. patet 7. Metaph. igitur, quod quid eſt ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia. Et vltra, quęcunque per
Ariſt. veram rem diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur: ſed quæ forformaliter diſtinguuntur, per veram rem diſtinguuntur: ergo quæcunque formaliter diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur.

Prætereà, quæcunque habent diuerſas diffinitiones, diſtinguuntur realiter, vel ratione, patet: quia diffinitiones diuerſæ ſiue differentię in eiſdem poſitæ videntur ſufficere ad diſtinctionem realem, vel rationis, ſed illa, quæ diſtinguuntur per formalitates, habent diuerſas diffinitiones, vt vt patet per iſtos: igitur, &c.

Prætereà, ſi illa quę diſtinguntur formaliter, eſſent idem realiter, tunc ab vno, & eodem ſumeretur vnitas, & pluralitas, quod videtur inconueniens. Aſſumptum tamen probatur: quia per te ab vno, & eodem, in quo eſt vnitas rei & eſſe, ſumitur pluralitas formalitatum: & ſic ab vno, & eodem ſumetur vnitas, & pluralitas, ſed hoc eſt falſum, vt dictũ eſt: & vt patet Secundo de Generatione, idem inquantum

Digitized by Google

idem, non eſt natum facere, niſi idem.

Prætereà, accipio formalitatem ſubiecti, & ſit, A & accipio formalitatem paſſionis, & ſit B. tunc quæro, vel A, & B, habent aliquid commune, vel nihil commune. Si nihil cõmune: ergo A, & B, ſe totis diſtinguntur: ſed quę ſe totis diſtinguntur, realiter diſtinguntur: ergo A. & B. realiter diſtinguntur. Sed per iſtos, illa ſunt eadem realiter: ergo illa, quę in nullo ſunt eadem realiter, vel non ſunt eadem realiter, erunt eadem realiter: quod manifeſtam includit contradictionem, Si detur quod A. & B. habent aliquid commune: vel eſt reale, vel rationis. Si ſit ens reale, ergo illa ſunt entia realia: & ſic facient diſtingui realiter illa, quorum ſunt formalitates, ſcilicèt ſubiectum, & propriam paſſionem. Si autem ſit ens rationis, igitur illę formalitates erunt entia rationis: & ſic facient illa quorum ſunt formalitates, diſtingui tantùm ſecundùm rationem, quod eſt contra eos: quia dicunt, quòd diſtinctio per formalitates eſt maior, quàm diſtinctio rationis.

Prætereà, quęcunque diſtinguntur quidditatiuè, diſtinguntur realiter, & eſſentialiter. Patet: quia quidditas res, & eſſentia idem ſunt, ſed quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguntur quidditatiuè, patet: quia per iſtos formalitas nihil aliud eſt, quàm rei quidditas: ergo quę diſtinguntur formaliter, diſtinguntur realiter, & eſſentialiter: quod eſt propoſitum.

Prętereà, arguit Herueus Brito Ordinis prędicatorum, & dicit has rationes demonſtrare: nulla propria paſſio protenditur vltrà ſuum proprium, & adęquatum ſubiectum: ſed diſtinctio eſt paſſio entis: ergo non protẽditur vltrà ens, ſed omne ens, vel eſt reale, vel rationis, vt patet Quinto Metaph. igitur omnis diſtinctio, vel eſt realis, vel rationis: & ſic nulla erit diſtinctio media inter diſtinctionem realem, & rationis: & ità nõ erit dare diſtinctionem formalitatum, vel per formalitates, nec diſtinctionem ex natura rei, niſi contineantur ſub aliquo iſtorũ modorũ: & ſic habeo propoſitum, quòd diſtinctio formalis infer diſtinctionẽ realẽ. *H. Brito.* *Ariſt. c. 7.*

Prętereà, quęcunque diſtinguntur numero, diſtinguntur realiter, patet: quia quæ ſunt numeraliter diſtincta, non includit, contradictionem vnum eſſe ſine alio, & per conſequens realiter diſtinguntur, ſed quæ diſtinguntur formaliter, diſtinguntur numeraliter, probatio; quia quę diſtinguntur formaliter, diſtinguntur quidditatiuè, vt patet per iſtos: & quæ diſtinguntur quidditatiuè, diſtinguntur ſpeci-

Digitized by Google

ficè,patet,quia quidditas ponit rem in eſſe ſpecifico,ſed quę diſtinguntur ſpecie,diſtinguntur numero, vt patet Primo Top.& Quinto Metaph.&, etiam quia diſtinctio ſpecifica eſt maior, quàm diſtinctio numeralis, & maior diſtinctio infert minorem ſecundùm omnes;ſed quæcunque numero diſtinguntur,realiter diſtinguntur,igitur de primo ad vltimum, quæ formaliter diſtinguntur, realiter diſtinguntur: quod eſt propoſitum.

Philoſ.

De Marchia.

Præterea arguit ſic Franci.de Marchia ad idem.Illa quę habent realiter, & eſſentialiter diuerſas formas, realiter, & eſſentialiter diſtinguntur,patet clarè ex intentione Philoſophi, Nono Metaph.forma diſtinguit, & ſeparat, ſed quæ diſtinguntur formaliter,diſtinguntur per formam, vt patet de virtute vocabuli:ergo,quæ diſtinguntur formaliter, realiter diſtinguntur,& eſſentialiter.

Præterea, niſi illa,quæ formaliter diſtinguntur,diſtinguerẽtur realiter, tunc formalitas non eſſet principium ſufficiens diſtinguendi aliqua realiter, patet de ſe: ſed hoc eſt falſum,patet,quia per paternitatem in diuinis,quæ eſt quædam formalitas, pater in diuinis diſtinguitur ab eſſentia formaliter,& à filio in diuinis realiter: ergo realiter, & eſſentialiter.Et confirmantur omnes iſtę rationes ſic. Omnis differentia rationis facit cõpoſitionem rationis: ergo omnis diſtinctio,ſeu differentia ex natura rei, facit compoſitionem ex natura rei.Sed in diuinis, vel in ſimplicitet ſimplici nulla eſt compoſitio: ergo ibi nulla eſt diſtinctio ex natura rei,nec per conſequens formalis. Aliæ multæ rationes formantur ab iſtis, quibus pro nunc ſuperſedeo, quia iſtis intellectis,& ſolutis aliç faciliter intelligẽtur,& ſoluẽt.

5. Argumenta pro auctore.

IN oppoſitum arguitur ex quintuplici auctoritate, & primo ex auctoritate Logicali ſic,quia dicit Ariſt.in Prædicamentis c.de qualitate,quòd idem calor numero,qui eſt de prima ſpecie qualitatis, vt eſt diſpoſitio, eſt de tertia, vt eſt paſſibilis qualitas,ſed certum eſt, quod idem calor vnus numero eſt realiter, & eſſentialiter idem:& tamen facit diuerſas ſpecies,vel ponitur ſub diuerſis ſpeciebus: ergo oportet ponere diuerſas formalitates,per quas facit diuerſas ſpecies, vel per quas reponatur ſub diuerſis ſpeciebus, & ſic cum identitate rei reali ſtabit,immò neceſſariò oportet ponere diuerſas formalitates.

Secũdò probatur idem auctoritate naturali. Dicit enim Philoſophus Tertio Phyſicorum,quòd actio, & paſſio, cũ idẽ ſignificent realiter in numero, habent tamẽ quodquid

Digitized by Google

erat alterum,& alterum diſtincta, ſed dictinſtio per q͏̃ quid erat,arguit diſtinctionem formalitatem:ergo cum eadem re eſſentialiter,ſtabit diuerſitas formalitatum.

Tertiò arguitur auctoritate morali. Dicit enim Philoſophus in Ethicis, quod virtus, & iuſtitia ſunt eadem res, ſed tamē ſunt diſtincta ſecundùm rationem quidditatiuam,ſed diſtingui per rationem quidditatiuam eſt diſtingui formaliter: ergo cum identitate reali ſtat pluralitas formalitatum. Iſtæ tres auctoritates concludunt contrà aduerſarium, licèt non concludant contrà Scotiſtam,vel contra Maroniſtam. *Ariſt.*

Quartò arguitur auctoritate Metaphyſicali. Dicit enim Philoſophus quarto Metaphiſicæ, text. c. 5. quòd ens, & vnum ſunt vna natura,& hoc idem dicit quarto Topicorū c. 1. Dinſtincta verò ratione quidditatiua, & per conſequēs ſunt eadem realiter, & diſtincta formaliter, ergo cum identitate eſſentiæ,& eſſentiæ,rei,& rei, naturæ, & natura ſtabit diſtinctio quidditatiua,& formalis.

Et ſi dicatur, non ſoluendo, ſed proteruiendo (ſicut conſueuerunt) quòd Philoſophus capit ibi ens, & vnum, vt diſtincta ſecundùm rationem. i. per intellectum.

Contrà, magis diſtinguitur ens ab vno, quàm ens ab ente, ſed ens ab ente diſtinguitur per intellectum, ergo oportet, quòd ſumatur maior diſtinctio ibi, quàm diſtinctio ſecundùm intellectum:& per conſequens ſumetur ratio pro ratione quidditatiua,& non pro ratione intellectus: quæ ratio, vel diſtinctio quidditatiua eſt maior, quàm ratio, vel diſtinctio intellectus.

Quintò, probatur idem auctoritate Theologica, quia certum eſt,quòd eſſentia diuina à ſuppoſito,putà à patre, & filio,non eſt alia eſſentialiter, & realiter: quia ſic hoc, iam eſſet pluralitas rerum in diuinis,quod eſt hæreticum: & tamen conceditur,quod ibi eſt diuerſitas formalis:patet,quia pater dicitur ad alterum, ſcilicèt ad filium, & filius ad patrem:& tamen eſſentia non dicitur ad aliud: quia quod ad aliud dicitur (ſecundum Beatum Auguſtinum de Trinitate libro Septimo,cap. primo) non eſt eſſentia, & debet intelligi formaliter, ergo cum identitate rei ſtabit diſtinctio formalitatum.

RESpondeo. In iſta quæſtione, ſic procedam. Primò aliquas diuiſiones Entis, præponam. Secundò, numerum cuiuſlibet diſtinctionis,& identitatis apetiam. Tertiò,dabo modum inueſtigandi diſtinctiones,& identitates, & inferandi vnam ex alia. *D. Aug. tom. 3.*

Digitized by Google

Articulus primus principalis.
De diuiſionibus Entis.

Ens reale

QVantùm ad primum Articulum principalem dico, quòd Ens diuiditur in ens reale, & in ens rationis: & iſta eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua analogata æquiuocata. Ens reale eſt, quod habet eſſe, aut poteſt habere eſſe, ſecluſa quacunque operatione intellectus, ſiuè quocunque actu collatiuo cuiuſcunque potentiæ, ſiuè intellectus, ſiuè voluntatis, ſiuè cuiuſcunque alterius potentiæ: & ſic Ens reale prædicatur quidditatiuè de Deo, & de decem prædicamentis. Ens vero rationis capitur tribus modis ſecundùm Scotum in quarto diſtinct. prima. quæſt. 2.

Sco. in primo d. 8. q. 4. contra vij. â opinionem.

Ens rationis 3. Modis ſumitur.

Primo modo pro illo, quod habet eſſe in anima ſubiectiuè, vt ſpecies, actus, & habitus. Secundo modo pro illo qui habet eſſe in anima obiectiuè, ſicut vniuerſalia ſunt in anima per ſpecies à rebus cauſatas vel à Deo impreſſas. Tertio modo pro comparatione paſſiua, qua per intellectum vnum obiectum cognitum ad aliud obiectũ cognitũ comparatur. Ens rationis duobus primis modis non diſtinguitur contra Ens reale, accipiendo Ens reale, ſicut capiebatur in præcedenti diuiſione ſedens rationis tertio modo captũ, nullo mõ continetur, nec cõtinet ſub ſe Ens reale, tanquàm ſuperius ſuum inferius. Vltrà dico, quòd Ens reale prima ſui diuiſiõe diuiditur per ens quantum, & nõ quantũ ſecundùm Scotum. q. 5. quolib. & ſunt modi intrinſeci. Ens quantum per infinitum, & infinitum, abſolutum, & reſpectiuum.

ADDITIO.

Paternitas, & filiatio in diuinis ſunt entia formaliter reſpectiua: & tamen non continentur ſub ente quanto. At quodlibet Ens eſt formaliter abſolutum, vel reſpectiuum, ſiuè ſit Ens quantum, ſiuè non quantum: ideò videtur, quòd Ens continuò diuiditur in abſolutũ, & reſpectiuũ, & hoc patet, quia dicit paternitatem in diuinis, quæ non eſt Ens quantum, eſſe Ens formaliter reſpectiuum. Omne enim ens dicitur formaliter abſolutum, quod non eſt formaliter ad aliud: ſicut eſt Deus, & omnia attributa in diuinis, & tria genera generaliſſima tantùm, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Ens vero reſpectiuum dicitur illud, quod, formaliter eſt ad aliud, ſicut ſunt in diuinis proprietates nationales, & relationes communes, & iſta ſeptem prædicamenta, ſcilicet Adaliquid Actio, Paſſio, Quando, Vbi, Situs, & Habitus. Et iſtarum relationum, quædam dicũtur intrinſecus aduenientes, ſicut ſũt õnes relationes de prædicaméto Adaliquid; Aliæ vero ſunt relationes

Ens abſolutum.

Ens reſpectiuum.

Relationũ diuerſitas.

Digitized by Google

extrinſecus aduenientes, vt ſunt relationes de ſex vltimis Prædicamentis. Dicitur autem relatio intrinſecus aduenięns, quæ neceſſariò ponitur poſitis fundamento, & termino: ſicut eſt paternitas, filiatio, ſimilitudo, implicat, enim contradictionem ponere duo alba, quin ſit ſimilitudo etiam per diuinam potentiam, ſecundùm Scotum in 4. diſt. 6. q. 10, & diſt. 10, q. 1, & diſtin. 13. q. 1. & in multis alijs locis.

Sed relatio extrinſecus adueniens eſt, quæ non neceſſariò ſequitur extrema poſita in actu, ità quòd per aliquam potentiam fundamentum, & terminus poſſunt poni, & tamen non erit relatio, vt patet de relatione agentis ad paſſum, poſſibile eſt enim ponere ignem, & ſtuppam, & tamen non erit combuſtio. Et ſi dicatur, quòd ignis non eſt proximum fundamentum combuſtionis, ſed approximatio agentis ad paſſũ: licèt hoc ſit falſum, (quia illa approximatio non denominatur agens, vel patiens:) tamen adhuc poſſunt eſſe combuſtiuum, & combuſtibile approximata, (vt patuit de tribus pueris in camino ignis ardentis Danielis 3.) & non erit combuſtio: & ſic patet ꝙ tales relatiões, ſunt extrĩſecus adueniętes. *Dan. 3.*

Dico vltrà, quòd ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidens, & loquor de ente finito, & creato. Iuxta quod nota, quòd ſubſtãtia capit tribus modis. Vno modõ ſubſtantia dicitur, quod eſt à ſe, ad ſe, & per ſe, vt eſt Deus: & ſic non capitur hîc ſubſtantia: quia clarum eſt, quòd Deus non eſt ens creatum, nec finitum. Alio modo dicitur ſubſtantia, quæ eſt per ſe, & ad ſe, non à ſe, vt eſt ſubſtantia perfecta Prædicamenti ſubſtantiæ, incipiendo à genere generaliſſimo vſq; ad indiuidua incluſiuè. Tertio modo dicitur ſubſtantia, quę nec eſt per ſe, nec à ſe, ſed in alio: quia eſt pars ſubſtantiæ perfectæ, & completæ, ſicut ſunt formæ ſubſtantiales. Et dico, quòd ſunt in alio, ſicut pars eſſentialis, vel integralis ſubſtantiæ eſt in ſubſtantia. *Subſtantia multis modis dicitur.*

Secundò nota, quod circà vltimam diuiſionem nuper dictam, ly accidens poteſt capi dupliciter. Vno modo pro omni illo, quod conuenit alicui, & non eſt de diffinitione quidditatiua eius: & ſic propria paſſio eſt accidens ſuo ſubiecto, & omne accidens commune eſt accidens ſuo ſubiecto, & oẽ inferius ſuo ſuperiori. Et ità fortè poſſet concedi, quòd propriæ paſſiones entis accidunt enti, & cuilibet inferiori ad ens, capiendo iſto modo accidens. Secundo modo accipitur Accidens pro illo, quod accidentaliter perficit illud quod exiſtit in ſe perfectum: nec neceſſariò conſequitur ipſum, ſed ineſt ei contingenter: & ſic ſumitur, quan- *Accidens multiplex.*

Digitized by Google

vt album de lapide: nec vniuerſaliter, vt quodcunque accidens de ſubiecto, ſiuè proprium, ſiuè commune: nec vt inferius de ſuperiori, nec vt genus de differentia, nec vt differentia de genere, nec vt modus intrinſecus de eo, cuius eſt modus intrinſecus: ſed vt ſolus conceptus quidditatiuus, & qualitatiuus, pertinentes ad primum modum dicendi, per ſe prædicantur. Vlterius eſt aduertendum, quod duplex eſt vniuocatio, vt ad præſens ſpectat: ſcilicèt vniuocatio tranſcendens, & vniuocatio limitata. Vniuocatio limitata, eſt reſpectu alicuius prædicati potentis prędicari de multis ſecundùm habitudinem alicuius vniuerſalium à Porphyrio aſſignatorum: & iſto modo ens non prædicatur vniuocè de entibus, ſicut dicit Porphyrius cap. de ſpecie. Si quis omnia entia, vocet æquiuocè, inquit, nuncupabit, & non vniuocè. Vniuocatio tranſcendens, eſt vnitas alicuius conceptus ex natura rei potentis de multis generibus generaliſſimis prædicari: vel de vno generaliſſimo, vel de aliquo, quod non eſt in prædicamento. Exemplum Primi: vt ens, bonum, verum: relatio, abſolutum, &c. dicuntur vniuoca, vniuocatione tranſcendēti. Exēplum ſecundi; vt iuſtitia, ſapientia, dicuntur vniuoca vniuocatione tranſcendenti: nec requiritur ad hoc, quòd aliquod predicatum ſit tranſcendens, quòd prædicetur de omnibus prædicamentis, ſed ſufficit, quòd prædicetur de aliquo prædicamento, vel de aliquo reponibili & quòd non ſit per ſe in genere, ſicut eſt ſapientia, iuſtitia, & ſic de alijs, ſic Scota. 8. diſtinctione primi Sententiarum quæſtio. tertia. Aduertendum vlterius, quod ens capitur dupliciter: vno modo tranſcendenter, alio modo tranſcendentiſſimè. Ens tranſcendentiſſimè captum, eſt æquiuocum quacunque æquiuocatione: quia vt ſic capitur ens, eſt commune ad ens reale, & ens rationis: & clarum eſt, quod vt ſic non dicit aliquem conceptum vnum: quia vel ille conceptus eſſet ſecluſo opere intellectus, vel non. Si ſic: ergo aliquid, quod eſſet præter opus intellectus, includeretur quidditatiuè in illo, ꝙ non eſſet præter opus intellectus, cuiuſmodi eſt ens rationis. Si non eſſet præter opus intellectus, ſed per opus intellectus: ergo aliquid, quod eſt per opus intellectus, includeretur quidditatiuè in illo, quod eſſet præter opus intellectus: quod videtur falſum: & ſic relinquitur, quòd ens, vt ſic captum non eſt vniuocum. Prædicta ratio facit mihi fidem, & credo illam eſſe inſolubilem, licèt Franciſcus de Mayronis nitatur eam ſoluere: ſed iudicio meo non ſoluit. Ens verò tranſcendenter capum, eſt ens commune ad Deum, & creaturam,

Vniuocatio duplex.

Vniuocatio limitata.

Vniuocatio tranſcēdēs.

Exemplū.

Exemplū.

Ens dupliciter capitur.

Ens trāſcēdētiſſimè.

Ens trāſcēdenter.

Digitized by Google

quod aſſignatur primũ obiectũ noſtri intellectus ex natura potẽtię, & primũ obiectũ volũtatis, & primũ ſubiectũ Metaphyſicæ: & vt ſic eſt vniuocũ ad omne illud, q̃ eſt ſecluſo opere intellectus collatiuo, & ſic eſt vniuocũ ad differẽtias vltimas, & ad proprias paſſiones, & breuiter ad oĩa poſitiua, vt dictum eſt. Verùm eſt tamen, quòd non prędicatur vniuocè de vltimis differentiis, & propriis paſſionibus ſuis, ſed tantùm de Deo, & Decem prædicamentis, & de materia; & de forma, ſecundùm Scot. in 3. diſt. 1. Sententiarum, q. 3. Et poſſet addi etiam, quod prædicatur vniuocè de illis, quæ directè mediant inter ipſum; & decem prædicamenta, cuiuſmodi ſunt abſolutum, & relatio. Et ſecundùm has diuiſiones tu potes ſaluare omnes auctoritates militantes contra vniuocationem entis. Notandum vlterius, quòd ens diuiditur in ens ſimplex, & compoſitum. Simplex autem dicitur multis modis.

Ens ſimplex multiplex.

Primo modo dicitur ſimplex, quod non eſt compoſitum, nec componibile: & iſto modo ſolus Deus dicitur ſimplex, quia eſt ſummè ſimplex. Summè enim ſimplex dicitur, quod non eſt compoſitum, nec componibile. Et iſto modo omne aliud à Deo diceretur compoſitum, vt compoſitio opponitur ſimplicitati iſto modo ſũptæ. Secundo modo dicitur ſimplex, quod non habet conceptum quidditatiuum, & qualitatiuum: & iſto modo dicitur ſimplex, quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, ſicut ſunt ens, & paſſiones entis, modi intrinſeci, & omnes differentiæ vltimæ, quia habent conceptum ſimpliciter ſimplicem.

Conceptus ſimpliciter ſimplex.

Conceptus autem ſimpliciter ſimplex eſt ille, qui non eſt reſolubilis in alios conceptus ſimplices, quorum quilibet poſſet actu ſimplici diſtinctè cognoſci, qui ſecundum Sco. in primo diſt. tertia q. 2. poſt. Ariſt. 9. Meta. tex. commen. vlti. vel totaliter ſcitur, vel totaliter ignoratur, quia non habet aliquid ſecundùm quòd poſſit concipi, & aliquid ſecundùm quòd poſſit ignorari. Et iſti ſimplicitati opponitur conſtitutio rei ex conceptu determinabili, & determinatiuo: & loquor ſemper de conceptu obiectiuo, & non qualitatiuo, quorum differentia aliàs patebit. Tertio modo aliquid dicitur ſimplex, quia non eſt compoſitum ex re, & re: cuiuſmodi ſunt omnia accidentia, materia prima, forma ſubſtantialis, Angelus, Anima, licèt aliqui dicant Angelum, & Animam habere materiam, & formam: quòd nõ credo verum, loquendo de materia, & forma Phyſicali: ſed benè componuntur ex genere, & differentia, ſiuè ex realitate potentiali, & realitate actuali: quæ compoſitio non de-

Digitized by Google

bet dici propriè compoſitio rei, & rei, ſed magis realitatis, & realitatis ſecundùm Scot. in 3. & in 8. diſt. 1. Sentent. Et iſti ſimplicitati opponitur compoſitio materiæ, & formę, Quarto modo aliquid dicitur ſimplex, quia non eſt mixtũ: & ſic Cœlum ſecundùm veritatem, & quatuor elementa, licèt ſint compoſita ex materia, & forma, ſunt tamen ſimplicia. i. non mixta: & iſti ſimplicitati opponitur mixtum. Ex prædictis patet, quòd ex quatuor modis iam dictis poteſt aliquid dici compoſitum, vel conſtitutum, vt patet conſideranti. Aduerte tamen, quòd duplex eſt compoſitio, ſcilicèt, cum his, & ex his: vndè ſola conſtituta dicuntur compoſita compoſitione ex his: licèt conſtituentia poſſint dici compoſita compoſitione cum his: ſicut materia, & forma, ſubiectum, & accidens: & accipio conſtitutionem limitatam: & ſic dico, quòd omne ens mundi creatum eſt compoſitum, ex re, & re, vel compoſitione ex his, vel compoſitione cum his, extendendo etiam compoſitionem ad compoſitionem eſſentialem, quæ eſt materiæ cum forma, & ad compoſitionem accidentalem, quæ eſt accidentis cum ſubiecto: vndè licèt Angelus, accidentia, materia prima, & forma ſubſtantialis, non ſint compoſita compoſitione ex his, poſſunt tamen dici compoſita compoſitione cum his. Remanet, ergo ſolus Deus non compoſitus, nec componibilis aliqua cõpoſitione. Rurſus ens diuiditur in ens neceſſarium, & in ens contingens. Vndè illud dicitur neceſſarium, quod non poteſt non eſſe: contingens verò, quòd poteſt eſſe; & non eſſe. Inuenio tamen duplex neceſſarium, & duplex contingens, ſcilicèt, complexum, & incomplexum. Neceſſarium complexum eſt, quòd non poteſt non eſſe verum, ſicut ſunt propoſitiones primi modi, & ſecundi, & ſic de aliis. Contingens verò cõplexum eſt, quòd põt eſſe quandoque verũ, & quandoque falſũ, ſicut ſunt propoſitiones de materia cõtingenti. Neceſſarium autem incomplexum eſt, quod non poteſt non eſſe, & hoc dupliciter, vel quantùm ad e[illegible] [illegible]pliciter: & ſic ſolus Deus dicitur neceſſarium, quia eſt à ſe: & per oppoſitum illud dicitur contingens ſimpliciter loquendo, quod eſt ab alio, & poteſt eſſe, & non eſſe. Neceſſarium verò ſecundùm quid eſt illud, quod non poteſt non eſſe quantùm ad eſſe ſecundùm quid, ſicut ſunt omnes res mundi, quæ ſunt poſſibiles: habuerunt enim ab æterno eſſe cognitum, & in aliquo priori naturę ante determinationem diuinæ voluntatis: & per conſequens neceſſariò ſunt in tali eſſe: quia quod præcedit determinationem diuinæ volũ-

Cõpoſitum.

Compoſitio duplex ex his, & cum his.

Contingens, & neceſſariũ duplex.

Ariſtot 1. prior. ca. 8. & 5. Met. text. com. 6.

atis, eſt neceſſarium: nec aliquid dicitur contingens, vt opponitur iſti neceſſitati. Ens vlterius diuiditur in ens independens, & in ens depẽdens. Ens independẽs eſt Deus: quia à nullo eſt, nec in genere cauſæ efficientis, nec materialis, nec formalis, nec finalis, vt ingenioſè multũ deducit Scot. 2. diſt. 1. Sentent. q. 2. & diſt. 8. q. 4. Ens verò dependens eſt, quod ab alio eſt in aliquo genere cauſę. Cum igitur omnia alia à Deo ſint in genere cauſæ efficientis, ſequitur, quod depẽdent. Sed dices, ſi omnia depẽdent, vt tu dicis, cũ depẽdentia ſit relatio, ſequeretur, ꝙ ſaltẽ omnia alia à Deo eſſent Ad aliquid: ꝙ videtur incõueniens, & cõtrà Philoſophum. 4. Metaph. Reſpõdetur, quòd argumẽtum concludit, quòd omnia alia à Deo ſũt Adaliquid denominatiuè: quia in omni ente fundatur reſpectus effectiuitatis, ſeu dependentiæ, & illud concedo. Nec hoc negaret Philoſophus: ſed non probat, quòd omnia ſũt Adaliquid formaliter, & quidditatiuè: ſic voluit negare Philoſophus omnia eſſe ad aliquid.

Ens independens.

Ens dependens.

Sed tu dices, Iſte reſpectus fundatus in creatura ad Deum terminatus, vel eſt res diſtincta à creatura, vel nõ: ſi non, ergo omnia ſunt Adaliquid eſſẽtialiter, & quidditatiuè, vt videtur: ſi ſic, ergo creatura, putà homo, vel Angelus, poterit eſſe ſine tali reſpectu: & ſic non dependebit à Deo. Probatur ſecundò conſequentia: quia licèt poſterius diſtinctum realiter aliquando non poſſit eſſe ſine ſuo priori, tamen vniuerſaliter prius ſic diſtinctum poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori. Tertia conſequentia probatur, quia effectus formalis non poteſt eſſe ſine ſua cauſa formali, etiam per diuinam potentiam: quia cauſalitas cauſæ materialis, & formalis dicunt imperfectionem; & ſic ſeparata tali dependentia, creatura non eſſet dependens.

Scotus.

Dico breuiter conformiter ad Scot. 1. diſt. 2. Sent. 4. & 5. Quòd talis dependentia eſt eadem realiter cũ creatura: & vniuerſaliter omnis relatio, ſine qua, vel ſine cuius termino fundamentum non poteſt eſſe, talis relatio identificatur realiter cum ſuo fundamento. Clarum eſt, quòd creatura nõ poteſt eſſe, niſi dependeat; & niſi Deus ſit, ergo creatura eſt realiter ſua dependentia. Et ſimiliter dico de dependentia totius compoſiti eſſentialis ad ſuas partes, & de dependentia, qua relatio dependet à fundamento.

Maior.

Ex hoc infero, quod capiendo hoc modo dependentiam, nulla creatura abſoluta depẽdet ab alia: cum etiam in genere cauſæ efficiẽtis creaturam abſolutam poſſit Deus ſeipſo creare, & conſeruare. Deindè notandum, quòd ſecundùm

Digitized by Google

Bonetum in prædicamentis; ens diuiditur in vnum, & multa: & etiam ſecundùm Philoſophum, vnum (vt in prædicto loco dicit Bonetus,) dicitur quinque modis. Primo modo dicitur vnum vnitate tranſcendenti: & ſic omnia de quibus ens tranſcendenter dicitur vniuocè, ſunt vnum iſta vnitate. Secundo modo dicitur vnum vnitate generica generaliſſima: & ſic omnia vnius prædicamenti ſunt vnum iſta vnitate. Tertio modo dicitur vnum vnitate ſpeciei ſubalternæ: & ſic omnia dicuntur vnum iſta vnitate, quæ ſub eadem ſpecie ſubalterna continentur. Quarto modo dicitur vnum vnitate ſpeciei ſpecialiſſimæ: & ſic omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ ſunt vnum iſta vnitate. Quinto modo dicitur vnum vnitate numerali: vndè quantò vnitas eſt ſuperior, tantò eſt minor ſecundùm doctrinã Sco. in multis locis: vndè maior vnitas per bonã conſequentiam infert minorem, ſed non minor maiorẽ, licet ſtet cum ea: Multa verò capitur tot modis, quot vnum (vt clarè patet practicanti) quia 1. Phyſi. tex. commen. 9. tot modis dicitur vnum oppoſitorum, quot modis dicitur, & reliquum: & hæc de primo articulo principali.

Ariſt. *Bonetus.* *Vnũ quinque modis dictum.* *Multa.*

Articulus 2. principalis.
De numero Identitatum, & Diſtinctionum.

Art. 2. princ.

QVantùm ad ſecundùm Articulum principalẽ ſunt ſeptem partiales articuli declarandi. In primo videbitur, quid eſt Identitas rationis, & eius Diſtinctio. In ſecundo, quid eſt Identitas ex natura rei, & eius Diſtinctio. In tertio, quid eſt Identitas formalis, & eius Diſtinctio. In quarto, quid eſt Identi. realis, & eius Diſtinct. In quinto, quid eſt Identitas eſſentialis, & eius Diſtinctio. In ſexto, quid eſt Identitas ſubiectiua, & eius Diſtinctio. In ſeptimo, quid eſt Identitas obiectiua, & eius Diſtinctio.

De Identitate, & Diſtinctione Rationis.
Artic. Primus partialis.

QVantùm ad primùm Articulum partialem ſunt aliqua notanda. Primò notandum eſt, quòd intellectus eſt duplex, ſcilicèt agens, cuius eſt omnia facere, & intellectus paſſiuus, ſeu poſſibilis, cui⁹ eſt omnia fieri, vt ait Ariſt. tertio de Anima. Tex comm. 18. & dico, quòd iſti duo intellectus ſũt duę formalitates in anima, quę ex natura rei diſtingũtur, licet per omnia ſint idẽ realiter. Notandũ ſecundò quòd duplex eſt actus intellect⁹ ſcilicèt rectus, & collatiuus. Actus rect⁹ appellatur, quo intellectus fertur ſuper aliquã rẽ abſolutè, vt quãdo intellect⁹ intelligit roſã. Act⁹ verò collatiuus

Intellectus agens, & poſſibilis. *Actus intellectus.*

Digitized by Google

appellatur, quo intellectus rem intellectam comparat ad ſeipſam, vel ad aliam. Notandum tertio quòd ratio capitur multis modis. Primo modo pro diffinitione, ſicut in diffinitione vniuocorum, & æquiuocorum capitur. Et dicitur diffinitio, ratio: quia eſt indicatiua obiecti intellectus, vel rationis. Secundo modo pro ipſa vi, vel potentia ratiocinatiua, ſiuè ſit intellectus, ſiuè voluntas, quæ amat creaturam propter Deum, ſiuè ſit virtus imaginatiua, quæ diſcurrit circà particularia. Tertio modo capitur pro diſcurſu rationis à præmiſſis ad concluſionem: qui dicitur actus collatiuus. Quarto modo forma dicitur ratio: quia eſt ratio cognoſcendi compoſitum, & materiam: cognoſcitur namque materia per analogiam ad formam Primò Phyſicorum. De multiplici acceptione huius nominis, Forma, videbitur in principio tertij Articuli partialis.

Ratio varijs modis dicta.

Iſtis præſuppoſitis, pono duas concluſiones. Prima eſt, quod illa ſunt idem, vel eadẽ ratione, quæ habent eundem conceptum omninò indiſtinctum à parte rei, & etiam indiſtinctũ ex parte intellectus, vt homo eſt idem ſibi i pſi, & oĩa ẽtia tertij modi perſeitatis: & ſic de alijs. Secunda concluſio, Illa diſtinguuntur ratione, quæ diſtinguuntur per actum collatiuum intellectus præcisè. Ex quo ſequitur primò, quod in omni propoſitione mundi, in qua prædicatur idem de ſeipſo, ſubiectũ, & prædicatum diſtinguuntur ratione: quia ſicut contradictio fundat in entibus ex natura rei, concludit diſtinctionem ex natura rei, ità contradictio fundata in entibus ratinis concludit diſtinctionẽ rationis.

Idem ratione.

Diſtincta ratione.

Secundò ſequitur, quod inter entia realia, & rationis (vt inter animal, & genus,) ſimiliter inter entia rationis inter ſe: (vt inter genus & ſpeciem) eſt diſtinctio rationis, quia non fit, niſi ex ſola collatione intellectus: & accipio diſtinctionem rationis, quæ eſt à potẽtia ratiocinante, & non pro diſtinctione rationis, quæ eſt à natura ratiocinabili.

Diſtinctio rationis quid.

Ex hoc patet, quòd diſtinctio rationis eſt reſpectus rationis per actum collatiuum à potentia ratiocinante cauſatus. Similiter patet, quod illi, qui reſpondent ad iſtud argumentum, Eſſentia diuina eſt communicabilis, paternitas eſt incommunicabilis: ergo eſſentia diuina, & paternitas diſtinguuntur aliter, quàm ratione. Reſpondetur, quod argumentum concludit, quod diſtinguuntur pluſquàm ratione ratiocinante, ſed nõ pluſquàm ratione ratiocinabili. Patet, inquam, quod non eſt diſputatio, niſi ad vocem: quia nec intelligunt vim vocabuli diſtinctionis ex natura rei: quia quod

quod illi vocant diſtinctionem rationis rei ratiocinabilis, formalizantes vocant diſtinctionem ex natura rei: & ſic capio in concluſione mea diſtinctionem rationis, quæ eſt præcisè, & ſolùm à potentia ratiocinante. Sed quod iſta diſtinctio rationis ſit ficticia, probatur ab aduerſarijs noſtris dupliciter. Primò ſic: Omnis diſtinctio non vana ſortitur robur, & eſſe ex aliqua re: ergo iſta diſtinctio rationis, vel ſortitur robur à re: & ſic eſt realis, & non rationis tantùm, vt vſus es iſto vocabulo rationis: vel ſi non ſortitur robur à re, ergo eſt ficticia.

Secundò arguitur ad idem ſic, & eſt quaſi confirmatio argumenti: quia intellectus intelligens rem aliter, quàm ſit, eſt falſus: quia ſi intelligat rem diſtinctam, vel rem eſſe diſtinctam, & non ſit diſtinctio à parte rei, intellectus falsè intelligit, igitur, &c.

Reſpondeo ad iſta, quòd diſtinctio rationis ſortitur robur à re, i. à non repugnantia rei ad ſic, vel ſic concipi. Ex hoc ſequitur: quòd talis diſtinctio non eſt pura fictio. Ad ſecundum, quòd eſt cõfirmatio: dico, quòd intelligere rem aliter quàm ſit, capitur dupliciter. Vno modo intelligendo ipſam non eo modo, quo eſt, non tamen, quòd intelligatur ſub modo ſibi repugnante, vt intelligendo lineam, quæ vnitur materiæ ſenſibili, non intelligendo huius materiam, nõ repugnat lineæ.

Alio modo intelligendo rem ſub modo repugnanti ſuæ naturæ: vt intelligendo Deum eſſe corporeum. Dico ergo, quòd ille, qui intelligit rem aliter, quàm eſt ſecundo modo, fallitur: non autem primo modo: ſic in propoſito, quandò intelliguntur diſtincta ſecundùm rationem abſque habitudine ad aliqua ſecundùm rem diſtincta, non erit talis alietas. Fortè dicet aliquis negando, iſtam diſtinctionem eſſe aliam à diſtinctione ex natura rei: quia illa, quæ diſtinguntur ratione, diſtinguntur ex natura rei.

Contra hoc arguitur ſic: Si hoc eſſet verum, ſequeretur tunc, quòd illa, quæ eſſent eadem ex natura rei, eſſent diſtincta ex natura rei: patet, quia formo iſtam propoſitionem, eadem ex natura rei ſunt eadẽ ex natura rei: ibi eſt diſtinctio rationis, vt prius dictum eſt: quia idem poſitum in ſubiecto diſtinguitur à ſeipſo poſito in prædicato ratione. Sed ſequitur per te, quòd iſta diſtinguntur ex natura rei: ergo illa, quæ ſunt eadem ex natura rei, ſunt diſtincta ex natura rei, quod claudit contradictionem, & hæc de primo partiali articulo huius ſecundi articuli principalis.

Digitized by Google

De Identitate, & Diſtinct. ex natura rei. Art. 2. Partialis.

QVantùm ad Secundum Articulum Partialem, ſunt aliqua notanda. Primò eſt notandùm, quòd res, & Ens, quantùm ad præſens ſpectat, conſideratur dupliciter. Primo modo, pro omni poſitiuo, ꝙ ex natura rei eſt extra nihil: & iſto modo modi intrinſeci, & differentiæ vltimæ dicũtur ens, vel res. Alio modo magis ſtrictè pro illo, quod eſt præcisè ens quidditatiuè, vel res: & ſic dicit̃ præcisè de Deo, & creatura; abſoluto, & reſpectiuo, & de illis, quæ ſunt in recta linea prædicamentali, & de materia, & forma, vt dictum eſt ſuperius ex intentione Scoti. in pri. di. 3. q. 1. & 3. & iſto modo, nec paſſiones entis, nec modi intrinſeci, nec differẽtiæ vltimæ dicunt̃ res, vel ens: ſed ſolùm dicunt̃ aliquid rei, & non res, ſecundo modo capiendo rẽ. Pro iſtis aſſignatur vna regula generalis, ſcilicèt. Quandocunque aliqua ità ſe habent, quòd vnum eſt ens, vel res, propriè accipiendo rem, & aliud eſt aliquid rei eius præcisè: illa non ſunt oĩbus modis idem. Iſta regula patet per iſtud principium commune. Quando aliqua ſic ſe habent, quòd aliquid competit vni ex natura rei, quod non conpetit alteri: talia diſtinguntur: & ſi non realiter, ſaltem aliqua alia diſtinctione: & ſic non ſunt omnibus modis idem.

Ens, & res ſumũtur 2. *Regula generalis.* *Principium commune.*

Secundò notandùm, quòd in diuinis quadrupla eſt differentia non identitatis. Prima eſt inter quidditatem, ſeu eſſentiam, & modum intrinſecum, & etiam inter ipſos modos intrinſecos. Secunda eſt inter attributa, ſcilicèt inter ſcientiam, & ſapientiam, ſimilitèr inter intellectũ, & voluntatem, (ſi fas eſt attributa nominari: quia xxvj. diſt. 1. Sent. dicit Doct. Subtilis, quòd intellectus, & voluntas non ſunt propriè attributa, ſicut bonitas & iuſtitia.) Similiter inter volitionem, & intellectionem. Tertia eſt inter notiones .i. inter ſpirare, & dicere: quia dicere eſt reſpectus patris ad filiũ, & ſpirare patris, & filij ad ſpiritum ſanctum. Quarta eſt inter eſſentiam, & relationes, & etiam inter eſſentiam, & attributa. Et poſſet addi quinta, quæ eſt inter conſtituta, & conſtituentia.

Differentia non identitatis in diuinis quadruplex. Scotus.

Tertiò notandùm eſt, quod accipiendo iſta propriè, ſcilicèt ſubſtantiam, naturam, eſſentiam, quidditatem, ſeu formalitatem, habent ordinem inter ſe: nàm omnis eſſentia eſt quidditas, ſeu formalitas, ſed nõ à cõtrà, vt patet in diuinis: & oĩs natura eſt eſſentia, & non èconuersò: quia multæ

Ordo inter ſubſtantiã, naturam eſſentiam, & quidditatem.

Digitized by Google

ſunt ſpecies,quæ ſunt eſſentiæ, cùm diffiniantur, & tamen non ſunt naturæ,cùm non ſint principium productiuum alicuius formæ abſolutæ, vt ſunt reſpectus: & omnis ſubſtantia eſt natura,ſed non èconuersò,quia qualitas eſt natura: & tamen nõeſt ſubſtantia, propriè accipiẽdo ſubſtantiã. Circa quod eſt notandùm, quòd quidditas ſumpta cum modo dicitur propriè eſſentia:denutata à modo, dicitur quidditas.

Formalitas tribus modis accipitur.

Quartò eſt notandum,quòd formalitas capitur tribus modis. Primo modo largè, & tunc ſic diffinitur, Formalitas eſt aliquid repertum in re ex natura rei, quod non oportet ſemper intellectũ mouere,dũmodò poſſit intellectũ terminare: dicitur repertum in re propter figmenta: dicitur ex natura rei,propter relationes rationis: dicitur, quòd non ſemper oportet mouere intellectum,dummodo poſſit terminare, propter relationes reales,quę dicuntur formalitates: tamen intellectum mouere non poſſunt,cùm idem ſit mouere intellectum,& cauſare partialiter intellectionem per ſpeciem ſui. Modo dictum eſt,nunc,quòd relationes non ſunt ꝓductiuæ alterius formæ abſolutæ:quare;&c. Et iſto modo capiendo formalitatem,omne illud,ꝙ eſt extra nihil,dicitur formalitas,cuiuſmodiſunt modi intrinſeci, differentiæ vltimæ,& ſic de alijs: & ſic formalitas eſt cõmunis ad realitaté, & quidditatem. Secundo modo capitur formalitas propriè, & ſic formalitas dicitur de omni eo, quod eſt ens quidditatiuè, & de omni eo,quod eſt aliquid entis, prætetquàm de modis intrinſecis,& iſto modo formalitas conuertitur cum realitate obiectiua;nec communior eſt ea:ſed realitas obiectiua, & formalitas iſto modo ſunt communiores quidditate: & ſic accipiemus formalitatem, cùm loquemur de diſtinctione formali. Tertio modo capitur formalitas ſtrictiſſimè pro illo,quod prædicatur quidditatiuè de aliquo, vel de quo aliquid quidditatiuè prędicatur; &iſto modo formalitas eſt minus communis,quàm realitas,ſed conuertitur cum quidditate. Et licèt differentię indiuiduales dicantur formalitates(capiendo formalitatem duobus primis modis.) non tamen ſunt formalitates,capiendo tertio modo: & iſta diuiſio eſt neceſſaria cuilibet formalizanti.

Relatio nihil cauſare poteſt.

Quidditatiuum ſex modis dictum.

Et quia ibi tactum eſt de quidditate, idcircò notãdum,ꝙ quidditatiuũ dicit ſex modis. Primo modo eſſentiatiuè: & ſic illud dicit quidditatiuũ.ꝙ dicit totã eſſentiã alicuius: & ſic ſpecies ſpecialiſſima dicit eſſe quidditatiuũ, cũ (ſecundũ Porphir.)dicat totam eſſentiã indiuiduorum. Nolo tamen dicere,quin indiuiduum includat intrinſecè differentiam

indiuidualem vltrà naturam ſpecificam; ſed volo ſic intelligere, quòd ſpecies dicit totam eſſentiam indiuiduorum, ità quòd indiuidua nullum prædicatum quidditatiuum addũt vltrà prædicata conuenientia naturę ſpecificę quidditatiuè, & eſſentialiter in ea incluſa. Secundo modo aliquid dicitur quidditatiuũ conſtitutiuè : & ſic illud dicitur quidditatiuũ, quod intrinſecè conſtituit aliquam rem, vt materia, & forma Phyſicaliter: genus, & differentia, Metaphyſicaliter loquendo. Tertio modo dicitur aliquid quidditatiuum ſpecificatiuè: & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod vltimò ponit rem in eſſe ſpecifico, ſicut eſt differentia ſpecifica. Quarto modo dicitur quidditatiuum repręſentatiuè: & ſic illud, quod eſt repræſentatiuum alicuius eſſentię, ſiuè ſit actus intelligendi, ſiuè ſpecies intelligibilis, dicitur quidditatiuũ, iſto modo. Quinto modo dicitur quid quidditatiuum indicatiuè: & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod eſſentiã indicat: vt diffinitio. Sexto modo dicitur quidditatiuũ prędicatiuè, & appropriatè, ſic illud pręcisè, quod prædicatur in quid, dicitur quidditatiuum. Et poſſet addi ſeptimus modus (licèt improprius) quòd aliquid dicitur quidditatiuum conſecutiuè: & iſto modo propriæ paſſiones conſequentes eſſentiam poſſent dici quidditatiuæ.

Eadem & diuerſa ex natura rei. His notatis pono duas concluſiones.

Prima eſt iſta: Illa ſunt idem ex natura rei, de quibus duo prędicata oppoſita ſecluſo opere intellectus collatiuo verificari non poſſunt: vt homo eſt homo, Sor. eſt Sor.

Secunda concluſio: Illa diſtinguntur ex natura rei, ſiuè modaliter, de quibus, ſeu inter quorum extrema duo contradictoria ſecluſo opere intellectus verificari poſſunt. Sic ſe habent diffinitio, & diffinitum: quia ſecluſo opere intellectus, diffinitio eſt ſaltem conſtitutiua: diffinitum vero, non: totum etiam, & partes, loquendo de toto Metaphyſico, & non de toto Phyſico: quia certum eſt, quod ſecundũ viã Doct. Subt. in 3. di. 2. q. 2. totum Phyſicum, & ſuæ partes diſtinguntur realiter, & pluſquàm ex natura rei. Totum autem Metaphyſicum, quod non componitur ex re, & re, ſed ex realitate, & realitate, diſtinguitur ex natura rei præcisè à ſuis partibus: ſic quod non realiter. Totũ enim ſecluſo opere intellectus dicitur cõſtitutum: partes non. Conſtitutum autem, & non conſtitutum contradicunt. Similiter ſuperius pręter opus intellectus eſt multiplicabile in plura: inferius verò non; multiplicabile, & non multiplicabile cõtradicunt. Sic etiam in diuinis diſtinguntur eſſentia diuina, *Scotus q.* & relatio, putà paternitas: quod probat Sco. 2. di. pri. Sen-

tentiarum,quia eſſentia diuina eſt communicabilis tribus perſonis,paternitas non; Pater communicat eſſentiam filio per generationem, & tamen non communicat ſibi paternitatem:ergo oportet,qòud ſit aliqua diſtinctio ante omnem actum intellectus collatiuum inter eſſentiam diuinam, & paternitatē. Similiter argueretur, quòd pater,& filius communicant eſſentiam ſpirituiſancto, & tamen non communicant ſibi ſuas notiones, ſcilicèt paternitatem, & filiationem. Nolo tamen dicere,quod eſſentia diuina non diſtinguatur pluſquàm ex natura rei à relatiōibus in diuinis;quia etiam diſtinguntur formaliter,vt dicetur poſtea. Hac etiam diſtinctione diſtinguitur modus intrinſecus ab eo, cuius eſt modus, ſicut finîtas ab humanitate, infinitâs à diuinitate.

Eſt autem modus intrinſecus ſecundùm Scotum 8. diſ. pri. q. 3. qui additus alteri non variat rationem formalem conſtituti per ipſum;nec eſt remotus ab illo,id eſt, qui de ſe nullam rationem formalem dicit. Modus enim intrinſecus eſt inconceptibilis per ſe,quia non concipitur,niſi cum illo, cuius eſt modus. Et dicunt aliqui, quòd dicitur modus intrinſecus ex eo, quia non intrat rationem formalem illius, cuius eſt modus intrinſecus, nec debet propriè concedi, quòd diſtinguitur à tali re formaliter. Modi intrinſeci in diuinis ſecūdùm aliquos ſunt infinitâs,neceſſitâs,æternitâs,& exiſtentia:licèt eſſe,ſeu exiſtere videatur eſſe de conceptu formali Dei,& quidditatiuè in primo modo dicendi per ſe, de Deo prædicetur ſecundùm Doct. Subt. in 2. di. ſecundi q. 1. In creaturis ſunt modi intrinſeci actus,& potentia,cōtingentia,intenſio, & remiſſio,exiſtentia, & ſic de alijs. Iſti modi opponuntur inter ſe:quia vnus alteri, ſicut infinitum finito, contingens, neceſſario,& ſic de alijs. *Modus intrinſecus quid.* *Modi intrinſeci in diuinis.* *Scotus.*

Omnes iſti modi intrinſeci, nec intrant quidditatem, nec differunt ab ea formaliter poſitiuè, ſed benè negatiuè; hoc eſt,quòd non ſunt de rationę formali ipſius quidditatis, cuius ſunt modi intrinſeci, & tales modi reducuntur ad illud genus in creaturis,cuius eſt ſua quidditas.

Landulphus tamen in ſuo primo in prologo tenet oppoſitum,cum quo multi tenent,quòd modus intrinſecus eſt idem formaliter cum illo, cuius eſt modus intrinſecus, videlicèt conſtituti per ipſum: & exemplificat de infinitate, quæ eſt modus intrinſecus Dei, & eſt de quidditate, ſeu de ratione quidditatiua ipſius Dei. Hoc etiam videtur tenere Doct. Sub. in quol. quia ex eo,quod natura diuina eſt infi- *Landulphi opinio.*

Digitized by Google

nita,eſt natura diuina: cùm natura diuidatur, quia alia eſt finita,& iſta eſt creaturarum: alia autem infinita, & iſta eſt natura diuina. Sed quærendum eſt,quæ ergo eſt differentia inter modum intrinſecum, & differentiam, cùm vtrumque ſit de ratione quidditatiua ſui conſtituti? Dico,quòd maxima eſt differentia.

Differentia inter modum intrinſecum & differentiam. Scotus.

Primò,quoniam differentia dicit realitatem actualem qualitatiuam,quę pręſupponit realitatem potētialem,quam cōtrahat: & ſic vbicūque eſt differentia,propriè accipiendo differentiam,ibi eſt compoſitio realitatis potentialis,& realitatis actualis:quæ cōpoſitio ſufficit ad hoc, quod aliquid ſit per ſe reponibile in prædicamento: non ſic eſt autem de modo intrinſeco ſecundùm Sco. di. 8. pri. q. 2. imaginatur enim Sco. & ſubtiliter, quòd ens dicit conceptum quidditatiuum dictum de Deo,& creatura in quid, qui contrahitur per aliquos conceptus dicentes quale: ſed nec iſte conceptus dicens quid,dicitur conceptus generis: nec illi conceptus dicentes,quales ſunt conceptus differentiarum: quia iſte conceptus quidditatiuus eſt communis ad finitum, & infinitum:qualis communitas non poteſt eſſe in conceptu generis,cum talis conceptus ſit neceſſariò limitatus. Iſti autem conceptus contrahentes dicunt modum intrinſecum ipſius contracti,& non aliquam realitatem perficientem illam. Differentiæ autem non dicunt modum intrinſecum realitatis alicuius generis: quia in quocunque gradu intelligatur animalitas non propter hoc inuenitur rationalitas, vel irrationalitas eſſe modus intrinſec⁹ animalitatis:ſed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu perfectibili à rationalitate,& irrationalitate.

Quæſtio.

Sed quæres,quomodò poteſt cōceptus cōmunis Deo, & creaturæ realis accipi,niſi ab aliqua realitate eiuſdē generis: & tūc videt᷑,ꝙ ſit potētialis ad illā realitatem à qua accipitur cōceptus diſtinguens:& tūc videtur eſſe idē iudiciū de ente, & modis intrinſecis ipſum cōtrahentibus,ſicut de conceptu generis,& differētiarū:ergo ſi cōceptus generis,& differētiæ neceſſariò faciant cōpoſitionē aliquā in illo,in quo ſunt ſ'l'r videbit᷑ dicēdū de ente,& de ſuis modis intrinſecis ipſū cōtrahētibus. Cōfirmatur, quia ſicut duæ ſpecies cōueniunt in realitate generis,& differunt per differētias,ità etiam Deus, & creatura conueniunt quidditatiuè in ente,& differunt per modos intrinſecos.

Reſponſio.

Reſpondeo breuiter ſecundū Doctorem prædictum: in pri.di.8 q. 3. Quandò intelligitur aliqua realitas cum ſuo modo intrinſeco, ille cōceptus non eſt ità

Digitized by Google

ſimpliciter ſimplex , quin poſſit concipi illa realitas abſquè modo iſto : ſed tunc eſt conceptus imperfectus illius rei : poteſt etiam concipi cum illo modo, & tunc eſt perfectus conceptus illius rei. Exemplum. Si eſſet albedo in 8. gradu intenſionis , quantumcunque eſſet ſimplex omninò in re , poſſet tamen concipi ſub ratione albedinis tantæ , & tunc perfectè conciperetur conceptu adęquato ipſi rei : vel poſſet concipi præciſè ſub ratione albedinis , & tunc conciperetur conceptu imperfecto, & deficiente à perfectione rei. Conceptus autem imperfectus poſſet eſſe communis albedini illi , & aliæ , & conceptus perfectus proprius eſſet. Requiritur ergo diſtinctio, inter illud, à quo accipitur conceptus communis , & inter illud à quo accipitur conceptus proprius in Deo, & creatura, non quidem ſicut diſtinctio realitatis, & realitatis; ſed ſicut diſtinctio realitatis, & modi proprij intrinſeci eiuſdem: quæ diſtinctio ſufficit ad habendum conceptum perfectum , & imperfectum de eodem, quorũ imperfectus ſit cõmunis , & perfectus ſit proprius: ſed cõceptus generis, & differẽtiæ, requirũt neceſſariò diſtinctionẽ realitatũ, nõ tantũ eiuſdẽ realitatis perfectæ, & ĩperfectæ cõceptæ. Iſtud poteſt declarari ſic: Si ponam⁹ aliquẽ intellectũ perfectè moueri à colore ad intelligendum realitatem coloris, & realitatem differentiæ, quantumcunque habeat perfectum conceptum adæquatum primæ realitatis, à qua accipitur conceptus generis, non tamen habet in hoc conceptum realitatis à qua accipitur differentia , nec èconuerſò : ſed habet ibi duo obiecta formalia , quæ nata ſunt terminare diſtinctos conceptus proprios. Si autem eſſet tãtùm diſtinctio in re, ſicut realitatis, & ſui modi intrinſeci : nõ poſſet intellect⁹ cõceptum propriũ hr̃e illius modi intrĩſeci , & ꝗ̃ rei , ſed ĩ illo cõceptu perfecto hr̃et vnũ obiectum adæquatum illi, ſcilicet rẽ ſub modo intrinſeco. Et ſi dicas: Saltẽ conceptus communis eſt indeterminatus , & potẽtialis ad ſpecialẽ cõceptũ , vt realitas ad realitatẽ: vel ſaltẽ cõceptus ẽtis cõmunis nõ erit infinitus, quia nullum infinitum eſt potentiale ad aliquid. Concedo, quòd conceptus ille communis Deo , & creaturæ, nec de ſe eſt finitus , nec infinitus de ſe: quia ſi eſſet infinitus de ſe, non eſſet communis Deo , & creaturæ , finito, & infinito. Si etiam eſſet de ſe finitus, ità quòd de ſe includeret finitatem , tunc non competeret infinito. Et ratio iſtorum duorum dictorum eſt , quia quòd conuenit alicui ſuperiori de ſe, vt eſt indifferens ad omnia ſua inferiora , conuenit

Exemplum

Obiectio.

Solutio.

Digitized by Google

de ſe omnib⁹ ſuis inferioribus, intelligẽdo, quòd illud prędicatum cõueniat ſuperiori, ſic indifferenti habenti ſuppoſitionem perſonalem, ſed debet iſte conceptus dici indifferens ad finitum, & infinitum, & ideò poteſt concedi, quòd eſt finitus negatiuè. i. non ponens infinitatem, & vt ſic eſt determinabilis per iſtos modos intrinſecos, qui ſunt finitas, & infinitas. Sed ſi arguas, ergo realitas à qua accipitur eſt finita, non ſequitur: non enim accipitur ab aliqua realitate, vt conceptus adæquatus realitati, ſiuè vt perfectus conceptus illi realitati adæquatus, ſed diminutus, vel imperfectus, tantùm etiam, quòd ſi iſta realitas à qua accipitur, videretur perfectè, & intuitiuè, intuens ibi non haberet diſtinctè diſtincta obiecta formalia, ſcilicèt realitatem, & modũ; ſed idem obiectum formale, tamen intelligens intellectione abſtractiua, propter imperfectionem illius intellectionis, poteſt habere vnum pro obiecto formali, licèt non habeat alterum. hæc Scot. vbi ſupra. & ſic patet, quòd licèt modus intrinſecus, ſecundùm iſtum modum dicendi, pertineat ad rationẽ quidditatiuã, ſicut & differẽtia, tñ valdè differũt, vt dictũ eſt. Secundo differunt modus intrinſecus & differentia, quia modus intrinſecus, variat ſolùm rationẽ quidditatiuã, accipiendo rationẽ quidditatiuã pro conceptu quidditatiuo illius, cui additur, ſiuè contracti per ipſum: Differentia vero variat rationẽ quidditatiuam, & formalẽ, & ſic intelligitur dictum Scoti, quòd modus intrinſecus eſt, qui additus alteri non variat rationẽ formalem: non enim dicit, quod non variat rationem quidditatiuam, ſed formalem, quia quidditatiuam benè poteſt variare, vt patet de finitate, & infinitate, quę variant rationẽ, ſeu conceptum quidditatiuum ipſius entis. Quæ autem differentia ſit inter rationẽ quidditatiuam ſolùm, & quidditatiuam, & formalem ſimul, fortè aliàs dicetur. Solùm iſtud dico pro nunc, quòd ratio quidditatiua, & formalis conuenit ſolùm ſpeciei, ſiuè ſpecialiſſimæ, ſiue ſubalternæ: & omnis, & ſola talis ratio debet habere genus, & differentiam ipſam conſtituentia, vt patet per Porphyrium in Prædicabilibus. Ratio verò quidditatiua poteſt conuenire omnibus aliis, habentibus conceptum communem quidditatiuum, & proprium qualitatiuum: & ſic ratio quidditatiua, & formalis ſimul, & quidditatiua ſolùm differunt. (Ex prædictis infero, quòd quidditas, & eius modus intrinſecus, & modi intrinſeci adinuicem, & omnia, quæ ſunt in recta linea prædicamentali, diſtinguuntur ex natura rei abinuicem,

Et ſimiliter ens à Deo, & creatura, & breuiter quodlibet conſtitutiuum à ſuo conſtituto. Omnia enim iſta diſtinguuntur ſecluſo opere intellectus, & non diſtinctione reali propriè capiendo diſtinctionem realem: ergo aliqua diſtinctione media inter diſtinctionem rationis, & realem iſto modo ſumptam. Hanc diſtinctionem mediam voco ex natura rei: quæ vt patet ex vi vocabuli, non niſi à proteruo negari poteſt, licèt diſtinctionem inter modum, & quidditatem Franciſcus modalem appellauerit, tanquam à denominatione imperfectiori, & ignobiliori. Sed contra iſtam diſtinctionem ab aduerſariis noſtris arguitur ſic. Vel diſtinctio ex natura rei eſt præter opus intellectus, vel per opus intellectus. Si ſolùm per opus intellectus: ergo eſt diſtinctio rationis ſolùm per vos, qui ſic diffinitis diſtinctionem rationis. Si eſt præter intellectum: ergo eſt diſtinctio realis, quorum vtrumque negaſtis. Dico, quòd diſtinctio realis poteſt capi dupliciter: vno modo largè pro omni diſtinctione, quæ eſt ſecluſo opere intellectus, & ſic inter diſtinctionem rationis, & diſtinctionem realem, non eſt diſtinctio media: & ſic dico, quod diſtinctio ex natura rei eſt realis, iſto modo capiendo diſtinctionem realem. Alio modo capitur diſtinctio realis propriè, quæ eſt inter rem, & rem: & ſic dico, quod inter diſtinctionem realem, & diſtinctionem rationis eſt diſtinctio ex natura rei media, & formalis. Ex hoc patet, quòd diſtinctio ex natura rei eſt reſpectus, qui oritur ex propriis rationibus formalibus terminorum ſecluſo quocunque actu potentiæ collatiuæ: & hæc de ſecũdo articulo partiali huius ſecũdi articuli prĩcipalis.

Diſtinctio realis duobus modis ſumitur.

De Identitate, & Diſtinctione formali, Articul. 3. partialis.

Qvantùm ad tertium Articulum partialem, ſunt aliqua notanda. Primò notandum eſt, quòd formalitas venit de formali, & formale de forma. Forma autem dicitur multipliciter. Vno modo dicitur forma, prout eſt altera pars compoſiti: & tunc appellatur forma partis. Alio modo poteſt accipi pro forma totius, videlicet pro tota ipſa natura abſtractiuè ſumpta, ſicut humanitas dicitur forma totius, non per informationem materiæ, ſed qua ſuppoſitum eſt quiditatiuè homo. Forma primo modo dicta eſt per ſe terminus formalis generationis: ſed forma ſecundo modo dicta eſt ter-

Formalitas & formale vndè.

Forma diuerſimodè ſumitur.

Digitized by Google

minus per ſe primus, & adæquatus ipſiuſmet generationis. Alio modo, dicitur forma de omni ſubſtantia immateriali, eo modo quo Deus, & intelligentiæ dicuntur formæ. Alio modo accipitur pro forma accidentali. Alio modo accipitur pro quacunque ratione, ſub qua ex natura rei aliquid poteſt concipi. Et ab iſta forma vltimo modo ſumitur formalitas, de qua hîc intendimus: vndè licet ab vtraque forma proportionaliter nominetur formalitas, non tamen ſic intendimus hîc de ea. Ideò formalitas hoc modo intenta, nihil aliud eſt, quàm ratio obiectiualis, ſub qua vnaquæque res concipi poteſt ex natura rei: & dicitur formalitas à forma iſto modo, propter ſimilitudinem, quam habet cum forma primo modo, & ſecundo modo dicta: quia ſicut forma illis duob⁹ modis capta eſt ratio cognoſcendi rem, cuius eſt, ita etiam forma, vel formalitas hoc vltimo modo dicta.

Formaliter quinque modis dicitur. *F. Mayro.*

Secundò eſt notandum, quòd hæc dictio Formaliter eſt modalis dictio aduerbialis, & determinatiua: & ſumitur quinque modis, vt ait Franciſ. in primo diſt. 8. Primis tribus modis ſumitur, vt dicit determinationem copulæ propoſitionum primi modi per ſe: vt cùm dicitur primo modo: homo formaliter eſt animal: ſecundo modo, homo formaliter eſt rationalis: tertio modo, homo formaliter eſt animal rationale. Quarto modo ſumitur formaliter, vt notat formam, vel determinationem alicuius per denominationem intrinſecam ipſum denominantem: vt, homo formaliter eſt riſibilis: homo formaliter eſt albus, & ſic de aliis. Quinto notat actum, vel operationem, quo, vel qua quis agit, vel patitur, vel operatur: vt cùm dicitur, Petrus intellectione formaliter intelligit, viſione formaliter videt, & ſic de aliis.

Prædicatio quadruplex. *Prædicatio formalis.* *Primus modus dicendi per ſe.*

Tertiò notandum, quòd quadruplex eſt prædicatio. Prima eſt quidditatiua, & formalis, vt eſt primus modus dicendi per ſe: & hæc habet quatuor gradus. Primus gradus eſt, quandò per ſe ſuperius in quid prædicabile, prædicatur de ſuo per ſe inferiori: vt quandò ens prædicatur de Deo, & creatura, vel genus de ſua propria ſpecie, vel ſpecies de ſuo proprio indiuiduo. Secundus gradus, quandò prædicatum intrinſecum dicens quale prædicatur de illo, cui conuenit intrinſecè: vt differentia de diffinito, vel modus intrinſecus de conſtituto per ipſum, ſecundùm illam opinionem, quam ſuperius recitaui in præcedenti articulo. Exemplum primi mēbri hujus ſecundi gradus, vt homo eſt

rationalis. Exemplũ ſecũdi, vt Deus eſt infinitus vel eſſentia diuina eſt infinita. Notandum tamen eſt, quòd rationale ſumitur dupliciter. Vno modo, vt conſtituit tanquàm pars formalis, nec iſto modo dicit aptitudinem, ſed eſt differentia, vel tenens modum differentiæ. Alio modo, vt dicit aptitudiné ratiocinandi: & ſic eſt propria paſſio, nec iſto modo facit prædicationem quidditatiuam, quia nulla aptitudo pertinet ad primum modum dicendi per ſe. Prædictam diſtinctionem ponit. Fran. ſuper Por. c. de differentia. Tertius gradus eſt, quandò tota ratio intrinſeca prædicatur de ſuo conſtituto: vt quandò diffinitio prædicatur de diffinito, vt homo eſt animal rationale. Quartus gradus eſt, quandò idem prædicatur de ſeipſo, vt homo eſt homo. Et capitur hic prædicatio quidditatiua, vt diſtinguitur contra prędicationem, in qua prædicatur aliquid extraneum; quia vt dicit Bœtius, hæc propoſitio, homo eſt homo, non eſt propriè quidditatiua prędicatio, quia nihil idé omnimodè eſt de quidditate ſui ipſius, ſed largè eſt quidditatiua, prout diſtinguitur contra denominatiuam: & iſti quatuor gradus faciunt primum modum dicendi per ſe.

Rationale duobus modis ſumitur.

Aſſignantur etiam alij tres ab Ariſtotele. j. Poſteriorum. capite 4. Et ſic ſecundus modus dicendi per ſe, eſt quandò propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto: & iſte modus habet duos gradus. Primus eſt, quandò adæquata paſſio prædicatur de ſuo adæquato ſubiecto primo, vt homo eſt riſibilis. Secundus gradus eſt, quandò paſſio adæquata ſuperiori de per ſe inferiori ad ſubiectum prædicatur, vt Sortes eſt riſibilis. Tertius modus non eſt prædicandi, ſed ſed eſſendi, & iſto modo omnia per ſe ſunt, quę per ſe & nõ in alio exiſtũt, ſicut Deus, & omnes primæ ſubſtantiæ, quia nullo modo ſunt in alio. Quartus modus dicendi per ſe eſt quãdò effectus formalis prędicatur de aliquo mediente ſua cauſa formali, valquandò actus profluens, id eſt progrediens à cauſa formali, dicitur de effectu formali, mediante cauſa formali, vel quãdò effectus prædicatur de ſuo immediato principio productiuo. Exemplum primi, vt homo albedine eſt albus. Exemplum ſecundi, vt album albedine diſgregat, calidum calore calefacit. Exemplum tertij, Intellectus intelligit, voluntas vult, & ſic de aliis.

Ariſt.

Sed hic inſurgunt duæ difficultates. Prima eſt in quo modo dicendi per ſe ſunt propoſitiones, in quibus prędicãtur per ſe inferiora de ſuis ſuperioribus, vel paſſio inferioris de ſuperiori ad ſubiectũ, talis paſſionis. Dico breuiter

Duæ difficultates.

Digitized by Google

contrà multos, quòd tales prædicationes nullo modo ſunt per ſe: licèt enī tales indiffinitæ, vel particulares ſint neceſſariæ, non tamen ſunt per ſe. Probatur dupliciter ex intentione Philoſophi.

Primò, quia dicit Philoſophus, quòd propoſitiones per ſe, non conuertuntur: quod non debet intelligi, quòd non conuertuntur abſolutè, cùm conuerſio ſit adæquata paſſio propoſitionis, ſaltem cathegoricè, ſed debet intelligi, quòd non conuertuntur in alias propoſitiones per ſe; ſed iſta eſt per ſe, homo eſt animal: ergo iſta non erit per ſe, animal eſt homo: & idem eſt iudicium de omnibus alijs talibus. Secundò probatur, quia, dicit Philoſophus, quod per ſe infert de omni, ità quòd à propoſitione per ſe ad propoſitionem de omni, eſt bona conſequentia: ergo ſi iſta eſſet per ſe, animal eſt homo, iſta eſſet bona conſequentia, animal eſt homo, ergo omne animal eſt homo: conſequens falſum, ergo illud ex quo ſequitur, videlicèt, quòd iſta ſit per ſe, animal eſt homo, & idem dico de iſta, animal eſt riſibile, & de omnibus talibus.

Secunda difficultas, in quo modo dicendi per ſe ſunt iſtæ propoſitiones, homo albus eſt homo albus, homo albus eſt homo, homo eſt homo albus, & ſimiles.

Reſpondeo breuiter, quòd nullo modo ſunt per ſe. Pro cuius declaratione ampliori, noto tres regulas optimas, quæ habentur à Scoto in prima diſtinct. ſecundi quæſt. 2. in materia de poſitione per ſe nota, & in tertio, diſtinctione Septima quæſt. 2. & vigeſima ſecunda. q. 1.

Regulæ tres notandæ. Prima regula eſt, Quòd de ratione in ſe falſa nihil verè, & affirmatiuè prædicatur, nec ipſa de aliquo prædicatur, immò nec ipſa de ſeipſamet. Iſta enim non eſt vera, homo eſt
1. homo irrationalis, homo irrationalis eſt animal, homo irrationalis eſt homo irrationalis: nulla illarum eſt vera, & ſimile eſt iudicium de omnibus alijs.

2. Secunda regula eſt, Quod de illo, quod eſt in ſe ens per accidens, nihil per ſe prædicatur, nec de aliquo ipſum per ſe prædicatur, immò nec idem de ſeipſo. Nulla enim iſtarum eſt per ſe, homo quantus eſt homo, Sortes eſt homo quantus, homo quantus eſt homo quantus.

3. Tertia regula eſt, quòd de conceptu per accidens, ſiuè contingenti nihil neceſſariò prædicatur, nec ipſe de aliquo, nec idem de ſeipſo. Exemplum huius regulæ eſt, cùm homo niger dicat conceptum contingenter vnum, nulla iſtarum eſt neceſſaria, homo niger eſt homo, homo eſt homo niger, homo niger eſt homo niger.

Digitized by Google

Prima regula ſic poſſet perſuaderi, & breuiter: quia ſi iſta eſſet vera, homo irrationalis eſt homo irrationalis, de qua magis videtur, tunc ex vero ſequeretur falſum. Probatur ſic, quia benè ſequitur; homo irrationalis eſt homo irratiõalis: ergo homo irrationalis eſt homo, à parte in modo ad ſuum totum, & vltrà: ergo homo eſt homo irrationalis per conuerſionem, & vltra: ergo homo irrationalis, & irrationale eſt homo, ſed omnia iſta ſunt falſa: ergo & iſta propoſitio, ex qua omnia iſta illata ſequuntur, ſcilicet homo irrationalis eſt homo irrationalis, eſt falſa, quod eſt propoſitum.

Secunda, & Tertia regula ſimul probãtur per probationem Tertiæ: quia ſi iſta eſſet neceſſaria, vel per ſe, homo niger eſt homo niger, ex neceſſario ſequeretur contingens, quod eſt falſum, vt probatum eſt in conſequentiis. Probatur tamen conſequentia, quia benè ſequitur, homo niger eſt homo niger: ergo homo niger eſt homo, à parte in modo ad ſuum totum, & vltrà conuertendo: ergo homo eſt homo niger, & vltrà: ergo homo eſt niger à parte in modo etiam ad ſuum totum. Omnes iſtæ propoſitiones illatæ ſunt contingentes: ergo & iſta, homo niger eſt homo niger, eſt contingens, & per conſequens non neceſſaria, nec per ſe: & intelligo per ſe in primo modo, vel ſecundo modo dicendi per ſe, & ſic manent regulæ infallibiliter veræ. Et ſi arguatur, quod in iſtis, homo niger eſt homo niger, homo abus eſt homo albus, eſt prædicatio eiuſdẽ de ſeipſo, ergo tales propoſitiones ſunt per ſe, & neceſſariæ: Dico breuiter, quòd quandò dicimus, quòd prædicatio eiuſdẽ de ſeipſo eſt per ſe, & neceſſaria, intelligendum eſt de prædicatiõe in qua non prædicatur ens per accidens, vel non ſubiicitur: & ſic patet reſponſio ad difficultatem.

Secunda prędicatio eſt formalis prædicatio, & denomitiua: & hæc habet quatuor gradus. Primus eſt, quandò differentia prædicatur de genere cõtrahibili per eam, vt animal eſt rationale: & quandò modus intrinſecus prædicatur de ſuo contracto, vel contrahibili, vt cùm dicitur, ens eſt infinitum, & ſic de aliis. Et ſi dicas, quòd hìc videtur contradictio, quia ſuperius dictum eſt, ſuſtinendo opinionem Landulphi, quòd quandò modus prædicatur de eo, cuius eſt modus, eſt prædicatio quiditatiua hìc dicitur, quod eſt prædicatio denominatiua, igitur. Reſpõdeo, & dico, quòd non eſt contradictio: quia ſuperius dicitur, quòd talis prædicatio eſt quiditatiua, ſi modus prædicatur de conſtituto per ipſum, cùm ſit de eſſentia ipſius ſecundùm Landulphum:

Prædicatio denominatiua, habet gradus. 4.

Artic. 2. partialı.

hîc dico, quòd eſt prædicatio denominatiua, quia prædicatur non de conſtituto, ſed de contrahibili per ipſum. Sicut refert dicere, homo eſt rationalis, & animal eſt rationale, cùm prima ſit quidditatiua, & ſecunda ſit denõinatiua, ità etiam refert dicere, Deus eſt infinitus, vel eſſentia diuina eſt infinita, & ens eſt infinitum, quarè dico conſequenter, quòd duæ primæ ſunt quidditatiuè, ſecunda autem non, ſed denominatiua tantùm.

Secundus gradus denominatiuæ prædicationis eſt, quandò propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto. Et iſte gradus eſt ſecundus modus dicendi per ſe. Et eſt ſciendum, quòd propria paſſio, cùm ſit eadem res cum ſuo ſubiecto ſecundùm Scotum in tertio quolibet. & ſuos ſequaces, eſt reductiuè in illo genere, ſeu Prædicamento, in quo eſt ſuum ſubiectum per ſe.

Tertius gradus prædicationis denominatiuæ, & formalis eſt, quandò effectus formalis denominatiuè prædicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali, vt homo nigredine eſt niger: vel quandò actus profluens à cauſa formali dicitur de effectu, mediante cauſa formali: vel quandò effectus dicitur de ſuo immediato principio productiuo, & iſte gradus eſt Quartus modus dicendi per ſe.

Quartus gradus prædicationis denõinatiuæ, & formalis eſt, quandò accidens prædicatur de ſuo ſubiecto: & poteſt fieri nouem modis, poſito quod Petrus ſit ſubiectum in omnibus his, dicendo. Petrus eſt bicubitus, albus, pater, agens, patiens, calciatus, & ſic de alijs: & iſte gradus eſt de per accidens.

Prædicatio identicè identica. Tertia prædicatio eſt identicè identica: & hæc eſt, quandò vtrumque extremum eſt formaliter infinitum, vel alterum tantùm eſt formaliter infinitum, vel permiſſiuè. Exemplum primi, vt eſſentia diuina eſt bonitas, eſſentia diuina eſt iuſtitia, & ſic de alijs. Exemplum ſecundi, vt eſſentia diuina eſt filiatio, eſſẽtia diuina eſt paternitas, & ſic de alijs. Exemplum tertij, vt paternitas eſt entitas, humanitas eſt entitas, & ſic de alijs. Pro quo notandum, quòd iſtę prædicationes, ſi ſunt veræ, debet predicari concretum de concreto, vel abſtractũ de abſtracto, & non concretum de abſtracto, nec abſtractum de concreto: maximè ſi talia concreta ſint adiectiua. Iſta enim conceditur, eſſentia diuina eſt generatio: tamen iſta non conceditur, eſſentia diuina generat, vel generatur, ſecundùm Magiſtrum Senten. v. diſt. primi. Super quo verbo dat Scotus pulcherrimam hãc regulã, *Pulchra Regula Scoti.*

Quòd quando ſubiectum eſt vltimata abſtractione abſtra- *Scoti pro* ctum, & prædicatum ex ſua ratione formali non pōt prædi- *abſtractis* cari, niſi formaliter, propoſitio non eſt vera, niſi ſit in primo *in primo.* modo dicendi per ſe. Ratio eſt quia ſubiectum, & prædica- *diſt.5.q.1.* tum modos ſignificandi oppoſitos dicunt ſibi incompoſſibiles: vndè de tali ſubiecto, ſic vltimatè abſtracto, nihil poteſt verè prædicari, niſi per ſe primo modo, vel identicè. *Abſtractio multiplex.* Hanc propoſitionem declarat Scotus ſic, in ſubſtantijs (accipiendo ſubſtantiam præciſè ſecundùm rationem ſuam formalè) eſt vna abſtractio tantùm, à ſuppoſitis propriæ naturæ, quia ſubſtantiæ non ſunt natæ concernere aliquid alterius naturæ: ideò, ibi, prima abſtractio maxima eſt, abſtrahendo naturam humanam à ſuppoſitis, quæ ſunt illius naturæ, ſicut abſtrahitur, cùm concipitur humanitas, non remanet vlterius alia abſtractio, & ideò iſtud, vt ſic conceptū eſt præciſè ipſummet: quia cuilibet alij extraneum eſt ſicut dicit Auicēnas quīto Metaphyſicæ: quòd Equinitas ē tantū equinitas, & nihil aliud. *Auicennæ commen.1.* Sed in accidentibus, quantò plura poſſunt concernere, tātò plures poſſunt fieri abſtractiones: accidētia abſoluta cōcernūt duo. ſ. ſuppoſita alterius naturę, & indiuidua naturæ propriæ, licèt à ſuppoſitis alterius naturæ abſtrahātur, tñ concernūt indiuidua propriæ naturæ, ſicut album concernit lignum, & hoc album, ſiuè hanc albedinem, & illam: & ideò poſſunt ibi fieri duæ abſtractiones, vna ſcilicèt accidentis à ſubiecto, putà albedinis à ligno, & alia, ſcilicèt quidditatis, à ſuppoſito, vel ſingulari, putà albedinis ab hac albedine, & illa, quæ ſunt indiuidua ſua. Et hanc circumloquimur per albedineitatem, vel per hoc, quod dicimus quidditas albedinis: & iſta non concernit aliquod ſubiectum, nec ſuppoſitum eiuſdem naturæ, nec alterius. In relationibus etiam (quæ plura concernunt) adhuc plures poſſunt fieri abſtractiones. Concernit enim relatio ſuum proprium indiuiduum, fundamentum, & ſubiectum: & ſecundùm hoc poſſunt ibi fieri tres abſtractiones, vna relationis à ſubiecto, ſecunda relationis à fundamento, tertia quidditatis à ſuppoſito: & iſtæ abſtractiones ſic ſe habent, quòd licèt abſtractio fiat à poſteriori, & extrinſeco, non tamen à priori, & intrinſeco. Exemplum. Hoc concretum, quod eſt cauſa, dicitur de igne, quia generat calorem in ligno: ſed abſtrahendo à ſubiecto remanet adhuc concretio ad fundamentū, putà ſi dicatur potentia cauſandi calorem. Calor enim eſt potentia cauſandi calorem, non tamē ignis,

Digitized by Google

eſt potentia cauſandi illum. Adhuc poteſt fieri abſtractio vlterior ad proprium genus, putà, ſi dicatur cauſalitas, & tunc nec ignis, nec calor recipit prædicationem ipſius, tamen hæc cauſalitas eſt cauſalitas, Vltima abſtratio, qualis eſt in ſubſtantijs, eſt per hoc, quod dicimus quidditas cauſalitatis, & hoc de nullo alio prædicatur. Ex prædictis apparet quid ſit vltima abſtractio cuiuſlibet rei: quia quidditatis abſolutiſſimè ſumptę ab omni eo, quod eſt quocunque modo extra rationem quiditatis, in qua quidem abſtractiõe nihil aliud inuenitur, ſeu intelligitur re, vel ratione, niſi quod eſt ipſius quidditatis. Et dicunt, quidem, quod terminus vltimatè abſtractus in propoſitione ſubiectus includit vnum ſyncategoruma, putà, vel formaliter, vel primo modo, vel quidditatiuè, vel identicè, & ſic de alijs. Circà alium terminum propoſitionis, dato etiã, quòd prædicatum de quocunque prædicatur, non poteſt prædicari, niſi formaliter. Notandum eſt, quòd ſubſtantiua nomina poſſunt dupliciter prædicari in diuinis: quandoque formaliter, vt Deitas eſt Deitas: quandoque per identitatem, vt Deitas eſt ſapientia. Sed adiectiua, ſi prædicantur de neceſſitate, formaliter, & denominatiuè prædicantur: & hoc quia ſunt adiectiua, nàm ex hoc, quod adiectiua ſunt, ſignificant formam per modũ informantis. Et ideò de nullo verè dicuntur niſi, quod ſe, habet per modum informati, de quo videlicèt formaliter dicuntur, Talia ſunt, non tantùm adiectiua nomina, ſed omnia participia, & verba. Semper enim in ſuo modo ſignificandi includunt adiacentiam, & modum formalem reſpectu alicuius talis ſuppoſiti, & ideò prædicantur, quaſi ſecundũ ſecundũ modũ dicendi per ſe, ꝙ ergo prædicentur identicè, eſt ipſa prædicari modo oppoſito ſuo proprio modo dicendi, vel prędicandi. His intellectis, patet maior iſta aſſumpta: Quandò ſubiectum eſt abſtractum vltimatè, ità quòd eſt abſtractam ab omni, quod eſt extrà rationem eius, & prædicatum non poteſt prędicari ex ratione formali, niſi formaliter, & modo inhærentis, ſiuè quaſi inhærentis, iſtud prædicatum non poteſt verè dici de illo ſubiecto, niſi per ſe primo modo, quia iſtud prædicatum præciſè natum eſt formaliter prædicari: ideò non poteſt ſaluari veritas propter identitatem tantùm, quia ſubiectum eſt vltima, & ſumma abſtractione abſtractum: ideò non poteſt ſtare pro aliquo qualitercunqne alio à ſe, ſed præciſè pro ſe formaliter. Et ideò oporteret;, quòd ſua ratio præciſè formaliter eſſet idem illi prædicato: quod non poſſet eſſe, niſi illa ratio præ-

Subſtantiua nomina duobus modis nunciãtur in diuinis.

ciſè

ciſè includeret prædicatum, patet ergo propoſitio. Et ſi fiant Syllogiſmi expoſitorij, vel aliqui alij, debent ſolui per artem datam in primo Priorum, videlicèt, quòd maior, vel minor reducantur ad propoſitionem de omni, ſi ſint affirmatiui, vel de nullo, ſi ſint negatiui.

Quarta prædicatio eſt tantùm eſſentialis, & iſta eſt tantùm in diuinis, quam ponit Hilarius de Trinitate: & eſt iſta, in qua denotatur conſubſtantialitas, & origo, vt filius eſt de eſſentia patris, per ly de eſſentia, vel ſubſtantia notatur conſubſtantialitas, & per ly patris origo. Si autem quæras, an iſta ſit eſſentialis, filius eſt de eſſentia, vel filius eſt eſſentiæ? Ad primum reſpondetur ſecundùm Scotum diſtinct. v. q. 2. 1. Sententiarum, quòd non propriè dicitur aliqua perſona eſſe de eſſentia abſolutè: ſed addendo cum ſubſtantia perſonam aliquam originantem, benè dicitur, quòd aliqua perſona originata eſt de ſubſtantia illius perſonæ: ità quòd hæc, filius eſt de ſubſtantia diuina, non eſt ità concedenda, ſicut hæc, filius eſt de ſubſtantia patris: quia per ſecundam exprimitur conſubſtantialitas, & origo, propter genitiuum conſtructum cum caſuali præpoſitionis: per primam autem non notatur aliquid originans. Ad aliud dicendum, quòd licèt Auguſtnus dicat filium eſſe filium eſſentiæ patris. 15. de Trinitate. c. 18. & Doctor quidam dicat illam eſſe propriam, tamen videtur probabilius dicendum, quòd non: quia quandocunque relatiuum conſtruitur cum aliquo, in tali habitudine caſuali, in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem, vt correlatiuum, tunc cònſtruitur cum illo præciſè, vt cùm correlatiuo. Exemplum. Pater conſtruitur cum relatiuo in habitudine genitiui, ſimile in habitudine datiui, & minus in habitudine ablatiui: & ſecundùm communem ſermonem videtur, quod cùm quocunque conſtruatur tale relatiuum, expreſſè in tali habitudine cauſuali illud notatur eſſe correlatiuum huius relatiui. Non enim dicimus, iſte canis eſt filius hominis, quia eſt filius, & eſt hominis, vt domini canis, ità quòd ly hominis conſtruitur cum ly canis ex vi poſſeſſionis, vel poſſeſſoris, ſed videtur ſignificare, quòd cõſtruatur cum ly canis in ratione relatiui, vt patris. Ità igitur in iſta, filius eſt eſſentiæ, videtur ly eſſentiæ accipi, vt correlatiuum illius relatiui cum quo conſtruitur. Et tunc ad argumentum, quod videtur huic contradicere, dicendo filius eſt eſſentiæ, dico, quod debet intelligi, quòd ſit conſtructio intranſitiua, vt filius eſt eſſentiæ, ideſt, filius eſt eſſentia: non autem debet intelligi, quòd ſit conſtructio

Prædicatio eſſentialis.

D. Hilarius.

Obiectio.

D. Aug. tom. 3.

Maior.

Digitized by Google

tranſitiua, quia aliàs eſſet falſa, vt dictum eſt. Et ſi dicatur, quòd ad iſtam, filius eſt de ſubſtantia patris, videtur ſequi iſta, filius eſt eſſentiæ patris, nego ſequellam: quia conſequens notat relationem inter filium, & eſſentiam, ſicut ſuum correlatiuum, quod non notat accidens, ſed tantùm notat conſubſtantialitatem in eſſentia cum originatione notata in illo, quod conſtruitur cũ eſſentia. Sic ergo patet quòd ad veritatem prædicationis eſſentialis, vt hic capitur, requiritur, quòd ſit conſubſtantialitas, & origo.

Vnitatis gradus. Vlterius notandum eſt, quòd poſſumus inuenire multos gradus in vnitate. In primo gradu eſt vnitas aggregationis, quæ eſt minima, vt in aceruo lapidum. In ſecundo eſt vnitas ordinis, quæ aliquid addit ſupra aggregationem.

Tertia eſt vnitas per accidens, vbi vltra ordinem eſt informatio, licèt accidentalis vnius ab altero eorum, quæ ſunt ſic vnum. In quarto eſt per ſe vnitas ex principiis eſſentialibus ex per ſe actu, & ex per ſe potentia. In quinto eſt per ſe vnitas ſimplicitatis, quæ eſt vera identitas: quicquid enim eſt ibi, eſt realiter idem cuilibet, & non tantùm eſt vnum illi vnitate vnionis, ſicut in aliis modis.

Scotus. Vltra autem omnes iſtas identitates, eſt identitas formalis, vt dicit Scotus 2. diſt. q. 4. primi Senten. Iſtis notatis pono duas concluſiones, quarum primam accipio in paſſu prærallegato, quæ eſt diffinitio identitatis formalis data à Sco. di. 2. q. 4. primi. *Identitas formalis.* Voco aũt (inquit) identitatem formalem, vbi illud, quod dicitur ſic idem, includit illud, cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Vide benè hanc diffinitionem, & videbis, quòd de intentione Doctoris fuit, quòd inferius eſt idem formaliter ſuperiori: quia dicit Doctor, quòd illud, quod ſic eſt idem, formaliter includit illud, cui ſic eſt idem. Clarum eſt, quòd ſuperius non includit inferius in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, ſed potius ècontrà, niſi dicas, quod ponitur actiuum pro paſſiuo, ità quòd ſit ſenſus, Illud dicitur eſſe idem formaliter alicui, quod includitur in ſua diffinitione, ſeu ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Sed iſta expoſitio videtur extorquere textum. Non enim videtur veriſimile, quòd iſte Doctor, qui fuit ità ſubtilis, & qui etiam primus amplè locutus eſt de formalitatibus, poſuiſſet ſuam diffinitionem, ſic obſcuram.

Duo correlaria. Ex quo inferuntur duo correlaria. Primum eſt, quòd omnia prædicata quidditatiua ſuperiora, & omnes differentiæ eſſentiales, & modi intrinſeci, non ſunt idem forma-

Digitized by Google

liter ſuis conſtitutis, ſiuè inferioribus, ſed benè èconträ. Aliqui tamen ampliant identitatem formalem, & dicunt, quòd omnia illa dicuntur eſſe idem formaliter, quibus conuenit tantùm vna ratio formalis, & quidditatiua, ſicut ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei: ſed hoc eſt impropriè, & abuſiuè vti identitate formali.

Secundum correlatium: quòd nullum ſubiectum eſt idē formaliter ſuo accidenti, nec èconträ: quia licèt accidens includat ſubiectum in diffinitione additamentali, non tamen in ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Eſſentiæ enim Prædicamentorum ſunt impermixtæ ſecundùm Themiſtium, quod debet intelligi formaliter

Eſſentias prædicamētorum eſſe impermixtas, quo intelligēdū.

Secunda concluſio iſtius articuli eſt, quia illa diſtinguntur formaliter, quæ habent aliam, & aliam formalitatem, quarum neutra alteram includit in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, ſicut dicimus, quòd ſubiectum, & propria paſſio diſtinguntur formaliter. Ex iſta concluſione inferuntur duo correlaria.

Diſtincta formaliter.

Primum eſt, quòd eſſentia diuina à relationibus diſtinguitur formaliter, quia conceptus abſoluti non includit quidditatiuè conceptum relatiui, nec èconträ.

Duo correlaria.

Secundum correlatium: quòd omnia attributa in diuinis, vt ſunt intellectus, & voluntas, (ſi fas eſt attributa nominari.) ſapientia, bonitas, & iuſtitia ab eſſentia diuina, & à ſe inuicem, & etiam à relationibus formaliter diſtinguntur. Sed dices: Videtur, quòd in diuinis non ſunt plures formalitates, quia formalitas dicitur à forma: ſed in diuinis non ſunt plures formæ, ergo nec plures formalitates. Reſpondeo, quòd argumentū nihil valet, ſuppoſuit enim, quod ſuperius negatū eſt; quòd ſcilicèt formalitas dicatur à forma, ſicut capimus formā. Et licèt admittatur, ꝙ formalitas à forma dicatur, adhuc tamen argumentū non valet, quia ſimiliter arguerem, eſſentiale dicitur ab eſſentia, ſed in diuinis ſunt multa eſſentialia ſecundū Dyoniſ. ergo ſunt multæ eſſentiæ. Si iſtud argumentum non valet, nec tuum. Quòd iſtud non valeat, patet, quia concludit concluſionem hæreticam. Et ideò pro me, & pro te dico ad conſequentiam, quòd nunquàm benè arguitur à plurificatiōe Conſequētis ad pluriſicationem Antecedētis, maximè in diuinis, immò nec etiam in creaturis: vndè licèt iſta Cōſequētia ſit bona, iſte homo eſt ſciens, vel qualis, ergo habet ſcientiam, vel qualitatem: tñ non ſequitur, iſte homo habet plures ſcientias, vel qualitates: ergo eſt plures ſcientes, vel plures quales.

Obiectio. *Reſponſio.* *Dyoniſius.*

Digitized by Google

Dices, quod nihil eſt ponendum in diuinis, niſi quod habetur à ratione naturali,vel à fide, vel à ſacra Scriptura, vel ab aliquo Doctore auctentico, ſed iſtæ formalitates non habentur ab aliquo iſtorum,quod debeant poni in diuinis: ergo non ſunt ponendæ. Breuiter dico, quòd ſicut ex vna de neceſſariò,& vna de contingenti infertur vna de contingenti ex primo Priorum,ità quòd ibi eſt bona conſequentia:ità dico,quod ex vna credita, & ex alia naturaliter cognita,per bonam conſequentiam poteſt inferri vna credita. Modo ſic eſt, quod credimus, & catholicè confitemur, quod eſſentia diuina eſt cõmunicabilis,& de facto cõmunicatur tribus perſonis, & eſt abſolutiſſima. Paternitas aũt nec eſt communicabilis, nec communicatur, nec eſt ens abſolutum. Iſti propoſitioni addo vnam aliam naturaliter

Maxima. euidentem,quòd quandocunque aliqua ſic ſe habent,quod aliquid conuenit vni ex natura rei, ſecluſo opere intellectus,quod non conuenit alteri, eſt ibi diſtinctio ex natura rei. Et quandò vnum eſt abſolutum à parte rei formaliter, & quidditatiuè,& aliud non,immò eſt formaliter relatiuũ, illa dicunt diſtinctas formalitates. Iſti vltimæ propoſitioni adde præcedentem, & realiter concludes, quòd in diuinis ſunt plures formalitates. Et cõfirmatur per Beatum Auguſt. dicentem,quod alio pater eſt,& alio pater eſt pater: quia pater eſt eſſentia diuina,ſed eſt pater paternitate. Ex hoc clarum eſt,quòd diſtinctio eſt inter eſſentiam diuinam,& paternitatem, & ſimiliter de alijs dicendum eſt. Item Hilarius de Trinitate dicit, quòd non efficit creaturam voluntas,ſed poteſtas.

D. Aug. elici poteſt ex 7. de Tri. ca. 2. & 4. tom. 3. & in pſal. 68. tom. S. Hilarius. Ariſt.

Item genus,& differentia genere diſtinguuntur,& pluſquàm genere: quia ſecundùm Philoſophum,quarti Topicorum differentia non participat genus,nec è contrà, & tamen non realiter,igitur, &c. Probatur etiam ratione, quia in diffinitione eſſet nugatio. Et ſi arguatur in tertia figura ſic, omnis homo formaliter eſt animal, omnis homo eſt formaliter rationalis, ergo rationale formaliter eſt animal? Reſpondetur breuiter,quod licèt ex neceſſarijs, nunquàm ſequatur,niſi neceſſarium;tamen ex propoſitionibus per ſe, non ſequuntur propoſitiones per ſe: nec ex propoſitionibus formalibus, & quidditatiuis, ſequuntur propoſitiones formales, & quidditatiuæ. Et ſi contrà prædicta arguatur iterum, negando diſtinctionem formalem in diuinis, ſic nulla eſſẽtia diuina diſtĩguitur formaliter ab eſſẽtia diuina.

Digitized by Google

Paternitas eſt eſſentia diuina, & ſimiliter filiatio, bonitas, ſapientia, & ſic de alijs: igitur paternitas non diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina, conſequentia eſt formalis in quarto 1. Maior eſt iſtorum formalizantium, quia nihil à ſe diſtinguitur ex natura rei, & formaliter: minor eſt catholica, ergo concluſio eſt vera, quod eſt propoſitum, conſequentia non peccat, nec in materia, nec in forma. Reſpõdetur, quod nec iſte, nec omnes tales ſimiles Syllogiſmi valent ex eo, quod non regulantur per dici de omni, vel dici de nullo, ità quod fiat diſtributio in termino, vel extrà terminum, in numero, vel extrà numerum: & tunc maior erit falſa in propoſito, & à nobis negata, & non conceſſa, videlicèt iſta, nihil, quod eſt eſſentia diuina, diſtinguitur formaliter, & ex natura rei ab eſſentia diuina. Et breuiter in omnibus talibus Syllogiſmis in propoſitione, quæ eſt de nullo, debet poni: nihil, quod eſt, & in propoſitione, quæ eſt de omni, debet poni, omne, quod eſt.

In 4. modo primæ figuræ.

Adhuc circà prædicta incidunt duæ difficultates, quarum prima eſt, quòd ex eo, quod dictum eſt, quòd attributa in diuinis diſtinguuntur à ſeinuicem, & ab eſſentia diuina formaliter, ideò quæritur, vtrùm quodlibet attributum habeat propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ, cùm prædicatio vnius de altero ſit vera per identitatem, vt dictum eſt. Reſpondeo breuiter, quòd omnia abſoluta communia tribus perſonis habent propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ: verum eſt tamen, quòd omnia ſunt infinita radicaliter ab eſſentia diuina, licèt non formaliter, vt dictum eſt.

Duæ difficultates.

Secunda difficultas eſt, vtrùm concretum, & abſtractum diſtinguuntur formaliter, ſiuè ex natura rei: verbi gratia, homo, & humanitas. Dico, quòd non, immò ſola ratione diſtinguuntur, quod patet primo per Scotum in primo diſt. 5. q. 1. dicentem, quòd pater, paternitas, generatio, generat, generare, non diſtinguuntur, niſi per modos ſignificandi Grammaticales, qui ſunt in voce ab intellectu. Et ſi dicas, quòd concedimus iſtam, homo eſt riſibilis, & negamus iſtam, humanitas eſt riſibilis, quia humanitas eſt vltimatè abſtractum: ergo oportet, quod ſit aliqua diſtinctio inter hominem, & humanitatem.

Reſpondeo, quòd vna non dicitur vera pluſquàm alia, niſi per modos ſignificandi Grammaticales, qui ſunt in voce ab intellectu, & non re ipſa: & ſic patet, quod tantùm di-

Digitized by Google

ſtinguuntur ratione. Si enim præciſè ſtemus
quòd quidquid ineſt homini, ineſt humanita
ibi penitùs diſtinctio eſt,& hæc de Tertio Ar
principali.

De Identitate, & Diſt. Re
Articul. Quartus partialis

Prioritas multiplex. QVantùm ad Quartum Articulum partia
dum eſt primò, quod multiplex eſt prio
Prima eſt perfectionis;& ſic dicimus quo
que genere eſt vnum primum, ideſt perfectiſ
eſt prioritas generationis: & ſic illa,quæ ſunt
ratione, ſunt poſteriora perfectione: ſaltem
currat intrinſecè ad eſſe poſterioris. Alia eſt p
ræ:& eſt quandò, prius quantùm eſt de ſe no
gnantiam,quod ſit ſine poſteriori, licèt hoc ſ
aliquando per identitatem realem,cum poſter
pter aliquid aliud extrinſecum priori. Aliqui
ſtæ dicunt,quòd prioritas naturæ,vel eſſe priu
eſt eſſe in aliquo priori, ſimpliciter loquendo
ſit poſterius: ſed eſt præſuppoſitio huius ab h
F. Mayro. confirmat Franciſcus in 1. Aliquando etiam p
tæ dicitur illa,quæ eſt inter naturam, & natur
do dicitur,quæ eſt inter formalitatem,& form
dem natura,& hoc eſt tàm in diuinis,quàm in
P. De Aquila. dicit Petrus de Aquila libro primo diſt. 12. Di
prioritas duo dicit: primum eſt,progreſſus de
eſſe in altero,& ſic dicit imperfectionè, quia
rate naturarum.ſecundùm quod dicit,eſt præſ
ius ab hoc, & iſto modo non dicit imperfect
poteſt ſtare cum identitate naturæ. Et ſic in D
tas naturæ iſto ſecundo modo remota imper
mi modi. Et per iſtam diſtinctionem, vel d
poſſunt ſolui omnes auctoritates, dicentes in
eſſe prius,nec poſterius. Alia prioritas eſt dur
Duratio. 3. Pro quo notandum,quòd triplex eſt durat
reſpectu Dei,& ſic æternitas eſt eius duratio,&
hil eſt prius in duratione in diuinis.
Secunda eſt reſpectu Angeli,& aliarum rer
tium: & talis duratio vocatur æuum.
D. Aug. tom 3. Tertia eſt reſpectu entium ſucceſſiuorum,
ad ſuum fieri:& talis duratio eſt tempus. Ali
originis,de qua ait Aug. primo de Trinit. cap.

gignit ſe ipſum: & iſta eſt, tàm in diuinis, quàm in creaturis: & ſemper oportet, quòd ſit diſtinctio realis inter originãs, & originatum, ſiue inter producens, & productum ſecundùm Sco. Prioritas originis eſt, qua quis intelligitur eſſe à ſe, & à quo alius: poſterioritas originis eſt, qua quis dicitur, vel intelligitur eſſe ab alio. Vndè Frã. in prologo quęſt. 1. in in fine dicit, quòd primum ſignum originis eſt eſſe à ſe, & ſecundum eſt eſſe ab alio. Verumtamen prius, & poſterius origine aliquando accipiuntur pro priori, & poſteriori natura, ſicut exponebat Petrus de Aquila in ſecũdo membro: & ſic dicimus, quòd pater prius origine eſt beatus, quàm generet: quod non eſt intelligendũ (vt clarum eſt) quòd ſit beatus à ſe, & quod generet ab alio: ſed quia antequàm generet, præexigitur eſſe beatus. *F. Mayro.*

Secundò notandùm, quod realitas dicitur à reali: reale vero à re. Res autem (vt ad propoſitum ſpectat,) ſumitur à ratus, rata, ratum, & talis eſt triplex: quædam eſt eſſentię, ſicut eſt ipſa quidditas abſolutè conſiderata: quædam exiſtentiæ, & talis eſt in omni Prædicamento, quædam vero ſubſiſtentiæ, & talis eſt in prædicamento ſubſtantiæ ſolùm: in propoſito autem reale ſumitur à re ſecundo, vel tertio modo dicta, non autem à re eſſentiæ: quia in diuinis eſt diſtinctio realis: & tamen eſt ibi vna eſſentia, nec ſumitur à re dicta à reor ris, quæ eſt communis ad omnia entia imaginabilia: quia tunc inter chimeram, & aliud fictitium eſſet diſtinctio realis. *Res à ratus triplex. ſcilicet eſſentia, exiſtentia, & ſubſiſtẽtia.*

Tertiò intelligendum, quòd in diuinis Res poteſt ſumi dupliciter: vno modo eſſentialiter, & ſic eſt tantùm vna res, quia vna eſſentia, & vna exiſtentia, alio modo perſonaliter, & ſic in diuinis ſunt tres res ſubſiſtentes. *Res in diuinis ſumitur dupliciter.*

Iſtis præſuppoſitis, pono duas cõcluſiones de identitate reali, quarum prima eſt iſta. Illa ſunt idem realiter, quæ ſic ſe habent, quòd vnum non poteſt eſſe ſine alio, ſeu vnum eſt impoſſibile ſeparari ab alio abſque contradictione. Et cum hoc, quòd impoſſibilitas ſeparationis proueniat à cauſa intrinſeca: & quòd vnum reſpectu alterius non ſit originans, & aliud originatum: quòd non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis: omnes iſtæ tres particulæ ſunt accipiendæ copulatiuè, ità quòd vna conditio non ſufficit ſine alia, vndè non valet conſequentia, hoc non poteſt eſſe ſine illo, ergo eſt idem realiter illi: quia tunc quælibet relatio, quæ ineſt eſſentiæ diuinę per actũ intellectus diuini, eſſet realis; quia quicquid eſt idẽ rei eſt reale: cõſequens eſt falsũ, *Idem realiter dupliciter.*

hic dico,quòd eſt prædicatio denominatiua,
tur non de conſtituto, ſed de contrahibili per
refert dicere, homo eſt rationalis, & animal
cùm prima ſit quidditatiua,& ſecunda ſit den
etiam refert dicere, Deus eſt infinitus, vel eſ
eſt infinita, & ens eſt infinitum, quarè dico
quòd duæ primæ ſunt quidditatiuè, ſecunda
ſed denominatiua tantùm.

Secundus gradus denominatiuæ prædicatio
dò propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto.
eſt ſecundus modus dicendi per ſe. Et eſt ſci
propria paſſio, cùm ſit eadem res cum ſuo ſu
dùm Scotum in tertio quolibet. & ſuos ſequa
ctiuè in illo genere, ſeu Prædicamento, in q
ſubiectum per ſe.

Tertius gradus prædicationis denominatiu
lis eſt,quandò effectus formalis denominatiu
de aliquo mediante ſua cauſa formali, vt ho
eſt niger: vel quandò actus profluens à cauſa fo
de effectu,mediante cauſa formali: vel quandò
tur de ſuo immediato principio productiuo,
eſt Quartus modus dicendi per ſe.

Quartus gradus prædicationis denõinatiua
eſt,quandò accidens prædicatur de ſuo ſubiec
fieri nouem modis,poſito quod Petrus ſit ſubie
nibus his,dicendo. Petrus eſt bicubitus,albus,
patiens,calciatus,& ſic de alijs: & iſte gradus e
dens.

Prædicatio identicè identica. Tertia prædicatio eſt identicè identica: &
dò vtrumque extremum eſt formaliter infinit
rum tantùm eſt formaliter infinitum,vel perm
plum primi, vt eſſentia diuina eſt bonitas, e
eſt iuſtitia, & ſic de alijs. Exemplum ſecund
diuina eſt filiatio,eſſẽtia diuina eſt paternitas,
Exemplum tertij, vt paternitas eſt entitas,
entitas,& ſic de alijs. Pro quo notandum, qu
cationes,ſi ſunt veræ,debet prædicari concretu
to,vel abſtractũ de abſtracto, & non concretu
cto, nec abſtractum de concreto: maximè ſi
ſint adiectiua. Iſta enim conceditur, eſſentia
Pulchra Regula Scoti. neratio: tamen iſta non conceditur, eſſentia
rat, vel generatur,ſecundùm Magiſtrum Sent
mi. Super quo verbo dat Scotus pulcherrimam

Digitized by Google

Quòd quando ſubiectum eſt vltimata abſtractione abſtractum, & prædicatum ex ſua ratione formali non pôt prædicari, niſi formaliter, propoſitio non eſt vera, niſi ſit in primo modo dicendi per ſe. Ratio eſt quia ſubiectum, & prædicatum modos ſignificandi oppoſitos dicunt ſibi incompoſſibiles: vndè de tali ſubiecto, ſic vltimatè abſtracto, nihil poteſt verè prædicari, niſi per ſe primo modo, vel identicè. *Scoti pro abſtractis in primo. diſt. 5. q. 1.*

Hanc propoſitionem declarat Scotus ſic, in ſubſtantijs (accipiendo ſubſtantiam præciſè ſecundùm rationem ſuam formalē) eſt vna abſtractio tantùm, à ſuppoſitis propriæ naturæ, qnia ſubſtantiæ non ſunt nātæ concernere aliquid alterius naturæ: ideò, ibi, prima abſtractio maxima eſt, abſtrahendo naturam humanam à ſuppoſitis, quæ ſunt illius naturæ, ſicut abſtrahitur, cùm concipitur humanitas, non remanet vlterius alia abſtractio, & ideò iſtud, vt ſic conceptū eſt præciſè ipſummet: quia cuilibet alij extraneum eſt ſicut dicit Auicēnas qũito Metaphyſicæ: quòd Equinitas ē tantū equinitas, & nihil aliud. Sed in accidentibus, quantò plura poſſunt concernere, tātò plures poſſunt fieri abſtractiones: accidētia abſoluta cōcernūt duo. ſ. ſuppoſita alterius naturę, & indiuidua naturæ propriæ, licèt à ſuppoſitis alterius naťæ abſtrahāť, tñ concernūt indiuidua propriæ naturæ, ſicut album concernit lignum, & hoc album, ſiuè hanc albedinem, & illam: & ideò poſſunt ibi fieri duæ abſtractiones, vna ſcilicèt accidentis à ſubiecto, putà albedinis à ligno, & alia, ſcilicèt quidditatis, à ſuppoſito, vel ſingulari, putà albedinis ab hac albedine, & illa, quæ ſunt indiuidua ſua. Et hanc circumloquimur per albedineitatem, vel per hoc, quod dicimus quidditas albedinis: & iſta non concernit aliquod ſubiectum, nec ſuppoſitum eiuſdem naturæ, nec alterius. In relationibus etiam (quæ plura concernunt) adhuc plures poſſunt fieri abſtractiones. Concernit enim relatio ſuum proprium indiuiduum, fundamentum, & ſubiectum: & ſecundùm hoc poſſunt ibi fieri tres abſtractiones, vna relationis à ſubiecto, ſecunda relationis à fundamento, tertia quidditatis à ſuppoſito: & iſtæ abſtractiones ſic ſe habent, quòd licèt abſtractio fiat à poſteriori, & extrinſeco, non tamen à priori, & intrinſeco. Exemplum. Hoc concretum, quod eſt cauſa, dicitur de igne, quia generat calorem in ligno: ſed abſtrahendo à ſubiecto remanet adhuc concretio ad fundamentū, putà ſi dicatur potentia cauſandi calorem. Calor enim eſt potentia cauſandi calorem, non tamē ignis, *Abſtractio multiplex.* *Auicenna commen. 1.*

eſt potentia cauſandi illum. Adhuc poteſt fieri
vlterior ad proprium genus, putà, ſi dicatur c
tunc nec ignis, nec calor recipit prædicationem
men hæc cauſalitas eſt cauſalitas, Vltima abſtracti
in ſubſtantijs, eſt per hoc, quod dicimus quid
litatis, & hoc de nullo alio prædicatur. Ex prædi
quid ſit vltima abſtractio cuiuſlibet rei: quia qui
ſolutiſſimè ſumptę ab omni eo, quod eſt quocun
extra rationem quiditatis, in qua quidem abſtra
aliud inuenitur, ſeu intelligitur re, vel ratione, n
ipſius quidditatis. Et dicunt, quidem, quod ter
matè abſtractus in propoſitione ſubiectus incl
ſyncategoruma, putà, vel formaliter, vel primo
quidditatiuè, vel identicè, & ſic de alijs. Circà a
num propoſitionis, dato etiā, quòd prædicatu
cunque prædicatur, non poteſt prædicari, niſi
Notandum eſt, quòd ſubſtantiua nomina poſſun
prædicari in diuinis: quandoque formaliter, v
Deitas: quandoque per identitatem, vt Deitas e
Sed adiectiua, ſi prædicantur de neceſſitate, for
denominatiuè prædicantur: & hoc quia ſunt adi
ex hoc, quod adiectiua ſunt, ſignificant forman
informantis. Et ideò de nullo verè dicuntur ni
habet per modum informati, de quo videlicet
dicuntur, Talia ſunt, non tantùm adiectiua n
omnia participia, & verba. Semper enim in ſu
gnificandi includunt adiacentiam, & modum
reſpectu alicuius talis ſuppoſiti, & ideò prædic
ſecundū ſecundū modū dicendi per ſe, ꝙ ergo
tur identicè, eſt ipſa prædicari modo oppoſito
modo dicendi, vel prędicandi. His intellectis,
iſta aſſumpta: Quandò ſubiectum eſt abſtractum
ità quòd eſt abſtractum ab omni, quod eſt extr
eius, & prædicatum non poteſt prędicari ex ratio
niſi formaliter, & modo inhærentis, ſiuè quaſi
iſtud prædicatum non poteſt verè dici de illo ſu
per ſe primo modo, quia iſtud prædicatum præ
eſt formaliter prædicari: ideò non poteſt ſaluari
pter identitatem tantùm, quia ſubiectum eſt vlti
ma abſtractione abſtractum: ideò non poteſt ſt
quo qualitercunque alio à ſe, ſed præciſè pro ſe
Et ideò oporteret, quòd ſua ratio præciſè form
idem illi prædicato: quod non poſſet eſſe, niſi illa

Subſtantiua nomina duobus modis nunciãtur in diuinis.

Digitized by Google

ciſè includeret prædicatum, patet ergo propoſitio. Et ſi fiant Syllogiſmi expoſitorij, vel aliqui alij, debent ſolui per artem datam in primo Priorum, videlicèt, quòd maior, vel minor reducantur ad propoſitionem de omni, ſi ſint affirmatiui, vel de nullo, ſi ſint negatiui.

Quarta prædicatio eſt tantùm eſſentialis, & iſta eſt tantùm in diuinis, quam ponit Hilarius de Trinitate: & eſt iſta, in qua denotatur conſubſtantialitas, & origo, vt filius eſt de eſſentia patris, per ly de eſſentia, vel ſubſtantia notatur conſubſtantialitas, & per ly patris origo. Si autem quæras, an iſta ſit eſſentialis, filius eſt de eſſentia, vel filius eſt eſſentiæ? Ad primum reſpondetur ſecundùm Scotum diſtinct. v. q. 2. 1. Sententiarum, quòd non propriè dicitur aliqua perſona eſſe de eſſentia abſolutè: ſed addendo cum ſubſtantia perſonam aliquam originantem, benè dicitur, quòd aliqua perſona originata eſt de ſubſtantia illius perſonæ: itá quòd hæc, filius eſt de ſubſtantia diuina, non eſt ità concedenda, ſicut hæc, filius eſt de ſubſtantia patris: quia per ſecundam exprimitur conſubſtantialitas, & origo, propter genitiuum conſtructum cum caſuali præpoſitionis: per primam autem non notatur aliquid originans. Ad aliud dicendum, quòd licèt Auguſtnus dicat filium eſſe filium eſſentiæ patris. 15. de Trinitate. c. 18. & Doctor quidam dicat illam eſſe propriam, tamen videtur probabilius dicendum, quòd non: quia quandocunque relatiuum conſtruitur cum aliquo, in tali habitudine caſuali, in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem, vt correlatiuum, tunc cònſtruitur cum illo præciſè, vt cùm correlatiuo. Exemplum. Pater conſtruitur cum relatiuo in habitudine genitiui, ſimile in habitudine datiui, & minus in habitudine ablatiui: & ſecundùm communem ſermonem videtur, quod cùm quocunque conſtruatur tale relatiuum, expreſſè in tali habitudine cauſuali illud notatur eſſe correlatiuum huius relatiui. Non enim dicimus, iſte canis eſt filius hominis, quia eſt filius, & eſt hominis, vt domini canis, ità quòd ly hominis conſtruitur cum ly canis ex vi poſſeſſionis, vel poſſeſſoris, ſed videtur ſignificare, quòd cõſtruatur cum ly canis in ratione relatiui, vt patris. Itá igitur in iſta, filius eſt eſſentiæ, videtur ly eſſentiæ accipi, vt correlatiuum illius relatiui cum quo conſtruitur. Et tunc ad argumentum, quod videtur huic contradicere, dicendo filius eſt eſſentiæ, dico, quod debet intelligi, quòd ſit conſtructio intranſitiua, vt filius eſt eſſentiæ, ideſt, filius eſt eſſentia: non autem debet intelligi, quòd ſit conſtructio

Prædicatio eſſentialis. *D. Hilarius.* *Obiectio.* *D. Aug. tom. 3.* *Maior.*

tranſitiua, quia aliâs eſſet falſa, vt dictum eſt. Et
quòd ad iſtam, filius eſt de ſubſtantia patris,vid
iſta,filius eſt eſſentiæ patris, nego ſequellam: q
quens notat relationem inter filium, & eſſent
ſuum correlatiuum, quod non notat accidens, ſ
notat conſubſtantialitatem in eſſentia cum ori
notata in illo, quod conſtruitur cū eſſentia. Sic
quòd ad veritatem prædicationis eſſentialis, vt hi
requiritur, quòd ſit conſubſtantialitas, & origo.

Vnitatis gradus.

Vlterius notandum eſt, quòd poſſumus inuc
tos gradus in vnitate. In primo gradu eſt vnitas
tionis, quæ eſt minima, vt in aceruo lapidum. I
eſt vnitas ordinis, quæ aliquid addit ſupra aggre

Tertia eſt vnitas per accidens, vbi vltra ordin
formatio, licèt accidentalis vnius ab altero eo
ſunt ſic vnum. In quarto eſt per ſe vnitas ex pri
ſentialibus ex per ſe actu, & ex per ſe potentia.
eſt per ſe vnitas ſimplicitatis, quæ eſt vera identi
quid enim eſt ibi, eſt realiter idem cuilibet, & no
eſt vnum illi vnitate vnionis, ſicut in aliis modis

Scotus.

Vltra autem omnes iſtas identitates, eſt ider
malis, vt dicit Scotus 2. diſt. q. 4. primi Senten.
tis pono duas concluſiones, quarum primam
paſſu prællegato, quæ eſt diffinitio identitatis

Identitas formalis.

data à Sco. di. 2. q. 4. primi. Voco aūt (inquit) id
formalem, vbi illud, quod dicitur ſic idem, incl
cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe p
do. Vide benè hanc diffinitionem, & videbis, qu
tentione Doctoris fuit, quòd inferius eſt idem
ſuperiori: quia dicit Doctor, quòd illud, quod ſi
formaliter includit illud, cui ſic eſt idem. Clarum
ſuperius non includit inferius in ratione ſua for
ſe primo modo, ſed potius èecontrà, niſi dicas, qu
actiuum pro paſſiuo, ità quòd ſit ſenſus, Illud
idem formaliter alicui, quod includitur in ſua di
ſeu ratione ſua formali, & per ſe primo modò. S
poſitio videtur extorquere textum. Non enim vi
ſimile, quòd iſte Doctor, qui fuit ità ſubtilis, &
primus amplè locutus eſt de formalitatibus, poſ
diffinitionem, ſic obſcuram.

Duo correlaria.

Ex quo inferuntur duo correlaria. Primum
omnia prædicata quidditatiua ſuperiora, & om
rentiæ eſſentiales, & modi intrinſeci, non ſunt ide

liter ſuis conſtitutis, ſiuè inferioribus, ſed benè ècontrà. Aliqui tamen ampliant identitatem formalem, & dicunt, quòd omnia illa dicuntur eſſe idem formaliter, quibus conuenit tantùm vna ratio formalis, & quidditatiua, ſicut ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei: ſed hoc eſt impropriè, & abuſiuè vti identitate formali.

Secundum correlatium: quòd nullum ſubiectum eſt idẽ formaliter ſuo accidenti, nec ècontrà: quia licèt accidens includat ſubiectum in diffinitione additamentali, non tamen in ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Eſſentiæ enim Prædicamentorum ſunt impermixtæ ſecundùm Themiſtium, quod debet intelligi formaliter

Eſſentias prædicamẽtorum eſſe impermixtas, quo intelligẽdũ.

Secunda concluſio iſtius articuli eſt, quia illa diſtinguntur formaliter, quæ habent aliam, & aliam formalitatem, quarum neutra alteram includit in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, ſicut dicimus, quòd ſubiectum, & propria paſſio diſtinguntur formaliter. Ex iſta concluſione inferuntur duo correlaria.

Diſtincta formaliter.

Primum eſt, quòd eſſentia diuina à relationibus diſtinguitur formaliter, quia conceptus abſoluti non includit quidditatiuè conceptum relatiui, nec ècontrà.

Duo correlaria.

Secundum correlatium: quòd omnia attributa in diuinis, vt ſunt intellectus, & voluntas, (ſi fas eſt attributa nominari.) ſapientia, bonitas, & iuſtitia ab eſſentia diuina, & à ſe inuicem, & etiam à relationibus formaliter diſtinguntur. Sed dices: Videtur, quòd in diuinis non ſunt plures formalitates, quia formalitas dicitur à forma: ſed in diuinis non ſunt plures formæ, ergo nec plures formalitates. Reſpondeo, quòd argumentũ nihil valet, ſupponit enim, quod ſuperius negatũ eſt; quòd ſcilicèt formalitas dicatur à forma, ſicut capimus formã. Et licèt admittatur, ꝙ formalitas à forma dicatur, adhuc tamen argumentũ non valet, quia ſimiliter arguerem, eſſentiale dicitur ab eſſentia, ſed in diuinis ſunt multa eſſentialia ſecundũ Dyoniſ. ergo ſunt multæ eſſentiæ. Si iſtud argumentum non valet, nec tuum. Quòd iſtud non valeat, patet, quia concludit concluſionem hæreticam. Et ideò pro me, & pro te dico ad conſequentiam, quòd nunquàm benè arguitur à plurificatiõe Conſequẽtis ad plurificationem Antecedẽtis, maximè in diuinis, immò nec etiam in creaturis: vndè licèt iſta Cõſequẽtia ſit bona, iſte homo eſt ſciens, vel qualis, ergo habet ſcientiam, vel qualitatem: tñ non ſequitur, iſte homo habet plures ſcientias, vel qualitates: ergo eſt plures ſcientes, vel plures quales.

Obiectio.

Reſponſio.

Dyoniſius.

Dices, quod nihil eſt ponendum in diuinis,
betur à ratione naturali,vel à fide, vel à ſacra S
ab aliquo Doctore auctentico, ſed iſtæ form
habentur ab aliquo iſtorum,quod debeant po
ergo non ſunt ponendæ. Breuiter dico, quòd
de neceſſariò,& vna de contingenti infertur v
genti ex primo Priorum,ità quòd ibi eſt bona
tia:ità dico,quod ex vna credita, & ex alia na
gnita,per bonam conſequentiam poteſt infer
ta. Modo ſic eſt, quod credimus, & catholicè
quod eſſentia diuina eſt cõmunicabilis,& de
nicatur tribus perſonis, & eſt abſolutiſſima. P
nec eſt communicabilis, nec communicatur,
abſolutum. Iſti propoſitioni addo vnam alian
Maxima. euidentem,quòd quandocunque aliqua ſic ſe l
aliquid conuenit vni ex natura rei, ſecluſo o
ctus,quod non conuenit alteri, eſt ibi diſtinc
rei. Et quandò vnum eſt abſolutum à parte re
& quidditatiuè,& aliud non,immò eſt formal
illa dicunt diſtinctas formalitates. Iſti vltimæ
adde præcedentem, & realiter concludes, quò
ſunt plures formalitates. Et cõfirmatur per Bea
D. Aug. elici poteſt ex 7. de Tri. ca. 2. & 4. tom. 3. & in pſal. 68. tom. dicentem,quod alio pater eſt,& alio pater eſt p
ter eſt eſſentia diuina,ſed eſt pater paternitate.
rum eſt,quòd diſtinctio eſt inter eſſentiam di
ternitatem, & ſimiliter de alijs dicendum eſt.
rius de Trinitate dicit, quòd non efficit creat
tas,ſed poteſtas.

S. Hilarius. Item genus,& differentia genere diſtingu
Ariſt. quàm genere: quia ſecundùm Philoſophum,c
corum differentia non participat genus,nec è
men non realiter,igitur, &c. Probatur etiam
in diffinitione eſſet nugatio. Et ſi arguatur in
ſic, omnis homo formaliter eſt animal, omn
formaliter rationalis, ergo rationale formalite
Reſpondetur breuiter,quod licèt ex neceſſari
ſequatur,niſi neceſſarium;tamen ex propoſitio
non ſequuntur propoſitiones per ſe: nec ex p
bus formalibus, & quidditatiuis, ſequuntur p
formales, & quidditatiuæ. Et ſi contrà prædi
iterum, negando diſtinctionem formalem in
nulla eſſẽtia diuina diſtĩguitur formaliter ab eſ

Paternitas eſt eſſentia diuina, & ſimiliter filiatio, bonitas, ſapientia, & ſic de alijs: igitur paternitas non diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina, conſequentia eſt formalis in quarto 1. Maior eſt iſtorum formalizantium, quia nihil à ſe diſtinguitur ex natura rei, & formaliter: minor eſt catholica, ergo concluſio eſt vera, quod eſt propoſitum, conſequentia non peccat, nec in materia, nec in forma. Reſpõdetur, quod nec iſte, nec omnes tales ſimiles Syllogiſmi valent ex eo, quod non regulantur per dici de omni, vel dici de nullo, ità quod fiat diſtributio in termino, vel extrà terminum, in numero, vel extrà numerum: & tunc maior erit falſa in propoſito, & à nobis negata, & non conceſſa, videlicèt iſta, nihil, quod eſt eſſentia diuina, diſtinguitur formaliter, & ex natura rei ab eſſentia diuina. Et breuiter in omnibus talibus Syllogiſmis in propoſitione, quæ eſt de nullo, debet poni: nihil, quod eſt, & in propoſitione, quæ eſt de omni, debet poni, omne, quod eſt. *In 4. modo primæ figuræ.*

Adhuc circà prædicta incidunt duæ difficultates, quarum prima eſt, quòd ex eo, quod dictum eſt, quòd attributa in diuinis diſtinguuntur à ſeinuicem, & ab eſſentia diuina formaliter, ideò quæritur, vtrùm quodlibet attributum habeat propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ, cùm prædicatio vnius de altero ſit vera per identitatem, vt dictum eſt. Reſpondeo breuiter, quòd omnia abſoluta communia tribus perſonis habent propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ: verum eſt tamen, quòd omnia ſunt infinita radicaliter ab eſſentia diuina, licèt non formaliter, vt dictum eſt. *Duæ difficultates.*

Secunda difficultas eſt, vtrùm concretum, & abſtractum diſtinguuntur formaliter, ſiuè ex natura rei: verbi gratia, homo, & humanitas. Dico, quòd non, immò ſola ratione diſtinguuntur, quod patet primo per Scotum in primo diſt. 5. q. 1. dicentem, quòd pater, paternitas, generatio, generat, generare, non diſtinguuntur, niſi per modos ſignificandi Grammaticales, qui ſunt in voce ab intellectu. Et ſi dicas, quòd concedimus iſtam, homo eſt riſibilis, & negamus iſtam, humanitas eſt riſibilis, quia humanitas eſt vltimatè abſtractum: ergo oportet, quod ſit aliqua diſtinctio inter hominem, & humanitatem.

Reſpondeo, quòd vna non dicitur vera pluſquàm alia, niſi per modos ſignificandi Grammaticales, qui ſunt in voce ab intellectu, & non re ipſa: & ſic patet, quod tantùm di-

gignit ſe ipſum: & iſta eſt, tàm in diuinis, quàm in creaturis: & ſemper oportet, quòd ſit diſtinctio realis inter originãs, & originatum, ſiue inter producens, & productum ſecundùm Sco. Prioritas originis eſt, qua quis intelligitur eſſe à ſe, & à quo alius: poſterioritas originis eſt, qua quis dicitur, vel intelligitur eſſe ab alio. Vndè Frã. in prologo quęſt. 1. in in fine dicit, quòd primum ſignum originis eſt eſſe à ſe, & ſecundum eſt eſſe ab alio. Verumtamen prius, & poſterius origine aliquando accipiuntur pro priori, & poſteriori natura, ſicut exponebat Petrus de Aquila in ſecũdo membro: & ſic dicimus, quòd pater prius origine eſt beatus, quàm generet: quod non eſt intelligendũ (vt clarum eſt) quòd ſit beatus à ſe, & quod generet ab alio: ſed quia antequàm generet, præexigitur eſſe beatus. *F. Mayro.*

Secundò notandùm, quod realitas dicitur à reali: reale vero à re. Res autem (vt ad propoſitum ſpectat,) ſumitur à ratus, rata, ratum, & talis eſt triplex: quædam eſt eſſentię, ſicut eſt ipſa quidditas abſolutè conſiderata: quædam exiſtentiæ, & talis eſt in omni Prædicamento, quædam vero ſubſiſtentiæ, & talis eſt in prædicamento ſubſtantiæ ſolùm: in propoſito autem reale ſumitur à re ſecundo, vel tertio modo dicta, non autem à re eſſentiæ: quia in diuinis eſt diſtinctio realis: & tamen eſt ibi vna eſſentia, nec ſumitur à re dicta à reor ris, quæ eſt communis ad omnia entia imaginabilia: quia tunc inter chimeram, & aliud fictitium eſſet diſtinctio realis. *Res à ratus triplex. ſcilicet eſſentia, exiſtentia, & ſubſiſtētia.*

Tertiò, intelligendum, quòd in diuinis Res poteſt ſumi dupliciter: vno modo eſſentialiter, & ſic eſt tantùm vna res, quia vna eſſentia, & vna exiſtentia, alio modo perſonaliter, & ſic in diuinis ſunt tres res ſubſiſtentes. *Res in diuinis ſumitur dupliciter.*

Iſtis præſuppoſitis, pono duas cõcluſiones de identitate reali, quarum prima eſt iſta. Illa ſunt idem realiter, quæ ſic ſe habent, quòd vnum non poteſt eſſe ſine alio, ſeu vnum eſt impoſſibile ſeparari ab alio abſque contradictione. Et cum hoc, quòd impoſſibilitas ſeparationis proueniat à cauſa intrinſeca: & quòd vnum reſpectu alterius non ſit originans, & aliud originatum: quòd non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis: omnes iſtæ tres particulæ ſunt accipiendæ copulatiuè, ità quòd vna conditio non ſufficit ſine alia, vndè non valet conſequentia, hoc non poteſt eſſe ſine illo, ergo eſt idem realiter illi: quia tunc quælibet relatio, quæ ineſt eſſentiæ diuinę per actũ intellectus diuini, eſſet realis; quia quicquid eſt idẽ rei eſt reale: cõſequens eſt falsũ, *Idem realiter dupliciter.*

Scotus. vt patet ex q. 2. 30. diſt. pri. aut quòd talis eſſet eadem illi eſſentiæ, quia impoſſibile eſt illam eſſentiam eſſe ſine ea, quia ſi talis relatio poſſet eſſe noua, tunc intellectus diuinus poſſet mutari: conſequens eſt falſum, ſed talis impoſſibilitas prouenit a cauſa extrinſeca, quia ab intellectu diuino. Similiter ſecundùm Philoſophum, contradictio eſt Cœlum eſſe ſine motu, non quidem ex cauſa intrinſeca in Cœlo, ſed ex cauſa extrinſeca mouente, non tamen ſequitur, quòd Cœlũ *Scotus.* ſit motus realiter, licèt non poſſit eſſe ſine eo. Iſta prima cõditio probatur à Doct. Subtil. in ſecundo, diſt. prima: q. 4. Sicut contradictio dicta de aliquibus eſt via concludendi diſtinctionem, ità impoſſibilitas recipiendi prædicationem contradictoriorum pertinentium ad eſſe, eſt via concludendi identitatem in eſſe: & hoc vbi non eſt dependentia eſſentialis, quæ requirit diſtinctionem manifeſtam. Secunda conditio patet, quia nihil ſeipſum producit. Tertiam verò conditionem notanter poſui propter relationes, quæ licèt non ſic ſe habeant, quòd vna poſſit eſſe ſine alia, vel quòd vna ſit producens, & alia producta: quia tamen ſic ſe habent, quòd fundãtur in pluribus rebus realiter diſtinctis, ſicut patet de paternitate, & filiatione, de duabus ſimilitudinibus, & æqualitatibus: ideò realiter diſtinguntur. Ex quo infero aliqua Correlaria.

Primum, quòd omnia eſſentialia, & notionalia eſſentiæ diuinæ vnica realitate reantur. Similiter omnia attributa ſunt idem, realiter, & cum eſſentia, & cum ſemuicem, & cum perſonis diuinis, & perſonæ diuinæ cum eſſentia diuina.

Secundum correlarium, quòd omnes differentiæ eſſentiales modi intrinſeci in eodem ſuppoſito vnica realitate reantur.

Tertium correlarium, quòd omne ſuperius eſt idem realiter cum ſuo inferiori. Et ſi dicas, quod diſtingũntur realiter: dico, quod iſtæ duæ propoſitiones ſunt concedendæ, homo eſt idem realiter cum Sorte, & homo diſtinguitur realiter à Sorte.

Quartum correlarium, quòd illa, quæ ſunt in potentia obiectiua, nec diſtinguntur realiter, nec ſunt idem realiter; quia identitatem realem, & diſtinctionem requiritur, quòd *Diſtinctio realis.* vtrumque extremum ſit aliquid poſitiuum exiſtens. Et ex hoc patet, quòd diſtinctio realis eſt illa, cuius extrema habent aliam, & aliam realitatem, realiter poſitiuam actualis exiſtentiæ, vel ſaltem ſubſiſtentiæ. Dicitur notanter aliam, & aliam realitatem, propter ſubiectũ, & propriã paſſionem,

quæ non realiter diſtinguntur, quia non habent niſi vnam realitatem exiſtentiæ. Diciturrealiter poſitiuam, propter negationes,& priuationes. Dicitur actualis exiſtentiæ,propter quidditates diuerſarum ſpecierum: quia quidditas, vt quidditas non habet exiſtentiam per ſe. Dicitur, vel ſaltem ſubſiſtentiæ,quia in diuinis eſt tantùm vna exiſtentia, licèt ſint tres ſubſiſtentiæ.

Diſtincta realiter.

Secunda concluſio huius articuli, eſt iſta, quòd illa ſunt diſtincta realiter,quæ ſic ſe habent diſiunctiuè,quòd vnum poteſt eſſe ſine alio,vel quòd vnum eſt producens, & aliud productũ: vel quæ ſunt in pluribus rebus realiter diſtinctis. *Scotus.* Et dixi diſiunctiuè,quia ad inferendum diſtinctionem realem ſufficit habere aliquam iſtarum conditionum. Prima pars probatur per Doct. Subtil,in ſecundo, diſtinct. prima q. 4. Nihil eſt idem realitèr à, ſine quo à,poteſt eſſe realiter ſine contradictione: quia aliter idem ſimul eſſet: & non eſſet: quod videtur eſſe oppoſitum primi principij. Ex quo principio videtur ſtatim concludi diuerſitas entium:quia ſi de aliquibus duobus dicantur cõtradictoria eodem modo, quo dicuntur de eis,videntur eſſe non idem:& ità ſi contradictoria,ſcilicèt eſſe, & non eſſe dicantur de eis, videntur eſſe non idem, ſiuè non eſſe idem ens. Et confirmatur ratio:quia ſi iſtam propoſitionem, Illa ſunt diſtincta realiter, quorum vnũ poteſt manere ſine altero, negaret proteruus, non videtur reliqui vndè poſſit diſtinctio entium probari: diceret enim proteruus,quòd non tantùm plures naturæ,vt ſubſtantia,& accidentia communia ſunt eadem, ſed quòd Sortes,& Plato,vel Sortes, & lapis, non differunt realiter.

1. Principiũ 4. Metaph. tex. 9 impoſsibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe.

Et ſi arguas contrà. Sortes poteſt eſſe non exiſtente Platone,ergo diſtinguntur realiter: negabitur tibi conſequentia,quia proteruus negabit tibi propoſitionem, cui inniteris:qua negata, perit tota doctrina Philoſo. Septimo Topicorum,qua docet,quòd problema faciliter deſtruitur *Ariſt.* per contradictionem inuentam, ſed difficiliter conſtruitur. Si autem negetur propoſitia iſta,non videtur poſſe deſtrui: quia ſi non deſtruitur per cõtradictionem, nec per aliquam aliam oppoſitionem, aut ſaltem non faciliter. Ex quo infero,quod totum diſtinguitur realiter à ſuis partibus,loquendo de toto eſſentiali integrali, & quantitatiuo. Secundum correlarium,quòd res diuerſorum generum actualiter exiſtentes,ſimiliter indiuidua, tàm ſpeciei, quàm diuerſarum ſpecierum eiuſdem prædicamenti actualiter exiſtentia,realiter diſtinguntur, etiam materia, & forma realiter diſtin-

guntur. Tertium correlarium, quòd tres perſonæ diuinæ diſtinguntur realiter à ſeinuicem, & non ſunt idem realiter, non obſtante, quòd vna non poſſit eſſe ſine alia, quia hoc non eſt niſi propter vnitatem eſſentiæ. Dices arguendo cōtrà: Quæcunque vni, & eidem ſimpliciter ſunt eadem, illa inter ſe ſunt ſimpliciter eadem, 1. Priorū, & 1. Phyſi. ſed perſonæ diuinę ſunt idem realiter eſſentiæ: ergo inter ſe ſunt eædem realiter. Dico breuiter omiſſis multis ſolutionibus, quòd illa regula debet intelligi, quòd ſi aliqua vniantur, vel identificentur realiter vni tertio, quòd ſit hoc aliquid, id eſt incommunicabile, illa etiam identificabuntur inter ſe. Si verò, illud tertium ſe habeat, vt quale quid, & vt communicabile, non oportet, quòd illa identificata in vno identificētur inter ſe. Et hæc de Quarto Articulo minus principali.

Regula.

De Identitate, & Diſtinctione Eſſentiali. Art. 5. partialis.

Duplex ordo eſſentialis.

QVantùm ad Quintum Articulum partialem, noto aliqua. Primò, quòd duplex, eſt ordo eſſentialis, vt ad præſens ſufficit. Vnus eſt ſecundùm quid, & eſt quandò poſterius dependet ſic à priori, quòd licèt non poſſit eſſe ſine illo per potentiam naturalem, poteſt tamen per potentiam diuinam, ſicut eſt de accidente reſpectu ſubſtantiæ, (ſaltem de aliquo,) & de ſubſtantia reſpectu cauſatum ſecundarum extrinſecarum. Alius eſt ordo eſſentialis ſimpliciter, & eſt inter illa, quæ ſic ſe habent, quòd implicat contradictionem etiam per quamcunque potentiam poſterius eſſe ſine priori: & accipio ibi ordinem eſſentialem pro dependentia eſſentiali: & ſic dico: quòd quandocunque aliquid habet ordinem eſſentialem iſto ſecundo modo ad aliud in ratione dependentis ad independens, tali dependentia identificatur realiter cum ſua dependentia, ſicut dicimus de creatura, & ſua dependentia, quam habet ad Deum, & de toto reſpectu ſuarum partium.

Identitas eſſentialis duplex.

Secundò notandùm, quod identitas eſſentialis capitur dupliciter. Vno modo pro illa identitate, qua aliqua identificantur vni eſſentiæ ſingulari: & ſic inter identitatem eſſentialem, & realem non eſt differentia, præterquam in diuinis; quia licèt tres perſonæ diuinę ſint eædem realiter vni eſſentiæ ſingulariſſimæ, & per conſequens dicantur eſſe idem eſſentialiter, non tamen dicuntur eſſe idem realiter. In creaturis verò non eſt inſtantia, quoniam omnia eadem eſſentialiter ſunt eadem realiter.

Secundo modo capitur identitas eſſentialis, pro illa identitate,qua aliqua dicuntur eſſe de eſſentia alicuius; ſiuè concurrunt intrinſecè ad eſſentiam alicuius.

Iſtis notatis pono duas concluſiones. Prima, quòd omnia illa dicuntur eſſe idem eſſentialiter,quæ identificantur realiter vni eſſentiæ ſingulariſſimæ, capiendo primo modo identitatem eſſentialem,vel quæ ſunt de eſſentia intrinſeca alicuius, capiendo identitatem eſſentialem ſecundo modo. *Idē eſſentialiter.*

Ex quo infero, quòd quæcunque identificantur cuicunque ſingulari mundi,ſiuè indiuiduo, ſiuè ſuppoſito, illa ſunt idem eſſentialiter.

Secunda concluſio, quòd illa diſtinguntur eſſentialiter,quæ habēt diuerſas naturas,ſiuè eſſentias realiter diſtinctas,vel quæ non concurrunt ad rationem intrinſecam, & eſſentialem alicuius,ſecundùm duo membra poſita in prædicta diuiſione de identitate eſſentiali: ad quam conformiter poſſet dari vna alia diuiſio de diſtinctione eſſentiali, *Diſtincta eſſentialiter.*

Intellige tamen,quòd ad diſtinctionem, vel identitatē eſſentialem, & ſimiliter ad quamcunque identitatem, vel diſtinctionem, quæ eſt ſecluſo opere intellectus, requiruntur extrema eſſe poſitiua,& exiſtentia: quia accidens non poteſt habere nobilius eſſe,& verius, quàm ſuum ſubiectū, vel fundamentum. Et ſi quæratur, cùm ego non ſim realiter idem cum antichriſto,vt clarum eſt, nunquid, benè ſequitur,quod ſum realiter diſtinctus ab eo? Dico,quòd non:ſed benè ſequitur,quod ſum ſibi non idem,& ſic de alijs. Et hæc de Quinto Articulo minus principali. *Obiectio.* *Reſponſio.*

De Identitate, & Diſtinctione Subiectiua, Art. 6. partialis.

Qvantùm ad Sextum Articulum partialem eſt duplex modus dicendi.

Primus, quòd illa dicuntur eſſe idem ſe totis ſubiectiuè, quæ quidditatiuè conueniūt in aliqua realitate potentiali, & contrahibili per realitatem differentiæ. Et per oppoſitum illa diſtinguntur ſe totis ſubiectiuè,quę in nulla tali realitate quidditatiuè conueniunt. Et ex iſto modo dicendi eliciuntur tria correlaria. *Eadem & diuerſa ſubiectiuè. pri.* *Tria correlaria.*

Primum, quòd quæcunque includunt idem genus quidditatiuè,ſunt idem ſe totis ſubiectiuè,

Secundum correlarium,ꝙ omnia Prędicamēta à ſeinuicē, Deus etiam,& creatura,ſe totis ſubiectiuè diſtingūtur.

Tertium correlarium, quòd perſonæ diuinæ ſe totis ſubiectiuè diſtinguntur: & ſic ſecundùm iſtum modum dicendi identitas ſubiectiua eſt ſuperius ad identitatem obiectiuam, & diſtinctio obiectiua eſt inferius ad diſtinctionem ſubiectiuã. Quæcunque enim ſunt idẽ ſe totis ſubiectiuè, ſunt idẽ ſe totis obiectiuè, & non èconuerſo: & quæcunque diſtinguuntur ſe totis obiectiuè, diſtinguũtur ſe totis ſubiectiuè & non èconuerſo, ſecundùm iſtum modũ dicendi, quare, &c. Alius mod⁹ dicendi eſt, quòd illa dicũtur idẽ ſubiectiuè quorũ realitates poſſunt ſimul eſſe in eadẽ re, vel per identitatẽ realem, vel per modum informantis, vel informabilis. Et per oppoſitum, illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, quorum realitates non poſſunt ſimul eſſe in eodem numero, aliquo prædictorum modorum ſcilicèt, vel per modum informantis, vel per modum informabilis, vel per identitatem realem. Ex hoc inferuntur aliqua correlaria. Primum, quòd omnia, quæ ſunt in diuinis, ſunt idem ſubiectiuè. Secundum, quòd omnia in vno indiuiduo, ſiuè ſint ſuperiora, ſiuè accidentia abſoluta, ſiuè reſpectiua, ſunt idem ſubiectiuè. Tertium correlarium, quòd duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, maximè de prædicamento ſubſtantiæ, & etiam alterius ſpeciei completæ eiuſdem prædicamenti diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè. Quartum correlarium, quòd duo contraria, & duo relatiua oppoſita, maximè de ſecundo modo relatiuorum, ſimiliter differentiæ eſſentialiter diuidentes genus, diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè ſecundùm iſtum modum dicendi. Et ſi quæras quis iſtorum modorum eſt probabilior, dico, quòd vterque eſt probabilis, nec eſt differentia inter eos, niſi in modo vtendi vocabulo: & ideò, qui voluerit tenere alterum illorum, dicat conſequenter. Et hoc de ſexto articulo minus principali.

Eadem, & diuerſa ſubiectiuè ſecũ.

De Identitate, & Diſtinctione Obiectiua. Art. 7. partialis.

QVantùm ad Septimũ Articulum partialem, Dico breuiter, quòd illa ſunt idem obiectiuè, de quibus poteſt prædicari aliquod prędicatũ quiditatiuè, ſiuè illud ſit limitatum, ſiuè tranſcendens, ſiuè dicat realitatem potentialem, ſiuè non. Et illa diſtinguntur ſe totis obiectiue, de quibus non poteſt prædicari tale prædicatum quidditatiuè. Ex hoc inferuntur aliqua correlaria. Primum, quod Deus & creatura ſunt idem ſe totis obiectiuè, & etiam decem prę-

Eadem, & diuerſa obiectiuè.

dicamenta. Secundum, quòd paſſiones entis à ſe inuicem, & ab ente diſtingunrur ſe rotis obiectiuè. Tertium correlarium, quòd differentiæ vltimę, & breuiter omnia illa, quę ſunt primò diuerſa, diſtinguuntur ſe rotis obiectiuè. Pro quo notandum, quòd aliud eſt dicere aliqua eſſe diuerſa, & differentia: nàm differentia ſunt alicui idem entia, hoc eſt dictũ in aliquo quidditatiuè cõueniunt, & in aliquo quidditatiuè differunt: diuerſa ſuut, quę in nullo quidditatiuè conueniunt iuxta quod dicit Scotus, in ſecundo diſt. 3. q. 6. poſt Ariſt. 5. Metaphy. cap. de eodem, quòd omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuerſa, alioquin non eſſet ſtatus in differentibus. Hoc notato, probatur ſic propoſitum ratione Scoti. Gratia exempli, accipiantur duo differentia, & ſint Sortes, & Plato: tunc ſic, Sortes, & Plato in aliquo cõueniunt, & per aliquid differũt, vt patet ex ſuppoſito. Accipiantur ergo illa per quæ differunt, & ſint a, & b. vel ergo a. & b, ſunt diuerſa, vel differentia. Si ſunt diuerſa habeo propoſitum, ſcilicèt, quòd iſta diſtinguntur ſe totis obiectiuè: ſi ſunt differentia, quęram ſicut prius, vel ergo erit proceſſus in infinitum, quòd eſt inconueniens, vel ſtabitur in aliqua, quę ſe rotis obiectiuè diſtinguuntur. Et hoc de 1. Art minus princi. *Ariſt.* *Scotus.*

De modo inueſtigandi Identi, & Diſt. & inferendi vnam ex alia.

Art. 3. principalis.

QVantùm ad Tertium, & Vltimum Articulum principalem pro complemento huius quęſtionis, qui eſt illatiuus, & inueſtigatiuus identitatũ, & diſtinctionũ: Primò diuidendo in duas partes principales, ſic procedam. In prima parte dabitur modus venandi diſtinctiones, & identitates, In ſecunda parte dabitur modus inferendi, vnam diſtinctionem, & identitatem ex alia. *De modo inueſtigãdi diſſinitiones, & idẽtitates.*

Quantùm ad primam partem, primò incipiam à diſtinctione rationis. Et pro ampliori declaratione notandum, quòd diſtinctio rationis inueſtigatur propter diuerſas relationes rarionis attributas per actũ rectũ, vel collatiuũ intellectus eidem obiecto, vel diuerſis hoc modo: quia vel res realis comparatur ad rem realem, vel realitas ad realitatem: & hoc vel ad ſeipſam, vel ad aliam in vno, & eodem obiecto formali, vt quandò intellectus comparat, colorem, & diſgregatiuum in albedine: vel res rationis ad rem realem, vt quandò intellectus comparat genus ad animal, & èçon-

uerſò. Si primo modo: vel res rationis ad rem rationis; vt quandò intellectus comparat genus ad ſpeciem, & èconuerſò. Si primo modo: vel res realis comparatur ad ſe, vel ad aliam: ſi ad ſeipſam, vel comparatur ipſa, vt intellecta ad ſeipſam non intellectam, vel ad ſeipſam, vt intellectam. Si ſecundo modo: vel igitur comparatur ipſa res concepta ſub vno modo concipiendi, ad ſeipſã, vel ad aliam, vel ſub alio modo cõcipiendi, ſi primo modo: vel igitur ſub modo concipiendi Grãmaticaliter, vt ſignificando aliquid in recto, vel in obliquo: vel Logicaliter, putà in cõcreto, vel in abſtracto: ſic ſecundùm diuerſas comparationes intellectus ad res eaſdem, vel diuerſas oritur diſtinctio rationis. Diſtinctio verò ex natura rei inueſtigatur per quatuor genera oppoſitionis.

Primò, per oppoſitionem relatiuam

Secundò, per oppoſitionem contrariam.

Tertiò, per oppoſitionem priuatiuam.

Et quartò, per oppoſitionem contradictoriam ſic: quia impoſſibile eſt duo oppoſita, ſiuè relatiuè, ſiuè priuatiuè, ſiuè contrariè, ſiuè contradictoriè, ſimul eidem reſpectu eiuſdem conuenire, & differre: ideò, &c. Exemplum de oppoſitione relatiua: vt quia intellectus agens mouet intellectum poſſibilem, & intellectus poſſibilis mouetur ab intellectu agente, concludimus ibidem eſſe diſtinctionem ex natura rei. Exemplũ de oppoſitione contradictoria: vt quia ſuperius eſt cõmunicabile pluribus, inferius verò non: ideò, &c. Exemplum de oppoſitione priuatiua, vel quaſi priuatiua: vt quia eſſentia diuina, eſt communicabilis pluribus perſonis: paternitas verò incommunicabilis, ideò, &c. Exemplum de contraria oppoſitione, capiendo largè contrarietatem: vt quia homo formaliter eſt ad ſe, dependentia, qua dependet ad Deũ, formaliter eſt ad aliud: ideò, &c.

Diſtinctio autem formalis facilis eſt ad inueſtigandum, dummodò extrema ſint poſitiua. Tamen quadruplici via poteſt inueſtigari. Primò per viã excluſionis. Omnia enim, quæ ſic ſe habent, quòd vnũ non eſt de conceptu quidditatiuo alterius, illa formaliter diſtinguntur. Secundò per viam diffinitionis ſic: Quæcunque enim habent, diſtinctas diffinitiones, quarum vna non includitur in alia, illa formaliter diſtinguntur. Tertiò, per viam deſcriptionis ſic: Quorum deſcriptiones ſunt diuerſæ, illa formaliter diſtinguntur intelligendo per deſcriptionem manifeſtationem conſtitutam ex genere, & propria paſ-

ſione. Quarto per viam demonſtrationis ſic: Quandò cunque aliquid eſt demonſtrabile de aliquo, & de alio non, illa ſunt diſtincta formaliter. Poteſt tamen addi quinto, via reduplicationis ſecundùm Franciſcum ſic: Quandò aliquid competit alicui in quantùm tale, & non alij, ſicut viuere competit homini, inquantùm homo, & non lapidi, illa formaliter diſtinguntur.

Diſtinctio verò realis quadtuplicitet poterit inueſtigari, Primò, per viam generationis ſic: Quorum vnum generatur alio non generato, illa diſtinguntur realiter. Secundò, per viam corruptionis. Tertiò, per viam originis. Quartò, per viam ſeparatæ exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ.

Diſtinctio autem eſſentialis quadruplici via inueſtigatur. Primò, per viam generationis. Secundò, per viam corruptionis. Tertiò, per viam ſeparationis. Quartò, per viam dependentiæ.

Diſtinctio tamen ſe totis ſubiectiuè pet viam actualis ſeparationis poterit inueſtigari iſto modo: Quandò aliqua actualiter ſecundùm eſſe exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ ſeparantur abinuicem, illa ſe totis ſubiectiuè diſtinguntur; Sed diſtinctio ſe totis obiectiuè ſic inueſtigatur.

Quæ in nullo quidditatiuè conueniunt, illa ſunt ſe totis obiectiuè diſtincta.

Ex quibus ſequitur, quòd Identitas iſtotũ per oppoſitum eorũ, quæ dicta ſunt de diſtinctionibus, poterit inueſtigari.

De modo inferendi vnam Identi ex alia.

QVantùm ad ſecundam partem huius Articuli: Primò, inueſtigemus modum inferendi vnam identitatem ex alia: Secundò, vnam diſtinctionem ex alia.

Quantùm ad primum, pono duas concluſiones, quarum prima eſt iſta, quòd minima identitas eſt identitas ſe totis obiectiuè quia ab omnibus infertur, & ipſa nullam aliam, infert.

Secunda concluſio, quòd maxima identitas eſt identitas rationis, quia omnes alias infert, & non èconuerſò: poſt iſtam eſt identitas ex natura rei, quæ omnes alias ſequentes infert, & non èconuerſò. Similiter dico de identitate formali in rebus non compoſitis ex re, & te, capiendo propriè identitatem formalem, ità quòd ſemper maior identitas infert minorem in talibus rebus, in rebus autẽ compoſitis ex re, & re, identitas formalis non infert alias identitates. Materia. n. & forma ſunt eædem formaliter compoſito, cùm ſint de ſua diffinitione ſecundùm Philoſophum ſeptimo Metaphyſi, & tamen diſtinguntur realiter ab eodem.

Identitas autem realis infert identitatem eſſentialem, & etiam identitatem ſubiectiuam ſecundùm ſecundum modum dicendi de identitate ſubiectiua, non tamen ſecundùm primum: nec infert etiam identitatem obiectiuam, nec ſecundùm primum, nec ſecundùm ſecundum modum dicendi. Potentiæ animæ, ſeu paſſiones entis ſunt eædem realiter inter ſe: & eſſentialiter, & tamen diſtinguuntur ſe totis obiectiuè, cùm in nullo quiditatiuè conueniat.

Et ſi detur. quòd conueniant, ſaltem ego veniam ad primo diuerſa, per quæ iſtæ potentiæ animæ differunt, & iſta erunt diſtincta ſe totis obiectiuè, non realiter. Et breuiter non poſſum videre, quomodo vna identitas per bonam conſequentiam poſſet inferre omnes alias identitates, licèt aliquæ aliquas inferant, vt dictum eſt.

De modo inferendi vnam diſtinct ex alia.

Quantùm ad ſecundùm de modo inferendi vnam diſtinctionem ex alia, pono iſtam concluſionem, quòd maior diſtincto infert minorem: tamen non video iudicio meo qualiter vna diſtinctio per bonam conſequentiam poſſet omnes alias diſtinctiones inferre, licèt aliquę aliquas inferant, Minima tamen videtur eſſe diſtiuctio rationis, quia ab omnibus infertur, quòd declaro ſic. Duæ potentiæ animæ, diſtinguntur ſe totis obiectiuè, eodem modo, quo dictum eſt: & tamen non diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, ſecundùm ſecundam opinionem ſuperius recitatem de diſtinctione ſubiectiua, nec etiam infert diſtinctionem realem ſecundùm omnes formalizantes, nec eſſentialem. Materia etiam, & forma diſtinguuntur realiter à compoſito, & tamen non formaliter, vt iam dictum eſt. Iſta mihi videntur vera, licèt multi formalizantes dicant oppoſitum: ſoluant tamen difficultates ibi tactas, videlicèt, de potentis animæ ſe totis obiectiuè diſtinctis, & tamē non realiter, nec eſſentialiter: quę etiam ſunt eędem realiter, non tamen obiectiuè, etiam de materia, & forma, quæ ſunt eedem formaliter cum compoſitio, & tamen non realiter: immò diſtinguuntur realiter, nec vnquam Scotus ordinauit illas conſequentias ſiue illationes, nec etiam habent aliquam rationem conuenientem, ideò eadem facilitate, qua ſic affirmantur, & ordinantur, deſtruuntur. Et hæc de corpore quęſtionis.

Ad Arg. Princip.

Ad argumenta principalia. Ad primum, cùm dicitur, Illæ formalitates vel ſunt aliquæ res, &c. dico quòd ſunt aliquæ realitates, & non aliquæ res, ſed magis aliquid rei. Et cùm

infertur, ergo diſt. [redacted]

diſtinguntur realiter, verum eſt accipiendo diſtinctionem realem largè pro omni diſtinctione, quæ eſt ſecluſo opere intellectus: non tamen diſtinguntur realiter, accipiendo propriè diſtinctionem realem pro illa, quæ eſt inter rem & rem.

Ad ſecundum, cùm dicitur. Quæ diſtinguntur ex natura rei, diſtinguntur realiter: dico, quòd verum eſt realiter, id eſt, per realitates, & ex natura rei, non tamen ſicut res, & res: quia alia eſt diſtinctio rei, & alia ex natura rei, vt dictum eſt.

Ad tertium, cùm dicebatur, Sicut ſe habet res ſubiecti, & cæt. dico, quòd propriè non eſt hic locus à tranſmutata proportione: quia vbi eſt proportio, vel locus à tranſmutata proportione, oportet, quòd ſint diſtinctæ res: quia proportio eſt tantùm rerum, & per conſequens tantùm fundatur in illis, quæ ſunt res, & res. Cum igitur res ſubiecti, non ſit alia res à re paſſionis, ſed eadem, & indiſtincta, ideò non poteſt fundare proportionem, nec per conſequens erit locus à tranſmutata proportione.

Vel dicitur, licèt iſta ſolutio ſit bona, quòd ſimilitudo argumenti non valet: eſt enim ſimilitudo, & diſſimilitudo. Similitudo eſt iſta, quòd ſicut res ſubiecti non poteſt eſſe ſine re paſſionis, ità formalitas ſubiecti non poteſt eſſe ſine formalitate paſſionis. Diſſimilitudo autem propter quàm claudicat, eſt, quia res ſubiecti tranſit in identitatem realem cum re paſſionis, & ècontra: formalitas autem ſubiecti non tranſit in identitatem formalem cum formalitate paſſionis, nec èconttra, quare, & cæt.

Ad quartum, cùm dicitur, quòd formalitas ſubſtantiæ eſt vera res: dicò, quòd omnis talis eſt vera res, ſi ſit ſubſtantia in recto, vndè eo modo, quo talis formalitas eſt ſubſtantia, vel aliquid eius, eſt res, modo non omnis formalitas ſubſtantiæ eſt ſubſtantia in recto, ſed aliqua in recto, & aliqua, in obliquo. Quare propriè non debet dici illa, quæ eſt in obliquo propriè ſubſtantia, ſed aliquid ſubſtantiæ: & ideò non oportet, quod illa quæ ſunt diſtincta per formalitates, ſemper diſtinguantur ſicut res, & res, ſed ſicut rei, & rei.

Ad quintum, cùm dicitur, quòd quæcunque habent diuerſas diffinitiones, diſtinguntur realiter, verum eſt ſi habeant diuerſas diffinitiones quidditatiuas, conſtitutas ex genere, & differentia: non oportet autem, ſi habeant ſolùm diuerſas rationes formales ab intellectu ex natura rei formaliter conceptibiles.

Ad ſextum, cùm dicitur, quòd tunc ab vno, & eodem, &c. dico, quòd ab vno, & eodem non poteſt ſumi vnitas rerum, & pluralitas rerum, reſpectu eiuſdem. Dico tamen quòd ab vno, & eodem poteſt ſumi vnitas rei, & pluralitas formalitatum: quæ non opponuntur in eodem, nec repugnant.

Ad ſeptimum, cùm dicitur, Accipio formalitates ſubiecti, & propriæ paſſionis, &c. Admitto totum. Cùm dicitur, poſtea. Vel his formalitatibus ſubiecti, & paſſionis, eſt aliquid commune, vel nihil, dico, quòd nihil eſt commune vnivocum vniuocè dictum: habent tamen vnam communem realitatem ſubiectiuam, in qua realiter conueniunt, & differunt; licèt non quidditatiuè.

Et cùm vltrà dicitur, Quæcunque diſtinguntur ſe totis obiectiuè, diſtinguntur ſe totis ſubiectiuè, & realiter: Dico, quòd argumentum eſt bonum contrà illos, qui dicunt, quòd diſtinctio ſe totis obiectiuè infert diſtinctionem ſe totis ſubiectiuè, & omnes alias. Sed ego non dico ſic: ideò dico, quòd aliqua ſe totis eſſe diuerſa poteſt eſſe dupliciter. Vno modo in realitate obiectiua, & ſic illæ formalitates ſubiecti, & propriæ paſſionis ſunt primò diuerſæ, nec poſtea ſequitur, quòd diſtinguantur realiter. Alio modo in realitate ſubiectiua, & ſic realitas, & formalitas ſubiecti, & paſſionis non ſunt primò diuerſæ, quia cõueniunt in realitate, & eſſentia ſubiecti, & paſſionis, & in ea identificantur realiter.

Aliqua obiectiuè. diuerſa. 2.

Ad aliam probationem, cùm dicitur, quærendo de illo in quo conueniunt. Vel eſt ens reale, vel rationis; dico, ꝙ in nullo conueniunt quidditatiuè: ideò illud non eſt Ens reale, nec ens rationis. Dico tñ quòd in aliquo conueniunt denominatiuè, & illud eſt ens, vel res tranſcendenter: dico etiam, ꝙ conueniunt in realitate ſubiectiua, ſicut dictũ eſt.

Ad Octauum, cùm dicitur, Quæcunque diſtinguntur quidditatiuè, &c. nego, ad probationem, quia quidditas, & res idem ſunt, verum eſt, ſed inadæquatè, quia cùm vnitate rei poteſt ſtare pluralitas formalitatum.

Ad Nonum, cùm dicitur ab Herueo, Nulla paſſio, &c. tranſeat pro nunc. Poſtea, cùm dicitur in Minori, Sed diſtinctio eſt paſſio entis, concedatur totus ille proceſſus vſque ad Minorem Syllogiſmi. Et cùm dicitur, Omne ens eſt reale, vel rationis, vt patet Quinto Metaphiſicæ dico, quod omne ens eſt reale, ideſt ſecluſo opere intellectus, vel rationis, ideſt, per opus intellectus. Poſteà, cùm infertur, ergo omnis diſtinctio eſt realis, vel rationis, dico, quòd

omnis diſtinctio eſt realis, ideſt ſecluſo opere intellectus quæ à nobis vocatur diſtinctio ex natura rei, vel rationis, ideſt per opus intellectus: tamen inter illas diſtinctiones mediat diſtinctio ex natura rei, & formalis.

Ad Decimum, cùm dicitur, Quæcunque diſtinguntur numero, &c. concedo illam Maiorem, & nego Minorem, ſcilicet, quòd quæcunque diſtinguntur formaliter, diſtinguntur numero.

Et ad probationem, quia quæcunque diſtinguntur formaliter, diſtinguntur quidditatiuè, tranſeat: ſed quæcunque diſtinguntur quidditatiuè, diſtinguntur ſpecificè, nego illam. Et ſi adhuc concederetur, non ſequeretur, vltra diſtinguntur ſpecificè, ergo diſtinguntur numero, quia ſecundũ eos actio, & paſſio diſtinguntur ſpecie, & tamen ſunt vnus motus numero, vt ipſi dicunt, quare, &c.

Ad Vndecimum, cùm arguebat Franciſcus de Marchia, Illa, quæ habent realiter, & eſſentialiter diuerſas formas, &c. concedo, accipiendo formam primo, & ſecundo modo, non autem accipiendo formam quinto modo. Et ad minorem, cùm dicit, Quæcunque diſtinguntur formaliter, diſtinguntur per formas, verum eſt per formas, ideſt, quidditates, & accipiendo formam quinto modo, non autem accipiendo formam pro forma accidentali, vel ſubſtantiali: ideò totus proceſſus ſequens non valet, quia procedit ex falſo intellectu.

Ad Duodecimum, cum diceebatur, Niſi illa, quæ formaliter diſtinguntur, &c. concedo reſpectu illorum à quibus facit differre, vel diſtingui realiter. Et dico breuiter, quòd eo modo, quo formalitas eſt principium diſtinctiuum, eo modo facit differre: ſi realiter, realiter: ſi formaliter, formaliter.

Ad confirmationem poteſt dici, quòd non eſt ſimile: quia in differentia rationis eſt aliquid actuale, putà ipſa relatio rationis, & aliquid potentiale, putà ipſum ſubiectum, vel fundamentum. Non autem oportet, quòd ità, ſit in omni diſtinctione ex natura rei.

FINIS.

MAGISTER STEPHANVS BRVLIFER, MINORITA

Obſ: Prouinciæ Franciæ, Theologus excellentiſſimus de Formalitatibus Scoti epitomaticè.

Multi ſcripſerunt de formalitatibus Scoti at non iuxta mentem ipſius.

CVM multi pro introductione doctrinæ Scoticæ varia de diſtinctionibus, & formalitatibus eiuſdem Doctoris Subtiliſſimi inconſona tamen ſuis dictis ſcripſerint: in quibus Scholaſtici falsò eruditi à veritate non modicè ſunt alienati: placuit pro communi ſtudere volentium vtilitate, mentem Doctoris eiuſdem de ea re in hoc opuſculo oſtendere.

Diuiſio. Agendorum.

Et primò quorundam modus dicendi ponetur: Secūdò illius modi dicendi falſitates redarguentur: Et poſtremò veritas ſuccinctè aperietur.

Art. 1. Ab aliquibus ponuntur ſeptem modi diſtinctionum: Quibus correſpondent ſeptem modi identitatum.

Quantùm ad primum, aduertendum eſt, quòd ab aliquibus formalizantibus Doctorem Subtiliſſimum, (vt aſſerunt) ſequentibus, ponuntur ſeptem modi diſtinctionum Quorum primus eſt diſtinctio rationis, ſecundus diſtinctio ex natura rei, tertius eſt diſtinctio formalis, quartus diſtinctio realis, quintus diſtinctio eſſentialis, ſextus diſtinctio ſe totis ſubiectiuè, ſeptimus eſt diſtinctio ſe totis obiectiuè, quibus èconuerſò correſpondent ſeptem modi identitatum, qui poſſunt cognoſci per modos oppoſitos diſtinctionum.

Diſtinctio rationis quid ſit.

Quorum primus eſt diſtinctio rationis: quæ diſtinctio (ſecundùm eos) eſt illa, quæ habet fieri per actum intellectus comparatiuum, ſeu collatiuum, vt Socrates eſt Socrates, Socrates poſitus à parte prædicati, diſtinguitur à Socr. poſito à parte ſubiecti ſola ratione, & non ex parte rei, ſiuè ex natura rei.

Diſtinctio ex natura rei quid ſit.

Diſtinctio autem ex natura rei ſecundùm eos, eſt illa, quæ eſt inter aliqua extrema, de quibus prædicata contradictoria poſſunt verificari præter opus intellectus, vt ſe habent totum, & partes, ſuperius, & inferius. Totum enim habet eſſe conſtitutum: partes autem non conſtitutum. Conſtitutum autem, & non conſtitutum contradicunt: ſimiliter ſuperius eſt præter opus intellectus multiplicabile

in plura: inferius autem non multiplicabile: multiplicabile verò, & non multiplicabile ſunt contradictoria.

Diſtinctio formalis quid.

Diſtinctio autem formalis eſt illa, quæ eſt inter aliqua duo, quorum vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe, vt inter ſubiectum, & ſuam propriam paſſionem.

Diſtinctio realis quid.

Diſtinctio verò realis eſt illa, quæ eſt inter aliqua duo, quæ ſunt res, & res. Illa verò ſunt res, & res, quorum vnum poteſt corrumpi, alio remanente, & èconuerſò: vt Socrates, & Plato, vel quorum vnum poteſt per diuinam potentiam eſſe ſine alio: vt paries, & color exiſtens in eo, & omne accidens per accidens reſpectu ſui ſubiecti. Illa etiam ſunt res, & res, quorum vnum eſt per ſe cauſa efficiens, vel finalis: & aliud per ſe effectus: quia idem realiter non poteſt cauſare ſeipſum. Illa etiam, quorum vnum eſt genetans, & aliud genitum: quia nulla res ſeipſam gignit ſecundùm Auguſt. lib. 1. de Trinitate, vt in diuinis pater, & filius.

Nulla res ſe gignit. D. Aug.

Diſtinctio eſſentialis quæ.

Diſtinctio eſſentialis eſt illa, quæ eſt inter aliqua, quæ per aliquam potentiam poſſunt ſeparari à ſe inuicem: vt Socrates, & Plato, paries, & albedo ſua: & ſic differunt diſtinctio realis, & diſtinctio eſſentialis, ſecundùm iſtos in creaturis: quia quæcunque diſtinguntur eſſentialiter in creaturis diſtinguntur realiter: & èconuerſò, quæcunque diſtinguntur realiter, etiam diſtinguntur eſſentialiter in creaturis: reperitur tamen in diuinis diſtinctio realis perſonarum ſine diſtinctione eſſentiali ipſarum, cùm habeant eandem eſſentiam: ſic ergo ſecundùm eos diſtinctio realis in plus ſe habet, quàm diſtinctio eſſentialis.

Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè quid.

Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè ſecundùm eos: eſt illa, quæ eſt inter aliqua duo extrema, quorum realitates ſunt diſtinctæ, & abinuicem ſeparatæ in actuali exiſtentia: ità quòd non conueniunt in aliqua realitate ſubiectiua, ſeu actu exiſtendi, vt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei. Nec enim coincidit iſta diſtinctio cum diſtinctione reali, nàm ibi non requiritur de neceſſitate ſeparatio actualis: hîc autem requiritur. Vndè corpus, & anima vnita diſtinguntur realiter: quia licèt non ſint ſeparata actu, poſſunt tamen ſeparari, & vnum poteſt corrumpi, alio remanente, & tamen non diſtinguntur ſe totis ſubiectiuè: conueniunt enim in realitate ſubiectiua, cùm ex his conſtituatur vnum ens per ſe.

Diſtinctio ſe totis obiectiuè quid.

Diſtinctio ſe totis obiectiuè eſt illa, quæ eſt inter aliqua duo extrema, quæ in nullo conceptu reali communi con-

ueniunt quidditariuè: vt ſunt duæ vltimæ differentiæ. Et per iſtas ſeptem diſtinctiones facilè patent ſeptem identitates per oppoſitum ad illas.

Octo corrolaria.

Ex his inferuntur aliqua corrolaria. Primum eſt, quòd vltima diſtinctio arguit omnes alias, & penultima arguit omnes alias præter vltimam, & ſic aſcendendo vſque ad primam: non autem èconuerſò ſic ſe inferunt: prima enim non arguit ſecundam, nec ſecunda tertiam, & ſic de ſingulis deſcendendo vſquè ad vltimam.

Primum.

Secundum. Secundùm corrolarium: identitates non ſic ſe inferunt, ſicut diſtinctiones oppoſitæ: vltima enim identitas non arguit penultimam, & ſic aſcendendo vſque ad primam. Sed oppoſito modo ſe habent, quia prima arguit ſecundam, & ſecunda tertiam: ſic, & deſcendendo vſq; ad vltimam.

Tertium. Tertium corrolarium, maior identitas, quæ poteſt eſſe, eſt identitas rationis, quia ipſa omnes infert alias.

Quartum. Quartum corrolarium: quòd minor identitas, quæ poſſit eſſe eſt identitas ſe totis obiectiuè: quia ipſa nullam aliam infert.

Quintum. Quintum corrolarium, maior diſtinctio, quæ poteſt eſſe eſt diſtinctio ſe totis obiectiuè, & minor eſt diſtinctio rationis: ratio primi eſt, quia diſtinctio obiectiua omnes alias infert, ratio ſecundi eſt, quia diſtinctio rationis, nullam infert.

Sextum. Sextum corrolarium, quod cum diſtinctione rationis ſtat identitas ex natura rei, & cum diſtinctione ex natura rei ſtat identitas formalis: & ſic de ſingulis aſcendendo. Vndè animal, & homo diſtinguntur ex natura rei, & tamen ſunt idem formaliter; cùm animal includatur in homine in primo modo per ſe dicendi.

Septimum. Septimum corrolarium eſt, cum diſtinctione obiectiua nulla ſtat identitas.

Octauum. Octauum corrolarium eſt, cum identitate reali ſtat diſtinctio formalis, & ex natura rei, hæc omnia patent ex præmiſſis.

Opinio iſta communis non eſt ad metē Scoti.

SEd iſta Opinio licèt ſit communis, & famoſa apud multos Scotiſtas, videtur tamen continere multa falſa, nec ſequitur Doctorem Subtilem: immò manifeſtè aſſerit aliqua contra ipſum A.

Articul. 2. Quòd nulla detur diſtinctio ex

Ideò hoc ſecundo loco arguo contra eam, probando primò, quòd nulla ſit diſtinctio ex natura rei, minor diſtinctione formali: & quòd diſtinctio ex natura rei non poteſt ſtare cum identitate formali: quia quæcunque di-

ſtinguntur ex natura rei, diſtinguntur formaliter, & èconuerſò, ergo diſtinctio ex natura rei non ſtat cum identitate formali: nec eſt minor ipſa, conſequentia eſt manifeſta, & antecedens, quò ad ſecundam ſui partem conceditur ab eis. Sed quò ad primam partem probatur, quia quæcunque diſtinguntur ex natura rei dicunt aliam, & aliam rationem formalem: ſed quæcunque dicunt aliam, & aliam rationem formalem, diſtinguntur formaliter: ergo quæcunque diſtinguntur ex natura rei, diſtinguntur formaliter, minor eſt euidens, & maior probatur diſcurrendo per omnia illa, quæ ipſi ponunt diſtingui ex natura rei, & non formaliter, primo de ſuperiori, & inferiori. Manifeſtum enim eſt, quòd ſuperius, & inferius habent aliam, & aliam rationem formalem: cum ratio inferioris ſit ex ratione ſuperioris, ſimiliter ſicut ipſi dicunt: ratio Socratis eſt incommunicabilis, ratio autem hominis eſt communicabilis, ſed eadem ratio formalis non poteſt eſſe communicabilis, & incommunicabilis. Similiter patet de toto, & partibus, ratio enim formalis totius eſt alia à rationibus formalibus partium, cùm eadem ratio formalis non ſit conſtituta, & non conſtituta, conſtituens, & non conſtituens, ſimiliter de modo intrinſeco, & de re cuius, eſt modus licèt enim modus intrinſecus ſit ille, qui additus alteri non variat rationem eius formalem, vt patet de albedine, & eius gradibus (albedo enim intenſa, & remiſſa ſunt eiuſdem rationis formalis) non eſt tamen talis modus conueniens rei in primo modo dicendi per ſe, quare non erit idem formaliter cum re, cuius eſt modus: licèt fortè propriè non diſtinguatur formaliter à re, cuius eſt modus, quia ad diſtinctionem formalem requiritur fortaſſis, quòd ſit quidditas, vel formalitas. Modus autem intrinſecus non eſt propriè formalitas, vel quidditas, quia quidditas addita alteri variat rationem formalem eius, ſeu conſtitui per illam, vt rationale, & irrationale ſi addantur animali conſtituunt ſpecies, habentes diuerſas rationes formales: non ſic modus intrinſecus. Vndè nulla ratio quidditatiua poteſt addi alteri, quin variet ſpeciem, vel ſimpliciter, hoc eſt de vna ſpecie aliam faciat contrariam, vel diſparatam, vel ſecundùm quid, hoc eſt de non tali ſpecie facit talem ſpeciem, putà ſi addatur differentia pertinens ad eſſe quidditatiuum generis facit ſpeciem ſpecialiſſimam, & non præfuit talis ſpecies ſpecialiſſima: ſed tantùm

natura rei minor diſtinctione formali, & quid.

Diſtinctio ex natura rei non poteſt ſtare, cũ identitate formali probatur. Primo.

Modus intrinſecus quid ſit.

Modus intrinſecus non eſt propriè formalitas, vel quidditas.

Ratio formalis.

Ratio formalis diffiniti eſt alia à ratione formali diffinitionis.

præfuit ſpecies inter media, patet quarto, de diffinitione, & diffinito. Nàm ratio formalis diffiniti eſt alia à ratione formali diffinitionis, ratio enim formalis diffiniti, eſt ratio totius, & ratio formalis diffinitionis eſt ratio partium: nàm dictum eſt, quòd eſt àlia ratio formalis totius, & alia partium.

Ratio diffiniti eſt ratio totius.

Ratio diffinitionis eſt ratio partium.

Scotus.

Item manifeſtum eſt, quòd alius eſt per ſe conceptus diffinitionis, alius diffiniti, accipiendo pro conceptibus ſignificata: ergo aliam, & aliam conceptibilitatem dicunt diffinitio, & diffinitum. Sed tales conceptibilitates non ſunt, niſi rationes formales, ſeu obiecta formalia conceptibilia, ergo diffinitum, & diffinitio dicunt aliam, & aliam rationem formalem: aſſumptum eſt Doctoris Subtilis in 2. diſ. primi. vbi ex intentione probat illud duobus, aut tribus medijs. Et confirmatur tota iſta ratio: quæcunque important aliam, & aliam quidditatem, illa diſtinguntur quidditatiuè, & formaliter, ſed omnia illa, quæ diſtinguntur ex natura rei important aliam, & aliam quidditatem: ergo omnia, quæ diſtinguntur ex natura rei, diſtinguntur quidditatiuè, & formaliter: igitur diſtinctio ex natura rei non poteſt ſtare cum identitate formali: nec eſt minor ipſa. Maior eſt manifeſta, quòd vbicunque eſt alia, & alia quidditas, ibi eſt diſtinctio quidditatiua: ſicut vbi eſt alia, & alia res, ibi eſt diſtinctio realis, modo conſtat, quòd omnis diſtinctio quidditatiua eſt formalis. Minor eſt ſufficienter probata per diſcurſum factum in præcedenti ratione: patet enim per ipſum manifeſtè, quòd omnia, quæ ipſi ponunt diſtingui ex natura rei, & non formaliter, habent aliam, & aliam quidditatem: vel ſaltem dicunt quidditatem, & modum intrinſecum eius.

Si dicatur, quòd concretum, & abſtractum diſtinguntur ex natura rei, & non habent aliam, & aliam quidditatem. Dico, quòd eſt falſum, quia quæcunque diſtinguntur ſolùm penès diuerſos modos concipiendi idem obiectum formale, ſola ratione diſtinguntur, & non ex natura rei, ſed concretum, & abſtractum ſolùm diſtinguntur penès diuerſos modos concipiendi idem obiectum formale, igitur ſolùm ratione diſtinguntur, & non ex natura rei: Maior eſt manifeſta, quia ſola diuerſitas concipiendi idem obiectum formale in numero, non arguit diſtinctionem ex natura rei. Minor eſt Doctoris Subtilis, in Secunda diſt. Prim, & in pluribus alijs paſſibus ſuæ doctrinæ B.

Scotus.

Digitized by Google

Secundò, principaliter arguitur ad idem, ſupponendo, quòd diſtinctio vna in intellectu eſt penès diuerſos modos concipiendi idem obiectum formale: & hoc ſiuè concipiendo Grammaticè, vt homo, & hominis, ſiuè Logicè: vt homo, & humanitas. Alia diſtinctio eſt maior in intellectu cõcipiendo duo obiecta formalia duobus actibus: & hoc ſiuè illis correſpondeant diuerſæ res: vt intelligendo hominẽ, & aſinũ, ſiuè vna res ad extra, vt intelligẽdo colorẽ, & diſgregatiuũ, iſta ſuppoſitio eſt in forma ipſius Doct. Subt. in ſecũda diſtinctione primi, vbi inueſtigat diſtinctionẽ formalẽ inter rationem eſſentiæ diuinæ, & rationem ſuppoſiti: iſto ſuppoſito probo, quòd ſuperius, & inferius non ſolùm diſtinguntur ex natura rei, ſed etiam formaliter: quia intellectus intelligens hominem, & Socratem, aut intelligit ipſa, vt diuerſa obiecta formalia, aut præcisè, vt idem obiectum formale ſub alio, & alio modo concipiendi: non ſecundo modo, quia tunc non eſſet maior differentia, quàm concipiendo hominem, & humanitatem; & ità non conciperet hominem, ſeu humanitatem magis communicabilem, quàm Socratem: nàm homo non eſt incommunicabilis, ſi humanitas eſt commicacabilis, & èconuersò: igitur ſi homo, & Socrates non plus differunt, quàm humanitas, & homo; homo non eſſet communicabilis, ſi Socr. ſit incommunicabilis, nec èconuersò. Si primo modo, cùm iſta diuerſa obiecta formalia ſint duæ rationes in re ad extra, vt intelligendo ex natura rei reperibiles, & non fabricatæ per actum intellectus negotiantis, ſeu comparantis: ſequitur, quòd inter ipſa erit diſtinctio formalis: nàm vbicunque eſt alia, & alia ratio formalis, ibi eſt diſtinctio formalis: quia alietas in diuerſis rationibus formalibus, arguit aliam, & aliam formalitatem: & alia, & alia formalitas, arguit diſtinctionem formalem. Eodem modo poſſet argui de diffinito, & diffinitione, & de toto, & partibus. Ex his manifeſtum eſt, quòd non eſt ponenda aliqua diſtinctio, præcedens actum intellectus minor diſtinctione formali, quæ poſſit ſtare cum identitate formali C.

Secundò.

Scotus.

Quod ſuperius, & inferius nõ ſolùm diſtinguntur, ex natura rei, ſed etiã formaliter.

Scotus.

Præterea, tertiò principaliter oſtendo, quòd hoc eſt contra Doctorem expreſſè in eadem diſtinctione ſecunda, quia in loco prædicto, vbi ponit diſtinctionem formalem, ſeu non identitatem inter eſſentiam diuinam, & proprietatem declarando, qualis ſit differẽtia formalis, ſeu non identitas, quæ ponitur præcedere omnem actum intellectus, ſic in forma dicit.

Dicò, quòd tàm in rebus,quà
tia aliqua maior manifeſta magis e
frequẽter differentia minor,quæ eſt
manifeſta eſt diſtinctio rerum:&h
poſitorum,& naturarum:in intelle
rentia duplex, ſcilicet modorum c
rum formalium,ex his concluditur
quę eſt manifeſta:quia minima in
omnes,quę præcedunt intellectione

Doctor po-nit diſtin-ctioné for-malẽ eſſe minimam inter om-nes.
Scotus.

Ex quo manifeſtè patet, quòd D
tentialiter:ſed etiam verbaliter poni
lem, ſeu non identitatẽ eſſe minim
dentes intellectionem : nulla ergo
natura rei diſtinctione formali.

Item ſecundùm ipſum Sco. Pr
diſtinguantur formaliter à ſuis infe
iſti ſequaces ſui, ipſe enim in di. xv
ex intentione ad quæſtionem ,qua
Vtrùm imago Trinitatis conſiſtat i
mæ rationalis realiter diſtinctis? S
Ideò dico aliter,ſic ſecundùm Dio
tulo de Diuinis nominibus contine

Continẽtia vnitiua quorum ſit.

corum,quæ omninò ſunt idem:quia
corum,quæ manent diſtincta iſta di
diſtincta ante vnionem:ſed eſt coru
liter, manent tamen diſtincta, ſiuè q
te reali, diſtincta tamen formaliter.H
tenta ſunt in duplici differentia:quia
ra continentis, vt quæcunque ſuut ſu
Verbi gratia,ab eadem re accipitur ra
qualitatis ſenſibilis,& qualitatis : &
hanc albedinem:& ideò omnia ſuut

Ariſt.
Omnia ſu-periora vni-tiuè conti-nentur in ſuis inferio-ribus.
Quid re-quiritur ad continentiã vnitiuam.

ſunt contenta in aliquo vnitiuè,quaſ
paſſiones continentis, nec ſunt res al
Iſto modo ęns continet multas paſſi
aliæ ab ipſo ente, vt probat Ariſtot. 4
& alibi diſtinguntur tamen ad inuice
ditatiuè:hæc ille. Patet igitur clarè , q
vnitiuè continentur in ſuis inferiorib
continentiam vnitiuam requiritur , q
guantut formaliter à continente. V
tizantes non dicunt ad doctrinam Sco
nuſquam ponit diſtinctionem ex n

Digitized by Google

contrà diſtinctionem formalem: immò oppoſitam expreſſè ponit, ſicut patet ex iſtis præallegatis, & ex multis alijs paſſibus ſuæ doctrinæ, quos omitto cauſa breuitatis D.

Quartò principaliter arguitur ex dictis eorum dicunt enim, quòd diſtinctio formalis, eſt illa, quæ eſt inter aliqua duo, quorum vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe: ſed ſi iſta deſcriptio ſit ſufficiens: ſequitur contra eos, quòd ſuperius, & inferius diſtinguantur formaliter, ſimiliter totum, & ſuæ partes; diffinitum, & diffinitio, & non ſolùm diſtinguntur ex natura rei. Probatur, quæcunque extrema ſic ſe habent, quòd vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe illa diſtinguntur formaliter: ſed ſuperius, & inferius, totum, & partes, diffinitum, & diffinitio, ſic ſe habent, quòd vnum illorum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe, igitur diſtinguntur formaliter. Maior eſt euidens ex deſcriptione diſtinctionis formalis, data ab eis. Minor probatur, quia ſuperius non includit inferius in primo modo, cùm nullum ſuperius diffiniatur per ſuum inferius: immò omnia inferiora ſunt extra rationem per ſe ſuperiorum: ſimiliter diffinitio non includit in primo modo dicendi per ſe diffinitum: quia propoſitiones per ſe non conuertuntur ſecundùm Philoſophum primo Poſteriorum cap. de ſtatu principiorum: ſic intelligendo, quod ſi prædicatum dicatur de ſubiecto per ſe, non ècõtrà dicetur ſubiectum de prędicato per ſe, ſed per accidens: ergo ſi iſta eſt per ſe primo modo, homo eſt animal rationale, iſta non erit per ſe primo modo, animal rationale eſt homo, ſed magis per accidens. *Quartò.*

Similiter partes non includunt totum in primo modo dicendi per ſe. Si dicatur ad iſta, quòd licèt ſuperius non includat ſuum inferius in primo modo dicendi per ſe: neque diffinitio diffinitum: neque partes totum: tamen èconuerſò, inferius includit ſuum ſuperius in primo modo dicendi per ſe, & diffinitum diffinitionem: & totum ſuas partes. Hoc nihil valet, quia ſi per hoc concluderetur, quòd omne inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori: & ſimiliter, quòd diffinitum ſit idem formaliter ſuæ diffinitioni: & ſimiliter totum eſt idem formaliter ſuis partibus propter hoc ſcilicèt, quòd quodlibet illorum includit relinquum in primo modo dicendi per ſe: tunc eodẽ modo cõcluderetur, quòd ſuperius non eſt idem formaliter ſuo inferiori, quia

non includit in primo modo dicendi per ſe, & quòd diffinitio non eſt eadem formaliter ſuo diffinito: & quòd partes non ſunt eædem formaliter ſuo toti, quia nullum illorum includit reliquum in primo modo dicendi per ſe.

In cauſis præciſis ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio negationis. 1. poſt: t. c. 30.

Et confirmatur, quia in cauſis præciſis, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis, per Philoſophum, 1. Poſte. t. c. xxx. ergo ſi includere aliud in primo dicẽdi per ſe ſit cauſa pręciſa, quare includẽs eſt idẽ formaliter incluſo: tunc non includere aliud in primo dicendi per ſe erit ratio, quare non includens ſit non idem formamaliter non incluſo: modo conſtat, ſi deſcriptio diſtinctionis formalis data ab eis ſit ſufficiens, quòd cauſa præciſa, quare aliquid eſt idem formaliter alteri, eſt quia includit alterum in primo modo dicendi per ſe, vel igitur oportebit eos cõcedere iſta, quę in iſtis inſtantiis inferũtur: quę tamẽ fuerunt negata, vel oportet eos dicere, quòd deſcriptiones, tàm diſtinctionis formalis, quàm identitatis ſint ab eis inſufficienter aſſignatæ. E.

Quintò.

Prætereà quintò, principaliter arguitur contra modum ponendi ipſorum diſtinctionem ſe totis ſubiectiuè: quia ſi illa ſolùm diſtinguerentur ſe totis ſubiectiuè, quorum realitates ſunt loco, & ſitu actualiter ſeparatæ, & in actuali exiſtentia: vt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſequitur, quòd corpus, & anima ſimul vnita non diſtinguerentur ſe totis ſubiectiuè: nec etiam homo, & albedo ſua, neque anima intellectiua, & ſcientia ſua, conſequens eſt falſum: ergo illud ex quo ſequitur, conſequentia eſt manifeſta: quia omnia iſta nõ habent realitates loco, & ſitu actu ſeparatas in actuali exiſtentia: falſitas conſequentis patet, quia ſi illa non diſtinguerentur ſe totis ſubiectiuè, ſequeretur, quòd conuenirent in aliqua realitate ſubiectiua, ſeu in aliquo actu exiſtendi, quòd eſt falſum: quia duæ eſſentiæ eſſentialiter, & realiter diſtinctæ à ſe inuicem, habent alium, & alium actum exiſtendi, ſeu aliam, & aliam realitatem ſubiectiuam: Sed corpus, & anima ſimul vnita, ſimiliter homo, & albedo ſua; ſimiliter anima, & ſcientia ſua, ſunt realiter, & eſſentialiter diſtincta: ergo non conueniunt in aliquo actu exiſtendi, ſeu realitate ſubiectiua: Maior ꝓbatur, quia vnaquęque res, ſeu eſſentia habet ſuum proprium actum exiſtendi: cùm eſſe exiſtentiæ, & eſſe eſſentiæ identificentur realiter: ſicut igitur corpus, & anima habent aliam, & aliam eſſentiam ità habent aliam, & aliam exiſtentiam actualem, vndè

Eſſe eſſẽtiæ, & eſſe exiſtentiæ idẽtificantur realiter.

breuiter non video, quòd anima, & corpus, ſimiliter quod accidens, & ſubiectum conueniant magis in aliquo actu exiſtendi cõmuni ambobus, ſeu aliqua realitate ſubiectiua, quandò vniuntur ſimul, quàm quandò ſuut actualiter ſeparata. F.

Item 6. arguo probando, quòd diſtinctio ſe totis obiectiuè non inferat omnes alias: nec ſit maior omnib' aliis. quia riſibile, & flebile diſtinguntur ſe totis obiectiuè: ſimiliter riſibile, & homo: & tamen non diſtinguntur realiter: ergo diſtinctio ſe totis obiectiuè non infert diſtinctionem realem: nec eſt maior ea, aſſumptum probatur: quia nullo conceptu communi reali quidditatiuo conueniunt, cùm illa habeant conceptus ſimpliciter ſimplices: neque includunt ens quidditatiuè. Omnis enim propria paſſio cuiuſcunque entis, eſt ſimpliciter ſimplex, nec aliquid includit quidditatiuè.

Sextò.

Probatur diſtinctionẽ ſe totis obiectiuè non inferre omnes alias, nec maiorẽ eſſe omnibus aliis.

Quod confirmatur, & eſt quaſi idem: quia vnitas, & bonitas, quæ ſunt propriæ paſſiones entis, diſtinguntur ſe totis obiectiuè, & non tamen diſtinguntur, realiter: ergo diſtinctio ſe totis obiectiuè non infert diſtinctionem realem, nec omnes alias.

Aſſumptum patet, quia in nullo conceptu communi quidditatiuè conueniunt, cùm nullum ſit ſuperius ad ipſas; dicunt enim conceptum ſimpliciter ſimplicem, irreſolubilem in aliud prius: nec ens quidditatiuè prædicatur de ipſis: cùm ſit ſubiectum ipſarum: nullum enim ſubiectum prædicatur quidditatiuè de ſuis propriis paſſionibus, quòd autem omnia prędicta idẽtificentur realiter, patet quia omnis propria quia paſſio identificatur realiter cum ſuo ſubiecto, & omnes paſſiones eiuſdẽ ſubiecti: idẽtificantur realiter inter ſe. Confirmatur ſecundò, duæ differentiæ vltimæ diſtingũtur ſe totis obiectiuè: & tamẽ poſſunt eſſe idẽ eſſẽtialiter, & realiter: ergo diſtinctio ſe totis obiectiuè non eſt maior omnibus aliis, neque infert òmnes alias, antecedens probatur, quia vltima differentia ſpecifica albedinis, & differentia indiuidualis huius albedinis, diſtingũtur ſe totis obiectiuè, & ſunt primò diuerſæ, cùm ſumãtur ab vltima realitate ſpeciei, & vltima realitate indiuidui, & dicant cõceptus ſimpliciter ſimplices: & tamẽ non diſtinguntur eſſentialiter, neque realiter, cùm omnis differentia ſpeciei realiter identificetur per ſe indiuiduo illius ſpeciei, vel cũ differentia eius indiuiduali, & iſta vltimatè aſſũpta ſunt de mẽte Doctoris. Subt.

Omnis propria paſſio idẽtificatur realiter cũ ſuo ſubiecto, & oẽs paſſiones eiuſdem ſubiecti inter ſe.

Digitized by Google

tertia diſt. primi. & in tertia diſt. ſecundi in materi
cipio indiuiduationis, & in multis aliis paſſibus,
omitto, & ſic patet. quomodo formalizantes mu
contra opinionem Doctoris Subtilis Scoti.

Epylogus dictorum.

Patet etiam falſitas multorum dictorum ab eis
quomòdo cum diſtinctione ſe totis obiectiuè ſ
tas realis, & eſſentialis: patet etiam, quòd non
omnibus aliis, nec infert omnes alias: quorun
aſſerebant in ſuis corrolariis G.

Septim quòd diſtinctio realis, & eſſentialis non inferunt diſtinctionẽ formale primò cum identitate formali ſtat diſtictio tàm realis, quã eſſentialis.

Pręctereà ſeptimò principaliter, & vltimò pro
diſtinctio realis, & eſſentialis non inferunt diſtinc
malem, immò cum identitate formali ſtat diſti
realis, quàm eſſentialis: quia anima intellectiua,
ſunt idem quidditatiuè, & formaliter homini:
realiter, & eſſentialiter diſtinguntur ab homine
ſtinctio, realis ſeu eſſentialis non infert diſtinctio
lem immò cũ identitate formali ſtat diſtinctio re
ſentialis. Aſſumptum pro prima parte patet, quia
intellectiua, quàm corpus ĩcludũtur quidditatiuè
liter in homine: & homo includit illa duo in pri
dicendi per ſe, ergo ſunt idem formaliter homin
tem homo eſt idem formaliter cum ipſis, cõſequ
per deſcriptionẽ identitatis formalis datã ab ipſis
ſunt idem formaliter, ſecundùm eos, quorum vn
dit aliud in primo modo dicendi per ſe, antecede
tur, quia de quidditate, ſeu de diffinitione quidd
iuſlibet rei naturalis, eſt tàm materia, quàm pro
ſubſtantialis eius. Sed corpus, & anima intelle
huiuſmodi reſpectu hominis, ergo &c. Et ità p
de qualibet re materiali: & hoc eſt de intentione

Scotus in 3. d. 22. q. vn.

Subt. in Tertio in illa quæſtione: vtrùm Chri
homo in triduo? Secũda pars aſſumpti principa
quòd anima intellectiua, & corpus realiter diſti
homine: & quælibet materia, & forma à toto e
patet per Doc. in 3. di. ſecundi, & omnes Scotiza

Octauo. Quod identitas rationis non infert omnes alias identitas.

Prætereà Octauo principaliter arguo: & pr
identitas rationis non infert omnes alias iden
ius oppoſitum dicunt in ſuis corrolais: quia
lius, & Spiritus ſanctus ſunt idem ratione:
identitatem rationis: & tamen non ſunt ide
ſuppoſitaliter, ſeu perſonaliter: igitur identit
non infert omnes alias identitates: aſſumptu
cunda ſui parte manifeſtum eſt. Nàm alia e

Patris, alia Filij, & alia Spiritus ſancti: & diſtinguntur realiter ſuppoſitaliter inter ſe: cùm nulla res ſit, quæ ſe ipſam producat, ſeu ſpiret. Sed prima pars aſſumpti probatur. Nàm de quibuſcunque dicitur vnus, atque idem reſpectus rationis numero, ſeu eadem relatio rationis numero, illa ſunt eadem ratione, & habent identitatem rationis: ſed de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, dicitur vnus, & idem reſpectus, ſeu relatio rationis numero: igitur ſunt idem ratione. Maior patet. Nàm ſicut illa diſtinguntur ratione: de quibus dicuntur diuerſæ relationes, ſeu reſpectus rationis: ità illa dicuntur eadem ratione de quibus dicitur vnus, & idem reſpectus, ſeu relatio rationis. Minor probatur, quia Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnus dominus reſpectu creaturę, vnus creator: vnus conſeruator, & rector: & ſic de ſimilibus. Modò cõſtat: quòd tale Dominium, & reſpectus creationis actiuè, & cõſeruationis, & gubernationis: & ſic de ſimilibus important ſolùm relationem, ſeu reſpectum rationis. Igitur, &c.

Confirmatur quia omnis reſpectus, ſeu relatio Dei ad creaturam eſt cõmunis tribus perſonis, præſertim loquendo de reſpectu cauſæ ad cauſatum, & creantis ad creatum: cùm opera Trinitatis ad extrà ſint indiuiſa. Sed omnis talis reſpectus Dei ad creaturam eſt reſpectus rationis, & non realis, cum Deus non poſſit referri habitudine reali ad creaturam, ſeu ad aliquid aliud extra ſe. Igitur in tali reſpectu communi tres perſonæ conueniunt, ſiuè ſunt idem tanquàm in aliquo eſſentiali ad extrà. *Reſpectus Dei ad creaturas eſt rationis, & non realis.*

Item Nonò principaliter arguitur ad idem, prędicamenta ſunt idem ratione, & tamen non ſunt idem realiter, neque eſſentialiter, aut ſaltem formaliter: ergo identitas rationis non infert omnes alias identitates, aſſumptum pro ſecunda ſui parte patet. Nàm prædicamenta ſecundùm vnam opinionem diſtinguntur eſſentialiter, & realiter: aut ad minus formaliter ſecundùm aliam, vel tertiò ſecundum vnam opinionem aliqua prędicamẽta ſecundùm aliquas ſuas ſpecies diſtinguntur realiter ad ſe inuicem. Sed prima pars aſſumpti probatur. Nam omnia prædicamenta conueniunt in iſta ſecunda intentione, ſeu relatione rationis, quæ eſt genus generaliſſimum: ſubſtantia eñ. eſt genus generaliſſimũ: & & quantitas eſt genus generaliſſimum: & ſic de aliis. *Omnia prędicamenta conueniunt in iſta ſcda intentione genus generaliſſimũ.*

Confirmatur quia homo, & lapis in iſtis propoſitionibus homo currit, & lapis eſt in centro terræ, identificantur ratione, cùm conueniant in iſto reſpectu ratio-

nis, ſeu ſecunda intentione, quæ dicitur ſubiectum, ſeu ſubijci in propoſitione: & tamen conſtat, quòd diſtinguntur eſſentialiter, & realirer, igitur identitas rationis non infert omnes alias identitates. Nec valet, ſi dicatur: quòd non eſt idem reſpectus rationis numero, ſeu ſecunda intentio, quæ dicatur de 10. predicamentis, ſed ſolum ſpecie, nec eadem ſecunda intentio numero, quæ dicatur de ſubiecto vnius propoſitionis, & alterius; ſed ſolum ſpecie, quia tunc nulla entia creata, vel pauciſſima poſſent identificari ratione, & hoc loquendo regulariter, & ſecundùm, quòd Logici communiter loquuntur de ſecundis intentionibus, ſeu reſpectibus rationis: quia, vt communiter dicitur, nulla entia creata realiter, & eſſentialiter diſtincta totaliter, abinuicem ſeparata, poſſunt conuenire in aliquo reſpectu rationis vno numero, qui dicatur de ipſis. Et notanter dixi communiter, & regulariter, quia in aliquibus entibus oppoſitum inuenitur, vt patebit in ratione ſequenti. Similiter nullum ens reale creatum quãtumcunque ſit ipſi idem realiter, & penitus ex natura rei, poteſt conuenire cum ſe ipſo in vno reſpectu, ſeu relatione rationis numero. Socrates enim quamuis ſibi ipſi ſit penitus idem ex natura rei, in iſtis tamen duabus propoſitionibus, Socr. legit: Socr: diſputat non conuenit ſibi ipſi, nec identificatur ſibi ipſi in vno reſpectu, ſeu relatione reationis numero. Alia enim eſt ſecunda intentio, ſeu relatio rationis ſubiecti, vt dicitur de ſeipſo in prima propoſitione: & alia vt dicitur de ipſo in ſecunda propoſitione, ſic igitur intellectus non poſſet facere, quòd idem ens creatum omnibus modis idem ex natura rei eſſet ſibi ipſi idem ratione, ſi oportet eundem reſpectum, ſeu relationem rationis numero, dici de eiſdem ratione.

Vltimò. Vltimò igitur, & principaliter arguo ſic. Aqua pura, & verba iſta: ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſunt realiter, & eſſentialiter diſtincta, & tamen conueniunt in vno reſpectu, ſeu relatione rationis numero, in qua identificantur, igitur diſtinctio realis, & eſſentialis ſtant cum identitate rationis, cuius oppoſitum ipſi dicunt. Aſſumptum pro prima parte probatur. Nàm Aqua eſt ens permanens, verba illa ſunt ſucceſſiua, ſimiliter etiam manet in actuali exiſtentia aqua verbis, tranſeuntibus: igitur illa duo realiter, & eſſentialiter diſtinguntur: ſed ſecundam partem aſſumpti probo. Nàm illa duo ſimul ſumpta faciunt vnicum Sacramentum Baptiſmi: quòd formaliter nihil aliud eſt, niſi relatio ſigni ad ſignatum

tum: quæ relatio non eſt, niſi reſpectus rationis: igitur conueniunt in vna, & eadem relatione rationis numero; & in eadem identificantur. Antecedens probatur. per Aug. ſuper Ioan. homil. 8. & ponitur j. q. j. Detrahe: accedit verbum ad elementum: & fit Sacramentum. *D Aug.*

Confirmatur, quia entiã quantũcunque diuerſa in re, poſſunt concurrere, & conuenire in fundamento vnius relationis rationis numero, igitur illa quantũcunque diuerſa in re, poſſunt eſſe eadẽ ratione, igitur identitas rationis non infert identitatẽ realem, Antecedens probatur, quia huius relationis rationis vnius numero, quæ eſt ſignare muſtũ bonũ: benè poteſt eſſe fundamentũ totũ iſtud, ſcilicèt, circulus coopertus foliis hederæ. Multę etiã orationes contextę, vel vna oratio multis ſyllabis, quæ nihil vnum per ſe faciunt; ſunt fũdamentũ vnius relationis numero huius ſcilicèt, quę eſt ſignare Deo ineſſe aliqua, quę ſibi ĩtrinſecè inſũt cũ tamẽ cõſtet, quòd illud ſignificatũ ſit vnũ, & idẽ ſimpliciſſimum.

Ex his omnibus patet, qualiter iſta opinio formalizantium continet multa falſa: & qualiter omnia illa falſa ſunt contrà mentem Doct. Subt. Patet ſecundò, qualiter iſti ſunt turpiter decepti ex eo, quòd opinantur ſequi Doctorẽ Subt. ſibi autem in iſtis, & in multis aliis expreſſè contradicunt, vt prolixius declaraui in diuerſis paſſibus doctrinæ præfati Doct. Subt. legendo ſuos iiii. libros ſen. in magnis ſchol. huius Cõuentus fratrũ Minorũ, ſcilicet Pariſiis, *Correlariũ in tentũ.*

Poteſt igitur aliter dici, quòd iſtæ diſtinctiones non ordinantur inter ſe per modũ ſuperioris, & inferioris: nec ſimiliter habent neceſſariã habitudinẽ ad inuicem per modũ inferentis, & illati, quod probatur primò, quia ſicut cum identitate reali ſtat diſtinctio formalis, ità cũ idẽtitate formali ſtat diſtinctio realis, & eſſentialis. Primum patet, quia riſibilitas, & flebilitas ſimiliter, & humanitas, ſunt idẽ realiter, & tamẽ diſtinguntur formaliter, cùm ſint diuerſæ formalitates, quarũ vna non includit aliã in primo modo dicendi per ſe. Secũdum probatur, quia homo eſt idẽ formaliter animę intellectiuæ, & etiã corpori, cũ includat ipſam in ſua ratione quidditatiua, ſeu in primo modo dicẽdi per ſe, & tamen diſtinguitur realiter ab ipſis, & eſſentialiter ſicut manifeſtum eſt. *Art 3. Iſtius Doctoris opinio, & probatio.*

Probatur ſecundò, quod diſtinctio ſe totis obiectiuè, non infert diſtinctionẽ realẽ, vel eſſentialẽ: nec cõtra diſtinctio realis infert diſtinctionẽ ſe totis obiectiuè: ergò non ordinantur inter ſe per modum ſuperioris, & inferioris, nec per,

modũ inferientis, & illati. Prima pars Antecedẽtis probatur, quia vnitas, & bonitas, ſimiliter riſibilitas, & flebilitas, diſtingũtur ſe totis obiectiuè, vt probatũ eſt contra opinionẽ præcedentẽ: & tamen ſunt idẽ realiter, & eſſentialiter. Similiter differẽtia vltima, ſpeciei, & differẽtia vltima ſui proprij indiuidui, diſtinguntur ſe totis obiectiuè, & tamen ſunt idẽ realiter, vt etiã probatũ eſt contra prædictã opinionẽ, & poteſt addi vna parua ratio, quia quæcũque ſunt primò diuerſa diſtingũtur ſe totis obiectiuè. Sed oẽs differẽtiæ vltimę ſunt primò diuerſæ, ergo diſtinguntur ſe totis obiectiuè. Maior patet, quia primò diuerſa in nullo cõceptu cõmuni cõueniunt: alioquin nõ eſſent primò diuerſa: immò differẽtia, minor probatur, quia ſi differẽtię vltimæ nõ eſſẽt primò diuerſę includerẽt aliquid cõmune dictũ de eis, in quo cõuenirent: & per conſequens, cùm nõ ſint eædem, differrent aliis differentiis à ſe inuicẽ, & ſic non eſſent vltimæ differentiæ, ſed illæ aliæ, per quas differrent à ſe inuicem, vel eſſet proceſſus in infinitũ in differentiis, & differentibus. Secũda pars Antecedentis probatur: quia homo, & aſinus diſtingũtur realiter, & eſſentialiter, & tamen non diſtingũtur ſe totis obiectiuè, cùm conueniant in aliquo conceptu communi, illa etiam pars conceditur ab omnibus formalizantibus.

Vlterius poteſt dici, quòd præter diſtinctionẽ rationis, quę fit per actũ collatiuũ intellect⁹, ſeu volũtatis (q̃ etiã ſuppono cũ prædictis formalizãtib⁹) nõ ſunt neceſſariò ponẽdæ duæ diſtinctiones præcedentes omnẽ actũ intellectus. ſ. diſtinctio formalis, & diſt. realis, quarũ prima eſt minor diſtĩctio, & immanifeſta, ſecũda eſt maior, & manifeſta, & ad iſtas duas distinctiones, oẽs aliæ habẽt reduci, nec propriè cõdiſtingũtur cõtra iſtas, Pro declaratione primæ diſtinctionis, aduertendũ, quòd illa opponitur idẽtitati formali, ſeu vnitati. Ideo videndũ eſt, quid ſit idẽtitas formalis, poſſumus enĩ inuenire multos gradus in idẽtitate, ſeu vnitate. In primo gradu eſt vnitas, ſeu identitas aggregatiõis, & illa eſt minĩa vnitas. In ſecundo gradu ẽ vnitas ordinis, quæ aliquid addit ſuprà aggregationẽ. ſ. ordinẽ partiũ adĩuicẽ. In tertio ẽ vnitas per accidẽs, vbi vltra ordinẽ eſt informatio: licèt accidentalis, vnius ab altero quæ ſic ſunt vnum. In quarto, eſt per ſe vnitas cõpoſiti ex principiis eſſentialibus, per ſe actu, & per ſe potentia. In quinto verò eſt vnitas, ſeu identitas ſimplicitatis: quæ eſt vera identitas. Quicquid enim eſt ibi, eſt realiter idem cuilibet: & non tantùm eſt vnum illi, vnitate vnionis, ſicut in aliis modis. In ſexto, adhuc vltra omnes eſt iden-

In idẽtitate, ſeu vnitate multi gradus poſſunt reperiri.

titas formalis. Voco autem identitatem formalem, vbi illud, quod ſic eſt idem includit illud, cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, & per hoc patet, quid ſit diſtinctio formalis oppoſita tali identitati formali. Voco autem diſtinctionem formalem, vbi illud, quod dicitur ſic diſtinctum non includit illud, à quo ſic eſt diſtinctum in ratione ſua formali, & per ſe primo modo.

Ex hoc poteſt elici, quòd omne inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori, & omne diffinitum eſt idem formaliter cùm ſua diffinitione: poteſt etiam dici, quod omne totum eſſentiale eſt idem formaliter, & quidditatiuè cum ſuis partibus: patet, quia omnia iſta includunt illa in ratione ſua formali, & per ſe primo modo. *Correlariũ Primum.*

Secundò, poteſt elici, quòd omne ſuperius diſtinguitur formaliter à ſuo inferiori, & ſimiliter, quòd omnis diffinitio diſtingitur formaliter, & quidditatiuè à ſuo diffinito. *Secundum.*

Similiter, quòd omnes partes alicuius totius eſſentialis diſtĩguntur formaliter, & quidditatiuè à ſuo toto: probatur, quia iſta non includunt illa in ſua ratione formali, & per ſe primo modo, vt dictum eſt in probatione præcedentis opinionis.

Tertiò, poteſt elici, quòd diſtinctio formalis eſt in re, & ex natura rei præcedens omnem actum intellectus, quia iſta diſtinctio eſt inter quidditates, & realitates: quarum vna non includit aliam quidditatiuè, modò quidditas, & realitas verè ſunt in re ex natura rei, nec poſſunt dici ſecundæ intentiones, vel entia rationis fabricata per actum comparatiuum, ſeu negociatiuum intellectus. *Tertium.*

Quartò principaliter, poteſt elici, quòd diſtinctio ex natura rei, non eſt minor diſtinctio diſtinctione formali, immò eſt ipſamet diſtinctio formalis: & quæcumque diſtinguntur ex natura rei diſtinguntur formaliter, & ècontra, & hoc quartum eſt prolixè probatum, contra opinionem præcedentem arguendo. *Quartum.*

Sed contra iſtud arguitur, quia inferius diſtinguitur à ſuo ſuperiori, & ſimiliter diffinitum a ſua diffinitione aliqua diſtinctione ex natura rei præcedente omnem actum intellectus, & non ſola diſtinctione rationis fabricata per actum intellectus, ſed inferius non diſtinguitur à ſuo ſuperiori, vel etiam diffinitũ à ſua diffinitione diſtinctione formali, cùm quodlibet illorum includat reliquũ in primo modo dicendi per ſe, vt etiam modo dictum eſt, nec etiam diſtinguitur *Obiectio.*

realiter, vt patet, nec aliqua alia diſtinctione maiori, quàm ſit diſtinctio formalis, ergo diſtinguũtur aliqua diſtinctione minori, quàm ſit diſtinctio formalis, præcedente etiam actũ intellectus: illa autem non videtur eſſe, niſi diſtinctio ex natura rei; ideò ponenda eſt diſtinctio ex natura rei: extrà intellectum minor diſtinctione formali.

Reſponſio. Diſtinctio formalis duplex.

Reſpondeo, quòd diſtinctio formalis eſt duplex. Vna eſt quæ eſt intet duas aliquas quidditates, vel realitates, ſeu formalitates: quarum vna nõ cadit in ratione quidditatiua alterius, nec ècontra, & iſto modo ſubiectũ, & propria paſſio, putà riſibilitas, & humanitas diſtinguntut formaliter: quia in quidditatiua ratione humanitatis non accipitur, vel includitur riſibilitas, nec contra, & iſto modo non dicuntur diſtingui formaliter diffinitum, & diffinitio; ſuperius, & inferius: quia ſemper alterum illorum cadit in ratione quidditatiua alterius, ſeu includitur quidditatiuè in alio.

Iſto etiã modo nõ diſtinguũtur formaliter quidditas, & ſuus modꝰ intrinſecus: quòd non dicũt duas formalitates, ſeu realitates, ſed tantùm vnam cũ modo eius intrinſeco. Modus enim intrinſecus nõ addit formalitatẽ aliam vltrà quidditatem, cuiꝰ eſt modus, vt patuit in pręfatę opinionis improbatione. Iſto modo, poteſt etiã ſuperius diſtingui à ſuo inferiori licèt non contra. Similiter diffinitio à diffinito, ſimiliter partes eſſentiales è toto eſſentiali, licèt nõ ècontra, ſicut patuit in ſecundo elicito nupe dicto.

Alia eſt diſtinctio formalis, quæ eſt inter aliqua duo extrema, quorũ ratio vnius non eſt præciſè, neque adæquatè ratio alterius, ſeu adæquatiua alterius: verbi gratia. Ratio animalitatis, & ratio humanitatis dicuntur diſtingui formaliter Iſto modo etiam ſecundũ viam Doctoris Subtilis. Quia ratio humanitatis non dicit adæquatè rationem animalitatis: quapropter vnum non prædicatur de alio in abſtracto: loquendo de vltimata abſtractione: quia humanitas non eſt animalitas, & hoc, eſt quia vna non eſt præciſè, & adæquatè altera, & hoc, niſi altera illarũ eſſet formaliter infinita, vel ambæ illę rationes eſſent formaliter infinitę, vt eſſentia diuina, & bonitas, licèt enim diſtinguãtur formaliter, & vna non ſit pręciſè alia, prędicantur tamen de ſe inuicem in abſtracto, loquẽdo etiã de vltimata abſtractione: ſed hoc eſt propter infinitatẽ formalem incluſam in ipſis. Iſto etiã modo dico, quòd omne inferius diſtinguitur formaliter à ſuo ſuperiori, ratio enim inferioris nõ eſt præciſè, & adæquatè ratio ſuperioris: nec inferius eſt idẽ ſuo ſuperiori identitate adæquata, ita quòd inferius ſit tantùm ſuum ſu-

perius formaliter, ſimiliter diffinitum iſta modo diſtinguitur formaliter à diffinitione, quia non eſt præcisè,& identitate adæquata ſua diffinitio, cùm dicat quidditatem aliam à diffinitione ſua, conſtitutam ex partibus diffinitionis, & ſic patet qualiter Doctor Subt. diuerſo modo loquitur de eſſe idem formaliter, & diſtingui formaliter, & iſti formalizantes, ſemper capiunt vno modo diſtinctionem formalem ſcilicèt primo modo: & ideò non habent mentem Doctor. Subr.

Per iſtam etiam diſtinctionem factam de diſtinctione formali, ſi benè notetur ſoluũtur ſeptem rationes Gregorij de Arimino, quas ipſe adduxit contrà opinionem Doctoris Subt. ponendo diſtinctionem formalē, quas rationes cauſa breuitatis omitto, in nullo enim arguit contra Doctorem noſtrũ: quia ſemper capit diſtinctionē formalē vno modo, & non alio modo, hæc ſufficiant de diſtinctione formali. *Per quam rationem ſoluũtur ſeptẽ rationes Gregorij de Arimino.*

Secunda autem diſtinctio, quę eſt realis, & maior.& manifeſta: eſt diſtinctio rerum, ſeu diſtinctio rei, & rei: quæ autē ſint res, & res videatur in opinione præcedente, quia ſatis benè declaratur. Iſta autem diſtinctio realis eſt duplex: quia quædam eſt ſuppoſitorum, & alia eſt naturarum. Prima eſt inter inter perſonas diuinas, quæ ſunt tria ſuppoſita realiter diſtincta, habentia tamen eandem naturam numero indiuiſibilem, & indiuiſibiliter. *Diſt. realis.* *Diſt realis eſt duplex.*

Diſtinctio autē naturarum eſt inter omnes alias res, quarũ vna nō eſt alia: & iſta vocatur diſtinctio eſſentialis quæcunque enim habent aliam,& aliã naturam, habent aliam,& aliã eſſentiã: cùm natura, & eſſentia ſint idē. Diſtinctio igitur realis naturarum eſt diſtinctio eſſentiarũ: & per conſequens diſtinctio eſſentialis ſic igitur diſtinctio eſsētialis nō condiſtĩguitur cōtra diſtinctionē realē; ſed eſt ipſa diſtĩctio realis, licèt nō pręciſè ſuppoſitorũ, ſed tãtũ naturarũ,& quò ad hoc benè dicit pręcedens opinio, quòd in diuinis inuenitur diſtinctio realis, & non diſtinctio eſſentialis, quia ibi inuenitur diſtinctio ſuppoſitorũ, & non diſtinctio naturarum. *In diuinis diſtinctio realis, non autem eſſentialis reperitur.*

Aliter tamen dicit Canonicus, & aliqui Scotizantes, quòd diſtinctio eſſentialis eſt illa, quæ eſt inter aliqua duo, quorum vnum poteſt exiſtere ſine alio. Et ſic ſecundùm eum, totam eſſentiale non diſtinguitur eſſentialiter à ſuis partibus, licèt benè diſtinguatur realiter: quia totum eſſentiale non poteſt exiſtere ſine ſuis partibus. *Canonici opinio, & aliquorum Scotiſtarũ.*

Sed tenendo iſtum modum huius Canonici diceretur, quòd paternitas non diſtinguitur eſſentialiter à filiatio-

ne nec è contra, nec quodcunque relatiuum à ſuo correlatiuo, quia neutrum illorum poteſt eſſe ſine alio: & ſic ſecundùm iſtum modum, non omnes ſpecies eſſentialiter diſtinctæ eſſent: quia ſpecies de genere relationis, non diſtinguerentur à ſeinuicem, ſcilicèt illæ, quæ opponuntur relatiuè, quia vna non poteſt eſſe ſine alia. Similiter ſecundùm iſtū modum: nulla creatura diſtingueretur eſſentialiter à Deo: patet, quia nulla creatura poteſt eſſentialiter eſſe ſine Deo. Sed omnia iſta ſunt abſurda, quare reputo primam opinionem probabiliorem, ſcilicèt, quòd diſtinctio eſſentialis eſt diſtinctio realis naturarum, & quæcunque diſtinguntur diſtinctione reali naturarum, diſtinguantur etiam diſtinctione eſſentiali, & ècôtra, quamquā alia diſtinguantur, diſtinctione reali ſuppoſitorū: quæ nō diſtinguntur eſſentialiter: & hoc ſolùm in diuinis, vt dictum eſt. Sic igitur patet qualiter diſtinctio eſſentialis non condiſtinguitur contra diſtinctionem realem, ſimiliter patet, qualiter diſtinctio ex natura rei, non diſtinguitur contra diſtinctionem formalem. Vlterius dico, quòd diſtinctio ſe totis ſubiectiuè: aut eſt diſtinctio formalis, aut etiam aliquando eſt diſtinctio realis naturarum, ſeu ſuppoſitorum. Vndè illa dicuntur diſtingui ſe totis ſubiectiuè, quæ non conueniunt in aliqua realitate potentiali contrahibili ad ipſa per alias realitates contrahentes: vt Deus, & creatura, cùm enim Deus ſit ſummè ſimplex, non eſt in eo ordo realitatum, quarum vna côtrahat aliam de quo magis aliàs videbitur. Iſto modo etiam diſtinguntur decem Prædicamenta, quia in nulla realitate potentiali contrahibili ad ipſa per alias realitates conueniunt ſuppoſito, quòd ens non deſcendit in ipſa per differentias formales: ſed ſolùm per modos intrinſecos, qui non dicunt aliquas realitates.

Ex quo patet, quòd conuenire in aliqua realitate ſubiectiua, non eſt conuenire in aliqua re, ſeu in aliquo actu exiſtendi, vt dicebat præcedens opinio; ſed eſt conuenire in aliqua realitate potentiali contrahibili, per differentias formales importantes diuerſas realitates, ſicut homo, & aſinus conueniunt in animalitate, quæ eſt realitas contrahibilis ad ipſas ſpecies per realitates differentiales.

Patet vlterius, quòd diſtinctio ſe totis ſubiectiuè eſt aliquando diſtinctio realis naturarum, ſicut exemplificatū eſt de Deo, & creatura, & 10. Prædicamentis. Addit enim dumtaxat, quòd diſtincta tali diſtinctione non habeant aliquam quidditatem cômunem potentialé côtrahibilem ad

ipſam per realitates. Aliquando ſtat etiam diſtinctio ſe totis ſubiectiuè cum diſtinctione formali duntaxat, ſicut ſapientia, & eſſentia diuina diſtinguntur ſe totis ſubiectiuè, cùm in nulla realitate contrahibili conueniant, quia in Deo nulla ponitur realitas contrahibilis, & contrahens: ideò nulla eſt ibi realitas ſubiectiua: & tamen manifeſtum eſt, quod ſapientia diuina, & eſſentia diuina ſolùm formaliter diſtinguntur.

Similiter ſtat diſtinctio ſe totis ſubiectiuè, cum diſtinctione reali ſuppoſitorum, ſicut Pater, & Filius, & Spiritusſanctus in Diuinis diſtinguntur ſe totis ſubiectiuè, cum in nulla realitate contrahibili conueniant, & tamen diſtinguūtur diſtinctione reali ſuppoſitorum.

Ex omnibus igitur his euidens eſt, quòd diſtinctio ſe totis ſubiectiuè non condiſtinguitur contrà diſtinctionem realem, ſeu contrà diſtinctionē formalem, ſed aliquando ſtat cum diſtinctione reali naturarū, aliquando cum diſtinctione reali ſuppoſitorum, aliquando cum diſtinctione formali ſolùm, & quid addat, ſeu connotet vltrà illas diſtinctiones, dictum eſt nuper. Dicitur finaliter, quòd diſtinctio ſe totis obiectiuè, aliquādo eſt diſtinctio realis naturarum, aliquando diſtinctio formalis ſolùm: addit enim ſeu connotat vltrà illas diſtinctiones, quòd illa, quæ ſic diſtinguntur, in nullo conceptu quidditatiuo reali conueniunt, vndè vltimæ duæ differentiæ duarum diuerſarum ſpecierum diſtinguntur realiter, & ſimiliter ſe totis obiectiuè, cùm in nullo conceptu quidditatiuo communi conueniant, ſimiliter vnitas, & bonitas: vt probatum eſt contrà præcedentem opinionem, & ſic de multis alijs diſtinguntur ſe totis obiectiuè: & tamen ſolùm diſtinguntur formaliter: ſtat ergo diſtinctio ſe totis obiectiuè cum diſtinctione formali, & cum diſtinctione reali. *Nota de diſt Obiectiua.*

Ex his omnibus euidenter notum eſt, quòd cùm pluralitas, non ſit ponenda ſine neceſſitate, & non appareat aliqua neceſſitas multiplicandi diſtinctiones, quæ ſunt præcedentes intellectum, niſi in diſtinctionem formalem, & diſtinctionem realem, ſequitur, quòd non ſunt neceſſariò ponendæ aliæ diſtinctiones condiſtinctæ propriè, & per ſe, & aliæ ab iſtis duabus, patet enim manifeſtè quomodo aliæ continentur ſub iſtis, & ad eas reducuntur. *Correlariū.*

FINIS.

MAGISTER MAVRITIVS DE PORTV HYBERNATIS,

Theologus Acutiſſimus, atque Tuanenſis Archiepiſcopus: de Definitionibus formalitatum Doctoris, ac Magiſtri ſui Sco.

PRo ampliori declaratione Terminorum in Tractatu formalitatum, hæc pauca, quæ ſequuntur ad communem vtilitatem legētium, ſtimulo charitatis impulſus communicare decreui. Omnes enim formalizantes communiter, tantùm in concreto conſueuerunt notificare identitates, & diſtinctiones: & licèt poſſint ex doctrina Ariſtotelis excuſari, qui etiam plerumque ſic exprimit relationes, & hoc propter earum minimam entitatem, & facilitatem docendi; ingenioſi nihilominùs eſt inueſtigare profundius, quo poteſt rerum quidditates, & eſſentialem intellectum, quare deſcriptiones notabiles identitatum, & diſtinctionū in abſtracto acceptarum, vt potero explicabo, & multiplicitatem earum breuibus notabo.

Diſtinctio duplex. ſ. cōmunis, & propria. Nota, igitur primò, quòd diſtinctio eſt duplex, vna communis, & eſt alietas, ſeu diuerſitas extremorum, ſiuè conuenientium in aliquo quidditate, ſiuè non: & hæc prædicatur de omni diſtinctione. Alia eſt propria, de qua loquuntur formaliſtæ communiter, & eſt alietas, ſiuè non identitas extremorum, in aliquo conuenientium ex natura rei; vel per actum collatiuum intellectus, vel alterius potentiæ, ſibi inuicem cōmparatorum, & hæc diuiditur in realem, & rationis extenſiuè accipiendo diſtinctionem realem, quæ vlterius diuiditur in diſtinctionem ex natura rei, & formalem, &c. Diſtinctio rationis eſt alietas, ſeu diuerſitas extremorū per operationem collatiuam intellectus, vel alterius potentiæ, ſibi inuicem comparatorum, & in aliquo conuenientium, ità quòd circumſcripto, vel poſito actu tali, tollitur, vel ponitur talis diſtinctio.

Diſtinctio rationis quid.

Identitas rationis duplex. Identitas rationis eſt duplex, vna, quæ præſupponitur diſtinctioni rationis, in qua conueniunt extrema diſtincta ſecundùm rationem, & eſt non alietas extremorum, in aliquo conuenientium per actum collatiuum rationis inuicem comparatorum.

Identitas verò rationis, quæ opponitur diſtinctioni rationis, de qua loquuntur formaliſtæ communiter, eſt non alietas alicuius quidditatis, aut formalitatis, vel entitatis à ſeipſa concepta per actum rationis, cuius extrema non ſunt duo, niſi per conſiderationem rationis. Solet igitur dici, quòd identitas rationis eſt abſolutiſſima, & habet fundamentum proximum, & remotum, & eſt ſimpliciter identitas; & ſecundùm quid diuerſitas, quæ omnia declarabit ingenioſus lector, & quomodo ad ipſam requiritur alietas, & ſalua compoſſibilitatem identitatis, & diſtinctionis rationis, vt noſti. *Identitas rationis quid.*

Diſtinctio ex natura rei, tantū eſt alietas, ſeu diuerſitas extremorum in aliquo conuenientium ex natura rei, ſibi inuicem comparatorum, originata ex proprijs rationibus formalibus extremorum, & non actu collatiuo alicuius potentiæ. Vel aliter poteſt ſic notificari. *Diſtinctio ex natura rei quid.*

Diſtinctio ex natura rei, cum præciſione eſt alietas, inter cuius extrema diſtincta poteſt fundari contradictio, ſecluſa quacunque operatione intellectus. Vndè aduerte, quòd eſt duplex diſtinctio ex natura rei, vna tanquàm genus ad omnes ſequentes, alia tanquàm ſpecies ab alijs diſtincta. Ideò in ſua notificatione adiunxi, ly tantùm, vel cum præciſione. *Diſtinctio ex natura rei eſt duplex.*

Identitas ex natura rei, alia eſt, præſuppoſita diſtinctioni tali, in qua ſcilicèt, conueniunt extrema diſtincta ex natura rei, & eſt non alietas extremorum, in aliquo conueniētiū ex natura rei, de quibus ſub ratiōe, qua cōueniūt nullo mō prædicata contradictoria poſſunt formari originata ex proprijs rationibus formalibus extremorum, & non actu collatiuo alicuius potentiæ. Alia eſt oppoſita diſtinctioni ex natura rei, & eſt non alietas alicuius quidditatis, vel entitatis à ſeipſa ex natura rei, de qua abſolutè accepta nullo modo poſſunt prædicata contradictoria formari. Conſidera quomodò diſtinguitur ab identitate rationis, quidam enim dicūt, quod talis identitas eſt rationis, ſed aduerte tunc quomodò eſſet oppoſita diſtinctioni ex natura rei: ideò dic altius: dicunt namque quidam, & apparenter, quòd omnis identitas eiuſdem ad ſe eſt tantùm rationis. Ideò refert dicere aliquid eſſe idem ex natura rei, vel realiter, & dicere identitatem eſſe talem, maximè ad ſeipſam. Quære Scot. notanter ſuper 5. Metaphiſicæ capite de relatione. Pro communitate diſtinctionis ex natura rei alijs, & ipſius præciſione ab eis. Vide in ſimili Scot., in Logicalibus. cap. de differentia, & *Identitas ex natura rei quid.*

cap. de Qualitate. Alia plura addat hîc ingenioſus lector, his breuibus duntaxat expergefactus.

Diſtinctio Modalis quid. Diſtinctio modalis eſt alietas, ſeu diuerſitas, quæ oritur inter quidditatem, & modum intrinſecum, vel inter modum, & alterum modum eiuſdem, vel alterius quidditatis, cum alijs conditionibus additis ſuprà in deſcriptione diſtinctionis ex natura rei.

Identitas Modalis duplex. Identitas modalis alia eſt præſuppoſita diſtinctioni tali, & eſt non alietas modorum in aliquo conuenientium, ex natura rei ſibi inuicem comparatorum. Alia verò oppoſita diſtinctioni modali, & eſt non alietas alicuius modi à ſeipſo, & ſecundùm aliquos eſt rationis tantùm, ſed tu omnia benè ponderabis, & dicta debent intelligi de modis realibus, & non intentionalibus, vt patet. Aduerte, quòd licèt ab omnibus modis poſſit abſtrahi conceptus qualitatiuus modi in communi, non tamen ſequitur, quòd non ſint primò diuerſi quidditatiuè, quia ſicut eſt ſtatus in conceptibus quidditatiuis, ità in qualitatibus, vt habet Scot. in Theorematibus. Vide conſequenter qualiter differunt diſtinctio modalis, & ex natura rei. Quære formaliſtas antiquiores, & ſemper Scotum imitare.

Diſtinctio formalis quid. Diſtinctio formalis eſt alietas, ſeu diuerſitas quidditatum in aliquo conuenientium ex natura rei ſibi inuicem comparatorum, quarum neutra includit aliam quidditatiuè, & per ſe primo modo. Vndè aduerte, quòd hîc deſcribitur diſtinctio formalis dicta à formalitate tertio modo, de qua infra parte ſecunda ſecundi Articuli principalis. Si igitur, vis accipere ipſam à formalite ſecundo modo, adde, vt ſcis ad propoſitum, eſt etiam deſcriptio diſtinctionis formalis, mutuæ, ſeu adæquatè, vt patet.

Identitas formalis, vno modo ſic deſcribitur: Eſt non alietas alicuius quidditatis ex natura rei à ſeipſa, quæ à quibuſdam dicitur rationis, ſed conſidera, vt prius.

Identitas formalis quid. Identitas formalis, quam diſtinctio talis præſupponit, eſt non alietas quidditatum ex natura rei conuenientium in aliquo quidditatiuè.

Identitas formalis, quam diſtinctio talis deſtruit, eſt non alietas quiddditatum, quarum vna ex natura rei, aliam includit, quidditatiuè. Vbi patet, quòd formalitas ſemper accipitur in tertia acceptione, infra, vbi prius.

Diſtinctio realis quid. Diſtinctio realis eſt alietas, ſeu diuerſitas entium habentium aliam, & aliam realitatem formaliter poſitiuam actu exiſtentem vnica exiſtentia, ſeu diuerſa, vbi ſumitur

realitas pro realitate exiſtentiæ,vel ſubſiſtentiæ,non autem eſſentiæ,quod benè cõſidera :dicitur autem in deſcriptione habentium aliam,& aliam realitatem propter ſubiectum,& propriam paſſionem formaliter poſitiuam, dicitur propter priuationes, & huiuſmodi actu exiſtente dicitur propter quidditates diuerſas vnica exiſtentia, &c. dicitur propter perſonas in Diuinis,quæ diſtinguntur realiter quamuis habeant vnicam exiſtentiam , vndè ponderabit curioſus Lector diuerſitatem realitatis,& exiſtentiæ, & quomodo poteſt accipi, vt quid, vel vt modus, vel denominatiuè, & quidditatiuè , vt alij modi,& differentiæ , & huiuſmodi. Et qualiter vno modo includit ens quidditatiuè, & alio modo non, & ſic de alijs, vide Soc ſingulariſſimè quarto Metaphyſicæ, & alibi,& applica vbiq;: inſtantias verò cõſequenter adducat, & ſoluat ingenioſus Lector.Nota etiã, quòd alia eſt diſtinctio realis,& mutua,& adæquata, vt inter materiam,& formam , vel duo indiuidua eiuſdem ſpeciei,alia non mutua,nec adæquata, vt inter totũ eſſentiale, & partes, vt infrà tangetur. Sed ponderabis inſtantias pro, & contrà de hac mutuitate.

Identitas realis, quam diſtinctio talis præſupponit,eſt non alietas extremorum exiſtentium in aliquo communi, & hæc eſt realis, & non rationis. *Identitas realis quid.*

Identitas realis oppoſita diſtinctioni tali vno modo ſic notificatur, eſt non alietas alicuius entitatis actualiter exiſtentis ad ſeipſam actualiter exiſtentem , & dicitur eſſe rationis. Alio modo ſic deſcribatur, eſt non alietas extremorum ex natura rei habentiumvnam, & eandem realitatem formaliter poſitiuam actu exiſtentem vnica exiſtentia , ſeu diuerſis,& iſta eſt realis,vt patet ſpeculanti.

Diſtinctio eſſentialis eſt alietas,vel diuerſitas extremorum ex natura rei actu ſeparatorum, vel ſaltem actu ſeparabilium , & ſeparatim conſeruabilium in aliquo conuenientium. Et eſt duplex ſcilicèt mutua , vt inter Sortem , & Platonem, alia non mutua , vt inter totum, & patet ſecundùm quoſdam. Sed tu conſidera inſtantias,& adde , & reſtinge vt noſti. *Diſtinctio eſſentialis quid.*

Identitas eſſentialis præſuppoſita diſtinctioni tali, eſt non alietas extremorum ex natura rei actu non ſeparatorum , nec ſeparabilium, nec ſeparatim conſeruabilium in aliquo conuenientium , vbi pondera differentiam huius à reali,quare vbique Philoſophum T. & Franciſcus,& alios quos noſti pro, & contrà. *Identitas eſſentialis quid.*

Identitas verò eſſentialis oppoſita diſtinctioni tali, alia eſt rationis ſecundùm quoſdam, & eſt non alietas alicuius entitatis ad ſeipſam ex natura rei ab alia actu ſeparatæ, vel ſeparabilis, & ſeparatim conſeruabilis, alia eſt realis, & eſt non alietas extremorum ex natura rei actu non ſeparatorũ, nec ſeparabilium, nec ſeparatim conſeruabilium.

Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè quid. Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè eſt alietas, cuius extrema ex natura rei in nullo indiuiduo, aut ſubiecto, aut ſuppoſito reperiuntur & alia eſt indiuidualis, vt in creaturis, alia perſonalis, vel ſuppoſitalis, vt in Diuinis, & in aliquib' creaturis. Hec deſcriptio eſt intelligenda ſecundùm ſecundũ modum aſſignandi ſtinctionem ſe totis ſubiectiuè, ſi primùm modum ſuſtinere volueris faciliter alio modo eam deſcribere poteris.

Identitas ſe totis ſubiectiuè quid. Identitas ſe totis ſubiectiuè preſuppoſita dictinctioni tali eſt non alietas, cuius extrema & ſi in aliquo conueniunt, in nullo tamen ſubiecto, vel indiuiduo, aut ſuppoſito reperiuntur, quæ omnia benè maſticando conſ dera.

Identitas verò oppoſita diſtinctioni tali, alia eſt rationis ſecundùm quoſdam, & eſt non alietas eiuſdem extremi ad ſe in aliquo indiuiduo, aut ſubiecto, aut ſuppoſito ex natura rei reperti, alia eſt realis, & eſt non alietas extremorum, quæ ex natura rei ſunt in eodem exiſtẽte, vel ſubſiſtente, quę oĩa (vt dixi) intelliguntur ſecundùm cõmunem aſſignationem.

Diſtinctio ſe totis obiectiuè quid. Diſtinctio ſe totis obiectiuè eſt alietas extremorum, in nullo communi quidditatiuo ex natura rei conuenientium.

Identitas præpoſita diſtinctioni tali, eſt non alietas extremorum ex natura rei conuenientium, aut quidditatiuè, aut denominatiuè, aut vniuocè, aut ſaltem in vniuoco.

Identitas. Idẽtitas verò oppoſita, alia eſt rationis ſecundùm aliquos, & eſt non alietas alicuius extremi ad ſeipſum, cui nihil eſt ex natura rei commune illi conueniens quidditatiuè. Alia eſt realis, & eſt non alietas extremorum conuenientium in aliquo vno cõceptu quidditatiuo. Adde tu ad hoc plura caſtigando, & limitando ad mentem Scot. omnia dirigendo. Nam hæ deſcriptiones communes ſunt ad plures vias formalizantium, ſicut iuxta literam formalitatum notaui limitationes, & loca doctrinæ Scoticæ.

Expliciunt Epithomata, Mauritij
Fideliſſimi Aſeclæ Scoti.

IOANNES DVNS SCOTVS, ORD. MIN. PHILOSOPHVS, & Theologus Profundiſſimus De Grāmatica Speculatiua, in qua doctiſſimè, & ſubtiliſſimé differit, tàm de Modis ſignificandi Grammaticabilibus, quàm de Modis intelligendi Logicalibus.

AVTHORIS PROEMIVM.

QVONIAM quidem intelligere, & ſcire contingit in omni ſcientia ex cognitione principiorum, vt ſcribitur primo Phſiycorum. Nos ergo volentes habere ſcientiæ Grammaticæ notitiam, circà eius principia, cuiuſmodi ſunt modi ſignificandi per ſe primò oportet inſiſtere. Sed antequàm eorum inquiratur notitia in ſpeciali, præmitenda ſunt quædam in generali, ſine quibus plenus non poteſt haberi intellectus.

Quorum vnum, & primum eſt; quomodò modus ſignificandi partiatur, & deſcribatur. *Notanda quinq; præmittuntur à Doctore.*

Secūdum eſt, à quo modus ſignificādi radicaliter oriatur.

Tertium eſt, à quo modus ſignificandi immediatè ſumatur.

Quartum, quomodo modus ſignificandi à modo intelligendi, & à modo eſſendi diſtinguatur.

Quintum, in quo modus ſignificandi, tanquàm in ſuo ſubiecto inueniatur. *Modus ſignificandi duo importat.*

QVOMODO MODVS SIGNIFIcandi partiatur, & deſcribatur.

CAP. I.

CIRCA primum eſt notandum, & ſciendum, quòd Modus ſignificandi duo importat. Æquiuocè enim dicitur de modo ſignificandi actiuo, & paſſiuo. Modus ſignificandi actiuus eſt proprietas vocis ab intellectu ſibi conceſſa, mediante qua, vox proprietatem rei ſignificat. Modus ſignificandi paſſiuus, *Modus ſignificandi æquiuocè dicitur de mō ſignificādi actiuo, & paſſiuo. Modus ſignificādi actiuus quid.*

Digitized by Google

Modus ſignificandi actiuus quid. Modus ſignificandi paſſiuus quid.

eſt modus, ſiuè proprietas rei, prout eſt per vocem ſignificata. Et quia ſignificare, & conſignificare eſt quodammodo agere; & ſignificari, & conſignificari eſt quodammodo pati; indè eſt, quòd modus, vel proprietas vocis, mediante qua, vox proprietatem rei ſignificat, modus ſignificandi actiuus nominatur. Modus verò, vel proprietas rei, prout per vocem paſſiuè ſignificatur. Modus ſignificandi paſſiuus nuncupatur.

Significare, & conſignificare quid. Significari, & conſignificari quid. Quando intellectus imponit vocem ad ſignificandum, & conſignificandum, ei duplicem rationem tribuit.

Iuxta quod notandum, quòd cùm intellectus vocem ad ſignificandum, & conſignificandum imponit, duplicem rationem ei tribuit, ſcilicèt rationem ſignificandi, quæ vocatur ſignificatio; per quam efficitur ſignum, vel ſignificãs, & ſic formaliter eſt dictio; & rationem conſignificandi, quæ vocatur modus ſignificandi actiuus, per quam vox ſignificans, fit conſignum, vel conſignificans; & ſic formaliter eſt pars orationis; ità quod pars eſt pars ſecundùm ſe per hanc rationem conſignificandi, ſeu modum conſignificandi actiuum, tanquàm per principium formale; ſed eſt pars relata ad aliam per eandem rationem conſignificandi actiuã, tanquàm per principium efficiens intrinſecum.

Modi ſignificãdi actiui ad Grãmaticam per ſe primò pertinẽt; modi autem ſignificandi paſſiui non pertinent, niſi per accidens.

Ex hoc patet, quòd rationes conſignificandi actiuæ, ſeu modi ſignificandi actiui per ſe, & primò ad Grammaticam pertinent, tanquàm principia conſiderata in Grammatica. Sed rationes conſignificandi paſſiuæ, ſeu modi ſignificandi paſſiui ad Grammaticam non pertinent, niſi per accidens, quia non ſunt principium partis orationis, nec formale, nec efficiens, cùm ſint rerum proprietates; niſi quantùm ad illud, quod eſt formale in eis; cùm in hoc etiam fortè à modis ſignificandi actiuis non diſcrepent, vt infrà patebit.

A QVO MODVS SIGNIFICANDI *radicaliter oriatur.*

CAP. II.

Omnis modus ſignificandi actiuus eſt ab aliqua rei proprietate.

CIRCA ſecundũ notandum, ꝙ cùm huiuſmodi modi ſint rationes ſignificãdi actiui non ſunt figmenta, oportet omnem modum ſignificandi actiuum ab aliqua rei proprietate radicabiliter oriri; quod ſic patet, quia cùm intellectus vocem ad ſignificandum imponit, ſub aliquo modo ſignificãdi actiuo ad ipſius rei proprietatem aſpicit, à qua modum ſignificãdi actiuum

originaliter trahit; quia intellectus, cùm ſit virtus paſſiua de ſe indeterminata ad actum determinatum non vadit, niſi aliundè determinetur: Vndè cùm imponit voces ad ſignificandum ſub determinato modo ſignificandi actiuo, à determinata rei proprietate mouetur, ergo cuilibet modo ſignificandi actiuo, correſpondet aliqua proprietas rei in re, ſeu modus eſſendi rei.

Obiectio. Sed contra hoc obijcitur, quia hæc vox ſignificatiua, ſcilicèt Deitas, habet fœmininum genus, quod genus eſt modus ſignificandi actiuus; tamen in re ſignificata non eſt proprietas correſpondens, quæ eſt proprietas patientis, à qua ſumitur fœmininum genus.

Priuatiões, & figmẽta non cadunt ſub proprietatibus, cùm non ſint entia. Item priuationes, & figmenta ſunt, & tamen ſub nullis proprietatibus cadunt, cùm non ſint entia, tamen voces priuationum ſignificatiuæ, & figmentorum modos ſignificandi actiuos habent, vt cæcitas, chymera, & ſimilia.

Reſponſio. Dicendum, quòd non oportet, quòd ſemper modus ſignificandi actiuus, alicuius dictionis trahatur à proprietate rei illius dictionis, cuius eſt modus ſignificandi; ſed poteſt accipi à proprietate rei alterius, & rei illius dictionis attribui; dummodò ſufficit, quòd ſibi ipſi non repugnet: *Subſtantias ſeparatas non intelligi, niſi ex ſẽſibilibus.* Et quia ſubſtantias ſeparatas non intelligimus, niſi exiſtis ſenſibilibus; ideò ſub proprietatibus ſenſibilium eis nomina imponimus; & nominibus eorum modos ſignificandi actiuos attribuimus. *In Deo non eſt proprietas paſſiua.* Vndè licèt in Deo ſecundùm rei veritatem non ſit proprietas paſſiua; tamen imaginamur ipſum tanquàm patientem à noſtris precibus.

Priuationes ex ſuis habitibus intelligũtur. Similiter priuationes intelligimus, ex ſuis habitibus, ideò ſub ſuis proprietatibus, eis nomina imponimus; & nominibus eorum modos ſignificandi actiuos attribuimus. Similiter in nominibus figmentorum ſumuntur modi ſignificandi actiui ex proprietatibus partium, ex quibus imaginantur; ſicut chymera imaginatur componi ex Capite Leoni cauda Draconis, & ſic de alijs.

Inſtantia. Et ſi inſtetur; ſi modi ſignificandi in nominibus priuationum, ſumuntur à modis eſſendi habituum, tunc nomina priuationum modum eſſendi habitus, & non priuationis deſignabunt; & hoc poſito, nomina priuationum per ſuos modos ſignificandi actiuos erunt conſignificatiua falſa.

Reſpondet. Dicendum, quòd non eſt verum; immò, nomina pri-

uationum per ſuos modos ſignificandi actiuos deſignant circà priuationes, modos intelligendi, qui ſunt eorum modi eſſendi: iuxtà quod ſciendum, quòd licèt priuationes nō ſint entia poſitiua extrà animam; ſunt tamen entia poſitiua in anima, vt patet. 4. Metaph. & ſunt entia ſecundùm animam; & quia eorum intelligi, eſt eorum eſſe; ideò eorum modi intelligendi eorum modi eſſendi: Vndè nomina priuationum per ſuos modos ſignificandi actiuos, non erunt conſignificatiua falſa, quia cùm modi intelligendi priuationum reducantur ad modos intelligendi habitus; & priuatio cognoſcetur per habitum; ideò modi eſſendi priuationum tādem ad modos eſſendi habitus reducuntur.

Priuationes, licèt non ſint entia poſitiua extra animam, ſunt tamen entia poſitiua in anima.

A QVO MODVS SIGNIFICANDI immediatè ſumatur.

CAP. III.

CIRCA Tertium; Notandum, quòd modi ſignificandi actiui, immediatè à modis intelligendi paſſiuis ſumuntur. Iuxtà quòd ſciendum eſt, quòd ſicut duplex eſt modus ſignificandi, ſcilicèt, actiuus, & paſſiuus; ità duplex eſt modus intelligendi, ſcilicèt, actiuus, & paſſiuus. Modus intelligendi actiuus, eſt ratio concipiendi, mediante qua, intellectus rei, vel rerum proprietates concipit, vel apprehendit. Modus intelligēdi paſſiuus eſt proprietas rei, prout eſt ab intellectu apprehenſa.

Modus ſignificandi, & intelligendi duplex eſt.

Modus intelligendi actiuus quid ſit.

Modus intelligendi paſſiuus

Dicatur ergo, quòd modi ſignificandi actiui, ſumuntur à proprietatibus rerum, ſeu modis eſſendi, mediantibus modis intelligendi paſſiuis, quia modi ſignificandi actiui, non ſumuntur à modis eſſendi: niſi vt hi modi eſſendi ab intellectu apprehendantur. Modi autem eſſendi, prout ab intellectu ſunt apprehenſi dicuntur modi intelligēdi paſſiui: ergo modi ſignificandi actiui ſumuntur à modis eſſendi, mediantibus modis intelligendi paſſiuis. Et ideò immediatè modi ſignificandi actiui à modis intelligendi paſſiuis ſumantur.

A quibus proprietatibus ſumuntur modi ſignificandi acti.

Quomodo

Qvomodo modvs significandi a modo intelligendi, & à modo eſſendi diſtinguatur.

Cap. IIII.

CIRCA Quartum, notandum, quòd modi eſſendi, & modi intelligendi paſſiui, & modi ſignificandi paſſiui ſunt idem materialiter; ſed differunt formaliter, quia modus eſſendi eſt rei propietas abſolutè; modus intelligendi paſſiuus eſt eiuſdem rei proprietas, prout ab intellectu eſt apprehenſa. Modus ſignificandi paſſiuus eſt eiuſdem rei proprietas, prout per vocem conſignificatur. Et ſunt eadem materialiter, & realiter, quia quod dicit modus eſſendi abſolutè, dicit modus intelligendi paſſiuus, prout refertur ad intellectum; & quòd dicit modus intelligendi paſſiuus, dicit modus ſignificandi paſſiuus, prout refertur ad vocem, ergo ſunt eadem materialiter; ſed differunt formaliter, quod ſic patet, quia qui dicit modum eſſendi, dicit proprietatem rei abſolutè, ſiuè ſub ratione exiſtentiæ, ſed qui dicit modum intelligendi paſſiuum, dicit eãdem rei proprietatem, vt materiale, & rationem intelligendi, ſiuè concipiendi, vt formale; ſed qui dicit modum ſignificandi paſſiuum dicit eandem rei proprietatem, vt materiale; & dicit rationem conſignificãdi, vt formale. Et cùm alia ſit ratio eſſendi, alia intelligẽdi, alia ſignificandi differunt ſecundùm formales rationes. *Modus eſſendi, intelligendi, & ſignificandi quid.*

Item ſciendum, quòd modus eſſendi, & modus intelligendi actiuus, & modus ſignificandi actiuus differunt formaliter, & materialiter, quia modus eſſendi, dicit proprietatem rei abſolutè, ſiuè ſub ratione exiſtentiæ, vt dictum eſt. Modus intelligendi actiuus dicit proprietatem intellectus, quæ eſt ratio intelligendi, ſiuè concipiendi. Modus ſignificandi actiuus dicit proprietatem vocis, quæ eſt ratio conſignificãdi, & quia alia eſt proprietas rei ad extrà, & alia intellectus, & alia vocis; ità eſt alia ratio eſſendi, alia intelligẽdi, alia conſignificãdi; ergo modus eſſendi, & modus intelligẽdi actiuus, & modus ſignificãdi actiuus differũt in vtroque. *Quomodo modi intelligendi actiuus, & paſſiuus differunt. Modus intelligendi actiuus quid dicat.*

Item ſciendum, quod modus intelligendi actiuus; & modus intelligendi paſſiuus differunt materialiter, & conueniũt formaliter; quia modus intelligendi paſſiuus dicit rei proprietatem ſub ratione intelligendi paſſiua; ſed modus intelligendo actiuus, dicit proprietatem intellectus, quæ eſt ratio intelligendi actiua; ſed eadem eſt ratio intelligendi, per quã *Modus ſignificandi paſſiuus quid importet.*

intellectus proprietatem rei intelligit actiuè; & per quam rei proprietas intelligitur paſſiuè, ergo proprietates ſunt diuerſæ, & ratio eſt eadem, ergo materialiter differunt, & ſunt formaliter idem.

Item ſciendum, quòd modus ſignificandi actiuus, & paſſiuus differunt materialiter, & ſunt idem formaliter, quia modus ſignificandi paſſiuus dicit proprietatẽ rei ſub ratione cõſignificandi paſſiua; ſed modus ſignificãdi actiuus dicit proprietatem vocis, quæ eſt ratio conſignificãdi actiua: ſed eadẽ eſt ratio per quã vox eſt ſignificans actiuè; & per quam proprietas rei ſignificatur paſſiuè, ergo materialiter ſunt differentes, ſed ſunt idem formaliter.

IN QVO MODVS SIGNIFICANDI, TANQVAM in ſuo ſubiecto inueniatur. CAP. V.

Modus ſignificandi paſſiuus in quo eſt.

CIRCA quintum eſt notandùm, quòd modus ſignificãdi paſſiuus materialiter eſt in re, vt in ſubiecto, quia materialiter eſt proprietas rei; rei autẽ proprietas eſt in eo, cuius eſt, vt in ſubiecto; formaliter autem eſt in ſubiecto, in quo eſt modus ſignificandi actiuus, quia formaliter à modo ſignificandi actiuo nõ diſcrepat. Modus autem ſignificandi actiuus, cùm ſit proprietas vocis ſignificatiuæ, eſt in voce ſignificatiua, vt in ſubiecto, & materialiter in proprietate rei; vt tantùm in ſua cauſa efficiente radicali, & remota; & eſt in intellectu, vt in ſua cauſa efficiente propinqua, & eſt in conſtructione, vt cauſa efficiens in ſuo effectu proprio.

Modus ſignificandi paſſiuus in quo reperitur.

Signum, dictio, pars orationis, terminus quomodo differunt, & quomodo conueniunt.

Circà dicta eſt notandùm, quòd ſignum, dictio, pars orationis, & terminus conueniunt, & differunt; conueniunt in ſubiecto, & obiecto; in ſubiecto, quia in eodem ſubiecto reperiri poſſunt; in obiecto, quia idem obiectum reſpicere poſſunt, ſicut ſignum, & ſignatum. Differunt tamen penès rationes; quia dicitur ſignum pro ratione ſignandi, vel repreſentandi aliquid abſolutè: ſed dicitur dictio formaliter per rationem ſignandi voci ſupperadditam, quia dictio eſt vox ſignificatiua; ſed pars orationis formaliter eſt pars per modum ſignificandi actiuum dictioni ſuperadditum, quia pars orationis eſt dictiò, vt habet modum ſignificandi actiuum. Terminus verò dicit rationem terminandi reſolutiones Syllogiſmi, quia Dialecticus reſoluit Syllogiſmos in propoſitiones; & propoſitionem in ſubiectum,

Dialecticus quomodo reſoluit Syllogiſmos & propoſitionem.

& prædicatum, quæ dicuntur termini ſecundùm Logicum.

Item ſciendum eſt, quòd vox inquantùm vox non conſideratur à Grammatico; ſed inquantùm ſignum; quia Grammatica eſt de ſignis rerum; & quia vox eſt habiliſſimum ſignum inter alia ſigna: ideò vox inquantùm ſignum prius conſideratur à Grammatico, quàm alia ſigna rerum. Sed quia eſſe ſignum accidit voci: ideò Grammaticus, conſiderans vocem conſiderat eam per accidens.

Vox quomodo conſideratur à Grammatico.

DE MODIS SIGNIFICANDI ACTIVIS in ſpeciali. Cap. VI.

HIS viſis, dicendum eſt de modis ſignificandi actiuis in ſpeciali, iuxta quod notandùm eſt, quòd modus ſignificandi actiuus, qui eſt in Grammatica principium diuiditur in modum ſignificandi eſſentialem, & accidentalem. Modus ſignificandi eſſentialis eſt per quem pars orationis habet ſimpliciter eſſe, vel ſecundùm genus, vel ſecundùm ſpeciem. Modus ſignificandi accidentalis eſt, qui aduenit parti, poſt eius eſſe completum, non dans eſſe parti, nec ſecundùm genus, nec ſecundùm ſpeciem. Modus ſignificandi eſſentialis ſubdiuiditur in modum ſignificandi eſſentialem generaliſſimum, ſubalternum, & ſpecialiſſimum. Modus ſignificandi eſſentialis generaliſſimus eſt, qui eſt de eſſentia partis, & cuiuſlibet ſuppoſiti, ſub eo contenti. Modus ſignificandi eſſentialis ſpecialiſſimus eſt, qui eſt de eſſentia quorumdam ſuppoſitorum illius partis. Modus ſignificādi eſſentialis ſubalternus eſt, qui eſt de eſſentia vnius partis, nec generaliſſimè; nec ſpecialiſſimè; ſed medio modo ſe habentis, vt poſſumus imaginari in iſtis modis ſignificandi eſſentialem coordinationem ſimilem coordinationi prædicamentali.

Modus ſignificandi eſſentialis quid.

Modus ſignificandi accidentalis quid ſit.

Modus ſignificandi eſſentialis ſubdiuiſio.

Modus ſignificandi generaliſſimi, ſubalterni, & ſpecialiſſimi quid ſint.

Nàm ſicut in linea prædicamentali eſt dare genus generaliſſimū, cuius prędicatio generaliſſimè ſe extendit ad oīa, quæ ſunt illius coordinationis, & ſpecialiſſimum, cuius prędicatio ſpecialiſſimè ſe extēdit ad res illius coordinationis. Subalternum, cuius prædicatio medio modo ſe habet; ſic in iſtis modis ſignificandi eſſentialibus eſt dare quendam modū generaliſſimū, cuius natura generaliſſimè participatur ab omnibus ſuppoſitis illius partis; & modum ſpecialiſſimū, cuius natura ſpecialiſſimè, vel pauciſſimè participatur, & medium modum, qui medio modo ſe habet.

Modi ſignificandi accidentalis diuiſio.

Item modus ſignificandi accidentalis diuiditur in modum ſignificandi accidentalem abſolutum, & reſpectiuũ.

Modus ſignificandi accidentalis abſolutus quid.

Modus ſignificandi accidentalis abſolutus dicitur ille, per quem conſtructibile non habet reſpectum ad alterum, ſed ſolum ad rei proprietatem.

Modus ſignificandi accidentalis reſpectiuus quid.

Modus ſignificandi accidentalis reſpectiuus eſt per quem vnum conſtructibile habet reſpectum non ſolùm ad rei proprietatem, ſed etiam per quem vnum conſtructibile habet reſpectum ad alterum; & hoc dupliciter, vel tanquàm ad ipſum dependens, vel tanquàm eius dependentiam terminans.

De his igitur modis omnibus videamus; & primò prout ſunt principium formale partis abſolutæ ſecundùm quem modum pertinent ad Ethymologiam: Deinde prout ſunt principium efficiens intrinſecum vnius partis ordinatæ cum alia; ſecundùm quem pertinent ad Dyaſintheticam.

Determinantes autem de his, prout ſunt forma partis. Primò videamus de modo ſignificandi Nominis. Secundò de modo ſignificandi Pronominis; & ſic de cæteris ſecundùm ordinem Donati.

DE MODIS SIGNIFICANDI NOMINIS. CAP. VII.

Modus ſignificandi eſſentialis generaliſſimus nominis quid ſit.

MODVS ſignificandi eſſentialis generaliſſimus nominis, eſt modus ſignificandi per modum entis, & determinatæ apprehenſionis. Iuxtà quod ſciendum licèt vterque iſtorum modorum ſit, vt forma nominis abſolutè ſumpti, tamen comparando nomen ad alias partes orationis modus entis habet rationem materiæ, quæ eſt facere conuenire: facit enim Nomen cõuenire cum Pronomine: ſed determinatæ apprehenſionis habet rationem formæ, quæ facit nomen ab alijs partibus orationis differre, & in comparando hos duos modos adinuicem, ex vtroque reſultat vnus modus per viam compoſitionis, & vt ſciamus ex qua rei proprietate iſte modus ſumatur.

Modus entis quid ſit.

Modus eſſe quid ſit.

Notandùm, ꝙ in rebus inuenimus quaſdã proprietates cõmuniſſimas, ſiuè modos eſſendi cõmuniſſimos. ſ. modũ entis, & modũ eſſe. Modus entis, eſt modus habitus, motus, & quietis permanentis rei inhærens ex hoc, quod habet eſſe, modus eſſe, eſt modus fluxus, & ſucceſſionis rei inhærens ex hoc, quòd habet fieri. Tunc dico, quòd modus ſignificandi actiuus per modum entis, qui eſt modus generaliſſimus nominis, trahitur à modo entis, qui eſt modus habitus, & permanentis. Sed modus ſignificandi actiuus per modum eſſe, qui eſt modus eſſentialis generaliſſimus verbi trahitur

à modo eſſendi ipſius eſſe,qui eſt modus fluxus, & ſucceſſionis,vt poſtea patebit. Ad hanc intentionem Commentator Secundo Phyſicorum dicit,quod ſunt modi principales entium, ſcilicèt modus entis,& modus eſſe, à quibus ſumpſerunt Grammarici duas partes orationis principales, ſcilicèt Nomen, & Verbum, Sub nomine comprehẽditur Pronomen,ſub Verbo Participium. Item modus determinatæ appræhenſionis accipitur à proprietate formæ,& qualitatis, quæ eſt proprietas determinans: quoniam forma determinat, & diſtinguit. Hos duos modos ſignificandi expreſſerunt Grammatici antiqui in diffinitione nominis, cum dixerunt nomen ſignificare ſubſtantiam cum qualitate dantes intelligere per ſubſtantiam modum ſubſtantiæ, qui eſt modus entis ſumptus à proprietate rei, quæ eſt proprietas habitus, & permanentis,quæ primò,& principaliter in ſubſtantia reperitur. Per qualitatem verò modum qualitatis,qui eſt modus determinatæ apprehenſionis ſumptus à proprietate formæ, & qualitatis, quæ eſt modus, & proprietas determinatæ apprehenſionis. Nomen ergo eſt pars orationis ſignificans per modũ entis,& determinatæ apprehenſionis.

Modi principales entium quid ſint.

Nomen quid ſit.

Et ſi dicat aliquis,ꝙ multa ſunt nomina, quæ priuationes entiũ ſignificãt,vt nihil,cæcitas,&huiuſmodi,cùm ergo oẽs priuatiões,&negatiões nõ ſint entia videt̃,ꝙ ſub proprietate entis ſtare nõ poſſint,& ideò modus ſignificãdi actiuus per modum entis in talibus nominibus à proprietate rei ſignificatæ oriri non poteſt.

Obiectio.

Dicendùm, vt dictum eſt prius; quòd licèt priuationes,& negationes non ſint entia extrà animam poſita; ſunt tamẽ entia ſecundùm animã; vt patet ex intentione Philoſ. 4. Metaph. vbi dicit,ꝙ opiniones contradictoriorũ ſunt cõtrariæ, hoc eſt duo cõtradictoria extrà animã ſunt duo contraria ſecũdùm animã,& quia priuationes,& negationes, & figmenta ſunt entia ſecũdùm animã:ideò cadũt ſub proprietate entis,quæ eſt proprietas habitus, & permanentis: à qua ꝓprietate trahit̃ modus ſignificãdi generaliſſimus nominis.

Reſponſio.

Sub hoc autem modo generaliſſimò nominis ad modum ſignificandi ſubalternum,ſiuè ad modos ſignificandi ſubalternos deſcendamus. Sunt autem duo modi,qui immediatè ſub hoc modo cõtinent̃.ſ.modus cõmunis,&modus appropriati:qui ſunt modi ſpeciales reſpectu generaliſſimi, & ſunt gñles reſpectu aliorũ modorũ;de quib' poſtea determinabit̃.

Modus ſignificandi per modum communis

Modus ſignificandi per modum communis ſumitur à proprietate rei, quæ eſt proprietas diuiſibilis in plura ſuppo-

vndè ſumatur.

ſita, vel communicabilis pluribus ſuppoſitis à qua proprietate ſecundùm Logicum ſumitur intentio vniuerſalis: & hic modus conſtituit nomen commune, & appellatiuũ, & hũc modum vocat Donatus appellatiuam qualitatem. Nomen ergo commune, vel appellatiuum ſignificat per modũ cõmunicabilis pluribus ſuppoſitis, vt vrbs, flumen.

Nomen cõmune, vel appellatiuũ quomodo ſignificet.

Modus ſignificandi per modũ appropriati vndè ſumatur.

Modus ſignificandi per modum appropriati ſumitur à proprietate rei, quę eſt proprietas indiuiſibilis per plura ſuppoſita, à qua etiam ſumitur apud Logicum indiuiduũ, & hic modus facit nomen proprium, & hunc modũ Donatus vocat propriam qualitatem. Nomen ergo proprium ſignificat rẽ ꝑ modũ indiuiſibilis per plura ſuppoſita, vt ſub ꝓprietatibus indiuiduationis, quę ſunt hîc, & nũc, vt Roma, Tybris.

Nomen propriũ quõ ſignificet.

Deindè ſub his modis deſcendamus ad alios modos ſubalternos minus generales iſtis, & primò ſub modo ſignificandi per modũ cõmunis; ſecundò per modũ appropriati.

Circa primum notandùm, quòd modus ſignificandi per modum ſignificandi communis habet duos modos ſub ſe, qui ſunt minùs generales eo, ſcilicèt modũ per ſe ſtantis, & modum adiacẽtis.

Modus ſignificandi per ſe ſtãtis vndè ſumatur.

Modus ſignificãdi per ſe ſtãtis ſumitur à proprietate rei, quæ eſt proprietas eſſentiæ determinatæ. Sicut enim modus ſignificãdi generaliſſimus nominis ſumitꝰ à proprietate eſſentiæ abſolutæ: ſic modus ſignificãdi per ſe ſtãtis ſumitꝰ à proprietate ipſius eſſentiæ determinatæ, & hic modus cõſtituit modũ ſubſtantiuũ. Nomẽ ergo ſubſtãtiuũ ſignificat ꝑ modũ determĩati ſm̃ eſſẽtiam, vt albedo, lapis, &c.

Nomen ſubſtantiuum quomodo ſignificet

Modus ſignificandi adiacentis vndè ſumatur.

Modus ſignificandi, qui eſt modus adiacentis ſumitur à proprietate rei, quæ eſt proptietas alteri adhęrentis ſecũdùm eſſe. Sicut enim modus generaliſſimus verbi ſumitur à proprietate ipſius eſſe abſolutè, vt poſtea patebit, ſic modus adiacentis in nomine ſumitur à proprietatibus ipſius eſſe inhærentis alteri ſecundùm eſſe, & hic modus conſtituit nomen adiectiuum. Nomen ergo adiectiuum ſignificat per modum inhærentis alteri ſecundùm eſſe; vt albus, lapideus.

Nomẽ adiectiuum quomodo ſignificet.

Inſtantia.

Et ſi inſtetur, nomina differentiarum in genere ſubſtãtiæ, ſ. corporeum, & animatũ, ſenſibile, rationale: adiectiua quidem ſunt, congruè enim ſubſtãtiuis adiunguntur, dicendo corpus animatum, animal rationale, & tamen nõ ſignificãt per modum inhęrentis alteri ſecũdùm eſſe, quia ſignificant ſubſtantiam, quæ ſecundùm eſſe alteri non inhæret.

Reſponſio.

Dicendum, quòd huiuſmodi nomina ſunt ſubſtantiua, & ſignificant ſubſtãtiam, quia idem ſignificat rationale, quod homo ſignificat, & animatum, quod animal.

Obiectio.

Et cùm dicitur, quòd congruè cum ſubſtantiuis cõiun-

guntur,dicẽdo animal rationale,corpus animatum.

Solutio.

Dicendũ, quòd ibi eſt conſtructio appoſitoria,& eſt incongrua de ſe tamen per appoſitionem admiſſiua, hoc eſt propter ſpecificationem ſpecificandam.

Vlterius ſub modo per ſe ſtantis, & alteri adiacentis, ad modos ſpecialiſſimos deſcendamus,& primò ſub modo per ſe ſtantis,& deindè ſub modo adiacentis.

Quinq; modi ſignificãdi per ſe ſtantis.

Modus ſignificãdi per modũ per ſe ſtãtis,continet ſub ſe quinq; modos nominis ſpecialiſſimos. Quorũ primus ẽ modus ſignificãdi per modũ generalis ſũptus à proprietate rei, quæ eſt ꝓprietas cõmunicabilis pluribus ſpecie differẽtib. Et ſicut à proprietate rei,quæ eſt cõmunicabilis plurib abſolutè:ſumit᷑ modus ſignificãdi per modũ cõmunis abſolutè, ſic ab eadẽ proprietate ſtrictius ſũpta.ſ.à proprietate cõmunicabili pluribus ſpecie differẽtib. ſumit᷑ modus gñalis.

Primus.

Ab hac aũt proprietate apud Logicũ ſumit᷑ ſecũda intentio generis: & ſic iſte modus cõſtituit nomen ſubſtantiuũ generale,vt aĩal,color,& huiuſmodi. Nomẽ ergo ſubſtãtiuũ generale eſt,quod ſignificat per modũ applicabilis pluribus,non ſolùm numero,ſed ſpecie differentibus.

Nomẽ ſubſtãtiuum generale quid

Secundus modus ſignificãdi cõmunis per ſe ſtãtis eſt ſignificare per modũ ſpecificabilis ſũptus à proprietate rei, q̃ ẽ cõmunicabilis pluribus ñ abſolutè,ſed nũero differẽtib.

Secundus.

Tertius modus per ſe ſtãtis eſt modus ſignificãdi per modũ deſcẽdentis ab altero,vt ab auo,vel à patre, & hic modus cõſtituit nomẽ ſubſtãtiuũ patronymicũ,vt Priamides, quia omne Patronymicũ à proprijs nominibus patrũ, vel auorũ deriuatur. Ideò meritò patronymicũ à proprijs nominibus nũcupatur. Nomen ergo patronymicũ eſt, quod à proprijs nominibus patrũ,vel auorum deriuatur,ſignificans per modum deſcendentis ab altero,vt à patre, vel ab auo.

Tertius.

Nomẽ Patronymicũ quid, & à quibus deriuetur.

Quartus modus,per ſe ſtãtis eſt modus ſignificãdi per modũ diminuti ab alio ſũptus à proprietate diminutionis in re: & hic modus cõſtituit nomẽ diminutiuũ,vt floſculus, lapillus. Nomen ergo diminutiuũ eſt,quòd à voce primitiua deriuatur ſignificans per modum diminuti ab alio.

Quartus.

Nomen diminutiuũ quid.

Quĩtus modus per ſe ſtãtis eſt modus ſignificãdi per modũ collectionis pluriũ in vno loco,ſũptus à proprietate collectiõis in re,& hic modus cõſtituit nomẽ ſubſtãtiuũ collectiuũ,vt populus,genꝰ,turba. Nomẽ ergo collectiuũ ẽ,ꝙ ſignificat per modũ collectiõis pluriũ ſm̃ vnũ locũ ſuppoſitorum.

Quintus.

Nomẽ collectiuũ quid.

Deindè ſub mõ adiacẽtis ad modos ſpecialiſſimos deſcẽdam us: qui cõtinet ſub ſe vigĩti quatuor modos.

Viginti quatuor modi ſpecialiſſimi adiacẽtis.

Primus. Quorũ primus eſt modus ſignificandi per modum adiacentis alteri in ſubiecto,ſiuè denominantis ipſum ſimpliciter, & abſolutè ſpeciali ratione non ſuper addita, & hic modus conſtituit nomẽ adiectiuũ denominatiuum, vt albus,niger,montanus. Nomen ergo adiectiuum denominatiuum ſignificat per modum adiacentis alteri,ſiuè denominantis alterum ſimpliciter,& iſte modus eſt generalior omnibus modis ſequentibus, qui dicuntur modi adiacentis alteri, ſiuè denominantis alterum ſuperaddita ratione ſpeciali,vt poſtea patebit.

Nomen adiectiuũ denominatiuũ quo ſignificet.

Secundus. Secundus modus adiacentis,eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum communicabilis ſpecie differentibus, & iſte modus conſtituit nomen adiectiuum generale,vt coloratus. Nomen ergo adiectiuum generale eſt,quod ſignificat per modum denominantis ſub ratione communicabilis pluribus ſpecie differentibus.

Nomen adiectiuũ generale quid ſignificet.

Tertius. Tertius modus adiacentis eſt modus per modum denominantis alterum ſub ratione communicabilis pluribus ſolo numero differentibus. Et huiuſmodi modus conſtituit nomen adiectiuum ſpeciale,vt humanus,albus, niger. Nomen ergo adiectiuum ſpeciale ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione communicabilis pluribus ſolo numero differentibus. Nec prohibet aliquid eadem nomina ſub diuerſis,ſpeciebus nominis collocari per modos ſignificandi differentes. Nàm ſi conſideretur in his nominibus,ſcilicèt albus,humanus,coloratus,& huiuſmodi modus ſignificandi denominantis alterum ſimpliciter ratione ſpeciali non ſuperaddita, ſic ſunt ſub nomine adiectiuo denominatiuo. Si autem conſiderentur ſecundùm quod eis competit modus denominantis alterum ſub ratione communicabilis pluribus ſpecie, vel numero differẽtibus,ſic ſunt ſub nomine adiectiuo generali,vel ſpeciali.

Nomen adiectiuũ ſpeciale quõ ſignificet.

Quartus. Quartus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione poſſidentis ipſum,& hic modus conſtituit nomen adiectiuum poſſeſſiuum,vt aureus, lapideus.Nomen ergo adiectiuum poſſeſſiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione poſſidentis ipſum.

Nomẽ adiectiuũ poſſeſſiuũ quid.

Quintus. Quintus modus adiacentis, eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione diminuti ab alio. Et hic modus conſtituit nomen adiectiuum diminutiuum,vt nouellus,paruulus. Nomen ergo adiectiuum di-

Nomen di-

minutiuum eſt, quòd ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione diminuti ab alio. *minutiuū quid.*

Sextus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione collectionis plurium ſuppoſitorum ſecundùm locum. Et iſte modus conſtituit nomen adiectiuum collectiuum, vt gentilis, popularis. Nomen ergo adiectiuum collectiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione collectionis plurium ſuppoſitorum ſecundùm locum. *Sextus.* *Nomen collectiuum quid.*

Septimus modus adiacentis, eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione diuidentis ipſum in partes, & hic modus conſtituit nomen adiectiuum diuiſiuum, vt omnis, totus. Nomen ergo adiectiuum, diuiſiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione diuidentis ipſum in partes. *Septimus.* *Nomen diuiſiuum quid.*

Octauus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione gentis, vel patriæ. Et hic modus conſtituit nomen adiectiuum, gentile, vt Græcus, Gallicus, Italus. Nomen ergo adiectiuum gentile, eſt quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione gentis, vel patriæ. *Octauus.* *Nomen gētile quid.*

Nonus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione ciuitatis, vel oppidi. Et hic modus conſtituit nomen adiectiuum patrium, vt Patricius, & Eufrodicus, Pariſiēſis, Ardeberiēſis, Ianuenſis. Nomē ergo patrium, quod deriuatur à proprijs nominibus ciuitatū, vel oppidorū ſignificans per modū denominantis alterum ſub ratione ciuitatis, vel oppidi. *Nonus.* *Nomen patriū quid.*

Decimus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione interrogationis, & hic modus conſtituit nomen adiectiuum interrogatiuum, vt quis, qualis, quantus. Nomen ergo adiectiuum interrogatiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione interrogationis de ipſo. *Decimus.* *Nomen interrogatiuū quid.*

Vndecimus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione reſpondentis ad interrogatiuum. Et hic modus conſtituit nomen adiectiuum reſponſiuum, vt tot, talis, tantus. Nomen ergo adiectiuum reſponſiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione reſponſionis de ipſo. *Vndecimus.* *Nomē reſponſiuum quid.*

Duodecimus modus adiacentis, eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum indeterminatè, & infinitè, & hic modus conſtituit nomen adiectiuum infinitum, *Duodecimus*

Nomen infinitũ quid. vt quicunq; qualiſcunq;. Nomen ergo adiectiuum infinitũ eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione infinitatis, & indeterminationis.

Decimus tertius. Decimus tertius modus adiacentis, eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione negantis ipſum, & hic modus conſtituit nomen adiectiuum negatiuum, vt nullus, nemo. Nomen ergo adiectiuum negatiuum, eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione negantis ipſum. *Nomen negatiuum quid.*

Decimus quartus. Decimus quartus modus adiacentis eſt, modus ſignificandi per modum denominantis alterũ ſub ratione demõſtrationis: & hic modus conſtituit nomen adiectiuum demonſtratiuum, vt talis, tantus. Nomen ergo adiectiuũ demonſtratiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione demonſtrantis ipſum. *Nomen demõſtratiuũ quid.*

Decimus quintus. Decimus quintus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſtans ſub prima notitia referendo ipſum ſub ſecunda notitia, & hic modus conſtituit nomen relatiuum, vt qui, qualis, quantus. Nomẽ ergo adiectiuum relatiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſtans ſub prima notitia referendo ipſum ſub ſecunda notitia. *Nomen relatiuũ quid.*

Decimus Sextus. Decimus Sextus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterũ ſimpliciter ſine exceſſu in termino. Et hic modus conſtituit nomen adiectiuum poſitiuum, vt albus, niger. Nomen ergo poſitiuũ eſt, quod ſignificat per modum adiacentis alteri, vel denominantis alterum ſine exceſſu in termino. *Nomẽ poſitiuũ quid.*

Decimus Septimus. Decimus ſeptimus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum adiacentis alteri, vel denominantis alterum ſub ratione comparantis ipſum in exceſſu citrà terminum, & iſte modus conſtituit nomen comparatiuum, vt albior, nigrior. Nomen ergo adiectiuum comparatiuum eſt, ꝙ ſignificat per modum adiacentis alteri, vel denominãtis alterũ ſub ratione comparantis cum exceſſu citrà terminũ. *Nomen cõparatiuũ quid.*

Decimus Octauus. Decimus Octauus modus adiacentis, eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione comparantis ipſum ſecundùm exceſſum in termino, & hic modus conſtituit nomen aidectiuum ſuperlatiuum, vt albiſſimus. Nomen ergo adiectiuum ſuperlatiuum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione comparantis ipſum ſecundùm exceſſum in termino. *Nomen ſuperlatiuũ quid.*

Decimus nonus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione referentis ipſum ad terminum: & hic modus conſtituit nomen adiectiuum ad aliquid dictum nuncupatum, vt Pater, & Filius, æqualis, & ſimilis, & omnia alia, quæ relationem important in concreto. Nomen ergo adiectiuum ad aliquid dictum eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione referentis ipſum ad terminum. *Decimus nonus.* *Nomen ad aliquid, quid.*

Vigeſimus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione actus in habitum tranſmutati, & hic modus conſtituit nomen adiectiuum verbale, vt amabilis, amabundus. Nomen ergo adiectiuum verbale eſt, quod deſcendit à voce verbi ſignificans per modum denominantis alterum ſub ratione actus tranſmutati in habitum. *Vigeſimus.* *Nomen. Verbale quid.*

Et notandum, quòd nomen adiectiuum participiale, vt amans, & huiuſmodi ſub voce participij eundem modum ſignificandi actiuum habet, & ideò ſpecificè à nomine verbali diſcrepare non poteſt, & ideò ſub diuiſione generali collocatur. *Nota.*

Vigeſimus primus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione temporis, & hic modus conſtituit nomen adiectiuum Temporale, vt diurnus, nocturnus, annuus. Nomen ergo adiectiuum temporale eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione temporis. Et quia quædam huiuſmodi nomina ab aduerbijs ſecundùm vocē deriuantur, ideò aduerbialia nuncupantur, vt hodiernus, ſerotinus. *Vigeſimus primus.* *Nomen tēporale quid.*

Vigeſimus ſecundus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominantis alterum ſub ratione loci, & iſte modus conſtituit nomen adiectiuum locale, vt vicinus, propinquus, proximus. Nomen ergo adiectiuum locale eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratiòne loci. *Vigeſimus ſecundus.* *Nomen locale quid.*

Vigeſimus tertius modus adiacentis eſt modus ſignificādi per modū denominantis alterum ſub ratione ordinis. Et hic modus conſtituit nomen adiectiuum ordinale, vt primus, ſecundus, tertius. Nomen ergo ordinale eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione ordinis. *Vigeſimus tertius.* *Nomen ordinale quid.*

Vigeſimus quartus modus adiacentis eſt modus ſignificandi per modum denominandi alterum ſub ratione numeri, & hic modus conſtituit nomen numerale. Nomen *Vigeſimus quartus.*

ergo adiectiuum numerale eſt, quod ſignificat per modum denominantis alterum ſub ratione numeri. Et ſic patent modi ſignificandi communis per ſe ſtantis, & adiacentis qui ſunt, & quot ſunt. Si autem ſunt alij modi ſignificandi per modum communis per ſe ſtantis, adiacentis ab his diuerſi. Qui tamen ſunt magis vſitati ſunt hi primitus recitati.

Nomē nūerale quid.

Conſequenter ſub modo appropriati, qui ex oppoſito diuidabatur contrà modum ſignificandi communis ad modos ſpecialiſſimos deſcendamus. Diuiditur autem iſte modus in quatuor modos, quorum primus eſt modus propriæ denominationis ſumptus proprietate indiuiduationis abſolutè, & hic modus, conſtituit nomen proprium indiuidui, & abſolutè, impoſitū, vt Sortes, Plato. Nomen ergo propriè proprium eſt, quod ſignificat rem ſuam ſub proprietatibus indiuiduationis abſolutè.

Iſtius modi diuiſiones quatuor Primus.

Nomen propriè propriū quid.

Secundus.

Secundus modus appropriati eſt modus ſignificandi per modum pronominationis ſumptus à proprietate differentiæ, quæ eſt facere differre, & iſte modus conſtituit nomen proprium prænomen, vt Marcus Tullius. Nomen ergo proprium prænomen eſt, quod impoſitum eſt, ſub ratione differentiæ.

Nomen proprium prenomē quid.

Tertius.

Tertius modus appropriati eſt modus ſignificandi per modum cognominis, vel cognationis ſumptus à proprietate parentali, quæ eſt ad vnum pluribus conuenire, & iſte modus conſtituit nomen proprium cognomen, vt omnes de parentella Romuli dicuntur Romuli. Et dicitur cognomen quaſi pluribus cognatis nomen commune. Nomen ergo proprium cognomen eſt, quòd impoſitum eſt rei indiuiduæ ſub proprietate parentali.

Nomen proprium cognomen quid ſit & eius Etymologia.

Quartus modus appropriati eſt modus ſignificandi per modum agnominis ſumptum à proprietate euentus, & hic modus conſtituit nomen proprium agnomem vt Scipio nominatus fuit Africanus, quia Africam vicit ab euentu. Nomen ergo proprium agnomen eſt, quod impoſitum eſt rei indiuiduæ ſub proprietate euentus. Patet ergo, qui, & quot ſunt modi ſignificandi nominis eſſentiales, generales, ſpecialiſſimi, & ſubalterni; & quę & quot ſunt ſpecies nominis per eoſdem conſtitutæ.

Quartus.

Nomē propriū Agnomen quid.

Epilogatio.

Et notandum, quòd ſicut modus generaliſſimus nominis qui eſt modus entis diuiditur in modos ſpeciales deſcendendo ad modos ſpecialiſſimos. Sic nomen ſimpliciter ſumptum in ſua prima diuiſione diuiditur in nomen com-

Nominis diuiſiones plures.

mune,& Nomen propriũ. Nomen verò,cõmune vel appellatiuum diuiditur in adiectiuum,& ſubſtantiuum. Nomen ſubſtantiuum diuiditur in nomen ſubſtantiuum generale, ſpeciale, patronomicum, collectiuum, & diminutiuum. Nomen adiectiuum diuiditur in nomen adiectiuum denominatiuum, generale, ſpeciale,poſſeſſiuum, diminutiuũ gentile, patrium,interrogatiuum, reſponſiuum, infinitum, negatiuum, demonſtratiuum, relatiuum, poſitiuum, comparatiuum, & ſuperlatiuum, ad aliquid dictum, temporale, verbale, locale, numerale, diuiſiuum, & collectiuum. Item proprium diuiditur in nomen propriè proprium, prænomen,cognomen, & agnomen.

Et ſciendum, quòd præter nomina de quorum modis ſignificandi determinatũ eſt,ſunt & plura alia nomina vſitata, quæ differentiam ſpecificam non habent ſecundùm modos ſignificandi diſcrepantes ſecundùm diuerſitatem vocis,vel ſignificati. Ideò ſub ſpecialibus modis ſignificandi non cadunt: ſed comprehenduntur ſub modis ſignificandi ſupradictis,ſicut nomen corporale, incorporale, æquiuocum, Synonimum, abſolutum, fictum; & his ſimilia, quorum quædam ſunt ſub nominibus ſubſtantiuis, quædam verò ſub nominibus adiectiuis comprehenduntur.

Determinatis modis ſignificandi eſſentialibus nominis, conſequenter de modis ſignificandi accidẽtalibus nominis videamus.Iuxta quòd notandũ quòd qualitas,quã aſſignat Donatus pro accidente nominis, diuidens eam in qualitatẽ propriam,& appellatiuam, nominat duos modos ſignificãdi eſſentiales nominis ſubalternos, ſcilicèt modũ communis,& appropriati,vt patet ex prædictis,quæ dicũtur accidere nomini,quia ſunt præter intellectũ eſſentialẽ nominis ſimpliciter,& abſolutè ſumpti. Item cõparatio, quam Donatus diuidit in tres gradus nominat tres modos ſignificandi conſtituentes poſitiuum, comparatiuum, & ſuperlatiuum, de quibus dictũ eſt. Et ſub his tribus modis ſignificandi tres gradus comparationis nominantur. Et dicitur etiam comparationẽ accidere nomini, quia hi tres modi ſunt extrà nominis abſolutè ſumpti eſſentiã. Et ſic vnanimiter omnis modus ſignificandi, qui non eſt modus eſſentialis generaliſſimus poterit dici accidens nominis abſolutè.talis modus eſt tamẽ eſſentialis parti ſecundùm ſpeciem. Dicamus ergo de modis ſignificandi purè accidẽtalibus nomini, & ſunt,ſ. ſecundùm Grammaticos; ſpecies, genus, numerus, figura, perſona, & caſus. De his ergo dicamus, & primò de ſpecie.

Nomē primitiua & deriuatiua ſpecies quid.

Iuxta quòd ſciendum, quòd ſpecies ſecundùm quod eſt modus ſignificandi accidentalis nominis non attenditur ex parte vocis, vt quidam dicunt, ità quòd illud nomen ſit primitiuæ ſpeciei, cuius vox eſt primò ad ſignificādum impoſita, & illud deriuatiuę ſpeciei, cuius vox eſt ſecūdariò impoſita à voce primitiuà deſcendens, vt albus deſcēdit ab albedine, & tunc modus ſignificandi actiuus à voce traheretur, & non à rei proprietate, quod eſt contrà poſita.

Dicendum eſt ergo, quòd ſpecies ſumitur à proprietate, quæ eſt modus exiſtendi primariè, vel ſecundariè. Et voco modum ſignificandi primariè modum exiſtēdi abſolutè, & modum ſignificandi ſecundariè modum exiſtēdi cōparatè. Species ergo eſt modus ſignificandi accidentalis nominis, mediante quo modum ſignificandi primarium, vel ſecundariū ſignificat, & diuiditur in ſpeciē primitiuā, & deriuatiuā. Species primitiua eſt modus ſignificandi rē per modū primarij ſub eſſe primario, vel ſub eſſentia prima. Species deriuatiua eſt modus ſignificandi rem ſub eſſe ſecūdario, vel ſub eſſentia ſecūdaria. Vndè mons primitiuæ ſpeciei eſt, quia ſignificat rē ſub eſſentia primaria, quę eſt eſsētia abſoluta. Sed montanus eſt deriuatiuæ ſpeciei: quia ſignificat rē ſub eſſe ſecundariò, ſiue eſſentia ſecundaria, quæ eſt eſſentia cōparata. Nàm montanus nō ſignificat montē abſolutè, ſed in cōparatione ad habitatorem montis: & ſic eſt in alijs, quæ ſunt primitiuæ, aut deriuatiuæ ſpeciei.

Species diffinitio & diuiſio.

Species primitiua quid.

Species deriuatiua quid.

Dicto de ſpecie, dicendum nunc reſtat de genere. Iuxtà quòd notandum, quòd in rebus inueniūtur duæ proprietates generales. ſ. proprietas agentis, & proprietas patiētis, quę licèt omnibus rebus ex materia, & forma compoſitis inueniantur, tamen in rebus ſeparatis, magis promptè, & diſtinctè videntur ineſſe: quorum vnum determinatè eſt generans, & alterum determinatè patiens. Alijs autem rebus inſunt ſub quadam differentia, & indeterminatè Ex hoc, antiqui attendētes diffinierunt genus dicentes, Genus eſt diſcretio ſexus. hoc eſt: Genus eſt mod' ſignificādi nominis ſumptus à proprietate actiua, vel paſſiua, quæ in rebus ſeparatis magis promptè, & determinatè inuenitur. Ab huiuſmodi enim proprietatibus, vt dictū eſt trahitur genus in nominibus. Vndè genus eſt modus ſignificandi, mediante quo nomen proprietatem agentis, vel patientis indifferenter, vel vtrumque ſignificat, & ſecundùm diuerſitatem harum proprietatum diuerſificatur genus in nomine per maſculinum, & fœmininū &c. Genus maſculinum eſt mo-

De Genere. Nominis.

In rebus inueniuntur duæ proprietates generales ſcilicet agentis & patientis.

Genus quid.

dus ſignificandi rem ſub proprietate agentis, vt vir, lapis. *Genus maſculinum quid.* Genus fœmininum eſt modus ſignificãdi rem ſub proprietate patientis, vt mulier, petra. Genus commune eſt modus *Fœmininũ quid.* ſignificandi rẽ ſub vtraque proprietate determinatè, vt homo, virgo, Aliter dicitur, & melius, quòd genus commune *Commune quid.* eſt, quod nec differtur à maſculino, nec fœminino. Genus neutrũ eſt modus ſignificandi rẽ ſub proprietate neutra, quę eſt indeterminata, & indifferenter ad vtrũque; vt lignũ, animal &c. Quidã tamen dicunt, quòd neutrum genus ſit modus priuandi rem ſub priuatione vtriuſq; proprietatis, quo *Genus neutrum quid.* poſito, vel genus neutrum non erit modus ſignificandi, ſed figmentum: vel à priuatione accipietur, quæ nullius eſt cauſa: quæ ambo ſunt inconuenientia, niſi tunc intelligantur, quædam nomina eſſe ſub priuatione vtriuſque proprietatis impoſita, & ſic ipſa eſſe neutri generis, & hoc eſt benè poſſibile. Sicut aliqua verba poſſunt imponi ad ſignificandum priuationem generis, vel alterius accidentis, quàm generis; quod tamen imponitur nomen ad ſignificandum ſub proprietate omnis generis hoc tantùm conuenit adiectiuis; quæ genus non habent ex proprietate ſuæ rei ſubiectæ. *Nomen Epicœni quid.* Sed ex proprietate rei ſubſtantiui nominis, vndè dicitur adiectiuum eſſe omnis generis, quia poteſt attribui ſubſtantiuo maſculini generis, fœminini, vel neutri: vt fœlix. Item *Nomen dubij generis quid.* illud nomẽ dicitur epicœni generis, quod habet maſculinũ genus, & fœmininũ ſub vno deſignatum: vt hic paſſer, hæc aquila. Item illud nomen dicitur dubij generis, quod nulla cauſa cogẽte poëtę ſub vtroque genere maſculino, & quandoque ſub fœminino, vt hic, vel hæc dies. hic, vel hæc cortex.

Habito de genere, dicendum eſt de numero iuxta quòd *De Numero nominis.* notandum, quòd numerus in rebus extra animã ſecundùm Boëtium eſt multitudo ex vnitatibus profuſa.

Sed duplex eſt vnitas, quędam eſt indiuiſiua rei entitas, *Numerus quid.* à qua ens dicitur vnum. i. indiuiſiuum: ab iſta vnitate multoties iterata profunditur multitudo, quæ eſt vnum de tran- *Vnitas duplex.* ſcendentibus, vt ens, vnum. Et quia cum ente conuertitur huiuſmodi multitudo vocatur numerus eſſentiarum, & ſecundum iſtum numerum eſſentiarum, ſpecies rerum numerantur.

Alia eſt vnitas, quæ eſt rei indiuiſa continuitas à qua continuũ dicitur vnum. i. indiuiſiuũ: ab ipſa vnitate multoties iterata profunditur multitudo, quę numerus materialis vocatur. i. indiuiduorũ, ſecundũ differẽtiã materialẽ differẽtiũ.

Numerus quare dicatur accidentalis. Iſte etiam numerus dicitur accidẽtalis, quia per hunc numerantur indiuidua, quæ per accidens differunt.

Et ſciendum, quòd in vtroque numero duæ proprietates inueniuntur. ſ. proprietas indiuiſibilitatis, quæ ineſt ſibi ratione vnitatis, & proprietas diuiſibilitatis, quæ ineſt ſibi ratione multitudinis, quæ ab vnitatis replicatione profunditur. Et ex his proprietatibus iã dictis ſumitur numerus in nomine, qui eſt modus ſignificandi accidẽtalis nominis.

Numeri diffinitio & diuiſio Numerus ergo eſt modus ſignificandi accidentaliter nominis mediante quo, nomen proprietatem diuiſibilitatis, ſi eſt proprietas multitudinis conſignificat. Diuiditur autem in ſingularem, & pluralem.

Numerus ſingularis quid. Numerus ſingularis eſt modus ſignificandi rem ſub proprietate indiuiſi, quæ eſt proprietas vnius, vt animal, homo.

Numerus pluralis quid Numerus pluralis eſt modus ſignificandi rem ſub proprietate diuiſi quæ eſt proprietas multitudinis, vt animalia, homines, boues, &c.

De figura nominis opinio aliquorum de modo ſignificandi nominis. Dicto de numero dicendum eſt de figura. Iuxta quod notandum eſt, quòd figura prout eſt modus ſignificandi nominis, nõ accipitur à proprietate vocis, vt quidã dicunt, ſed à proprietate ſumpta in re: ità quòd, illud nomẽ ſit ſimplicis figuræ, cuius vox eſt ſimplex, vt doctus, & illud compoſitæ figuræ, cuius vox eſt cõpoſita, vt indoctus, illud verò decõpoſitæ, cuius vox eſt decompoſita, vt inexpugnabilis, quia hoc poſito modi ſignificandi traherentur à voce, & non à rei proprietate, quod eſt contra dicta. Sed dicẽdum eſt, quòd figura ſumitur à proprietate rei.

Nomẽ ſimplicis figuræ quid. *Nomen decompoſitæ figuræ quid.* Iuxta, quod notandum, quòd in rebus inueniuntur tres proprietates communes. ſ. proprietas ſimplicis, proprietas compoſiti, & proprietas decõpoſiti. Et voco proprietatem decõpoſiti, proprietatẽ collectionis ex pluribus, quàm duobus. Ab iſtis proprietatibus rerũ ſumitur figura, quæ eſt modus ſignificandi nominis. Ab his etiam proprietatibus imponit Logicus tres voces ad ſignificandum. ſ. terminum, propoſitionem, & ſyllogiſmum, licèt aliter ſumatur ſimplicitas, compoſitio, & decompoſitio, in nomine ſimplicis, compoſitæ, & decompoſitæ figuræ, quàm in termino, propoſitione, & ſyllogiſmo. In propoſitione, & ſyllogiſmo ſumitur compoſitio ſecundùm diſtantiam circà diuerſa ſignificata diuerſarum vocum cadens. Sed in nomine compoſitæ, & decompoſitæ figuræ, ſumitur compoſitio ſecundùm diſtantiam vocum, circà idem ſignificatum eiuſdem dictionis cadens. Similiter in termino ſumitur ſimplicitas, prout opponitur

Tres proprietates communes in rebus inueniuntur.

opponitur compoſitioni, & eſt ſecundùm diſtantiam cadẽs circa diuerſa diuerſorũ vocum; ſed in definitione ſimplicis figuræ ſumitur ſimplicitas, prout opponitur compoſitioni, quæ eſt ſecundùm diſtantiam circa idem ſignificatum eiuſdem dictionis cadens.

Figura ergo eſt modus ſignificãdi accidentalis nominis, mediante quo nomen proprietatem ſimplicis cõpoſiti, vel decompoſiti ſignificat. Et ſecundùm hanc triplicem proprietaté rei, variatur figura ſimplex, cõpoſita, & decõpoſita. *Figura quid.*

Figura ſimplex eſt modus ſignificandi rem nominis ſub proprietate ſimplicis, vt diues, pauper. Compoſita, ſub proprietate cõpoſiti, vt prædiues, præclarus. Decõpoſita ſub proprietate decompoſiti, ideſt, ſub proprietate collectionis, vt inexpugnabilis. *Figura ſimplex quid. Compoſita quid. Decompoſita quid.*

Et hoc eſt, quod ſolet dici, quòd illa dictio eſt ſimplicis figuræ, quæ eſt impoſita à ſimplici conceptu ad ſignificandum; & illa eſt cõpoſitæ figuræ, quæ eſt impoſita ad ſignificandum à conceptu compoſito; & illa dictio dicitur eſſe decõpoſitæ figuræ, quæ eſt impoſita à pluribus conceptibus ad ſignificãdum, quàm ex duobus aggregatis, licèt hoc verum ſit; tamen quia huiuſmodi conceptus nõn ſunt ficti, oportet correſpõdere proprietates in re, & hæ ꝓprietates ſunt hæ, quæ dictæ ſunt, quas nomẽ ſignificat cõceptibus memoratis mediantibus. *Dictio ſimplicis figura quanam ſit. Dictio compoſita figura qua. Dictio decompoſita figura quid.*

Conſequenter de Caſu dicamus. Iuxtà quòd notandùm, quòd in rebus inueniuntur duæ proprietates, ſcilicèt proprietas principij, & proprietas termini, item inueniũtur quædã proprietates gñes in rebus, ſcilicèt, vt quid eſt aliquid in ſe, quod eſt alterum, & proprietas, cuius eſt aliud; & proprietas, vt cui aliquid datur; & ſic de conſimilibus, quæ repræſentantur per inflexionem huius nominis, quod, cuius, cui, &c. Et à primis proprietatibus oritur caſus, qui eſt modus ſignificandi nominis. Sed à ſecundis proprietatibus ſuperadditis primis oriuntur differentiæ caſus, vel caſuum. *De caſu nominis in rebus inueniuntur iſte dua proprietates ſcilicet principij, & termini.*

Caſus igitur eſt modus ſignificandi accidentalis nominis, mediante quo nomen proprietatem principij, vel termini conſignificat: & ſecundùm harum proprietatum diuerſitatẽ, cum alijs proprietatibus ſuperadditis, caſus in ſex ſpecies partitur, in nominatiuum, genitiuum, datiuum, accuſatiuum, vocatiuum, & ablatiuum. *Caſus quid. Diffinitio, & diuiſio.*

Nominatiuus caſus eſt modus ſignificandi in ratione principij illa proprietate rei, vt quod eſt alterum ſuperaddita, vt dicendo, Sortes currit, vel amat: iſte nominatiuus *Nominatiuus quid.*

Sortes ſignificat in ratione principij huius actus amare ſub proprietate, vt quod eſt alterum, id eſt ſub proprietate, vt ꝙ eſt aliquid in ſe; alterum actum verbi ſibi eſt inhærēti principians actiuè. Similiter Sortes amatur, Sortes ſignificat, vt quod eſt aliquid in ſe alterum principians paſſiuè, vtrobique enim ſtat ſub proprietate principij reſpectu verbi dependentis proprietate, vt quod eſt alterum ſuperaddita.

Et ex hoc patet error dicentium nomen eſſe modum, de quo eſt aliquid enunciabile, vel modū, in quo eſt alterū, vt in ſubiecto. Licèt enim res nominatiui reſpectu verbi poſſit ſubſtare proprietati, vt de quo, vel proprietati, vt in quo, & ſic de alijs; tamen voce nominatiui res non ſignificatur ſub proprietate, vt de quo, vel in quo, quia tunc nominatiuus caſus nō eſſet ab ablatiuo diſtinctus. Itē cōſtructio nominatiui cū verbo fieret mediante præpoſitione, de, vel, in quo, & hoc poſito præpoſitio nō deſeruiret, ꝙ falſum eſt.

Modus ſignificandi nominatiui. Nominatiuus ergo eſt modus ſignificandi, vt quod eſt alterum. Et hoc probatur ratione, & auctoritate, ratione ſic. Ille modus, eſt modus ſignificādi nominatiui, per quem nominatiuus ab omnibus alijs diſtinguitur, ſed per modū, vt quod eſt alterum eſt modus diffinitus ab alijs, ergo nominatiuus eſt modus ſignificandi, vt quod eſt alterum. Hoc autem patet auctoritate Petri Heliæ, qui vult, quòd ſpecies, ſiuè modi caſuum ſumantur penès inflexionem huius nominis, quod, cuius, cui, &c. Si ergo genitiuus eſt modus ſignificandi; vt cuius eſt alterum; datiuus, vt cui aliquid datur, nominatiuus erit modus ſignificandi, vt quod eſt alterum. Et dicitur iſte modus ſignificandi nominatiuus; quia ſub iſto modo rebus nomina imponimus. Et huic modo proportionatur modus in verbo, vt ipſum eſt alterum, ſ. principiatum, & cauſatū à re nominatiui actiuè, vel paſſiuè.

Modus ſignificandi genitiui. Genitiuus eſt modus ſignificandi rem in ratione principij, vel termini indifferenter, proprietate, vt cuius eſt alterum ſuperaddita. Vndè dicendo, Sortis intereſt, iſte genitiuus Sortis ſignificat rem in ratione principij reſpectu huius verbi intereſt, proprietate, vt cuius eſt alterum ſuperaddita. Similiter dicendo miſereor Sortis, vel filius Sortis eſt, iſte genitiuus Sortis ſignificat rem in ratione termini reſpectu huius verbi miſereor, vel huius nominis filius, proprietate, vt cuius eſt alterum ſuperaddita, dicitur genitiuus, quaſi primò à voce nominatiui genit᷒, & huic modo proportionatur modus in verbo, vt ipſum eſt alterius.

Genitiuus vndè dicatur.

Datiui modi ſignificandi. Datiuus caſus eſt modus ſignificandi rem in ratione principij, vel termini indifferenter proprietate, vt cui alterū

acquirit ſuperaddita, vt dicendo, Sorti accidit. in hac conſtructione, iſte datiuus Sorti ſignificat per modum principij ſuperaddito ſibi modo, vt cui alterum acquiritur. Similiter dicendo, faueo Sorti, vel ſimilis eſt Sorti, in hac cõſtructione iſte datiuus Sorti ſignificat rem in ratione termini, proprietate, vt cui alterum datur ſuperaddita: & dicitur iſte modus ſignificandi Datiuus, quia eſt modus ſignificandi, vt cui alterũ acquiritur, vel datur, & huic modo proportionatur modus in verbo, vt ipſum eſt quod alteri datur.

Accuſatiuus caſus ſecundùm dictam inflexionem, eſt modus ſignificandi rem in ratione termini proprietate, vt quem ſuperaddita, vt dicendo amo Sortẽ. Iſte accuſatiuus Sortem ſignificat proprietatem terminandi actum, & dependentiam huius verbi amo, proprietate, vt quem ſuperaddita, & dicitur accuſatiuus, quaſi terminus actus: & huic modo proportionatur in verbo modus dependentis ſub modo, vt alterum. Aliquando tamen accuſatiuus caſus eſt modus ſignificandi rem ſub ratione principij ſimpliciter, ideſt proprietate ſpeciali non, ſuperaddita, ſcilicèt, quandò actus conſtruitur cum infinitiuo, vel cum verbo impetſonali vt dicendo me legere, me oportet; hic ſignificat accuſatiuus rem ſub ratione principij ſimpliciter à nulla proprietate, ſcilicèt ſpeciali contracta, nec contrahibili, cui proportionatur modus verbi ſimpliciciter, & hic modus non videtur ſibi accidere, niſi tunc ponatur, quod actus ſit modus ſignificandi æquiuocus ad ſignificãdum ſub ratione termini, vt quem, & ad modum ſub ratione principij ſimpliciter. *Accuſatiui modus ſignificandi.*

Et ſciendum, quòd ratio termini, vt quem aliquandò ſumitur ſimpliciter non contractè, vt dicendo lego librum; aliquando contractè, vt quandò contrahitur per præpoſitionem accuſatiuo deſeruientem, vt dicendo, vado ad patrem, vel curro ad campum, & ſic de alijs, & ſic modus ſibi correſpondens ſimpliciter eſt contrahendus.

Vocatiuus caſus eſt modus ſignificandi ſub proprietate termini dependentis actus exerciti, vel exercitati nulla differẽtia proprietatum dictarum ſuperaddita; vt dicendo ô Henrice iſte vocatiuus habet in ſe rem in ratione termini tantùm in ratione dependentis actus illius exerciti. *Vocatiui modus ſignificãdi.*

Vndè notandùm, quòd duplex eſt actus; ſcilicèt ſignatus, & exercitatus. Actus ſignatus eſt, qui per verbum, vel participium cauſatur, vt lego, legens. *Actus duplex ſignatus, & exercitus.*

Actus exercitatus eſt, qui per prolationẽ huius aduerbij, ô, exercitatur, quaſi in eius modum ſignificandi cadens,

& huius proprius terminus eſt vocatiuus; ideò iſte modus ſignificandi vocatiuus nominatur, quia eſt proprius terminus vocationis, ſeu actus vocandi. Et huic modo ſignificandi vocatiui : vt exercitati proportionatur in aduerbio modus ſignificandi per modum vocantis, vel exercitantis.

Ablatiui modus ſignificandi. Ablatiuus eſt modus ſignificandi rem in ratione principij, vel termini indifferenter proprietate, vt quo ſuperaddita, vt dicēdo vtor pane, iſte ablatiuus ſignificat in ratione termini proprietate, vt quo, ſuperaddita, & huic modo proportionatur modus dependentis ſub modo, vt altero. Sic dicēdo à Sorte legitur, iſte ablatiuus ſignificat in ratiōe principij modo, vt quo ſuperaddito, & dicit iſte mod⁹ ablatiuus, quia eſt modus ſignificandi, vt à quo aliquid auferimus.

Et eſt ſciendum, quod ratio principij, vel termini à quo ſumitur aliquādo non cōtractè, vt dicendo vtor pane, aliquādo cōtractè præpoſitionibus adiectis, vt dicendo à Sorte legitur in Eccleſia, vel in domo, & ſic de alijs, & ſic modus ſignificādi correſpondēs tibi, & proportionabilis eſt contrahendus ex iſtis.

Sufficientia iſtorum caſuum. Sufficiētia iſtorū caſuū ſic ſumitur, vt patet per hūc modū. Omnis caſus aut eſt modus ſignificādi in ratione principij, vel termini tantùm, vel vtriuſque indifferenter. Si caſus ſit modus ſignificandi rem in ratione principij tantummodo, vt quod eſt alterū ſuperaddito, & ſic eſt nominatiui caſus: ſi termini tantùm nullo alio modo ſuperaddito, & ſic eſt vocatiuus caſus: ſi ratione vtriuſque indifferenter, vel hoc eſt modo ſupaddito, vt cui⁹, & ſic eſt genitiuus caſus, vel modo, vt cui, & ſic eſt datiuus caſus, vel modo, vt quem, & ſic eſt accuſatiuus caſus, vel modo, à quo, & ſic eſt ablatiuus caſus.

Et ſciendum, quòd ſicut ſpecies, & differentiæ caſuum attenduntur penès inflexionem huius nominis, quod, cuius, cui, &c. Sic modi in verbo proportionabiliter caſibus attēdunt penès inflexionē huius nominis, alter, alterius, alteri.

De perſona nominis. Habito de caſu dicendum eſt de perſona. Iuxtà quòd notandum, quòd in rebus rationabilibus reperitur, quędam proprietas loquendi à qua trahitur perſona, quę eſt accidens nominis. Eſt ergo perſona modus ſignificandi nominis, mediante quo, nomen proprietatem loquendi conſignificat, & ſecundùm has diuerſitates loquendi de ſe ad alium, vel de alio variatur perſona per triplicem differentiam, ſcilicèt primam, ſecundam, & tertiam.

Perſona nominis quid. *Perſona triplex.* *Prima quid.*

Prima perſona eſt modus ſignificandi rem ſub proprietate loquendi de ſe, vt de ſe.

Secunda perſona eſt modus ſignificandi rem ſub proprietate loquendi ad alium, vt ad alium. *Secunda quid.*

Tertia perſona eſt modus ſignificandi rem ſub proprietate loquendi de alio, vt de alio, & quia modus loquendi de ſe, non eſt ſine modo ſignificandi de ſe; ideò dicitur modus iſte perſona per ſe à ſonando nominata. *Tertia quid.*

Notandùm, quòd declinatio, quam Donatus ſub caſu comprehendit à proprietatibus caſuum oritur: de quibus dictum eſt. Et quia ad iſtam inflexionem proprietatum ſequitur in pluribus inflexio vocum. Ideò quidam dixerunt declinationem eſſe vocis in vocem inflexionem. *Declinatio vnde oriatur.*

Quòd autem aliquod nomen ſit primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, vel quintæ declinationis, vel conſequentis, vel inconſequentis: hoc autem totum ex parte vocis attenditur. Et ſic patet, qui, & quot ſunt modi ſignificandi nominis, tàm eſſentiales, quàm accidentales.

DE MODO SIGNIFICANDI ESSENTIALI *generaliſſimo Pronominis.* Cap. IX.

Modus ſignificandi eſſentialis generaliſſimus pronominis eſt modus ſignificandi per modũ entis, & indeterminatæ apprehenſionis, à qua verò proprietate modus ſignificandi per modum entis ſumitur, de quo prius dictum eſt. Nàm in hoc modo Pronomen à nomine non diſtinguitur, vt dictum eſt. Modus verò indeterminatæ apprehenſionis habet ortũ à proprietate, ſeu modo eſſendi materiæ primæ. Materia enim prima in re extra, indeterminata eſt reſpectu cuiuſlibet formæ naturalis, quæ ineſt de ſe: ità quòd non includit formam, nec determinationem formę; ab illa enim proprietate materiæ primæ, quæ eſt proprietas de ſe indeterminata; determinata tamen per formam ſumitur modus ſignificandi per modũ indeterminati, qui eſt modus eſſentialis generaliſſimus Pronominis, non quòd Pronomen materiam primã ſignificet tantùm, ſed ex modo eſſendi reperto in materia prima, intellectus mouetur ad conſiderandum aliquam eſſentiam, ſic indeterminatam, & imponit ſibi vocem ſub modo ſignificandi per modum indeterminati. Et hunc modum generaliſſimum eſſentialem Pronominis Grammatici expreſſerunt, dicentes pronomen ſignificare ſubſtantiam meram, vel ſubſtantiam ſine qualitate; dantes intelligi per ſubſtantias modum entis, qui in ſubſtantiam principaliter reperitur, vt dictũ eſt prius, per meram autem, vel ſine qualitate, modum indeterminatæ apprehenſionis.

Modus indeterminatæ apprehenſionis quid.

Materia prima ex ſe indeterminata eſt reſpectu cuiuſcumque formæ naturalis.

Obiectio. Sed ſi obijciatur ſic: modus ſignificandi partis debet eſſe poſitiuus, & nõ priuatiuus, ſicut pars eſt quoddã poſitiuũ, ſed modus indeterminatæ apprehenſionis eſt modus priuatiuus, ergo non poteſt eſſe modus ſignificandi pronominis.

Responſio. Dicendum, quòd illud, quod eſt ità indeterminatum, quod excludit formam, & formæ determinationẽ eſt priuatiuum; tamen illud, ꝙ eſt ſic indeterminatũ, ꝙ nõ excludit formã, nec formæ determinationẽ nõ eſt priuatiuum, & ſic habet modus ſignificãdi pronominis, qui eſt mod⁹ indeterminati de ſe, tamẽ determinabilis, vel dicendũ, ꝙ per modũ

Obiectio. *Reſponſio.* iſtũ priuatiuũ Grãmatici circũloquuntur modũ ſignificãdi partium, qui eſt modus ſignificandi communis ſimpliciter.

Modus ſignificandi communis pronominis. Et ſi dicatur, quòd iſte modus ſignificandi communis ſimpliciter inuenitur in hoc nomine ens, ergo ens eſt pronomen, vel pronomen non erit diſtinctum à nomine.

Omnem partem orationis eſſe ens ſecundùm animam Dicendum, quòd licèt hoc nomẽ ens habeat modum ſignificandi communẽ reſpectu ſignificatorum ſpecialium, ſcilicèt ſubſtãtiæ, vel accidentis, hominis, vel Leonis; tamẽ eius ſignificatum non eſt commune reſpectu aliorum tranſcendẽtium; quæ ſunt vnum, res, & aliquid; & reſpectu negationum, & priuationum, vt nihil eſt non ens, ergo non habet modum ſignificandi communis ſimpliciter. Sed pro-

Omnes priuationes, & negationes eſſe entia poſitiua in anima. nomen habet modum ſignificandi communis ſimpliciter, reſpectu omnium ſignificatorum ſpecialium, & tranſcendentium priuationum, & negationum teſte Priſciano; qui dicit quòd pronomen ad omne ſuppoſitum pertinet. id eſt ad omne ſignificatum ſe extendit, ergo inſtantia nulla.

Pronomen quid. Iuxtà quod notandum, quòd omnis pars orationis eſt ens ſecundùm animam.

De modis eſſentialibus ſubalternis, & ſpecialiſſimis pronominis. Item ſciendum, quòd omnes priuationes, & negationes in re ſunt entia poſitiua in anima, vt dictum eſt prius: dicendum eſt ergo, quòd licèt modus indeterminati ſit priuatinus ſecundùm rem eſt tamen poſitiuum in anima, & hoc ſufficit ſecũdùm diſtinctionem partium orationis, quæ ſunt entia ſecundùm animam Pronomen ergo eſt pars orationis ſignificãs per modũ entis, & indeterminatę apprehẽtionis.

Modus ſignificandi qui vocatur demonſtratio à quo ſumatur. Sub hoc autẽ generaliſſimo modo ſignificãdi ꝓnominis ad modos eſſentiales, & ſubalternos, & ſpecialiſſimos deſcẽdamus, qui ſunt modi relationis, & demõſtrationis, modus primitiui, & deriuatiui, modus ſubſtãtialis, vel ſubſtãtiui, & adiectiui. Mod⁹ ergo ſignificãdi, qui vocat demõſtratio ſumit à ꝓprietate rei, quæ eſt proprietas certitudinis, & pręſentiæ, ſeu notitiæ primę intellectus, & hũc modũ Donatus vocat qualitatẽ finitã, & hic mod⁹ cõſtituit pronomẽ demõſt.

Pronomen ergo demõſtratiuũ ſignificat rẽ ſub ratione, vel proprietate preſentiæ, ſeu notitiæ primæ. Semper enim pronomina væ demonſtrationis rem, vt certam, & præſentem repræſentiant, ſiuè vt demonſtratio ad intellectum, ſiuè ad ſenſũ, tamen differenter, quia demonſtratiuũ pronomen per ſenſum, hoc, ꝙ demonſtrat ſignificat: vt ille currit, ſed pronomẽ demonſtratiuũ ad intellectum hoc, quod demõſtrat nõ ſignificat, ſed aliud, vt ſi dicat de herba demõſtrata in manu mea, hæc creſcit in horto meo, hec vnum demõſtratur, & aliud ſignificatur. Et hunc modum demõſtrandi habẽt ꝓpria noĩa, vt ſi dicã demõſtrato Ioãne iſte fuit Ioannes: hic vnum demonſtratur, & aliud in numero ſignificatur. Et ſic contingit dare diuerſos modos certitudinis, & pręſentię & ſecundũ hoc erũt diuerſi modi demõſtrationum: & ex conſequẽti diuerſa pronomina demonſtratiua. Contingit enim rẽ eſſe præſentẽ, & certã, vel maximè eſſe certam, vel præſentem, & ſic demõſtratur per hoc pronomen ego, vel non maximè eſſe certã, & præſentem, & ſic demõſtratur per hoc pronomen, & alia ſimilia. *Pronomeñ demonſtratiuũ quomodo rem ſignificet.*

Modus ſignificandi, qui vocatur relatio ſumitur à proprietate rei, quæ eſt proprietas abſentiæ, & certitudinis, ſeu notitiæ ſecundæ. Vndè & Donat' appellat iſtũ modũ qualitatẽ infinitã. Et hic modus conſtituit pronomen relatiuũ Prouomen ergo relatiuum ſignificat rẽ ſub proprietate incertitudinis, ſeu notitiæ ſecundè, ſiue abſẽtię, ſemper enim pronomen relatiuum vi relationis repræſentat rem vt eſt abſens, & incerta, ſiuè res ſit abſens, ſiuè præſens, vt dicendo Sortes currit, & ille diſputat. Iſtud relatiuum illę refert hoc antecedens Sortes ſtans ſub actu primo, ſeu ſub notitia prima reiterando ipſum ſub actu ſecundo, ſiue ſub notitia ſecunda, & ſic notificat ipſũ, tanquã incertum, & abſens faciens recordationem de ipſo ſub actu ſecundo. Recordatio ſẽper eſt præteritrũ, & abſentium. Recordatio nihil aliud eſt, quã cognitio ſecunda, vt ſi aliquid ſit primò cognitum poſtea oblitũ, & iterũ ad memoriã reductũ. Vndè dicit relatio ante latę rei recordatio. Et ſicut cõtingit dare diuerſos gradus abſẽtię, ſecundũ hoc ſunt diuerſi modi relationis, & ex cõſeſiquenti diuerſa pronomina relatiua, quia ad diuerſitatem in cauſa, ſequitur diuerſitas in effectu. *Modus ſignificandi qui vocatur relatio à quo ſumitur.* *Pronomen relatiuũ à quo conſtituatur & quõ rem ſignificet.* *Quorum ſit recordatio & quid ſit.*

Mod' ſignificandi, qui eſt primitiu', & deriuatiuus ſumit ab eadẽ ꝓprietate in ꝓnomine, à qua ſumitur ſpecies primitiua, & deriuatiua in nomine: ſunt enim modi ſignificandi hic, & illic. Nàm primitiua in pronomine idẽ eſt, ꝙ ſpecies primitiua in nomine, & deriuatiua in pronomine idem eſt *Mod' ſignificandi primitiuus, et deriuatiuus à quo ſumatur.*

quòd ſpecies deriuatiua in nomine; ſed habent ſe differenter, quia primatio, & deriuatio conſtituit diuerſas ſpecies in pronomine, ſicut pronomen primitiuum, & deriuatiuum. Sed in nomine ſpecies primitiua, & deriuatiua modi ſignificandi accidentales nominis nominantur. Item modus adiacentis, & per ſe ſtantis ab eiſdem proprietatibus ſumitur in pronomine, ſicut in nomine, ſ. à proprietate eſſentiæ diſtinctæ modus per ſe ſtãtis, & à proprietate inhærentis alteri ſecundùm eſſe modus adiacentis.

Tria pronomina ſubſtãtiua ſcili. ego, tu, ſui ponuntur à grãmaticis.

Et notandum, quòd à Grammaticis ponuntur tria pronomina ſubſtantiua, ſ. ego, tu, ſui, quia huiuſmodi poetæ vſi ſunt virtute demonſtrationis, & relationis in ſermone perfecto ſine adiunctione alterius ſubſtantiui. Alijs autem omnibus vſi ſunt adiectiuè, ideo Grammatici poſuerunt omnia alia pronomina adiectiua.

Modus deriuatiuus duplex Primus.

Sub modo ſignificandi, qui eſt modus deriuatiuus ad modos ſpecialiſſimos deſcendamus. Continet autẽ ſub ſe duos modos. Primus eſt modus ſignificandi per modum adiacentis alteri ſub ratione poſſidentis ipſum, & hic modus conſtituit pronomen deriuatiuum poſſeſſiuum. Pronomen ergo deriuatiuum poſſeſſiuum eſt, quod ſignificat per modum adiacentis alteri per modũ poſſidentis ipſum, vt meus, tuus, ſuus &c. Secundus modus deriuatiuie, eſt modus ſignificandi per modum adiacentis alteri ſub ratione gentis, vel patriæ; & hic modus conſtituit pronomen deriuatiuum gentile. Pronomen ergo deriuatiuum gentile eſt, quòd ſignificat per modum adiacẽtis alteri ſub ratione gentis, vel patrię, vt noſtras, veſtras.

Pronomen deriuatiuũ poſſeſſiuum quid.

Secundus.

Pronomen deriuatiuũ gẽtile quid.

Pronominis adiectiui deriuatiui diuiſio.

Sic ergo patet, quòd modus ſignificandi generaliſſimus nominis, diuiditur in modos ſpecialiſſimos, & ſubalternos: ſic pronomen ſimpliciter ſumptum in prima ſua diuiſione diuiditur in pronomen demonſtratiuum, & relatiuum, primitiuũ, determiuatiũ, ſubſtantiuum, & adiectiuũ Item pronomẽ adiectiuũ deriuatiuũ diuiditur in pronomen deriuatiũ poſſeſſiuũ, & in pronomẽ deriuatiuũ gentile. Et hæc de modis ſignificandi eſſentialibus Pronominis ſufficiant.

De modis accidentalibus ſignificandi Pronominis.

Dicto de modis eſſentialibus ſignificandi, dicendũ eſt de modis ſignificandi accidentalibus. Iuxtà quòd notandùm, quòd Donatus aſſignat Pronomini ſex accidentia .ſ. qualitatem, genus, numerum, figuram, perſonam, & caſum.

Donatus aſſignat pronominis ſex accidẽtia.

Notandùm, quòd qualitas, quàm Donatus aſſignat pro accidente pronominis diuidens eam in qualitatem finitam, & infinitam vocat duos modos ſignificandi eſſentiales ſpeciales pronominis, ſ. demonſtrationem, & relationem, de

quibus dictum eſt; ita quòd per qualitatẽ finitam, Donatus dat intelligere demonſtrationem, quæ rem finitam ſignificat, & certam, repreſentat ſ. ſub accidentibus realibus, quæ oculis conſpici poſſunt. Per qualitatem infinitam dat intelligere relationem, quæ rem incertæ, & infinitæ repreſentat ſcilicèt ſub notitia ſecunda per recordationem, quæ eſt incerta reſpectu notitiæ primæ, vt dictum eſt. De genere autem, & numero, perſona, figura, & caſu in pronomine, idem intelligatur, ꝙ de ipſis dictũ eſt de nomine. Nàm illa accidẽtia eadẽ ſunt hîc, & ibi, & ab eiſdẽ proprietatibus ſumuntur.

Habito de modis ſignificandi Pronominis, conſequenter de eius ſignificatione videamus. Quidam, dicunt quòd pronomen de ſe, & abſolutè nihil ſignificat, ſed tantùm habet habilitatem ad ſignificandum, & talis habilitas reducitur ad actum per demonſtrationem, & relationem, quod perſuadent per Priſcianum, qui dicit Pronomen ſine demonſtratione, & relatione caſſum eſſe, & vanum. *De ſignificatione Pronominis.*

Iſta opinio eſt erronea, & falſa, quia modꝰ ſignificãdi ſupponit ſignificatũ, ſicut proprietas rei præſupponit ipſam rẽ, ſed pronomẽ habet modus ſignificandi, ergo pronomen neceſſariò habet ſignificatum. *Opinio aliquorũ circa ſignificationem pronominis.*

Ad auctoritatem, quàm inducunt, quòd pronomen ſine demonſtratione, & relatione eſt caſſum, & vanum. Dicendum eſt, quòd pronomen ſine demonſtratione, & relatione non eſt, caſſum, & vanum, quia, vt dicitur ſecundo Phyſicorum illud eſt caſſum, & vanum, quod ordinatum eſt ad aliquem finem, & illum non attingit. Sed pronomen ſimpliciter ordinatum eſt ad ſignificandũ eſſentiam indeterminatã, & illam nõ poteſt attingere, ergo eſt fruſtrà. *Opinio falſa.*

Dicendũ eſt, ꝙ caſſũ, & vanũ dupliciter dicitur aliquid. Vno modo quod nihil ſignificat. Alio modo, quia nihil determinatè ſignificat. Pronomen ſignificat aliquid, licèt non aliquid determinati, & ſic attĩgit finẽ, & ideò nõ eſt fruſtrà. *Aliquid dicitur dupliciter vanum.*

Alii dicunt, quòd pronomen ſignificat conceptum mentis indeterminatum applicabile vnicuique enti, tàm in anima, quàm extrà animam, ſicut intentiones ſecundæ, ſicut genus, ſpecies, ſubiectum, prædicatum, & quæ ſignificant conceptum indeterminatũ applicabilem, cuicũq; enti, quorũ motiuũ eſt, ꝙ ſi pronomen ſignificaret aliquid indeterminatũ, tunc eius ſignificatum non eſſet intellectiuum. *Alia opinio*

Iſta opinio eſt erronea ſimiliter, quia ſi pronomina ſignificarent cõceptũ mentis, nunquam prædicatum reale poſſet verificari de pronõie, & ſic hęc eſſet falſa, ego ſũ homo, quia prædicatũ de eo verificatur, quod per ſubiectũ intelligitur,

& ſignificatur, vndè ſicut hęc eſt falſa cōceptus hominis eſt aīmal, ſic hæc erit falſa, ego ſū animal, quod eſt incōueniēs.

Ad illud, quod adductum fuit ad confirmationē dicti ſui, quòd ſi pronomen ſignificaret aliquod indeterminatum, eius ſignificatum non poſſet intelligi.

Dicendum, quòd ſicut videmus in re, quòd totum compoſitum intelligitur per formā, & poſtea intellectus diuidens partē à parte primò cognoſcit formam, & poſtea per Analogiam ad formam cognoſcit materiam, quæ eſt in potentia ad formam, vt dicitur primo Phyſicorum; ſic, intellectus poteſt intelligere aliquam eſſentiam determinatam, & poſtea poteſt conſiderare, & reſpicere eſſentiam aliam in reſpectu ad illam, vel aliam de ſe indeterminatā, tamen per aliquod determinabile; & illud eſt ſignificatum pronominis ſ. quod ſignificat de ſe eſſentiā indeterminatam, determinabilem tamen. Et ſic patet, quod pronomen ſignificat eſſentiām, licèt indeterminatam; ſignificatum enim pronominis, non ſolùm ſe extendit adſignificat a ſpecialia; ſed etiā ad ſignificata trāſcendentium priuationū, & negationum, vt patet ex prædictis. Quod enim pronomen ſignificat in generali illud refert, & demōſtrat in ſpeciali, ſed pronomen in ſpeciali demōſtrare, & referre poteſt, ſiuè ipſū ſit ens in anima, ſiuè extra aīam, ſiuè fictū, ſiuè verū, ſiuè ens in actu, ſiuè ens in pōtētia. Et ſic in vno ſūt duo cōtraria ſ. ens, & non ens, tamen nō ens refert, & demōſtrat prout eſt aliquod ſecūdùm animā, quia cōtradictoria extra animā ſunt contraria ſecundùm animā, vt patet quarto Metaphyſicæ.

Pronomen quid ſignificat.

DE MODO SIGNIFIQVANDI generaliſſimo verbi. CAP. 10.

MODVS ſignificādi generaliſſim' eſſentialis, verbi eſt modus ſignificandi tē per modū eſſe diſtantis à ſubſtantia. Ad cuius intellectū eſt notandum; quòd licèt vtrq; modus ſ. eſſe, & diſtantis ſit forma verbi abſolutè ſūpti; tamen in cōparando verbū ad participium, modus eſſe habet raōem materiæ reſpectu verbi, quia facit verbum conueniens cū participio, ſed facere conuenire eſt proprietas materię. Modus autē diſtantis tantùm habet rationē formæ; quia facit verbū ab omnibus alijs differre; & quia aliter eſt habere raōem materię, & aliter raōem formę: ideò cōparando vnum ad alterum reſultat ex vtroque vnus modus per naturam compoſitionis.

Modus ſignificandi generaliſſim' verbi quid.

Notādum, quòd modus ſignificandi actiuus per modum eſſe oritur à proprietate rei, quæ eſt proprietas ipſius eſſe ſ. proprietas fluxus, & ſucceſſionis, quæ opponitur proprie.

tati entis; quæ eſt proprietas habitus, & permanẽtis, vt prius dictũ eſt in capitulo de Nomine. Et ſi dicas eſſe cuiuslibet rei verbaliter ſignificatur, non tamen omne ens habet eſſe ſucceſſiuum. Nam eſſe Dei, & intelligentiarum non eſt in fluxu, nec in ſucceſſione, & tamẽ dicimus Deus eſt, & intelligentia eſt. Item generatio, & corruptio, & illuminatio aeris non habent eſſe in ſucceſſione & tamen eſſe eorũ verbaliter ſignificatur, vt dicendo generatio, & corruptio & illuminatio aeris ſunt, ſiuè fuerunt, *Obiectio.*

Eſſe Dei & intelligentiarum nõ eſt in ſucceſſione.

Dicendum, quod licèt eſſe Dei & intelligentiarũ non ſit ſucceſſiuum ſucceſſione temporis, tamen habet eſſe ſucceſſiuũ ratione, & ſucceſſione æternitatis, & licèt æternitas ſit tota ſimul, & perfecta poſſeſſio ſecundùm Bœtium tamen quia intelligimus ea ex iſtis inferiorbus imaginamur ideò ibi ſucceſſionẽ, & durationẽ æternitatis per diuerſa ſpatia tẽporis, eſt tamen ibi ſucceſſio, quæ eſt inter, tempus & terminum temporis, quia impoſſibile eſt, quòd in eodem inſtanti aliqnod habeat eſſe, & non eſſe, ſed in toto tempore præterito fuit non ens, ſed benè eſt dare principium tempori, ſiuè motus, in quo eſt ens, vt patet per Ariſt. 8. Phyſic. *Reſponſio.*

Itẽ illuminatio aeris licèt nõ ſit ſucceſſiua prout ſucceſſio cauſatur ex reſiſtentia medij; tamen ibi eſt ſucceſſio cauſata ex reſiſtentia terminorũ cõtrariorũ, vt à quo, & ad quẽ; huic autẽ modo verbi qui eſt modus eſſe & ſucceſſionis proportionatur in ſuppoſito, & in obliquo modus entis. i. modus habitus, & permanentis. Itẽ notandũ quod mod⁹ diſtãtis in verbo ſumitur ab eadẽ proprietate rei, à qua mod⁹ per ſe ſtãtis ſumitur in nomine ſ. à proprietate eſſentiæ determinatæ.

Et ſi inſtes ſic, ſi à proprietate eſſẽtię determinatæ trahitur in verbo mod⁹ diſtantis; cùm ergo participiũ eandẽ ſignificet rẽ verbi; quæ ſecundũ eſſentiã eſt diſtincta, ergo participium modũ diſtantis habet, quod eſt falſum.

Ad cuius ſolutionẽ notãdũ, quòd in vna, & eadẽ re poſſũt reperiri diuerſæ ꝓprietates rei nõ repugnantes, à quib⁹ ſumi poſſũt diuerſi modi ſignificãdi actiui, licèt vna vox nõ imponatur, vt ſtat ſub oĩb⁹ illis proprietatib⁹, ſed quandoq; imponitur vna vox; & tũc ſtat ſub proprietate rei. Verbi gratia, hęc res albedo habet diuerſas ꝓprietates, ſub quib⁹ poſſunt imponi diuerſæ voces. Nãm ſi conſidertur in ea mod⁹ entis, qui eſt modus habitus & permanẽtis, ſic ſignificatur per vocẽ nominis abſolutè, ſi autẽ conſideretur in ea modus entis, & cũ hoc mod⁹ eſſẽtię determinatę, ſic ſignificatur voce nomĩs ſubſtantiui, vt albedo. Si autẽ cõſideretur in ea mod⁹ entis, & cũ hoc alteri inhętentia ſecundũ eſſe. ſic *Inſtantia.* *Solutio.*

ſignificatur in voce nominis adiectiui, vt album. Item ſi conſideretur in ea modus eſſe qui eſt modus fluxus, & ſucceſſionis,& cum hoc modus eſſentiæ diſtinctæ,ſic ſignificatur verbaliter,vt dealbo. Item ſi conſideretur in ea modus inhærētis ſecundùm eſſe,ſic ſignificatum participialiter vt dealbans. Et ſic patet, quòd quamuis participium ſignificet eandem rem,quam verbum ſignificat, quæ ſecundùm eſſentiam eſt diſtincta, tamen participium non ſignificat eam,vt diſtinctam,ſed vt alteri vnitam,ergo modum diſtātis, non habet.

Inſtantia. Et ſi inſtes, à proprietate eſſentiæ diſtīctæ,oritur modus ſignificandi diſtantis in verbo: videtur,quòd modus diſtātis in verbo non poſſit omni verbo conuenire, quia dicendo ens eſt eſſe,non conſignificat aliquid eſſentialiter diſtinctum ab omni ente, quia quod eſt eſſentialiter diſtinctum ab ente, eſt non ens.

Reſponſio. Dicendum, quòd licèt hoc verbum eſt,non ſignificet aliquid eſſentialiter ab ente diſtinctum; Attamen in iſta propoſitione ſubiectum accipitur, vt materia, & prædicatū accipitur,vt forma,quæ eſſentialiter differunt.

Vel dicendum,cùm non ſit dare ens præter hoc, vel illud,& cùm omne,quod eſt ſit hoc,vel illud,quia ens eſt cōcretum,& ſignificat duo,ſcilicèt rem,& eſſe,& illud eſſe non eſt ens;ideò hoc verbum,eſt, ſignificat aliquid eſſentialiter diſtans ab ente.

Verbū quũ ſignificat. Vel aliter, licèt in iſta propoſitione ſignificatum verbi non differat eſſentialiter,& ſecundùm rem à ſignificato ſuppoſiti,differt tamen ab eo ſecundùm rationem, & hoc ſufficit ad diſtantiam, & diuerſitatem verbi à ſuppoſito, quæ ſunt entia ſecundùm rationem. Verbum ergo eſt pars orationis ſignificans per modum eſſe diſtantis à ſubſtantia.

De modis ſignificādi eſſentialib. ſubalternis Verbi. Sub hoc modo eſſendi generaliſſimo verbi, ad modos ſignificandi eſſentiales ſubalternos deſcendamus per quandam diuiſionem. Iſte ergo modus eſſe cum diſtantia, vel ſumitur generaliter tanquàm aliquid ſpecificabile per eſſe ſpeciale, & ſic eſſe cum diſtantia conſtituit verbum ſubſtātiuū. Verbum ergo ſubſtantiuū ſignificat per modū eſſe generaliter ſpecificabile per quodlibet eſſe ſpeciale. Vndè etiam dicitur ſubſtantiuum,non ex modo per ſe ſtantis,ſed quia ſignificat eſſe generale ſpecificabile;ideò poteſt ſtare ſpecificatiuum cuiuſcunque ſpecificātis ipſum,vel iſte modus eſſe ſumitur generaliter reſpectu rei propriæ nominationis tantùm,& ſic conſtituit verbum vocatiuum. Verbum ergo vocatiuum ſignificat nominationem in generali ſpe-

Verbū ſubſtantiuum quomodo ſignificat.

Verbū vocatiuū quid ſignificat.

cificabilem per quãcunque nominationem propriam in ſpeciali. Vel iſte modus eſſe cum diſtantia ſumitur ſpecialiter, prout ſtat in ſpeciali pro eſſe actionis, vel paſſionis, & ſic iſte modus conſtituit verbum adiectiuum. Verbum ergo adiectiuum eſt, quod ſignificat actionem, vel paſſionem, Iſte modus ſpecialis ſubdiuiditur in quatuor modos eſſentiales ſpecialiſſimos, ſcilicèt in modum actionis, in modum paſſionis, in modum neutri, & modum vtriuſque. *Verbũ adiectiuum quid ſignificat & quo diuidatur in quatuor modos.*

Modus ſignificandi per modum eſſe diſtantis ſub modo actionis tantùm, conſtituit verbum adiectiuum actiuum. Verbum ergo adiectiuum actiuum eſt, quod ſignificat tantùm actionem, vt amo, curro, loquor. *Verbũ adiectiuũ actiuum quõ cõſtituatur, & quid ſignificat.*

Modus ſignificandi per modum eſſe diſtantis per modũ paſſionis tãtùm, conſtituit verbum adiectiuum paſſiuum. Verbum ergo adiectiuum paſſiuum eſt, quod ſignificat paſſionem tantùm, vt amor, legor.

Modus ſignificandi per modum eſſe ſub modo neutri, ſiuè ſub priuatione vtriuſque conſtituit verbum neutrum. Verbum ergo neutrum eſt, quod nec actionem, nec paſſionẽ ſignificat, vt viuo, ſto, &c. Similiter enĩ aliqua neutra abſoluta dicuntur, non per aliquem modum ſignificandi, ſed per priuationem tranſitionis, ſic aliquid verbum dicitur neutrum, non per aliquem modum ſignificandi, ſed per priuationem actionis, vel paſſionis, vel alterius. *Verbũ paſſiuũ à quo cõſtituatur, & quid ſignificet.* *Vebũ neutrũ à quo cõſtituatur, & quid ſignificat.*

Iuxta, quòd notandùm, quòd verbum neutrum eſt ab alijs diſtinctum non ſpecificè per priuationem actionis, & paſſiõis, ſed per modum ſignificãdi ſpecialẽ, qui eſt modus ſignificandi per modum eſſe, vt eſt contractum eſſe ſpeciali non actionis, vel paſſionis; ſed alicuius alterius dictionis.

Et ſi dicamus, non eſt contractum eſſe ſpeciali actionis, vel paſſionis, ergo habebit modum eſſe generalem, & ſic verbum neutru erit verbum ſubſtãtiuum, quod falſum eſt. *Obiectio.*

Dicendum, quòd licèt verbum neutrum non habeat modum ſignificandi modo actionis, vel paſſionis contractum, non tamen ſignificat eſſe generale non contractum de ſe, ſed contrahibile. Verbum neutrale ſignificat eſſe contractum de ſe non contrahibile, vt viuo ſignificat eſſe abſolutè, ſed eſſe vitæ, & ſic de alijs. *Solutio.* *Verbũ neutrale quõ ſignificat.*

Modus ſignificandi per modum vtriuſque .ſ. actionis, & paſſionis conſtituit verbum commune. Verbum ergo commune eſt, quod ſignificat vtrumque, ſcilicèt actionem, & paſſionem, vt criminor. Verbum ergo deponens non poteſt eſſe diſtincta ſpecies ab actiuo, & paſſiuo, niſi per terminationẽ vocũ, quod ñ eſt ſpecificè differre, cũ pſes partes *Verbũ cõne à quo cõſtituatur, & quid ſignificat.*

Verbũ deponens non diſtinguitur ab actiuo. orationis poſſint in vna voce,& terminatione conuenire.
Et notandũ, quòd ſecundũ hos modos .ſ.actionis, paſſionis,neutri, & communis, quidam diſtingunt genera in verbo,quòd falſum eſt,ſed penès hos modos ſpeciales,ſpecies in verbo diſtinguntur, cùm non ſit idem dicere verbum actiuum, & actiui generis, vt poſteà patebit.

Verbi diuiſio. Et ſciendum, quòd ſicut modus eſſentialis generaliſſimus, diuiditur in modos ſignificandi eſſentiales, ſic verbum abſolutè ſumptũ diuiditur in verba ſpecialia. Verbum ergo prima ſui diuiſione, diuiditur in verbum ſubſtantiuũ, vocatiuũ, & adiectiuũ. Verbum adiectiuum ſubdiuiditur in verbũ actiuũ paſſiuum, neutrum, & commune.

De Modis ſignificandi accidentalibus Verbi: Notandum Conſequenter de modis ſignificandi accidentalibus verbi videamus. Iuxta quod notandũ, ꝙ verbũ hẽt quẽdam modũ ſignificandi, qui vocatᷓ compoſitio, de quo antiqui Grãmatici mentionẽ expreſſè non fecerũt, quem tñ modũ verbo attribuunt moti ex dicto Philoſophi primo Perihermenias, qui dicit, quòd hoc verbũ, eſt, ſignificat quandã cõpoſitionẽ, q̃ ſine extremis ñ eſt intelligere, & tñ hoc verbũ, eſt, includitᷓ in omni verbo, tanq̃ radix omniũ, ideò cõpoſitio omni verbo inhæret, per q̃ verbũ diſtãs à ſuppoſito ad ſuppoſitũ principaliter inclinatur. Et hunc modũ vocãt, quidã eſſentialẽ verbo, ꝙ non eſt verũ, quia non eſt eſſentialis generaliſſimus, cũ verbo ñ det eſſe ſimpliciter, ſed ſit ꝑter eius intellectum eſſentialẽ. Nec etiã eſt eſſentialis ſpecialis, cũ non conſtituat aliã ſpeciẽ verbi, vt de ſe patet. Itẽ

Verbum quid de ſe ſignificat. verbũ de ſe ſignificat per modũ diſtãtis, ſed cõpoſitio, quæ eſt modus inhærẽtis alteri, mõ diſtãtis, quaſi opponitᷓ, ergo verbũ hẽt cõpoſitionẽ per accidẽs. Hic aũt modus trahitᷓ à ꝓprietate rei verbi, quę eſt ꝓprietas inhærẽtis alteri ſ'm eſſe. Cõpoſitio ergo eſt modus ſignificãdi verbi, mediãte quo, verbũ diſtãs à ſuppoſito, primò, & principaliter ad ſuppoſitũ inclinatᷓ, licèt enĩ verbũ per alios modos añtales ad ſuppoſitũ inclinetᷓ, hoc tñ eſt cõſequẽti, & ſpecialiter in q̃tũ ſupra cõpoſitionẽ fundãtᷓ modi illi ipsã cõtrahẽtes, ſicut modus nũeri, & perſõe, & ſic de alijs. Et huic mõ verbi ꝓportionatᷓ ex parte ſuppoſiti modus per ſe ſtãtis. Et iſte modus

Compoſitio eſt modus ſignificandi Verbi. cõſequitᷓ verbũ ratiõe diſtãtis, quia cũ verbũ ſit alterũ extremũ in ratiõe diſtãs à ſuppoſito, & inclinetᷓ ad ſuppoſitũ: huius inclinatiõis prĩcipale, & cõmuniſſimũ prĩcipiũ, ẽ cõpoſitio ĩter cæteros modos accidẽtales. Et dico accidẽtales, quia verbũ priꝰ per modũ eſſe inclinatᷓ ad idẽ, ꝙ hẽt modũ entis: ſed ille modus eſt eſſentialis verbi, vt dictũ eſt. Nec obſtat, ſi compoſitio, quæ eſt modus inhærentis ſimiliter ſtet cum

mō diſtātis in verbo, quia licet eidē inſint reſpectu eiuſdē, non tñ eodem mō, & ſecundùm idem. Nàm modus diſtātis ineſt verbo à proprietate eſſentiæ diſtictæ, ſed cōpoſitio à proprietate inhærentis alteri ſecundum eſſe. Nec eodē mō, quia modus diſtantis ineſt verbo per ſe, compoſitio verò per accidens, ſicut iam dictum eſt.

De ſeptem alijs modis accidentalibus Verbi.

De alijs modis accidentalibus verbi videamus, & ſunt ſeptē ſ'm Donatum .ſ. qualitas, cōiugatio, genus, numerus, figura, tēpus, perſona, de quibus ſecundùm ordinē videamus, & primò de qualitate. Iuxta ꝙ Notandum, ꝙ Donatus dat intelligere duos modos ſignificādi verbi accidentales .ſ. modum, & formā, ſicut in nomine per qualitatē dat intelligere duos modos ſignificādi .ſ. appellatiuum, & proprium, & in pronomine per qualitatē defationē, & relationē. Modus vt eſt aiñs verbi ſumit' à ꝓprietate rei verbi, quæ eſt ꝓprietas qualificatiōis diſpoſitiōis, & inclinatiōis rei verbi, ad ſuppoſitum ſignificās qualitatē iudicij, imperij, voti, dubij, vel infiniti. Modus ergo nihil, aliud eſt, q̄ modus ſignificandi accidētalis verbi, mediāte quo ꝓprietatē verbi per modum iudicij, voti, dubij, vel infiniti circā verbi depēdētiā ad ſuppoſitū cōſignificat. Et ex his qualificatiōib, & diſpoſitiōib. anīa afficit', q̄dò ad enunciādum actum de ſubſtātia iclinat', indè eſt ꝙ Petr' Heliæ diffiniēs modū dixit. Modus ē varia anīi inclinatio varios eius affectus demōſtrās, ſed ñ ꝙ modus ſit ipſa inclinatio, ſed qualitas inclinatiōis, non ea, qua anima inclinatur ad enunciādū actus de ſubſtantia, ſed modus, vt eſt accidens verbi eſt qualitas cōpoſitionis, qua verbum inclinatur ad ſuppoſitum.

Donat' per qualitatem quid intelligat.

Modus vt accidens Verbi à qua ſumitur proprietatē.

Mod' quid.

Petrus Helia.

Quædam qualitas eſt animæ .i. cauſata ab anima: ſicut, & cætera verbi accidentia repræſentans diuerſos affectus, .i. diſpoſitiones animæ: i. prius exiſtentes in anima, & iſte modus ſignificandi, qui vocatur modus eſt cōſequens verba ratiōe cōpoſitionis, ſed cōpoſitio ſequitur verbū ratiōe eſſe diſtātis, & ſ'm diuerſitatē harū qualitatū diuerſificatur modus per quīq; differentias .ſ. per indicatiuū, imperatiuum optatiuū, cōiūctiuū, & infinitiuū. Dicit' enī infinitiuus, quia oībus cōm unis, cū oēs modi in ipſum reſoluāt', vt dicēdo lego, īdico me legere, legē, i. impero te legere, & ſic de alijs.

Iuxta Diuerſitatē qualitatū verbi diuerſificatur modi ipſius.

Notandū ſecundùm quoſdam, quòd modo infinito in verbo correſpondit ens ſimpl'r in ſuppoſito, quæ eſt ratio principij, vel termini generaliter ſumpti, quod nō eſt verū, quia cùm ratio principij ſit tantū à parte ante, tanquā in ſuppoſito, & ratio termini ſic tantum à parte poſt tanquàm in obliquo; ſi mō finito in verbo correſpōderet caſu ſimpl'r in:

ſuppoſito, tunc vel ratio termini eſſet in ſuppoſito, vel modus determinaret dependentiam verbi poſt ſe in obliquo. Quo poſito modus non ſolùm eſſet qualitas compoſitionis, qua verbum dependeret ante ſe ad ſuppoſitum, ſed etiã eſſet qualitas dependentiæ verbi poſt ſe ad obliquum: ſed vtrunque eſt falſum: Vndè dicendo, quòd modo finito in verbo correſpondet in ſuppoſito ratio pricipij, ſicut enim verbum per modum eſſe exigit in ſuppoſito modum entis per ſe ſtantis, ſic per modum, qui eſt qualitas compoſitionis exigit in ſuppoſito modum per ſe ſtantis in ratione principij ſe habentis.

Forma verbi eadẽ cũ ſpecie nominis. Forma, quæ eſt accidens verbi, idem eſt, quod ſpecies in nomine, & ab eadem proprietate ſumpta, ſcilicèt à modo eſſendi primariè, vel ſecundariè. *Forma verbi quid.* Forma ergo eſt modus accidentalis verbi, mediante quo, verbum modum exiſtendi primarium, vel ſecundarium ſignificat, & diuiditur in formam perfectam, meditatiuam, frequentatiuam, inchoatiuam, diminutiuam, & deſideratiuam. *Forma verbi diuiſio.* Per formam perfectam debet intelligi ſpecies primitiua, quia quæ ſunt perfectæ formæ ſunt primitiuæ ſpeciei, quia ſignificant rem verbi abſolutè, vt lego, ſorbeo, volo, & ſum. Sed quæ ſunt inchoatiuæ formæ, ſiuè de cæteris ſunt deriuatiuæ ſpeciei, quia non ſignificant rem verbi abſolutè, ſed cum quadam additione, ſcilicèt ſub inchoatione, frequentatione, & de cæteris, vt ferueſco, lectito, lecturio, patriſſo, ſorbillo, &c.

De Coniugatione. Vlterius videndum eſt de coniugatione. *Coniugatio quid.* Eſt autem coniugatio modus ſignificandi rem verbi, prout inflectitur per diuerſas proprietates temporum, numerorum, modorum, & participiorum. Vndè habet ſe ſicut declinatio in nomine, quia ſicut declinatio in nomine eſt modus ſignificandi rem nominis, prout inflectitur per diuerſas proprietates caſuum. Sic coniugatio in verbo eſt modus ſignificandi rem verbi, prout inflectitur per diuerſas proprietates, temporum, numerorum, modorum, & perſonarum, ſed differunt, quia declinatio attenditur penes vnum accidens, quod eſt caſus; ideò Donatus, declinationem ſub caſu comprænhendebat. *Coniugatio penes quid attenditur.* Coniugatio autem attenditur, penes inflexionem plurium accidentium; ideò ſub nullo propriè, & determinatè poteſt compræhendi, & ideò inter alia accidentia verbi numeratur. Quòd autem coniugatio ſit prima, ſecunda, & tertia, vel quarta, conſequens, vel inconſequens hoc totum à parte vocis attenditur, & ex hoc patet, quod ſum, & volo, habent coniugationem, licèt non primam, ſecundam, tertiam, vel quartam.

De ſignifi-

De ſignificatione accidentali,quam Priſcianus, & Donatus comprehendunt ſub genere verbi videamus. Iuxta q́ ſciendum,quòd ſignificatio ſumitur à proprietate rei verbi,quæ eſt proprietas dependentiæ, ad quélibet obliquum poſt ſe,habenté ſe in ratione per ſe ſtãdi. Significatio ergo accidẽtalis eſt modus ſignificãdi accidentalis verbi, mediãte quo verbum ſignificat proprietaté dependẽtiæ ad quélibet obliquum poſt ſe,ſicut enim compoſitio eſt modus ſignificãdi,mediãte quo,verbum primò, & principaliter dependet ad quodlibet ſuppoſitum ante ſe, ità ſignificatio eſt modus ſignificãdi,mediãte quo,verbum primò, & prĩcipaliter depẽdet ad quélibet obliquum poſt ſe. Et hoc patet per Petrum Heliã,qui per ſignificationẽ accidentalẽ vult intelligere modum trãſeuntis .i. modum dependẽtis ad quélibet obliquum poſt ſe. Et huic mõ ſignificãdi proportionatur modus entis per ſe ſtãtis à parte poſt in obliquo. Nàm ſicutverbum per cõpoſitionẽ exigit modum entis per ſe ſtantis in quolibet ſuppoſito à parte ante,ſic verbum per ſignificationem accidentalem exigit modum entis per ſe ſtantis in quolibet obliquo.

De ſignificatiõe accidẽtali verbi.

Significatio accidẽtalis verbi.

Opinio Petri Helia de ſignificatiõe accidentali.

Vocatur autem iſte modus ſignificatio,quia ipſa mediãte verbo repræſentat proprietatem immediatè ſuprà ſignificatum verbi fundatam. Et dicitur accidentalis, quia non eſt eſſentialis,generalis,nec ſpecialis,vt dictum eſt de compoſitione.

Conſequenter de genere videamus.Genus in verbo ſumitur à proprietate rei verbi,quæ eſt proprietas dependentiæ,rei verbi, poſt ſe ad obliquum ſub ratione termini non contracti, ſed contrahibilis.

De generè verbi.

Genus verbi vndè ſumitur.

Genus ergo in verbo eſt modus ſignificandi accidentalis verbi,mediante quo proprietaté dependentiæ rei verbi poſt ſe ad obliquum ſub ratione termini ſignificat. Et hoc patet per Petrum Heliam,qui diffinit genus per ſignificationem accidentalem,ſic dicens.Genus eſt ſignificatio accidentalis cum determinatione,in ,o, vel in , or, dans intelligere per ſignificationem accidentalem modum ſignificatiuum tranſeuntis,vt dictũ eſt,i.dependẽti ad quélibet obliquum poſt ſe per terminationem in ,o,vel in, or,dat intelligere ſpecies generis, quarum diuerſitas maximè attẽditur penès vocis terminationem ſecundùm Grammaticos, vt patebit.

Generis diffinitio.

Notandum, quòd hæc diffinitio generis non eſt formalis,ſed materialis. Genus enim non eſt formaliter ſignificatio,quia vnus modus non eſt alius,ſed genus eſt, quaſi qua-

Hæc generis definitio materialis nõ formalis.

litas ſignificationis determinans,ſiuè ſpecificãs ſignificationem. Sicut enim ſe habet modus verbi ad compoſitionem, ſic ſe habet genus ad ſignificationem. Sed modus verbi non eſt formaliter compoſitio, vel inclinatio; ſed qualitas compoſitionis, vel inclinationis, vt dictum eſt, ſic genus non eſt formaliter ſignificatio, ſed qualitas ſignificationis ipſam contrahẽs, & diſponens. Item ſicut modus ſequitur verbum ratione compoſitionis, ſic genus conſequitur verbum ratiõe ſignificationis, & vocatur iſte modus ſignificandi genus à generando dictũ, quia vox vnius generis generatur à voce alterius generis, vt vox paſſiua generatur à voce actiua.

Genus vnde dictum. *Vox vnius generis generatur à voce alterius gẽeris.*

Quod autem aliquod verbum ſit generis actiui, paſſiui, vel neutri, & ſic de cæteris, hoc maximè à parte vocis attenditur. Et hoc etiam patet per Donatum, qui tali modo diffinit genus actiuum, dicens: quòd genus actiuũ eſt, quod definit in, o, & poteſt accipere, r, ſuper, o, & facere ex ſe paſſiuũ. Et quia verbum penès vnam terminationem non magis determinat ſibi actionem, quàm paſſionẽ, ideò dubium eſt, quare verbum ſub terminatione, vocis in, o, magis dẽt eſſe actiui generis, quàm paſſiui, & ſic de cæteris. Indè eſt, quòd genus verbi eſt ratio ſignificãdi dependentiã rei verbi poſt ſe ad obliquum ſub ratione termini, vt dictum eſt. Et cùm huiuſmodi dependentia ſit aliquando actione contracta, vt amo te, & aliquando paſſione contracta, vt amor à te, aliquando tàm actione, quàm paſſione contracta, vt criminor, amplector, aliquando actione contracta depoſita paſſione, aut èconuerſò, vt loquor, iraſcor. Indè eſt, quòd quoddam genus eſt actiuum, quoddam paſſiuum, & ſic de cæteris, ſed oportet præter hoc ad vocis terminationem attendere, ſi velimus genera verborum ſeruare.

Quod verbũ ſit generis actiui paſſiui: &c. eſt à parte vocis. *Genus verbi quid.* *Terminatio generis attendenda.*

Dicendum ergo, quòd illud eſt actiuum, ſeu actiui generis, quod ſub terminatione vocis in, o, poteſt mutari in, r, & frequentius actionem ſignificat, vt amo, lego. Et dicitur frequentius propter iſta verba timeo, liceo, metuo, & huiuſmodi, quæ ſub voce actiua modum paſſionis ſignificant.

Genus actiuum quid.

Verbum paſſiui generis eſt, quod ſub terminatione vocis, in, r, poteſt mutari in, o, & frequentius paſſionem ſignificat, vt amor, legor. Et dico frequentius propter liceor, & huiuſmodi, quæ ſub vocem paſſionem actionem ſignificant.

Verbũ paſſiuum quid.

Verbum neutri generis eſt, quòd ſub terminatione vocis in, o, non poteſt mutari in, r, & ſub indifferentia, vel indeterminatione actionem, vel paſſionem ſignificat, vt curro, ferueo, viuo, ità quòd reſpiciendo ad omnia verba neutri ge-

Verbũ neutrum quid.

neris, quædam ſignificant actionem tantùm, vt curro, quædã paſſionẽ tantùm, vt ferueo, quædã neutrum, vt ſto, viuo

Verbum deponentis generis eſt, quod ſub terminatione vocis in, t, non poteſt mutari in, o, & conſignificat actionem depoſita paſſione, vt luctor, loquor, ſequor, vereor, lucror, lætor, fruor, & alia multa huius generis. Vel paſſionem, depoſita actione, quorum ſolùm duo inueniuntur patior, .ſ. & naſcor, & non differunt à prædictis generibus, niſi penes vocis terminationẽ. *Verbũ deponẽs quid.*

Verbum cõmunis generis eſt, ꝙ ſub terminatione vocis in, t, non poteſt mutari in, o, & conſignificat actionẽ, & paſſionẽ ſimul, quorum nouẽ inueniunt̃, .ſ. criminor, amplector, oſculor, interꝑtor, moror, veneror, largior, experior, hortor, Et alia nonnulla deponẽtia, quæ apud auctores inueniuntur etiã in paſſiua ſignificatione, vt comitor, &c. Et notandum, quòd ſicut mõ verbi correſpondet ratio principij in ſuppoſito, ſic generi in verbo correſpondet ratio termini in obliquo. Ex dictis concludo, quòd verbum ꝑter numerum, & perſonã hẽt tot modos ſignificãdi reſpectiuos, quib. dependet poſt ſe ad obliquum, quot hẽt, quib. dependet ante ſe ad ſuppoſitum ſm ſimilitudinẽ ſe hẽtes, quod patet, quia ſicut verbum per modum eſſe requirit modũ entis in ſuppoſito, ſic per eundẽ modũ eſſe exigit modũ entis in obliquo. Et ſicut verbum per cõpoſitionẽ exigit modũ per ſe ſtãtis in ſuppoſito, ſic per ſignificationẽ accidentalẽ exigit modũ per ſe ſtãtis in obliquo. Item ſicut verbum per modũ diſtantis exigit modum per ſe ſtantis pro ſuppoſito, itã per eundẽ modũ eſſe exigit modũ entis in obliquo, Et ſicut verbũ per modũ cõpoſitionis exigit modũ entis per ſe ſtantis in ratione prĩcipij in ſuppoſito, ſic per modũ generis exigit modũ per ſe ſtantis in ratione termini in obliquo. Item ſicut verbũ per modos proportionabiles caſibus modo verbi ſuperadditos exigit in ſuppoſito rationẽ principij aliter, & aliter contractam, & ex conſequenti aliud, & aliud ſuppoſitum, Sic etiã verbum per modos proportionabiles caſibus generi verbi ſuperadditos verbum exigit in obliquo rationem termini aliter, & aliter contractã: & ex conſequenti alium, & alium obliquum. *Verbũ communis generis quid.*

Notandum ergo, quòd ſicut inter modos verbi, quib. dependet ante ſe ad ſuppoſitũ, modus depẽdẽdi ad modũ videt̃ eſſe principalis. Vnde, & conſtructio intranſitiua verbi cum nominatiuo à parte ante maximè videtur eſſe intranſitiua, quia potior eſt alijs, & quia ſola perfecta ſit inter alios mo-

dos trãſeundi,& depẽdẽdi,& à parte poſt ad obliquum,modus depẽdẽdi, & trãſeundi,ad actiuum videt' eſſe principalis, vndè,& conſtructio tranſitiua verbi,& participij cũ actiuo maximè videtur eſſe tranſitiua, quia maximè eſt euidens inter alias conſtructiones tranſitiuas. Et hoc attendentes Grammatici poſuerunt quædã verba tranſitiua dictum modum trãſeuntis habẽtia,vt amo,lego: quædã aũt abſoluta. i. huiuſmodi dependentia,& tranſitione priuata,vt ſto,curro, viuo, ambulo,ſedeo,ſpiro, & huiuſmodi.

De Perſona numero, & figura verbi.

Perſona verbi quid.

Perſona quõ inſit verbo.

Perſona verbi diſtinguitur per triplicẽ differentiam.

De perſona,numero,& figura in verbo dicendum eſt, ſicut in nomine. Nàm ab eiſdem ꝓprietatib. ſumuntur vtrobiq; licèt differenter,quia numerus,& perſona inſunt verbo, non ex proprietate ſuæ rei per ſe loquendo,ſed ex ꝓprietate rei ſuppoſiti,ꝙ patet de perſona. Nàm perſona eſt modus ſignificãdi,quo mediante verbum ꝓprietatẽ loquendi conſignificat non inhærentem de ſe,ſed vt res verbi applicabilis eſt rei ſuppoſiti ſubſiſtentis per ſe ſ'm ꝓprietates loquendi. Vndè perſona ineſt verbo ex aptitudine attribuendi ſuppoſito ſ'm variã attributionẽ. Perſona aũt verbi diſtinguitur per triplicem differentiam .ſ. primã, ſecundã,& tertiã,vndè verbũ dicimus eſſe primæ perſonæ,attributum,ꝙ eſt applicabile ſuppoſito,prout ſtat ſub ꝓprietate loquendi de ſe , & ſic de alijs. Et ex hoc ſequitur, ꝙ illud verbũ eſt nullius perſonæ,quod ſuppoſito ſub certo mõ loquendi ñ eſt applicabile,& eodẽ modo dicendũ eſt de numero, & figura,&c.

De tempore verbi.

Vltimò de tẽpore dicendũ eſt, iuxtà quod eſt ſciendum, quòd ſicut in re extrà tempus conſequitur ipſum modũ eſſe, ſicut menſura menſuratũ,ſic motus tẽporis ſ'm eſſe rationis, cõſequit' modũ eſſe,qui eſt modus fluxus,& ſucceſſionis.

Tẽpus verbi quid.

Tẽpus præſens quid.

Tẽpus præteritũ quid.

Tempus verò , vt eſt accidens verbi .i. modus ſignificãdi accidentalis verbi, quo mediante verbum citrà rem modũ tẽporis conſignificat. Et ſ'm diuerſitatẽ hmõdi,vel proprietatis tẽpus per tres differẽtias diſtinguitur.ſ. per præſens,præteritum,& futurum. Tempus præſens eſt modus ſignificãdi rem verbi , prout cadit ſub differentia præſentis temporis. Tẽpus præteritum eſt modus ſignificandi rem,prout cadit ſub differentia præteriti temporis,eodem modo intelligẽdũ eſt de futuro.

Inſtantia.

Et ſi inſtetur. Deus eſt; Deus intelligit,tamen eſſe Dei,& intelligere Dei non cadit ſub aliqua differẽtia tẽporis,ergo non ſemper verbum modum, & differentiã temporis requirit,vt videtur.

Reſponſio.

Dicendum,quod licèt eſſe Dei,& intelligere Dei non ca-

dāt ſub aliqua differentia temporis, tamen cadūt ſub aliqua differentia æternitatis ſecundùm noſtram appræhēſionem, vt dictum eſt ſuperius.

Notandum, quod tempus non eſt accidens reſpectiuum verbi cùm ſecundùm ipſum non dependeat ante ſe ad ſuppoſitum, neq; poſt ſe ad obliquum, poteſt tñ reſpectu aduerbiorum temporalium dici accidens reſpectiuum, quia incongruè dicitur fortaſſe, Sortes, currit cras, vel Plato diſputat heri. Et ſic patent modi ſignificandi verbi eſſentiales, & accidentales declaratiui, qui ſunt, & quot ſunt, & à quibus proprietatibus oriuntur.

Tempus nō eſt accidens reſpectiuū verbi.

DE MODO SIGNIFICANDI GENERALISSIMO Aduerbij. Cap. II.

Modvs ſignificandi eſſentialis generaliſſimus aduerbijs, eſt modus ſignificandi per modum adiacentis alteri, per modum eſſe ſignificãs ipſum ſimpl'r, & abſolutè determinans. Et quia participium ſignificat per modum eſſe, ſicut verbum, ideò aduerbium determinat participiū, ſicut verbū, licèt participiū dicatur adiectiuū verbi ſecundū Priſcianum, hoc eſt, ideò quia aduerbiū ſ'm oēs ſpecies eius determinat verbū, ſed non participiū, quia aduerbia determinãtia verba gratia compoſitionis, & gratia modi, qui eſt qualitas compoſitionis participia determinare non poſſunt, cùm participium compoſitionem, & modum verbi non habeat. Sumitur iſte modus determinãtis à ꝓprietate terminãtis in re.

Modus ſignificandi generaliſſimus aduerbij quid.

Aduerbium ergo eſt pars orationis ſignificans per modū adiacentis alteri, quod per modum eſſe ſignificat illud abſolutè determinans.

Aduerbiū quid.

Et notandum, quòd aduerbiū de ſuo modo ſignificandi eſſentiali generaliſſimo tantùm determinat ea, quæ per modum eſſe ſignificant, licèt de aliquo mō eſſentiali ſpeciali, & accidentali poſſit alia determinare, vt patet de aduerbijs excluſiuis, quæ ſunt tantummodo, ſolummodo, & hmōdi, quæ propter modum ſignificandi per modum excludentis poſſunt determinare omne illud, quod habet ſe per modum excluſibilis. Sed modum excluſibilis non habent ſolùm verba, vel participia, ſed etiam nomina, & aliæ partes orationis habent ipſum, ideò iſta aduerbia per huiuſmodi modum eſſentialem ſpecialem habent etiam alia à verbò, & à participio determinare, vt dicendo homo tantummodo legit. Similiter dicendo, tunc temporis, hoc aduerbium, tunc

per modum ſignificandi accidentalem, qui eſt modus, vt alterius conſtruitur cum genitiuo habenre ſe per modum vt cuius,& ſic de alijs.

De duobus modis eſſentialibus ſubalternis. Sub modo eſſentiali generaliſſimo Aduerbij, duo modi eſſentiales ſubalterni continentur, quorum primus eſt modus ſignificandi per modum determinantis verbum, vel participium ratione ſignificati. Secundus modus eſt modus ſignificandi per modum determinantis verbum, vel participium ratione modi ſignificandi. Et hos duos modos Donatus appellat ſignificationem aduerbij. *Notanda.* Nam ſicut per qualitatem in nomine dat intelligere modum communis, & appropriati, per qualitatem in pronomine demonſtrationē & relationem, per qualitatem in verbo modum, & formam. Sic per ſignificationem in aduerbio dat intelligere duos modos eſſentiales ſubalternos mediatos.

Significatio duplex. Et Notandum, quòd duplex eſt ſignificatio, vna, qua vox refertur ad eſſe,& per quam vox formaliter fit dictio, vt prius dictū ē, & hoc eſt eſſentiale cuilibet parti. *Qualibet pars orationis hēt tria.* Nàm quælibet pars orationis aggregat in ſe tria.ſ. vocē, ſignificationē, & modū ſignificādi. Alia eſt ſignificatio, quæ idē eſt, ac modus ſignificādi, & hæc eſt alia in aduerbio, alia in participio, & alia in interiectione, qui modi ſignificādi ſunt. Quis aūt modus ſit ſignificatio in participio, & in interiectiōe poſteà patebit. Significatio in aduerbio eſt modus ſignificandi, vt dictū eſt, quo mediāte aduerbium repræſentat ſpecialem modum determinādi verbum, vel participium, aut ratione ſignificati, aut ratione modi ſignificādi. *Significatio quare accidentalis dicitur.* Vndè ſignificatio non eſt modus accidentalis, ſed eſſentialis ſpecialis, niſi pro tāto dicatur accidētalis, quia eſt extrà rationen aduerbij abſolutè, vt prius dictū eſt de qualitate pronōinis in pronōie.

De modis eſſētialibus ſpēcialſſis. Primus modus in 4. ſpēs diuiditur. Sub his duobus ſubalternis ad modos eſſentiales ſpecialiſſimos deſcendamus. Primus eſt modus ſignificandi per modum determinantis verbum, vel participium ratione rei ſignificatæ, & diuiditur in quatuor ſpecies eſſentiales, quatuor ſpecies aduerbiorum conſtituentes, quæ ſunt aduerbia loci, qualitatis, quanritatis, vocandi.

Aduerbiū loci quid. Aduerbium loci eſt, quod determinat rem verbi ratione loci, & hoc dupliciter, vel per modum requirentis locum, vel reſpondentis ad locum. Si per modum requirentis hoc eſt quadrupliciter, vel eſt in quo, & ſic eſt vbi, vel à quo, & ſic eſt vndè, vel ad quem, & ſic eſt quò, vel per quem, & ſic eſt quà. Si per modum reſpondentis ad locum, ſic ſunt iſta aduerbia, hic, ibi, illic, indè, intus, & huiuſmodi.

Aduerbiũ quantitatis ſignificat per modum determinãtis rẽ verbi, vel participij ratione menſurę continuæ, vel diſcretæ, & ſub hac ſpecie cõpræhenduntur aduerbia ſeparãdi, vt ſeorſum, retrorſum, & huiuſmodi. Et hoc dupliciter, vel per modũ requirẽtis menſurã, vt quotiens, quãtũ, vel per modũ reſpõdentis menſurã, & ſic ſunt iſta aduerbia, multum, parũ, modicum, minimum, minimè, ſemel, bis, ter, quater.

Aduerbiũ quantitatis.

Et notandum, quòd Donatus appellat aduerbium quantitatis diſcretæ, aduerbium numeri, non quia determinat verbum, vel participium ratione numeri, cùm etiam poſſit determinare aliquod verbũ, quod nullius eſt numeri, vt dicẽdo, legere ſemel, vel amare bis, ter, quater. Sed ideò dicitur determinare verbũ ratione numeri, quia determinat rẽ verbi ratione mẽſurę diſcretæ, cuius ſpecies eſt numerus, vel ideò, quia repreſentat rẽ verbi eſſe iteratã, & ſic ſunt iſta aduerbia, bis, ter, quater, vel præſentat rẽ verbi eſſe iteratione priuatã, vt ſemel, Ex vnitate enim multotiens iterata numerus cauſatur propterea à Donato aduerbium numeri nuncupatur.

Donatus cur appellet aduerbium quantitatis diſcreta aduerbium numeri.

Aduerbiũ qualitatis ſignificat per modum determinãtis rẽ verbi, vel participiũ ratione qualitatis, & hoc dupliciter, vel per modũ requirentis rem verbi, vt qualiter, quomodo, vel per modũ reſpondẽtis ad qualitatem, vt doctè, prudẽter.

Aduerbiũ qualitatis quomodo ſignificat.

Aduerbium vocandi eſt, quod verbũ ratione actus exercitandi determinat, prout ad ipſum reſoluitur ſubſtantia vocatiui vocata, vt, ô, Henrice lege.

Aduerbiũ vocandi quid.

Secundus modus ſignificandi per modũ determinandi rẽ verbi, vel participij ratione modorum ſignificãdi diuiditur in tres modos.ſ.in modum ſignificãdi per modum determinãtis verbum ratione cõpoſitionis, & in modum ſignificãdi per modum determinãtis verbũ ratione tẽporis, & in modũ ſignificãdi per modũ determinãtis verbũ ratione qualitatis, ſiuè modi, qui dicũtur indicatiuũ, imperatiuũ, optatiuũ, &c.

Secundus modus ſecatur in tres modos.

Modus ſignificãdi per modum determinãdi verbũ ratione cõpoſitionis eſt modus ſignificãdi per modum determinantis inhærentiã verbi, & diuiditur in quatuordecim modos ſpecialiſſimos quatuordecim ſpecies aduerbiorũ cõſtituẽtes, quę ſũt aduerbia interrogãdi, dubitãdi, affirmãdi, negãdi, modificãdi, demõſtrãdi, ordinis, ſimilitudinis, euẽtus, prohibendi, eligendi, congregandi, reſedendi, excludendi.

Modi ſignificandi per modum determinandi verbũ diuiſio in 14. modos.

Aduerbia interrogandi determinant inhærentiam verbi, ſub ratione requirentis cauſam, vt cur, quare, & huiuſmodi.

Aduerbia dubitandi.

Aduerbia dubitandi determinant verbum ſub ratione dubitationis, vt forſan, forſitan, &c.

Aduerbia interrogãdi

Aduerbia affirmãdi. Aduerbia affirmandi determinant verbum ratione affirmationis, vt etiam, certè, & huiuſmodi.

Aduerbia negandi. Aduerbia negandi determinant verbum ſub ratione negationis, vt haud, non, nequè.

Aduerbia iurandi. Aduerbia iurandi ſub iſtis duobus modis continentur.

Aduerbium modificandi determinat inhærentiã verbi ſub ratione neceſſitatis, contingentiæ, poſſibilitatis, vel impoſſibilitatis, & ſic intelligitur ſuo modo de alijs. Nàm aduerbia habent ferè idem pro ſignificato, & pro modo ſignificandi, ſicut hoc aduerbium, fortè, de ſuo ſignificato ſpeciali importat euentum, & ſignificat per modum euentus, & ideò cognito ſignificato ſpeciali, cognoſcitur, & modus ſignificandi, quia non diſcrepant, niſi penès rationem, ſicut abſolutum, & comparatiuum.

Modus ſignificandi per modum determinantis verbum ratione modi, qui eſt qualitas inclinationis ſubdiuiditur in duos modos ſpecialiſſimos, duas ſpecies aduerbiorum conſtituentes, quæ ſunt aduerbia optandi, & hortandi.

Aduerbia hortandi. Aduerbia hortandi determinant inhærentiam verbi, ſub ratione exhortationis exprimendę, vt eya, agè.

Aduerbia optandi. Aduerbium optandi determinat verbum ſub ratione voti, vel deſiderij, vt vtinam.

Modus ſignificandi per modum determinantis verbum ſub ratione temporis, ſubdiuiditur in duos modos ſpeciales duas ſpecies aduerbiorum cõſtituentes, ſcilicèt aduerbium temporis interrogatiuum, & reſponſiuum.

Aduerbiũ temporis interrogatiuum. Aduerbium temporis interrogatiuum ſignificat per modum determinantis verbum ſub ratione temporis per modum inquirentis tempus, vt quandò.

Aduerbiũ reſponſiuũ temporis. Aduerbium temporis reſpõſiuum ſignificat per modum determinantis verbum ratione temporis ſub modo reſpõdentis, vt nunc, nuper, hodiè.

Notandũ. Et notandùm, quòd nulla ſpecies aduerbij determinat verbum ſub ratione modi ſignificandi eſſentialis generaliſſimi ipſius verbi; ſed ſub ratione modorum ſpecialium, vel accidentalium, vt viſum eſt.

Notandũ. Et notandùm, quòd Donatus poſuit quædam aduerbia ſpecialia perſonalia, quæ tamen aduerbia non ſunt, nec verbum ratione perſonę determinant, quia etiam poſſunt adiungi verbis, quæ ſunt nullius perſonæ, vt dicendo legitur mecum, amatur tecum.

Vndè dicendum, quòd ſecundùm Priſcianum ſunt pronomina cum propoſitione per Apoſtrophã prolata, & trãſi-

tiuè cum aduerbiis à parte poſt conſtructa, ſic etiam patet, quod ſicut modus ſignificandi eſſentialis generaliſſimus aduerbij diuiditur in modos ſubalternos ad modos ſpecialiſſimos deſcendendo; ſic pari modo aduerbium ſimpliciter ſumptum diuiditur in aduerbia ſpecialia.

Diuiditur autem aduerbiũ primò in aduerbiũ determinãs verbũ ratione ſignificati, vel ratione modi ſignificãdi. *Aduerbiũ quomodo diuiditur.*

Aduerbiũ determinãs verbũ ratione ſignificati ſubdiuiditur in aduerbium loci, quantitatis, qualitatis, & vocandi.

Item aduerbium determinans verbum ratione modi ſignificandi ſubdiuiditur in aduerbium determinãs verbum, ratione compoſitionis, ratione modi, & ratione temporis.

Item aduerbium determinans verbum ratione compoſitionis, ſubdiuiditur in aduerbium interrogandi, dubitãtandi, affirmandi, negandi, modificandi, ordinis, ſimilitudinis, euentus, prohibendi, eligendi, congregandi, demonſtrandi, reſedendi, excludendi.

Item aduerbium determinans verbũ ratione modi ſubdiuiditur in aduerbium hortandi, & optandi.

Item aduerbium determinans verbum ratione tẽporis ſubdiuiditur in aduerbium requirẽs tempus, & aduerbium reſpondens tempus de quibus omnibus dictum eſt.

De cõparatione ſpecie, & figura dicendum eſt hîc; ſicut in nomine: & ſic patent modi ſignificandi eſſentiales, & accidentales Aduerbij, qui ſunt, & quot ſunt, & à quibus proprietatibus ſumuntur.

De modo significandi essentiali Generaliſsimo Participij. Cap. XII.

Modus ſignificandi eſſentialis generaliſſimus participij eſt modus ſignificãdi pmodũ eſſe in diſtantis, & ſubſtantia. Circà ꝙ notandum, ꝙ modus eſſe in participio, & in verbo ab eadem rei proprietate oritur, quæ eſt propietas fluxus, & ſucceſſionis, & iſto modo participiũ à verbo non diſcrepat.

Modus autem diſtantis à ſubſtantia, ſeu modus vniti ſubſtantiæ ſumitur ab eadem rei proprietate in participio, à qua ſumitur modus adiacentis in nomine, & compoſitio in verbo, & hæc eſt proprietas inherẽtis alteri ſ᷒m eſſe, & nõ eſt inconueniens ab eadem rei proprietate modos diuerſos nõ oppoſitos oriri, cùm & modi ſignificandi oppoſiti in eadẽ voce poſſint fundari, & per iſtum modũ ſignificandi participium à verbo diſtinguitur, & per iſtum modum participium in ſuum ſuppoſitum in conſtructione collocatur. *Modus eſſe in participio, & in verbo idẽ.*

Participiũ quid & vndè dicitur. Participium ergo eſt pars orationis ſignificans per modum eſſe indiſtantis à ſubſtantia, ſiuè vniti cum ſubſtantia; q̃ idẽ eſt: & dicitur participiũ, quaſi partẽ nominis, & partẽ verbi capiẽs, nõ partẽ eſſentialẽ, ideſt modũ eſſẽtialẽ vtriuſque, vt quidã dicunt, q̃ participiũ ſignificat p modũ entis, & per nomen eſſe. q̃ eſt falſum, quia tunc participium non eſſet ab vtroquè diſtinctũ ſpecificè, quòd eſt inconueniens, ſed pro tanto dicitur participium capere partem nominis, & verbi, quia habet quoſdam modos ſignificandi nominis, & verbi conſimiles, vt ſtatim apparebit.

De modis ſubalternis participij. Sub modo eſſentiali generaliſſimo participij ad modos ſubalternos deſcendamus: Diuiditur autem modus eſſe indiſtantis in tres modos ſubalternos.

Primus modus eſt modus ſignificãdi per modum eſſe generaliter reſpectu cuiuſlibet eſſe ſpecialis, & hic modus cõſtituit participium ſubſtantiuum vt ens, exiſtens.

Secundus eſt modus ſignificãdi per modum eſſe generalis reſpectu nominationis propriæ tantùm, & hic modus cõſtituit participium vocatiuum, vt nominans, vocans.

Tertius eſt mod⁹ ſignificãdi per modũ eſſe ſpecialis actionis, vel paſſionis, & hic mod⁹ cõſtituit participiũ adiectiuũ.

Iſtius modi ſubdiuiſio. Et ſubdiuiditur iſte modus eſſe ſpecialis actionis, vel paſſionis in quatuor modos eſſentiales ſpecialiſſimos.

Primus eſt modus ſignificãdi per modũ actionis tantùm, & hic modus conſtituit participium ab actiuo deſcendens, vt legens, amans.

Secundus modus, eſt modus ſignificandi per modum paſſionis, & hic modus conſtituit participium à verbo paſſiuo deſcendens, vt amatus, lectus.

Tertius eſt modus ſignificandi per modum neutrius, & huiuſmodi modus conſtituit participium à verbo neutro deſcendens, vt ſtans, currens.

Quartus eſt modus ſignificandi per modum vtriuſq; ſimul, & conſtituit participium à verbo communi deſcendens, vt criminans, criminatus, & huiuſmodi.

Et ſic patet; q̃ ſicut mod⁹ generaliſſimus eſſentialis participij diuiditur in modos ſubalternos ad ſpecialiſſimos deſcendẽdo, ſic etiã participiũ ſimpl'r ſumptũ diuiditur in participiũ ſubſtantiuũ, & adiectiuum, & vocatiuum. Adiectiuum ſubdiuiditur in actiuum, paſſiuum, neutrum, & commune.

De modis ſignificandi accidentalibus participij. Conſequenter de modis ſignificãdi accidẽtalibus participij videamus. Sunt autẽ ſecundũ Donatũ ſex accidẽtia participij. ſ. ſignificatio, genus, tẽpus, numerus, figura, caſus. Si-

gnificatio in participio ſecundũ Grãmaticos idẽ eſt, ꝙ gen' in verbo, & ab eadem proprietate ſumitur. Genus in verbo, vt dictum eſt, & modus ſignificandi per modum dependẽtiæ verbi ad obliquum poſt ſe in ratione termini, & hoc idẽ ſignificatio in participio. Ex hoc ſequitur, quòd quemcunque ſignificandi modum verbum exigit poſt ſe in obliquo ratione generis, eundem exigit participium poſt ſe in obliquo ratione ſignificationis, & hic modus eſt modus ſignificandi in ratione termini abſoluti, & non contracti, tamen contrahitur; vt dictum eſt in capitulo de verbo.

Participij accidentia ſex.

Participij ſignificatio quid.

Quòd autem aliquod participiũ ſit ſignificationis actiuæ vel paſſiuæ, & ſic de alijs hoc totum ex parte vocis attẽditur. De genere, numero, figura, caſu, & perſona, & de tempore eodem modo intelligitur hîc, ſicut dictum eſt de verbo.

Participiũ aliquod eſſe ſignificationis actiuæ, vel paſſiuæ vnde oriatur.

Sed tamen notandum, quòd nomina adiectiua, & participia adiectiua habent caſus, numerum, genus, & perſonam, non ex parte ſuæ rei loquendo, ſed ex parte rei ſubiectæ. Nàm ſignificatum iſtorum non ſtat per ſe ſub proprietate agendi, vel patiendi, à qua oritur genus. Nec ſtat per ſe ſub proprietate vnius, vel plurium, à qua ſumitur numerus, cùm accidentia numerẽtur ad numerationem ſubiectorum. Nec etiam ſtat per ſe ſub proprietate termini, vel principij à qua oritur caſus, non enim tali dependentia conſtructio nunciatur, & terminatur. Nec etiam ſtat per ſe ſub proprietate loquẽdi, à qua oritur perſona, ſed res ſubiecta per ſe ſub iſtis proprietatibus conſiſtit. Vndè dicta accidentia inſunt eis per attributionem ſui ad ſubſtantiam, & ideò etiam huiuſmodi adiectiua requirũt dicta accidentia in ſubiectis, non modos ſignificandi proportionabiles, ſed ſimiles. ſ. ſimile genus, ſimilem numerum, ſimilem caſum, ſimilem perſonã requirunt, vt poſteà patebit. Et ſic patent modi participij, ſignificandi eſſentiales, & accidentales, qui ſunt, & quot ſunt & à quibus proprietatibus oriantur.

Accidentia ad numerationẽ ſubiectorum numerantur.

De ſignificato participij hoc intelligendum eſt, quod intelligitur de ſignificato cuiuſlibet termini concreti accidentis, quod quidam ponunt aggregatum ex vtroque, ſcilicèt ex accidente, & ſubiecto.

Aliquorum opinio.

Et quidam ponunt illud ſolùm eſſe accidens ſub modo dependentis ad ipſum ſubiectum. Alij ponunt aggregatum, formaliter, eſſe tamen per rationem accidentis. Et quia omnes iſtæ poſitiones habent fortè defenſores; ideò de ſignificato participij diſputantibus relinquatur.

DE MODO SIGNIFICANDI ESSENTIALI generaliſſimo Coniunctionis. CAP. 13.

Modus ſignificandi coniunctionis quid & a quibus oriatur.

MODVS ſignificandi eſſentialis coniunctionis generaliſſimus eſt modus ſignificãdi per modum cõiungẽtis duo extrema. Et ſumitur eſſe modus ſignificandi à proprietate coniungentis, & vnientis in rebus extrà. Cõiunctio ergo eſt pars orõnis per modũ cõiungẽtis duo extrema ſignificãs.

Sub modo eſſentiali generaliſſimo Coniunctionis ad modos ſubalternos per diuiſionem deſcẽdamus. Diuiditur autem iſte modus coniungentis duo extrema; in modum coniungentis duo extrema per vim, & in modum coniungentis duo extrema per ordinem; & hos duos modos Donatus appellat poteſtates. Et habet ſe ſimiliter poteſtas in coniunctione, ſicut ſignificatio in aduerbio. Nam ſicut ſignificatio in aduerbio conſiſtit in ſpeciali modo determinandi, ſic poteſtas in coniunctione conſiſtit in ſpeciali modo coniungendi, & iſtiuſmodi modus eſt modus coniungendi per vim, & per ordinem. Ex hoc patet, quòd poteſtas in coniunctione non eſt modus ſignificandi accidentalis, niſi pro tãto, quia eſt extrà ratiõnẽ cõiunctionis ſimpl'r, & abſolutè ſumptę, vt dictum eſt de ſignificatiõe in Aduerbio.

Modi iſtius diuiſio.

Modus ſignificandi per modum coniungentis duo extrema per vim eſt modus ſignificandi vniendi duo extrema, quæ inter ſe dependentiam non habent, vt duo ſubſtantiua, vel duo adiectiua, vel duas orationes inter ſe ordinem non habentes; & diuiditur in duos modos eſſentiales ſpecialiſſimos. Quorum primus eſt modus ſignificandi per modum coniungentis duo extrema inter ſe, & reſpectu alicuius tertij, & iſte modus conſtituit coniunctiones copulatiuas. Secundus modus eſt modus ſignificandi per modũ coniungentis duo extrema inter ſe, diſtinguendo ea reſpectu tertij, & hic modus conſtituit coniunctiones diſiunctiuas, de quibus Boetius dicit, quòd cõiunctio diſiunctiua ſentit hoc, quod ea, quæ cõiungit ſimul eſſe non permittit.

Item modus ſignificandi per modum coniungentis duo extrema ſecundùm ordinem eſt modus vnientis duo extrema per ordinem inclinatą, & diuiditur in duos modos eſſentiales ſpecialiſſimos, quorum primus eſt modus ſignificandi per modum coniungentis duo extrema ſecundùm ordinem, ex parte ante ſe tenentia, & hic modus conſtituit ꝑ cõiunctiones cauſales, quæ ſe tenẽt ex parte Antecedẽtis, eſt cauſa Cõſequẽtis dicẽdo; ſic, Sortes currit, ergo mouet.

Secundus eſt modus ſignificandi per modum coniungentis duo extrema ſecundùm ordinem ex parte conſequẽtis ſe habẽtia, & hic modus conſtituit coniunctiones rationales, & benè rationales dicuntur, quia magis ſe tenent ad partem Cõſequentis, cuius ratio dependet ab Antecedente, vt dicendo, terra interponitur inter Solem, & Lunam; ergo Luna eclipſatur.

Cõiunctionum ſufficientia. Et eſt notandum, quòd quædam coniunctiones dicuntur expletiuæ, quę ſecundùm veritatẽ non ſunt coniunctiones, quia non coniungunt, ſed tantùm coniũcta ornant, & in ſermone non ſumuntur propter neceſſitatem; ſed propter ornatum. Si autem eas coniunctiones expletiuas volumus includere in ſpeciebus coniunctionis; hoc modo ſufficientiam harum ſpecierum ſumamus. Omnis coniunctio aut coniungit duo extrema, aut duo extrema coniuncta ornat. Si coniungit, hoc eſt, dupliciter, aut per vim, aut per ordinem. Si per vim hoc eſt dupliciter, aut coniungit aliqua intea ſe reſpectu tertij, & ſic ſunt cõiunctiones copulatiuæ, aut coniungit aliqua inter ſe diſtinguendo reſpectu tertij, & ſic ſunt coniunctiones diſiunctiuæ. Si per ordinẽ hoc eſt dupliciter, aut coinunctio ſe tenet ex parte antecedentis, & ſic ſunt cauſales; aut magis ad cõſequens; & ſic ſunt ratiõales.

Si autem coniunctio extrema non coniungit; ſed cõiuncta adornat, ſic tunc ſunt coniunctiones expletiuæ, & dicuntur expletiuæ, quia extrà plenum ſenſum orationis ſunt poſitæ, & ſic patet, quòd ſicut modus ſignificandi eſſentialis generaliſſimus diuiditur in modos ſpeciales ad ſpecialiſſimos deſcendendo, ſic diuiditur coniunctio ſimpliciter ſumpta in coniunctionem coniungentem per vim, & coniunctionem coniungentem per ordinem. Coniunctio per vim coniungens diuiditur in coniunctionem copulatiuam, & diſiunctiuam. Item coniunctio coniungens per ordinem diuiditur in coniunctionem cauſalem, & rationalem.

Modi accidentales cõiunctionis quid. Conſequenter de modis ſignificandi accidentalibus cõiunctionis videamus, qui ſunt tres, ſcilicèt ſpecies, figura, & ordo. De ſpecie ſicut in nomine dicendum eſt, ab eiſdem enim proprietatibus ſumuntur vtroſque: ordo in coniunctione ſumitur ab ordinem in rebus ab extrà. Eſt enim ordo in coniunctione modus ſignificandi actiuus, quo mediante, coniunctio ordinem extremorum conſignificat ratione cuius ordinis, aut coniũctio præponitur tantùm, aut poſtponitur, aut indifferenter præponitur, & poſtponitur extremis coniunctionis. Et ſic patent modi ſignificandi coniunctionis, qui ſunt, & quot ſunt, & vndè oriantur.

DE MODO SIGNIFICANDI GENERALISSIMO *Præpoſitionis.* CAP. 14.

Modus ſignificandi præpoſitionis quid.

MODVS ſignificandi eſſentialis generaliſſimus Præpoſitionis eſt modus ſignificandi per modum adiacentis alteri .i. cauſali ipſum contrahens, & ad actum retorquens. Et iſte modus præpoſitionis ſumitur à proprietate determinationis & coartationis in rebus.

Et eſt notandum, quòd præpoſitio non eſt inuenta propter verba vehementis tranſitionis, vt quidam dicunt, hoc enim non videtur grãmaticè dictum, cùm grãmaticus velocẽ, vel tardam tranſitionem non conſideret. Item quædã verba præpoſitiones exigunt, quæ tamen nullam habent tranſitionẽ, nec velocem, nec tardã, vt dicendo ſũ in domo. Item dicendo anulus ex auro, illud nomen anulus exigit præpoſitionẽ, non tamen vllã tranſitionem habet, vt patet de ſe. Vndè dicẽdum eſt, quòd præpoſitio inuenta eſt finaliter propter caſuale, non quodcunq; ſed quod eſt accuſatiuus, & ablatiuus. Nàm ſicuti dictum eſt in capitulo de nomine, ꝙ accuſatiuus eſt modus ſignificãdi, vt quẽ cõtrahibilis per modũ, vt ad quẽ, in quẽ, propè quẽ; & iuxta quẽ, & ſic de aliis; ſimiliter ablatiuus eſt modus ſignificandi per modum, vt quo contrahibilis vt à quo, in quo, & ſine quo, & huiuſmodi. Talis autem coartatio caſualis fit per præpoſitiones accuſatiuo caſui, vel ablatiuo deſeruientes. Vndè præpoſitio inuenta eſt, vt primò modum caſualem contrahat; & coartet, & deindè caſualem ad actũ reducat. Per hoc enim quòd prępoſitio caſuale coartat, & contrahit, præpoſitio caſuale ad actum reducit, & ſufficiẽter diſponit, vt cum actu cõſeruatur, & ſumatur. hìc ſumitur actus pro conſtructibili dependenti ad caſuale, non enim dependens ad caſuale mediante præpoſitione ſemper eſt actus, licèt vt frequẽter. Eſt ergo prępoſitio pars oratõis ſignificans per modũ adiacẽtis alteri caſuali ipſũ cõtrahens, & ad actũ reducẽs &c.

Præpoſitio cur inuẽta.

Præpoſitio quid.

Sub hoc autẽ modo generaliſſimo prępoſitionis ad modos ſubalternos per quandã diuiſionem deſcendam⁹. Diuiditur autẽ iſte modus generaliſſimus præpoſitionis in tres modos ſubalternos, quorum primo eſt modus ſignificandi per modũ cõtrahẽtis, & retorquẽtis accuſatiuũ tantum. Secundus modus eſt mod⁹ ſignificandi per modũ contrahentis, & retorquentis ablatiuum tantùm. Tertius modus eſt modus ſignificandi per modũ cõtrahentis, & retorquentis accuſatiuũ, & ablatiuum ſ. vtrumq; differenter. Et hos tres

Modi præpoſitionis diuiſio.

modos eſſentiales ſubalternos vocat Donatus caſum propoſitionis. Et habet ſe ſimiliter caſus in præpoſitione,ſicut ſignũ in aduerbio,& poteſtas, in coniunctione Nam,ſicut ſignũ in aduerbio conſiſtit in modo ſpeciali terminandi, & poteſtas in ſpeciali modo coniungendi. Sic caſus in prępoſitione cõſiſtit in ſpeciali modo contrahendi, & hoc tripliciter variatur, vt dictum eſt. Ex hoc patet, quòd caſus non eſt accidens præpoſitionis, niſi ſicut dictum eſt de ſignificatione in aduerbio, & de poteſtate in coniunctione.

Item primus mod⁹ ſignificandi ſ. per modũ contrahentis accuſatiuũ diuidit̃ in triginta ſpecies præpoſitionis conſtituentes,quæ ſunt apud,ãte,&c.quæ diuerſos habent modos contrahendi caſuales. licèt in his non inueniatur pluralitas indiuiduorum, ſed quot ſunt ſpecies, tot ſunt indiuidua.

Secundus modus ſignificandi ſ. modus cõtrahentis ablatiuum tantùm,ſubdiuiditur in quindecĩ ſpecies,quindecim ſpecies præpoſitionis conſtituentes, quæ ſunt a, ab, abſque &c, de quibus eſt dicendum, ſicut prius.

Tertius modus ſignificandi ſ. per modum contrahentis vtrumq; caſuale, ſubdiuiditur in quatuor modos ſpecialiſſimos,quatuor ſpecies præpoſitionis conſtituentes, quæ ſũt in,ſub,ſuper,& ſubter. Et ſic patet, quod ſicut modus ſignificandi eſſentialis generaliſſimus præpoſitionis diuiditur in modos ſubalternos ad ſpecialiſſimos deſcendẽdo: ſic præpoſitio ſimpliciter ſumpta diuidit̃ in præpoſitiones deſeruientes accuſatiuo tantùm, & in præpoſitiones deſeruientes ablatiuo tantùm, & in præpoſitiones deſeruientes vtriq;

Item prępoſitiones deſeruientes accuſatiuo tantùm diuidũt̃ in triginta ſpecies & præpoſitiones deſeruiẽtes ablatiuo tantùm in quindecim ſpecies,& præpoſitiones deſeruientes,vtriq; ſpecies, de quibus omnibus viſum eſt.

Notãdũ, quòd præpoſitio dicitur præpõi partibus orationis dupliciter;vno modo per appoſitionem, cum præpoſitio ſeruat ſibi vim diuiſionis, & manet præpoſitio per eius modũ ſignificandi eſſentialẽ generaliſſimũ, & hæc eſt vera præpoſitio,& ab aliis partib⁹ orationis diſtincta. Alio modo præponitur aliis partibus orationis per compoſitionem,& tunc non manet per ſe dictio,nec pars orationis;ſed cadit in vim dictionis,cũ qua cõponitur,& tunc præpoſitio nõ retrahit, nec retorquet,ſed cõplet,ãt mutat aut minuit. *Præpoſitio dupliciter præponitur orationis partibus. Præpoſitio dupliciter componitur cum partibus orationis.*

Præpoſitio autẽ dupliciter cõponitur cum partibus. Vno modo ſeparabiliter,ità quòd præter compoſitionem poteſt dictionib⁹ adiũgi,& à dictionib⁹ ſeparari,& ſub ꝓprio modo ſtare. Alio modo inſeparabiliter, & ſic non meretur dici

præpoſitio, niſi valdè impropriè propter quandã eſſe millitudinem, quam habet cum præpoſitione in compoſitione. Nàm ſicut prępoſitio in compoſitione complet, aut mutat, aut minuit, ſic etiam iſtæ, vt diſtraho, repropo, regredior, & huiuſmodi, & vniformiter præpoſitiones in compoſitione non ſunt verè prępoſitiones, quia per ſe nihil ſignificant, cũ non ſint per ſe dictiones. Nec etiam per ſe modum ſignificandi habent; ſed adduntur alijs dictionibus, tanquã ſyllabicæ adiectiones, vt met. pte. & huiuſmodi. Quòd autẽ habitudo, vel circumſtantia cauſarum attribuitur præpoſitioni: hoc magis fortaſſe ex ſignificatione conſtructibiliũ extremorũ elicitur. Nàm præpoſitio extrà cõpoſitionem ſi per ſe proferatur nulla circunſtantia cauſarũ per eam exprimitur, nec de vi vocis, nec de vi ſignificati, nec de vi alterius modi ſignificãdi: Et ſic patet modi ſignificandi prępoſitionis qui ſunt, & quot ſunt, & à quibus proprietatibꝰ ſumantur,

DE MODO SIGNIFICANDI ESSENTIALI Generaliſsimo Interiectionis. CAP. 15.

Modus ſignificandi interiectionis quid.

MODVS ſignificãdi eſſentialis generaliſſimꝰ Interiectionis eſt modus ſignificãdi per modum determinãtis alterũ, quod eſt verbũ, vel participiũ affectiones animi repræſentãs. Nàm cũ anima afficit motu, doloris; gaudii, metꝰ & huiuſmodi, hoc per intentiones exprimitur. Vndè interiectio determinat verbum, vel participiũ nõ ſimpliciter ſed in comparatione ad animam, eius affectum exprimens; interiectio ergo eſt pars orationis, &c. & hoc vocat Donatꝰ ſignificare, cùm dixit, quòd interiectio eſt pars orationis ſignificans mentis affectũ vere incognita i. conceptũ mentis ſub voce non deliberata.

Interiectio quomodo determinat verbũ, vel participiũ.

Interiectio quid.

Sub hoc modo eſſentiali generaliſſimo interiectionis ad modos ſpecialiſſimos deſcendamus: diuiditur autẽ ille modus in quatuor modos ſpeciales.

Diuiſio iſtius modi in quatuor.

Primus eſt modus ſignificãdi per modum determinantis alterum motum doloris, vel triſtitiæ in anima repręſentãs, & iſte modus conſtituit interiectionem doloris, vt heu.

Primus.

Secundus

Secundus modꝰ, eſt modus ſignificandi per modũ determinantis alterũ motum gaudij, vel letitiæ in anima repræſentans: & iſte modus conſtituit interiectionem letitiæ, vt euax, & huiuſmodi.

Tertius.

Tertius modꝰ eſt modus ſignificandi per modum determinatis alterum, motũ admirationis in anima repræſentãs

& hic

&hic modus conſtituit interiectionem admirationis, vt papè,& huiuſmodi.

Quartus.

Quartus eſt modus ſignificandi per modum determinãtis alterum motum terroris, vel metum repræſentans, & iſte modus conſtituit interiectionés metus, vt at, at,& ſimilia,& hos quatuor modos ſpeciales Donat⁹ ſub ſignificatione cõpræhendit,& habet eodẽ modo ſe ſignificatio ad interiectionem, ſicut ſignificatio ad aduerbium,& poteſtas ad coniunctionem, & caſus ad præpoſitionem. Sicut enim ſignificatio in aduerbio conſiſtit in ſpeciali modo determinandi, & poteſtas in coniunctione in ſpeciali modo coniungendi, & caſus in propoſitione in ſpeciali modo contrahendi, ſic ſignificatio interiectionis conſiſtit in ſpeciali modo determinandi ſpecialem motum in anima repræſentans. Et hoc conſiſtit in quatuor modis, vt viſum eſt. Et ideò ſignificatio non eſt accidens interiectionis, niſi ſicut viſum eſt de alijs.

Sufficientia ſpecierum interiectionis.

Anima quotupliciter poſſit moueri.

Sufficientia iſtarum ſpecierum ſic poteſt accipi. Cùm interiectio determinat verbum exprimit motus, & affectiones in anima, poteſt ergo anima moueri circà conuenientia, vel circà non conuenientia, vel circà medio modo ſe habentia; ſi circà conuenientia, ſic ſunt interiectiones lætitiæ: Si circà non conuenientia hoc eſt dupliciter, vel cadunt ſub tempore præſenti, & ſic ſunt interiectiones doloris: ſi ſub futuro,& ſic ſunt interiectiones met⁹, quia de præſenti dolemus,& de futuro timemus. Si autẽ aĩa afficitur circà medio modo ſe habentia, ſic ſunt interiectiones admirationis.

Partes indeclinabiles non tot modos ſignificandi habere ſicut partes declinabiles.

Notandùm ergo, quòd interiectiones, & aliæ partes indeclinabiles non tot modos ſignificandi habent, ſicut partes declinabiles, quia ſignificatum partium indeclinabilium paucis ſubſiſtit proprietatibus,& ideò pauciores ſunt modi ſignificandi partibus indeclinabilibus, quàm declinabilibus Et ſic patent modi ſignificandi interiectionis, qui ſunt,& quot ſunt, & vndè oriantur. Et hæc de modo ſignificandi octo partium orationis, prout ad Etymologiam ſpectãt, dicta ſufficiant.

DE TRIBVS PASSIONIBVS OCTO PARTIVM Orationis in generali. Cap. XVI.

HABITO de modis ſignificandi octo partium orationis ſub ratione, qua ſunt principium formale partium ſermonis, ſecundùm quem modum pertinent ad Etymologiam: conſequenter de ipſius dicamus, prout ſunt principium efficiens in-

trinſecum coniunctionis, & aliarum partium ſermonis. Secundùm quẽ modũ pertinent ad daſintèthicam, & hoc nihil aliud eſt, quàm applicare eos ad conſtructionem, congruitatem, & perfectionem oſtendendo, qui modi ſignificandi quarum conſtructionum, congruitatum, perfectionum ſunt principia.

De his ergo tribus paſſionibus determinemus.

Principia conſtruendi ſermonem congruè & perfectè ſunt quatuor.

Primò earum principia in generali videamus. Sunt autem quatuor principia eſſentialia conſtruendi ſermonem congruè, & perfectè ſ. materiale, formale, efficiens, & finale.

Principium materiale quid.

Principium materiale conſtruendi ſunt conſtructibilia, quia ſicut ſe habet ſubiectum ad accidens, ſic ſe habent conſtructibilia, ad conſtrutionem; ſed ſubiectum eſt materia accidentis. Nàm accidens non habet materiam ex qua, ſed in qua; ergo conſtructibilia ſunt materia conſtructionis; & non ſunt plura, vel pauciora duobus. Quia vt patebit conſtructio cauſatur ex dependentia vnius conſtructibilis ad alterum, ſed vna dependentia non eſt, niſi duorum. ſ. dependentis, & determinantis, ergo vnius conſtructionis non ſunt niſi duo conſtructibilia, ſcilicèt dependens, & determinans. Et ex hoc patet error dicentium homo albus currit benè, quod ſit vna conſtructio, nàm hìc ſunt diuerſæ, vna, qua adiectiuũ dependet ad ſubſtantiuum, alia, qua verbum dependet ad ſuppoſitum, tertia, qua determinans dependet ad determinabile, ergo non erit hìc vna conſtructio. Similiter, cùm dicitur Sortes percutit Platonẽ, hìc propter diuerſas dependentias verbi ad ſuppoſitum ante ſe, & ad obliquũ poſt ſe non poteſt eſſe vna conſtructio, vt de ſe patet.

Principium formale quid.

Principium formale ipſius conſtructionis eſt vnio cõſtructibilium, hoc enim eſt forma rei, per quod res habet eſſe per conſtructibilium vnionem, ergo cõſtructibilium vnio eſt forma conſtructionis.

Principiũ efficiens conſtructionis duplex.

Principiũ intrinſecũ quid.

Principium efficiens conſtructionis eſt duplex, ſcilicèt extrinſecum, & intrinſecum. Intrinſecum ſunt modi ſignificandi reſpectiui ratione quorum, vel vnum conſtructibile eſt ad alterum dependens, vel alterius dependentiam terminans, à quibus modis ſignificandi reſpectiuis abſtrahuntur duo modi ſignificandi generales, ſcilicèt modus dependendi in vno conſtructibili, & modus dependentiam terminans in altero conſtructibili. Et hi modi ſignificandi dicuntur efficere conſtructionem pro tanto, quia præparant, & diſponunt conſtructibilia ad actualem vnionem, quæ fit per intellectũ, licèt quedã magis remotè, & quædã magis propin-

quæ, vt patebit in ſequentibus. Et dicūtur modi ſignificādi principiū intrinſecū, quaſi inter cōſtructibilia manentes. Sed principiū efficiens intrinſecū eſt intellectus, qui conſtructibilia per modos ſignificandi diſpoſita, & præparata actu vnit in conſtructionem, & ſermonem, conſtructibilia enim qualitercunque ſummè diſponantur ad vnionem per ſuos modos ſignificandi, nunquam tamen vnum conſtructibile actu ſe alteri vnit, ſed hoc fit per intellectum, vt dictum eſt, & dicitur intellectus principium extrinſecum, quaſi extrà conſtructibilia manens. *Principiū extrinſecū quid.*

Principium finale eſt expreſſio mentis conceptus compoſiti. Quia, vt dicitur Quinto Metaph. quod finis eſt gratia cuius aliquid fit, ſed conſtructio partium orationis fit gratia expreſſionis mentis conceptus compoſiti, ergo expreſſio mentis conceptus compoſiti eſt finis conſtructionis, vndè Philoſophus Primi Perihermeniarum dicit, quod ea, quæ ſunt in voce, ideſt voces ſignificatiuæ in prolatione, quales ſunt orationes grammaticæ, ſunt notæ paſſionum earum, quæ ſunt in anima, ſcilicèt ſigna conceptus mentis, vel animæ. Signum autem eſt finaliter propter ſignificatum; ergo conſtructio, vel oratio in Grammatica eſt finaliter propter exprimendum mentis conceptum. *Principium finale quid. Finis quid. Authoritas Philoſophi. Signum eſt propter ſignificatum.*

DE CONSTRVCTIONE. Cap. XVII.

Conseqventer videamus de iſtis tribus paſſionibus in ſpeciali, & primò de conſtructione; Secundò de cōgruitate, & Tertiò de perfectione, quia conſtructio eſt prior congruitate, & congruitas prior perfectione, vt patebit. Ad cognoſcendùm naturam conſtructionis in ſe, & in ſuis partibus ſubiectiuis.

Notandùm, quòd conſtructio eſt quoddam incomplexum vniuocum, ſed ſecūdùm Boetium incomplexum vniuocum habet duplicem cognitionem, ſcilicèt per diffinitionem, qua res cognoſcitur ſecundum ſui eſſe, & per diuiſionem, qua res cognoſcitur ſecundùm ſui poſſe, ad diffinitionem ergo conſtrūctionis, & ad eius diuiſionem procedamus. Diffinitur ergo Conſtructio ſic. Conſtructio eſt conſtructibilium vnio ex modis ſignificandi, & intellectu cauſata ad exprimendum mentis conceptum compoſitum finaliter adinuenta. Ad cuius intellectum eſt notandum, quod diffinitio datur cauſa innoteſcendi, & cognoſcendi rem, vt habetur ſexto Topicorū. Sed res cognoſcitur *Conſtructio quid. Conſtructionis altera diffinitio. Diffinitio curdetur. Res quomodo cognoſcatur.*

per ſuas cauſas, ex quibus habet eſſe: ergo per ſuas: cauſas habet diffiniri: ex hoc ſequitur, quòd aliquid ſufficientius cognoſcitur, cùm per omnes ſuas cauſas cognoſcitur; quàm quandò cognoſcitur per quaſdam eius cauſas tantùm, vt patet ex intentione Philoſophi Sexto Metaphyſicæ. Sed prædicta diffinitio aggregat in ſe omnes cauſas cõſtructionis: nàm per ly conſtructibilium, tangitur cauſa materialis, per ly vnio cauſa formalis, per ly ex modis ſignificandi cauſata, tãgitur cauſa efficiẽs intrinſeca, per ly ab intellectu cauſata, tãgitur cauſa efficiẽs, extrinſeca, per ly ad exprimendum mentis conceptum, tangitur cauſa finalis, ergo dicta diffinitio eſt ſufficiens.

Viſa natura cõſtructionis in ſe, via diffinitionis, cõſequẽter eius naturam videamus in ſuis partibus, via diuiſionis.

Conſtructionum alia tranſitiua, & alia intranſitiua.

Secundùm omnes Grammaticos prima diuiſio conſtructionis eſt hæc: Conſtructionum alia Trãſitiua, alia Intranſitiua, & iſta diuiſio eſt ſufficiens, quia ad has duas differentias reducuntur omnes conſtructionum ſpecies. Nàm Retranſitiua, & Reciproca ad tranſitiuam reducuntur, vt poſtea patebit.

In genere datur vnũ quod eſt menſura omnium.

Ad intellectum membrorum huius diuiſionis notandum, quod in genere eſt dare primum, quod eſt metrum, & menſura aliorum, vt ſcribitur 9. Metaph. Eſt ergo in genere conſtructibilium dare primum conſtructibile, & ſi eſt dare primũ, etiã erit dare ſ^m, quia primũ, & ſ^m ſunt differentiæ ordinis. Et illud eſt verũ in omni conſtructione conſtructibile primum, quòd poſt ſe dependet ad obliquum, illud verò ſecundum, quod ante ſe dependet ad ſuppoſitum, illud eſt etiam ſecundum, quod dependet ad determinabile. Et ratio horum eſt, quia illud, quod poſt ſe dependet ad obliquũ, dependet ad ipſum, vt ad terminum, & vltimũ, quod autem ante ſe dependet ad ſuppoſitum, dependet ad ipſum, vt ad principium, & ad primum, quod autem dependet ad determinabile, depẽdet ad aliquod prius ſe; determinatio autem, & diſpoſitio rei eſt poſterior ipſa re.

Item notandùm, quod cùm orationis conſtructio requirat ſecundò conſtructibilia, oportet vnum eſſe dependẽs, & alterum dependentiam terminans, quod ſic probatur, quia illa duo conſtructibilia, quibus fit conſtructio, aut ambo dependent, aut ambo dependentiam terminant, aut vnum dependet, & alterum dependentiam determinat. Sed non poſſunt ambo dependere, quia dependens accipitur, vt quid in potentia, ſed ex duobus entibus in potentia non fit

aliquod vnum; vt dicitur. 7. Metaph. ergo ex duobus dependentibus non fit constructio. Item ſi ambo dependederent, mutuò dependerent, ſed quæ mutuò dependent ſunt ſimul natura, & talia non ſunt ſecundùm prius, & poſterius ordinata, dictum eſt enim, quòd constructibilium eſt ordo ſm priùs, & poſteriùs: ergo, &c. Itē cōſtructibilia ñ poſſūt ambo terminare, quia determinās, vt eſt determinās eſt ens in actu, ſed ex duobus entibus in actu nō fit tertium, ergo non poſſunt ambo terminare. Relinquitur ergo, quòd constructibilium vnum ſit dependens, alterum verò dependentiam terminans. Nàm ſicut ex materia, & forma quorū vnum eſt in actu, alterum verò in potentia fit per ſe compoſitum in natura, ſic ex ratione dependendi, & terminandi fit per ſe constructio in ſermone. Illud verò constructibile terminat, quod ratione alicuius ſui modi ſignificandi terminū dat, & concedit, &c. *Nota.*

Reſumo ergo, quod dictum eſt, quòd in omni constructione eſt primum constructibile, & ſecundum. Aut erergo ſecundum dependet ad primū, aut primū dependet ad ſecundum; ſecundò per ſui dependentiam à primo recedēte. Si ſecundum dependet ad primum, ſic eſt constructio intranſitiua. Constructio ergo intranſitiua eſt constructio in qua ſecundum constructibile per ſuos modos ſignificandi dependet ad primum: vt dicendo Sortes currit, hoc verbum currit, quod eſt constructibile ſecundum in hac cōſtructione dependet ad ſuppoſitum, quod eſt primum constructibile. Item dicendo Sortes legit benè, hoc aduerbium benè quod eſt ſecundum constructibile in iſta constructione dependet ad verbum, quod eſt primum constructibile. Si autem constructibile dependet ad ſecundum, ſecundo non dependēte ad primum, ſed aliud à primo diuerſum, ſic eſt constructio tranſitiua. *In omni constructione eſſe primum, & ſecundum constructibile.* *Constructio intranſitiua quid.*

Constructio ergo tranſitiua eſt, in qua primum constructibile per ſuos modos ſignificandi dependet ad ſecundum, ſecundo per eius dependentiam à primo recedente, ſi dependens fuerit. Et dico, ſi dependens fuerit, quia in hac constructione, quandoque constructibile dependentiam non habet, ſed ſolùm primi constructibilis dependentiam terminat, vt ſic dicendo, percutio Sortem. Quandoque autem ſecundum constructibile dependentiam habet, vt ſic dicendo, video legētem librum, hoc participium legentem in iſta constructione cum hoc, quod dependentiam verbi *Constructio tranſitiua quid.*

terminat ante ſe, quod eſt primum conſtructibile, in hac oratione etiam dependet ad obliquum poſt ſe, quod eſt diuerſum à conſtructibili primo. Ex iſtis patet, quòd conſtructio reciproca, & retranſitiua ſub tranſitiua continentur. Nàm conſtructio reciproca tranſitiua eſt, vt dicendo Sortes diligit ſe, quia hoc conſtructibile primum, dependet ad ſecundum, ſecundo non dependente ad primum, ſed ad alium ſi dependet. Item retranſitiua eſt ex duobus trſitiuis cópoſita, vt dicendo, Sortes rogat me, vt diligam eum, ideò ſub tranſitiua continetur.

Conſtructio reciproca, & retranſitiua ſub reciproca continētur.

Conſtructio reciproca tranſitiua quid.

Et ſciendum, quòd iſtæ duæ differentiæ, ſcilicèt tranſitiuum, & intranſitiuum ſumuntur in conſtructionibus Metaphoricè, ideſt per quandam ſimilitudinem tranſitus realis. Nàm aliquis dicitur realiter tranſire, quandò tranſit de vno loco ad alium, à primo diuerſum. Cùm autem quis procedit ad aliquem terminum primum, & in iſto manet indè non diuertens, tunc dicitur non tranſire. Sic in conſtructione intranſitiua, quia dependentia vnius, ideſt poſterioris conſtructibilis vadit ad primum, indè non trãſiens, ideò intranſitiua dicitur, vt Sortes currit. In conſtructione verò tranſitiua dependentia poſterioris non vadit ad primum, ſed tranſit ad aliud diuerſum à primo, ideò tranſitiua meritò nuncupatur.

Conſtructio retranſitiua ex quibus.

Tranſitiuũ & intranſitiuum, quomodo ſumantur in conſtructionibus.

Vlterius notandum, quòd in conſtructione intranſitiua, poſterius conſtructibile dependens ad primum aliquo modo nititur identitari cum eo. In conſtructione autem tranſitiua poſterius conſtructibile non dependens ad primum, ſed per ſuam dependentiam à primo recedens aliquo modo nititur diuerſificari ab eo. Exindè eſt, quod antiqui Grammatici dantes diffinitiones conſtructionis tranſitiuæ, & intranſitiuæ dabant eas per idem, & diuerſum. Dicentes conſtructionem intranſitiuam eſſe illam, in qua conſtructibilia pertinent ad idem, vel tanquàm ad idem videntur pertinere, conſtructionem autem tranſitiuam eſſe illam in qua conſtructibilia pertinent ad diuerſa, vel videntur pertinere ad diuerſa. Illud autem debet intelligi modo, quo dictum eſt; quia pro tanto conſtructibilia in conſtructione intranſitiua dicuntur pertinere ad idem, quia poſterius conſtructibile per ſuum modum ſignificandi dependens ad primum aliquo modo nititur identitari cum eo, pro tanto etiam conſtructibilia in conſtructione tranſitiua dicuntur pertinere ad diuerſa, quia

Antiqui Grãmatici quomodo diffiniebãt conſtructionem tranſitiuam & intranſitiuam.

poſterius conſtructibile per ſuam dependentiam à primo conſtructibile recedens aliquo modo nititur diuerſificari cum eo, vel ab eo. Et ſic patet, quid eſt conſtructio tranſitiua, & intranſitiua, & quare ſic nominantur.

Viſa de conſtructione tranſitiua, & intranſitiua, diffinione, conſequenter deſcendamus ad ſuas ſpecies. Diuiditur aūt conſtructio intranſitiua, in conſtructionem intranſitiuam actuum, & conſtructionem intrāſitiuam perſonarum. Conſtructio intranſitiua actuum eſt, in qua conſtructibile dependens, per modum actus ſignificat, vt dicendo Sortes currit. Conſtructio intranſitiua perſonarum eſt, in qua conſtructibile dependens ſignificat per modum ſubſtantiæ, vel quomodolibet aliter, vt dicendo Sortes albus currit benè, vndè ſub his vlterius deſcendamus. *Cōſtructionis intrāſitiua diuiſio.* *Conſtructio intranſitiua actuum quid.* *Conſtructio intranſitiua perſonarum quid.*

Iuxtà quòd notandum, quòd cùm conſtructio intranſitiua actuum ſit ſuppoſiti cum appoſito, & intranſitiua perſonarum ſit determinabilis cum determinatione, ideò ſecundùm diuerſitatem ſuppoſitorum, & diuerſitatem determinantium diuerſificatur conſtructio intranſitiua actuum, & perſonarum.

Iuxtà quod notandum eſt primum de Conſtructione intranſitiua actuum, quòd in omni conſtructione perfecta requirūtᶜ duo extrema ſ'm ſitū diſtātia. ſ. ſuppoſitū, & appoſitū. Et cùm appoſitū ſignificet per modū diſtātis à ſuppoſito ſ'm ſitum, ideò ſuppoſito addi nō poteſt ſine medio : tale aūt mediū eſt cōpoſitio, vt dictū eſt in Capitulo de verbo, & ideò compoſitio in hmōdi dependentia, maximè eſt verbo neceſſaria. Ex quo patet, quod omne verbum requirit ſuppoſitum, ſiuè ſit perſonale, ſiuè imperſonale, ſiuè finitum, ſiuè infinitum : non tamen idem, ſed aliud, & aliud, ſecundùm quod compoſitio cum modo verbi fuerit aliter, & aliter contracta, modo ſignificandi caſui proportionabili. *Omne verbum requirit ſuppoſitum.*

Reſumo ergo, quod dictum eſt, quòd cùm conſtructio intranſitiua actuum ſit ſuppōſiti cum appoſito, & cùm nil ſupponat, niſi caſus, vel habens caſum, ideo ſecundùm diuerſitatem caſus ſupponentis diuerſificatur conſtructio intranſitiua actiuum Aut ergo nominatiuus caſus ſupponit, vt dicendo Sortes currit. Aut genitiuus caſus ſupponit, vt dicendo Sortis intereſt, Aut Datiuus caſus ſupponit, vt dicendo Sorti accidit. Aut accuſatiuus ſupponit, vt dicēdo Sortem legere oportet. Aut ablatiuus *Conſtructio intrāſitiua actuum diuerſificatur ſ'm diuerſitatem caſus ſupponētis.*

caſus ſupponit, vt dicendo à Sorte legitur. Vocatiuus autē ſupponere non poteſt, cùm ſibi ratio principij repugnet, vt viſum eſt ſuprà in capitulo de nomine.

Principia congruitatis. Principia congruitatis circà ſingulas partes, iam dictas aſſignare poſſumus.

Principia coſtructiōis verbi perſonalis cum ſuppoſito quot. Notandum autem, quòd congruitatis principia conſtructionis verbi perſonalis cum ſuppoſito nominatiui caſus, ſunt ſex modi ſignificandi in appoſito dependenti, quibus conformantur ſex in ſuppoſito terminanti, nàm in appoſito eſt modus eſſe, cui in ſuppoſito correſpōdet modus entis.

Secundò in appoſito eſt compoſitio, cui in ſuppoſito correſpondet modus per ſe ſtantis.

Tertiò in appoſito eſt modus verbi, cui in ſuppoſito correſpondet ratio principij, & hi modi ſignificandi ſunt vtrobiq; principiū remotum, & commune huius congruitatis.

Quartò in appoſito dependendi eſt modus .ſ. vt ipſum eſt alterum, cui correſpondet in ſuppoſito, vt quid eſt alterum, hoc eſt, conuenientiam numeri in vtroque.

Quintò conuenientia perſonæ in vtroque. Et iſta ſunt principia ſpecialia, & appropriata: Principia congruitatis intranſitiui ſuppoſiti genitiui caſus cum appoſito, vt dicendo ſui intereſt, loquendo de principijs remotis, & communibus ſunt eadem, quæ erant in prædicta conſtructione .ſ. ex parte verbi dependentis ante ſe modus eſſe, & compoſitio, & modus verbi, quibus conformatur in ſuppoſito terminanti modus entis, & modus per ſe ſtantis, & ratio principij ſimpliciter ſumpta. Principia autem propria, vel propinqua ſunt duo modi conformes. ſ. ex parte dependentis modus, vt alterius ex parte terminantis modus, vt cuius. Principia congruitatis conſtructionis, in qua datiuus ſupponit, vt dicendo Sorti accidit', accipiendo principia remota, & communia ſunt eadem, quæ in prædictis, ſed propria, & ſpecialia prīcipia ſunt duo modi conformes, ſcilicet modus, vt alteri ex parte dependentis, & modus, vt cui ex parte terminantis. Principia autem congruitatis conſtructionis intranſitiuæ, in qua accuſatiuus caſus ſupponit, vt dicendo me legere, Sortē oportet ſcribere, ſumēdo principia remota ſunt eadem quæ in prædictis. Sed principia propria ſunt duo modi conformes. Nàm in appoſito eſt modus verbi ſimpliciter ſumptus. i. ſpeciali modo caſui conformi non contractus, & in ſuppoſito eſt ratio principij actus ſimpliciter, & non contracta, nec contrahibilis. Principia congruitatis conſtructionis intranſitiuæ, in qua ablatiuus ſupponit, vt dicendo à Sorte

legitur remota ſunt eadē, quæ in prædictis, ſed principia propria ſunt duo modi conformes. ſ. modus, vt ab aliquo in appoſito, & modus, vt à quo in ſuppoſito. Et nota, quòd omnes iſtæ cōſtructiones verbi imperſonalis à parte ante cum obliquis fiunt per modos proportionabiles, & non per modos conuenientes. Non enim requitur in his conſtructionibus conuenientia numeri, & perſonæ. Vndè ſub quocunq; numero prædicta verba poſſunt reſpicere ſua ſuppoſita, vt dicendo me oportet, vos oportet. Item ſub quacunque perſona, vt dicendo, oportet me, oportet te, oportet illum, & eodem modo intelligatur in alijs, & per hoc dicuntur imperſonalia, quaſi numero, & perſona priuata. *Perſonalia verba vndè dicta.*

Et ſciendum, quòd licèt tàm verba perſonalia, quàm imperſonalia conſeruantur cum obliquis; hoc tamen eſt differenter, quia verba perſonalia conſtruuntur cum obliquis tranſitiuè à parte poſt ſolùm, ſed verba imperſonalia conſtruuntur tàm à parte ante intranſitiuè, quàm à parte poſt.

Dico de conſtructione intranſitiua actuum, quomodo diuerſificatur ſm diuerſitatem ſuppoſitorum. Conſequenter videndum eſt de conſtructione intranſitiua perſonarum determinati cum determinatione, quomodo variatur, ſeu diuerſificatur ſm diuerſitatē determinationū. Iuxtà quod notandū, quòd quicquid inuenitur in ſermone, vel eſt ſuppoſitum, vel appoſitum, vel aliquod ab vtroque diuerſum, tamen ad aliq illorū ordinatū, vel eſt determinatio alicuius horum triū, & hæc omnia inueniūtur in oratione, quæ ſubſequitur. Summa doctrina Tullij Rethoris inſtituit ſubtiliter artem Rethoricam, cum ergo determinabilis cum determinatione diuerſificatur ſm diuerſitatem determinationum, aut ergo determinatio additur ſuppoſito, vel appoſito, vel differēti ab vtroq;. Si determinatio addatur ſuppoſito, hoc ē dupl'r, vel hæc determinatio eſt declinabilis, vel indeclinabilis. Si declinabilis hoc eſt quadrupl'r, quia vel iſta determinatio declinabilis eſt adiectiuum denominatiuum, vel eſt adiectiuum relatiuum, vel eſt adiectiuū interrogatiuū, vel adiectiuū diſtributiuum: ſi adiectiuū denominatium ſic iſta eſt conſtructio Sortes albus, equus albus, quæ ſpecificā differentiā non habet; ſed ſub vna ſpecie conſtructionis continetur. Principia communia iſtius conſtructionis ex parte adiectiui dependentis ſunt modus determinantis, & modus adiacentis. Ex parte ſubſtātiui terminantis ſunt modus determinabilis, & modus per ſe ſtantis, & conuenientia in genere, numero, caſu, & perſona. Sed principia propria ſunt duo modi conformes. ſ. modus denominantis ſimpl'r ex parte depēdētis, & *Quicquid reperitur in ſermōe, vel ē ſuppoſitū, vel appoſitū, vel aliquod ab vtroque diuerſū, vel determinatio alicuius horū trium* *Principia communia iſtius conſtructionis qua.* *Principia propria qua.*

modus denominabilis ſimpl'r ex parte terminantis. Si autẽ iſta determinatio declinabilis ſit adiectiuum relatiuũ; ſic eſt conſtructio relatiui cum antecedente. Principia cõgruitatis huius conſtructionis cõmunia ſunt eadẽ, quæ in prædictis, ſed propria ſunt duo modi conformes.ſ. ex parte relatiui depẽdẽtis modus ſignificandi per modum referentis: ex parte antecedẽtis modus ſignificandi per modum referibilis. Si autem iſta determinatio declinabilis ſit adiectiuum interrogatium, ſic eſt conſtructio interrogatiui cum ſuo reſpõſiuo. Principia huius congruitatis communia ſunt eadem, quæ prius: ſed principia propria ſunt duo modi conformes ex parte interrogatiui dependentis, modus ſignificandi per modum certificabilis ſub ratione interrogantis: ex parte autem reſponſiui modus ſignificandi per modum certificãtis ſub ratione reſponſibilis. Si autem determinatio ſit adiectiuum diſtributiuum ſic eſt conſtructio ſigni diſtributiui cum termino communi, vt dicendo: omnis homo: nullus aſinus. Principia congruitatis communia ſunt eadẽ quæ in prædictis. Sed principia propria ſunt duo modi ſignificandi conformes ex parte ſigni diſtributiui, modus ſignificandi per modum diſtribuentis: ex parte termini communis modus ſignificandi per modum diſtribuibilis.

Principia cõgruitatis communia huius conſtructionis quæ.

Notandum

Eſt autem notandum, quod in huiuſmodi conſtructionibus conformitas omnium dictorum accidentium, quæ ſunt principium commune congruitatis non ſemper requiritur, ſed vt frequentius.

Si autem iſta determinatio addita ſuppoſito ſit indeclinabilis hoc contingit quatuor modis, quia, aut eſt coniunctio, aut aduerbium, aut præpoſitio, aut interiectio. Si eſt coniunctio hoc eſt dupliciter, quia aut coniungit ſuppoſitum appoſito per vim, vel per ordinem. Si per vim, hoc eſt dupliciter, aut coniungit extrema inter ſe reſpectu tertij, vt Sortes, & Plato currunt, aut diſiungit cum reſpectu tertij, vt Sortes, vel Plato currit. Si aũt coniunctio coniungit ſuppoſitum appoſito per ordinem hoc eſt dupliciter, aut coniunctio ſe tenet cum antecedente, aut cum conſequẽte, exemplum de vtroque, vt dicẽdo, ſi homo eſt, ergo animal eſt. Si autẽ determinatio indeclinabilis addita ſuppoſito, ſit præpoſitio, ſic eſt iſta à Sorte legitur. Si autem determinatio indeclinabilis addita ſuppoſito ſit tantùm aduerbium ſic eſt iſta: tantùm Sortes legit. Si autem iſta determinatio indeclinabilis addita ſuppoſito ſit interiectio, ſic eſt iſta: heu mortuus eſt.

Et ſciendum eſt, quòd aduerbium in quantũ aduerbium

non additur ei,quod eſt ſuppoſitũ per ſe propriè, ſed inq̃tũ eſt aduerbiũ tale.ſ.aduerbiũ excluſiuũ. Et dico,quòd aduerbiũ non additur ei,quod eſt propriè ſuppoſitũ, quia dicẽdo currere velociter eſt bonũ: in iſta oratione infinitiuus non ſupponit per ſe,ſed gratia nominis. Idem intelligitur de interiectione dicẽdo: heu mortuus eſt,& huiuſmodi. Principia omniũ harum conſtructionum congruitatis generalia duo ſunt modi conformes,modus determinantis,& modus determinabilis. Principia aũt magis ſpecialia congruitatis conſtructionis in qua cõiunctio additur ſuppoſito ſunt ex parte coniunctionis modus coniungantis, & ex parte extremorũ modus coniungibilis. Sed principia ſ'm vnamq̃q; ſpeciem appropriata ſunt modi ſignificãdi,quibus vna ſpecies coniunctionis ſpecificè ab alia diſtinguitur. Qui patet capitulo de coniunctione vnicuique ſubtiliter intuenti.

Item propria principia iſtius conſtructionis,à Sorte legitur ſunt duo modi ſignificandi conformes .ſ. modus contrahentis, & retorquentis à parte præpoſitionis , & modus contrahibilis, & retorquibilis ex parte caſualis.

Item propria principia congruitatis huius cõſtructionis: tantùm Sortes legit ſunt duo modi conformes.ſ.modus excludentis ex parte aduerbij tantùm , & modus excluſibilis ex parte ſuppoſiti .ſ. Sortes.

Item propria principia conguitatis huius cõſtructionis: heu mortuus eſt,ſunt duo modi conformes.ſ.modus determinãtis ſub affectu doloris,& modus determinabilis,qui ẽ ſibi ꝓportionabilis,& ità intelligit' in alijs interiectionibus letitiæ,vel admirationis ſuo mõ. Si aũt determinatio addat' appoſito hoc ẽ dupl'r,quia determinatio ẽ declinabilis, vel indeclinabilis,ſi primo mõ ſic ẽ iſta ſum albus,vocor Adrianus. Et principia huius congruitatis, ſiuè huius cõſtructionis cõmunia sũt eadẽ,q̃ in prædictis. Sed principia propria sũt duo modi conformes.ſ.ex parte appoſiti modus eſſe,ſeu vocatiõis ſpecialis iŋ ratiõe ſpecificãtis: ex parte terminãtis modus ſignificandi per modũ terminãtis illud , quod per modũ eſſe, vel vocationis ſpecialis in ratione ſpecificãtis ſignificat. Si autem iſta determinatio ſic pars indeclinabilis: hoc eſt tripliciter aut eſt aduerbium , vel coniunctio, vel interiectio. Si eſt aduerbium,hoc eſt dupliciter,quia vel aduerbium additur verbo ratione diſpoſitionis rei ſignificatæ,aut ratione modorum ſignificandi, & vtrobique ſunt multæ conſtructiones ſecundùm multas determinationes aduerbiales, de quibus omnibus dictum eſt in Capitulo de aduerbio.

Principia autem congruitatis omnium horum conſtructionum generalia ſunt duo modi ſignificandi conformes ſ. modus determinantis ex parte aduerbij, & modus determinabilis ex parte appoſiti. Sed principia propria ſunt duo modi ſignificandi, quibus vnaquæque ſpecies aduerbij ab alia diſtinguitur, quæ parent vnicuiq; hæc diligenter inſpicienti. Si autẽ determinatio indeclinabilis addita appoſito ſit interiectio, hoc eſt quadrupliciter, quia aut illa interiectio lætitiam exprimit, aut dolorẽ, aut admirationem, aut metum. Sed principia harum conſtructionum communia ſunt eadẽ, quæ in prædictis. Sed principia propria ſunt duo modi ſignificandi, quibus vnaquæq; ſpecies interiectionis diſtinguitur ab alia.

Si autẽ determinatio addita appoſito ſit coniunctio, hoc cõtingit eodẽ modo, ſicut cùm coniunctio additur ſuppoſito. Sunt enim tot ſpecies, & eodem modo ſe habentes cõgruè, vel conſtructiuè.

Si autem determinatio addatur ad illud, quod eſt diuerſum ab vtroq; ſ. ſuppoſito, & appoſito, tamen ordinatũ ad ſuppoſitum: tunc eodem modo ferè diuerſificatur, & etiam tot ſpecies conſtructionum, quot ſunt, cùm determinatio additur ad ſuppoſitum, & eodem modo congruè.

Si autẽ determinatio addatur ad illud, quod eſt differens ab vtroq; ſ. ſuppoſito tamen ordinatũ ad appoſitum diuerſificatur, vt priores, & iterum tot ſunt ſpecies cõſtructionis & eodem modo conſtructæ vt vnicuiq; patere poteſt diligenter intuenti. Et ſic patent omnes conſtructiones intranſitiuæ, quæ ſunt, & quot ſunt principia congruitatis ipſarum tàm communia quàm propria.

Conſtructionis tranſitiua diuiſio. Viſo de conſtructione intranſitiua via diuiſionis, conſequenter de cõſtructione tranſitiua via diuiſionis diligenter videamus. Diuiditur autẽ cõſtructio tranſitiua in conſtructionem tranſitiuam actuum, & conſtructionem tranſitiuã perſonarum. Conſtructio tranſitiua actuũ eſt in qua con-*Conſtructio tranſitiua actuũ quid.* ſtructibile dependens per modum actus ſignificat: vt lego librum. Conſtructio tranſitiua perſonarum eſt in qua conſtructibile dependens per modum ſubſtantiæ ſignificat, vt dicendo filius Sortis.

Conſtructionis tranſitiua actuum diuiſio. Conſtructio tranſitiua actuũ diuiditur in cõſtructionem tranſitiuam actus ſignati, & in conſtructionem tranſitiuam actus exerciti. Conſtructio tranſitiua actus exerciti non diuiditur in ſpecies, ſed tantùm in indiuidua, vt ô Thoma Principia congruitatis huius cõſtructiõis communia ſunt

duo modi ex parte dependentis per quorum vnum exigit modum per ſe ſtantis, & per alterum exigit rationem termini abſoluti. Sed principia propria ſunt duo modi confirmes ſ. modus ſignificandi per modum excitantis,ſeu vocantis à parte aduerbij,& modus ſignificandi per modũ excitati ex parte vocatiui. Item conſtructio tranſitiua actus ſignati diuiditur ſecundùm diuerſitatẽ conſtructibilis terminantis quadrupliciter, vel quia eſt genitiui caſus; vt dicẽdo miſereor Sortis, vel datiui,vt fauco Sorti, vel accuſatiui,vt percutio Sortem,vel ablatiui,vt vtor toga. Principia congruitatis communia harum conſtructionum ſunt tres modi ex parte dependentis,& tres ex parte terminãtis:nàm ex parte depẽdentis eſt modus eſſe cui correſpondetin obliquo poſt ſe modus entis,ſecundò ex parte dependentis eſt ſignificatio accidentalis,cui eſt modus ſignificandi dependentis ad quẽlibẽt obliquũ poſt ſe: cui correſpõdet in obliquo mod⁹ ſignificãdi per modũ per ſe ſtãtis.Nàm ſicut hæc eſt incongrua albus currit, pari modo,hæc incongrua percutio album. Tertiò ex parte dependentis eſt modus generis, qui eſt, quaſi qualitas ſignificationis accidentalis, cui correſpondet in obliquo modus ſignificandi per modũ termini abſolutè modo conformi caſuum cõtrahibilis. Principia propria huius cõſtructionis,miſereor Sortis, ſunt duo modi cõformes ſ. modus depẽdentis ſub modo,vt alterius ex parte dependentis, & modus termini ; vt cuius ex parte terminantis. Principia verò propria huius conſtructionis faueo Sorti,ſunt duo modi conformes ſ.modus dependẽtis ſub modo,vt alteri,& modus terminantis ſub modo vt cui. Principia congruitatis hui⁹ cõſtructionis percutio Sortem, ſunt duo modi conformes ſ. modus dependentis, vel tranſeuntis ſub modo, vt alterum, & modus terminantis ſub modo,vt quem : Si autem ille modus, vt quem ſit prepoſitione cõtractus, tunc ſimiliter modus trãſeuntis ſub modo eſt alterũ,eſt ꝓportionabiliter prepoſitione contrahendus.

Principia congruitatis huius cõſtructionis communia & propria quot.

Principia autem propria congruitatis huius conſtructionis, vtor toga,ſunt duo modi conformes ſ. modus tranſeuntis,&dependẽtis ſub modo,vt ab altero,& modus terminantis ſub modo,vt à quo ꝓportionabiliter eſt cõtrahend⁹.

Conſtructio tranſitiua perſonarũ.

Item conſtructio tranſitiua perſonarũ diuiditur in quatuor ſpecies ſecũdùm quadruplicem diuerſitatem conſtructibilis terminantis, quia vel eſt genitiui caſus, vt dicendo filius Sortis, vel datiuus, vt ſimilis Sorti, vel accuſatiui, vt albus faciem, vel ablatiui, vt celer pedibus, i. velox. Principia congruitatis communia harum conſtructionum ſunt

Principia congruitatis cõmunia & propria quæ.

modus entis ſub modo tranſeuntis ex parte dependentis, & modus entis per ſe ſtantis in obliquo, nàm ſicut hæc eſt incongrua, miſereor albi, ſic hæc cappa albi. Et ſimiliter, ſicut hæc eſt congrua miſereor Sortis, ſic hæc eſt congrua cappa Sortis. Principia propria huius congruitatis filius Sortis, ſunt duo modi ſignificandi conformes ſ. modus dependẽtis ſub modo, vt alterius, & modus entis terminantis ſub modo, vt cuius, & ità intelligatur in aliis tribus caſibus in ordine ſuo.

Conſtructio figuratiua

Iuxtà quod notandum, quòd conſtructio, quæ eſt adiectiui cum accuſatiuo non eſt incongrua, ſed figuratiua, accuſatiuus enim ſolùm conſtruitur congruè cum ſignificantibus actum, quia accuſatiuus eſt terminus actus ſignati, vndè de congruitate huius conſtructionis non eſt inquirẽdũ, ſi propter Synecdochẽ cõgruè admittitur in ſermone.

Sufficiẽtia ſpecierum conſtructionu & principioru congruitatu earundem.

Et ſic patet ſufficientia ſpecierum conſtructionis, & principiorum congruitatis earundem. Patet etiam quomodo conſtructio ſimpliciter diuiditur in conſtructionem tranſitiuam, & intranſitiuã. Conſtructio intranſitiua diuiditur in conſtructionem tranſitiuã actuum, & perſonarum, conſtructio intranſitina actuum diuiditur in quinq; ſpecies ſecundùm numerũ quinq; ſuppoſitorum ſpecie differentiũ. Item conſtructio intranſitiua perſonarum, quæ eſt determinabilis cum determinatione, diuiditur ſecundum diuerſitatem determinationum, quæ multipliciter variantur, vt viſum eſt. Item conſtructio tranſitiua diuiditur in conſtructionẽ tranſitiuã actuum, & perſonarum Conſtructio tranſitiua actuum diuiditur in conſtructionem tranſitiuam actus ſignati, & actus exerciti, conſtructio actus exerciti non diuiditur niſi ſecundùm indiuidua, conſtructio tranſitiua act' ſignati diuiditur in quatuor ſpecies ſpecialiſſimas ſecundũ diuerſitatẽ quatuor obliquorũ ſpecie differentiũ.

Et notandũ, quòd ſicut cõſtructio diuiditur per ſe in tranſitiuam, & intranſitiuam ſic per accidens diuiditur in conſtructionẽ ſecundùm ſenſum, & ſecundùm intellectũ, quæ diuiſio ideò dicitur per accidẽs, quia nõ diuidit conſtructionem ſecundùm ſe, & abſolutè, ſed in comparatione ad animam apprehenſiuam. Et dicitur conſtructio ſecundùm ſenſũ, quia ambo conſtructibilia ſunt voce tenus, expreſſa ratione cuius vocis ſe confert ſenſui auditus.

Conſtructio ſecundùm intellectum eſt, quandò alterum non eſt vocaliter expreſſum, ſed eſt in intellectu, vt lego, & huiuſmodi. Et hæc de conſtructionibus dicta ſufficiant.

De Congruitate. Cap. 18.

Sequitur de congruitate, quæ eſt ſecunda pars ſermonis, de qua licèt tactum ſit in ſpeciali circà quamlibet ſpeciem conſtructionis de eius tamen natura ſeorſum in ſpeciale videamus.

Iuxtà quòd notandũ, quòd ſicut conſtructio requirit conſtructibilium vnionẽ abſolutè, ſic congruitas requirit conſtructibilium vnionem, non quamcunq; ſed debitam, & quia vnio poteſt contingere dupliciter. Vno modo ex cõuenientia ſignificatorum ſpecialium, & per oppoſitũ vnio indebita ex repugnantia ipſorum. Alio modo poteſt cõtingere ex cõformitate modorũ ſignificãdi, & per oppoſitũ ex indebita modorũ ſignificãdi diſcrepantia, indè eſt, quod quidã non diſtinguentes inter ſignificatorũ ſpecialiũ cõuenientiã, vel repugnantiã, & modorũ ſignificandi conformitatem, vel diſcrepantiã, dixerunt omnẽ conſtructionẽ eſſe congruam, vel incongruã, in qua eſt ſignificatorũ ſpecialiũ conuenientia, vel repugnãtia. Sed hoc non vallet, quia cõgruitas eſt paſſio perſonæ in Grãmatica conſiderata, vndè patet, quòd congruitas ſit de conſideratione Grãmatici per ſe, ſed conuenientia, vel repugnantia ſignificatorũ ſpecialiũ à Grãmatico per ſe nõ cõſiderãtur, ſed magis à Logico, ergo cõguitas in ſermone ab his nõ cauſatur. *Vnio contingit dupliciter.* *Congruitas ſpectat ad Grammaticum.*

Dicendũ eſt ergo, quòd congruitas, & incongruitas cauſantur ex conformitate, vel diſconformitate modorũ ſignificandi, qui per ſe ſunt de conſideratione Grãmatici, tamen proprietas, vel improprietas ſermonis cauſatur ex inconuenientia, vel repugnantia ſignificatorum ſpecialiũ; vndè hæc eſt congrua, & propria cappa nigra, & hæc eſt impropria; capa cathegorica, tamen vtraq; iſtarũ eſt congrua. *Cõgruitas, & incongruitas vndè cauſantur.*

Secundò notandum, quòd congruitas requirit debitam vnionem conſtructibilium, & cùm huiuſmodi vnio non cauſetur per quoſdam modos ſignificandi, ideò ad cõgruitatem requiritur conformitas omnium modorum ſignificandi conſtructibilium ad aliquã ſpeciem conſtructionis requiſitorum: ità quòd conſtructibile dependens ſit terminatũ per conſtructibile terminans, quantũ ad omnes modos ſignificandi ſecundũ quos dependet quantùm ad iſtam conſtructionem. Et dico quantũ ad iſtam conſtructionem, quia ſi habeat dependentiam ad diuerſas conſtructiones non requiritur, quòd omnes depẽdentiæ ſint ſemper actu terminatæ, ſed ſufficit, quòd ſecundũ vnam cõſtructionem *Congruitas quid requirit.*

terminentur, vt dicendo, lego librum: hæc eſt congrua, licet nõ addatur Vergilij, vel aliquid aliud, quod terminet depẽtiam huius, quod eſt librum ſecũdum quam dependet à parte poſt.

Conformitas eſt duplex. Tertiò notandum eſt, quòd cùm conformitas modorum ſignificandi ſit principium conſtructionis, & congruitatis, diſtinguendum eſt de conformitate, quia duplex eſt conformitas ſ, proportionis, & ſimilitudinis, & quandoq; vtraque ad conſtructionem requiritur, quandoq; autem ſufficit ſimilitudinis tantùm, & quandoq; ſufficit ſimilitudinis cõformitas tantùm, Et vt ſciamus, quando vtraq; conformitas exigatur, aut altera tantum.

Notandum, quòd quandoq; conſtructibile dependens habet aliquos modos ſignificandi non ex proprietatibus ſuæ rei per ſe: ſed ex proprietatibus rei conſtructibilis terminantis, & tunc inter illos modos ſignificandi exigitur ſimilitudo, & non proportio, ità quòd conſtructibile terminans debet habere modos ſimiles modis ſignificandi conſtructibilis dependentis, vt patet de cõſtructione adiectiui cum ſubſtãtiuo, & in conſtructione nominatiui caſus cum verbo perſonali. Nàm adiectiuũ habet tàm genus, quã numerum, quàm caſum, quàm perſonam ex proprietatibus rei ſubiectæ vt dictum eſt ſuprà. Vndè ex parte ſubſtantiui nõ requirit modos proportionabiles, ſed ſimiles. Similiter verbum perſonale habet numerum, & perſonam ex proprietatibus rei ſuppoſiti, ideò hos modos requirit in ſuppoſito, non proportionabiles, ſed ſimiles. Si autem conſtructibile dependens habet aliquos modos ſignificandi ex proprietatibus ſuæ rei per ſe, & non ex proprietatibus rei conſtructibilis terminantis, tunc exigitur, in illis modis ſignificandi proportio, & nõ ſimilitudo; & quia adiectiuum habet modum adiacentis propriè, & de proprietatibus ſuæ rei; ideò per huiuſmodi modum adiacentis requirit in ſubiecto modum per ſe ſtantis, qui eſt ſibi proportionabilis, & ſic in alijs intelligatur.

Quartò notandum eſt, quod ſicut congruitas conſtructionis in generali cauſatur ex conformitate modorum ſignificandi generaliter dictorũ; ſic congruitas ſpecialis conſtructionũ ſpecialium cauſatur ex alia, & alia conformitate aliorum, & aliorum modorum ſignificandi, vt patet ex prædictis inſpiciendo ſingulas ſpecies conſtructionis.

De

Congruitas nihil aliud eſt, quàm partium ſermonis debita vnio ex modorum ſignificandi conformitate, ad aliquam ſpeciem cunſtructionis requiſitorum derelicta. *Congruitas quid.*

Vltimo notãdum eſt, quòd ſicut duplex eſt conſtructio .ſ. ſecundùm ſenſum, & ſecundùm intellectum. Congruitas ſecundùm ſenſum eſt, quandò ambo conſtructibilia ſunt voce tenus expreſſa: & dicitur congrua ſ'm ſen, ſumnõ quia ſenſus eius congruitatem percipit, ſed quia vocē vtriuſque conſtructibilis appræhẽdit, cùm vox ſit proprium obiectum auditus. Congruitas verò ſecundùm intellectum eſt, quãdò ambo conſtructibilia ſ'm vocē non ſunt expreſſa: ſed alterum ipſorum eſt ab intellectu appræhenſum. ſicut contingit in verbis primæ, & ſecundæ perſonæ, in quibus intelligitur ſuppoſitum. Et ſic patet, quid ſit congruitas, & vndè cauſat, & hæc de congruitate dicta ſufficiant.

De perfectione ſermonis,

Cap. XIX.

Sequitur de perfectiõe, q̃ eſt tertia, & vltima paſſio ſermonis. Iuxta quod notãdùm, ꝙ cũ Grãmatica ſit ſcientia organica oportet, ꝙ illud, ꝙ in Grãmatica eſt principaliter conſideratũ ſit organicũ, hæc autem eſt conſtructio, de qua dictũ eſt, & quia omne organicum eſt ad aliquē finē ordinatũ, eſt igitur cõſtructionis aliquis finis neceſſarius. Talis aũt finis eſt duplex .ſ. ꝑpinquus, & remot⁹. *Grammatica qualis ſcientia.*

Finis propinquus eſt expreſſio mentis conceptus compoſiti ſecundùm diſtantiam, & dico ſecundùm diſtantiã, quia conceptus eſt aliquandò ſecundùm indiſtãtiam, vt componendo hominem cum albo ſine copula, vt dicendo homo albus, aliquandò conceptus mentis eſt compoſitus ſecundũ diſtantiam, vt componendo hominem cum albo mediante copula dicendo, homo eſt albus, circà quam compoſitionē conſiſtit veritas, & falſitas, vt dicitur primo Perihermeniarum, & quia intellectus ſuper compoſitionem primam non quieſcit, cùm ſit incompleta, ſed de prima procedit ad ſecũdam, ideò conſtructio non eſt ad exprimendum primum conceptum, ſed ad exprimendum ſecundum conceptum compoſitum ſecundùm diſtantiam finaliter ordinata. Finis autem remotus conſtructionis eſt generare perfectũ ſenſum in animo auditoris ex conſtructibiliũ debita vniõe. *Finis conſtructionis duplex. Finis propinquus quid. Finis remotus quid.*

Secundò eſt notandum, quòd ſicut conſtructio ſimpliciter derelinquitur ex conſtructibilium vnione abſolutè, &

congruitas conſtructionis ex conſtructibilium vnione debita, ſic perfectio derelinquitur ex conſtructilium vnione debita, non quorumcũq;, ſed ſuppoſiti cum appoſito dummodo nulla dependentia derelinquatur circa ipſam non terminata, retrahens eam ab eius fine, qui eſt conceptum mentis compoſitum exprimere: & perfectum ſenſum in animo auditoris generare.

Correlariũ. Ex his patet, quod tria requirũt̃ ad perfectionẽ ſermonis.

Tria requiruntur ad perfectionẽ ſermonis. Primum eſt ſuppoſitum, & appoſitum, Quia cum conſtructio perfecta ſit ad exprimendum mentis conceptum compoſitum ſ'm diſtãtiam finaliter ordinata, oportet, quòd ſicut eſt diſtantia inter conceptus mentis cõpoſitos, ſic etiã ſit diſtantia in conſtructibilium vnione, ſed hæc diſtantia ſolùm eſt inter ſuppoſitum, & appoſitũ, ex hoc, quòd ſolùm verbum eſt appoſitum, quòd per modum diſtantis ſe habet.

Secundò requiritur omnium modorum ſignificandi cõformitas, prout ad congruitatem requirebatur.

Tertiò requiritur ex parte conſtructionis, quòd nulla dependentia ſit non terminata, quæ retrahat ipſam ab eius fine, qui eſt mentis conceptum exprimere, & perfectum ſenſum in animo auditoris generare.

Tertiò eſt notandum, quòd conſtruictio habens in ſe hæc tria mẽbra, quæ dicta ſunt perfecta eſt ſ'm tres modos perfectos, quos aſſignat Philoſophus quarto Metaphiſicæ. Nàm vno modo aliquid perfectum eſt, cui nihil deeſt, eorum, quæ requiruntur ad eius ſpeciem. Secundo modo aliquid eſt perfectum, cùm poteſt debitè ſuum finem propter quem ordinatur pertingere. Tertiò modo aliquid eſt perfectum, cùm poteſt ſibi ſimile in ſpecie generare.

Conſtructio ergo habens ſuppoſitum, & appoſitũ ſ'm conformitatem omnium modorum ſignificandi: nullã habens circà ſe dependentiam, non terminatã: non retrahẽtem ipſam ab eius fine, eſt perfecta primo modo, quia nihil ſibi deficit eorum, quæ ad eius ſpeciem requirũtur

Secundo modo etiam eſt perfecta, quia debitè põt ſuũ finẽ propter quem ordinatur, qui eſt exprimere mẽtis cõceptũ compoſitũ ſecundũ diſtantiam, vt dictũ eſt, pertingere.

Tertio modo etiam eſt perfecta, quia poteſt facere ſibi ſimile.i.perfectum ſenſum in animo auditoris generare. Ex iſtis patet, quòd ſignum perfectionis conſtructionis eſt generare perfectum ſenſum in animo auditoris: itá quòd omnis illa conſtructio erit perfecta, quæ perfectum ſenſum in

animo auditoris generabit, ſed hæc perfectio ſenſus in añio auditoris non eſt punctualis, ſed habet gradum perfectionis ſecundùm magis, & minus, & ſecundùm hoc cõſtructio dicitur magis, & minus perfecta. Nàm ea magis perfecta eſt, quæ magis quietat animum auditoris: & quæ minus quietat minus perfecta erit. Ex his dictis etiam patet, quòd hæc eſt imperfecta, ſi Sortes currit. Quia iſta coniunctio, ſi, huic conſtructioni addita, Sortes currit, facit in ea nouam dependentiam ad aliquid extra ſe, vt ad aliquid conſequens; quod ſi non exprimatur ſemper imperfecta manebit, vel dicẽdo, me legere, hæc eſt imperfecta, quia animum auditoris non quietat, & ſi quæ ſunt ſimiles.

Perfectio nihil aliud eſt, quàm paſſio ſermonis. Tertia, & vltima ex debita conſtructibilium vnione derelicta cum ſufficientia exprimendi mentis conceptum compoſitum ſecundùm diſtantiam, & generandi perfectam ſententiam in animo auditoris.

Quartò eſt notandùm, quod duplex eſt perfectio conſtructionis. ſ. ſecundùm ſenſum, & ſecundùm intellectum.

Perfectio ſecundùm ſenſum eſt, cùm ambo cõſtructibilia conſtructionis ſunt vocetenus expreſſa, vt ego lego.

Perfectio ſecundùm intellectum eſt, cùm conſtructibilia ſecundùm vocem non exprimuntur, ſed alterum ab intellectu apprehenditur, vt dicendo lego; nàm hoc verbum lego dat intelligere ſuppoſitũ, quod eſt ly ego ſub conformitate omniũ modorũ ſignificandi requiſitorum ad hanc ſpeciem conſtructionis, & tamen hîc nulla derelinquitur depẽdẽtia ex parte conſtructionis totius, vel partium eius non terminata, quæ retrahat eã ab eius fine, qui eſt mentis conceptum compoſitũ ſecundũ diſtantiã exprimere, vel perfectum ſenſum in añimo auditoris generare, & ità intelligatur in illis.

Quintò, & vltimò eſt notandum, quòd illud, quod habet ſe per additionem ad alterum poſterius eſt eo: ideò ex dictis patet, quòd congruitas eſt poſterior conſtructione, & perfectio poſterior congruitate, nàm conſtructio non requirit aliquid, niſi abſolutè conſtructibilium vnionem ex modorum ſignificandi conformitate cauſatam, vt dicendo: vir eſt albus: ità benè eſt conſtructio, ſicut iſta vir eſt albus, quia vtroque eſt conformitas modorum ſignificandi. *Congruitas, & perfectio requirit cõſtructibiliũ vnionem.*

Sed congruitas requirit cõſtructibilium vnionem: non quamcunque, ſed debitam ex conformitate modorum ſignificandi illius conſtructionis tantùm ad illam ſpeciem conſtructionis requiſitorum.

Nnn ij

Perfectio requirit conſtructibilium vnionem: non quorumcunque, ſed ſolùm ſuppoſiti cum appoſito ex conformitate omniū modorum ſignificādi cauſatam, cum ſufficientia exprimendi mentis conceptum cōpoſitū ſecundùm diſtantiā generandi perfectum ſenſum in animo auditoris. Et ſic patet, quod perfectio ſuper congruitatem addit propria principia, & ſimiliter congruitas ſuper conſtructionem, & ideò perfectio præſupponit congruitatem, & congruitas conſtructionem.

Conſtructio quid. Conſtructio ergo eſt paſſio ſermonis prima, congruitas ſecūda, & perfectio tertia, & vltima, & vt habeamus diſtinctum modum interrogandi de ipſis paſſionibus Grammaticæ. Sciendum eſt, quòd de differentijs conſtructionum, quæ ſunt tranſitiuū, & intranſitiuum poſſumus quærere per hoc interrogatiuum, quæ. Sed de iſtis differentijs, quæ ſunt congruum, & incongruum, poſſumus quærere per hoc interrogatiuum, qualis. Sed de iſtis differentijs, quæ ſunt perfectum, & imperfectum poſſumus quærere per hoc interrogatiuum, quanta. Vndè verſus.

Quæ trans. intrans. qualis con. incon. quanta per. imper.

Et ſic eſt finis, iſtius vtiliſſimi libri de modis ſignificandi tàm Grammaticalibus, quàm Logicalibus Doctoris Subtilis Ioannis Scoti.

F. CONSTANTIVS A SARN. ORD. MIN, ET S.R.E. Cardinalis De Primis, & Secundis Intentionibus ad mentem Scoti.

In hac materia duo ſunt Articuli pertractãdi: Primus quid ſit prima, & quid ſecunda Intentio, quomodo, & vndè ambæ originentur. Secundus verò quomodo prima, & ſecunda intentio inuicem prædicentur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quid ens reale, quid ens rationis, & de triplici actu intellectus. CAP. I.

NOTA, quòd ens ſecundùm Auctorem formalitatum, primaria ſui diuiſione, duobus modis diuiditur: ſcilicèt in ens reale, & in ens rationis, & hæc diuiſio eſt æquiuoci analogi, in ſua æquiuocata analogata.

Ens reale eſt, quod habet eſſe, ſecluſa quacunque operatione intellectus: ſeu alterius cuiuſuis potentiæ apprehenſiuæ, vel collatiuæ, & ſic ens reale acceptum ſecundùm Scotum, eſt commune Deo, & creatutis, & prædicatur quidditatiuè de Deo, & decem prædicamentis. Eſt enim vniuocum, importans conceptum communem ipſis, alium à conceptibus ipſorum.

Et ſic actus intelligendi, & volendi, qui reponuntur in prædicamento qualitatis: ſimiliter, & ſpecies intelligibiles: vt habitus, dicuntur entia realia, licèt enim actus intelligendi ſit actus intellectus, & rationis: tamen eſt ens reale: cùm non dependeat ab actu alio ipſius intellectus: & habeat eſſe ſecluſo quocunque alio actu intellectus.

Vide Authorem formalitatũ, in primo artic. De ente rationis: Vide Scot. in 4. diſt. 1. q. 2. vbi dicit, quod nõ eſt aliud, quã relatio rationis. Quid ſit ens reale. Vide Scotũ in primo Sẽ. diſt 3 q. 3. q̃uo ens ſit cõe Deo, & creaturis. Q̃uo ſpecies intelligibiles ſint ẽtia realia de genere qualitatis, dicũtur tamen ẽtia rationis, quia ſunt

in intellectu (quæ eſt potẽtia ratiocinatiua) vt in ſubiecto. Vndè, quod producitur à ratione: cùm producatur à cauſa reali, eſt ens reale: ſed quod dependet à tali actu producto (vt declarabitur) eſt ens rationis: omnia ergo iſta Deus, Angelus, Homo, ſpecies intelligibilis, ſcientia, color, actus intelligendi, linea, & cætera, ſunt entia realia: cũ talia poſita habeãt eſſe: dato quòd nullus alius actus intellect⁹ exiſteret.

Quid ſint ẽtia realia. *Quid ſit ens rationis. Scotus in 4. di. 1. q. 2.* Ens verò rationis eſt, quod tantùm habet eſſe ab opere intellectus: vel alterius potentiæ apprehenſiuæ animæ: ità quod, ſecluſo tali actu intellectus, nullum haberet eſſe.

An ens rationis ſit extrà animam. Hinc ſequitur, ꝙ ens rationis non habet eſſe extrà animã: & tantùm habet eſſe, inquantũ potentia animæ, ſuo opere, illud occaſionatiuè fabricat, qua ab opere ceſſante, ceſſat oẽ eſſe ipſius, vt chimera, mõs Aureus, prima, & ſecũda intẽtio.

Actio, & paſſio ſunt idem realiter Vide Ari. 3. Phy. contex. 21. Ad horum maiorem declarationem eſt ſciendum, quòd ſicut in materialibus nunquàm agens contingit agere, niſi vt paſſum contingat pati, adeò, vt nunquam poſſit fieri actio ſine paſſione: nàm nunquam quis dicitur percutiens, niſi quid dicatur percuſſum.

Sic in ſpiritualibus nunquam intellectus intelligit, nec volũtas amat, niſi aliquid ſit intellectũ, vel amatũ, ità, vt in intellectu ſit actus, quo dicatur intelligẽs, & in obiecto paſſio, vel cognitio paſſiua, qua dicatur cognitum, vel intellectum: & in voluntate eſt amor actiuus, quo dicatur amans, & in obiecto, paſſio: vel amor paſſiuus, quo dicatur amatum.

Quæ ſint ẽtia realia. Ille actus intelligendi, ſeu amandi, quo intellectus dicitur intellectus, & voluntas amans, ſunt entia realia: cùm non ꝑſupponant alium actum, à quo dependeant, & exprimantur à cauſa reali. *Quæ ſint ẽtia rationis.* Ille autem actus paſſiuus, quo obiectum dicitur cognitum, vel amatum, dicitur ens rationis: cùm dependeat ab actu actiuo, quo ſecluſo, nullum eſſe haberet. Vndè quãdo intellectus occaſionaliter componit chymeram, actus, quo intellectus dicitur cõponẽs, eſt ens reale: ipſa verò imaginata, quæ eſt q̃dam cognitio, & imaginatio paſſiua intellectus, dicitur ens rationis: & demũ quodlibet ſic imaginatũ, fictum, cognitũ, & cætera eſt ens rationis. Prætereà. Nota, quòd, ſicut actus intellectus actiuus realis, quo intellectus dicitur intellectus, eſt triplex, ſ. rectus, collatiuus, & reflexus, ſic actus paſſiuus eiuſdem, quo obiectum dicitur cognitum, eſt triplex, ſ. rectus, collatiuus, & reflexus: quæ, vt melius intelligas, comparabo ſingula ſingulis.

Triplex eſt actus intellectus ſ'm Scotiſtas. Vide D. Trombetã in formalitatib⁹ art. 2.

Quid ſit actus rectus actiuus. Actus actiuus rectus eſt, quo intellectus intelligit aliquod obiectum in ſe, non comparando illud ad aliud: vt actus, ſimplex: quo intelligo hominem, ipſum ad aliud non

comparando, talis inquam actus, quo dicor cognoſcens hominẽ, in ſe dicitur actus rectus, ſiuè ſimplex, ſiuè abſolutus: & talis eſt duplex. Vnus cadens ſuper obiectũ præſuppoſitũ, vt cognitio hominis actiua, qua dicor cognoſcens hominẽ. Alius verò, qui non cadit ſuper obiectum præſuppoſitum, ſed ſuper ipſum occaſionatum, & dependens ab ipſo: vt cognitio actiua, qua dicor fabricans, vel imaginãs chymeram, & à qua chymera aliquid dependet. *Actus rectus duplex.*

Similiter actus paſſiuus rectus, eſt cognitio paſſiua, qua aliquod obiectũ cognoſcitur, & non cõparatur ad aliud; vt cognitio illa paſſiua, qua homo dicitur cognitus: & hæc ſimiliter eſt duplex. Vna, quæ dependet merè ab intellectu, & non fundatur, nec dependet ab obiecto reali: vt chymera inquantũ intellecta eſt. Verbi gratia, intelligo hominem eſſe aĩal, habens caput aſini, pedes draconis, brachia hominis, & cætera, quę repugnant vniri ſimul extrà animã, tale intellectũ, & imaginatũ eſt ens rationis: & ſolùm dependet ab actu intellectus, & non præſupponit obiectum reale, ſuper quo fundatur cognitio paſſiua, & tale non eſt prima, nec ſecunda intentio, licèt, quandoque poſſit eſſe prima, ſcilicèt, quandò tenet vicem obiecti. Vndè chymera de ſe non eſt prima intẽtio, nec ſecunda, ſed chymera cognita, inquãtùm obiectum actu cognitũ, eſt prima intentio, vt infrà patebit. *Quid ſit actus paſſiuus rectus.* *Cognitio paſſiua duplex.* *Exẽplum.* *An chymera ſit prima, vel ſecunda intentio.*

Alia eſt, quæ dependet ab actu intellectus, & ab obiecto reali, ꝙ præſupponit, & in quo fundatur ipſum denominãs, vt cognitio, qua homo dicitur cognitus. Vndè cùm intellectus, cognoſcat hominẽ, & in hõc cognito ſunt duo. ſ. homo, ꝙ eſt ens reale, & illa notitia paſſiua, qua dicit᷑ cognitus, quæ eſt ens rõis, dependẽs ab actu actiuo ipſius intellect⁹, & ſic tale obiectũ, inquantũ cognitũ, eſt 1. intẽtio: vt patebit. *In homine cognito ſunt duo.*

Actus actiuus collatiuus intellectus eſt, illa intentio, qua intellectus comparat vnum obiectum ad aliud cognitum. *Quid ſit actus actiuus collatiuus.*

Vndè intellectus cognoſcit hominem actu recto, & ſimiliter aĩal. Vndè cõparat hominem cognitũ, ad animal cognitum, tunc ille actus, quo intellectus dicitur comparans hominem ad animal, dicitur actiuus collatiuus.

Collatiuus verò paſſiuus eſt illa notitia paſſiua, qua vnum obiectũ, actu cognitũ, cõparat᷑ ad aliud ſilr̃ cognitũ, vt actus ille paſſiuus, quo homo dicitur comparatus ad animal, dicit᷑ etiã cõparatio paſſiua, & talis eſt ſecunda intẽtio, vt patebit. *Quid actus paſſiuus collatiuus.*

Sed nota, quòd intellectus poteſt comparare vnum obiectum cognitum ad aliud, dupliciter.

Vno modo præter aptitudinem ipſorum, vt ſi comparet *Quomodo*

intellectus poſsit comparare vnũ obiectum cognitũ ad aliud duobus modis.

hominem ad aſinum,ſub ratione, qua homo eſt, quædã natura communicabilis aſino: & tunc intellectus decipitur:taliſque comparatio eſt falſa. Alio modo ſecundùm aptitudinem,& exigentiã talis naturæ,vt ſi comparet animal ad homine,inquantùm eſt natura cõmunicabilis ei:& tunc intellectus eſſet verus,& talis comparatio eſſet vera.

Quid ſit actus reflexus actiu⁹.

Ex his ſequitur, quòd tam actus collatiuus actiuus, quàm paſſiuus,ſemper præſupponunt actum rectum actiuũ, & paſſiuum, quia intellectus non comparat, niſi præcognitum.

Actus reflexus paſſiuus quid, vide Dominũ Trõbetã art. 2.

Actus actiuus reflexus eſt illa cognitio,qua intellectus reflectens ſe ipſum,cognoſcit ſe: vel cognoſcit ſe intelligere,vel cognoſcit ſuam intellectionem.

Metaph cõſiderat ſecundam intentionem inquantùm ens, ſed non intentionẽ inquantùm intentio

Actus verò reflexus paſſiuus eſt illa paſſiua cognitio, qua intellectus à ſe ipſo cognoſcitur ſe intelligere;vel intelligitur ſua intellectio:ſed de actu reflexo, parùm eſt ad propoſitum. Quoniam reflexus paſſiuus eſt ens rationis: & erit prima intentio.Intellectus enim cognitus,& intellectio cognita inquantùm cognita, licèt actu reflexo ſint primæ intentiões, & quò ad hoc nihil differt ab actu paſſiuo recto.

Scotus in vniuerſalibus q. 8.

Præterea nota ,quòd huiuſmodi actus paſſiuus (nàm de actiuo in præſenti non curamus) cùm ſit ens reale, tàm rectus,quàm collatiuus, poteſt aliquandò accipi in abſtracto,& in ſe,vt dicendo cognitio recta, ſeu cõparatiua, & ſimiliter conſideratur à Metaphyſico, ſi benè Metaphyſicus ſpeculetur entia rationis.

Secundæ intentiones non applicantur primis ſecundùm inhærentiam, ſed ſolùm ſecundùm denominationem.

Aliquandò verò conſideratur in concreto, & in ſuis ſubiectis entibus realibus:vt dicendo obiectum cognitum, homo cognitus, obiectum collatum, ſpecies, genus, & ſic pertinet ad Logicum, dicènte Boetio, Logicus conſiderat de ſecundis intentionibus,applicatis primis, ideſt obiectis cognitis,quæ ſunt primæ intentiones. Sed de his clariùs in Secundo Articulo.

Obiectum cognitum dupliciter dicitur.

Nota etiam, quòd obiectum cognitum dupliciter dicitur. Vno modo impropriè, & ſic dicitur cognitum, tàm quod aptum eſt eſſe cognitũ,quàm quod eſt actu cognitũ. Alio modo ſtrictè,& propriè:& ſic illud ſolùm dicitur obiectum cognitum,quod actualiter ab intellectu cognoſcitur. His præmiſſis,facilè erit cognoſcere, quid ſit prima, & quid ſit ſecunda intentio.

Qvid prima, et qvid ſit Secunda Intentio. Cap. II.

PRima intentio ſic poteſt definiri ex ſententia Doctoris Subtilis. Intentio prima eſt res cognita, vel cognoſcibilis, nõ cauſata per actum comparatiuum noſtri intellectus, comparata ad aliud.

Scotus in primo ſent. diſtin. 23. q. vnica.

Vel prima intentio eſt obiectum actualiter cognitum, actu recto, vel reflexo, inquantùm cognitum, vt homo cognitus actualiter, inquantùm cognitus eſt prima intentio.

Alia definitio primæ intentionis.

In hac definitione ponitur cognitum loco generis, quia omnis prima intententio eſt cognitio paſſiua, & non è contra. Ponitur obiectum, vt denotetur accipi à Logico in concreto, & ad differētiam fictitiorum, vt chymerarũ, quæ, vt ſic non ſunt obiecta cognita, licèt poſſint eſſe: & tunc inquantùm cognita, ſunt primæ intentiones. Ponitur actualiter ad differentiam obiecti apti cognoſci, quòd ſicut impropriè dicitur cognitum: non quia eſt cognitum, ſed quia poteſt eſſe: ſic impropriè, dicitur prima intentio: nõ quòd ſit, ſed quia poteſt eſſe. Vndè homo, quatenus cognoſcibilis, impropriè dicitur prima intentio: ſed inquantùm actualiter cognitus eſt. Ponitur actu recto, vel reflexo ad differētiã ſecũdæ intētionis, quæ eſt actus collatiuus. Ponitur inquãtùm cognitũ, vt denotet tale obiectũ nõ eſſe primã intētionẽ: ſed ratiõe ſuæ cognitiõis paſſiuę, qua dicit cognitũ.

Omnes particula definitionis primæ intētionis declarantur.

Quomodo homo dicatur prima intentio.

Sicut, ſi dicã albũ, inquantùm albũ, videtur. ly inquãtùm denotat, ꝙ obiectum albũ non videtur ratione ſui: ſed ratione albedinis, ſic ratio primæ intentionis eſt eſſe cognitũ.

Nota & benè.

Ex his ſequitur primò, ꝙ omnis prima intentio habet eſſe cognitum, & diminutum: licèt accipiatur concretiuè cum ſubiecto, & vt ſic eſt ens rationis: ſed concernit ſubiectum, quòd denominatur.

Omnis prima intētio habet eſſe cognitum.

Secundò, ꝙ omnis prima intētio habet eſſe ab intellectu, mediante actu recto actiuo, à quo talis cognitio paſſiua recta, quæ eſt prima intentio, dependet, & derelinquitur in ipſo obiecto, & ideò prima intentio nõ exprimitur effectiuè ab intellectu: quia actus intellectus eſt actus actiuus, & ens reale: ſed dependet ab ipſo intellectu occaſionatiuè, quatenus producendo cognitionem actiuam, dat occaſionem, vt ſit cognitio paſſiua, quæ eſt prima intentio.

Omnis prima intentio habet eſſe ab intellectu.

Quid ſit actus intellectus.

Tertiò, ꝙ omnes termini poſiti à Logico in prædicamētis, ſunt, aut primæ, aut ſecundæ intentiones, & cõſequenter

Omnes termini à Lo-

gico poſiti in prædicamẽtis, ſunt prima, aut ſecunda intentiones.

entia rationis, ſed primæ ponuntur concretiuè cũ obiectis realibus: vt homo cognitus: ſecundæ verò ponuntur cõcretiuè cum primis, vt ſpecies, & genus. Sed de hoc clariùs infra.

Quomodo prima intentio ſit propriè fundamentum ſecundæ.

Omnis ſecunda intẽtio fũdatur ſuper obiectum actu cognitum.

Antequã verò definiamus ſecundã intentionem, nota, quòd prima intentio propriè ſumpta, ſcilicèt, vt eſt obiectũ actu cognitum, ſicut eſt propriè prima intentio: ſic etiam propriũ eſt fundamentum propinquum ſecundæ, & ſicut prima impropriè dicta. ſ. obiectum aptum cognoſci, ſed non cognitũ actu, eſt impropriè prima intentio, non quia ſit: ſed quia poteſt eſſe: Sic impropriè, & remotè eſt fundamentũ ſecundæ: non quia ſit, ſed quia poteſt eſſe: omnis enim ſecunda intentio fundat ſuper obiectũ actu cognitũ: quare ſupra primam intentionem propriè dictam. Sed de hoc melius patebit ex ſua diffinitione, quæ talis eſt.

Secunda intentio eſt reſpectus rationis, cauſatus per actum comparatiuum noſtri intellectus: vel per actum alterius potentiæ collatiuæ.

Quid ſit ſecunda intentio Scot. in 1. ſent. diſ. 23 q. vnica.

Vel dicamus, quòd ſecunda intentio eſt actus paſſiuus intellectus collatiuus, fundatus ſuper primã intentionem, & derelictus in ipſa ab actu actiuo collatiuo ipſius intellectus comparantis vnam primam intentionem ad aliam, ſecundũ exigentiam, & aptitudinem eius. Ad hãc reducitur definitio quorundam. Secunda intentio eſt relatio rationis fundata in obiecto cognito, ad aliud obiectum cognitum.

Definitio quorundã, ſecũdarum intentionũ.

Pro declaratione definitionis prius nota.

Quomodo capiatur inten. propriè

Iſte terminus intentio propriè capitur pro actu intellectus actiuo, quo ipſe dicitur aliquid cognoſcere, ſeu intendere, & ſic propriè intentio, cognitio, & conceptus idẽ ſunt. Sed quia actus paſſiuus dependet, licèt non effectiuè ab ipſo intellectu, dicitur etiam intentio: licèt minus propriè, & dicitur ſecunda ad differentiam primæ, quæ eſt intentio, cùm ſimiliter dependeat ab intellectu.

Quare dicatur prima intẽtio.

Vide Scot. in vniuerſalibus, q 3

Quõ vniuerſale ſit primum obiectũ intellectus noſtri.

Sed dicitur prima: quia præcedit ſecundã. Nàm actus rectus, qui eſt prima intentio, præcedit collatiuũ, qui eſt ſecũda, & ad hunc ſenſum capitur illud Scoti, dicẽtis, ꝙ aliquãdo vniuerſale capitur pro ſubiecto. i. pro re primæ intentionis, cui, applicatur vniuerſalis intentio. Per ꝙ nihil aliud intelligitur, niſi obiectũ cõmune cognitũ, & hoc modo vniuerſale eſt primũ obiectũ intellectus noſtri. i. eſt prima intẽtio, & primus actus intellectus paſſiuus, vel ipſum obiectũ cognitum, ꝙ eſt primũ obiectũ reſpectu ſecundæ intentionis.

Primò, ponitur itaque in definitione actus paſſiuus loco generis, actus enim paſſiuus eſt quid ſuperius ad figmẽtum,

& ad primam, & ſecundã intentionẽ, & etiã ad actũ paſſiuũ voluntatis, vt ad amorem, quo quid dicitur amatum, & ad actũ paſſiuũ cuiuſuis potentiæ apprehẽſiuæ, vel collatiuæ; & denique ad quodlibet, quod non eſt ens reale, actus enim paſſiuus ſic acceptus, & ens rationis generaliter ſumptũ, idem ſunt.

Vndè nota ens rationis, vt diſtinguitur cõtra ens reale, capitur dupliciter, vno modo propriè, & ſic ſolùm eſt illud, quod dependet ab actu, ſeu opere actiuo ſolius intellectus: quia ſolus intellectus dicitur ratio, & ſic conuertitur cũ actu paſſiuo intellectus; & ſic ſolùm eſt quid commune ad fictitia, & ad primam, & ſecundam intentionem.

Alio modo ſumitur impropriè, & generalius; ita vt omne illud dicatur, ens rationis, quod diſtinguitur cõtra ens reale, & hoc ſiue depẽdeat ab intellectu, ſiuè à quauis alia potẽtia collatiua, vel apprehenſiua, & ſic ens rõis cõuertitur cũ actu paſſiuæ potentiæ aĩæ, vt aliquando accipitur apud Scotum.

Itaque ly actus paſſiuus in definitione tantùm valet, quantùm ens rationis: & ſic conuenit cum quolibet, quod non eſt ens reale, ideò loco generis ponitur, vel potius loco tranſcendentis communiſſimi.

Secundò, ponitur intellectus, ad differentiam actuum paſſiuorum, alterius potentiæ ab intellectu, vt potè voluntatis, & ſenſus communis.

Tertiò, ponitur collatiuus, ad differentiam primæ intentionis, & fictitiorum, & omnium aliorum actuum paſſiuorum intellectus abſolutorum.

Vndè nota, quòd actus intellectus diuiditur in actum abſolutum, & reſpectiuum: abſolutus continet rectum, & reflexum, rectus autem continet primam intentionem, & fictitia. Et tàm prima intentio, recta, vel reflexa, quàm figmentum ſuntentia rationis, à quibus differt ſecunda intentio, per ly actum collatiuum.

Omnis ſecunda intentio eſt reſpectus rationis, & ens rationis reſpectiuum, ſed omnis prima eſt ens rationis abſolutum, licèt etiam quidem velint, quòd etiam prima intentio ſit reſpectus rationis: quia refertur ad cognoſcentem.

Sed ſimilis ratio poſſet etiam aſſignari de cognitione actiua, qua intellectus dicitur cognoſcens. Poſſent enim dicere, quod eſt reſpectus: quia refertur ad cognitum, & tamen clarum eſt, quòd ponitur in prædicamento Qualitatis. Similiter poſſent dicere de quolibet effectu, cùm referatur ad cauſam, & ſic albedo eſſet reſpectus: quia albificatum refertur ad albifican-

Actus paſſiuus eſt quid ſuperius ad primam, & ſecundã.

Actus paſſiuus, & ens rationis quomodo ſint idem.

Ens rationis ſumitur duobus modis.

Solus intellectus dicitur ratio.

Ens rationis quando ſumitur generalius.

Ly actus ponitur loco generis.

Ponitur intellectus ad differentiã voluntatis, & ſenſus cõmunis.

Ponitur collatiuus ad differẽtiam primæ intentionis.

Actus intellectus diuiditur.

Opinio aliorum.

Reſponſio aliorũ, quo

prima intentio ſit reſpectus.

tem. Similiter amor, quia eo refertur amans adamatum.

In actu noſtro intelligendi quatuor realitates cōcurrunt.

Dico ergo, quòd in actu noſtro intelligēdi, vltrà potentiam, & obiectū, concurrunt ad minus quatuor realitates.

Prima.

Prima eſt actiua productio intellectionis: & talis productio eſt de prædicamento actionis.

Secunda.

Secunda eſt ipſa paſſio illata, ſiuè productio paſſiua, quæ eſt de prædicamento paſſionis.

Tertia.

Tertia eſt ipſe actus intellectus productus, qui eſt quædam qualitas, quæ recipitur in intellectu: quia ipſe dicitur cognoſcens, quā ſuprà nominauimus actum rectum.

Quarta.

Quarta eſt ipſa cognitio paſſiua, qua obiectum dicitur cognitum: quia ſi eſſet realis, poneretur in prædicamento qualitatis.

An prima intentio ſit quid reſpectiuum.
Reſponſio.
Quomodo intētio prima eſt quid abſolutum, & hoc modo cōceditur à Scotiſtis, & quomodo cōſideratur à Metaph.

Cùm ergo dicis, quòd prima intentio eſt quid reſpectiuū, cùm referatur ad cognoſcentem: Dico, quòd ſicut intellectus refertur ad cognitum, productione actiua, quæ eſt in prędicamento qualitatis, & vltrà talem relationem datur actus cognoſcendi actiuus de genere actionis: ſic obiectū refertur ad cognoſcentem, per paſſionem illatam, ſiuè per productionem paſſiuam, quæ eſt in genere paſſionis, & vltrà in ipſo eſt quædam qualitas abſoluta rationis, quæ dicitur cognitum, & eſt prima intentio, quæ à Boneto dicitur concipi: & ſic patet, quòd prima intentio eſt quid abſolutum, & hoc etiam ipſi concedunt, quòd prima intentio accepta in abſtracto habet cōſiderati à Metaphyſico, cùm ſit quædam qualitas rationis.

Quid ſit reale abſolutum.

Ad maiorem horum declarationem nota, quòd tàm ens reale, quàm rationis diuiditur in abſolutū, & reſpectiuum. Reale abſolutum eſt, quod eſt ad ſe, & non dicitur ad aliud ſecundùm ſuum eſſe: ità, quod quolibet alio circumſcripto adhuc eſſet: & tale eſt omne per ſe poſitum in primis tribus prædicamentis realibus.

Quid ſit reale reſpectiuum.
Duplex eſt relatio Vide Scotum in primo diſtin. 2 & 3. & 11. & 13. q. quolib.

Reale reſpectiuum eſt, quòd ſecundùm ſuum eſſe refertur ad aliud: ità, vt nullum eſſe haberet: ſi aliud non eſſet: vt pater ad filium, & tale adhuc eſt duplex, ſcilicèt intrinſecus adueniens, & extrinſecus: reſpectus intrinſecus adueniens eſt relatio ſequens naturam extremorum de neceſſitate: vt poſitis duobus albis, de neceſſitate ponitur ſimilitudo, qua vnum refertur ad aliud, & huiuſmodi eſt omne reponibile in prędicamento ad aliquid.

Quid ſit reſpectus intrinſecus adueniens.

Reſpectus verò extrinſecus adueniens eſt relatio, quæ non ſequitur naturā extremorū de neceſſitate: ſed oportet, vt vnum extremum, approximatum alteri, agat in ipſum, vt

poſito igne, & ſtuppa: niſi approximentur, & ignis agat in ſtuppam, non ſequitur combuſtio, & tale eſt omne repo-nibile in aliquo ſex vltimorum prædicamentorum.

Quid ſit ens rationis abſolutum.

Ens rationis abſolutum eſt, id quod ſecundùm ſuum eſſe eſt ad ſe, & non refertur ad aliud, cuiuſmodi eſt chymera, prima intentio, & homo cognitus, inquantùm cognitus.

Quid ſit ens rationis reſpectiuum,

Ens verò rationis reſpectiuum eſt, quod ſecundùm ſuum eſſe refertur ad aliud, & non eſt ad ſe, ità vt non poſſit intelligi, circumſcripto termino, ad quem refertur: & talis eſt omnis actus collatiuus paſſiuus, quo vnum obiectum cognitum ad aliud comparari dicitur, vt infrà patebit.

Omnis relatio præſupponit duo extrema.

Quid ſit fūdamentū relationis.

Quartò, ponitur fundatus ſuper primā intentionē. Vndè ſcias, quòd hoc exigit ſecunda intentio, inquantùm eſt relatio. Nàm omnis relatio præſupponit duo extrema, quorū vnū dicitur fundamentū eius, & reliquum dicitur terminus. Fundamentū eſt id, in quo talis relatio eſt ſubiectiuè, & ꝙ à tali relatione denominatur, & refertur ad aliud.

Quid ſit terminus relationis.

Termin' eſt id, ad quod refertur id, quod eſt fundamentū, Exempli gratia, Franciſcus eſt pater Conſtantij; Fundatum huius, relationis, ſcilicèt paternitas, eſt Franciſcus, & in ipſo paternitas eſt ſubiectiuè, & ab ipſa denominatur pater, & refertur ad Conſtantiū tāquàm ad terminū, eadem ratione fundamentū relationis filiationis eſt Conſtantius, & Franciſcus terminus. Filiatio enim eſt, fundata in Conſtantio, & terminatur ad Franciſcum.

Vbi fundetur filiatio.

Omnis relatio requirit fundamentū, & terminum.

Cùm ergo ſecunda intentio ſit relatio, exigit fundamentum, & terminum, tanquā duo extrema quæ requiruntur ad relationem.

Deffitio ſecunda intentionis Scotus in primo diſtin. 23. q. vnica.

Illud ergo extremū, in quo ipſa ſecunda intentio manet ſubiectiuè, & quod denominatur ab ipſa, & ea refertur ad aliud, eſt ſuum fundamentū, & aliud extremum, ad quod refertur, dicitur terminus.

Quæ ſunt extrema ſecundæ intentionis.

Cōparatio quomodo ſit ſecunda intentio.

Et cùm talis ſecunda intētio ſic actus collatiuus intellect' cōparantis vnum obiectum cognitum ad aliud, ſequitur, quòd ſēper cadit inter duo obiecta cognita, quæ ſunt duæ primæ intētiones, tanquā inter duo extrema. Quare extrema ſecundæ intentionis ſunt duę primæ. Verbi gratia, intellectus comparat ad inuicem iſtorum duas primas intentiones, animal cognitum, ad hominem cognitum: iſta cōparatio, quæ remanet in animali, qua animal dicitur genus, & refertur ad hominem, eſt quædam ſecunda intentio, quæ fundatur in iſta prima, animal cognitum: tanquàm in ſuo fundamento, & terminatur ad iſtam, ſcilicèt homo eſt cognitus: tanquàm ad ſuum terminandum.

Improprie loquutur, ꝫ co in 4. q. vniuerſalium, quòd ſecũda intentiones fiant ab intellectu, vel extenſiuè loquitur Scot.

Similiter iſta comparatio paſſiua, qua homo dicitur ſpecies, & refertur ad animal, fundatur in homine cognito, & terminatur ad animal cognitum.

Quintò, ponitur, & derelict⁹ in ipſa ſ. prima intentione, ab actu collatiuo intellectus. Nàm ſicut ab actu recto intellectus relinquitur in obiecto reali; actus rectus paſſiuus.

Sic in actu collatiuo relinquitur in obiecto, comparato, ſeu prima intentione, actus collatiuus paſſiuus, quo homo cognitus dicitur comparatus ad animal: & talis actus paſſiuus collatiuus eſt quædam ſecunda intentio, dicta ſpecies, quæ relicta fuit in homine ex iſto actu collatiuo intellectus actiuo, quo cõparat hominem ad animal: idem dicendum de aliis ſecundis intentionibus.

Secunda intentio derelinquitur in prima.

Aureolus, et alij plures, & non ab re certe: volunt ipſas ſecũdas intentiones non cauſari propriè, vel effici, vel produci, ſed potius derelinqui, ex cõparaõe obiectorum cognitorum.

Vndè patet, quòd ſecũda intentio derelinquitur in prima & non exprimitur ab intellectu, vel à ſuo actu collatiuo actiuo, nec effectiuè cauſatur, ſed tantùm ab eis derelinquitur, vel occaſionatur, vel occaſionatiuè originatur in ipſis primis intentionibus. Nàm omne, quod producitur, vel efficitur à cauſa reali, eſt ens reale, ſed cùm ſecunda intentio ſi ens rationis: ergo non efficitur, vel effectiuè producitur ab intellectu, ſed derelinquitur potius: exemplum ſit de ipſo figulo, multæ reliquiç cretæ non efficiuntur ab ipſo, ſed potius derelinquuntur, ità dicendum eſt de ſecunda intentione, quòd derelinquitur in obiecto cognito per actum intellectus, negocientis circà rem primæ intentionis, Sed dices, ergo ſecunda intentio, & quod vis aliud ens rationis ſunt entia in cauſata, quòd eſt proprium Deo. Dico, quòd propriè cauſatum, & effectum eſt propriè ens, cum autẽ ens rationis non ſit verè, & propriè ens, ſed diminutũ, occaſionatiuè dicitur produci, & cùm dicis: ergo eſt ineffectibile, concedo propriè: quia propriè non efficitur: quod ſi intelligas ineffectibile, pro quocunque modo inoriginabili, nego, cũ aliquo mõ originetur: quod nefas eſt dicere de Deo.

Quid ſit verè cauſatũ. Ens rationis non eſt propriè ens.

Sexto, ponitur ipſius intellectus comparentis vnam primã intentionẽ ad aliã. Hoc licèt ex præmiſſis manifeſtetur, tamen pro maiori declaratione aliqua exẽpla proponemus.

Quomodo ens rationis ſit ineffectibile. Vide ſuperi⁹ Quõ originetur ſecũda intentionis nomen.

Primum, vt ſciamus quomodo originetur hæc ſecunda intentio. Nomen. Intellectus cognoſcit iſtam vocem homo, quæ ſic cognita eſt vna prima intentio, deindè cognoſcit naturam humanam, quæ ſic cognita, eſt alia prima intentio, môx comparat iſtam vocem homo ad naturam humanam, tanquàm repreſentantem ipſam ſine tempore, ità quod quandò intelligo hominem,

intelligo ipſam naturam denominatam à tali voce: iſta comparatio paſſiua relicta in iſta voce homo, inquantùm repræſentat naturam humanam, & denominat eam ſine tempore, dicitur nomen, & ſic eſt vna ſecunda intẽtio fundata in iſta, voce homo: ea verò comparatio paſſiua derelicta in natura humana cognita, qua ipſa natura dicitur comparata ad vocem illam. Quatenus denominatur ab ea ſine tempore, dicitur denominatum, & eſt quædam ſecunda intentio, derelicta in iſta prima, ſcilicet natura humana cognita, & hoc eſt, quod dicunt Summuliſtæ, quòd nomen capitur primè intentionaliter pro hac voce homo, & ſecundæ intentionaliter, pro hac ſecunda intentione nomen. *Vide Tatare tum cap. de nomine.*

Secundum, vt cognoſcas hanc ſecundam intentionem oratio: Intellectus cognoſcit quid complexum, homo eſt animal, quod ſic cognitum eſt vna prima intentio, (vt in ſecundo articulo patebit,) deindè cognoſcit hominem eſſe animal in re, quid etiam cùm ſit vnum obiectum totale cognitum, eſt vna prima intentio, mox comparat iſtam vocem, complexam homo eſt animal, quatenus repreſentat verè hominem eſſe animal, & talis reſpectus, vel comparatio, qua illa vox complexa dicitur ſub tali ratione ad illas res dicitur oratio, & eſt quædã ſecunda intentio denominans hanc primam, homo eſt animal, & in ipſa derelicta in iſtis verò reb. cognitis, ſ. homo, qui eſt animal, quæ ſunt vna prima intentio, remanet alius reſpectus, quod dicitur comparari ad iſtam vocem complexam, inquantùm verò ſignificatur per ipſam: & eſt quædam ſecunda intentio, cui à Logico non imponitur nomen. Sed poſſet ab ingenioſis fingi, vel circumloqui dicendo ſignificatum orationis. *Vide ſecundum articulum.* *Quomodo fiat ſecunda intentio, ſcilicet oratio.*

Tertium, vt ſcias has ſecundas intentiones indiuiduũ, & ſpecies: Intellectus meus cognoſcit Franciſcũ, & Conſtantium, qui ſic cogniti ſunt duę primæ intentiones, cũ cognoſcãtur diſtinctè, & ſũt duo obiecta cognita: ſimiliter cognoſcit hominẽ, & ſic eſt alia prima intentio. Vndè cõparat hominẽ cognitũ ad Cõſtantiũ, & Franciſcũ cognitos, inquantùm homo eſt quędam natura communicabilis eis, qui nõ poſſũt vlteri' cõmunicari: talis cõparatio paſſiua, derelicta in homine, qua dicitur cõparari ſub tali ratione ad Conſtãtiũ & Frãciſcũ, eſt vna ſecunda intẽtio, & vocatur ſpecies, cõparatio verò paſſiua remanens in Cõſtantio, qua dicitur cõparatus ad hominẽ ſub ratione, qua participat hominem, & non poteſt alteri communicari, eſt quædam ſecũda intentio, quæ dicitur indiuiduum, Idem dicas de Franciſco. *Quomodo originentur ſecundæ intentiones indiuiduum, & ſpecies* *Quid ſit cõparatio paſſiua.*

Digitized by Google

Quomodo fiant huiuſmodi duæ ſecundæ intẽtiones, ſpecies & genus.

Quartum quomodo fiant huiuſmodi duæ ſecundæ intentiones ſpecies, & genus. Nàm alia eſt ſecunda intentio ſpecies, reſpectu in diuiduorum: & alia reſpectu generis, ſicut ſuper aliam, & aliam primam intentionem fundatur, & ſub alio, & alio reſpectu: Intellectus cognoſcit animal, quod ſic cognitum eſt vna prima intẽtio, Similiter cognoſcit hominem; & Brunellum, qui etiam, vt ſic diſtinctè cogniti, ſunt duæ primæ intentiones: deindè comparat animal cognitum ad hominem, & Brunellum, quatenus, animal eſt quædam natura communicabilis illis, & quatenus homo, & Brunellus ſunt participantes animal, & ſunt naturæ communes, & ſic iſta comparatio paſſiua remanens in animali, eſt quædam ſecunda intentio, quæ dicitur genus: Iſta autem comparatio, qua homo dicitur comparatus ad animal, eſt alia ſecunda intentio, quæ dicitur ſpecies. Idem dicas de Brunello.

Nota, & benè.

Quomodo originantur ſecundæ intentiones genus generaliſſimum & ſubalternum.

Quintum quomodo originentur iſtæ ſecundæ intentiones gen' generaliſſimũ, & ſubalternũ. Intellect' cognoſcit ſubſtantiam, quæ ſic cognita eſt prima intentio, deindè comparat ipſam ad ſuperiora, quatenus, ſcilicet ſuprà ſe non habet aliud genus, & talis reſpectus in ſubſtantia derelictus, dicitur genus generaliſſimum: ſimiliter cognoſcit animal, & comparat illud ad ſuperius genus, & talis reſpectus dicitur genus ſubalternum.

Quomodo fiat hæc ſecunda intentio vniuerſale.

Sextum quomodo fiat hæc ſecunda intentio vniuerſale. Intellectus cognoſcit aliquam naturam communicabilem pluribus, & cognoſcit illa plura, illa nàm ſic cognita eſt vna prima intentio, & illa plura diſtinctè cognita participantia talem naturam, ſunt plures primæ intentiones: tunc comparat naturã ad illa plura, inquantùm eſt communicabilis, illis & talis reſpectus derelictus in ipſa natura, quo refertur ad illa plura, eſt quædam ſecunda intentio, quæ dicitur vniuerſale: & reſpectus relictus in illis pluribus eſt alia ſecunda intentio, que dicitur particulare.

Quomodo cauſetur hæc ſecunda intentio ſyllogiſmus.

Septimum quomodo cauſetur hæc ſecunda intentio ſyllogiſmus. Intellectus cognoſcit duas propoſitiones ordinatas, ſecundùm aliquam regulam ſyllogiſmorum, quæ ſic ſimul cognitæ ſunt vna prima intentio: deindè cognoſcit illam propoſitionem, quæ ſequitur ex illis duabus, quæ etiam ſic cognita eſt alia prima intentio: deindè comparat illas duas primas propoſitiones ad aliam, inquantùm poſſunt inferre eam, & illa comparatio, qua propoſitiones referuntur ad vnam, eſt quædam ſecunda intentio, quæ dicitur

citur ſyllogiſmus: relatio verò derelicta in illa alia propoſitione eſt alia ſecunda intentio, quæ dicitur concluſio: ex his patet intentum.

Omnis prima intentio habet cõnatã realem aptitudinẽ, vt ſuper eã poſſit fundari ſecunda intentio.

Vltimò, ponuntur ſecundùm exigentiam, & aptitudinem naturæ eius. Circà hoc nota, quòd omnis prima intentio habet connatam realem aptitudinem, vt ſuper eam poſſit fundari aliqua ſecunda intentio, vt animal habet aptitudinem ex natura ſua, quòd iſta ſecunda intentio genus, fundetur ſuper illud: Si enim animal ex natura ſua non eſſet cõmunicabile homini, & leoni: nullo modo poſſet cõparari ad hominẽ, & leonẽ. Similiter: quia homo ex natura ſua eſt quædã natura cõmunicabilis Franciſco, & Conſtantio: ideò inquantũ tale intellectus comparat eum ad ipſos, & fundat in eo iſtam ſecundam intentionem ſpecies.

Animal eſt communicabile ſuis ſpeciebus.

Optima ratio.

Secundæ intẽtiones nũquã fundãtur, id eſt nũquam alicui attribuuntur niſi ſecundũ eſſe cognitũ illius.

Vide Scotũ in primo ſẽten. diſt. 31.

Patet ergo, quòd licèt ſecunda intentio depẽdeat ab actu collatiuo intellectus: tamen præſupponit aptitudinem in prima intentione, in qua fundatur. Nàm ſi non præſupponeret talem aptitudinem, ſed totaliter dependeret ab actu collatiuo intellectus, ſequeretur, quòd intellectus poſſet fundaretur quãlibet ſecundã intentionem ſuper quamlibet primam, & tunc non eſſet ratio: quare in homine magis fundetur ſpecies, quàm genus: cùm autem intellectus ſic fundet iſtam ſecundã intentionem genus generaliſſimum, in iſta prima, ſcilicet ſubſtantia, quod non poſſit eam fundare in Conſtãtio, & iſtã ſecundã indiuiduum in Franciſco: quòd non poſſit eam fundare in ſubſtantia, patet, quòd hoc eſt, propter aliquam proprietatem, & aptitudinem repertam in primis intentionibus ad tales ſecundas, ſecundùm quam cõparantur ad alia obiecta, nõ repertã in aliis primis.

Subſtantia non habet aliud limitatũ ſuprà ſe.

Quomodo intellectus deciperetur.

Opinio Frãciſci multũ ſingularis de ſecundis intẽtionibus in primo diſtin. 23. q. 2.

Vndè: quia ſubſtantia non habet aliud limitatum ſuprà ſe, & habet plura ſub ſe inferiora, eſt apta recipere iſtam ſecundã intentionẽ genus generaliſſimũ: & quia homo ſub ſe habet immediatè plura indiuidua: ideò habet aptitudinem, vt dicatur ſpecies, & ſic de aliis: & quandò præter talem aptitudinẽ fundaretur aliqua ſecunda intẽtio, intellectus eſſet deceptus, vt ſi ſubſtãtia diceretur indiuiduum, aut Conſtantius genus, & ſic intelligitur Franciſcus de May: vir doctiſſimus in Cõſtatu, quòd ſecũdæ intentiones ſint aptitudines conuenientes primis ex natura rei: quod tamen non eſſet verum, ſi intelligeretur.

Quòd formaliter eſſent tales aptitudines: quia tunc ſecundæ intentiones non dependerent ab opere intellectus, quod eſt falſum: ſed intelligitur, quòd aptitudines ſunt in

primis intentionibus,ſed illę aptitudines non ſunt ſecundæ intentiones,ſed fundamenta,& quædã præſuppoſita ſecundarum intentionum,ſecũdùm quæ fundantur ipſæ ſecundæ intẽtiones in primis:& hæc ſatis de definitionibus primæ,& ſecundæ intentionis.

Vide Paulũ venetũquomodo terminus primæ intentionis ſignificet rẽ, et etiam aliquo nomina ſes.

Ad ſenſum harum definitionum poteris aptare definitionem Pauli Veneti dicentis: Terminus primæ intentionis eſt,qui ſignificat rem,id eſt obiectũ, qui non eſt terminus, vt homo cognitus. Iſte enim terminus Homo,eſt primæ intentionis, & ſignificat hominem, qui eſt res,& non terminus,& dato quod ſignificaret rem,quæ eſt terminus,adhuc ſignificaret illam,non inquantùm terminus,ſed vt eſt ens,& res.Nam ſi accipio iſtam vocẽ homo, & conſidero illam:inquantũ eſt ens,& non inquantũ nomen, adhuc iſte terminus,vox, ſignificans ly Nomen,vt rem,eſt prima intentio dato,quòd ſit terminus,inquanùtm nomen.

Quomodo ſecunda intentio ſit prima.

Similiter ſi conſidero,ly genus,tale conſideratum eſt ens cognitum,& prima intentio,dato,quòd ſit terminus ſignificans ly genus,inquantùm ens; et obiectum cognitum eſt primæ intentionis, ex quo ſequitur, quòd omnis ſecunda intentio, inquantùm ens cognitum, eſt prima intentio: & propterea terminus ſignificans ſecundam intentionem,inquantùm eſt obiectum eſt primæ intentionis. Terminus autem, ſecundæ intentionis eſt, qui ſignificat terminum, qui non eſt res:id eſt, qui ſignificat terminum, inquantum terminus eſt,id eſt ſecundam intentionem,non inquantùm eſt ens rationis,& reſpectus rationis ſignificans primam intentionẽ,vt ly nomen inquantũ nomen,& ly genus, vt genus.

Quid ſit terminus ſecũdæ intentionis.

Omnis ſecũda intentio præſupponit primam.

Ex prædictis patet, quòd omnis ſecunda intentio præſupponit actum rectum: & cùm intellectus poſſit cognoſcere quodlibet ens tàm reale, quàm rationis,tàm abſolutum,quàm reſpectiuũ, ſic tàm primam,quàm ſecundam intentionem,patet quòd chymera cognita, & ſecunda intentio cognita eſt prima intentio.&c.

Chimera cognita eſt prima intentio.

Ex hoc ſequitur aliud, quòd ſecunda intentio poteſt fundari ſuper chymeram cognitam, & ſuper ſecundam intentionem cognitam:Nam intellectus cognoſcit chymeram, & vt ſic eſt prima intentio,indè comparat ipſam ad ſe ipſam, in quantùm poteſt affirmari de ſe ipſa. Et ſic in ipſa poſita loco illius,de quo affirmatur, remanet vna ſecunda intentio, quæ dicitur ſubſtantia,& in ipſa poſita ex parte illius, quod affirmatur, remanet alia ſecunda intentio, quæ, dicitur prædicatum, vt chymera eſt chi-

mera. Similiter intellectus comparat præcognitam ſecundam intentionem ad aliam etiam præcognitam, vt dicendo genus eſt vniuerſale, & vna dicitur ſubiectum, alia prædicatum, & iſta ſecunda intentio ſubiectum fundatur in ly gen*, iſta verò ſecũda prædicatũ in ly vniuerſale.

Quomodo intellectus cõparat vnã ſecundã intentionẽ ad aliam.

Sequitur etiam ex his omnem primam intentionem habere eſſe abſolutum, quia eſt actus paſſiuus, rectus, & ſimplex, vt diximus, & ſecundam intentionem eſſe relationem rationis, ergo ſecunda intentio eſt relatio, & non habet eſſe abſolutum.

Omnis prima intentio habet eſſe abſolutum.

Secunda intẽtio eſt relatio, & non habet eſſe abſolutum.

Sed Dices: Dictum eſt ſuperius ſecundam intentionem cognitam, inquantùm obiectũ cognitum eſſe primam intentionẽ, & ſecundam intentionẽ habere eſſe reſpectiuum, ergo prima intentio eſt relatio.

Prætereà, pater cognitus eſt prima intentio, tamen non haberet eſſe abſolutum.

Nota benè hæc duo argumenta.

Ad primum, dico, quòd ſecunda intentio, inquantùm talis, non eſt prima, ſed inquantùm obiectũ cognitum, vel fundamentaliter.

Primũ argumentum.

Similiter dico ad ſecundum, quòd pater inquantùm pater eſt relatiuum, ſed inquantùm ens cognitum eſt & prima intentio, ens abſolutum.

Secũdũ argumentum

Reſpõſio ad ſecundũ argumentum

Dico tandem, quòd omnis prima, & ſecunda intentio, & quodlibet aliud ens rationis, habent eſſe diminutum, & in anima, & in tantum habent eſſe, quatenus actu dependent ab opere intellectus, quo ceſſante, ceſſat etiã omne ens rationis: & tandiù in ipſo cõſeruantur, quandiù intellectus in tali opere perſiſtit, licèt prima intentio fundamentaliter ſit ens reale, & extrà animam, vt homo, tamen formaliter, inquantùm eſt prima intentio, & obiectum cognitum non habet eſſe, niſi in anima.

Nono Met. contex. ſeptimo, quinto Met. contex. ſeptimo.

Dices: ſecunda intentio fundatur in prima, & eſt ſubiectiuè in illa, ergo non videtur habere eſſe in anima, ſed in prima intentione.

Secũda intẽtiones ſecũdum eſſe quidditatiuũ ſemper ſunt non autẽ ſecundũ eſſe actualis exiſtentiæ: hoc modo ſunt dum fiunt. Vide Maurinum

Dico, quòd ſecundæ intentiones non fundantur in primis, & non adiungũtur primis ſecundũ inhærentiã, ſed ſolũ ſecundũ denominatiouẽ, vel quaſi ſubiectiuè. & ſecundùm quid, ſic videlicèt quòd ſecundę intẽtiones; ſeu termini ſecundarum intentionũ de nominatione extrinſeca predicãtur de primis, & ſunt in primis, ſed in intellectu ſunt veluti n efficiẽte, & vt cognitũ in cognoſcente, vt declatat Scotus *q. 3. vniue-ſalium. Secũda intẽtio eſt inre vt in ſubiecto, quia illa in denomi- quo, et in intellectu velu Reſponſio ad primum argumentum.*

ti in efficiẽte, loquitur Scotus extẽſinè. Vide Maurtiũm expoſitione vniuerſaliũ q.4.

in vniuerſalibus q.11. vel dicas, quòd ſecunda intentio fundatur in prima, quæ (vt dictum eſt) non eſt aliud, quàm obiectum cognitum, quod vt ſic habet eſſe tantùm in intellectu, & in anima, & hoc ſatis pro primo articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

QVOMODO SECVNDA INTENTIO SVMATVR IN CRETO ET ABSTRACTO CAP. iij.

Accidẽs ſumitur duobus modis in cõcreto, et in abſtracto.

PRiuſquàm ad prædicationes intentionũ veniamus nota, quòd ſicut accidens reale aliquando ſumitur in concreto, & hoc tàm in accidentibus, abſolutis, quã reſpectiuis, vt album, ſciens, pater, ſimilis: Aliquando verò in abſtracto, vt albedo, ſcientia, paternitas, ſimilitudo. Illud autẽ dicitur in concreto, quod dicit ſuũ propriũ ſignificatũ, & concernit ſubiectum denominatũ, vt albũ ſignificat albedinem, & concernit rem, in qua eſt albedo, & pater ſignificat paternitatẽ, & concernit illud, quod eſt pater, vel in quo eſt paternitas.

Accidens in abſtracto quid. Accidẽs in cõcreto quid.

Quid ſit accidens abſolutum.

Abſolutum verò eſt illud, quod ſignificat ſuũ proprium ſignificatum: & non aliud concernit, vt albedo ſignificat albedinem, & nihil aliud, & paternitas paternitatem, & non aliud.

Quid ſit accidens reſpectiuum.

Secunda intẽtio eſt accidens rationis.

Idem dico de ſecunda intentione, quandoque capitur in concreto, quandoque in abſtracto, quandò capitur in concreto ſignificat primum ſignificatum, & connotat primam, in qua fundatur, vt hæc ſecunda intentio ſpecies fundata in homine, ſignificat ſeipſam, inquantùm eſt relatio rationis paſſiua, & concernit hominẽ cognitũ, qui eſt prima intẽtio.

Secũda intẽtio capitur in concreto.

Quando verò, capitur in abſtracto ſignificat ſeipſam, & non connotat primam intentionem, in qua fundatur, vt ſpecies conſiderata in abſtracto (ſpecialias) ſignificat ſe ipſam, & nihil aliud connotat.

Secunda intẽtio capitur in abſtracto. Vide differẽtiam in realib⁹, et in rationalibus.

Differentia tamen eſt, quòd in realibus habemus diuerſos terminos in abſtracto, & in concreto: in rationalibus verò eiſdem pro vtroque vtimur: habemus enim album in cõcreto, & albedinem in abſttacto, ſed ſpecies, genus, & cætera indifferenter, tamen in concreto exprimim⁹ per hũc terminum, vt modus; in abſtracto verò per hunc terminum vt quid, & hoc nota: quia vtriſque tetminis infrà vtemur frequenter.

QVOMODO DIVIDATVR ENS RATIONIS, CAP. 4.

Preterea ſicut accidens reale quandò capitur vt quid, vel in abſtracto, ordinatur ſecundùm ſub, & ſuprà, & facio hanc Arborem prædicamentalem.

Accidens: { A / R

Abſolutũ, Reſpectiuum

Abſolutum. { Q / Q

Qualitas, Quantitas:

Qualitas { C. / S.

Corporalis, Spiritualis

Corporalis. { C. / F.

Color, Figura.

Color. { A. / N.

Albedo, Nigrdo.

Albedo. { H. / I. / I.

Hæc, iſta, illa, &c.

Sic cõformiter accidẽs rationis quãdò capitur, vt quid id, eſt in abſtracto, ordinatur ſecũdũ ſub, & ſuprà, id eſt ſecundũ magiscõmune, & particulare, & facio arborẽ huiuſmodi prędicamẽtorũ

Ens rõnis, ſeu act⁹ paſſiu⁹ { A. / A.

Act⁹ paſſiu⁹ intellectus { Act⁹ paſſiu⁹ alterius potẽtię apprehẽſiuæ.

Actus paſſiuus itellectus. { C. / S.

Collatiuus, vel ſecunda intentio. { Abſolutus.
Secũda intentio. { Abſolutus.
Vniuerſale, particulare. { chimera, prima intentio
Vniuerſale. { Prima intẽtio.
Limitatum, tranſcedens. { Hec illa &c.

Limitatum. { G / S / D / P / A

Gen⁹ Species, differẽtia, propriũ accidens.

Genus { G / S.

Generaliſſimum, ſubalternum.

Generaliſſimum { . / .

Hoc illud, iſtud, &c.

Similiter poſſunt multa alia diuidi, vt particulare in vagũ, & ſignatũ, & vagũ in hoc, & illud. Similiter ſpecies in ſpeciem ſpecialiſſimam, & ſubalternam, & ſpecialiſſima in hãc, & illam, &c.

Nota bene hac omnia. Quemadmodũ autẽ in accidentibus realibus abſolutũ,& reſpectiuũ ſunt tranſcẽdentia,ſed qualitas eſt vnũ genus generaliſſimum,& corporale,& ſpeciale ſunt duo genera ſubterna reſpectu inferiorũ,ſed ſpecies ſubalterna reſpectu ſuperiorũ,ſimiliter color, & figura, ſed albedo eſt ſpecies ſpecialiſſima, et hoc albedo, indiuiduũ ſimiliter in entibus rationis,y ens rationis,& act⁹ paſſiu⁹ intellect⁹,& actus paſſiu⁹ alteri⁹ potẽtię ſũt trãſcẽdẽtia:abſolutũ verò collatiuũ ſũt duo genera generaliſſima,vniuerſale trãſcendẽs reſpect⁹ ſuperiorum eſt ſpecies ſubalterna,ſed reſpectu inferiorũ genus ſubalternum, ſimiliter vniuerſale limitatum eſt genus, &c. Similis poteſt fieri deſcenſus ſub ly ſpecies, vt dicendo ſpecies eſt genus ſubalternũ,ſpecies ſpecies ſpecialiſſima eſt ſpecies ſpecialiſſima, hęc ſpecialiſſima,indiuiduum,&.

Quid ſint abſolutũ, & reſpectiuum.

Duplex prædicatio exercita, & ſignata.

DE PRÆDICATIONE SIGNATA ET EXERCITA. CAP. 5.

PRæterea,nota, quòd (vt ad præſens attinet) duplex eſt prędicatio: exercita,& ſignata, prædicatio exercita eſt, in qua inter ſubiectum, & prædicatũ ponitur tantũ copula eſt,implicitè,vel explicitè, vt homo eſt animal,implicitè,vt homo currit, id eſt homo eſt currẽs,vt patet reſoluendo,

Quæ ſit prædicatio ſign. Signata verò eſt, in qua inter ſubiectũ,& prędicatũ,pręter copulã eſt,implicitè,vel explicitè, ponitur vna ſecunda intẽtio,denotãs tale prædicatũ,dici de ſubiecto, vt homo prędicatur de Cõſtantio: & hoc mõ ponitur copula implicitè, ſed explicatur,cũ reſoluitur dicẽdo homo eſt prædicatũ reſpectu Conſtantii, vbi patet,quòd vltra prædicatũ,quòd eſt ly Conſtantius,& ſubiectũ,ꝙ eſt ly homo,& copula eſt ponitur iſta ſecunda intentio prædicatnm.

Quæ ſint prædicatiões ſignata. Itaque omnes iſtę ſũt prædicationes ſignatę, homo prædicatur de Conſtãtio,homo negatur dę Brunello , Animal affirmatur de Leone,Capra ſubiicitur animali,&c.

Quare prædicatio dicatur ſignata. Reſponſio. Et dicitur ſignata , quia ſignat, quod in prædicatione exercita ponitur in actu,& exercitatur. Nã iſta homo prædicatur de Cõſtantio ſignificat ipſam, Cõſtãtius eſt hõ,ſicut qui diceret Ioannes ſecat lignum, ſignaret actum ſecandi: dicitur verò exercita,quia in ipſa exercetur, & ponit in actu, & forma,quod in ſignatis ſignatur, & ponitur in figura,vel ſigno, vt iſta homo eſt animal, exercet quid ſignificat iſta animal prædicatur de homine. Omnis autẽ propoſitio vera ſignata, eſt vera exercita,& ẽ contrà,eiſdem terminis ſupponentibus pro ſeipſis, vel properſe ſignificatis, & omnis falſa ſignata, eſt falſa exercita,& ẽcontrà, Similiter in eiſdẽ terminis ſimiliter ſupponẽtib. vt homo ſubiicitur animal

Quomodo oĩs propoſitio vera ſi ſignata, eſt vera exercita.

ergo homo eſt Brunellus p̄dicatur de Franciſco,ergo Frãciſcus ẽ Brunellus, ambæ primæ veræ,ſecundę falſæ. *Pulchra cõſideratio*

Dico notanter terminis ſupponentibus pro ſe ipſis,vel pro per ſe ſignificatis, quia ſi termini ſupponerent pro ſe denominatis, propoſitio ſignata vera non eſſet vera exercita in eiſdem terminis Nam dicendo album prædicatur de quãto, ergo quantum eſt album, prima eſt vera, ſecunda non. Similiter genus prædicatur de ſpecie, ergo ſpecies eſt genus, & ratio eſt, quia hi termini album, & quantum non ſupponunt pro albedine, & quantitate, ſed pro ſubiectis eorum, ideò non poſſunt exerceri in eiſdem terminis,verè,ſed benè in terminis pro quibus ſupponunt. vt album prædicatur de quanto, ergo res, quæ eſt quanta, eſt alba, id eſt res, in qua eſt quantitas, eſt res in qua eſt albedo, & non poteſt eſſe vera album eſt quantum aliter, niſi per accidens.

Similiter ly genus, & ſpecies ſupponunt pro primis intentionibus, ergo tantùm in illis habent veridicè exerceri, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo homo eſt animal. *Accidens vt quid poteſt comparari ad tria.*

Qvot modis praedicetvr secvnda intentio, in generali. Cap. VI.

His notatis dicimus, quod ſicut in realibus accidens, vt quid ſumptum (poteſt primò comparari ad ſuum inferius, ſecundo ad ſuum diſparatum, tertio ad ſuũ ſubiectũ,ſic ſecunda intentio,cùm ſit accidens rationis,cùm ſumitur,vt quid, poteſt primò comparari ad ſuam ſecundam intentionem inferiorem,ſecundò ad ſuum diſparatum, tertiò ad ſuum ſubiectum: ideſt ad primam intentionem, & ſecundùm iſtas tres comparationes, ponam tres primas concluſiones. *Secunda intentio poteſt comparari ad tria.* *Quo accidens reale, vt modus concernit ſubiectum.*

Itèm ſicut accidens reale, vt modus, id eſt in concreto, aliquando concernit ſubiectum, tanquàm ſubſtãtiam, cui inhæret immediatè, vt color lucidus, albedo clara, ſic ſecunda intentio in concreto aliquando fundatur ſuper primam intentionem præſupponentem obiectum reale, vt ſuper hominem cognitum, & concernit ipſum, vt homo eſt ſpecies, aliquando verò fundatur ſuper aliam ſecundam intentionem, inquantum eſt obiectum cognitum, & prima intentio, vt ſuper ly genus cognitum, & ſimiliter concernit ipſũ,vt in hac, gen⁹ eſt intentio,ly gen⁹ eſt ſubiectũ,ly enim ſubiectũ eſt vna ſecũda intentio, quæ fũdatur ſuper ly gen⁹. *Secunda intentio fundatur ſuper primam intentionem.* *Accidens reale poteſt comparari in concreto ad tria.*

Hoc notato, dico, quòd ſicut accidens reale poteſt comparari in concreto, primò ad ſuum inferius, ſecũdò ad ſuũ

Improprie loquitur, & eo in 4. q. vniuerſalium, quòd ſecũda intentiones fiant ab intellectu, vel extenſiuè loquitur Scot.

Secunda intentio derelinquitur in prima.

Aureolus, et alij plures, & non ab re certe: volunt ipſas ſecũdas intentiones non cauſari propriè, vel effici, vel produci, ſed potius derelinqui, ex cõparaõe obiectorum cognitorum.

Quid ſit verè cauſatũ.

Ens rationis non eſt propriè ens.

Quomodo ens rationis ſit ineffectibile.

Vide ſuperius

Quõ originetur ſecũda intentionis nomen.

Similiter iſta comparatio paſſiua, qua homo dicitur ſpecies, & refertur ad animal, fundatur in homine cognito, & terminatur ad animal cognitum.

Quintò, ponitur, & derelictꝰ in ipſa ſ. prima intentione, ab actu collatiuo intellectus. Nàm ſicut ab actu recto intellectus relinquitur in obiecto reali; actus rectus paſſiuus.

Sic in actu collatiuo relinquitur in obiecto, comparato, ſeu prima intentione, actus collatiuus paſſiuus, quo homo cognitus dicitur comparatus ad animal: & talis actus paſſiuus collatiuus eſt quædam ſecunda intentio, dicta ſpecies, quæ relicta fuit in homine ex iſto actu collatiuo intellectus actiuo, quo cõparat hominem ad animal: idem dicendum de aliis ſecundis intentionibus.

Vndè patet, quòd ſecũda intentio derelinquitur in prima & non exprimitur ab intellectu, vel à ſuo actu collatiuo actiuo, nec effectiuè cauſatur, ſed tantùm ab eis derelinquitur, vel occaſionatur, vel occaſionatiuè originatur in ipſis primis intentionibus. Nàm omne, quod producitur, vel efficitur à cauſa reali, eſt ens reale, ſed cùm ſecunda intentio ſi ens rationis: ergo non efficitur, vel effectiuè producitur ab intellectu, ſed derelinquitur potius: exemplum ſit de ipſo figulo, multæ reliquię cretæ non efficiuntur ab ipſo, ſed potius derelinquuntur, ità dicendum eſt de ſecunda intentione, quòd derelinquitur in obiecto cognito per actum intellectus, negocientis circà rem primæ intentionis, Sed dices, ergo ſecunda intentio, & quod vis aliud ens rationis ſunt entia in cauſata, quòd eſt proprium Deo. Dico, quòd propriè cauſatum, & effectum eſt propriè ens, cum autẽ ens rationis non ſit verè, & propriè ens, ſed diminutũ, occaſionatiuè dicitur produci, & cùm dicis: ergo eſt ineffectibile, concedo propriè: quia propriè non efficitur: quod ſi intelligas ineffectibile, pro quocunque modo inoriginabili, nego, cũ aliquo mõ originetur: quod nefas eſt dicere de Deo.

Sexto, ponitur ipſius intellectus comparentis vnam primã intentionẽ ad aliã. Hoc licèt ex præmiſſis manifeſtetur, tamen pro maiori declaratione aliqua exẽpla proponemus.

Primum, vt ſciamus quomodo originetur hæc ſecunda intentio. Nomen. Intellectus cognoſcit iſtam vocem homo, quæ ſic cognita eſt vna prima intentio, deindè cognoſcit naturam humanam, quæ ſic cognita, eſt alia prima intentio, mòx comparat iſtam vocem homo ad naturam humanam, tanquàm repreſentantem ipſam ſine tempore, ità quod quandò intelligo hominem,

intelligo ipſam naturam denominatam à tali voce: iſta comparatio paſſiua relicta in iſta voce homo, inquantùm repræſentat naturam humanam, & denominat eam ſine tempore, dicitur nomen, & ſic eſt vna ſecunda intẽtio fundata in iſta, voce homo: ea verò comparatio paſſiua derelicta in natura humana cognita, qua ipſa natura dicitur comparata ad vocem illam. Quatenus denominatur ab ea ſine tempore, dicitur denominatum, & eſt quædam ſecunda intentio, derelicta in iſta prima, ſcilicet natura humana cognita, & hoc eſt, quod dicunt Summuliſtæ, quòd nomen capitur primè intentionaliter pro hac voce homo, & ſecundæ intentionaliter, pro hac ſecunda intentione nomen. *Vide Tatartum cap. de nomine.*

Secundum, vt cognoſcas hanc ſecundam intentionem oratio: Intellectus cognoſcit quid complexum, homo eſt animal, quod ſic cognitum eſt vna prima intentio, (vt in ſecundo articulo patebit,) deindè cognoſcit hominem eſſe animal in re, quid etiam cùm ſit vnum obiectum totale cognitum, eſt vna prima intentio, mox comparat iſtam vocem, complexam homo eſt animal, quatenus repreſentat verè hominem eſſe animal, & talis reſpectus, vel comparatio, qua illa vox complexa dicitur ſub tali ratione ad illas res dicitur oratio, & eſt quædã ſecunda intentio denominans hanc primam, homo eſt animal, & in ipſa derelicta in iſtis verò reb. cognitis, ſ. homo, qui eſt animal, quæ ſunt vna prima intentio, remanet alius reſpectus, quod dicitur comparari ad iſtam vocem complexam, inquantùm verò ſignificatur per ipſam: & eſt quædam ſecunda intentio, cui à Logico non imponitur nomen. Sed poſſet ab ingenioſis fingi, vel circumloqui dicendo ſignificatum orationis. *Vide ſecundum articulum.* *Quomodo fiat ſecunda intentio, ſcilicet oratio.*

Tertium, vt ſcias has ſecundas intentiones indiuiduũ, & ſpecies: Intellectus meus cognoſcit Franciſcũ, & Conſtantium, qui ſic cogniti ſunt duę primæ intentiones, cũ cognoſcãtur diſtinctè, & ſũt duo obiecta cognita: ſimiliter cognoſcit hominẽ, & ſic eſt alia prima intentio. Vndè cõparat hominẽ cognitũ ad Cõſtantiũ, & Franciſcũ cognitos, inquantùm homo eſt quędam natura communicabilis eis, qui nõ poſſũt vlteri' cõmunicari: talis cõparatio paſſiua, derelicta in homine, qua dicitur cõparari ſub tali ratione ad Conſtãtiũ & Frãciſcũ, eſt vna ſecunda intẽtio, & vocatur ſpecies; cõparatio verò paſſiua remanens in Cõſtantio, qua dicitur cõparatus ad hominẽ ſub ratione, qua participat hominem, & non poteſt alteri communicari, eſt quædam ſecũda intentio, quæ dicitur indiuiduum, Idem dicas de Franciſco. *Quomodo originentur ſecunda intentiones in diuiduum, & ſpecies* *Quid ſit cõparatio paſſiua.*

Quomodo fiant huiuſmodi duæ ſecunda intẽtiones, ſpecies & genus.

Quartum quomodo fiant huiuſmodi duæ ſecundæ intentiones ſpecies,& genus. Nàm alia eſt ſecunda intentio ſpecies, reſpectu indiuiduorum: & alia reſpectu generis, ſicut ſuper aliam, & aliam primam intentionem fundatur, & ſub alio, & alio reſpectu. Intellectus cognoſcit animal, quod ſic cognitum eſt vna prima intẽtio, Similiter cognoſcit hominem;& Brunellum,qui etiam,vt ſic diſtinctè cogniti,ſunt duæ primæ intentiones: deindè comporat animal cognitum ad hominem,& Brunellum,quatenus,animal eſt quædam natura communicabilis illis,& quatenus homo,& Brunellus ſunt participantes animal, & ſunt naturæ communes, & ſic iſta comparatio paſſiua remanens in animali, eſt quædam ſecunda intentio,quæ dicitur genus: Iſta autem comparatio, qua homo dicitur comparatus ad animal, eſt alia ſecunda intentio, quæ dicitur ſpecies. Idem dicas de Brunello.

Nota, & benè.

Quomodo originantur ſecunda intentiones genus generaliſſimum & ſubalternum.

Quintum quomodo originentur iſtæ ſecundæ intentiones gen' generaliſſimũ,& ſubalternũ. Intellect' cognoſcit ſubſtantiam,quæ ſic cognita eſt prima intentio, deindè comparat ipſam ad ſuperiora,quatenus,ſcilicet ſuprà ſe non habet aliud genus,& talis reſpectus in ſubſtantia derelictus, dicitur genus generaliſſimum:ſimiliter cognoſcit animal, & comparat illud ad ſuperius genus,& talis reſpectus dicitur genus ſubalternum.

Quomodo fiat hac ſecunda intentio vniuerſale.

Sextum quomodo fiat hæc ſecunda intentio vniuerſale. Intellectus cognoſcit aliquam naturam communicabilem pluribus, & cognoſcit illa plura, illa nàm ſic cognita eſt vna prima intentio, & illa plura diſtinctè cognita participantia talem naturam, ſunt plures primæ intentiones: tunc comparat naturã ad illa plura,inquantùm eſt communicabilis,illis & talis reſpectus derelictus in ipſa natura,quo refertur ad illa plura, eſt quædam ſecunda intentio, quæ dicitur vniuerſale:& reſpectus relictus in illis pluribus eſt alia ſecunda intentio,quę dicitur particulare.

Quomodo cauſetur hac ſecunda intentio ſyllogiſmus.

Septimum quomodo cauſetur hæc ſecunda intentio ſyllogiſmus. Intellectus cognoſcit duas propoſitiones ordinatas, ſecundùm aliquam regulam ſyllogiſmorum, quæ ſic ſimul cognitæ ſunt vna prima intentio: deindè cognoſcit illam propoſitionem, quæ ſequitur ex illis duabus,quæ etiam ſic cognita eſt alia prima intentio: deindè comparat illas duas primas propoſitiones ad aliam, inquantùm poſſunt inferre eam, & illa comparatio, qua propoſitiones referuntur ad vnam,eſt quædam ſecunda intentio, quæ dicitur

citur ſyllogiſmus: relatio verò derelicta in illa alia propoſitione eſt alia ſecunda intentio, quæ dicitur concluſio: ex his patet intentum.

Vltimò, ponuntur ſecundùm exigentiam, & aptitudinem naturæ eius. Circà hoc nota, quòd omnis prima intentio habet connatam realem aptitudinem, vt ſuper eam poſſit fundari aliqua ſecunda intentio, vt animal habet aptitudinem ex natura ſua, quòd iſta ſecunda intentio genus, fundetur ſuper illud: Si enim animal ex natura ſua non eſſet cõmunicabile homini, & leoni: nullo modo poſſet cõparari ad hominẽ, & leonẽ. Similiter: quia homo ex natura ſua eſt quædã natura cõmunicabilis Franciſco, & Conſtantio: ideò inquantũ tale intellectus comparat eum ad ipſos, & fundat in eo iſtam ſecundam intentionem ſpecies.

Omnis prima intentio habet cõnatã realem aptitudinẽ, vt ſuper eã poſſit fundari ſecunda intentio.

Animal eſt communicabile ſuis ſpeciebus.

Patet ergo, quòd licèt ſecunda intentio depẽdeat ab actu collatiuo intellectus: tamen præſupponit aptitudinem in prima intentione, in qua fundatur. Nàm ſi non præſupponeret talem aptitudinem, ſed totaliter dependeret ab actu collatiuo intellectus, ſequeretur, quòd intellectus poſſet fundaretur quãlibet ſecundã intentionem ſuper quamlibet primam, & tunc non eſſet ratio: quare in homine magis fundetur ſpecies, quàm genus: cùm autem intellectus ſic fundet iſtam ſecundã intentionem genus generaliſſimum, in iſta prima, ſcilicet ſubſtantia, quod non poſſit eam fundare in Conſtãtio, & iſtã ſecundã indiuiduum in Franciſco: quòd non poſſit eam fundare in ſubſtantia, patet, quòd hoc eſt, propter aliquam proprietatem, & aptitudinem repertam in primis intentionibus ad tales ſecundas, ſecundùm quam cõparantur ad alia obiecta, nõ repertã in aliis primis.

Optima ratio.

Secunda intẽtiones nũquã fundãtur, id eſt nũquam alicui attribuuntur niſi ſecundũ eſſe cognitũ illius.

Vide Scotũ in primo ſẽten diſt. 31.

Vndè: quia ſubſtantia non habet aliud limitatum ſuprà ſe, & habet plura ſub ſe inferiora, eſt apta recipere iſtam ſecundã intentionẽ genus generaliſſimũ: & quia homo ſub ſe habet immediatè plura indiuidua: ideò habet aptitudinem, vt dicatur ſpecies, & ſic de aliis: & quandò præter talem aptitudinẽ fundaretur aliqua ſecunda intẽtio, intellectus eſſet deceptus, vt ſi ſubſtãtia diceretur indiuiduum, aut Conſtantius genus, & ſic intelligitur Franciſcus de May: vir doctiſſimus in Cõflatu, quòd ſecũdæ intentiones ſint aptitudines conuenientes primis ex natura rei: quod tamen non eſſet verum, ſi intelligeretur.

Subſtantia non habet aliud limitatũ ſuprà ſe.

Quomodo intellectus deciperetur.

Opinio Frãciſci multũ ſingularis de ſecundis intẽtionibus in primo diſtin. 23. q. 2.

Quòd formaliter eſſent tales aptitudines: quia tunc ſecundæ intentiones non dependerent ab opere intellectus, quod eſt falſum: ſed intelligitur, quòd aptitudines ſunt in

Q o

primis intentionibus,ſed illę aptitudines non ſunt ſe cundæ intentiones,ſed fundamenta,& quædã præſuppoſita ſecundarum intentionum,ſecũdùm quæ fundantur ipſæ ſecundæ intẽtiones in primis:& hæc ſatis de definitionibus primæ,& ſecundæ intentionis.

Vide Paulũ venetũ quomodo termi nus primæ intentionis ſignificet rẽ, et etiam aliq̃ nominales.

Ad ſenſum harum definitionum poteris aptare definitionem Pauli Veneti dicentis: Terminus primæ intentionis eſt,qui ſignificat rem,id eſt obiectũ, qui non eſt terminus, vt homo cognitus. Iſte enim terminus Homo,eſt primæ intentionis, & ſignificat hominem, qui eſt res,& non terminus,& dato quod ſignificaret rem,quæ eſt terminus,adhuc ſignificaret illam,non inquantùm terminus,ſed vt eſt ens,& res. Nàm ſi accipio iſtam vocẽ homo, & conſidero illam inquantũ eſt ens,& non inquantũ nomen, adhuc iſte terminus,vox, ſignificans ly Nomen,vt rem,eſt prima intentio dato,quòd ſit terminus,inquanùtm nomen.

Quomodo ſecunda intentio ſit prima.

Similiter ſi conſidero,ly genus,tale conſideratum eſt ens cognitum,& prima intentio,dato,quòd ſit terminus ſignificans ly genus,inquantùm ens; et obiectum cognitum eſt primæ intentionis, ex quo ſequitur, quòd omnis ſecunda intentio, inquantùm ens cognitum, eſt prima intentio: & propterea terminus ſignificans ſecundam intentionem,inquantùm eſt obiectum eſt primæ intentionis.

Quid ſit terminus ſecũdæ intẽtionis

Terminus autem, ſecundæ intentionis eſt, qui ſignificat terminum, qui non eſt res: id eſt, qui ſignificat terminum, inquantum terminus eſt,id eſt ſecundam intentionem,non inquantùm eſt ens rationis,& reſpectus rationis ſignificans primam intentionẽ,vt ly nomen inquantũ nomen,& ly genus,vt genus.

Omnis ſecũda intentio præſupponit primam.

Ex prædictis patet, quòd omnis ſecunda intentio præſupponit actum rectum: & cùm intellectus poſſit cognoſcere quodlibet ens tàm reale, quàm rationis,tàm abſolutum,quàm reſpectiuũ, ſic tàm primam,quàm ſecundam inintẽtionem,patet quòd chymera cognita, & ſecunda intentio cognita eſt prima intentio.&c.

Chimera cognita eſt prima intentio

Ex hoc ſequitur aliud, quòd ſecunda intentio poteſt fundari ſuper chymeram cognitam, & ſuper ſecundam intentionem cognitam:Nàm intellectus cognoſcit chymeram, & vt ſic eſt prima intentio,indè comparat ipſam ad ſe ipſam, in quantùm poteſt affirmari de ſe ipſa. Et ſic in ipſa poſita loco illius,de quo affirmatur, remanet vna ſecunda intentio, quæ dicitur ſubſtantia,& in ipſa poſita ex parte illius, quod affirmatur, remanet alia ſecunda intentio, quæ, dicitur prædicatum, vt chymera eſt chi-

mera. Similiter intellectus comparat præcognitam ſecundam intentionem ad aliam etiam præcognitam, vt dicendo genus eſt vniuerſale, & vna dicitur ſubiectum, alia prædicatum, & iſta ſecunda intentio ſubiectum fundatur in ly gen᷒, iſta verò ſecũda prædicatũ in ly vniuerſale.

Quomodo intellectus cõparat vnã ſecundã intentionẽ ad aliam.

Sequitur etiam ex his omnem primam intentionem habere eſſe abſolutum, quia eſt actus paſſiuus, rectus, & ſimplex, vt diximus, & ſecundam intentionem eſſe relationem rationis, ergo ſecunda intentio eſt relatio, & nõ habet eſſe abſolutum.

Omnis prima intentio habet eſſe abſolutum.

Secunda intẽtio eſt relatio, & non habet eſſe abſolutum.

Sed Dices: Dictum eſt ſuperius ſecundam intentionem cognitam, inquantùm obiectũ cognitum eſſe primam intentionẽ, & ſecundam intentionẽ habere eſſe reſpectiuum, ergo prima intentio eſt relatio.

Præterea, pater cognitus eſt prima intentio, tamen non haberet eſſe abſolutum.

Nota benè hæc duo argumenta.

Ad primum, dico, quòd ſecunda intentio, inquantùm talis, non eſt prima, ſed inquantùm obiectũ cognitum, vel fundamentaliter.

Primũ argumentum.

Similiter dico ad ſecundum, quòd pater inquantùm pater eſt relatiuum, ſed inquantùm ens cognitum eſt & prima intentio, ens abſolutum.

Secũdũ argumentum

Reſpõſio ad ſecundũ argumentum

Dico tandem, quòd omnis prima, & ſecunda intentio, & quodlibet aliud ens rationis, habent eſſe diminutum, & in anima, & in tantum habent eſſe, quatenus actu dependent ab opere intellectus, quo ceſſante, ceſſat etiã omne ens rationis: & tandiù in ipſo cõſeruantur, quandiù intellectus in tali opere perſiſtit, licèt prima intentio fundamentaliter ſit ens reale, & extrà animam, vt homo, tamen formaliter, inquantùm eſt prima intentio, & obiectum cognitum non habet eſſe, niſi in anima.

Nono Met. contex. ſeptimo, quinto Met. contex. ſeptimo.

Dices: ſecunda intentio fundatur in prima, & eſt ſubiectiuè in illa, ergo non videtur habere eſſe in anima, ſed in prima intentione.

Secũda intẽtiones ſecũdum eſſe quiditatiuũ ſemper ſunt nonantẽ ſecundũ eſſe actualis exiſtentiæ: hoc modo ſunt dum fiunt. Vide Maurinum in denomi-

Dico, quòd ſecundæ intentiones non fundantur in primis, & non adiungũtur primis ſecundũ inhærentiã, ſed ſolũ ſecundũ denominationẽ, vel quaſi ſubiectiuè. & ſecundùm quid, ſic videlicèt quòd ſecundę intẽtiones; ſeu termini ſecundarum intentionũ de nominatione extrinſeca predicãtur de primis, & ſunt in primis, ſed in intellectu ſunt veluti h efficiẽte, & vt cognitũ in cognoſcente, vt declarat Scotus

q. 3. vniuerſalium. Secũda intẽtio eſt in re vt in ſubiecto, quia illa nuo, et in intellectu velu Reſponſio ad primum argumentum.

ti in efficiẽte, loquitur Scotus extẽſiuè. Vide Maurtitiũm expoſitione vniuerſaliũ q. 4.

in vniuerſalibus q. 11. vel dicas, quòd ſecunda intentio fundatur in prima, quæ (vt dictum eſt) non eſt aliud, quàm obiectum cognitum, quod vt ſic habet eſſe tantùm in intellectu, & in anima, & hoc ſatis pro primo articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS.

QVOMODO SECVNDA INTENTIO SVMATVR IN CRETO ET ABSTRACTO CAP. iij.

Accidẽs ſumitur duobus modis in cõcreto, et in abſtracto.

PRiuſquàm ad prædicationes intentionũ veniamus nota, quòd ſicut accidens reale aliquando ſumitur in concreto, & hoc tàm in accidentibus, abſolutis, quã reſpectiuis, vt album, ſciens, pater, ſimilis: Aliquando verò in abſtracto, vt albedo, ſcientia, paternitas, ſimilitudo. Illud autẽ dicitur in concreto, quod dicit ſuũ propriũ ſignificatũ, & concernit ſubiectum denominatũ, vt albũ ſignificat albedinem, & concernit rem, in qua eſt albedo, & pater ſignificat paternitatẽ, & concernit illud, quod eſt pater, vel in quo eſt paternitas.

Accidens in abſtracto quid. Accidẽs in cõcreto quid.

Quid ſit accidens abſolutum.

Abſolutum verò eſt illud, quod ſignificat ſuũ proprium ſignificatum; & non aliud concernit, vt albedo ſignificat albedinem, & nihil aliud, & paternitas paternitatem, & non aliud.

Quid ſit accidens reſpectiuum.

Secunda intẽtio eſt accidens rationis.

Idem dico de ſecunda intentione, quandoque capitur in concreto, quandoque in abſtracto, quandò capitur in concreto ſignificat primum ſignificatum, & connotat primam, in qua fundatur, vt hæc ſecunda intentio ſpecies fundata in homine, ſignificat ſeipſam, inquantùm eſt relatio rationis paſſiua, & concernit hominẽ cognitũ, qui eſt prima intẽtio.

Secũda intẽtio capitur in concretò.

Quando verò, capitur in abſtracto ſignificat ſeipſam, & non connotat primam intentionem, in qua fundatur, vt ſpecies conſiderata in abſtracto (ſpecialias) ſignificat ſe ipſam, & nihil aliud connotat.

Secunda intẽtio capitur in abſtracto Vide differẽtiam in realib⁹, et in rationalibus.

Differentia tamen eſt, quòd in realibus habemus diuerſos terminos in abſtracto, & in concreto: in rationalibus verò eiſdem pro vtroque vtimur: habemus enim album in cõcreto, & albedinem in abſtracto, ſed ſpecies, genus, & cætera indifferenter, tamen in concreto exprimim⁹ per hũc terminum, vt modus; in abſtracto verò per hunc terminum vt quid, & hoc nota: quia vtriſque terminis infrà vtemur frequenter.

QVOMODO DIVIDATVR ENS RATIONIS, CAP. 4.

Ættereà ſicut accidens reale quandò capitur vt quid, vel in abſtracto, ordinatur ſecundùm ſub, & ſuprà, & facio hanc Arborem prædicamentalem.

Accidens: { A / R

Abſolutũ, Reſpectiuum

Abſolutum. { Q / Q

Qualitas, Quantitas:

Qualitas { C. / S.

Corporalis, Spiritualis

Corporalis. { C. / F.

Color, Figura.

Color. { A. / N.

Albedo, Nigrdo.

Albedo. { H. / I. / I.

Hæc, iſta, illa, &c.

Sic cõformiter accidẽs rationis quãdò capitur, vt quid id, eſt in abſtracto, ordinatur ſecũdũ ſub, & ſuprà, id eſt ſecundũ magis cõmune, & particulare, & facio arborẽ huiuſmodi prędicamẽtorũ

Ens rõnis, ſeu act' paſſiu' { A. / A.

Act' paſſiu' intellectus' { Act' paſſiu' alterius potẽtię apprehẽſiuæ.

Actus paſſiuus intellectus. { C. / S.

Collatiuus, vel ſecunda intentio. { Abſolutus.
Secũda intentio. { Abſolutus.
Vniuerſale, particulare. { chimera, prima intentio
Vniuerſale. { prima intẽtio.
Limitatum, tranſcedens. { Hec illa &c.

Limitatum. { G / S / D / P / A

Gen' Species, differẽtia, propriũ accidens.

Genus { G / S.

generaliſſimum, ſubalternum.

Generaliſſimum { · / .

Hoc illud, iſtud, &c.

Similiter poſſunt multa alia diuidi, vt ly particulare in vagũ, & ſignatũ, & vagũ in hoc, & illud. Similiter ſpecies in ſpeciem ſpecialiſſimam, & ſubalternam, & ſpecialiſſima in hác, & illam, &c.

ergo homo eſt Brunellus pdicatur de Franciſco, ergo Frãciſcus ẽ Brunellus, ambæ primæ veræ, ſecundę falſæ. *Pulchra cõſideratio*

Dico notanter terminis ſupponentibus pro ſe ipſis, vel propter ſe ſignificatis, quia ſi termini ſupponerent pro ſe denominatis, propoſitio ſignata vera non eſſet vera exercita in eiſdem terminis Nàm dicendo album prædicatur de quãto, ergo quantum eſt album, prima eſt vera, ſecunda non. Similiter genus prædicatur de ſpecie, ergo ſpecies eſt genus, & ratio eſt, quia hi termini album, & quantum non ſupponunt pro albedine, & quantitate, ſed pro ſubiectis eorum, ideò non poſſunt exerceri in eiſdem terminis, verè, ſed benè in terminis pro quibus ſupponunt. vt album prædicatur de quanto, ergo res, quæ eſt quanta, eſt alba, id eſt res, in qua eſt quantitas, eſt res in qua eſt albedo, & non poteſt eſſe vera album eſt quantum aliter, niſi per accidens.

Similiter ly genus, & ſpecies ſupponunt pro primis intentionibus, ergo tantùm in illis habent veridicè exerceri, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo homo eſt animal.

Accidens vt quid poteſt comparari ad tria.

QVOT MODIS PRAEDICETVR SECVNDA *intentio, in generali.* Cap. VI.

His notatis dicimus, quod ſicut in realibus accidens, vt quid ſumptum (poteſt primò comparari ad ſuum inferius, ſecundò ad ſuum diſparatum, tertio ad ſuũ ſubiectũ, ſic ſecunda intentio, cùm ſit accidens rationis, cùm ſumitur, vt quid, poteſt primò comparari ad ſuam ſecundam intentionem inferiorem, ſecundò ad ſuum diſparatum, tertiò ad ſuum ſubiectum; ideſt ad primam intentionem, & ſecundùm iſtas tres comparationes, ponam tres primas concluſiones. *Secunda intentio poteſt comparari ad tria.* *Quo accidens reale, vt modus, concernit ſubiectum.*

Item ſicut accidens reale, vt modus, id eſt in concreto, aliquando concernit ſubiectum, tanquàm ſubſtãtiam, cui inhæret immediatè, vt color lucidus, albedo clara, ſic ſecunda intentio in concreto aliquando fundatur ſuper primam intentionem præſupponentem obiectum reale, vt ſuper hominem cognitum, & concernit ipſum, vt homo eſt ſpecies, aliquando verò fundatur ſuper aliam ſecundam intentionem, inquantum eſt obiectum cognitum, & prima intentio, vt ſuper ly genus cognitum, & ſimiliter concernit ipſũ, vt in hac, gen' eſt intentio, ly gen' eſt ſubiectũ, ly enim ſubiectũ eſt vna ſecũda intentio, quæ fũdatur ſuper ly gen'. *Secunda intentio fundatur ſuper primam intentionem.* *Accidens reale poteſt comparari in concreto ad tria.*

Hoc notato, dico, quòd ſicut accidens reale poteſt comparari in concreto, primò ad ſuum inferius, ſecũdò ad ſuũ

diſparatum, cui non accidit, nec illud concernit, tertiò ad ſuum diſparatum, cui accidit, & concernit, quartò ad ſuum ſubiectum ſubſtantiale, vel alterius generis, vt poſteà exẽplificabitur. Sic ſecunda intentio poteſt cõparari, primò ad ſuam ſecundam intẽtionẽ inferiorem: ſecundò ad ſuum diſparatũ, in quo non fundatur, nec eum concernit, tertiò ad ſuum diſparatum, in quo fundatur, & eum concernit, quartò ad primam intentionem præſupponentem obiectũ reale, & ſecundum has quatuor comparationes ponam quatuor vltimas concluſiones.

Secunda intentio ad tria poteſt comparari.

QVOMODO PRÆDICETVR SECVNDA INTENTIO in abſtracto. CAP. VII.

PRIMA concluſio. Omnis ſecunda intentio, vt aliquid ſuperior poteſt predicari de alia ſecunda inferiori; etiam, vt quid, tàm prædicatione exercita, quàm ſignata: ſicut in accidentibus realibus vnum abſtractum ſuperius prædicatur de ſuo inferiori, cùm ſit de eius eſſentia, vt albedo eſt color, & color prædicatur de albedine, probatur concluſio. Omne ſuperius poteſt prædicari de inferiori, cùm ſit de eius eſſentia, ſicut animal eſt de eſſentia hominis.

Omnis ſecunda intẽtio poteſt prædicari de alia ſecũda inferiori.

Omne ſuperius poteſt prædicari de ſuo inferiori.

Sed aliqua ſecunda intentio eſt ſuperior ad aliam, vt patuit in Arbore ſupra poſita, ergo ſecunda ſuperior poteſt prædicari de inferiori, vt differentia eſt vniuerſale. Dixi notanter, quòd vna, vt quid prædicatur de alia, vt quid. Nàm vna ſuperior in abſtracto non poteſt prædicari de alia inferiori in concreto. Nàm ſicut iſta eſt falſa album eſt color. Sic & iſta, ſpecies eſt vniuerſale, capiendo ly ſpecies, vt modum concernentem primam intentionem, & ly vniuerſale, vt quid, quia ſicut album ſupponit pro ſubiecto, & ideò non poteſt verificari de colore, ſic ſpecies, vt modus denominat hominem, & ſupponit pro ipſo, & non poteſt verificari de vniuerſali, quod eſt ſecunda intentio abſtracta, & propterea Scotus vir ſublimis ingenij negauit hanc, ſpecies eſt intentio.

Secunda intentio ſuperior poteſt prædicari de inferiori.

Vide Scotũ in vniuerſalibus.q.x.

Vndè, ſicut iſtę veræ ſunt, albedo eſt color, ergo color prædicatur de albedine, ſic iſtæ veræ ſunt proprium eſt vniuerſale, ergo vniuerſale prędicatur de proprio, quia termini ſupponunt pro per ſe ſignificatis. Nàm ſicut albedo ſupponit pro albedine, & color pro colore, ſic vniuerſale, ſupponit pro ſe, & propriũ pro ſe accipiendo vtrumque in abſtracto, vel vt quid. Quare omnes iſtæ verę ſunt, ſpecies eſt vni-

Quare iſtæ prædicationes ſint veræ.

uerſale,vniuerſale prædicatur de ſpecie,hoc genus eſt gēus, genus prædicatur de hoc genere,vniuerſale eſt ſecunda intentio, ſecūda intentio prædicatur de vniuerſali, &c.Quia in his omnibus eſt prędicatio ſuperioris abſtracti de inferiori abſtracto.

Secunda concluſio.Nulla ſecunda intentio, vt quid,poteſt prædicari de alia ſecunda, vt quid diſparata, nec prædicatione exercita,nec ſignata, ſicut nullum accidēs reale, vt quid,prædicatur de alio,vt quid,diſparato, iſta enim eſt falſa,albedo prædicatur de nigredine, vel nigredo eſt albedo, probatur. Nullum diſparatè oppoſitum prædicatur de alio diſparato,& hoc prædicatione quidditatiua, ideſt capiendo tàm ſubiectum,quàm prædicatum,vt quid, quia benè vnū accidens diſparatum prædicari poteſt de alio diſparato denominatiuè,ideſt capiendo,tàm ſubiectum,quàm prædicatum vt modus,vt albedo eſt clara, vera eſt,at albedo eſt claritudo, falſa.

Nulla ſecūda intentio vt quid,poteſt prædicari de alia.

Quō vnum accidēs diſparatum poſſit prædicari de alio.

Quare iſta prædicatiōes ſint falſa.

Omnes ergo iſtæ ſunt falſæ, accipiendo tàm ſubiectum, quàm prædicatum, vt quid,ſpecies eſt genus, definitio eſt proprium,accidens eſt differentia, &c. ſimiliter in prædicatione ſignata,genus prædicatur de ſpecie, proprium prædicatur de definitione,&c.quia termini ſunt abſtracti, & non poſſunt ſupponere,niſi pro ſe.

Tertia concluſio.Nulla ſecunda intentio,vt quid,poteſt prædicari de prima intentione, nec exercitè,nec ſignatè.Sicut nullum accidens abſtractum prædicatur de ſuo ſubiecto. Nàm iſta ē falſa,homo eſt albedo,& albedo prædicatur de homine,probatur.Nullum accidens in abſtracto prædicatur de ſuo ſubiecto, ſecunda intentio, vt quid, eſt accidens in abſtracto,ergo non poteſt prædicari de ſubiecto, quod eſt prima intentio,maior patet,quia accidens non prædicatur de ſubiecto,niſi denominatiuè,quandò autem eſt in abſtracto non prædicatur denominatiuè.

Nulla ſecūda intentio vt quid,pōt prædicari de prima intentione.

Accidēs nō prædicatur de ſubiecto, niſi,denominatiuè.

Quare omnes iſtæ ſunt falſæ,animal eſt genus, rationale eſt differentia,ſenſibile eſt proptium,&c.& hoc tàm prædicatione exercita, quàm ſignata: quia ſecunda intentio, vt quid,non poteſt ſupponere,niſi pro ſuo ſignificato ſicut albedo non poteſt ſupponere,niſi pro albedine, ſic ly ſpecies, vt quid pro ſe ipſa,cùm ergo ſemper ſupponat pro ſe,ſi exercita eſt falſa, & ſignata erit falſa.

Quare iſta prædicatiōes ſint falſa.

Reſponſio.

QVOMODO PREDICATVR SECVNDA Intentio in concreto. CAP. VIII.

Quō ſecūda intentio, vt modus ſuperior prædicetur de inferiori.

PRIMA Concluſio, omnis ſecunda intentio, vt modus, ſuperior prædicatur de ſecunda inferiori, vt modus, tàm exercitæ, quàm ſignatæ, ſicut omne accidens reale, vt modus ſuperius prædicatur de inferiori, vt modus. Nàm iſta eſt vera, albū eſt coloratum. Probatur. Omnis propoſitio, in qua prædicatur vnus terminus connotatiuus de alio connotatiuo, quorum terminorum eſt de neceſſitate idem connotatum eſt vera, ſed propoſitio, in qua prædicatur concretum ſuperius de inferiori eſt huiuſmodi, ergo eſt vera. Maior patet, quia illa propoſitio dicitur falſa, cuius prædicatum non poteſt affirmari neceſſariò de ſubiecto, ergo illa eſt vera, cuius prædicatum affimatur neceſſariò de ſubiecto: ſed quādò prædicatur vnus terminus connotatiuus, vel vt modus, ſuperior de inferiori connotatiuo, neceſſariò prædicatum affirmatur de ſubiecto, tùm quia accidens ſuperius eſt de eſſentia inferioris: tùm, quia connotatum, vel ſubiectum inferioris eſt ſubiectum, vel connotatum ſuperioris. Nàm cum albedo includat colorem, ergo ſubiectum albedinis erit ſubiectum coloris: ideò cùm dico album eſt coloratum eſt vera propoſitio, quia res alba neceſſariò eſt colorata.

Qua ſit propoſitio verſa. *Qua ſit propoſitio falſa.* *Albedo includit colorem.*

Cùm ergo vna ſecunda intentio, vt modus, ſuperior prædicatur de alia inferiori, vt modus, cùm ſubiectum vnius, quòd eſt prima intentio, ſit ſubiectum alterius, ſequitur quod verè prædicatur. Nàm ſicut, cùm dico album eſt coloratum, hæc eſt vera, quia res alba neceſſariò eſt colorata, ſic cùm dico ſpecies eſt vniuerſale, de neceſſitate res, quæ eſt ſpecies, vel ſubiectum ſpeciei eſt res vniuerſalis, vel ſubiectum vniuerſalis.

Species eſt vniuerſale an ſit vera.

Vndè omnes iſtæ ſunt veræ, hæc ſpecies eſt ſpecies, ſpecies eſt vniuerſale, é intentionale, ſimiliter ſpecies prædicatur de hac ſpecie, vniuerſale prædicatur de ſpecie, &c.

Quādo iſta propoſitiōes ſint vera.

Quod ſi (vt dictum eſt) ſuperius conſideretur, vt quid, & inferius, vt modus, vel èconträ, falſæ erunt huiuſmodi propoſitiones, ſicut illæ ſunt falſæ, album eſt color, aut albedo eſt colorata, ſic iſta genus, eſt vniuerſale, accipiendo genus, vt quid, & vniuerſale, vt modus, vel èconträ, quoniam ly ſecunda intentio ſemper capitur, vt quid, quandò enim capitur, vt modus, dicitur ſecundum intentionale.

Quanàm ſint falſa propoſitiões.

Sed contrà, ſuprà dictum eſt, quòd omnis prædicatio ſignata eſt vera exercita in eiſdem terminis, cùm ſupponant pro ſe ſignificatis, ſed ſecus eſt, cùm ſupponant pro ſe denominatis, vt in iſta vniuerſale prædicatur de ſpecie, & ſpecies eſt vniuerſale, capiendo vtrumq; vt modus, ergo non deberent eſſe veræ in prædicatione ſignata, & exercita. *Obiectio.*

Dico, quòd illa regula patitur hanc exceptionem, quòd q̃dò termini ſupponũt pro ſe denominatis, & vnus eſt ſuperior ad alium, cùm cõcernat ſubiectum de neceſſitate idẽ, quia ſubiectum accidentis inferioris eſt neceſſariò ſubiectũ ſuperioris, licèt ſubiectum ſuperioris non ſit neceſſariò ſubiectum inferioris, vt patet, tunc propoſitio eſt vera, tàm p̃dicatione ſignata, quàm exercita: q̃dò aũt vnus terminus nõ eſt ſuperior ad aliũ in cõnotatis, vniuerſaliter, ſi ꝑpoſitio eſt vera ſignata, non eſt vera exercita. *Reſponſio.*

Secunda concluſio, quia comparatio vnius ſecundæ intẽtionis, vt modus, ad aliam, vt modus diſparatã cõtingit fieri dupl̃r, ideò iſta concluſio habebit duas partes, pro quo nota duæ ſecũdæ intentiones diſparatæ, quãdoq; fundãtur ſuper duas primas intentiões compoſſibiles, & aliquo mõ inuicẽ verificabiles, vt iſtæ duæ genus, & ſpecies: genus enĩ fundat̃ ſuper primã intentionẽ, animal cognitum, & ſpecies ſuper hominem cognitum, quæ duæ primæ intentiones ſunt cõpoſſibiles, & vna verificatur de alia, dicendo hõ eſt animal, quandoque vero fundantur ſuper duas primas intentiones incompoſſibiles, & non inuicẽ verificabiles, vt iſta oratio, & genus. Nàm ly oratio fundatur ſuper iſtam primã, homo currit, & ly genus ſuper animal cognitum, quæ duæ primæ intentiones ſunt incompoſſibiles, & vna non poteſt de alia verificari. Nàm iſta eſt falſa homo currit, eſt animal. Iſtam diſtinctionem non inuenimus omninò ſimilem in accidentibus realibus, ideò non curamus illam aſſignare. *Comparatio ſecũda intẽtionis ad aliã fit duobus modis. Duæ ſecũdæ intentiones fundantur ſuper duas primas intentiones. Duæ ſecũdæ intentiones fundantur ſuper duas primas intentiões incõpoſſibiles.*

Ex prima comparatione fit prima pars concluſionis. Omnis ſecunda intentio, vt modus, diſparata prædicatur de alia diſparata, vt modus, dummodo tales ſecundæ fundantur in primis compoſſibilibus, & hoc prædicatione tãtùm ſignata, in eiſdem terminis, prædicatione verò exercita in primis intentionibus cõnotatis. Verbi gratia iſtæ duæ ſecũdæ intentiones, genus, & ſpecies, ſunt diſparatæ. Nàm ambæ continentur ſub vniuerſali, ſicut aſinus, & homo ſub animali, & fundantur in iſtis primis compoſſibilibus, ſcilicet animal cognitum, & homo cognitus, ita, vt genus cõcernat animal, & ſpecies hominem. *Genus, & ſpecies ſunt duæ ſecũdæ intentiones diſparatæ.*

Pro quo ſupponunt ſecundæ intentiones.

Cum ergo iſtæ ſecundæ intentiones non ſupponant pro ſe, ſed pro ſuis connotatis primis intentionibus, non poſſunt verificari ad inuicem prædicatione exercita: dicẽdo ſpecies eſt genus, ſed tãtùm ſignata, quia, cùm ly genus concernat animal, & ly ſpecies hominem, in prędicatione ſignata, poteſt ly genus ſignificare animal eſſe hominem connotatum per ly ſpecies, & non genus eſſe ſpeciem: & ratio eſt, (de ſupra dixi) quia quandò termini ſupponunt pro denominatis, quod ſignificant non ſignificant pro ſe, ſed pro ipſis connotatis: cùm verò dicimus genus prædicatur de ſpecie, non ſignificatur, quòd ſpecies ſit genus, ſed quòd connotatum ſpeciei, ſit connotatum generis, ideſt, quòd homo, in quo fundatur ly ſpecies, ſit animal, in quo fundatur ly genus

Nota, & benè.

Vniuerſaliter ergo hæ veræ ſunt: genus prædicatur de ſpecie, ergo homo eſt animal, & albedo eſt color, ſpecies predicatur de indiuiduo, ergo Cõſtantius eſt homo, & Brunellus Aſinus, definitum prædicatur de definitione, ergo animal ratione eſt homo, & hanc concluſionem diligenter nota, quia cùm Logicus conſideret ſecundas intentiones applicatas primis, & vt ſupponunt pro primis, omnes definitiones, ſecundarum intentionum aſſignatæ à Logico debẽt exerceri, & verificari in primis, quia definiuntur pro primis. Vndè iſta definitio vniuerſalis. Vniuerſale eſt, quod prædicatur de pluribus, non poteſt ſic exerceri, ergo illa plura ſunt vniuerſalia, ſed homo, & leo ſunt animal, ſimiliter ſpecies eſt, quæ prædicatur de pluribus indiuiduis, non valet, ergo plura indiuidua ſunt ſpecies, ſed ergo Conſtantius, & Franciſcus ſunt homo; propoſitio eſt, quæ ſignificat verum, vel falſum, ergo homo currit, ſignificat verum; vel falſum, &c.

Logicus cõſiderat ſecundas intentiones applicatas primis.

Propoſitiones veræ.

Quomodo ſecundæ intentiones conſiderantur à Logico.

Definitio vniuerſalis.

Et verum eſt: quia cùm Logicus conſideret ſecundas intentiones concretiuè cum primis. & vt modus earum, non definit ipſas, vt ſupponunt, & verificantur de ſe ipſis, ſed vt verificantur in primis, pro quibus ſupponunt, ideò in illis primis, & pro illis omnes tales definitiones verificantur.

Concretiuè Logicus cõſiderat ſecundas intentiones.

Vndè ſciendum, quòd ſecunda intentio aliter definitur pro ſe, & ab alio, & aliter pro primis, & ab alio. Nãm ſecunda intẽtio conſideratur in ſe, & definitur pro ſe à Metaphyſico in abſtracto, per proprium genus, & differentias, vndè ſimiliter definiretur vniuerſale. Vniuerſale eſt ens rationis collatiuum intellectus, à Logico autem definitur in concreto pro primis, vt dictum eſt.

Quò conſideretur ſecunda intentio, à Metaph.

Nota, & benè.

Ad maiorem concluſionis euidentiam nota, quòd licèt quandò prædicatur vna ſecunda intentio diſparata, vt mo-

dus de alia diſparata, vt modus, prædicatione ſignata non poſſit exerceri in eiſdem terminis, ſed in primis intentionibus connotatis, tamen ipſa prædicatio ſignata in talibus ſecundis poteſt etiam eſſe ſignata in primis connotatis, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo animal prædicatur de homine; ſed nota, poſſe dupliciter hoc fieri, vno modo, quòd tàm ſubiectum, quàm prædicatum ſit prima intentio, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo animal prædicatur de homine; alio modo, quod ſubiectum ſit prima intentio, prædicatum verò ſecũda, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo animal prædicatur de ſpecie, ſpecies prędicatur de pluribus differentibus numero, ergo homo prædicatur de pluribus differentibus numero.

Sed tamen eſt ſciendum ſecundùm quoſdam modernos, quòd ſicut prædicatio ſignata eſt propria in ſecundis intentionibus, & impropria in primis, ità exercita eſt propria in primis, & incongrua in ſecundis.

Ex quo volunt, Scotum in vniuerſalibus negaſſe iſtam conſequentiam, animal prædicatur de homine, ergo homo eſt animal; licèt conceſſerit conſequens, ſed quia iſta animal prædicatur de homine, eſt contingens, iſta verò homo eſt animal eſt neceſſaria ex contingenti autem non ſequitur neceſſarium. Vndè non negaſſet iſtam animal poteſt prædicari de homine, ergo homo eſt animal, quia infertur neceſſarium ex neceſſario.

Opinio aliorum. Vide Scotũ in vniuerſalibus, q. 14. ante ſolutionem argumenti.

Quare nota, quòd quandò dico animal prædicatur de homine, ly prædicatum poteſt dicere actum, & ſic eſt contingens, vel aptitudinem, & ſic eſt neceſſaria, Scotus, ergo vir Subtilis conſiderauit, vt dicit actum, illam conſequentiam negauit.

Defenſio Scoti.

Secunda pars concluſionis ex ſecunda comparatione patet ex his. Nulla ſecunda intentio diſparata, vt modus, poteſt prædicari de alia, vt modus, diſparata: quandò talis fundatur ſuper primas incompoſſibiles, & hoc nec prædicatione ſignata, nec exercita.

Quomodo ſecunda intentio non poſſit prædicari de alia.

Iſtæ enim ſunt falſæ oratio prædicatur de proprio, riſibile eſt homo currit, &c. prò ly riſibile non poſſunt verificari ad inuicem, ſicut nec primæ intẽtiones, pro quibus ſupponunt, verificantur ad inuicem, ſicut ergo iſta eſt falſa homo currit, eſt riſibile, ſic iſta proprium prædicatur de oratione. Nàm illæ duæ ſecundæ intentiones, cùm ſint diſparatæ ſupponendo per impoſſibile pro ſe, non ſunt compoſſibiles, & cùm ſupponant pro primis, quę etiam ſunt compoſſibiles,

patet nullo modo poſſunt alia prædicari, nec pro ſe, nec pro primis.

Quō ſecunda intentio poſſit prædicari de prima.

Tertia concluſio. Omnis ſecunda intentio diſparata, vt modus, fundata ſuper aliam ſecundam diſparatam, & cōcernens ipſam, poteſt prædicari de ipſa, quam concernit, tàm ſignatè, quàm exercitè: ſicut in realibus vnum accidés fundatum ſuper aliud prædicatur de ipſo, dato, quòd ſint diſparata. Nàm iſta eſt vera, album eſt lucidum, & ratio eſt, quia album fundatur ſuper lucidum, ſimiliter albedo eſt clara, quia claritudo accidit albedini, ideò denominatiuè dicitur de ipſa.

Quō accidēs poſſit prædicari de accidente.

Ex quo probatur concluſio. Omne accidens diſparatum, vt modus, poteſt prædicari de alio accidente: cui inhæret, ſed aliqua ſecunda intentio fundatur ſuper aliam diſparatam; ergo poteſt prædicari de ipſa; Minor patet, cùm (vt diximus) ſecunda intentio poſſit cognoſci ab intellectu, & inquantùm obiectum cognitum ſit prima intentio, ergo ſuper ipſam poteſt fundari ſecunda intentio, verbi gratia, Intellectus cognoſcit iſtam ſecundam intentionem vniuerſale, quæ, vt ſic eſt obiectum actu cognitum, & vna prima intentio; deindè cognoſcit iſtam aliam ſecundam intentionem genus, quæ etiam, vt ſic, eſt vna prima intentio, indè comparat ly vniuerſale, ad ly genus, inquantùm vniuerſale eſt ſuperius ad genus, & ſic in ly vniuerſali relinquitur iſta ſecunda intentio genus, quia in arbore prædicamētali; vniuerſale prædicatur de genere, ſpecie, & differentia, &c. tanquàm de ſuis inferioribus, & ly vniuerſale dicitur genus in ly vero genere, remanet iſta ſecunda intentio ſpecies, & ſic ſpecies prædicatur de genere dicendo genus eſt ſpecies, & ſimiliter differentia eſt ſpecies, ſpecies eſt ſpecies, proprium eſt ſpecies, accidens eſt ſpecies, comparando huiuſmodi ad ly vniuerſale.

Genus eſt ſpecies quō ſit vera prædicatio.

Sicut ergo eſt vera, animal eſt genus, homo eſt ſpecies, albedo eſt clara: in quibus omnibus prædicatur accidens de ſubiecto, ſic iſta eſt vera, ſpecies eſt ſpecies, vniuerſale eſt genus, &c. quia in omnibus talibus prædicatur ſecunda intentio, vt modus, de alia ſecunda, vt de ſuo ſubiecto Vndè iſta eſt vera, genus prædicatur de vniuerſali, ergo vniuerſale eſt genus, ità, vt ly genus fundetur ſuper vniuerſale, accidens eſt ſpecies, ergo ſpecies prædicatur, de accidente, accipiendo ly ſpecies, vt modus, genus, eſt genus reſpectu generis generaliſſimi, & ſubalterni.

Species eſt ſpecies, vniuerſale eſt genus iſta ſunt vera prædicationes.

Ex prædictis quidam Scotiſta aſſerit, quòd iſti modi, vt

quid,& vt modus,ſunt incompoſſibiles,& repugnantes, ità quod vna intentio, vt quid non prędicatur de alia, vt quid nec vna,vt modus de alia, vt modus: Nàm ſicut iſta eſt vera, genus eſt vniuerſale,capiendo,vtrumque:vt quid,quia prædicatur ſuperius de inferiori in abſtracto, & ſi ly genus,& ly vniuerſale capiantur,vt modus, adhuc eſt vera prædicatio, quia eſt prædicatio concreti ſuperioris de concreto inferiori. Regula tamen iſtius Scotiſtæ habet tantùm veritatem in diſparatis. Nàm ſicut iſta eſt falſa albedo eſt nigredo,ſic, album eſt nigrum: & genus eſt ſpecies, accepto vtroque,vt quid,vel vt modus, quandò cadunt ſuper alias intentiones incompoſſibiles, vt ipſe ait, quia termini diſparati non poſſunt vniri,vt dictũ eſt in priori ſecunda concluſiõe.

Opinio alicuius Scotiſtæ.

Regula iſtius Scotiſtæ vndè habeat veritatem vide.

Quarta, omnis ſecunda intentio, vt modus prædicatur de prima intentione, quam concernit, tàm prædicatione exercita,quàm ſignata: ſicut in realibus vnum accidens, vt modus prædicatur de ſuo ſubiecto, vt homo eſt album, & albus prædicatur de homine,probatur. Omne accidens, vt modus prędicatur de ſuo ſubiecto, omnis ſecunda intentio ſumpta,vt modus,eſt accidens, ergo prædicatur de prima, tanquàm de ſuo ſubiecto,ſiuè fundamento. Vndè iſtę ſunt veræ,animal eſt genus, albedo eſt ſpecies, Conſtantius eſt indiuiduum,&c. Et hæc ſatis de Regulis huiuſmodi, vel concluſionibus.

Quo accidēs,vt modus prædicetur de ſuo ſubiecto.

Vide quo iſtæ prædicationes ſint veræ.

An detur prædicatio ſecundarum intentionum in communi, & particulari. Cap. IX.

AD maiorem tamen prædictorum declarationem mouetur huiuſmodi dubitatio: cùm omnis ſecunda intentio definiatur à Logico in concreto,& vt modus, inquantùm præſupponit non pro ſecundis,ſed pro primis, ſequitur,quòd omnis ſecunda intentio definita inhæret quaſi ſubiectiuè alicui primæ, quam concernit,& pro qua ſupponit:& ſic iſta ſecunda intentio vniuerſale fundatur ſuper aliquam primam, ſimiliter genus,&c. quod tamen falſum videtur ſecundùm quoſdam modernos dicentes,quòd ſicut accidens reale in communi non inhæret ſubiecto,ſed particulare, vt albedo in communi non inhæret ſubiecto alicui, ſed albedo hæc huic ſubiecto; ſic ſecundæ intentiones in cõmuni nõ inhærent ſubiecto.i.alicui primę, ſed hęc ſecũda intētio huic primæ,vt hęc ſpecies huic primę hõi. Dico,quòd hoc eſt falſum,tàm in accidētibus realibus,

Secundæ intentiones non ſunt in aliquo ſubiectiuè propriè, ſed ſecundùm quid.

Opinio aliorum.

Vide Tataretum in Logica magna.q.3. quàm intentionalibus. Nàm omnis ſecunda intentio, vt modus,vt cõſideratur à Logico,tàm communis, quàm particularis inhæret diminutè alicui primæ, pro qua ſupponit; licèt accidentia communia,tàm realia, quàm intentionalia, ſecundariò inhæreant ſubiectis communibus, ſed primò particularia particularibus: probatur primò in accidentibus realibus,ſcilicèt quòd tàm in communi,quàm in particulari inhærent alicui ſubiecto:omne concretum ſignificat accidens inhærere ſubiecto, aliter non concerneret ſubiectum, accidens in communi poteſt accipi in concreto, vt dicendo quale,coloratum,quantum, &c. ergo poteſt inhærere ſubiecto, & hoc vult dicere Ariſt. qualitatem eſſe ſecundùm quam,quales eſſe dicimur.

Accidentia quomodo inhæreant. Cap. de qualitate.

Præterea ait vniuerſalia realia eſſe ſecundas ſubſtantias, & cùm ſubſtantia dicatur,quòd accidentibus ſubſtet, cuius proprium ſecundùm ipſum eſt eſſe ſuſceptibilem contrariorum. Quæro ſubſtantia ſecunda cui ſubſtat,& quorum contrariorum eſt ſuſceptibilis? Si dixeris accidentium communium,habeo intentum, ſcilicèt quòd accidentia communia inhærent ſubiectis; ſi dixeris particularium, ſequuntur multa abſurda,ſcilicèt, quòd homo in communi eſſet viſibilis, quia ſua albedo videretur,& eſſet palpabilis, cùm ſua quantitas tangatur,& ſimilia.

Hanc veritatem etiam Porphyrius indicauit, cùm dixerit accidens poteſt ad eſſe,& abeſſe ſubiecto,pręter eius corruptionem, & vt patet non definiuit accidens particulare, ſed commune,quod etiam clariùs patet,cùm ipſum accidẽs, iàm definitum diuiſit in commune,& particulare.

Nota benè. Cap. de accidente.

Vndè manifeſtum eſt omne accidens habere illam definitionem,poſſe adeſſe,& abeſſe ſubiecto.

Si dicis,quòd omne cõmune ſit per abſtractionem à ſingularibus, cùm ergo accidens in communi conſideretur, patet conſiderari in abſtracto,& ſic non inhęrere ſubiecto.

Obiectio.

Dico,quòd ſit commune per abſtractionem intellectus à ſingularibus, tamen adhuc abſtractũ à ſingularibus, poteſt concernere ſubiectum,vt album in communi.

Reſponſio.

Ex his probatur ſecundo propoſitum de ſecundis intentionibus,ſcilicèt, quòd ſecundæ intentiones communes inhærent ſecundùm quid,& fundanrur in primis, omne accidens acceptum in concreto,cùm concernat ſubiectum,ineſt illi ſecunda intentio communis accepta, vt modus, eſt accidens rationis in concreto, ergo ſecundùm quid inhæret ſubiecto,quod concernit, ſcilicèt primæ intentioni. Nàm

iſta ſecunda intentio genus prout definitur à Logico, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, non accipitur, vt quid; quia ſic non conſiderat Logicus, ſed vt modus, & ſic inhæret diminutè primæ intentioni, quam conceruit, pro qua definitur, & pro qua ſupponit.

Quo ſecunda intentio definitur à Logico.

Præterea, omnis relatio requirit fundamentum, & terminum, & conſequenter ſecunda intentio fundatur in prima, quæ eſt ſuum fundamentum, & ſubiectum.

Omnis relatio requirit fundamentum, & terminū.

Concludo ergo breuiter, quòd ſicut accidens reale particulare ineſt ſubiecto particulari, & commune, communi, ſic ſecunda intentio particularis ineſt primæ particulari, & ſecunda communis, primæ communi.

Si petas: quid eſt prima intentio particularis, & quid communis? Dico, quòd cùm prima intentio ſit obiectum cognitum, quodlibet vnum cognitum eſt vna prima intentio particularis, & hoc tàm ſi illud cognitum ſit natura communis, quàm particularis, vt animal cognitum, homo cognitus, quæ ſunt naturæ communes, Conſtantius cognitus, Brunellus cognitus, quę ſunt naturæ particulares, licèt enim animal de ſe ſit natura communis; tamen quatenus eſt actu cognitum, eſt vnum obiectum cognitum, & non plura, & ſic vna prima intentio particularis.

Quid ſit prima intentio particularis, & communis.

Prima verò intentio communis eſt, aggregatum ex pluribus obiectis habentibus eandem aptitudinem ad alia obiecta, inquantùm tale aggregatum facit vnum obiectum totale cognitum, vt aggregatum ex homine cognito, aſino cognito, albedine cognita, & alijs obiectis cognitis, habentibus, illam aptitudinem, qua poſſint prædicari de pluribus indiuiduis inquantùm eſt tale aggregatum eſt vnum obiectum totale cognitum, eſt quidam prima intentio communis, quæ poſſet vocari natura communicabilis pluribus indiuiduis, cognita, ſuper quam fundatur iſta ſecunda intentio communis ſpecies, ſicut ſuper hominem cognitum, quæ eſt vna particularis prima intentio fundatur iſta ſecunda particularis, hæc ſpecies.

Quæ ſint naturæ cōmunes vide Scotum in prima prologi, & in 2. q. diſt. 3. q. 1.

Quid ſit prima intentio communis.

Similiter aggregatum, ex animali cognito, colore cognito, planta cognita, &c. inquantùm tale aggregatum eſt vnum obiectum totale cognitum ex pluribus naturis, communicabilibus pluribus ſpeciebus, eſt vna prima intentio cōmunis, in qua fundatur iſta ſecunda, cōmunis genus, ſicut ſuper animal cognitum, quæ eſt vna partialis, vel particularis prima intentio, fundatur, iſta ſecundo particularis, hoc genus, ſimiliter poſſet dici de aggregato ex ſubſtantia co-

Aliquid cōe eſſe poteſt intelligi duobus modis, vno modo per realem ex-

diſparatum, cui non accidit, nec illud concernit, tertiò ad ſuum diſparatum, cui accidit, & concernit, quartò ad ſuum ſubiectum ſubſtantiale, vel alterius generis, vt poſteà exéplificabitur. Sic ſecunda intentio poteſt cõparari, primò ad ſuam ſecundam intẽtionẽ inferiorem: ſecundò ad ſuum diſparatũ, in quo non fundatur, nec eum concernit, tertiò ad ſuum diſparatum, in quo fundatur, & eum concernit, quartò ad primam intentionem præſupponentem obiectũ reale, & ſecundum has quatuor comparationes ponam quatuor vltimas concluſiones.

Secunda intentio ad tria poteſt comparari.

QVOMODO PRÆDICETVR SECVNDA INTENTIO *in abſtracto.* CAP. VII.

Omnis ſecunda intẽtio poteſt prædicari de alia ſecũda inferiori.

PRIMA concluſio. Omnis ſecunda intentio, vt quid ſuperior poteſt predicari de alia ſecunda inferiori; etiam, vt quid, tàm prædicatione exercita, quàm ſignata: ſicut in accidentibus realibus vnum abſtractum ſuperius prædicatur de ſuo inferiori, cùm ſit de eius eſſentia, vt albedo eſt color, & color prædicatur de albedine, probatur concluſio. Omne ſuperius poteſt prædicari de inferiori, cùm ſit de eius eſſentia, ſicut animal eſt de eſſentia hominis.

Omne ſuperius poteſt prædicari de ſuo inferiori.

Sed aliqua ſecunda intentio eſt ſuperior ad aliam, vt patuit in Arbore ſupra poſita, ergo ſecunda ſuperior poteſt prædicari de inferiori, vt differentia eſt vniuerſale. Dixi notanter, quòd vna, vt quid prædicatur de alia, vt quid. Nàm vna ſuperior in abſtracto non poteſt prædicari de alia inferiori in concreto. Nàm ſicut iſta eſt falſa album eſt color. Sic & iſta, ſpecies eſt vniuerſale, capiendo ly ſpecies, vt modum concernentem primam intentionem, & ly vniuerſale, vt quid, quia ſicut album ſupponit pro ſubiecto, & ideò non poteſt verificari de colore, ſic ſpecies, vt modus denominat hominem, & ſupponit pro ipſo, & non poteſt verificari de vniuerſali, quod eſt ſecunda intentio abſtracta, & propterea Scotus vir ſublimis ingenij negauit hanc, ſpecies eſt intentio.

Secunda intentio ſuperior poteſt prædicari de inferiori.

Vide Scotũ in vniuerſalibus q. x.

Vndè, ſicut iſtę veræ ſunt, albedo eſt color, ergo color prædicatur de albedine, ſic iſtæ veræ ſunt proprium eſt vniuerſale, ergo vniuerſale prędicatur de proprio, quia termini ſupponunt pro per ſe ſignificatis. Nàm ſicut albedo ſupponit pro albedine, & color pro colore, ſic vniuerſale, ſupponit pro ſe, & propriũ pro ſe accipiendo vtrumque in abſtracto, vel vt quid. Quare omnes iſtæ verę ſunt, ſpecies eſt vni-

Quare iſtæ prædicationes ſint veræ.

uerſale, vniuerſale prædicatur de ſpecie, hoc genus eſt gēus, genus prædicatur de hoc genere, vniuerſale eſt ſecunda intentio, ſecūda intentio prædicatur de vniuerſali, &c. Quia in his omnibus eſt prędicatio ſuperioris abſtracti de inferiori abſtracto.

Secunda concluſio. Nulla ſecunda intentio, vt quid, poteſt prædicari de alia ſecunda, vt quid diſparata, nec prædicatione exercita, nec ſignata, ſicut nullum accidēs reale, vt quid, prædicatur de alio, vt quid, diſparato, iſta enim eſt falſa, albedo prædicatur de nigredine, vel nigredo eſt albedo, probatur. Nullum diſparatè oppoſitum prædicatur de alio diſparato, & hoc prædicatione quidditatiua, ideſt capiendo tàm ſubiectum, quàm prædicatum, vt quid, quia benè vnū accidens diſparatum prædicari poteſt de alio diſparato denominatiuè, ideſt capiendo, tàm ſubiectum, quàm prædicatum vt modus, vt albedo eſt clara, vera eſt, at albedo eſt claritudo, falſa. *Nulla ſecūda intentio vt quid, poteſt prædicari de alia. Quō vnum accidēs diſparatum poſſit prædicari de alio. Quare iſta prædicatiōes ſint falſa.*

Omnes ergo iſtæ ſunt falſæ, accipiendo tàm ſubiectum, quàm prædicatum, vt quid, ſpecies eſt genus, definitio eſt proprium, accidens eſt differentia, &c. ſimiliter in prædicatione ſignata, genus prædicatur de ſpecie, proprium prædicatur de definitione, &c. quia termini ſunt abſtracti, & non poſſunt ſupponere, niſi pro ſe.

Tertia concluſio. Nulla ſecunda intentio, vt quid, poteſt prædicari de prima intentione, nec exercitè, nec ſignatè. Sicut nullum accidens abſtractum prædicatur de ſuo ſubiecto. Nàm iſta ē falſa, homo eſt albedo, & albedo prædicatur de homine, probatur. Nullum accidens in abſtracto prædicatur de ſuo ſubiecto, ſecunda intentio, vt quid, eſt accidens in abſtracto, ergo non poteſt prædicari de ſubiecto, quod eſt prima intentio, maior patet, quia accidens non prædicatur de ſubiecto, niſi denominatiuè, quandò autem eſt in abſtracto non prædicatur denominatiuè. *Nulla ſecūda intentio vt quid, pōt prædicari de prima intentione. Accidēs nō prædicatur de ſubiecto, niſi, denominatiuè.*

Quare omnes iſtæ ſunt falſæ, animal eſt genus, rationale eſt differentia, ſenſibile eſt proprium, &c. & hoc tàm prædicatione exercita, quàm ſignata: quia ſecunda intentio, vt quid, non poteſt ſupponere, niſi pro ſuo ſignificato ſicut albedo non poteſt ſupponere, niſi pro albedine, ſic ly ſpecies, vt quid pro ſe ipſa, cùm ergo ſemper ſupponat pro ſe, ſi exercita eſt falſa, & ſignata erit falſa. *Quare iſta prædicatiōes ſint falſa. Reſponſio.*

Quomodo prædicatur ſecunda intentio in concreto. Cap. VIII.

Quō ſecūda intentio, vt modus ſuperior prædicatur de inferiori.

PRima Concluſio, omnis ſecunda intentio, vt modus, ſuperior prædicatur de ſecunda inferiori, vt modus, tàm exercitæ, quàm ſignatæ, ſicut omne accidens reale, vt modus ſuperius prædicatur de inferiori, vt modus. Nàm iſta eſt vera, albū eſt coloratum. Probatur. Omnis propoſitio, in qua prædicatur vnus terminus connotatiuus de alio connotatiuo, quorum terminorum eſt de neceſſitate idem connotatum eſt vera, ſed propoſitio, in qua prædicatur concretum ſuperius de inferiori eſt huiuſmodi, ergo eſt vera. Maior patet, quia illa propoſitio dicitur falſa, cuius prædicatum non poteſt affirmari neceſſariò de ſubiecto, ergo illa eſt vera, cuius prædicatum affimatur neceſſariò de ſubiecto: ſed quādò prædicatur vnus terminus connotatiuus, vel vt modus, ſuperior de inferiori connotatiuo, neceſſariò prædicatum affirmatur de ſubiecto, tùm quia accidens ſuperius eſt de eſſentia inferioris: tùm, quia connotatum, vel ſubiectum inferioris eſt ſubiectum, vel connotatum ſuperioris. Nàm cum albedo includat colorem, ergo ſubiectum albedinis erit ſubiectum coloris: ideò cùm dico album eſt coloratum eſt vera propoſitio, quia res alba neceſſariò eſt colorata.

Quæ ſit propoſitio vera.

Quæ ſit propoſitio falſa.

Albedo includit colorem.

Cùm ergo vna ſecunda intentio, vt modus, ſuperior prædicatur de alia inferiori, vt modus, cùm ſubiectum vnius, quòd eſt prima intentio, ſit ſubiectum alterius, ſequitur quod verè prædicatur. Nàm ſicut, cùm dico album eſt coloratum, hæc eſt vera, quia res alba neceſſariò eſt colorata, ſic cùm dico ſpecies eſt vniuerſale, de neceſſitate res, quæ eſt ſpecies, vel ſubiectum ſpeciei eſt res vniuerſalis, vel ſubiectum vniuerſalis.

Species eſt vniuerſale an ſit vera.

Vndè omnes iſtæ ſunt veræ, hæc ſpecies eſt ſpecies, ſpecies eſt vniuerſale, ē intentionale, ſimiliter ſpecies prædicatur de hac ſpecie, vniuerſale prædicatur de ſpecie, &c.

Quādò iſtæ propoſitiōes ſint veræ.

Quod ſi (vt dictum eſt) ſuperius conſideretur, vt quid, & inferius, vt modus, vel è contrà, falſæ erunt huiuſmodi propoſitiones, ſicut illæ ſunt falſæ, album eſt color, aut albedo eſt colorata, ſic iſta genus, eſt vniuerſale, accipiendo genus, vt quid, & vniuerſale, vt modus, vel è contrà, quoniam ly ſecunda intentio ſemper capitur, vt quid, quandò enim capitur, vt modus, dicitur ſecundum intentionale.

Quanàm ſint falſæ propoſitiōes.

Sed contrà, ſuprà dictum eſt, quòd omnis prædicatio ſignata eſt vera exercita in eiſdem terminis, cùm ſupponant, pro ſe ſignificatis, ſed ſecus eſt, cùm ſupponant pro ſe denominatis, vt in iſta vniuerſale prædicatur de ſpecie, & ſpecies eſt vniuerſale, capiendo vtrumq;, vt modus, ergo non deberent eſſe veræ in prædicatione ſignata, & exercita. *Obiectio.*

Dico, quòd illa regula patitur hanc exceptionem, quòd q̃dò termini ſupponũt pro ſe denominatis, & vnus eſt ſuperior ad alium, cùm cõcernat ſubiectum de neceſſitate idẽ, quia ſubiectum accidentis inferioris eſt neceſſariò ſubiectũ ſuperioris, licèt ſubiectum ſuperioris non ſit neceſſariò ſubiectum inferioris, vt patet, tunc propoſitio eſt vera, tàm p̃dicatione ſignata, quàm exercita: q̃dò aũt vnus terminus nõ eſt ſuperior ad aliũ in cõnotatis, vniuerſaliter, ſi p̃poſitio eſt vera ſignata, non eſt vera exercita. *Reſponſio.*

Secunda concluſio, quia comparatio vnius ſecundæ intẽtionis, vt modus, ad aliam, vt modus diſparatã cõtingit fieri dupl'r, ideò iſta concluſio habebit duas partes, pro quo nota duæ ſecũdæ intentiones diſparatæ, quãdoq; fundãtur ſuper duas primas intentiões compoſſibiles, & aliquo mõ inuicẽ verificabiles, vt iſtæ duæ genus, & ſpecies: genus enĩ fundat' ſuper primã intentionẽ, animal cognitum, & ſpecies ſuper hominem cognitum, quæ duæ primæ intentiones ſunt cõpoſſibiles, & vna verificatur de alia, dicendo hõ eſt animal, quandoque vero fundantur ſuper duas primas intentiones incompoſſibiles, & non inuicẽ verificabiles, vt iſta oratio, & genus. Nàm ly oratio fundatur ſuper iſtam primã, homo currit, & ly genus ſuper animal cognitum, quæ duæ primæ intentiones ſunt incompoſſibiles, & vna non poteſt de alia verificari. Nàm iſta eſt falſa homo currit, eſt animal. Iſtam diſtinctionem non inuenimus omninò ſimilem in accidentibus realibus, ideò non curamus illam aſſignare. *Comparatio ſecũda intẽtionis ad aliã fit duobus modis. Duæ ſecũdæ intentiones fundantur ſuper duas primas intentiones. Duæ ſecũdæ intentiones fundantur ſuper duas primas intentiões incõpoſſibiles.*

Ex prima comparatione fit prima pars concluſionis. Omnis ſecunda intentio, vt modus, diſparata prædicatur de alia diſparata, vt modus, dummodo tales ſecundæ fundantur in primis compoſſibilibus, & hoc prædicatione tãtùm ſignata, in eiſdem terminis, prædicatione verò exercita in primis intentionibus cõnotatis. Verbi gratia iſtæ duæ ſecũdæ intentiones, genus, & ſpecies, ſunt diſparatæ. Nàm ambæ continentur ſub vniuerſali, ſicut aſinus, & homo ſub animali, & fundantur in iſtis primis compoſſibilibus, ſcilicèt animal cognitum, & homo cognitus, ità, vt genus cõcernat animal, & ſpecies hominem. *Genus, & ſpecies ſunt duæ ſecũdæ intentiones diſparatæ.*

Pro quo ſupponunt ſecunda intentiones.

Cum ergo iſtæ ſecundæ intentiones non ſupponant pro ſe, ſed pro ſuis connotatis primis intentionibus, non poſſunt verificari ad inuicem prædicatione exercita: dicēdo ſpecies eſt genus, ſed tātùm ſignata, quia, cùm ly genus concernat animal, & ly ſpecies hominem, in prędicatione ſignata, poteſt ly genus ſignificare animal eſſe hominem connotatum per ly ſpecies, & non genus eſſe ſpeciem: & ratio eſt, (de ſupra dixi) quia quandò termini ſupponunt pro denominatis, quod ſignificant non ſignificant pro ſe, ſed pro ipſis connotatis: cùm verò dicimus genus prædicatur de ſpecie, non ſignificatur, quòd ſpecies ſit genus, ſed quòd connotatum ſpeciei, ſit connotatum generis, ideſt, quòd homo, in quo fundatur ly ſpecies, ſit animal, in quo fundatur ly genus

Nota, & benè.

Logicus cōſiderans ſecundas intentiones applicatas primis.

Vniuerſaliter ergo hæ veræ ſunt: genus prædicatur de ſpecie, ergo homo eſt animal, & albedo eſt color, ſpecies predicatur de indiuiduo, ergo Cōſtantius eſt homo, & Brunellus Aſinus, definitum prædicatur de definitione, ergo animal ratione eſt homo, & hanc concluſionem diligenter nota, quia cùm Logicus conſideret ſecundas intentiones applicatas primis, & vt ſupponunt pro primis, omnes definitiones, ſecundarum intentionum aſſignatæ à Logico debēt exerceri, & verificari in primis, quia definiuntur pro primis. Vndè iſta definitio vniuerſalis. Vniuerſale eſt, quod prædicatur de pluribus, non poteſt ſic exerceri, ergo illa plura ſunt vniuerſalia, ſed homo, & leo ſunt animal, ſimiliter ſpecies eſt, quæ prædicatur de pluribus indiuiduis, non valet, ergo plura indiuidua ſunt ſpecies, ſed ergo Conſtantius, & Franciſcus ſunt homo; propoſitio eſt, quæ ſignificat verum, vel falſum, ergo homo currit, ſignificat verum; vel falſum, &c.

Propoſitiones veræ.

Quomodo ſecundæ intentiones conſiderantur à Logico.

Definitio vniuerſalis.

Concretiuè Logicus cōſiderat ſecundas intentiones.

Et verum eſt: quia cùm Logicus conſideret ſecundas intentiones concretiuè cùm primis, & vt modus earum, non definit ipſas, vt ſupponunt, & verificantur de ſe ipſis, ſed vt verificantur in primis, pro quibus ſupponunt, ideò in illis primis, & pro illis omnes tales definitiones verificantur.

Quò conſideretur ſecunda intentio, à Metaph.

Vndè ſciendum, quòd ſecunda intentio aliter definitur pro ſe, & ab alio, & aliter pro primis, & ab alio. Nam ſecunda intētio conſideratur in ſe, & definitur pro ſe à Metaphyſico in abſtracto, per proprium genus, & differentias, vndè ſimiliter definiretur vniuerſale. Vniuerſale eſt ens rationis collatiuum intellectus, à Logico autem definitur in concreto pro primis, vt dictum eſt.

Nota, & benè.

Ad maiorem concluſionis euidentiam nota, quòd licèt quandò prædicatur vna ſecunda intentio diſparata, vt mo-

dus de alia diſparata, vt modus, prædicatione ſignata non poſſit exerceri in eiſdem terminis, ſed in primis intentionibus connotatis, tamen ipſa prædicatio ſignata in talibus ſecundis poteſt etiam eſſe ſignata in primis connotatis, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo animal prædicatur de homine; ſed nota, poſſe dupliciter hoc fieri, vno modo, quòd tàm ſubiectum, quàm prædicatum ſit prima intentio, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo animal prædicatur de homine; alio modo, quod ſubiectum ſit prima intentio, prædicatum verò ſecũda, vt genus prædicatur de ſpecie, ergo animal prædicatur de ſpecie, ſpecies prędicatur de pluribus differentibus numero, ergo homo prædicatur de pluribus differentibus numero.

Sed tamen eſt ſciendum ſecundùm quoſdam modernos, quòd ſicut prædicatio ſignata eſt propria in ſecundis intentionibus, & impropria in primis, itá exercita eſt propria in primis, & incongrua in ſecundis.

Ex quo volunt, Scotum in vniuerſalibus negaſſe iſtam conſequentiam, animal prædicatur de homine, ergo homo eſt animal; licèt conceſſerit conſequens, ſed quia iſta animal prædicatur de homine, eſt contingens, iſta verò homo eſt animal eſt neceſſaria ex contingenti autem non ſequitur neceſſarium. Vndè non negaſſet iſtam animal poteſt prædicari de homine, ergo homo eſt animal, quia infertur neceſſarium ex neceſſario.

Opinio aliorum. Vide Scotũ in vniuerſalibus, q. 14. ante ſolutionem argumenti.

Quare nota, quòd quandò dico animal prædicatur de homine, ly prædicatum poteſt dicere actum, & ſic eſt contingens, vel aptitudinem, & ſic eſt neceſſaria, Scotus, ergo vir Subtilis conſiderauit, vt dicit actum, illam conſequentiam negauit.

Defenſio Scoti.

Secunda pars concluſionis ex ſecunda comparatione patet ex his. Nulla ſecunda intentio diſparata, vt modus, poteſt prædicari de alia, vt modus, diſparata: quandò talis fundatur ſuper primas incompoſſibiles, & hoc nec prædicatione ſignata, nec exercita.

Quomodo ſecunda intentio non poſſit prædicari de alia.

Iſtæ enim ſunt falſæ oratio prædicatur de proprio, riſibile eſt homo currit, &c. pro ly riſibile non poſſunt verificari ad inuicem, ſicut nec primæ intẽtiones, pro quibus ſupponunt, verificantur ad inuicem, ſicut ergo iſta eſt falſa homo currit, eſt riſibile, ſic iſta proprium prædicatur de oratione. Nàm illæ duæ ſecundæ intentiones, cùm ſint diſparatæ ſupponendo per impoſſibile pro ſe, non ſunt compoſſibiles, & cùm ſupponant pro primis, quę etiam ſunt compoſſibiles,

patet nullo modo poſſunt alia prædicari, nec pro ſe, nec pro primis.

Quo ſecunda intentio poſſit prædicari de prima.

Tertia concluſio. Omnis ſecunda intentio diſparata, vt modus, fundata ſuper aliam ſecundam diſparatam, & concernens ipſam, poteſt prædicari de ipſa, quam concernit, tàm ſignatè, quàm exercitè: ſicut in realibus vnum accidés fundatum ſuper aliud prædicatur de ipſo, dato, quòd ſint diſparata. Nàm iſta eſt vera, album eſt lucidum, & ratio eſt, quia album fundatur ſuper lucidum, ſimiliter albedo eſt clara, quia claritudo accidit albedini, ideò denominatiuè dicitur de ipſa.

Quo accidés poſſit prædicari de accidente.

Ex quo probatur concluſio. Omne accidens diſparatum, vt modus, poteſt prædicari de alio accidente: cui inhæret, ſed aliqua ſecunda intentio fundatur ſuper aliam diſparatam; ergo poteſt prædicari de ipſa; Minor patet, cùm (vt diximus) ſecunda intentio poſſit cognoſci ab intellectu, & inquantùm obiectum cognitum ſit prima intentio, ergo ſuper ipſam poteſt fundari ſecunda intentio, verbi gratia, Intellectus cognoſcit iſtam ſecundam intentionem vniuerſale, quæ, vt ſic eſt obiectum actu cognitum, & vna prima intentio; deindè cognoſcit iſtam aliam ſecundam intentionem genus, quæ etiam, vt ſic, eſt vna prima intentio, indè comparat ly vniuerſale, ad ly genus, inquantùm vniuerſale eſt ſuperius ad genus, & ſic in ly vniuerſali relinquitur iſta ſecunda intentio genus, quia in arbore prædicamétali; vniuerſale prædicatur de genere, ſpecie, & differentia, &c. tanquàm de ſuis inferioribus, & ly vniuerſale dicitur genus in ly vero genere, remanet iſta ſecunda intentio ſpecies, & ſic ſpecies prædicatur de genere dicendo genus eſt ſpecies, & ſimiliter differentia eſt ſpecies, ſpecies eſt ſpecies, proprium eſt ſpecies, accidens eſt ſpecies, comparando huiuſmodi ad ly vniuerſale.

Genus eſt ſpecies quo ſit vera prædicatio.

Species eſt ſpecies, vniuerſale eſt genus iſtæ ſunt veræ prædicationes.

Sicut ergo eſt vera, animal eſt genus, homo eſt ſpecies, albedo eſt clara: in quibus omnibus prædicatur accidens de ſubiecto, ſic iſta eſt vera, ſpecies eſt ſpecies, vniuerſale eſt genus, &c. quia in omnibus talibus prædicatur ſecunda intentio, vt modus, de alia ſecunda, vt de ſuo ſubiecto Vndè iſta eſt vera, genus prædicatur de vniuerſali, ergo vniuerſale eſt genus, ità, vt ly genus fundetur ſuper vniuerſale, accidens eſt ſpecies, ergo ſpecies prædicatur, de accidente, accipiendo ly ſpecies, vt modus, genus, eſt genus reſpectu generis generaliſſimi, & ſubalterni.

Ex prædictis quidam Scotiſta aſſerit, quòd iſti modi, ve

quid,& vt modus,ſunt incompoſſibiles,& repugnantes, ità quod vna intentio, vt quid non prędicatur de alia, vt quid nec vna,vt modus de alia, vt modus: Nàm ſicut iſta eſt vera, genus eſt vniuerſale,capiendo,vtrumque: vt quid,quia prædicatur ſuperius de inferiori in abſtracto, & ſi ly genus,& ly vniuerſale capiantur,vt modus, adhuc eſt vera prædicatio, quia eſt prædicatio concreti ſuperioris de concreto inferiori. Regula tamen iſtius Scotiſtæ habet tantùm veritatem in diſparatis. Nàm ſicut iſta eſt falſa albedo eſt nigredo,ſic, album eſt nigrum: & genus eſt ſpecies, accepto vtroque,vt quid,vel vt modus, quandò cadunt ſuper alias intentiones incompoſſibiles, vt ipſe ait, quia termini diſparati non poſſunt vniri,vt dictũ eſt in priori ſecunda concluſiõe.

Opinio alicuius Scotiſtæ.

Regula iſtius Scotiſtæ vndè habeat veritatem vide.

Quarta, omnis ſecunda intentio, vt modus prædicatur de prima intentione, quam concernit, tàm prædicatione exercita,quàm ſignata: ſicut in realibus vnum accidens, vt modus prædicatur de ſuo ſubiecto, vt homo eſt album, & albus prædicatur de homine,probatur. Omne accidens, vt modus prędicatur de ſuo ſubiecto, omnis ſecunda intentio ſumpta, vt modus,eſt accidens, ergo prædicatur de prima, tanquàm de ſuo ſubiecto,ſiuè fundamento. Vndè iſtę ſunt veræ,animal eſt genus, albedo eſt ſpecies, Conſtantius eſt indiuiduum,&c. Et hæc ſatis de Regulis huiuſmodi, vel concluſionibus.

Quõ accidẽs,vt modus prædicetur de ſuo ſubiecto.

Vide quõ iſtæ prædicationes ſint veræ.

AN DETVR PRÆDICATIO SECVNDARVM INTENTIONVM in communi, & particulari. Cap. IX.

AD maiorem tamen prædictorum declarationem mouetur huiuſmodi dubitatio: cùm omnis ſecunda intentio definiatur à Logico in concreto,& vt modus, inquantùm præſupponit non pro ſecundis,ſed pro primis, ſequitur,quòd omnis ſecunda intentio definita inhæret quaſi ſubiectiuè alicui primæ, quam concernit,& pro qua ſupponit: & ſic iſta ſecunda intentio vniuerſale fundatur ſuper aliquam primam, ſimiliter genus, &c. quod tamen falſum videtur ſecundùm quoſdam modernos dicentes,quòd ſicut accidens reale in communi non inhæret ſubiecto,ſed particulare, vt albedo in communi non inhæret ſubiecto alicui,ſed albedo hæc huic ſubiecto; ſic ſecundæ intentiones in cõmuni nõ inhærent ſubiecto.i.alicui primę, ſed hęc ſecũda intẽtio huic primæ,vt hęc ſpecies huic primę hõi. Dico,quòd hoc eſt falſum,tàm in accidẽtibus realibus,

Secundæ intentiones non ſunt in aliquo ſubiectiuè propriè, ſed ſecundùm quid.

Opinio aliorum.

Vide Tataretum in Logica magna. q. 3. quàm intentionalibus. Nàm omnis ſecunda intentio, vt modus, vt cõſideratur à Logico, tàm communis, quàm particularis inhæret diminutè alicui primæ, pro qua ſupponit; licèt accidentia communia, tàm realia, quàm intentionalia, ſecundariò inhæreant ſubiectis communibus, ſed primò particularia particularibus: probatur primò in accidentibus realibus, ſcilicèt quòd tàm in communi, quàm in particulari inhærent alicui ſubiecto: omne concretum ſignificat accidens inhærere ſubiecto, aliter non concerneret ſubiectum, accidens in communi poteſt accipi in concreto, vt dicendo quale, coloratum, quantum, &c. ergo poteſt inhærere ſubiecto, & hoc vult dicere Ariſt. qualitatem eſſe ſecundùm quam, quales eſſe dicimur.

Accidentia quomodo inhæreant.

Cap. de qualitate.

Præterea ait vniuerſalia realia eſſe ſecundas ſubſtantias, & cùm ſubſtantia dicatur, quòd accidentibus ſubſtet, cuius proprium ſecundùm ipſum eſt eſſe ſuſceptibilem contrariorum. Quæro ſubſtantia ſecunda cui ſubſtat, & quorum contrariorum eſt ſuſceptibilis? Si dixeris accidentium communium, habeo intentum, ſcilicèt quòd accidentia communia inhærent ſubiectis; ſi dixeris particularium, ſequuntur multa abſurda, ſcilicèt, quòd homo in communi eſſet viſibilis, quia ſua albedo videretur, & eſſet palpabilis, cùm ſua quantitas tangatur, & ſimilia.

Nota benè. Hanc veritatem etiam Porphyrius indicauit, cùm dixerit accidens poteſt ad eſſe, & abeſſe ſubiecto, præter eius corruptionem, & vt patet non definiuit accidens particulare, ſed commune, quod etiam clariùs patet, cùm ipſum accidẽs, iàm definitum diuiſit in commune, & particulare.

Cap. de accidente.

Vndè manifeſtum eſt omne accidens habere illam definitionem, poſſe adeſſe, & abeſſe ſubiecto.

Obiectio. Si dicis, quòd omne cõmune ſit per abſtractionem à ſingularibus, cùm ergo accidens in communi conſideretur, patet conſiderari in abſtracto, & ſic non inhærere ſubiecto.

Reſponſio. Dico, quòd ſit commune per abſtractionem intellectus à ſingularibus, tamen adhuc abſtractũ à ſingularibus, poteſt concernere ſubiectum, vt album in communi.

Ex his probatur ſecundo propoſitum de ſecundis intentionibus, ſcilicèt, quòd ſecundæ intentiones communes inhærent ſecundùm quid, & fundantur in primis, omne accidens acceptum in concreto, cùm concernat ſubiectum, ineſt illi ſecunda intentio communis accepta, vt modus, eſt accidens rationis in concreto, ergo ſecundùm quid inhæret ſubiecto, quod concernit, ſcilicèt primæ intentioni. Nàm

iſta

iſta ſecunda intentio genus prout definitur à Logico, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, non accipitur, vt quid; quia ſic non conſiderat Logicus, ſed vt modus, & ſic inhæret diminutè primæ intentioni, quam concernit, pro qua definitur, & pro qua ſupponit.

Quo ſecunda intentio definitur à Logico.

Præterea, omnis relatio requirit fundamentum, & terminum, & conſequenter ſecunda intentio fundatur in prima, quæ eſt ſuum fundamentum, & ſubiectum.

Omnis relatio requirit fundamentum, & terminū.

Concludo ergo breuiter, quòd ſicut accidens reale particulare ineſt ſubiecto particulari, & commune, communi, ſic ſecunda intentio particularis ineſt primæ particulari, & ſecunda communis, primæ communi.

Si petas: quid eſt prima intentio particularis, & quid communis? Dico, quòd cùm prima intentio ſit obiectum cognitum, quodlibet vnum cognitum eſt vna prima intentio particularis, & hoc tàm ſi illud cognitum ſit natura communis, quàm particularis, vt animal cognitum, homo cognitus, quæ ſunt naturæ communes, Conſtantius cognitus, Brunellus cognitus, quę ſunt naturæ particulares, licèt enim animal de ſe ſit natura communis; tamen quatenus eſt actu cognitum, eſt vnum obiectum cognitum, & non plura, & ſic vna prima intentio particularis.

Quid ſit prima intentio particularis, & communis.

Prima verò intentio communis eſt, aggregatum ex pluribus obiectis habentibus eandem aptitudinem ad alia obiecta, inquantùm tale aggregatum facit vnum obiectum totale cognitum, vt aggregatum ex homine cognito, aſino cognito, albedine cognita, & alijs obiectis cognitis, habentibus, illam aptitudinem, qua poſſint prædicari de pluribus indiuiduis inquantùm eſt tale aggregatum eſt vnum obiectum totale cognitum, eſt quidam prima intentio communis, quæ poſſet vocari natura communicabilis pluribus indiuiduis, cognita, ſuper quam fundatur iſta ſecunda intentio communis ſpecies, ſicut ſuper hominem cognitum, quæ eſt vna particularis prima intentio fundatur iſta ſecunda particularis, hæc ſpecies.

Quæ ſint naturæ cōmunes vide Scotum in prima prolog, & in 2. q. diſt. 3. q. 1.

Quid ſit prima intentio communis.

Similiter aggregatum, ex animali cognito, colore cognito, planta cognita, &c. inquantùm tale aggregatum eſt vnum obiectum totale cognitum ex pluribus naturis, communicabilibus pluribus ſpeciebus, eſt vna prima intentio cōmunis, in qua fundatur iſta ſecunda, cōmunis genus, ſicut ſuper animal cognitum, quæ eſt vna partialis, vel particularis prima intentio, fundatur, iſta ſecundo particularis, hoc genus, ſimiliter poſſet dici de aggregato ex ſubſtantia co-

Aliquid cōe eſſe poteſt intelligi duobus modis, vno modo per realem ex-

gnita, quantitate cognita, & alijs, quæ non habent ſupra ſe genus, quod tale, vt eſt vnum obiectum totale cognitum, eſt vna prima intentio communis ſuper quam fundatur iſta ſecunda communis, prædicamentum, ſicut ſupra ſubſtantiam cognitam fundatur iſta ſecũda particularis hoc prædicamentum. Patet ergo ex iſtis, quod ſicut iſta ſecunda intentio particularis, hæc ſpecies inhæret, iſti primæ particulari, ſcilicet homo cognitus, ſic iſta communis, ſpecies, inhæret diminutè iſti cõmuni naturæ communicabili pluribus indiuiduis, & iſta communis vniuerſale, inhæret diminutè iſti communi naturæ communicabili pluribus, & hoc indiuiduum inhæret Auguſtino, & indiuiduum in communi, naturæ incommunicabili, & ſic de alijs.

iſtentiam, alio modo per indifferẽtiã, quãtùm eſt de ſe non repugnat eſſe in multis. Nàm ſecundæ intentiones non adiunguntur primis ſecundũ inhærẽtiam, ſed ſolùm ſecũdum denominationẽ, vel quaſi ſubiectiuè, & ſecundũ quid.

Quandò ergo Logicus definit ſecundas intentiones, communiores ſupponunt pro primis communioribus, quãdò verò minus communes pro primis minus communibus, vt cùm dicit, vniuerſale eſt, quod prædicatur de pluribus, & quandò dicit genus eſt, quod prædicatur de pluribus ſpeciebus, ly genus ſupponit pro natura ſic communicabili, vt pro animali, colore, & quandò dicit indiuiduum eſt, quod de vno ſoli dicit, ſupponit pro quolibet vno numero.

Genus ſupponit pro animali. Indiuiduũ ſupponit pro quolibet vno numero.

Et hæc ſatis, vt ad noſtrum inſtitutum pertinebat, dicta ſint ad Dei gloriam, & honorem Patris noſtri Franciſci ac D. Antonij, & Auguſtini. Amen.

Quartæ Claſſis, quæ Formaliſtarum, ſeu Scotiſtarum dicitur,

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVINTA CLASSIS,

QVÆ THEOLOGORVM SACRO DONATVR NOMINE,

IN QVA

QVATVOR GRAVISSIMI & Sapientiſsimi Theologi diſſerunt.

DOCTOR SERAPHICVS, SANCTVS Bonauentura de Definitionibus Theologicis.

Ioannes Scotus Doctor Subtilis de Definitionibus itidem, tùm Philoſophicis, tùm Theologicis.

Doctor Illuminatus F. Maronius de Terminorum Theologalium Explanatione.

Arnoldus Veſalienſis de Quatuor Libris Magiſtri Sententiarum.

SANCTVS BONAVENTVRA, DOCTOR Seraphicus, ac S. R. E. Cardinalis de Terminorum Theologalium Definitione.

AD LECTOREM.

ANTE Diui Bonauentura Theologalium Terminorum definitiones dignum eſſe duxi; duas has cuiuſdam Doctiſsimi viri propoſitiones præmittere, quarum prima eſt de Theologica ſcientia neceſsitate. Secunda verò de ſubiecto ipſius Theologicæ ſcientiæ.

QVANTVM ad primum. Notandùm, quòd nobis neceſſaria eſt aliqua doctrina ſupernaturalis. Et ſic probatur. Quia omni agenti per cognitionem neceſſaria eſt diſtincta cognitio ſui finis, ſed non poteſt homo naturaliter cognoſcere finem ad quem ordinatur. Igitur fini neceſſaria eſt do-

ctrina ſupernaturalis. Minor patet. Quia nullus vnquam Philoſophorum potuit pertingere ad cognitionem diſtinctam illius finis. Item in præſenti vita non exprimitur ex actibus noſtris, quòd nobis ſit conueniens cognitio ſubſtātiæ immaterialis.

Item ſic probatur. Ad perueniendum ad finem, neceſſarium eſt cognoſcere, quæ ſunt neceſſaria, & ſufficientia media, ſed hæc non poſſumus naturaliter cognoſcere. Ipſa enim ſunt opera meritoria, quorum acceptatio merè dependet ex voluntate diuina: ergo nobis eſt huiuſmodi ſupernaturalis doctrina neceſſaria.

Prætereà, ad ea etiam, quæ poſſumus naturali ratione cognoſcere, neceſſe fuit hominem diuinitus inſtrui, quantùm ad id, quod eſt de neceſſitate ſalutis, quia talia non poſſent niſi à paucis, & multo tempore, & cum multorum errorum ammixtione naturaliter cognoſci, ergo, & hoc ipſum

2.Tim.1. teſtatur Apoſtolus dicens. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.

Omnis enim ſcriptura, quam Deus inſpirauit, ideſt, quę per diuinam inſpirationem eſt cōpoſita, vtilis eſt ad docendum ignaros, & ad arguendum, ideſt, ad conuincendum eos, qui reſiſtunt, & ad corripiendum, id eſt, ad increpandum, & emendandum eos, qui peccant. Et ad erudiendum rudes, vt ad perfectum ſenſum proficiant in iuſtitia, id eſt, in obſeruatione iuſtitiæ, vt homo Dei, qui ſic eruditur, ſit perfectus, in conuerſatione, inſtructus, per ſcripturas, ad omne opus bonum agendum, ideſt, diligenter ſciens qualiter agendum ſit vnumquodque opus bonum. Talis enim vir meritò homo Dei dicitur, quia ſequeſtratus à nequitijs eorum, qui vitijs ſeruiunt, poſſeſſio factus eſt creatoris ſui. Hæc enim doctrina ſupernaturalis nobis quàm neceſſaria, vtiliter, & ſufficienter habetur in ſacra ſcriptura, quæ oſten-

12.de Ciu. Dei, cap. 10. dit quis ſit vltimus finis hominis in particulari ſcilicèt,

& { Viſio, / Fruitio } Dei. { Et etiam quantum ad circunſtantiam appetibilitatis, videlicèt, quòd poſſidebitur ab homine in anima, & corpore in vita immortali.

Oſtendit etiam, quæ ſint neceſſaria, & ſufficientia media perueniendi ad hunc finem, ſcilicèt præcepta diuina, quorum explicatio tàm in credendis, quàm in ſperandis, quàm etiā in operādis tradit in multis locis ſacræ ſcripturæ.

Authoritas autem ſacræ ſcripturæ multis teſtimonijs probatur vera, & authentica. *Authoritas ſacra ſcripturæ probatur multipliciter.*

Primum, eſt pronuntiatio Prophetica, quæ(vt D. Aug.) vera ſe narraſſe præterita, ex ijs, quæ futura prænuntiauit, cum tanta veritate implentur, oſtendit.

Secundum, eſt ſcripturarum concordia, diuerſi enim ſcriptores ſacri canonis variè diſpoſiti diuerſis locis, & temporibus exiſtentes de non euidentibus ex terminis, nec euidentiam habentibus ex principijs omninò concordarunt, quod non videtur poſſibile, niſi à cauſa ſuperiori moueatur intellectus eorum ad aſſenſum. Et de hoc loquitur Aug.

Tertium, eſt authoritas ſcribentium: vndè dicit Rich. à ſummæ ſanctitatis viris nobis ſunt hæc tradita. *18. de Ciui. Dei. cap. 41.*

Quartum, eſt diligentia recipientium. Iudæi enim magnam curam habuerunt de libris habendis in Canone ſcripturæ, vt dicit Auguſt. Et maxima fuit diligẽtia apud Chriſtianos, de libris recipiendis tanquàm canonicis. *1. de Trin. cap. 2. 18. de Ciui. Dei, cap. 4.*

Quintum, eſt rationabilitas contentorum: quid autem rationabilius, quàm Deum tanquàm finem vltimum ſuper omnia diligere, & proximum ſicut ſeipſum, ideſt ad id ad quod ſeipſum. In quibus duobus tota lex pendet, & Prophetæ. Et de hoc ampliſſimè loquitur Aug. de Ciuit. Dei. *Matth. 22. Lib. 2. cap. 98.*

Sextum, eſt irrationabilitas ſingulorum errorum. Quid enim ſtultius, quàm fatuitas paganorum ſuarum manuum opera colentium? Quid autem turpius, quàm ſecta Mahometi ſuis diſcipulis promittens fœlicitatem porcinam, gulam, videlicèt, & coitum? Et quid inanius, quàm error Iudæorum damnantium nouum teſtamentum: quod tamen continetur in ſuo veteri, vt declarat Apoſt. in Epiſt. ad Hebr. Quid enim inſipidius, quàm ceremoniæ eorum ſine Chriſto, quem etaim iam adueniſſe, & authorem eſſe noui Teſtamenti eorum Prophetiæ teſtantur? Vndè in Gen. Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium: & Dan. Cùm venerit ſanctuſſanctorum, ceſſabit vnctio veſtra. *Hebr. 8. Geneſ. 49. Dan. 9.*

Septimum, eſt Eccleſiæ ſtabilitas, quæ nec tyrannorum perſecutionibus, nec hæreticorum peruerſis dogmatibus euelli potuit.

Octauum, eſt miraculorum claritas. Vndè dicit Rich. Domine ſi eſt error, à te decepti ſumus, cùm tantis ſignis ſint hæc confirmata, quæ non niſi à te fieri poſſunt, de hoc etiam loquitur Auguſt. *1. de Trin. cap. 2. 22 de Ciui. Dei, cap. 5.*

Nonum, eſt eorum, qui foris ſunt, authoritas Ioſeph enim pulcherrimum teſtimonium perhibet de Chriſto, vbi inter cætera dicit, Fuit iiſdem temporibus Ieſus ſapientiſſimus vir, & ſequitur, Chriſtus hic erat. Vbi etiam doctrinam eius, & reſurrectionem confiteatur. Narrat etiam Auguſt. quomodo Sybillæ maxima teſtimonia perhibent de Chriſto, vbi inter cætera dicit de Sibylla Erithrea, quòd in ſuis verſibus habet iſtam ſententiam, Ieſus Chriſtus, Dei filius Saluator.

Lib. 18. antiquitatū.

18. de Ciuitate Dei, c. 23. Siby. Erit.

Decimum, eſt diuina bonitas, quæ nulli poteſt deeſſe diligenter quærenti ſalutem.

Multi autem diligentiſſimè ſalutem quærentes conuerſi ſunt ad fidem Chriſti, pro qua etiam duriſſima tormẽta perpeſſi ſunt: quod non videtur probabile, niſi Chriſti fidem ſacræ ſcripturæ innitentem irrefragabiliter Deus approbaret, & ordinaret ad ſalutem. Vndè Maximus, Mater martyrij, fides catholica eſt: in qua illuſtres athletæ ſubſcripſerunt ſanguine, morte iurauerunt. Nunquam enim vitam hanc tàm conſtanter expenderent, niſi eſſe alteram incomparabiliter beatiorem perfecta diffinitione ſentirent.

Scot. in proæmio.

Quantùm ad ſecundum, Theologia eſt ſub ratione deitatis; & ſic Deus eſt ſubiectum Theologiæ, pro cuius declaratione notandum, quòd aliquid poteſt intelligi quadrupliciter.

Primò, ſub ratione reſpectiua, ſicut homo, vt nobiliſſimum animalium.

Secundò, ſub aliqua paſſione, vt homo inquantùm riſibilis.

Tertiò, ſub ratione communi, vt homo inquantùm ſubſtantia.

Quartò, ſub ratione quidditatiua, vt homo inquantùm animal rationale.

Non eſt autem perfectiſſima notitia de aliquo ſub ratione reſpectatiua, quia notitiæ reſpectus præſupponit notitiam abſoluti.

Nec ſub ratione alicuius paſſionis, quia paſſio præſupponit ſuum ſubiectum.

Nec ſub ratione communi: quia ille eſt notitia confuſi.

Reſtat igitur, quòd perfectiſſima, & nobiliſſima notitia alicuius eſt ſecundùm rationem quidditatiuam. Vndè concluditur ex iis, quòd Deus non eſt ſubiectum Theologiæ ſub ratione reſpectus ad extrà, ſicut quidam poſuit Deum eſſe ſubiectum ſub ratione reparatoris.

Nec ſub aliqua ratione attributali, quæ eſt quaſi paſſio, quemadmodum poſuit aliquis Deum eſſe ſubiectum ſub ratione boni. *Egid. de Rom.*

Nec ſub ratione communi: vt poſuit quis Deum eſſe ſubiectum Theologiæ ſub ratione entis. *Gueil. var Aenr. de Gand.*

Nobiliſſima enim ſcientia habet nobiliſſimum ſubiectum. Vndè Deus eſt ſubiectum Theologiæ ſub ratione deitatis. Et nobiliſſimus conceptus de Deo, eſt ſub ratione deitatis. Cuius quidem Theologiæ terminos ſuccincto ſermone declarauit S. Bonauentura, vt in ſequentibus patet.

INCIPIVNT DECLARATIONES TERMINORVM Theologalium S. Bonauentura

Omnipotens Deus Pater, & Filius. Spirituſſanctus, vnus eſt Deus. Nàm in vnitate naturæ numerali eſt realis pluralitas perſonarũ. Quarũ prima ſcilicet Pater à nullo eſt producta, nec producibilis. Nec genita, nec generabilis. Nec ſpirata, nec ſpirabilis. Nec creata, nec creabilis. Secunda perſona, ſcilicet filius, eſt genita à Patre naturali productione, naturali fœcunditate intellectus per memoriam. Tertia perſona, ſcilicet Spirituſſanctus eſt ſpirata à patre & filio non genita, nec creata, ſicut nec ſecunda perſona eſt creata nec ſpirata. *Dei omnipot. vnitas, & trinitas. Prima perſona. Secunda perſona. Tertia perſona.*

Eſſentia autem diuina eſt ſummè vna id eſt, nullo modo diuiſibilis in plures eſſentias. *Eſſentia diuina ſumma vna.*

Secundò, eſt ſummè ſimplex, id eſt, non compoſita ex multis rebus diſtinctis à ſe inuicem re, nec componibilis cum rebus à ſe re diſtinctis, ſed quidquid eſt in ea propter ſui infinitatem eſt vna res cum ea. *Summè ſimplex.*

Tertiò, eſt immenſa, id eſt, ipſa per ſeipſam eſt præſens omni rei, & perſona per ipſam operatur in omni re, & manu tenet, & intelligit omnia. *Immenſa.*

Quartò, eſt æterna, id eſt, non incepit nec deſinet, ſimul, & ſemel omnes perfectiones indiuiſibiliter continet, *Aeterna.*

Quintò, eſt incommutabilis id eſt, nec ſubſtantialiter, nec accidentaliter mutabilis, nec generabilis, & nec corruptibilis, nec aliquo modo perfectibilis vel defectibilis. *Incommutabilis.*

Sextò, eſt neceſſaria; id eſt, ipſa non poteſt non eſſe, nec aliquid ab eo deficere, omnis ſua actio eſt ipſa eſſentia, & neceſſaria, licèt terminus actionis diuinæ ad extrà non ſit neceſſarius, *Neceſſaria.*

Septimò, eſt prima, id eſt, eſt radix, & fundamentum *Prima.*

emanationum, & perſonalium proprietatum, & omninò prima entitas inter omnia entia, & in diuinis, & creaturis,

Summa fœcunditas. Octauò, in ea eſt ſumma fœcunditas, id eſt, memoria perfecta ad producendum perſonam vtrâque. Nàm memoria, quam dicunt intellectiuam, naturam Dei dicit cum intellectu, quæ fœcunda eſt reſpectu Verbi. Sed memoria, quam dicunt ſpiratiuam, naturam Dei dicit cum voluntate, quæ eſt fœcunda reſpectu Spiritusſancti.

Summa charitas. Nonò, eſt in ea ſumma charitas, id eſt, vna numero voluntas in tribus perſonis, & per conſequens eadem volitio, & volitum idem.

Summa liberalitas. Decimò, eſt in ea ſumma liberalitas, id eſt, communicabilis ſuæ eſſentiæ, & omnis infinitæ perfectionis in deitate ipſis perſonis, & ſuæ bonitatis, & influentiæ in creaturis omnibus rebus productis.

Sũmma æqualitas. Vndecimò, eſt in ea ſumma æqualitas, id eſt perfectio Patris non eſt maior nec minor, perfectione filij, ſimiliter & ſpiritusſancti. Nec filius eſt perfectionis maioris, vel minoris quàm Pater & Spiritusſanctus. Idem dicendum de Spirituſancto reſpectu Patris, & filij, nec eſt Deitas alia in filio, & Spirituſancto: quàm in Patre, nec è conuerſo. Nec eſt poteſtas alia in Patre, quàm in filio, & Spirituſancto, nec maior nec minor. Nec eſt duratio, ſiue æternitas maior vel minor, in Patre, quàm in filio & Spirituſancto.

Summa germanitas Duodecimò, eſt in ea ſumma germanitas, id eſt, naturæ & eſſentiæ eſt ſumma vnitas, ſcilicet numeralis in tribus perſonis: ſimiliter & talis vnitas eſt in omni perfectione eſſentiali in tribus perſonis, non autem in omni proprietate notionali.

Summa cõformitas. Tertiodecimò, eſt in ea ſumma conformitas, id eſt, eſſentialium proprietatum ſumma vnitas, & identitas, & nulla diuerſitas, voluntaris concordia, nulla diſcordia, ſi ſaltem debet dici concordia, operationum ad creaturas indiuiſibilias & omnium effectum ſimilis producibilitas.

Inſeparabilitas. Quartodecimò eſt in ea inſeparabilitas, id eſt perſonarum ſimultas in exiſtendo, & vbique præſentiam exhibendo, & omnia operando.

Emanationes. Emanationes duæ in diuinis, ſcilicet,

& { Generatio,
Spiratio.

Generatio eſt productio ſubſtantifica per modũ naturæ

Spiratio eſt productio ſubſtantifica per modũ voluntatis.

Tres hypoſtaſes, id eſt, ſuppoſita, vel perſonæ ſunt in diuinis, ſcilicet, *Hypoſteſes.*

Pater, } & { Spiritusſanctus.
Filius, }

Quatuor relationes ſunt in diuinis ſcilicet, *Relationes.*

Paternitas, { Proceſſio,
Filiatio { Spiratio.

Quinque ſunt notiones in diuinis, ſcilicet,

Paternitas, { Innaſcibilitas,
Filiatio,
Spiratio, { Proceſſio.

Pternitas eſt generatio actiua.

Filiatio generatio paſſiua.

Proceſſio eſt ſpiratio actiua.

Spiratio, eſt ſpiratio paſſiua.

Innaſcibilitas eſt proprietas nobilitatis, ſcilicet à nullo produci.

Proptietas perſonalis eſt, qua perſona propriè, & principaliter innoteſcit, & ſunt tres, ſcilicet, *Proprietas perſonalis.*

Paternitas, & } Spiratio paſſiua.
Filiatio, }

Notio eſt, qua perſona innoteſcit, vt diſtinguitur ab alia, *Notio quid*

Innaſcibilitas innoteſcit Patrem principaliter per modum negationis, & ex ſequenti per modum poſitionis, id eſt, fontalis plenitudinis.

Filius dicitur imago inquãtũ eſt expreſſa ſimilitudo Patris *Filius dicitur multipliciter.*

Filius dicitur verbum, inquantũ eſt ſimilitudo expreſſiua.

Filius dicitur filius inquantùm eſt ſimilitudo hypoſtatica.

Secundò filius dicitur imago: vt ſimilitudo conformis.

Dicitur verbum, vt ſimilitudo intellectualis.

Dicitur filius, vt ſimilitudo connaturalis.

Spiritusſanctus dicitur donum, vt datum voluntarium, & præcipuum.

Dicitur Spiritus, vt datum voluntarium primum.

Dicitur charitas patris & filij, vt datum hypoſtaticum,

Prædicamenta quinq; vltima nõ ſunt in Deo, quia pertinent propriè ad corporalia.

Prædicamẽta quinq; vltima attribuũtur Deo figuratiuè, *Prædicamenta.*

Prędicamenta qninq; prima ſecundũ id quod eſt cõpletionis in eis ſunt in Deo, & reducuntur ad duo, ſcilicet, ad

& { Subſtantiam,
{ Relationem.

Duo modi prædicandi. Ideo dicuntur duo modi prędicandi in diuinis,ſcilicet,

Per modum } & { Subſtantiæ, Relationis.

Prædicare per modum ſubſtantiæ, eſt prædicare de omnibus perſonis ſimul,& ſigillatim,& ſingulariter.

Prædicare verò ſecundum relationem, aut eſt non dici de omnibus:aut ſi de pluribus,pluraliter dici.

Eſſentia diuina. Eſſentia diuina dicitur eſſentia in quantùm communicabilis in abſtracto, ſed dicitur ſubſtantia inquantùm communicabilis in concreto.

Modi dicendi de Deo. Sunt quinque modi dicendi ſimul,& quærendi in diuinis.

Quis, Quæ, Qua, Quod, Quid,ſiue quo } Ratione { Perſonę, Hypoſtaſis, Notionis Subſtantiæ, Eſſentiæ.

Habitare Deum. Habitare Deum in nobis eſt effectum ſpiritualem cauſare in nobis,cum acceptatione per charitatem) qua Deus nos habet,& habetur in nobis) tota trinitas in habitat in homine.

Apparere deum. Actus. Matth.3. Luc.3. Ioan.1. Deum apparere, eſt in ſigno ſenſibili expreſſè ſignificari, vt Spirituſſanctus apparuit in linguis igneis & columba.

Deum deſcendere dicit vtrunque, ſcilicet in habitare,vel apparere.

Deum deſcendere. Deum mitti eſt cum vtroque prædictorum æternaliter produci.

Deum mitti. Deum ſedere in beatis,eſt glorificare beatos.

Deum ſedere Appro Deo. Appropriare aliquid perſonis diuinis eſt ipſa communia omnibus perſonis ad notitiam propriorum perſonalium facientia alicui perſonis attribuere,vt,

Patri vnitatem,æternitatem, principiationem, omnipotentiam.

Filio, veritatem, ſpeciem, exemplationem, omniſcientiam.

Spirituiſancto bonitatem, vſum,finem,voluntatem.

Vnum quid Vnum,eſt ens indiuiſum in ſe.

Verũ quid Verum,eſt ens intelligibile

Bonũ quid Bonum,eſt ens communicabile.

Deus omnipotens, & quomodo. Deus eſt omnipotens, non quòd poſſit actus culpabiles. vt mentiri.

Nec actus pænales in ſe recipere,vt timere.

Nec corporales,vt dormire.

Nec inconuenientes, vt facere aliquem maiorem ſe.

Eſt inquam Deus perfectè, verè, & propriè omnipotens, id eſt potens omnia, quæ ſunt alicuius potentiæ, & potentiæ completæ. *Potentia completa quid.*

Potentia completa eſt, quæ non poteſt deficere, nec ſuccumbere, nec indigere. *Potentia incõpleta quid.*

Potentia incompleta eſt, quæ poteſt in peccando deficere, in patiendo ſuccumbere, in corporali actione indigere.

Potentia diuina eſt, quæ nec eſt de nihilo, nec ſub aliquo, nec eget aliquo, nec culpabilia poteſt, nec pœnalia, nec materialia. *Sapientia Dei.*

Sapientia eſt illa, qua limpidiſsimè Deus cognoſcit omnia bona, mala, præterita, præſentia, & futura, actualia, & poſsibilia, & per conſequens eſt infinita, & incomprehenſibilis nobis. *Viſio.*

Sapientia Dei dicitur ſcientia, inquantum eſt cognitiua omnium poſsibilium. *Approbatio*

Dicitur viſio, reſpectu omnium actualiter exiſtentium. *Præſcientia*

Dicitur approbatio, inquantum eſt reſpectu bonorum.

Dicitur præſcientia, inquantùm eſt reſpectu futurorum. *Diſpoſitio.*

Dicitur diſpoſitio, inquantùm eſt reſpectu fiendorum ab ipſo Deo. *Prædeſtinatio.*

Dicitur prædeſtinatio, reſpectu præmiandorum.

Dicitur reprobatio, inquantùm eſt reſpectu damnatorum. *Reprobatio* *Lux.*

Dicitur lux inquantùm eſt ratio cognoſcendi omnia. *Speculum.*

Dicitur ſpeculum, inquantùm eſt ratio cognoſcendi viſa approbata. *Exemplar.*

Dicitur exemplar, inquantùm eſt ratio cognoſcendi viſa, & approbata. *Liber vitæ.*

Dicitur liber vitæ, inquantùm eſt ratio cognoſcendi prædeſtinata.

Sapientia Dei eſt liber vitæ reſpectu rerum, vt redeuntium. *Simplex.*

Exemplar, vt exeuntium.

Speculum, vt euntium.

Lux, reſpectu omnium.

Ad exemplar ſpectat idea ſecundùm actum præuidendi.

Verbum, ſecundùm actum proponendi. *Dei notitia*

Ars, ſecundùm actum proſequendi.

Ratio, ſecundùm actum perficiendi.

Simplex Dei notitia. Simplex Dei notitia eſt, qua cognoſcit Deus bona, & mala, quæ ſunt, fuerunt, & erunt, & poſſunt eſſe, quæ etiam nũquàm erunt.

Notitia viſionis eſt, qua cognoſcit Deus omnia mala, quæ ſunt, fuerunt, & erunt.

Viſionis. Notitia, approbationis eſt, qua cognoſcit tantùm bona, quæ ſunt, fuerunt, & erunt.

Approbationis. Voluntas Dei dicitur ratio regulata prouidentia, qua omnia, quæ in vniuerſo ſunt irreprehenſibiliter gubernantur.

Voluntas. Deus eſt cauſa efficiens mundi, ratione cuius eſt creatura vnitas, modus, & menſura.

Cauſa multiplex. Deus eſt cauſa exemplaris mundi, ratione cuius eſt in creatura veritas, ſpecies, & numerus.

Deus eſt cauſa finialis mundi, ratione cuius eſt in creatura bonitas, ordo, & pondus.

Liber intus ſcriptus, eſt Dei æterna ars, & ſapientia.

Apoc. Liber foris ſcriptus, eſt mundus ſenſibilis.

Obedientia mera quid. Obedientia mera eſt quandò præceptum ſe ſolùm obligat, non ex aliqua alia cauſa.

Ordo Angelorum, quid. Ordo Angelorum, ſecundùm Gregorium eſt multitudo cæleſtium ſpirituum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ ſimilantur, ſicut & in naturalium donorum munere conueniunt.

Hierarchia diuina quid. Hierarchia diuina, eſt ipſa trinitas increata.

Hierarchia Angelica. Hierarchia Angelica, eſt Angelorum multorum habitudo ad inuicem in ſcientia, actione Dei formitate, illuminatione, & in Deum aſcenſione.

Hierarchia Eccleſiaſtica. Hierarchia eccleſiaſtica eſt rerum ſacrarum, & rationalium ordinata poteſtas, debitum in ſubditis retinens principatum.

Angelus quid. Angelus eſt ſubſtantia incorporea, intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, Deo ſeruiens, gratia non natura immortalitatem ſuſcipiens, ideſt, annihilationem, quia incorruptibilitatem propriè habet ex natura.

Aĩa quid. Anima eſt ſubſtantia ſpiritualis, corpori, vt forma rectrix, & viuificatrix accommodata, & ad æternam beatitudinem principaliter ordinata.

Senſualitas quid. Senſualitas, eſt potentia animæ, quæ ſenſificat corpus, & mouet, & appetit delectabilia corpori, & refugit nociua.

Sẽſus quid. Senſus, eſt illa vis animæ, qua homo cognoſcit res, corporeas præſentes.

Imaginatio quid. Imaginatio eſt illa vis animæ, quæ intuetur res corporales abſentes.

Ratio, eſt illa vis animæ, qua anima inter bonum, & malum, inter verum, & falſum diſcernit infrà ſe. *Ratio quid.*

Intellectus eſt illa vis animæ, qua anima apprehendit res immateriales, & intelligibiles. *Intellectus quid.*

Portio animæ ſuperior eſt ipſa anima, inquãtùm reſpicit ſuperiora. *Portio anima ſuperior.*

Portio animæ inferior, eſt ipſa anima, inquantùm reſpicit inferiora. *Inferior, & quid*

Senſus communis, eſt in quo omnes ſenſus particulares concurrunt. *Senſus cõmunis quid.*

Phantaſia eſt virtus animæ ſenſitiua, quæ componit formas nouas ſecundùm ſimilitudinem formarum à particularibus ſenſibus receptarum. *Phantaſia quid.*

Æſtimatiua, eſt illa vis animæ, qua dicimus eſſe ſagacitatem in brutis, vt in vulpe. *Æſtimatiua quid.*

Memoria, eſt illa vis animæ, quæ conſeruat formas ſenſibilium ſpecierum. *Memoria.*

Motiua ſenſitiua, eſt vis, qua anima ſingula membra corporis mouet. *Motiua ſenſitiua.*

Intellectus, ſpeculatiuus eſt ille, qui exercetur in ſpeculatione veri. *Intellectus duplex.*

Intellectus practicus eſt ille, qui exercetur in operatione boni.

Vis animalis, eſt illa, qua animal corporea obiecta cognoſcit, & appetit. *Vis animalis.*

Vis vitalis, eſt vis motiua aëris in corpore animalis per arterias.

Vis naturalis, eſt illa, qua corpus animalis nutritur, & cõſeruatur ſpecies. *Naturalis.*

Vis generatiua eſt illa, qua conſeruatur, ſpecies. *Generatiua.*

Vis nutritiua eſt illa, qua conſeruatur indiuiduum. *Nutritiua.*

Oraculum, eſt cùm in ſomnijs apparet aliqua grauis perſona, vt Deus, ſacerdos, vel parẽs, denuntians aliquid euenturum, vel non faciendum, vel vitandum. *Oraculum quid.*

Viſio, eſt cùm id quis videt, quod euenit ſicut apparuit. *Viſio.*

Somnium, eſt figuris tectum, & ſine interpretatione intelligi non poteſt. *Somnium.*

Inſomnium, eſt quandò id, quod vigilantem fatigauerat, ſe ingerit dormienti. *Inſomniũ.*

Phantaſma, eſt quando vix dormire cœperit quis, & vigilare ſe, exiſtimat, & videtur aſpicere irruentes ſuper ſe, vel paſſim vagantes formas diſcrepantes, & varias, lætas, & turbulentas. *Phãtaſma.*

Imago Dei. Imago Dei in natura rationali, eſt ſimilitudo expreſſa (tamen deficiens in aliquo) Trinitatis increatæ, conſiſtens in memoria, intelligentia, & voluntate.

Libertas arbitrij. Liberas à coactione, eſt facultas rationis, & voluntatis conſurgens ex deliberatione præambula, & voluntate adiuncta, & dicitur liberum arbitrium.

Cauſa, eſt principium productiuum.

Cā Ratio. Ratio cauſalis, eſt regula dirigens ipſum efficiens in productione, quæ regula eſt idea in Deo, in creatura forma naturalis.

Rationes cauſales ſunt formæ ideales,

Rationes Seminales, ſunt formæ naturales.

Ratio primordialis, eſt ratio cauſalis, tamen cum reſpectu ad Deum, vt primum principium.

Veſtigium Dei. Veſtigium Dei, eſt creatura repræſentans Deum in rationibus omni creaturæ communibus, vt eſt vnitas, veritas, bonitas.

Similitudo. Similitudó, eſt conformitas Dei in gratuitis, vt fide, ſpe charitate.

Imago creationis. Imago creationis, conſiſtit in tribus potentiis animæ, & vnitate ſubſtantiæ, ità quòd memoria repræſentat Patrem, intelligentia Filium, & voluntas Spiritum ſanctum, & vnitas ſubſtantiæ repræſentat vnitatem diuinæ eſſentiæ.

Imago recreationis. Imago recreationis conſiſtit in tribus virtutibus theologicis, & vnitate gratiæ gratum facientis, ità quòd fides repræſentat Filium, ſpes Patrem, charitas Spiritum ſanctum, Vnitas gratiæ, vnitatem eſſentiæ.

Imago glorificationis. Imago glorificationis conſiſtit in tribus dotibus, & vnitate gloriæ, ità quòd aperta viſio repræſentat Filium, ſecura tentio repræſentat Patrem, perfecta dilectio Spiritum ſanctum. Vnitas gloriæ repręſentat vnitatem eſſentiæ.

Malū quid. Malum, eſt priuatio modi, ſpeciei, & ordinis.

Nàm creatura comparatur ad Deum in ratione effectus cauſæ efficientis, formalis, & finalis.

Ex ratione primi, habet rationem modi.

Ratione ſecundi, habet rationem ſpeciei.

Ratione tertij, habet rationem ordinis.

Malum culpæ. Malum culpæ, eſt carentia debitæ honneſtatis.

Malūpœna. Malum pœnæ, eſt abſtinentia debitę delectionis, cum ſenſu ſui contrarij.

Malum pugna. Malum pugnæ, eſt culpa, diabolo in inſtigando, & eſt pœna iuſto, in repugnando.

Malum ſecundùm ſe. Malum ſecundùm ſe, & in ſe, eſt quod nullo modo poteſt benè fieri, vt odium Dei.

Malum in ſe,ſiuè in genere, eſt quod aliquando poteſt benè fieri, vt occidere hominem. *Malum in ſe,ſiuè in genere.*

Malum ex circunſtantia,eſt malum,quod in ſe eſt bonũ, tamen propter aliquam circunſtãtiam annexam fit malum. *Malum ex circũſtãtia.*

Tentare eſt probare. *Tentare.*

Peccatum originale,eſt carentia debitæ iuſtitiæ,per inobedientiam Adæ factam,quam comitatur carentia viſionis diuinæ. *Peccatum originale.*

Peccatum actuale, eſt carentia debitæ iuſtitiæ facta per inobedientiam propriæ voluntatis. *Peccatum actuale.*

Peccatum veniale,eſt amor voluptatis in creatura citrà Deum. *Peccatum veniale.*

Peccatum mortale eſt inobedientia mandatorum diuinorum. *Peccatum mortale.*

Delictum, eſt tranſgreſſio præceptorum affirmatiuorũ.

Commiſſum,eſt tranſgreſſio præceptorum negatiuorũ. *Commiſſũ.*

Præceptum affirmatiuũ,eſt ꝙ ordinat quid debeat fieri. *Præceptum affirmat.*

Præceptum negatiuũ,eſt ꝙ ordinat quid non debeat fieri. *Præceptum negatiuum.*

Ignorantia negationis,eſt ſimpliciter aliquid non ſcire, ſicut brutum non ſcit Deum. *Ignorantia negationis.*

Ignorantia priuationis, eſt ignotare aliquid poſtquàm ſciri potuit,& tenetur ſcire. *Ignorantia priuationis.*

Ignorantia diſpoſitionis, eſt non ſcire veritatem, & cum hoc tenere oppoſitam falſitatem. *Ignorantia diſpoſit.*

Ignorantia ſimplex,eſt neſcire, quæ tenetur homo ſcire, facit tamen aliquid,ſed non ſufficienter. *Ignorantia ſimplex.*

Ignorantia craſſa,ſiue ſupina,eſt neſcientia eorum, quæ tenetur ſcire,& non velle aliquem laborem ſubire, vt ſciat. *Ignorantia craſſa,ſiuè ſupina.*

Ignorantia affectata,eſt nolle ſcire ea,ad quæ tenetur. *Ignorantia affectata.*

Peccatum cordis, eſt tranſgreſſio legis diuinæ per inordinationem intrinſeci motus mentis. *Peccatum cordis.*

Conſenſus,eſt nutus voluntatis ſpontaneus. *Conſenſus.*

Conſcientia,eſt naturale iudicatorium,quid faciendum, vel non faciendum ſit. *Conſciẽtia.*

Perplexitas,eſt inuolutio inter oppoſita,ità quòd videtur ſemper vergere in peccatum,quamcunque partem eligat. *Perplexitas*

Contentio, eſt veritatis impugnatio cum confidentia clamoris. *Contentio.*

Mendacium, eſt falſa ſignatio vocis cum intentione fallendi. *Mẽdacium.*

Iurare, eſt Deum inuocare in teſtem ſuæ locutionis. *Iurare.*

Periurium, eſt mendacium iuramento firmatum. *Periurium.*

Adulatio, eſt ſermo laudis alicui exhibitus, intentione placendi. *Adulatio.*

Maledicere, eſt alicui plagas, vel pœnas verbo optatiuo
Maledicere. imprecari.

Detractio, eſt famæ alienæ denigratio.

Detractio. Peccatum operis, eſt tranſgreſſio legis diuinę per inordi-
Peccatum operis. nationem extrinſeci motus.

Superbia, eſt amor, vel appetitus propriæ excellentiæ.

Superbia. Inanis gloria, eſt amor laudis propriæ propter excellen-
Inanis glo. tiam apparentem.

Inobedientia, eſt voluntas fingens minorationem po-
Inobediētia teſtatis, nolens ſubiacere ſuperioribus in debitis,

Iactantia, eſt voluntas propter apparentiam propriam
Iactantia. poteſtatem oſtendens.

Hypocriſis, eſt voluntas per ſpeciem ſanctitatis ſe ſimu-
Hypocriſis. lans fallaciter in aperto, & viriliter agens in oculto.

Inuidia, eſt dolor, vel odium fœlicitatis alienæ

Inuidia. Odium, eſt voluntas affectans proximo malum, vt careat
Odium. bono, quod ipſum odientem contriſtat.

Suſurratio, eſt voluntas loquendi, ſeminans diſcordias
Suſurratio. inter fratres.

Ira, eſt motus, & feruor ſanguinis circa cor ex euapora-
Ira. tione fellis propter appetitum vindictæ.

Fellea paſſio, eſt ſubitus animi motus impatiens læſionis.

Fellea paſ. Mania, eſt manens ira.

Mania. Cotus eſt obſeruatio opportuni temporis ad vindictam.

Cotus. Rixa, eſt audax voluntas vindicandi iniuriam facti
Rixa. procedens

Contumelia, eſt voluntas vindicans per exprobrationem
Contumelia. malorum.

Blaſphemia, eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium
Blaſphemia Deo, vel ſanctis illatum.

Acedia, eſt tædium operandi bonum.

Acedia. Puſillamitas, eſt voluntas immoderatè, metuens gra-
Puſillanimitas. uedinem in aggreſſu agendorum.

Deſperatio, eſt voluntas grauedinem reprimens de ad-
Deſperatio. iutorio ad perficiendum bonum diffidens, ſiuè de remune-
ratione diuina diffidens.

Torpor. Torpor, eſt voluntas grauedinis impatiens, tepida ad
Auaritia. exemplum inchoata.

Prodigalitas. Auaritia, eſt amor immoderatus habendi.

Prodigalitas, eſt ſuperfluitas, quę dat non danda.

Furtum. Furtum, eſt auaritia rapiens, vel retinens rem inuito do-
Rapina. mino.

Rapina, eſt auaritia violenter occupans rem alienam.

Vſura,

Vſura, eſt auaritia acquirens per mutuum aliquid præter ſortem. *Vſura.*

Simonia, eſt auaritia ſtudioſè appetens vendere, vel emere ſpiritualia, vel ſpirituali annexum. *Simonia*

Proditio, eſt voluntas per deceptionem domeſticorum acquirendis inhians. *Proditio.*

Fallacia, eſt voluntas per verba decipiens proximum cauſa lucrandi. *Fallatia*

Fraus, eſt voluntas profectum proximi decipiens propter terrenum emolumentum. *Fraus.*

Gula, eſt immoderatus amor edendi *Gula.*

Luxuria, eſt concupiſcẽtia nimia experiendæ voluptatis. *Luxuria.*

Peccatum ignorantiæ, eſt omiſſio debitæ ſcientiæ. *Peccat. ignor.*

Peccatum ex ignorantia, eſt peccatum, quod committitur ignoranter, & ſi non fuiſſet ignorantia, non fuiſſet commiſſum.

Peccatum ex induſtria, eſt auerſio voluntatis malignantis à ſummo clemente Deo. *Peccatum exinduſtria*

Peccatum ex infirmitate, eſt auerſio voluntatis malè humiliatæ, vel malè in amore accenſę. *Peccatum ex infirmi.*

Peccatum in Deum, dicitur impietas. *Peccatum*

Peccatum in proximum, dicitur iniquitas. *triplex.*

Peccatum in ſeipſum, dicitur impuritas,

Idolatria, eſt falſa, & ſuperſtitioſa proteſtatio maieſtatis diuina in idolo. *Idolatria.*

Apoſtaſia, eſt temerarius à ſtatu fidei, vel obedientiæ, vel religionis receſſus. *Apoſtaſia.*

Schiſma, eſt illicita diſſentio eorum, inter quos debet eſſe vnitas. *Schiſma*

Hæreſis, eſt receſſus à vera fide. *Hæreſis.*

Diuinatio, eſt ſuperſtitioſa inueſtigatio pręſcientiæ futurorum. *Diuinatio.*

Necromantia, eſt diuinatio facta in cadaueribus mortuorum. *Necromantia.*

Geomantia, eſt diuinatio facta in terra. *Geomantia.*

Hydromantia, eſt diuinatio facta in aqua. *Hydromantia.*

Aëromantia, eſt diuinatio facta in aëre, *Aeromantia.*

Pyromantia, eſt diuinatio facta in igne. *Pyromantia.*

Maleficium, eſt mulierum opus, vel ligatura alicuius rei in damnum, vel commodum alicuius hominis. *Maleficiũ.*

Sortilegium, eſt diuinatio per ſortes. *Sortilegiũ.*

Augurium, eſt diuinatio per garritus, vel geſtus auium. *Auguriũ.*

Præſtigium, eſt per quod diabolicis illuſionibus oculi *Præſtigiũ.*

hominum perſtringuntur, nè poſſint cernere verum.

Hypocriſis. Hypocriſis, eſt velle videri, qualis non eſt.

Gratia generaliter. Grátia generaliter, dicitur adiutorium diuinum, creaturæ liberaliter, & gratis impenſũ ad quécunq; actũ indifferẽter.

Gratia gratis data. Gratia gratis data, eſt adiutorium diuinitus datum, vt quis præparet ſe ad ſuſcipiendum Spiritus ſancti donum quo perueniat ad ſtatum meriti.

Gratia gratũ faciens. Gratia gratum faciens, eſt adiutorium diuinitus datum ad merendum.

Fides. Fides, eſt habitus, quo creduntur ea, quæ non videntur.

Spes. Spes eſt virtus, qua ſpiritualia, & æterna bona cum fiducia expectantur propter confidentiam meritorum præcedentium, & gratiam diuinam.

Charitas. Charitas eſt virtus, qua diligitur Deus propter ſe: & proximus propter Deum.

Amor. Amor, eſt naturalis affectio communis rationalibus, & irrationalibus.

Dilectio. Dilectio, eſt affectio rationalium, & intellectualium.

Prudentia. Prudentia, eſt notitia eorum, quæ ſunt agenda, & eorum quæ ſunt vitanda.

Memoria. Memoria, eſt nuntia præteritorum, vt præterita ſunt.

Intelligẽtia prudentiæ. Intelligentia prudentiæ, eſt notitia præſentium.

Prouidẽtia. Prouidentia, eſt notitia futurorum.

Circunſpectio. Circunſpectio, eſt cautela contrariorum vitiorum.

Cautio. Cautio, eſt diſcretio virtutis à vitio, ſpeciẽ virtutis ꝑferẽte.

Docilitas. Docilitas, eſt prudentia erudiendi imperitos.

Temperantia. Temperantia, eſt domatio libidinum, & omnium malorum motuũ, Deo hominem incorruptum conſeruans.

Continẽtia tẽperantiæ. Continentia temperantiæ, eſt regimen cupiditatis per conſilij gubernationem.

Clementia. Clementia, eſt virtus per quam animus in odium alicuius temerè concitatus, benignitate remittitur.

Modeſtia. Modeſtia, eſt virtus, qua pudor honeſtatis comparat puram, & ſtabilem authoritatem.

Verecũdia. Verecundia eſt obſeruatio honeſtatis in geſtu, & verbo.

Fortitudo. Fortitudo, eſt magnarum rerum appetitio, & humilium contemptio, & cum humilitate laborum perpeſſio.

Magnanimitas. Magnanimitas, eſt difficilium ſpontanea, & rationabilis aggreſſio.

Fiducia. Fiducia, eſt certa ſpes animi perducendi ad finem rem inchoatam.

Securitas. Securitas, eſt habitus ſecundùm quem imminentes incõmoditates, & rei inchoactæ affines non formidantur.

Magnificentia. Magnificentia, eſt magnarum rerum, & excelſarum cum

animi ampla quadam, & ſplendidiſſima propoſitione cogitatio, atque adminiſtratio.

Conſtantia, eſt ſtabilis in bono perſeuerantia. *Conſtantia.*

Patientia, eſt æquanimis molorum tolerantia. *Patientia.*

Fidentia, eſt in magnis, & honeſtis firma fiducia, & tuta collatio. *Fidentia.*

Perſeuerantia, eſt finalis permanentia in bono. *Perſeurãtia.*

Iuſtitia, eſt virtus, qua ſibi, Deo, & proximo, quod ſuum eſt tribuitur. *Iuſtitia.*

Seueritas, eſt virtus debito ſupplicio coërcens iniuriam. *Seueritas.*

Liberalitas, eſt virtus beneficiorum erogatrix. *Liberalitas*

Latria, ē cult' ſoli Deo debit', qui fit fide, ſpe, & charitate. *Latria.*

Dulia, eſt ſeruitus creaturæ debitus. *Dulia.*

Hyperdulia, eſt ſeruitus, vel cultus excellentibus creaturis debitus. *Hyperdulia.*

Reuerentia, eſt virtus, qua perſonis grauibus, & prælatiõe, vel officio ſublimatis, debit' cult' reuerẽtiæ ĩpẽditur. *Reuerẽtia.*

Gratia iuſtitiæ, eſt beneficia iugi memoria recordari, & poſſibiliter rependere, *Gratia iuſtitia.*

Vindicatio eſt virtus, qua omne iniuſtum repellitur, & debita punitur. *Vindicatio.*

Obſeruãtia eſt virtus, qua ſuperiores honorificè tractãtur. *Obſeruant.*

Veritas eſt virtus, qua rebus cor, & verba concordare iubentur *Veritas.*

Innocentia, eſt animi puritas, abhorrens omnem illationem iniuriæ Deo, ſibi, & proximo. *Innocentia*

Amicitia, eſt dilectio alicuius proximi, propter bonum ipſius proximi. *Amicitia.*

Concordia, eſt voluntatum, & actionum conformitas. *Concordia.*

Miſericordia, eſt cõpaſſio miſeriæ, & indigẽtiæ proximi. *Miſericor.*

Diciplina eſt conuerſatio honeſta, cui parum eſt non agere malum, ſed ſtudet in bonis ſuis actibus irreprehenſibilis apparere. *Diſciplina.*

Obedientia, eſt obtemperatio voluntati ſuperioris, ſecundùm regulas legis diuinæ, vel humanæ. *Obedientia*

Æquitas, eſt amor æquitatis, in iis in quib' æquitas eſſe dẽr *Æquitas.*

Cõtẽplatio, ē clara, & libera perſpicatia ad cognoſcẽdũ diuinam ſapiẽtiã, & propriam, & naturalem poſſibilitatem *Contempl.*

Oratio, ē aſcẽſus mẽtis in Deũ, ſiuè eſt expreſſio deſiderij directi in Deum ad bonum adipiſcendum, vel malum remouendum formata per verbum interius, & exterius. *Oratio.*

Sacramentum, eſt materiale elementum oculis ſubiectũ, ſimilitudine repreſentans, inſtitutione ſignificans, ſignificatione gratiam conferens. *Sacramen.*

Baptiſmus. Baptiſmus, eſt tinctio corporis exterior, facta ſub forma verborum præſcriptorum.

Confirmat. Confirmatio, eſt ſignatio hominis baptizati in fronte, facta ab epiſcopo, ad roborandum hominem in fide.

Euchariſt. Euchariſtia eſt vera, & realis præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini.

Pœnitent. Pœnitentia, eſt abſolutio hominis peccatoris pœnitentis, à ſacerdote, claue non errante, pœnam æternam temporalem diuina authoritate commutante.

Vnctio extrema Vnctio extrema, eſt vnctio hominis infirmi à ſacerdote in remiſſionem venialium peccatorum.

Ordo. Ordo eſt ſignaculum, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato

Matrimo. Matrimonium, eſt viri, mulieriſque coniunctio maritalis inter legitimas perſonas induidiuam vitæ conſuetudinem ſeruans.

Premium ſubſtātiale. Præmium ſubſtantiale conſiſtit in viſione, fruitione, & tentione vnius ſummi boni.

Præmium conſubſt. Præmium conſubſtantiale, conſiſtit in gloria corporis.

Præmium accident. Præmium accidentale, conſiſtit in quodam decore ſpeciali ſuperaddito, & dicitur Aureola.

Aurea. Aurea, eſt ipſa beatitudo ſubſtantialiter.

Aureola. Aureola, eſt gloria incorruptionis, ſecundùm, profectum trium virium animæ in carne operantum, ſcilicet, vis irraſcibilis concupiſcibilis, & rationalis.

Aureola virginum. Aureola virginum, eſt gloria de incorruptione carnis atteſtante incorruptione mentis.

Aureola martyrum. Aureola martyrum, eſt gloria de inuicta ſubſtinentia mortis pro fide, vel iuſtitie.

Aureola prædicat. Aureola prædicatorum, eſt gloria de incorruptione doctrinæ ad alterum prolatæ, mente verbo, & exemplo.

FINIS.

DOCTOR SVBTILIS IO. DVNS SCOTVS ORD. Min. de Definitionibus, tùm Philoſophicis, tùm Theologicis.

De litera. A.

ABſtractio vltimata eſt, quandò ratio formalis alicuius conſideratur ſecundùm ſe præter quodlibet, quod non includitur per ſe in illa. 5. diſt. primi. q. 1. infrà A.

Abiectio. Abiectio propter peccata tranſeuntia, eſt reprobatio, vel repulſio in voluntate diuina: & in peccatore, eſt relatio rationis, vt abiecti, vel reprobati ad talem, vel talem pœnam ordinati. 14. diſtinct. quarti. q. 1. B.

Acceptatio. Acceptatio propter merita tranſeuntia, nihil eſt realiter, niſi actus diuinæ voluntatis, & in iſta eſt tantùm relatio rationis, ſicut in obiecto volito, ibidem.

Actus vltimus. Actus vltimus eſt, cui non aduenit alius actus dans eſſe ſimpliciter. 9. q. q. 1. L.

Adoptare. Adoptare, eſt aliquem ad hereditatem optare per nouum velle. 10. diſt. tertij. q. vnica. D.

Affectio iuſtitiæ. Affectio iuſtitiæ eſt, qua voluntas per actum amicitiæ tẽdit in Deũ ĩmediatè, vt eſt bonũ in ſe. 26. diſt. tertij. ij. N.

Affectio commodi. Affectio commodi eſt, qua voluntas per actum concupiſcentiæ tendit in Deus, vt bonum huic, ibidem.

Affinitas. Affinitas, eſt vinculum quoddam perſonę ad perſonam aliquam ex carnali copula cum perſona alteri conſanguinea contractum. 41. diſt. quarti. q. 1. A.

Agilitas. Agilitas, eſt habilitas in aliquo toto ad promptè mouendum ſe, ſecundùm locum ex perfectione virtutis motiuæ animæ, & congrua diſpoſitione corporis. 49. diſt. quarti. q. 14. infrà. B.

Amicitia. Amicitia eſt virtus, qua quis dat ſe ipſum proximo quãtùm poteſt ſe ipſum dare, & inquantùm poteſt proximus eum habere. 34. diſt. tertij. L.

Ars. Ars, eſt habitus cum recta ratione factiuus. 38. diſt. primi. q. vnica. F.

Aureola virginitas. Aureola virginitatis eſt gaudium accidentale de ſua innocentia, ideſt de nunquam cecidiſſe in illud peccatum: ad quod communiter natura prona eſt maximè in adoleſcentia. 1. diſt. quarti. q. 6. C.

Auerſio. Auerſio eſt, inordinatio voluntatis circà aliquid ordinatum ad finem, ex præcepto diuino circà quod deberet ordinari. 37. diſt. ſecundi. q. vnica. E.

Auerſio actualis. Auerſio actualis à fine vltimo, eſt actualis nolitio illius finis. 18. q. q. Cc.

Auerſio virtualis. Auerſio virtualis, eſt acceptatio aliqua voluntatis incompoſſibilis volitioni finis, ſaltem efficaci, vel conſecutioni finis. ibidem.

De litera. B.

Baptiſmus corporis ablutio. BAptiſmus, ẽ ablutio corporis exterior, facta ſub forma verborũ præſcripta 3. di. quarti. q. 1. in exordio: aliter ſic.

Baptiſmus hominis ablutio. Baptiſmus, eſt ablutio hominis aliqualiter conſentientis facta ab alio in aqua, ſimul verba certa cum intentione debita proferente, ſignificans efficaciter ex inſtitutiõe diuina ablutionem animæ à peccato: ibidem E. & aliter.

Baptiſmus ſacramentum. Baptiſmus, eſt ſacramẽtum ablutionis animæ à peccato, conſiſtens in ablutione hominis aliqualiter conſentientis, facti in aqua ab alio abluente, & in verbis certis ſimul ab eodem abluente cum debita intẽtione prolatis. ibidem. & 6. diſt. quarti q. 11. D. & 1. E.

Beatitudo. Beatitudo ẽ bonũ ſufficiẽs excludẽs defectũ, vel indigẽtiã: & ẽ bonũ perfectũ excludẽs ĩperfectionẽ, ſeu diminutionẽ, & ẽ bonũ vltimatũ excludẽs tẽdẽtiã, & ordinabilitatẽ ad aliud cõpleti᷑ bonũ, & ẽ bonũ, quo habito bene ẽ hẽti. 49. d. 4. q. 2. Y

Beatitudo ſimpliciter. Beatitudo ſimpliciter, eſt perfectio ſecũda immediatè cõiungẽs obiecto ſine extrinſeco perfectiuo nobiliſſimo. ib. A.

Beatitudo ſecundum quid. Beatitudo ſecundùm quid, eſt perfectio ſecunda coniungens obiecto minus nobili perfectiuo. ibidem.

Bonitas moralis. Bonitas moralis actus, eſt integritas omnium conditionum in actu, & circunſtantiarum, & hoc percipuè, vt illæ conditiones dictantur à recta ratione debere ineſſe actui. 17. diſti. primi. q. 2. & 3. aliter ſic.

Bonitas ... Bonitas moralis actus, eſt integritas omnium eorum, quę recta ratio operantis indicat debere ipſi actui conuenire, vel ipſi agenti in ſuo actu conuenire 18. q, q. C.

De litera. C.

Cauſa. per ſe. CAuſa per ſe, eſt quæ ſecundùm naturã propriam, & non ſecundùm aliquod ſibi accidens cauſat. Cauſa verò per accidens eſt ècõnuerſo. 2. diſti. primi. q. 3. I.

Charitas. Charitas eſt, qua habens eam habet Deum charum. 27 diſt. ſecundi. q. vnica. A. & 28. diſt. tertij. q. vnica. A.

Charitas virtus affectiua. Charitas, eſt virtus affectiua perficiens voluntatẽ inquantùm habet affectionẽ iuſtitię. 27. diſt tertij. q. vnica. infra. A.

Charitas eſt amicitia Dei, vt in ſe bonum.31.diſt.tertij. q. vnica. E. *Charitas.*

Clauis regni cœlorum, eſt poteſtas illa, quæ eſt in ſententiante, quæ eſt immediate: principium, vel inſtrumentum ſententiandi: quæ quidē ſnīa dicitur apertio.19.di. quarti A. *Clauis regni cœlorū.*

Cōcupiſcibile eſt illud, ꝗ eſt natū ex ſe eſſe conueniēs, vel diſcōueniens ità, ꝗ nullo alio poſito circa ipſum, niſi ſola apprehēſione facta, natus eſt ſequi actus delectādi, vel triſtādi, ſiuè proſequendi, vel fugiendi, quantùm eſt ex parte eius. 34.diſt. tertij F. *Concupiſcibile.*

Cognatio ſpiritualis legalis, eſt quoddam vinculum contractum ex diſpenſatiōe Sacramentorū, ſpecialiter baptiſmi, & confirmationis 42.diſt.quarti.q.1.A. *Cognatio ſpiritualis.*

Cognitio perfecta obiecti eſt illa, qua obiectū attingit ſub perfecta rōe ſuæ cognoſcibilitatis, & diſtincta.14.q.q.C *Cognitio perfecta.*

Cognitio imperfecta eſt illa, qua obiectum per accidens attingitur, vel tantū in aliquo cōceptu cōmuni, & cōfuſo.ib. *Cognitio imperfecta.*

Cognitio diſtincta immediata eſt, qua obiectum non mediante alio obiecto intelligitur per quod, vel in quo intelligatur: ità quòd hic excluditur medium cognitum, non autem medium cognoſcendi. ibidem. *Cognitio diſtincta.*

Cognitio obiecti in ſe eſt illa, quæ nata eſt haberi de obiecto ſecundùm quod eſt natum manifeſtare ſe intellectui proportionato. 3. q. prol. A. *Cognitio obiecti in ſe.*

Cognitio obiecti in nobis eſt illa, quæ nata eſt haberi in intellectu noſtro, de illo obiecto intellecto.ibidem. *Cognitio obiecti in nobis.*

Cognitio intuitiua eſt obiecti, vt obiectum eſt præſens in exiſtentia actuali, & hoc in ſe, vel in alio eminenter continente totam entitatem ipſius.2. diſ.primi q. 7. infra Ff. & 3. diſ. ſecundi q. 9.& 10.di.quarti q. 8.B. *Cognitio intuitiua.*

Cognitio ſecundùm ſpeciem eſt notitia illius rei, quæ cognoſcitur in ſe 50.diſ. quarti. q. 3.B. *Cognitio ſecūdùm ſpeciem.*

Cognitio abſtractiua, eſt notitia ipſius quidditatis ſ'm ꝗ abſtrahitur ab actuali exiſtentia, & non exiſtentia, ibidem. *Cognitio abſtractiua.*

Commutatio iconomica, eſt quandò commutans intendit rem accipere pro qua commutat: vt non mercetur ea, ſed, vt ea vtatur.15.diſ. quarti q.2.R. *Commutatio.*

Contractus, eſt tranſlatio non merè liberalis alicuius transferentis expectantis ſibi reddi aliquid æquiualens ei, ꝗ transfertur 15.diſ, quarti.q.2.infra R. *Cōtractus.*

Commutare quale quid in hoc aliquid eſt nihil alind, quàm ex vi illationis interpretari illud habere rationē huius alicuius, quod habet rationem qualis, cuius 2.di. primi q. 7. infra Ii. *Cōmutare quale quid.*

Conceptus ſimpliciter ſimplex. Conceptus ſimpliciter ſimplex eſt, qui non eſt reſolubilis in aliquos conceptus ſimplices, quorum quilibet poſſit concipi ſeorſum.

Creare. Creare, eſt aliquid de nihilo producere in effectu. 1. diſt. ſecundi q. 2. A.

Creatio. Creatio, eſt actio non concurrente alia cauſa alicuius generis, niſi tantùm primo efficiente, & primo fine. 2. diſt. ſecundi. q. 1. M.

Creatura. Creatura, eſt res ab alio creata poſſibilis, & finita. 1. q. q. A. actu ſimplici diſtinctè cognoſci. 2. diſt. primi q. 2. B. idem 3. diſt. primi q. 1. inf. R.

Conceptus vniuocus. Conceptus vniuocus eſt ille, qui ità eſt vnus, quòd eius vnitas ſufficit ad contradictionem affirmando, & negando ipſum de eodem. 3. diſ. primi q. 1. B.

Cõceptus ſimplex. Conceptus ſimplex, ſed non ſimpliciter ſimplex eſt, qui poteſt concipi ab intellectu actu ſimplicis intelligẽtiæ, licèt poſſit reſolui in plures conceptus ſeorſim conceptibiles, ibidem.

Cõfirmatio. Confirmatio, ſeu ſacramentum cõfirmationis eſt vnctio hominis viatoris aliqualiter conſentientis, vel libero arbitrio nunquàm vſi facta in fronte in figura Crucis cum Criſmate ſanctificato, & hoc à miniſtro idoneo ſimul cum intentione debita inungente, & verba certa proferente ſignificans efficaciter ex inſtitutione diuina vnctionem animæ per gratiam roborantem, ad confitendum cum conſtantia fidem Chriſti. 7 diſ. quarti q. 1. A.

Conſanguinitas. Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eadẽ perſona carnali propagatione deſcendentium 40. diſ. quarti quæſt. 1. A.

Compoſitio medij. Compoſitio medij ex extremis, eſt conuenientia quædam naturalis medij cum extremis, quæ non eſt extremi ad extremum: non ità, quòd media qualitas habeat extrema partes ſui 15. diſ. ſecundi quæſt. vnica. B.

Continere virtualiter. Continere primò virtualiter eſt ab alijs non dependere in continendo, ſed alia ab illo. 3. q. prol. infra B.

Contingenter cauſatum. Contingenter cauſatum, non eſt quodcunque non ſempiternum, vel non neceſſarium; ſed cuius oppoſitum poteſt fieri, quandò illud fit. 2. diſ primi. q. 2. infra. R.

Continuũ. Continuum eſt illud, cuius motus eſt vnus ſecundum ſe. 10. q. q. F.

Cõueniens aptitudinaliter. Conueniens aptitudinaliter eſt, quod conuenit alicui ex ſe, & quantùm eſt ex natura rei. 1. diſt. primi. q. 4. N.

Corruptibile potẽtia remota. Corruptibile potentia remota, eſt quod habet in ſe vndè poſſit dici corruptibile: non tamen poteſt exire in actum,

niſi prius fiat in potentia propinqua. 22. diſt. tertij, quæſt. vnica, B.

Corruptibile potentia propinqua, eſt quod habet materiam contractam pro eſſe exiſtentię, ibidem. *Corruptibele potentia propinqua.*

De litera D.

DEpendentia aptitudinalis eſt illa, quæ quantùm eſt de ſe ſemper eſſet in actu, niſi eſſet impedita: quomodo graue aptum natum eſt eſſe in centro, vbi ſemper eſſet quantùm eſt de ſe, niſi impediretur. 1. diſt. tertij q. 1. E. *Dependentia aptitudinalis.*

Dependentia potentialis eſt illa in qua nulla eſt impoſſibilitas ex repugnantia, vel incompoſſibilitate terminorum ibidem. *Dependentia potentialis.*

Dependentia naturæ ad verbum eſt dependentia naturæ, vt communicabilis perſonam propriam alterius naturę, vt terminantem eius dependentiam. 19. q. q. Cc. *Dependentia natura.*

Diſpenſatio eſt iuris reuocatio, vel iuris declaratio. 33. di. quarti. q. 1. C. *Dispenſatio.*

Diſtinctio realis actualis eſt differentia rerum, & in actu exiſtentium. 2. diſt. primi. q. 2. 7. Gg. *Diſtinctio.*

Dolor carnis eſt rantummodo offenſio animæ, ex carne, & quædam ab eius paſſione diſſenſio. 3. diſt. tertij quæſt. vnica. infra. A. & 44. di. quarti. q. 2. A. *Dolor carnis.*

Dolor animi: qui triſtitia dicitur: eſt animi diſſenſio ab his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt, ibidem & 14. diſt. quarti. q. 1. infra. O. *Dolor animi.*

Dos claritatis in beatis eſt refulgentia lucis, & non tantùm coloris vltra perfectionem ſuæ complexionis 49. diſt. quarti. q. 15. B. *Dos claritatis.*

Ducere eſt dominari ſuæ actioni: duci vero eſt non dominari, & ideò bruta ducuntur 17. diſt. primi. quæſt. 2. infra. T. *Ducere.*

De litera E.

EFfectus in maiori parte eſt ille, qui habet cauſam determinatam ad ſuum euentum, quæ vt in pluribus producit effectum 2. diſt. primi q. 7. S. *Effectus maiori parte.*

Effectus rarò eueniens eſt, qui non habet certam cauſam determinatam ad ſuum euentum, ſed tantùm prouenit ab aliqua cauſa ordinata ad alium effectum, impedita tamē ab illo effectu ad quem ordinatur: & tamen ex tali impeditione prouenit iſtud rarò. ibidem. *Effectus raro eueniés.*

Electio propriè dicta eſt volitio efficax obiecti, quæ eſt *Electio.*

ad inquirendum medium: per quod obiectum poſſit attingi.6.diſt.ſecundi q. 1. infra D.

Ens reale. Ens reale, quod diſtinguitur cōtra ens rationis eſt illud, quod habet eſſe, circunſcripto omni opere intellectus, vt intellectus eſt, 8.diſ. primi q. 4. infra F.

Ens infinitum. Ens infinitum eſt, quod excedit quodcunque ens finitum non ſecundùm aliquam determinatam proportionem, ſed vltrà omnem proportionem determinatam, vel determinabilem 5. q.q. B.

Ens in potentia obiectiua. Ens in potentia obiectiua eſt illud; quod ab agente poſt eius non eſſe extrahitur ad actum 12. diſ. ſecundi q. 1. B.

Ens in potētia ſubiectiua. Ens in potentia ſubiectiua eſt illud, quod extrahitur de potentia materiæ præexiſtentis ab agente ibidem.

Epiciclus. Epiciclus eſt paruus orbis in determinata parte orbium circundantium terram ſituatus: non autem circundans terram 14.diſ. ſecundi q. 2. D.

Eſſe ante. Eſſe ante omnem actum intellectus eſt, quādò aliquid eſt: ſi nullus intellectus conſideraret. 2. diſt. primi q. 7. Ff.

Æternitas. Æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. 6. q.q. R.

Euchariſtia Euchariſtia eſt Sacramentum corporis Chriſti, & ſanguinis veraciter contenti ſub ſpeciebus panis, & vini poſt conſecrationem factam à Sacerdote, ſub verbis certis cum debita intentione prolatis, ex inſtutione diuina: veraciter ſignificans corpus Chriſti, & ſanguinem ſub eis realitèr contineri 8.diſ.quarti q. 1. A.

Excommunicatio. Excommunicatio ſimpliciter, quæ ſola eſt maior, eſt alicuius excluſio à communione fidelium, non quidem excluſio corporalis, quę fit in incarceratione, vel excluſione ab alijs: ſed excludendo per prohibitionem, nè communicet cum alijs: neque alij cum ipſo. 19 di. quarti. q. 1. infra L.

De litera F.

Fama. Fama, eſt ſtatus illeſæ dignitatis quantùm ad vitam, & mores. 25. diſt. quarti q. 1. C.

Fides. Fides, eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium 31. diſt. tertij. q. vnica. A.

Fictus. Fictus eſt ille, qui aliud prætendit exterius, & aliud interius habet. 4. diſtin. quarti. q. 5. A.

Filiatio propriè dicta. Filiatio propriè dicta, eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali. 8. di. tertij. q. vnica. C.

Filiatio cōmuniter. Filiatio communiter dicta, eſt habitudo producti na-

turaliter ſimilis producenti in natura intellectuali, vel ſenſitiua. ibidem.

Filius adoptiuus eſt, qui nõ eſt naturaliter genitus ab aliquo: nec habens ex naturali generatione ius ſuccedendi in hæreditate: ſed ex gratia præordinatur, vt habeat ius ſuccedendi. 10 diſt. tertij. q. vnica. A. *Filius.*

Formaliter includere, eſt includere aliquid in ratione ſua eſſentiali, ità quòd ſi diffinitio includentis aſſignaretur incluſum, eſſet diffinitio, vel pars diffinitionis. 8. diſt. primi. q. 4. R. *Formaliter.*

Forma naturalis eſt illa, quæ ex natura ſua neceſſariò inclinatur ad materiam, vt ſit actus eius, ſiuè ſit ſubſtantialis, ſiuè ſit accidentalis. 1. diſtin. quarti. q. 1. Hh. *Forma.*

Fortuna eſt cauſa per accidens eorum, quæ eueniunt in minori parte actione agentis à propoſito. 21. q. q. B. *Fortuna.*

Forus in Eccleſia ſecretiſſimus eſt ille, in quo idem eſt accuſator, & reus 19. diſt. quarti. q. 1. R. *Forus in Eccleſia.*

Fruitio ordinata eſt illa, quæ nata eſt eſſe recta: quandò ſcilicèt ordinatur ſecundùm circunſtãtias debitas. 1. diſtinct. primi. q. 1. A. *Fruitio ordinata.*

Fruitio in communi eſt, quæ habet illas circunſtantias, ſiuè nõn habeat. ibidem. *Fruitio in communi.*

Fruitio eſt actus perfectus voluntatis volentis bonum propter ſe. ibidem. q. 3. infra. A. *Fruitio eſt actus perfectus.*

De litera G.

GRadus conſanguinitatis, eſt determinata propinquitas perſonæ ad perſonam ſecundùm cõſanguinitatem. 40. diſtinct. quarti. q. 1. infra. A. *Gradus.*

Gratia eſt propter quam, Deus acceptat habens, vt dignum beatitudine dignitate quæ, eſt in correſpondentia meriti ad primum. 27. di. ſecundi. q. vnica. A. *Gratia.*

Genitum propriè eſt illud, quod per generationem producitur, vt primus terminus: ſed extendendo: genitum eſt quodcunque per generationem communicatum, tanquàm terminus formalis generationis. 28. diſt. primi. q. 1. B. *Genitum.*

De litera. H.

HAbitus eſt, quo quis poteſt vti, cùm voluerit. 42. diſt. ſecundi. q. 1. prope. B. *Habitus.*

Habere ſimpliciter eſſe eſt entis, cui primò conuenit eſſe ſic, quod non ſit alicui alteri ratio eſſendi illo eſſe. 9. q. q. infra. I. *Habere.*

De litera. I.

Idea. IDea eſt ratio eterna in mente diuina ſecundùm quam aliaquid eſt formabile extra: vt ſecundùm propriam rationem eius. 35 di. primi. q. vnica. I.

Identitas formalis. Identitas formalis eſt, quandò illud, quod ſic eſt idē includit illud, cui ſic eſt idem in primo modo dicendi per ſe. 2. di. primi. q. 7. j Hh.

Illuminatio. Illuminatio in angelo eſt quædam locutio de vero perfectiua intellectua in actu ſecundo 9. diſt. ſecundi. q. 2. R.

Intellectio abſoluta. Intellectio abſoluta eſt cognitio alicuius obiecti ſimplicis cōtenti ſub obiecto intellectus, 6. di. ſecundi. q. 1. E.

Intellectio cōparatiua. Intellectio comparatiua eſt cognitio alicuius obiecti qualitercumque comparati, ſiuè ad poſſibile, ſiuè ad impoſſibile. ibidem.

Infamia. Infamia eſt, ſtatus leſæ dignitatis, quantùm, ad vitam, & mores. 25. diſtinc. quarti. q. 1. C.

Infinitum. Infinitum eſt cuius quantitatem accipientibus id eſt quantumcunque accipientibus, ſemper reſtat aliquid accipere. 5. q. q. A.

Infinitū in entitate. Infinitum in entitate eſt illud, cui nihil entitatis deeſt: eo modo, quo poſſibile eſt illud haberi in aliquo vno. 5. q. q. B.

Infinitum. Infinitum eſt illud, quod aliquòd finitum datum ſecundùm nullam habitudinem finitam præciſè excedit, ſed vltra omnem aſſignabilem habitudinem illud excedit. 2. di. primi q. 2. infra. B.

Imputabile. Imputabile eſt illud, quod eſt in libera poteſtate agentis. 18. q. M.

Intendere. Intendere eſt in aliud tendere. 38. diſt. ſecundi. A.

Intendere actualiter. Intendere actualiter eſt, quandò quis habet actum elicitum reſpectu eius, quod intendit. 6. di. quarti. q. 6. A.

Intendere habitual. Intendere habitualiter, eſt quando quis habet habitum inclinantem ipſum ad talem actum. ibidem.

Intendere virtualiter. Intendere virtualr eſt quando quis virtute alicuius intētionis prius habitę actualiter facit omnia, quæ facit ex illa tanquam ex radice, ità q̃ illa intētio actualis fuit principium ordinatum ad omnes iſtos actus: & habet in ſe virtualiter intentionem propriam cuilibet iſtorum actuum. ibidem.

Intentio. Intentio eſt illud, in quod non ſolum tendit ſenſus, ſed eſt ratio tendendi in alterum, cuius eſt propria ſimilitudo. 13. diſtinctione ſecundi. q. 1. C.

Interdictū. Interdictum eſt arctatio à quibuſdam actibus eccleſiaſticis exercendis, vel ab aſſiſtendo quibuſdam talibus. 25. diſt.

quarti. q.1.B.

Inuoluntarium ſimpliciter eſt,illud contra quod voluntas ſimpliciter remurmurat.14.di.quarti.q.1. O. *Inuoluntarium.*

Iraſci,eſt appetere vindictam ſecundùm rationem apparentem propter apparentem paruipenſionē.34.di.tertij F. *Iraſci.*

Iudicium propriè ſumptum, eſt completa, & autentica determinatio reddendi alicui ſecundùm merita ſua. 47. diſt. quarti.q. 1.C.& 47.diſt.eiuſdem.q.1.A. *Iudicium propriè ſumptum.*

Iudicium communiter ſumptum eſt certa apprehenſio de aliquo per aliud ibidem.j.A. Aliter ſic. *Iudicium cōmuniter ſumptum.*

Iudicium, eſt completa determinatio eius,quod reddendum eſt alicui pro meritis: quæquidē determinatio includit perfectum dictamen rationis de hoc,& perfectum velle voluntatis non qualecunque, ſed efficax.48.diſt. quarti.q. 1.B. *Iudicium.*

Iuramentum eſt aſſertio dicti humani, quòd ipſum ſit verum,& hoc vltimatè. 39.di tertij.q.vnica.A. *Iuramentum.*

Iuramentum aſſertorium, eſt quo obligatur iurans ad dicendum verum,ex quo talem teſtem inducit ad aſſertionem dicti ſui ibidem.infra.I. *Iuramentū aſſertorium*

Iuramentum promiſſorium eſt,quinta quis obligatur, vt illud verum eſſe faciat.ibidem. *Iuramentū promiſſorium.*

Iuramentum incautum eſt aliquando, quando.ſ. tranſit ſuper aliquā materiā, quę de ſe eſſet licita,ſed nō eſt materia iuramenti licita ſicut abiurando opera perfectionis.ibid.N. *Iuramentū incautum.*

Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata,46.diſt. quarti.q.s.A. *Iuſtitia.*

De litera. L.

Linea conſanguinitatis eſt ordo perſonarū conſanguinitate coniunctarum. 40.diſt.quarti.q.1.A. *Linea cōſanguinitatis.*

Linea conſanguinitatis deſcendens,eſt à perſona propagante ad propagatas.ibidem. *Linea conſang.*

Linea aſcendens eſt,quæ à propagato ad propagantes procedit a quibus deſcendit.ibidem. *Linea aſc.*

Linea tranſuerſalis eſt quandò ambæ perſonę deſcendunt ab eadem perſona,& neutra ab altera.ibidem. *Linea trāſuerſalis.*

Locus eſt vltimum corporis continentis immobile primū.2.diſt.ſecundi.q.6.B. *Locus.*

De litera. M.

Matrimonium eſt vinculū indiſſolubile inter marem, & fœminam ex mutua tranſlatione poteſtatis corporum ſuorum in ſe inuicem facta ad procreandam prolem,& debitè educandam.26.diſt quarti.q.1. P. *Matrimonium.*

Mendaciũ pernicioſũ. Mendacium pernicioſum eſt illud, quod ex ſe eſt nocinum, vel nocet cui mentior: vel de quo mentior. 38. d. tertij. q. vnica. B.

Mendaciũ officioſum Mendacium officioſum eſt, quod nulli nocet, & alicui eſt vtile. ibidẽ. j. C.

Mendaciũ iocoſum. Mendacium icoſum eſt, qñ aliquis iocando intendit decipere ità, quod deceptus verè decipitur, nõ tamen in aliquo in quo ſibi magnum nocumentũ inferatur. ibidem.

Menſurare, eſt quantitatem ignotam per quantitatem magis notam certificare. 2. diſt. ſecundi, q. 2. G. & 13. q, q. N.

Menſurari actualiter. Menſurari actualiter eſt actualiter ab aliquo dependere in cognoſci 13. q. q. infra. N.

Meritum Meritum, eſt aliquid acceptatum, vel acceptandum in alio pro quo ab acceptante eſt aliquid retribuendũ illi, in quo eſt quaſi debitum illi pro illo merito: vel alteri pro quo meruit. 18. diſt. tertij. q. vnica. A.

Miraculũ. Miraculũ eſt quicquid arduũ, aut inſolitum ſupra ſpem, vel facultatem mirantis apparet. 2. q. prol. C.

Miſericordia in nobis. Miſericordia in nobis eſt habitus, vel qualitercũq; dicatur forma, qua nolumus miſeriã alterius. 46. diſt. quarti. q. 2. A.

Miſeria cõpleta. Miſeria completa eſt indigentia firmata: & carentia perfectionis ſecundæ, & excluſio boni ꝙ pp ſe amaretur: ſi haberet, & tandẽ miſero cõpletè malè eſt. 49. diſt. quarti. q. 2. Y

Modeſtus Modeſtus eſt ille, qui modum debitum tenet in agendo. 34. diſt. tertij. q. vnica. infra P.

Munditia Munditia cordis eſt immunitas voluntatis ab omni inordinata affectione, vel delectatione, tã ratione ſui, quàm ratione appetituũ ſenſitiuorũ, quib' cõiũgitur. 34. diſt. tertij. q. v. j. M.

De litera. N.

Natura. Natura, eſt principium motus, & quietis eius, in quo eſt per ſe, & non ſecũdùm accidens. 2. diſt. ſecundi, quæ. 10, infra F.

Neceſſariũ ſimpliciter. Neceſſariũ ſimpliciter, eſt illud, cuius oppoſitũ ſimpliciter includit contradictionem. 12. diſt. quarti. q. 1 E.

Nihil. Nihil propriè dicitur illud, quod includit contradictionem. 3. qq. A.

Nolle. Nolle eſt actus poſitiuus voluntatis, quo fugit diſcõnueniens, ſeu reſilit ab obiecto diſconueniente. 6. diſt. ſecundi. q, 2. A.

Nolitio efficax. Nolitio efficax eſt illa, qua non tamen nollens impedit aliquid eſſe. ſed ſi poſſit omninò deſtruit illud. 46. diſtin.

Nolitio remiſſa. Nolitio remiſſa eſt, quà ità diſpicet nolitum: quòd non

prohibet illud eſſe licèt poſſit ibidem.

Notitia habitualis eſt, quando obiectũ ſic eſt præſens intellectui in rõne intelligibilis actu, vt intellectus ſtatim poſſit habere actum elicitum circa illud obiectum. 3. diſt. primi. q. 2. Q. *Notitia habitualis.*

Notitia virtualis eſt, quando aliquid intelligitur in aliquo, vt pars intellectiui primi: non autẽ, vt primum intellectum, ſiue vt totale terminans intellectionem. ibidem. *Notitia virtualis.*

Notum habitualiter eſt illud, cuius eſt actus primus ſufficienter oſtenſiuus. 14. diſt. tertij. q. 2. O. *Notum habitualiter.*

De litera. O.

Obiectum primum primitate adæquationis eſt illud, quod potentiam non excedit, neque à potentia exceditur. 5. q. q. R. *Obiectũ primitate adæquationis.*

Obiectũ primum primitate virtutis, eſt illud virtute cuius omne aliud intelligitur, vel cognoſcitur à tali potentia ibid. *Obiectum primũ primitate virtutis.*

Obiectum primum primitate perfectionis eſt illud, quod in ſe continet tanquã in ſummo perfectionẽ omnium obiectorum, & virtutem perficiendi potentiam. ibidem, *Obiectũ primitate perfectionis.*

Obiectum beatificum eſt illud, in quo ſummè perficitur, & quietatur, & ſatiatur intellectus, & voluntas. ibidem. *Obiectum beatificum.*

Obiectum primum actus eſt illud, totum ad quod terminatur actus: & obiectum per ſe eſt, quod includitur per ſe vnitiuè in obiecto primo terminante. 1. diſt. prim. q. q. infrà. B. *Obiectum primum.*

Omnipotentia eſt actiua potentia creatoris reſpectu cuiuſcunque creabilis 7. q. q. infrà. B. *Omnipotentia.*

Ordinatio eſt inſtitutio alicui⁹ in gradu Eccleſiæ præeminente, cui conuenit aliquod miniſterium circa Euchariſtiam exhibendam facta à miniſtro idoneo certa verba proferẽte, & ſimul cum intentione debita miniſterium gradus illius aliquo ſigno viſibili repræſentãs ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans gratiam præeminentem, qua ordinatus dignè aliquid miniſterium exequatur. 24 diſt. quarti. q. 1. B. *Ordinatio.*

Ordo, eſt parium, diſpariumque rerum vnicuique ſua loca tribuens congrua diſpoſitio. 24. diſt. quarti. q. 1. A. *Ordo.*

Ordo ſacer, eſt gradus eminens in Eccleſia diſponens de congruo ad actum aliquem ad conſecrationem, vel Euchariſtiæ diſpenſationem pertinentem. ibidem. B. aliter & communius ſic. *Ordo ſacer.*

Ordo eſt gradus eminens in Eccleſia diſponens ad aliquẽ actum ſacramentalem exequendum. ibidem. *Ordo.*

De litera. P.

Pax. PAx, eſt ſecuritas habendi obiectum ſine repugnantia. 34. diſt. tertij. q. vnica. B.

Pœna canonica. Pœna canonica eſt aliqua prohibitio actus exercendi, vel gradus recipiendi, qui alias competeret non prohibito. 13. quarti. q. 2. E. aliter ſic.

Pœna. Pœna canonica, eſt pœna inflicta per Canones prohibens vel arcens punitum ab aliquo gradu eccleſiaſtico : qui alias ſibi liceret. 25. diſ. quarti. q. 1. A.

Pœna formaliter. Pœna formaliter, eſt carentia boni connenientis voluntati. & volenti. 37. diſt ſecundi. q. vnica, Ce.

Peccatum mortale. Peccatum mortale, eſt deordinatio oppoſita ordinationi ſine qua finis non poteſt ſequi aliquo modo. 21. diſt. ſecundi, q. vnica. B. & 37. diſt. eiuſdem q. vnica. B. & idem aliter. j B. & aliter. 43. diſt. eiuſdem. q. 1. A.

Peccatum originale. Peccatum originale eſt formaľr carẽtia iuſtitię originalis debitæ: & non qualitercunq; debitæ: ſed debitæ, quia acceptæ in primo parente & in ipſo amiſſæ. 32. d. ſcdi. q. vnica. j. B.

Perfectio formalis. Perfectio formalis eſt illa quæ in quo libet ente melius eſt eſſe quem non eſſe 1. diſt. primi. q. 2. R. & aliter ſic.

Perfectio ſimpliciter Perfectio ſimpliciter eſt melius quocumq; ſibi incompoſſibili in quolibet ſuppoſito abſolutè conſiderato. 2. diſt. primi. q. 7. infra. Dd.

Permiſſio. Permiſſio propriè dicta, in nobis eſt nolitio remiſſa alicuius mali, quod ſcitur eſſe malũ. 47. diſt. primi. q. 1. B.

Periuriũ. Periurium doloſum eſt, quandò quis iurans aliquid ſe eſſe facturum, in ipſo actu iurandi intendit oppoſitum, & non intendit ſe obligare ad illud, quod iuratur 39. diſt. tertij. q. vnica. R.

Perſona. Perſona eſt intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia. 23. diſt. primi. j. B.

Praxis. Praxis ad quam cognitio practica extenditur eſt, actus alterius potentiæ quàm intellectus naturaliter poſterior intellectione natus elici cõformiter rationi rectæ, ad hoc quod ſit rectus. 4: q. prol. A.

Prædeſtinatio. Prædeſtinatio propriẹ ſumpta eſt actus diuinę voluntatis eligentis, & ordinantis rationalem creaturam ad gratiam, & gloriam. 40. diſt primi. A. & 7. diſt. tertij. q. 3. A.

Poſſibile logicum. Poſſibile logicum, eſt modus compoſitionis formatæ ab intellectu illius quidem, cuius termini non includunt contradictionem. 2. di. primi. q. 7. I. & 20. diſt. eiuſdem. q. vnica. B. & 39. diſt. eiuſdem. B.

Poſſibile

Poſſibile reale eſt, quod accipit ab aliqua potentia in re‑ ſicut à potentia inhærente alicui, vel terminata ad illud, ſicut ad terminum. ibidem. *Poſſibile reale.*

Poſſibile eſt illud, cuius contrarium non eſt de neceſſitate verum. 7. diſt. primi. q. vnica. L. *Poſſibile.*

Potentia ordinata eſt illa, quæ eſt principium exequendi aliqua conformiter legi rectæ ſecundùm ordinem preſixum ab illa lege ſed potentia abſoluta eſt quando eſt principium exequendi aliqua ſupra illam legem, vel contrà illam. 44. diſtin. primi. q. vnica. A. & 7. diſtin. ſecundi. q. vnica. infra. L. *Potentia ordinata.*

Potentia eſſentialis eſt, quando ad hoc, quod exeat in actũ neceſſariò perexigitur aliqua forma per quam exeat in actum. 3. diſtin. primi. q. 6. Q. *Potentia eſſentialis.*

Proles perfecta memoriæ, eſt actualis notitia tanta illius obiecti, quãta poteſt cõpetere tali intellectui reſpectu talis obiecti, & tunc illa notitia dicitur adæquata intellectui reſpectu talis obiecti. 2. diſt primi. q. 7. C. *Proles.*

Proportio geometrica eſt, qua continens excedit contentũ in aliquo certo gradu finito. 49. diſtinct. quarti- q. 11. C. *Proportio geometrica.*

Propoſitio per ſe nota eſt, quæ ex terminis proprijs, qui ſunt aliquid eius, vt ſunt eius, habet veritatem euidentem, & non propter aliquid aliud extra terminos proprios habet euidentiam ſecundi. diſt. primi. q. 2. A. *Propoſitio per ſe.*

Proprietarius dicitur ille, qui in habendo rem nullo non dependet ab alio: ſed vſuarius eſt ille qui in vtendo re dependet ab alio. 12. diſt. primi. q. 2. infra B. *Proprietarius.*

Proximus eſt ille, cuius amicitia eſt grata dilecto, vt ſ ab eo diligatur B. diſt. tertij. q. vnica, F. *Proximus*

Pulueres mortuorum dicuntur quicunque corpora in quibus eſt vltimatæ facta reſolutio. 43. diſt. quarti. q. 5. N. *Pulueres mortuorũ.*

Punitio, eſt preceptibilis carentia boni conuenientis in natura intellectuali vel preceptibilis preſentia mali diſconuenientis in eadem. 46 diſt. quarti. q. 4. A. *Punitio.*

Pænitere eſt vindicare peccatum à ſe commiſſum. 14. diſt. quarti. q. 1. S. *Pænitere.*

Pęnitere, eſt deteſtari vel odire peccatũ à ſe commiſſum. ibidem, infra S. *Pænitere.*

Pænitere, eſt pænam inflictam pro peccato ſuo cõmiſſo gratanter acceptare. ibidem. infra. T. *Pænitere.*

Pænitere, eſt pænam inflictam pro peccato ſuo patienter ſufferre. ibidem. *Pænitere.*

Pænitentia, eſt abſolutio hominis pænitentis facta certis verbis cum debita intẽtione prolatis à ſacerdote iuriſdictio *Pænitentia*

nem habente ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificantibus abſolutionem animæ a peccato. 14. diſtinctio. quarti.q.4.A.

De litera, R.

Radius rectus. Radius rectus, eſt qui diffunditur à corpore luminoſo in medio eiuſdem diaphaneitatis quantùm durat virtus corporis luminoſi, 13.diſt.ſecundi.B.

Radius reflexus. Radius reflexus, eſt qui occurrente opaco antequam terminetur virtus actiua luminoſi, diffunditur in partem oppoſitam non ex electione: ſed quia naturale agens, cuius virtus actiua non totaliter eſt exhauſta in directum agit quantum poteſt, & quod non poteſt in directum agit in obliquum. ibidem.

Radius fractus. Radius fractus eſt, qui occurrente medio alterius diaphaneitatis, non tamen omninò opaco multiplicatur in illo medio, ſed non ſecundù lineà rectã, ſed incidit ibi angul' ibid.

Ratio obiecti Ratio obiecti eſt forma ſecundùm quam obiectum eſt motiuum illius potentiæ, 3.diſt.primi.q.3. E.

Ratio ſeminalis. Ratio ſeminalis, eſt forma ſubſtantialis ſeminis inquantùm ſemen eſt, vel qualitas neceſſariò conſequens formam ſubſtantialem ſeminis.18.diſtin.ſecundi.q.vnica.G.

Ratio in ſe falſa. Ratio in ſe falſa eſt, quæ habet partes contradictionis repugnantiam includentes.14.q.q infra. E.

Recedere. Recedere primò à nõ eſſe, eſt habere aliquã entitatẽ extra intellectum, & extra potentiam ſuæ cauſæ. 9.q.q.L.

Recordatio Recordatio eſt cognitio, ſeu cogitatio actus alicuius præteriti ipſius recordantis .45.diſt.quarti.q.3 C.

Repugnãtia. Repugnantia formalis, eſt oppoſitio illorum, quæ ſecundùm ſuos effectus repugnant, & oppobnuntur: vt album & nix.49.diſt.quarti.q.16.A.

Reſurrectio Reſurrectio eſt ſecunda eius, quod cecidit, & diſſolutum eſt ſurrectio.43 diſtin.quarti.q.3 A.

Reſpectus intrinſecus. Reſpectus intrinſecus adueniens, eſt ille, qui neceſſariò conſequitur ambo extrema in actu poſita.13.diſt.quarti q. 1. C.& 11.q.q R.

Reſpectus extrinſecus Reſpectus extrinſecus adueniens eſt, qui non neceſſariò ſequitur extrema ſimul actu poſita.ibidem.

De litera, S.

Sacramẽtũ Sacramentũ eſt ſignum ſenſibile, gratiam dei, vel effectũ dei gratuitũ ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans ordinatũ ad ſalutem hominis viatoris.diſt.quarti.q.2.M.

Sacramẽtũ matrim oij. Sacramentum matrimonij eſt expreſſio certorũ verborũ

matis,& fœminæ ad ſe inuicē ſignantium traditionē mutuæ poteſtatis corporum ad prolē debitè procreandam, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans gratiam conferendam mutuo contrahentibus ad coniunctionem mutuam animorum gratioſam.26.diſt.quarti.q.1.P.

Sacramētū nouæ legis. Sacramentum nouæ legis,eſt ſignum gratiæ collatæ in eo,qui recipit ſacramentum. 8.diſt.quarti.q.1. E.

Satisfactio. Satisfactio eſt voluntaria redditio æquiualentis,alias indebiti.15.diſt.quarti.q.1. infrà. A.

Satisfactio. Satisfactio eſt operatio exterior, laborioſa,vel pœnalis voluntariè aſſumpta ad puniendum peccatum commiſſum à ſe : & hoc ad placandum diuinam offenſam. ibidem.L.

Semen. Semen eſt corpus imperfectum, cuius forma non eſt intenta propter ſe, ſed propter aliud, ſ. vt ex illo aliquid generetur ſimile generanti.18.diſt.ſecundi.q.vnica. F.

Species intelligibilis. Species intelligibilis eſt forma impreſſa intellectui repræſentans obiectum præcedens in potentia intellectiua actum intelligendi.3. diſt.primi. q. 6. infrà. M.

Senſibile in potentia remota. Senſibile in potentia remota eſt illud, quod habet formam ſufficientem, non tamen ſub modo conuenienti ſub quo oportet eam haberi ad hoc, vt ſentiatur 12.diſt.quarti. q. 2. B.

Senſibile in potentia propinqua. Senſibile in potentia propinqua eſt illud,quod habet formam ſub modo conuenienti, vt ſtatim ceſſanti impedimento poſſit ſequi actus. ibidem.

Status. Status eſt ſtabilis permanentia legibus diuinæ ſapientiæ firmata.3.diſt.primi.q. 3. G.

Stipes in cōſāguinitate. Stipes in conſanguinitate eſt perſona, à qua plures carnali propagatione deſcendunt.40.diſt. quarti. q. 1. A.

Suſpenſio. Suſpenſio eſt prohibitio ab aliquo alias conueniente,& hoc ad tempus 25. diſt. quarti. q. 1. H.

Scientia. Scientia eſt cognitio certa de cognito neceſſario cauſata, à cauſa euidente intellectui applicata ad cognitū per diſcurſum Syllogiſticum. 4. q. laterali.prol. A.

Subiectum primum ſcientiæ. Subiectum primum ſcientiæ eſt illud,quod eſt primò virtualiter continens omnes veritates illius habitus, cuius eſt ſubiectum. 3. q. prol. B.

Subiectum primum primæ veritatis contingentis. Subiectum primum primę veritatis contingentis eſt illud,quod viſum: vt talem:natum eſt primo videri coniungi cum illo prædicato.3. q. prol. infrà. N.

De litera T.

Trāſubſtātiatio. TRanſubſtantiatio eſt tranſitio totalis ſubſtantiæ in ſubſtantiam. 11. diſt. quarti. q. 1. A.

Tranſlatio rei. Tranſlatio rei ſecūdum actum merè liberalem, eſt quandò transferens nullā expectat redditionem. 1. 5. diſt. quarti. q. 2. I.

Tranſlatio Tranſlatio rei ſ. actū liberalē ſecundùm quid eſt quandò, transferans pro eo, quod transfert expectat aliquid ſibi reddi. ibidem.

Theologia in ſe. Theologia in ſe eſt talis cognitio, qualē natum eſt facere obiectum Theologicum in intellectu ſibi proportionato. 3. q. prol. infrà. A.

Theologia in nobis. Theologia in nobis eſt talis cognitio qualem intellectus noſter natus eſt habere de illo obiecto. ibidem.

De litera. V.

Velle. VElle eſt actus volūtatis acceptātis aliquod obiectū conueniens. 9. diſ. ſecundi. q. 2. A.

Velle efficax Velle efficax eſt illud, quod non tamen complacet eſſe voliti voluntati: ſed ſi poſſet ſtatim ponere volitum in eſſe ſtatim poneret. 47. diſt, primi. q. vnica. A.

Velle remiſſum. Velle remiſſum eſt, quando placet volitum, non tamē voluntas: illud ponit in eſſe, licèt poſſet illud ponere. ibidem.

Velle voluntate. Velle voluntate beneplaciti Dei eſt vltima determinatio quæ pōt poni ex parte voluntatis ipſius omnipotentis volentis ponere effectum in eſſe 46. diſ. primi q. vnica. A.

Verbum Verbum eſt actus intelligentiæ productus à memoria perfecta, non habens eſſe ſine actuali intellectione repñtans verbum diuinum. 27. diſ, primi. q. primi. q. 1. E.

Vermis. Vermis peccatoris eſt remorſus de peccato commiſſo. 7. diſt. ſecundi. q. vnica. infra P.

Veſtigium. Veſtigium eſt ſimilitudo partis animalis ab ipſo impreſſa, in aliquod ſibi cedens. 3. diſt. primi. g. 5. A.

Violentum Violentum eſt illud cuius princi pium eſt ab extra non conferente vim paſſo 29. d. quarti. q. 1. B. & 43. d. q. 11. q. 5. C,

Vniuocatio. Vniuocatio completa eſt, quādò ſimilitudo in forma, & in modo eſſendi formæ, ſed vniuocatio diminuta eſt quandò eſt ſimilitudo in forma: licèt habeat alium modum eſſendi: veluti domus exra eſt à domo in mente. 5. q. prol infra. Gg.

Vniuocum Vniuocum eſt, cuius ratio eſt in ſe vna, ſine illa ratio ſit rō ſubiecti ſiue denominet ſubiectum, ſiuè per accidens dicatur de ſubiecto. 8. diſ. primi. q. 2. P.

Vniuocum prædicatum Vniuocū prædicatum eſt illud, cuius cōceptus eſt in ſe vnꝰ. 7. diſt. tertij. q. 1. C.

Vniuocè prędicari eſt, quandò ratio prędicati per ſe includitur in ratione ſubiecti. ibidem. *Vniuocè.*

Vniuerſalius perfectione eſt illud, cuius perfectio eſt maior in ſe, & eſt perfectionum plurium contentiuum. 1. diſt. quarti.q.1.E. *Vniuerſalius.*

Verum per ſe notum eſt illud, quod ex rationibus terminorum eſt per ſe notum.7.q.q..T. *Verum.*

Vnctio extrema, eſt vnctio hominis infirmi pęnitentis facta in determinatis partibus corporis cum oleo conſecrato ab epiſcopo, miniſtrata à ſacerdote ſimul verba certa cũ intentione debita proferente: ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans curationem finalem peccatorum venialiũ. 24.diſt.quarti.q.1.B. *Vnctio.*

Virtus eſt habilitas ex actibus frequenter elicitis generata inclinans ad ſimiles actus.33.diſt in.tertij.q.vnica.B. *Virtus eſt habilitas.*

Virtus eſt habitus electiuus immediatè exiſtẽs quo ad nos determinata ratione, & vt vtique, ſapiens determinabit. 36. diſt.tertij.infra. A. *Virtus eſt habitus.*

Volendum propter ſe, eſt illud, cui repugnat ex natura eius, quod ſit propter quid aliud volendũ.49.diſt.quarti.q.2.R. *Volendum.*

Volitio abſoluta, eſt illa, quę eſt alicuius obiecti ſimplicis cõterti ſuo obiecto primo volibili.6.diſt.ſecũdi.q.1.infra. E. *Volitio abſoluta.*

Volitio cõparatiua eſt illa quæ eſt reſpectu cuiuſcunque cõparati ſiuè poſſibilis, ſiuè impoſſibilis. ibidem. *Volitio cõparatiua.*

Votum ſolenne eſt illud, quod fit interueniente aliqua ſolennitate: videlicet per ſuceptionem ſacri ordinis.38.d. quarti.q.1.A. *Votum ſolenne.*

Votum perſumptũ, eſt quando quis recipit habitum profeſſorum vbi eſt diſtinctio inter habitum profeſſorum, & nouitiorum, & eſt quandò vltra annum moratur in monaſterio abſque proteſtatione de non profitendo. ibidem. B. *Votum preſumptum.*

Volitio ſimplex, eſt quædam cõplacentia obiecti voluntatis.33.diſt.tertij.L. *Volitio ſimplex.*

Volitio efficax, eſt qua volens proſequitur ad habendum volitum ſi non impediatur. ibidem. *Volitio efficax.*

Vſus eſt actus imperfectus voluntaris volentis bonum propter aliud. 1. diſt. primi. q.3. infrà. A. *Vſus.*

Vti eſt obiectum volitum ordinare ad alia, vt ad finem. 17.q.q.infrà. B. *Vti.*

DOCTOR ILLVMINATVS,
R. P. F. FRANCISCVS
Maronius, Ordinis Minorum Prouinciæ S. Ludouici, De Explanatione Terminorum Theologalium.

De Diuinis Nominibus. CAP. I.

VT nouiter facultatem Theologicam accidentes, claram de Nominibus, quæ de Deo dicuntur, habeant, notitiam, pro eorum faciliori declaratione, hæc ſunt tractanda.

Primò, enim tractabit' de diuinis Nõinibus.
Secundò, de eorum ſufficienti diuiſione.
Tertiò, de eorum ſignificatione.
Quartò, de ipſorum terminorum modo ſupponendi.
Quintò, de eorum ſyllogiſatione.

Diuinorum nominum, quedã propria, & quedã trãſlatiua. Nominum alia diuiſio. Nominum triplex differentia. Nominũ dictorũ de Deo triplex differentia. Eſſentialia nõina que. Nomĩa notiõalia que. Nõina perſonalia in duplici ſunt differentia. Communia nõina que. Spirator præciſè competit Patri,

Quantùm ad primum, eſt primò ſciendùm de diuiſione nominum: & ideò notandum eſt, quòd diuinorum nominum, quædam ſunt propria, & quædam tranſlatiua: ſiuè per ſimilitudinem dicta. Exemplum primi, vt Deus, Trinitas: Exemplum ſecundi, vt lux, candor, & ſimilia. Nominum verò, quædã dicuntur de Deo ſub ratione propria accepta: & quædam dicuntur de Deo ad creaturas, & illorum triplex reperitur differentia: Nàm quædam illorum dicuntur ad creaturas de poſſibili, vt creatiuum, gubernatiuum, & ſimilia: quædam verò in ordine ad ipſam creaturem per aliquod opus, vt homo mortalis, quæ Deo competunt per communicationem idiomatum. Quædam verò in ordine ad creaturas generaliter reſpectu actualitatis, & exiſtentiæ eorum, vt ſunt Deus, refugium, creator, & ſimilia: Nominum verò, quæ de Deo dicuntur ſub propria ratione triplex reperitur differentia. Nàm quædam ſunt eſſentialia: quædam perſonalia, & quædam notionalia. Eſſentialia nomina ſunt vt Trinitas, Deitas, & ſimilia. Notionalia ſunt vt innaſcibilitas, paternitas, & ſimilia. Perſonalia ſunt in duplici differantia. Nàm quædam eorum ſunt communia, & aliqua propria. Communia ſunt, quæ de omnibus perſonis in plurali, & de quolibet eorum in ſingulari dicuntur, vt perſona, ſuppoſitum, hypoſtaſis, & ſimilia. Quædam verò ſunt, quæ non dicũtur de omnibus perſonis, ſed tantùm de duabus, vt ſpirator, quod præciſè competit

Patri,& Filio in diuinis,quoniã ãbo ſpirãt Spiritũ Sanctũ,& iſte terminus ſpiritus .ſ. procedẽs tm̃ cõpetit Spiritui Sãcto.

& Filio in diuinis.

Nota,quòd hoc nomen ſpirator competit Patri,& Filio, non tamen, vt ſunt duo principia, ſed vt vnum principium, quandò Pater,& Filius concurrunt ſimul ad proceſſionem Spiritus Sancti, non tamen,vt duo principia ,ſed vt vnum. Nec obſtat, quòd ſint duo perſonæ realiter diſtinctæ, ideo hæc eſt catholica, Pater, & Filius ſunt ſpirantes Spiritum ſanctum:&tamen hęc eſt hæretica,Pater,,&Filius ſunt ſpiratores Spiritus ſancti, eò quia ſpirationes in numero plurali dicunt principia diſtincta in diuinis,quod eſt hæreticum in diuinis.Nomina verò perſonalia ſunt perſonalia ſunt pater, & Filius,& ſpiritus ſanctus,ſiuè donum.Nomina verò eſſẽtialia ſunt in triplici differentia. Nàm quædam ſunt per modum ſubſtantiæ,vt Deus,eſſentia,ens, & ſimilia. Quædã per modum quantitatis, vt immenſus, æternus, &ſimilia,& ſic apparet, ꝙ quatuordecim ſunt membra prædicatorũ nominum.Nàm tranſlatiua capiunt vnũ membrum:ea verò,quæ dicũtur in ordine ad creaturas capiunt tria,& ſic ſunt 4.& illa quę competunt Deo,in ſe capiunt quatuor,& ſic ſunt octo. illa vero iſſentialia capiunt tria, & ſic ſũt vndecĩ. Similiter perſonalia capiunt tria, & ſic ſunt quatuordecim: ſic ergo patet primum,putà generalis diuiſio nominum diuinorum.

Iſte terminus ſpiritus procedens tantu competit Spiritui ſancto.

Nõina perſonalia quæ.

Nõina eſſẽtialia in triplici differentia ſunt.

Quatuor deci mẽbra prædicatorũ nominum.

DE SVFFICIENTI DIVINORVM NOMINVM Diuiſione. Cap. II.

Qvantvm ad ſecundùm de eorũ ſufficienti diuiſione,eſt notandũ,quòd notiones ſunt quinque, ſcilicet paternitas, innaſcibilitas, filiatio,communis ſpiratio, & proceſſio. Duæ primæ,ſcilicet paternitas,& innaſcibilitas ſunt patris, & non filij, tertia filij, quarta patris, & filij: quinta eſt Spiritus ſancti: Vndè notandũ,quod tres ſunt proprietates perſonales proprie loquendo, paternitas, filiatio, & proceſſio, nec ſpiratio:quia parſonalis proprietas dicitur, quæ vni ſoli conuenit, imò etiam ab omni alio diſtinguit, & hoc realiter.

Notiones in diuinis ſunt quinque.

Tres ſunt proprietates perſonales propriè loquando.

Relationes ſunt quatuor, prima eſt patris ad filium,ſcilicet paternitas:ſecũda eſt filij ad patrẽ. ſ. filiatio:tertia ẽ patris,& filij ad Spiritum ſanctum,ſcilicèt communis ſpiratio: quarta Spiritus ſancti ad patrem, & filium,ſcilicet proceſſio.

Relationes sũtquatuor

Vndè nota, quòd omnis relatio eſt notio,non autem ẽ cõuerſo.Nàm iſta notio innaſcibilitas, quæ patri cõuenit ñ dicitur ad aliquid, eò quod pater eſt à nullo,ideo iſta talis notio non dicitur relatio.

Omnis relatio ẽ notio, non autem econtrà.

Secundò notandum, quòd notiones habent multa nomina: dicuntur enim notiones, eò quòd perſonas notificāt. Dicuntur ſecundò diſtinctiones, quia perſonas diſtingunt. Dicūt̄ ēt tertiò relatiōes, eò quia perſōæ adinuicē referūtur. Dicūtur ēt quartò ꝓprietates, eò quia ſunt propriæ perſonis, quibus inſunt.

Vndè nota, quòd proprietas, notio, & relatio differunt: quoniam proprietas dicitur inquantū cōuenit vni ſoli. Notio aūt dicitur inquantū eſt principiū cognoſcendi, relatio autem inquantum dicit habitudinem ad alterum.

Quarum notionum ſic ſufficientia poteſt haberi: Nàm omnis perſona diuina, aut eſt Deus, aut Deus de Deo, & hoc dupl̄r: quia vel naſcendo: & ſic eſt naſcibilitas, vel filiatio, aut procedendo: & ſic eſt proceſſio, vel ſpiratio paſſiua: aut Deus, à quo eſt Deus, & hoc dupl̄r, aut per generationem, & ſic eſt paternitas, aut per ſpirationē, & ſic eſt ſpiratio actiua.

His itaque viſis, & præmiſſis: notandæ ſunt aliquæ regulæ notionū, quarū prima talis eſt, quòd nulla notio de alia prædicatur affirmatiuè: hæc enim eſt falſa, paternitas eſt filiatio.

Secunda Regula eſt, quòd quælibet notio eſt illa perſona, cuius eſt notio, ſiuè perſona: nàm hæc eſt vera pater eſt paternitas, & èconuerſò, ſimiliter filius eſt filiatio.

Tertia Regula eſt, quælibet notio eſt idem cum eſſentia diuina, hæc enim eſt vera, paternitas eſt eſſentia diuina, ſimiliter filiatio eſt eſſentia diuina, & ſic de alijs.

Quarta regula eſt, quòd omnes notiōes ſunt vna eſſentia.

Quinta Regula eſt, quòd omnes notiones ſūptæ abſtractiuè prædicantur de eſſentia: vndè benè dicitur eſſentia diuina eſt paternitas: ſed concretiuè ſumptæ non. Nàm non benè dicitur, eſſentia diuina generat, & ſic de alijs.

Sexta Regula eſt, quòd omnis notio importat diuerſitatē.

Septima Regula eſt, quòd non quicquid dicitur de notione, dicitur de perſona, quia aliquid dicitur, ſeu conuenit notioni, quod non conuenit perſonæ: notioni enim conuenit propriè diſtinguere, ſed perſonæ diſtinguntur, & ſic patet de eorum ſufficientia, & diſtinctione.

Vndè notandum pro declaratione quintæ regulæ, quòd abſtracta iſtorum nominum, ſcilicèt paternitas, filiatio, & proceſſio ſunt duplicia, quędam enim ſunt cum quib. conueniunt in principio, & differunt in fine, vt de hoc nomine paternitas prædicatur pater, & de filiatione filius &c. & de iſtis non intelligitur regula.

Notiōes hēnt multa nōmina, quare dicatur notiōes, diſtinctiōes relatiōes, et proprietates.

Proprietas: notio, et relatio differūt proprietas cur dicatur, et notio.

Notionum ſufficientia.

Notionum ſeptē regulæ

1. Nulla notio de alia prædicatur affirmatiuè

2 Qualibet notio eſt illa perſōa, cui⁹ ē notio, aut perſona.

3 Qualibet notio eſt idē cū eſſentia diuina.

4. Omnes notiōes ſunt vna eſſetia.

5 Oēs notiones ſumptæ abſtractiuè prædicātur de eſſentia.

6 Omnis notio importat diuerſitatē.

7. Non quicquid dicitur de notione, dicitur de perſona. Notioni conuenit propriè diſtinguere. Abſtracta iſtorū Nōm ſ. paternitas, filiatio, et proceſſio ſūt duplicia.

Alia ſunt cōcreta iſtarum notionū, ſ. verba eis correſpondentia, vel eorū nomina verbalia, vt de hoc nomine proceſſio, ſpirari, de iſtis regula intelligitur, & hoc de ſecundo.

De divinorum nominum significatione. Cap. III.

Nouē regula notanda. *Prima regula.*

Quantum ad Tertium ſunt notandæ nouem regulæ, quarum prima eſt, quòd omnia Trāſlatiua dicuntur æqualiter, & ſimpliciter de eſſentia, & perſonis: niſi ſumātur à proprietate: Nàm omnes tres ſunt vna lux, & non tres luces, & ſic de aliis.

Secunda. Secunda Regula eſt, quòd Nomina dicta de Deo in ordine ad creaturas generaliter, ſiue de poſſibili, ſiue de ineſſe quidditatiuè creaturarum dicuntur aliqua, & ſingula de eſſentia, & perſonis, vt Tres ſunt vnus, Deus gubernator, Dominus, creator, & huiuſmodi.

1. Quomodo omnia Trāſlatiua dicātur de eſſētia & perſonis.

Tertia. Tertia Regula eſt, quòd nomina dicta de Deo in ordine ad creaturam per reſtaurationis exercitium de vno ſolo ſuppoſito dicuntur, vt dicendo filius eſt homo.

Quarta. Quarta regula eſt, quòd nomina numeralia non dicuntur de aliqua perſona per ſe, ſed de omnibus ſimul, & de eſſentia per ſe, vt tres perſonæ ſunt Trinitas, & non perſona eſt Trinitas, eſſentia tamen eſt Trinitas.

Quinta. Quinta Regula eſt, quòd nomina notionalia minimè de eſſentia diuina prædicātur, vt generat, ſpirat, generatᷣ, ſpiratur.

Sexta. Sexta Regula eſt, quòd nomina perſonalia propriè non prædicantur de omnibus perſonis, nec de ſe inuicem, niſi de duabus, ſ. innaſcibilitas, & actiua ſpiratio: dicuntur tamen de diuina eſſentia, licèt tamen non verba eis correſpondētia.

Septima. Septima Regula eſt, quòd nomina perſonalia, quæ æqualiter perſonam reſpiciunt, æqualiter prædicantur de perſonis pluraliter, & non ſingulariter: licèt benè de vnaquaq; ſingulariter, vt pater, & filius ſunt perſonæ, & non perſona, & ſimiliter quælibet eorum eſt perſona.

Octaua. Octaua Regula eſt, quòd nomina perſonalia, quæ non oēs perſonas reſpiciunt, prædicantur benè de duabus ſimpliciter, & pro qualibet ipſarum ſingulariter, & nullo modo pluraliter, vt pater, & filius ſunt ſpirator, & non ſpiratores.

Nona. Nona Regula, quòd nomina eſſentialia, ſiue per modum ſubſtantiæ, ſiue per modū quantitatis, ſiue per modum qualitatis, dicuntur tantummodò de oībus perſonis ſingulariter, vt eſſentia, vel ſubſtantia, vt Pater, & Filius, ſunt eſſentia, vel Deus. Exēplum, de quantitate vt Pater, & Filius, & Spiritus

Sanctus ſunt immẽſus, vel æternus. Exẽplũ de qualitate, vt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ſunt bonus, iuſtus, vel fortis, & ſimilia, & ſic patet tertium, qualiter nomina ſignificãt.

DE IPSORVM TERMINORVM MODO SVPPONENDI. CAP. IIII.

Septem regula notãda pro terminorum ſuppoſitione.

NVNC autem circà quartum, eſt notandum, ſ. de ipſorũ. Terminorũ ſuppoſitone: Pro cuius declaratione ponuntur ſeptẽ regulæ quarũ prima talis eſt, quòd nomina tranſlatiua in differenter ſupponunt pro eſſentia: & pro perſonis, vt patet de iſto nomine lumen, de quo habetur in ſymbolo, lumen de lumine, conſtat, quòd ibi non ſupponit pro eſſentia.

Secunda Regula eſt, quòd nomina, quæ dicuntur de Deo in ordine ad creaturas, conſtantia poſſibilitatem, actualitatem in creaturis indifferenter ſupponunt pro eſſentia, & perſonis, vt creatura, & his ſimilia.

Qui cauſet iſta regula.

Tertia Regula eſt, quòd nomina, quæ de Deo dicuntur ſpecialiter in ordine ad creaturas per op' reſtaurationis ſupponunt pro filio Dei, vt mortalis, immortalis. Vndè nota, ꝙ hæc regula cauſat, quòd oĩa nomina dicta de Deo per communicationẽ idiomatũ ſupponunt ſolùm pro ſecunda perſona in Trinitate, ſ. pro filio, vt cùm dicitur mortalis, ſanctus, crucifixus, flagellatus, & his ſimilia.

Quarta Regula eſt, quòd nomina numeralia ꝓ nulla perſona ſupponunt, licèt quandoq; pro perſonis, vt ibi, Tres ſũt, qui teſtimoniũ dãt in cœlo Pater, verbũ, & Spirit' ſanct'.

Quinta Regula eſt, quòd nomina notionalia ſẽper ſupponũt pro perſonis, & ſtr pro perſona, & non pro eſſentia; maximè quandò ſubiiciuntur reſpectu verbi denotantis diſtinctionem ad intrà.

Sexta Regula eſt, quòd omnia nomina eſſentialia concretiuè ſumpta indifferenter ſupponũt pro eſſentia, & perſona, vt dicendo, Deus immenſus, æternus, &c.

Septima Regula eſt, quòd nomina eſſentialia abſtractiuè ſumpta ſupponunt tantũ pro eſſentia, vt Deitas, &c, ſic patet quartũ, pro quibus videlicèt termini ſupponunt in diuinis.

DE TERMINORVM SYLLOGISATIONE CAP. V.

QVantùm ad quintum de Terminorum Syllogiſatione, primò, pono aliquas regulas; quarum Prima talis eſt; & eſt communis, Quòd ad debitè Syllogiſandum ex propoſitionibus vniuerſalibus requiritur,, quòd huiuſmodi propoſitiones

vniuerſales ſint regulatæ per dici de omni, quod eſt; vel de nullo, quod non eſt, hoc eſt dictu, quod nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum, ſi eſt affirmatiua, mediante termino relationis ſ. quod. Si autem eſt negatiua, quòd nihil ſumatur ſub ſubiecto, à quo non remoueatur prædicatũ, &c.

Vndè notanter dixi, quòd Syllogiſmus in diuinis regulatur per dici de omni, quod eſt; vel dici de nullo quod nõ eſt; quia licèt hoc teneatur in inferioribus ſiuè in creaturis, non tamen in diuinis, nàm non valet, omnis eſſentia diuina eſt Pater, Filius eſt eſſentia diuina, ergo Filius eſt Pater; præmiſſæ ſunt veræ, quia regulãtur per dici de omni; licèt concluſio ſit hæretica.

Similiter non ſequitur, Nulla eſſentia diuina eſt generans; pater eſt eſſentia, ergo, pater nõ eſt generans; Concluſio eſt hæretica; & tamẽ præmiſſæ ſunt veræ. Sic ergo eſt Syllogiſandum in diuinis, ſ. omne, quod eſt eſſentia eſt Pater, Filius eſt eſſentia diuina, ergò Filius eſt Pater; modò argumentũ eſt regulatũ; & tamẽ cõcluſio eſt falſa, quia maior eſt falſa, & minor vera; quia de filio Dei verum eſt dicere, quod eſt eſſentia diuina; & tamen Filius non eſt Pater; ſimiliter poteſt argui de Spiritu ſancto.

Similiter nihil, ꝙ eſt eſſentia diuina eſt generans: Pater ẽ eſſentia diuina, ergo Pater non eſt generans: Argumentũ ẽ regulatũ, & maior eſt falſa; & per conſequens concluſio.

Pro quo notandũ, ꝙ magna eſt dr̃ia inter iſtas ꝓpoſitiões, ſ. omnis eſſentia diuina eſt Pater; & oẽ, ꝙ eſt eſſentia diuina eſt Pater. Nàm prima exiſtente vera, ſecũda erit falſa; Prima enĩ ſignificat, ꝙ de quocunq; dicitur iſte terminus eſſentia, eſt verificabils iſte terminus Pater; & hoc eſt verũ: Nàm eſſentia diuina non eſt, niſi vna deitas, & vna eſſentia, quæ eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

Magna differentia inter iſtas propoſitiones.

Secunda verò ſignificat, ꝙ de quacunq; re verũ eſt dicere, hoc eſt eſſentia diuina, de ipſa verũ eſt dicere, ꝙ eſt Pater.

Similiter eſt differentia inter iſtas propoſitiones; ſcilicèt, nulla eſſentia diuina generat; & nihil, quod eſt eſſentia diuina generat; Nàm prima exiſtente vera, ſecunda eſt falſa.

Prima enim ſignificat, ꝙ de quacũq; re eſſentia diuina dicitur, eſt verificabilis iſte terminus eſſentia diuina dicẽdo ſic; hoc eſt eſſentia diuina, ſemper demonſtrando eſſentiã diuinã, quod ab ea remouetur generare, patet, & hoc eſt verum: Nàm eſſentia diuina nec generat, nec generatur: nec ſpirat, nec ſpiratur, quia actiones ſunt ſuppoſitorũ, ſimul, &

paſſiones,& non eſſentiæ: Nàm Pater eſt generans, Filius verò genitus: & Spirituſſanctus à duobus ſpiratus, ſcilicèt à Patre, & à Filio.

Secunda verò ſignificat,quòd de quacunque re ſignificat,vel ſignificatur eſſentia diuina,ab ipſa remoueatur generare,& hoc eſt falſum. Nàm licèt habeat verum de Filio, & Spiritu ſancto : non tamen habet verum de Patre in diuinis.

Quæ forma arguendi non valet in diuinis cõmuniter. Ex iſtis patet,quòd iſta forma arguendi non valet cõmuniter in diuinis,ſcilicèt, omnis perſona in diuinis præter Spiritum ſanctum eſt ſpirans, Filius eſt perſona in diuinis, ergo Filius in diuinis præter Spiritum ſanctum eſt ſpirans, & ideò argumentum non valet, eo quia non regulatur per dici de omni, quod eſt.

Benè nota Syllogiſmi expoſitorij quando valent in diuinis. Secunda Regula eſt valdè notanda,quod ſcilicèt Syllogiſmi expoſitorij non tenent in diuinis terminis,nec valent, niſi tales propoſitiones ſingulares ſint reducibiles ad vniuerſales, ſubiecto circumloquuto per ly, quod eſt, & ideò non ſequitur;hæc eſſentia diuina eſt Pater, hæc eſſentia diuina eſt Filius, ergo Filius eſt Pater, ex quo iſta eſt falſa; Omne, quod eſt eſſentia diuina, eſt Pater: hoc patet ex dictis, ad quam propoſitionem vniuerſalem debet reduci Maior huius Syllogiſmi, ſimile enim iudicium habetur de alijs.

Quid requiratur ad hoc, quòd propoſitiones ſingulares ſint benè ordinatæ, & in ipſis valeat argumentum. Tertia Regula eſt iſta, quòd ad hoc, quòd propoſitiones ſingulares ſint debitè ordinatæ requiritur, quod debitus medius terminus non variet ſuppoſitionem,ſed vniformiter teneatur, & ſi aliter fiat non valet argumentum. Vt ſi arguatur ſic. Omnis homo eſt ſpecies, Auguſtinus eſt homo,ergo Auguſtinus eſt ſpecies, Conſtat enim,quod variatur ſuppoſitio medij,ſcilicèt à ſuppoſitione ſimplici ad ſuppoſitionem perſonalem; & ideò committitur falacia æquiuocationis penès tertium modum. Nàm in prima ly homo ſtat ſimpliciter,in ſecunda verò perſonaliter. Vndè notandum eſt quod ſicut triplex eſt ſuppoſitio in terminis Logicalibus, *Sicut triplex datur ſuppoſitio Logicalis, ità triplex in diuinis reperitur.* ſcilicèt Materialis. ſimplex, & perſonalis:ità triplex eſt ſuppoſitio in terminis diuinis, ſcilicèt eſſentialis, perſonalis, & notionalis,qua variantur ſuo modo propoſitiones Syllogiſantes in diuinis,eo modo, quo in terminis Logicorum.

Notandùm tamen,quòd nomina, quæ de Deo dicuntur,aliqua ſunt eſſentialia,aliqua verò perſonalia:aliqua notionalia, & aliqua communia.

Nomina Nomina eſſentialia ſunt iſta, quòd ſic ſunt propria eſ-

ſentiæ, quòd ſi per impoſſibile eſſentia diuina diſtingueretur à perſonis, ipſa ſic dicerentur de eſſentia, quòd non dicerentur de perſonis. Et iſtorum, quædam ſunt ſubſtantialia, vt eſt Deitas, & his ſimilia. Aliqua verò accidentalia, vt cõmunicabile, incommunicabile: & his ſimilia, & aliqua numeralia, vt Trinitas. *qua de Deo dicuntur in quadruplici ſunt differentia.*

Nomina perſonalia ſunt, quæ (dicto caſu retento) ſcilicèt, quòd eſſentia diſtingueretur à perſonis (quod eſt impoſſibile,) dicerentur de eſſentia, cuiuſmodi, ſunt iſta, ſcilicèt perſona, ſuppoſitum, hypoſtaſis, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Et iſtorum, quædam dicuntur de aliquibus perſonis, vt perſona, ſuppoſitum, hypoſtaſis, Filius, & Spiritus ſanctus. Et iſtorum quædam dicũtur de omnibus perſonis, vt perſona, ſuppoſitum, & hypoſtaſis. Quædam verò de vno tãtùm, vt Pater de Patre, Filius de Filio: Spiritusſanctus de Spiritu ſancto, & iſtorum abſtracta dicuntur proprietates perſonales, cuiuſmodi ſunt paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua, & his ſimilia. *Nomina eſſentialia quæ. Nomina eſſentialia ſunt duplicia. Subſtãtialia nomina quæ Accidentatalia nomina quæ.*

Nomina notionalia dicuntur perſonarum diſtinctiua inter ſe, vt generans, ſpirans, procedens, & eorũ verbalia, vt generatio, ſpiratio, proceſſio, quæ etiam dicuntur relatiuè: & quædam iſtorum dicuntur notiones vnius perſonæ tantùm, vt generare actiuè eſt notio, & proprietas Patris, generari Filij, ſpirari, vel produci Spiritus ſancti. *Nomina perſonalia quæ Nomina notionalia dicuntur perſonarũ diſtinctiua.*

Dicitur autem notio à noſco, noſcis, noſcere, quia per nomina notionalia, vna perſona diſtinguitur ab alia, & conſtituitur, diſtincta ab alia, vt per hoc nomen generans conſtituitur, & noſcitur perſona Patris: & per hoc nomẽ genitus, conſtituitur, & noſcitur perſona Filij, & per illud nomen procedens noſcitur diſtinctè perſona Spiritus ſancti à Patre, & Filio; & per iſtud nomẽ ſpirans noſcuntur diſtinctę perſonæ Patris, & Filij à perſona Spiritus ſancti. *Notio vndè dicatur. Nomina cõmunia quæ ſint.*

Nomina communia ſunt, quæ prædicto caſu retento (licèt impoſſibile ſit, quòd eſſentia diſtinguatur à perſonis) dicuntur tàm de perſona, quàm de eſſentia, cuiuſmodi ſunt ens, res, entitas, Deus, Creator: & his ſimilia, & iſta adiectiua, omnipotens, æternus, immenſus, & his ſimilia.

Dubium eſt, Vtrùm aliqua prædictorum nominum ſint inter eſſentialia computanda? *Dubium.*

Sed pro ſolutione huius dubii ſunt notandæ aliquæ propoſitiones: quarum, prima talis eſt. *An aliqua prædictorũ nominum ſint inter*

Quòd nullum verbum notionale, proprium vni perſonæ, vel duabus perſonis verificatur de aliquo nomine eſſen-

tiali propriè. Nàm hæc eſt falſa, videlicèt eſſentia generat, ſimiliter Deitas generat, & ſic de alijs: Nàm nomen notionale eſt relatiuum, relatio autem in diuinis reſpicit perſonas, eſſentiale non refert, vt ſic, & vt ſic non reſpicit, perſonas, & iſta videtur eſſe intentio Magiſtri lib. 1. diſtin. 4. hæc tamen eſt vera, diuinitas eſt generatio.

Secunda propoſitio eſt, quòd nomina numeralia non verificantur de aliqua perſona in numero ſingulari ſumpta, probatur ſic: Nàm hæc eſt falſa, pater eſt Trinus: ſimiliter iſta, pater eſt, vel filius eſt Trinitas. Similiter, iſta ſuppoſitum eſt Trinitas, vel perſona eſt Trinitas: ergo hæc propoſitio vera. Vndè notanter dicitur in numero ſingulari, quoniam in plurali benè poſſunt. Vndè benè dicitur Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſunt tria ſuppoſita vel Trinitas.

Tertia propoſitio eſt, Nomina ſuſtantialia, eſſentialia verificantur de quolibet nomine perſonali, & eius proprietate: hoc patet. Nàm iſtæ ſunt veræ, pater eſt eſſentia, paternitas eſt eſſentia, & Filius eſt Deitas, Spiritus ſanctus eſt Deitas, ergo talis propoſitio vera.

Quarta propoſitio eſt, quòd Nomina eſſentialia adiectiua dicuntur verè de eſſentia, & non de aliqua perſona, vel nomine perſonali: patet hoc: Nàm hæc eſt vera; eſſentia Dei eſt communicabilis, & non iſta, pater eſt communicabilis. Vndè nota, quod eſſentia communicabilis, & nō eſſentia communicabilis in diuinis in ſenſu, in quo Theologi concedunt, non ſunt aliquo modo prædicata contraria, quia dicuntur in habitudine, vel reſpectu diuerſorū, reſpectu eſſentiæ, & reſpectu perſonarum: tamen eadem eſſentia eſt communicabilis, tribus perſonis, quia ſic competit perſonæ Patris, quòd non competit alteri perſonæ.

Quinta propoſitio eſt, quòd iſta nomina, innaſcibilitas, ingenitas, & ſimilia ſunt propriæ notiones alicui, quia non dicuntur de eſſentia.

Sexta propoſitio eſt, quòd nomina eſſentialia dicuntur verè de omnibus perſonis, vel nominibus communibus, vt dicendo Deus eſt Trinitas.

Septima propoſitio eſt, quòd nomen perſonale aliquando eſt nomen hypoſtaſis, aliquandò, eſt nomen à proprietate: primo enim modo Pater dicit perſonam, quæ ha-

eſſentialia cōparanda.

Aliqua propoſitiões notanda.

1. Nullum verbum notionale proprium uni perſonæ, vel duabus perſonis verificatur de aliquo nomine eſſentiali propriè.

2 Nomina numeralia non verificantur de aliqua perſona in numero ſingulari ſumpta.

3 Nomina ſubſtantialia, eſſentialia verificantur de quolibet Nomine perſonali, & eius proprietate.

4. Nomina eſſentialia adiectiua dicuntur verè de eſſentia, & non de aliqua perſona, vel nomine perſonali.

5. Iſta nomina innaſcibilitas, ingenitas, ſunt propriæ notiones alicui.

Nomina eſſentialia dicũtur vere de oībus perſonis, vel nominibus cōmunibus.

bet Filium,ſecundo modo Pater dicit Filium generare: primo enim modo nomen perſonale prædicatur de eſſentia, ſed non ſecundo modo. Et ideò propoſitio poteſt ſic formari,ſcilicèt, ſi nomen perſonale ſit nomen à proprietate non poteſt prædicari de nomine eſſentiali:vndè hæc eſt falſa,eſſentia eſt Pater. Nàm pater ſupponit proprietatem, tamen prout Pater dicit perſonam, quæ habet Filium: iſta eſt vera, eſſentia eſt Pater.

7. Nomen perſonale aliquando eſt nomen hypoſtaſis, aliquando eſt nomen à proprietate.

Octaua propoſitio eſt, quòd iſta nomina perſonalia verificantur de nominibus communibus, & è conuerſo. Vndè hæc eſt vera aliqua res eſt Pater, Pater eſt res, Filius eſt ens, & his ſimilia.

8. Iſta nomina perſonalia verificantur de omnibus communibus, & è conuerſo.

Nona regula,ſiuè propoſitio eſt,quòd nomina perſonalia,notionalia,eſſentialia, ſiuè communia poſſunt de inuicé prædicari conuertibiliter prædicatione identica, licèt non formali: hoc patet,nàm iſtæ ſunt veræ prædicationes, videlicèt Pater eſt idem,quod Filius: & Filius eſt idē, quod Pater. Nàm iſta eſt falſa, Pater eſt Filius,& ſic de alijs. Ex quo infero,quod iſta conſequentia non eſt formalis, ſcilicèt. A. eſt idem,quod. B. Ergo. A. eſt. B. Nec ſequitur Pater eſt id, vel idem,quod Filius,ergo Pater eſt Filius, hoc patet. Nàm id, vel idem denotat eſſentiam,&c.

9. Nomina perſonalia, notionalia, eſſentialia, ſiuè communia poſſunt inuicem prædicari conuertibiliter prædicatione identica, & non formali.

Decima propoſitio eſt iſta, quòd omne nomen purè eſſentiale prędicatur de quolibet perſonali, & de omnibus in ſimili in ſingulari,&non in plurali, vt dicendo Pater eſt eſſentia, Filius eſt eſſentia, Spiritus ſanctus eſt eſſentia: & hi tres ſunt vna eſſentia,& vna Deitas: & non tres eſſentiæ.

10. Omne nomen purè eſſentiale prædicatur de quolibet perſonali, & de omnibus in ſimili in ſingulari, & non in plurali.

Vndecima propoſitio eſt, quòd nomina ſubſtantialia dicuntur de omnibus ſuppoſitis,ſimul ſumptis ſingulariter, & non pluraliter, vt dicendo. Tres perſonæ ſunt vna res, vel plures perſonæ ſunt vnum ens, vnum ſcilicèt referendo ad eſſentiam,& ſi tres ad perſonas.

11. Nomina ſubſtantialia dicuntur de omnibus ſuppoſitis ſimul ſumptis ſingulariter, & non pluraliter.

Duodecima propoſitio eſt, quòd nomina communia adiectiua dicuntur de quolibet nomine, & quolibet ſingulariter,& non pluraliter,dicendo Pater eſt vnus Deus, Filius eſt vnus Deus, Spiritus ſanctus eſt vnus Deus: & Pater, & Filius,& Spiritus ſanctus ſunt vnus Deus, & non tres Dij. Similiter Pater eſt æternus, Filius eſt æternus, & Spiritus ſanctus eſt æternus: & ſic tres ſunt vnus æternus: vnus im-

12 Nomina adiectiua dicuntur de quolibet nomine, ſingulariter, & non pluraliter.

menſus: vnus omnipotens: & non tres omnipotens, nec æterni, nec tres immenſi.

In diuinis duplex eſt prædicatio, Prædicatio identica quid ſit.

Notandùm autem pro declaratione nonæ regulæ, ſeu propoſitionis, quod prædicatio in diuinis eſt duplex. Nàm quædã eſt idẽtica: alia vero formalis, vel perſonalis. Prædicatio identica eſt, quando ſubiectũ, & prædicatũ ſupponũt pro eadem re, ideſt eſſentia: Et tunc nomina notitionalia, perſonalia, & eſſentialia de ſe inuicem prædicantur: & conuertibiliter, vt dicendo pater eſt idem, quod filius: & filius eſt idem, quod pater: generare eſt idem, quod generari, & è cõuerſo: & ſic de alijs.

Prædicatio formalis quid ſit.

Prædicatio vero formalis, vel perſonalis eſt, quandò ſubiectum, vel prædicatum ſupponunt pro eadem re, & ſub propria ratione formali, vel quandò ſubiectum, & prædicatum ſupponunt pro perſona: vt hic pater & filius. Et de tali prædicatione non intelligitur regula: ſed quod nomina, notionalia, perſonalia, & eſſentialia de ſe inuicem prædicantur conuertibiliter, quia malè dicitur pater eſt filius, & filius eſt pater. & ſic de alijs.

Iſta propoſitio pater eſt filius, poteſt diſtingui.

Tamen nota, quòd iſta propoſitio, ſcilicèt pater eſt filius, cum alicui proponitur poteſt diſtingui: quia vel ſubiectum, & prædicatum ſupponunt pro eſſentia: & ſic eſt vera. Nàm ſenſus eſt, quod filius eſt eadem res, quæ pater, & pater eadem res, quę filius, & hoc verum eſt: Nàm eſſentia diuina eſt in omnibus vna. Si autem ſubiectum, & prædicatum ſupponant pro perſona: ſic talis propoſitio eſt falſa, vel tales propoſitiones ſunt falſæ: Nàm tũc eſt ſenſus, quod perſona, quæ eſt pater, eſt perſona, quæ eſt filius: & ſicut de iſta dicitur, hoc modo poteſt dici de omnibus, in quibus prædicatio eſt formalis, vel perſonalis. Et ſic eſt finis huius Breuis, & vtilis Tractatus. Ad laudem Dei, eius Matris Mariæ, ac Beatorum Patrum Franciſci Auguſtini.

AMEN.

FINIS.

ARNOLDVS VESALIENSIS VIR DOCTISSIMVS, ET SACRAE THEOLOGIAE PROFESSOR Eximius De Quatuor Libris Magiſt. Sentent. Epitomaticè, & Dilucidè.

COMPENDIOSVM OMNIVM DISTINCTIONVM in 4. Lib. Sentent. Memoriale, per Artis Memoratiua loca diſcretum, quo faciliùs Tota Operis huius ſeries Memoria concipiatur.

LOCATIO IN PRIMVM LIBRVM SENTENTIARUM, qui eſt de myſterio Sanctiſſimę Trinitatis, & quadraginta octo complectitur diſtinctiones.

ſ. propriè ſolo Deo. Diſt. Fruimurr.	*ſecundum authoritates vtriuſque legis.* vno Deo. 2.	*vt patet per rationẽ, veſtigiũ, & imagi.* trino 3.
ſ. de Deo. Genito 4.	*ſ. qua nec generat, nec generatur.* in eſſentia. 5.	*volens Pater genuit filium.* Voluit 6.
qua paſſiuè eſt in Filio, actiuè in Patre. Potentiam 7.	*ſ. eſt Deus ſine omni compoſitione.* ſimplex 8.	*ſ. eſt Filius Patri.* coæternus. 9.
ſ. eſt Spiritus ſanctus Patris, & Filij amor. 10.	*ſ. procedit Spiritus ſanctus.* Ab vtroque. 11.	*ſ. non prius tempore, aut perfectione.* ſimul. 12.
ſ. Spiritus ſanctus non quomodo natus, ſed quo datus. procedit 13.	*id eſt temporaliter enim mittitur Spiritus ſanctus.* tempore 14.	*ſ. dicitur Spiritus ſanctus ſimiliter, & Filius.* à ſe miſſus. 15.
ſ. miſſio Spiritus ſãcti, pluries facta eſt. Inuiſibilis 16.	*ſ. eſt Deus qua nos diligit, & nos ipſũ.* charitas. 17.	*ſ. dicitur Spiritus ſanctus.* donum 18.
æquales ſunt diuinæ perſonæ, æternitate, magitudine, potentia. coæquale. 19.	*ſ. Filius, quod Pater.* poteſt. 20.	*ſ. dictio excluſiua in diuinis ſyncategorematicè, nõ categorem.* Excludit. 21.
ſ. plura dicuntur Deo. nomina 22.	*ſ. non tantùm dicitur ſingulariter, ſed etiã pluraliter.* perſona, 23.	*i. nomina numeralia xnum, duo, tres, admittuntur in diuinis.* cum tribus 24.
quare dicuntur tres perſonæ? cùm ly perſona dicat ſubſtantiã. Perſonis, 25.	*perſonali Patris quæ eſt generare Filij gederari, Spiritusſãcti procedere.* Proprietate, 26.	*ſ. appellatione nominantur proprietates.* varia. 27.

ſ. notio perſonalis ineſt Patri, quæ eſt innaſcibilitas.	*ſ. ſemper ad aliquid dicitur.*	*i. relatiuè refertur Deus ad creaturas.*
notio 28.	principium 29.	refert. 30.
ſ. appropriatur Patri.	*ſ. eſt Pater ſapientia ingenita, non genita.*	*ſ. eſt proprietas cum perſona.*
Vnitas 31.	ſapiens 32.	eadem 33.
ſ. & rei natura, eſt identitas in diuinis.	*ſ. futurum à Deo.*	*ſ. in eius ſcientia omnia ſunt, non tamen in eius eſſentia.*
naturæ 34.	præſcitur 35.	In Deo 36.
i. omnibus eſt Deus præsētialiter, potētialiter, & eſſentialiter.	*ſ. omnium rerum eſt Dei ſcientia.*	*ſ. res ſcita noſtram ſcientiam, non Dei.*
in rebus 37.	cauſa 38.	adauget 39.
i. ponit aliquos eſſe ab æterno.	*ſ. peccator obdurationem, ſed non iuſtus prædeſtinationem.*	*ſ. dicitur Deus.*
deſtinatos 40.	Meruit 41.	omnipotens 42.
ſ. eſt ens in ſua potentia.	*ſ. poteſt facere Deus quam fecit, quo ad additionem.*	*ſ. diuina differt ab eſſentia ratione, non re.*
illimitatus 43.	meliora 44.	Voluntas 45.
ſ. Dei voluntas in omnibus impletur.	*ſ. voluntas beneplacita nobis, aut de nobis.*	*ſ. tenemur cōformare volūtatē noſtrā diuiæ in rōe volēdi ex charitate.*
placens. 46.	impletur 47.	cōformitate. 48.

LIBER SENTENTIARVM

Primus qui eſt de myſterio Sãctiſsimæ Trinitatis, continet Diſtinctiones 48.

Diſt. 1. Veteris, ac nouæ legis, &c. Epitome.

TOTVS ſacræ paginæ Tractatus præcipuè eſt, aut circa res, aut circà ſigna, quaſdam res importantia, qualia ſunt veteris, & noui teſtamenti ſacramenta: ſic tamen, quod & ipſa ſigna res quædam ſint, non autem è contra. Res autem (de quibus, & primò dicendum erit) aliquæ ſunt, quibus eſt fruendum, vt Deus: aliquæ, quibus vtendum, vt mundus: & item aliæ quædam, quæ fruuntur, & vtuntur, vt homo, & Angelus: In fruibilibus enim voluntas conquieſcit. Vtimur autem eis, quæ in aliud referimus. Frui ergo eſt, amori inhærere rei, propter ſeipſam. Vti autem eſt, amori inhærere rei, quæ in rem ordinatur, fruibilem. Vndè nec homine fruendum eſt, niſi in Deo. Nec Deus nos diligendo nobis fruitur, ſed vtitur: aliter tamen, quàm nos rebus vtimur. Ipſe enim omnia propter ſuiipſius diligit bonitatem. Virtutibus quoque non fruendum eſt: niſi inſtrumentaliter, ſcilicèt ad quærendum ſummum, & incommutabile bonum. Primò ergo agendum erit de rebus fruibilibus, ſcilicèt de Sancta, & indiuidua Trinitate.

Aug. lib. 1. cap. 3. de do. Chr.
Idem lib. 1. cap 5.
Hier. 17.
Epheſ. 2.
Aug. lib. 1. cap. 3. de do. Chriſt.

Res, & ſigna libri prodit diſtinctio prima,
Quibus vti liceat ritè, quibusue frui.

Diſt. 2. Hoc itaque, &c. Epitome.

VEra, ac pia fide tenendum eſt, quòd Trinitas vnus eſt, & ſolus verus Deus. Vndè, & oẽs Catholici Doctores hoc ſecundùm ſcripturas ſanctas docere intenderunt. ſ. quòd pater, & filius, & Spirituſſanctus ſunt vnius ſubſtãtiæ, & ſunt vnus Deus inſeparabili æqualitate: & tamen pater non eſt filius, nec Spiritus ſanctus, nec è contra, ſed oẽs tres perſonę ſunt homouſion, hoc eſt vnius ſubſtãtiæ. Vndè nõ eſt aliud Pater, & aliud Filius, & aliud Spiritus ſanctus. ſ. in eſſentia: ſed alius. ſ. in perſona. Hanc autẽ fidẽ primò aſtruere ex ſcripturis, & poſteà rõibus Catholicis, & exẽplis contra aduerſarios veritatis defẽdere oportet. Vndè ꝙ hæc ità ſe habeãt, ex authoritate veteris, & noui teſtamẽti deducit̃, vt in litera.

Deut. 6.
Gene. 1.
Eſa. 6.
Io. 1. & 5.
Mat. vlt.
Rom. 4.

Splendida perſonis tribus eſt eſſentia ſimplex,
Hoc inſtrumentum monſtrat vtrumque tibi.

Diſt. 3. Apoſtolus namque ait, &c. Epitome.

ESſentiæ diuinæ vnitas,& perſonarum Trinitas, ex crea-
Rom 1. turis aliquo modo inueſtigari poteſt, de quo, & Philo-
Auguſt. de ſophi aliqua cognouerunt. Et vnitas quidem Dei cogno-
Ciuit.Dei ſcitur ex opere, quod eſt mundus, quod oſtendit Dei po-
lib.8.c 6. tentiam ex eo,quòd omnes creaturæ ſunt mutabiles. Is ve-
Gene.1. rò à quo hæ ſunt , eſt immutabilis: & ex eo,quòd omnia
Exod.8. bona,& meliora ab eo procedunt,vt ab optimo, & vt à pul-
cherrimo omnia pulchra. Trinitas etiam perſonarum in
creaturis inueſtigari poteſt aliquo modo per id , quòd in ſe
oſtendunt vnitatem,ſpeciem,& ordinem , quæ perſonis ap-
propriantur. Expreſſius autem Trinitatis imago deprehen-
ditur in mente humana,quo ad illa tria,quę ſunt intellectus,
memoria,& voluntas: vel mens,notitia,& amor. Verumta-
Aug.li. 10. men,& in his oportet fidem ſuffragari:& imagines illæ mul-
de Tri.c.2. tum imperfectæ diuinam repræſentant Trinitatem.

Nota creatura monſtrant veſtigia, trinum.
Eſſe Deum,ac vnum,monſtrat imago quoque.

Diſt. 4. Hic oritur quæſtio ſatis neceſſa. &c.

Epitome.

ILla quidem vera eſt, & concedēda, Deus genuit Deum,
Non autem illa,Deus genuit ſe Deum, vel alium Deum.
Aug.lib.1. Ex ea enim ſequeretur, idem generaſſe ſeipſum, vel plures
cap.1. eſſe Deos, quod vtrumque falſum eſt: Neque ſecunda ſe-
quitur ad primam,ſed quòd genuerit Filium , aut alium in
perſona. Illa ergo Deus Pater genuit Deum, qui non eſt
Auguſt. ad Deus Pater, ideſt, Filium, qui non eſt Pater, qui Deus eſt,
Max. epiſt. vera eſt,cùm ſolam perſonalem ſignificet alietatem. Si verò
66. exponatur,qui non eſt idem Deus cùm Deo Patre,falſa eſt,
quia in ea alietas eſſentiæ importatur. Tres igitur perſonæ
ſunt,vna Deitas. Et vnus Deus eſt , tres perſonæ. Et vnus
1. Tim. 6. Deus,ipſa Trinitas. Et vna ſuſtantia, tres perſonæ. Et è cō
contra, Trinitas eſt vnus Deus, & tres perſonæ dicuntur
ſſe vna eſſentia.

c. d Deus ipſe Deum genus, quòd tres Deus vnus,
Quo. ona, ſanxit non temerata fides.

Per. Diſt. 5. Poſt hæc quæritur vtrum concedendum, &c.

Epitome.

ESſentia in diuinis, nec generat , nec generatur. Hinc
Aug. li. 5.c. negandæ ſun illæ, Pater genuit diuinam eſſentiam:di-
6.de Trin. uina eſſentia genuit Filium: diuina eſſentia genuit diuinam
eſſentiam. Alioquin , vel eſſentia non eſſet eſſentia : vel
idem generaret ſeipſum, vel haberet eſſe , per id,quod ab eo

genitum eſſet: quæ omnia ſunt inconuenientia. Vndè, & à ſimili Auguſtinus probat, quòd Pater non eſt ſapiens ſapientia genita, cùm idem ſit ei ſapere, & eſſe. Licèt autem filius ſit diuiua eſſentia, non tamen per hoc pater genuit eſſentiam, ſed genuit hoc, ipſe; id eſt, genuit filium, qui eſt idē eſſentialiter cum eo. Quòd autem authores dicunt eſſenessentiam filij, eſſe de eſſentia patris: intelligendum eſt, filius, qui eſt eſſentia, eſt de patre, qui eſt eadem eſſentia. Quòd etiam authoritates quædam dicunt, patrem genuiſſe filium de ſua ſubſtantia, & non de nihilo, intelligendum eſt: id eſt, genuit filium, qui eſt eiuſdem naturæ cum eo. *Mat. 22. 1. Ioan 5. Hilar. lib. 12. de Trin.*

Non genuit, aut genuit diuina eſſentia, quamuis
Natura genuit filius ipſe patris.

Diſt. 6. Prætereà quæri ſolet, &c.. Epitome.

Patet in diuinis filium genuit, non neceſſitate, cùm in Deum nulla cadat coactio, nec voluntate, cùm in eum nulla cadat mutatio. Quamuis autem in Deo idem ſint realiter natura, voluntas: quia tamen ratione, ſeu connotatu differunt, nihil obſtat aliquid poſſe conuenire naturæ, quod non conuenit voluntati. Hinc nec inconueniens eſt dicere filium eſſe filium naturaliter, & non voluntate Et eſt ſimile de voluntate Dei, & eius ſcientia, quæ ſe ad plura extendit, quàm voluntas. Dicitur tamen Deus volens genuiſſe filium, ſicut & ſapiens, & potens ipſum genuit, ſed non voluntate præcedente, vel accedente, quaſi prius voluerit, & poſtea genuerit: vel è contra, vt hæretici opponebant. *Epheſ. 1. Eccleſi. 1. Aug. lib 5. cap. 20. de Trin. Aug. contra Maximi.*

Quamuis in Deo eadem natura ſit, atque voluntas,
Conuenit illi aliquid, quod tamen huic minimè.

Diſt. 7. Hic ſolet quæri, &c. Epitome.

Ad hoc, quod queritur, an pater potuerit, aut etiam voluerit generare filium: affirmatiuè reſpondendum eſt. Nec ex hoc ſequitur patrem aliquid eſſe, aut velle, quod filius non poſſit, aut non velit: quia ibi poſſe, & velle generare, non eſt aliquid, ſed ad aliquid. Hinc quòd filius non poteſt, nec vult generare, non arguit in eo impotentiam, cùm eiuſdem ſi ſit potentię cum patre, ſed pertinet ad proprietatem ſuæ perſonæ, cuius eſt poſſe, & velle naſci, quod quidem in eo eſt eadem potentia, quæ in patre eſt potentia, qua poteſt, & vult generare ſicut, & in vtriſque eſt eadem ſapientia, & natura. In filio ergo non eſt potentia generandi, ſi ad proprietatem referatur intelligentia: *Aug. li. 3. cap. 12 ad Maxim. Aug. li. 1. de Trin. cap. 1.*

quamuis benè,ſi ad naturam. Tunc enim idem ſunt, poſſe generare,& poſſe generari.

Patri eadem, & gnato diuina potentia, gigni
Qua potuit ſoboles, & generare parens.

Diſt. 8. Nunc de veritate, &c. Epitome.

Aug.li. 5. de Trin. cap. 8. Hieron.to. 1.ad Damaſum. Hil. li. 2. de Trin. 1.Timo.6.

SOlus Deus,ſeu diuina natura verè eſt immutabilis, ac ſimpliciſſima: Verè quidem, quia ſine non actualitatis admixtione. Eius enim eſſe,eſt æternum,& ſine prꝑteritione, & futuritione. Eſt autem immutabilis, quia eſt ipſum ſuum eſſe,quod impoſſibile eſt aliter diſponi, quàm eſt. Neque enim veriſſima eſſet,ſi mutari poſſet. Neque aliqua ſunt in eo accidentia ſm quę mutetur,neque per loca,vel tẽpora, vel affectiões variatur, vt fit in creaturis. Simpliciſſima verò eſt,& ſine omni cõpoſitione, vel multiplicatiõe: & ſic verè, &propriè ſimplex,cùm in ea nulla ſit partió, vel accidẽtium, vel formarum diuerſitas. Vndè nec alicui prædicamentorum ſubiicitur, nec propriè ſubſtantia appellatur. Neque verò ſimplicitati ipſius, nominum multiplicitas de ipſa dictorum repugnat,quæ ſcilicèt omnia vnum ſignificant:nec ipſa excludit perſonarũ Trinitaté, quia ſingulæ Deus ſunt.

Aug. lib. 15.cap.17. de Trinit.

Eſt ſolus verè Deus immutabilis,atque
Simplex,eſt ſolus, ſcilicèt eſſe ſuum.

Diſt. 9. Nunc ad diſtinctionem trium, &c. Epitome.

Aug.de f.de c.1.& 4. Amb.lib.1. de fide ad Gratianũ. Aug lib.6. de Trinit. cap 1. Origin. 2. homil. Aug. lib. 83 q.3. Hil.lib.7. de Trinit.

VNus Deus ſunt tres diuinæ perſonæ, & ſunt idem in natura, diſtinctè tamen in perſonalitate. Hinc quamuis Flius, alius ſit à patre, cùm ſit ab eo genitus, non tamen fuit Pater ante quàm filius, cùm diuinæ perſonæ ſint inuicem coæternæ. Nec valet, quod Arrius hæreticus inferre nitebatur, ſcilicèt, quia natus eſt, & habet principium,ergo non eſt æternus. Etenim æternus pater, æternum genuit Flium. Alioquin &, Parer aliquando fuiſſet ſine filio, & ſapientia: quod eſt abſurdum. Eſt autem illa æterna generatio, iuxta Prophetam ineffabilis. Vndè nec præſumi debet à quoquam de plena ipſius cognitione. Ad exprimendum autem æternitatem, Filij melius dicitur ſemper natus, quam ſemper naſci, quamuis & illud à quibuſdam dicatur.

Nate coæternum te dicimus eſſe parenti.
Dictus ab æterno te genuiſſe parens.

Aug. lib. 15 ca.17. de Trint.

Diſt. 10. Nunc poſt filij æternitatem,&c. Epitome.

SPiritus ſanctus eſt amor, ſiuè charitas, ſeu dilectio Patris, & Filij, qua.ſ. ſeinuicem diligunt: Vndè, & per

modum voluntatis procedit. Quamuis autem accipiendo nomen charitatis eſſentialiter, quælibet diuinarum perſonarum ſit charitas, & omnes ſint vna charitas, ſicut & vna ſapientia: tamen Spiritus ſanctus ſolus eſt charitas procedens, ſicut filius ſolus ſapientia genita. Eſt autem hæc charitas ſubſtantia, & Deus. Vndè æqualis patri, & filio eſt, Spiritus ſanctus. Quamuis etiam hoc nomen, Spiritus ſanctus, omnibus conueniat perſonis: nàm & Pater ſpiritus eſt & ſanctus, ſic etiam filius: conuenienter tamen tertia perſona eò nominatur, quòd ab aliis duabus, habet originem.

Ioan. 1. Luc. 2. & 7.

Aug. lib. 15. c. 16. de Trinit.

Spiritui ſancto quamuis tribuamus amorem,
Perſonis tribus eſt attamen vnus amor.

Diſtinctio. 11. Hîc dicendum eſt, &c. Epitome.

Ioan 14.

SEcundùm ſacræ ſcripturæ veritatem, & noui teſtamenti authoritates, dicere oportet Spiritum ſanctū à patre, & filio procedere. Nec hoc eſt contra id, quod in conciliis determinatum eſt, vt Græci aliqui contendebant, dicentes Spiritum ſanctum à patre tantùm procedere. Longè enim differunt, aliud docere, & idem, quod determinatū eſt, vlterius explicare, qnod eſt in propoſito. At quia & ipſi Græci Spiritum ſanctum dicunt eſſe etiam ſpiritum filij, verbis contendentes in ſententia, cum Latinis conueniunt, ſi capere vellent. Quam etiam ſententiam quidam maiores eorum ſatis expreſſè in ſcriptis ſuis poſuerunt.

Ioan. 15. Gatal. 4.

Ex patre, & nato procedit ſpiritus almus
Quamuis diſſideat nomine Græca fides.

Diſtinctio. 12. Item quæritur, &c. Epitome.

APatre Spiritus ſanctus nec prius, nec poſterius proceſſit, quàm à filio: nec è contra, pro eo, quòd ibi nulla eſt temporis ſucceſſio, vel duratio. Vndè nec habet locum quæſtio illa, an proceſſerit Spiritus ſanctus, iam nato filio, vel adhuc naſcituro. Nàm omnes perſonæ ſunt coæternæ. Hinc etiam nec maiore perfectione dignitatis, nec plenius à patre procedit, quàm à filio, ſed æque perfectè. Principaliter tamen, & propriè à patre mittitur per filium, eo quòd pater à nullo eſt, filius autem hoc habet à patre.

Aug lib. 15. de Trin. ca. 26. Hiero. cap. 4. ad Cyrillum. Ioan. 5. Aug lib. 5. de Trini. cap. 26.

Spiritus ex nato non manat plenius ipſo,
Quàm patre, nec ſpirat filius ante patrem.

Diſtinctio.13. Poſt hæc conſiderandum,&c.

Epitome.

Aub lib. 15. cap. 15. de tri.

QVanquam ab vtroque ſcilicet à patre, & filio, ſpiritus ſanctus procedat: non tamen per hoc filius eorum, quaſi Patris, & Matris dici poteſt. Hoc enim abſurdiſſimum eſſet,& à fidelibus auribus alienum Quamuis etiam tã filius,quàm Spiritus ſanctus à patre procedat, alio tamen modo.Nã filius procedit per modum naturæ,&ideò dicitur genitus, & procedens. Omne enim, quod generatur,procedit, & non è contra Sed Spiritus ſanctus procedit per modum voluntatis ,ſicut datus, non autem, vt natus. Sic ergo procedens tantùm dicitur, & non natus.Neque tamen per hoc ſpiritus ſanctus dici debet ingenitus, ſicut nec genitus:quia nec eſt pater,nec filius.

Aug.lib. 3. cap.14. cont. Maximi. Ioan.15.& 20. Eſai.15.

Quamuis accipiat naturam flamen eandem
Cum nato natus,non tamen eſſe poteſt.

Diſt.14. Præterea diligenter annotãdũ,&c. Epit.

Aug lib. 15. ca.27. de Trini. Beda lib. homil.2. homilia. Ioan 20. Luc.6. Aug lib. 15. cap.26. de Trini. Gal 3.

GEmina eſt ſpiritus ſanctus ſancti proceſſio,æterna ſcilicèt, & temporalis: quarum prima in effabiliter à patre,& filio ſine tempore proceſſit:ſecunda verò, eſt qua ſpiritus ſanctus mittitur ad ſanctificandum creaturam rationalem. Et hac quoque proceſſione ab vtroque procedit. Eſt autem illa proceſſio, ſeu miſſio gratiæ, ſpiritus ſancti collatio. Et hunc Dominus diſcipulis bis dedit: ſcilicet poſt reſurrectionem, quandò in eos inſufflauit : & poſt aſcenſionem in die Pentecoſtes ad ſignificandum duplicem dilectionem, ſcilicet Dei, & proximi, quam ſpiritus ſanctus in nobis operatur. Datur autem ſpiritus ſanctus perſonaliter cum ſuorum donorum diſtributione. Vndè nec ab aliqui creatura quantuncunque ſancta, (ſed à ſolo Deo) datur ſpiritus ſanctus, niſi inſtrumentaliter quia à nulla creatura procedit.

Spiritum ab æterno pater, vt cum pignore ſpirat
Tempore ſic placito mittere vterque ſolet.

Aug li.. 15.cap.2 de Trinit.

Diſtinctio.15.Hic conſiderandum eſt, &c.

Epitome.

Aug lib 2. e 5. de Tri. Ioan.14.

ETiam à ſe ipſo datur ſpiritus ſanctus, Nàm ipſe Deus eſt, & donum. Dat ergo,quia Deus: & datur quia donum:ſicque dat ſeipſum:quia opera Trinitatis,cuius ipſe eſt perſona,ad extra ſunt indiuiſa. Vndè, quod vna facit, & alia facit. Nàm & ipſe filius ſeipſum in ſcripturis mittere dicitur: Qui etiam filius, licèt ſemel tantùm in carnem miſſus

ſit, in mentes tamen caſtas quotidiè mittitur à tota Trinitate. Patri autem qualitercunque mundo appareat, tamen mitti non conuenit: quia ipſe ab alio non procedit, ſed eſt proceſſionis author, & principium. Per quod tamen filius, & ſpiritus ſanctus minores eo non ſunt, ſed eiuſdem cum eo dignitatis, & eſſentiæ.

Ioan. 8. Aug lib. 2 ca. 5. de Trinit. Aug lib. 4. cap. 21. de Trini. Aug lib. 2. ca. 5. de. Tri.

Quandò creaturam ſacro aſpiramine mundat,
Se dat muneribus ſpiritus ipſe ſuis.

Diſtinctio. 16. Nunc de ſpiritu ſancto vid. &c. Epitome.

DVpliciter Spiritus ſanctus ſanctus miſſus eſt, quo & creatura dupliciter ſanctificatur, viſibilier, ſcilicèt, cũ apparentia alicuius viſibilis ſigni, & quandoque cum effectu interiori ſine viſibili ſigno. Sicut & filius dupliciter miſſus eſt, viſibiliter, ſcilicèt, in carne aſſumpta, & inuiſibiliter in mentes caſtas. Fuit ergo viſibilis ſpiritus ſancti miſſio quædam ipſius apparentia, vel manifeſtatio in corporali creatura, tanquàm in ſigno. Neque tamen per hoc, quod mittitur ſpiritus ſanctus, minor eſt patre, qui non mittitur, cùm tamen filius ſecundùm miſſionem viſibilem, minor dicatur tota Trinitate. Filius enim aſſumpſit humanitatem, non ſolùm, vt in ea appareret, ſed etiam, vt eſſet homo: non autem ſic ſpiritus ſanctus, columbam. Tamen iuxta Hilarium pater maior eſt filio ſibi coeſſentiali, & hoc authoritate geniturę, non tamen per hoc filius minor dici poteſt. Vnum enim, & idem eſſe, quod habet filio dedit.

Ioan. 14. Philip. 2. 1. ad Timot 2. Ioan. 16.

Quo nos diligimus, flamen putat eſſe Magiſter
Hoc magis augeri, quo magis ardet homo.

Diſt. 17. Iam nunc accedamus, &c. Epitome.

SPiritus ſanctus (qui tertia in Trinitate perſona exiſtens, à patre, & filio à ſeipſo mittitur, & doatur fidelibus) eſt amor patris, & filij, quo ſe inuicem amant, & nos. Eſt etiam amor, ſiuè charitas, qua nos Deum, & proximum diligimus. Ità enim in nobis eſt, vt nos Deũ, & proximum diligere faciat Hinc qui ipſam dilectionẽ diligit, Deum diligit pro eo, quod Deus dilectio eſt. Nec tamen Deus ſic dicitur charitas noſtra, ſicut ſpes, & patientia noſtra. Hęc enim citus, non quòd ipſe ſit iſta, ſed quia ſunt ab eo. Dicitur autem charitas noſtra, quia ipſe eſt charitas. Et hæc charitas, quę ſpiritus ſanctus eſt, nec proficit, nec deficit, quia De⁹ eſt, ſed homo in ea aliquando proficit, vel deficit: ſicut & De⁹ in nobis dicitur magnificari, vel exaltari. Sic etiam dicitur alicui dari, non quaſi locum mutet, ſed quia alio modo in eo

Aug. lib. 8. c. 7. de Trinit. Aug. lib. 15. ca. 17. Ioan. 1. Aug. lib. 3. cap. 1. Aug. lib. 1. cap. 17. de Trini

eſſe incipit. Quamuis etiam actum credendi, & ſperandi operatur, mediantibus virtutibus fide, & ſpe: actū tamen diligendi ſine alicuius virtutis medio, in nobis operatur. Hæc Magiſter. Sed notandum, quòd in hoc vltimo non tenetur quia præter hæc, doctores ponunt habitum charitatis, quo actus diligendi eliciatur, licèt Deus ſit charitas noſtra effectiuè.

Magiſter vbi non tenetur.

Spiritus in variis apparuit ante figuris.
Imbuit, & tacito pectora ſacra modo.

Diſt. 18. Prætereà diligenter conſid. &c. Epitome.

ALia ratione Spiritus ſanctus donum dicitur, & datum. Nàm eſſe donum, ſibi conuenit ex æterna ſua proceſſione ante omnem creaturam: ſed datum, vel donatum conuenit ſibi temporaliter ab actuali ſcilicèt datione, qui tamen ab æterno fuit donabilis. Neque verò per hoc filius donum dicitur, quamuis & ipſe ab æterno dabilis fuit, quemadmodum Spiritus ſanctus, quia non ſolùm procedit, vt donabilis, ſed etiam, vt genitus. Sicut ergo filius æternaliter naſcendo à patre accipit, quod ſit filius: ſic Spiritus ſanctus æternaliter procedendo accipit, quod ſit Spiritus ſanctus. Hinc & ſecundùm quod ſempiternè donum eſt, refertur ad patrem, & filium: ſecundùm verò, quod datum, vel donatum eſt, refertur ad eum, qui dedit, & ad eos, quibus datur.

Aug. lib. 15. cap. 19. de Trini.
Aug. lib. 5. cap 14. de Trini.
Aug. lib. 5. cap. 15. de Trini.
Mat. 6.
Luc. 11.

Spiritus æterna donum eſt ab origine, quamquam
Temporis elapſu dicitur eſſe datus.

Diſt. 19. Nunc poſtquam æternitatem, &c. Epitome.

ÆEquales ſunt diuinæ perſonæ, nec ſe inuicem excedunt in æternitate, potentia, vel magnitudine: quæ licèt diuerſimodè ſiunt nominatę, ſunt tamen eadem eſſentia Hinc ex illa conſubſtantialitate vna perſona dicitur eſſe in alia. Nulla ergo eſt in diuinis perſonis eſſentialis diuerſitas, ſeu differentia, ſcilicèt nec partium integralium, nec ſubiectiuarum, nec materialium qualitercunque. Nec ibi duæ perſonæ magis ſunt, quàm vna, nec numero differunt, quaſi vna ſit aliquid aliud ab alia: ſed quia in computatione à ſe inuicem diſcernuntur, vt Pater dicatur vnus Pater, & Filius, duo, &c. hinc, & omnes tres perſonæ non ſunt maioris Deitatis, ſicut nec veritatis, & magnitudinis, quàm vna, & vna non minoris, quàm omnes, ſed æqualis ſunt Deitatis, & eadem Deitas. Ex quo, patet, quod, etſi Deus trinus eſt, non tamen triplex, dici debet: quia vbi triplicitas, ibi duo plus, quàm vnum, & tria plus, quàm duo.

Aug. lib. 7 ca. 1. de Trinit.
Aug. de fid. cap. 1. Hilar. 50 de Trini.
Mat. 19.
Aug. li b. 8 cap 1 de Trinit.

Pernegata quales perſonas Arius excors.
Quam libet & cunctis per negat eſſe patem.

Diſt. 20. Nunc oſtendere reſtat, &c. Epitome.

Aequales ſunt etiam diuinæ perſonæ potentia, ità vt non maiorem potentiam habeat Pater Filio, nec duo, vel tres maiorem, quàm vnus Quod ex verbo Chriſti primùm oſtenditur, vbi dicit: Omnia, quæ habet Pater, mea ſunt: ergo, & omnipotentia. Nàm ſi Pater, non generaſſet filium in potentia ſibi æqualem, hoc eſſet aut quia noluiſſet, aut non potuiſſet: quod vtrunque falſum eſt: quia ſic aut inuidus, aut impotens probaretur. Nàm in humanis Pater filium quanto poteſt, generat ſibi æqualem: immò, & meliorem, & maiorem, ſi poſſet. Deo tamen nihil eſſe poteſt maius, aut melius: Vndè erit Pater filio æqualis. Nec impedit, quod Pater filium genuit, quia filius naſcendo eandem naturam ab eo accepit. *Ioan. 16.* *Aug. lib 3. cap. 7. contra Maxim.*

Nequaquam eſt alijs perſona potentior vna,
Quod ratio perhibet, quod pia ſcripta docent.

Diſt. 21. Hic oritur quæſtio trahens, &c. Epitome.

Veræ ſunt propoſitiones, in quibus dictio excluſiua, ſolus, ponitur cum termino perſonali, dicendo. Solus Pater tantus eſt, quantus ſimul illi tres, &c. Per hoc enim non vna perſona ab alia, ſed proprietas relatiua vnius perſonæ ab altera excluditur. Quòd ſi dictio excluſiua de termino perſonali prędicetur reſpectu termini eſſentialis: vt ſi dicatur, ſolus Pater eſt Deus, vel Pater eſt ſolus Deus ſecundùm Magiſtrum: ſic vbi tales propoſitiones inuenientur, exponendæ venient, nec verbis noſtris, ſic loquendum. Quòd ſi etiam vna perſona in ſcripturis exprimatur cum dictione excluſiua, alia perſona non expreſſa, tamen ſemper cointelligitur propter earundem cohærentiam. *Aug. lib 9. cap. 7. de Trinit.* *1. Tim. 6.* *Aug. lib. 7. cap. 9. de Trinit.* *Rom. 16.* *Aug. lib. 6. cap. 7. de Trinit.* *Aug. lib. 9. cap. 8. de Trinit.*

Eſſe Deum ſolum patrem non dicimus aptè,
Sed patrem, ſolùm dicimus eſſe Deum.

Diſt. 22. Poſt prædicta nobis, &c. Epitome.

In multiplici differentia inueniuntur nomina de Deo dicta. Nàm ſunt quædam, quæ exprimunt proprietates perſonales, & dicuntur notionalia, vt Pater, Filius, ſpiritus Sanctus, verbum, donum, generans, &c. Quædam verò exprimunt eſſentię vnitatem, vt Deus, Deitas, ſapientia, bonitas, æternitas, & huiuſmodi. Quædam aut transſumptiuè de Deo dicuntur, vt lux, ſplendor, ſpeculum, & ſubſtantia. Quædam etiam Deo ſolùm ex tempore conueniunt cum *Aug. lib. 5. cap. 6. de Trini.*

relatione quadam extrinſeca, vt dominus, creator, cum redemptor, ſaluator, & ſic de alijs. Quædam verò ex tempore Deo conueniunt, nec relatiuè dicuntur, vt humanatus, incarnatus. Quoddam etiam eſt, quod dicitur non ſigillatim, ſed ſimul de omnibus perſonis, ſecundùm quandam intrinſecam in relationem, vt Trinitas. Et hæc omnia reduci poſſunt ad duplex nomen. Nàm omnia aut dicuntur relatiuè, aut abſolutè, vt patet intuenti. Ea tamen, quæ ad eſſentiam pertinentia, abſolutè, ſcilicèt, dicuntur, non dicuntur, vel de ſingulis, vel de omnibus in plurali, ſed in ſingulari tantùm. Non enim dicuntur Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus dij, bonitates, vel huiuſmodi, ſed vnus Deus, bonitas, &c.

Idem lib. 5. cap. 8.

Aug. lib. 7. cap. 6 de Trinit.

Nomina multa Dei communia, propria quædam,
Sunt nonnulla tropis nomina clauſa ſuis.

Diſt. 23. Prædictis adiiciendum eſt, &c. Epitome.

AB eis, quæ dicta ſunt, ſcilicèt, nomina ſecundùm ſubſtantiam de Deo dicta, ſingulariter de perſonis dici, & non pluraliter, excipitur hoc nomen perſona. Quod quidem ſubſtantialiter dicitur, abſolutè enim, & non relatiuè prędicatur, & tamen pluraliter de omnibus ſimul dicitur, & non ſingulariter. Vera enim eſt hæc, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ſunt tres perſonæ, aut ſunt vna perſona. Sed hoc nomen à prædictis ſuprà excipi oportuit, vt haberetetur, quo hæreticis reſponderi poſſet, cum inſtante quærentes, quid tres in diuinis ſecundùm ſcripturas dicamus: Reſpondendum eſt enim, tres perſonas. Quod tamen magis dicitur ex penuria nominum, quibus hæ tam altiſſimæ res exprimentur, quàm vocabuli propria ſignificatione. Notandum autem quòd in diuinis non eſt vtendum vocabulis quæ ſunt, diuerſus, ſingularis, vnicus, & ſolitarius: per quæ, ſcilicèt importatur contrarium, aut vnitatis eſſentiæ, aut pluralitatis perſonarum.

Hila. 7.

Ioan. 4.

Deut. 20.

Ambr. de fide cap. 2.

Commoda perſona vox eſt, ſi quæſtio ſiat,
Quo natura modo ſit tribus vna Dei.

Diſt. 24. Hic diligenter inquiri oportet, &c. Epitome.

PEr terminos numerales in diuinis, id eſt, per nomina pertinentia ád pluralitatem, ſeu multitudinem, ac diſtinctionem, potius aliquid remouetur, quàm ponitur, ſecundùm quod Magiſter intendere videtur. Sicut per nomina ad vnitatem eſſentiæ ſpectantia, multiplicitas eiuſdem excluditur: vt per hoc, quod dico, vnus Deus, Deorum excluditur pluralitas. Per illa autem, quæ pluralitatem

exprimunt, ſingularitas, & ſolitudo excluditur: vt per hoc, quod dicitur, duæ, vel tres perſonæ, excluditur, quòd non ſit vna tantùm. Hæc tamen à doctoribus non conceduntur, niſi intelligantur illa nomina ſic remouere, quòd etiam ſignificent, ſeu ponant. Quod nec abnuunt authoritates, quas Magiſter allegat.

Gen. 1.
Amb. de fide lib. 5. cap. 2.

Ponere nil, immò tantùm remouere Magiſtro,
Nomina, quæ numeros in Deitate notant.
Sed res iſta parum deinceps laudata magiſtris,
A noſtris, hodie nullius eſt precij.

Diſt. 25. Prætereà conſiderandum eſt, &c. Epitome.

HOc nomen, perſona, tàm in ſingulari, quàm in plurali, eſſentiam ſignificat. Quod quo ad primum, ex ſupradictis patet: quo ad ſecundum autem, ex eo quòd dicendo tres perſonas, ſignificamus id, quòd eſt commune Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, quod vtrique eſt eſſentia. Hinc, & quærẽtibus quid eſt eſſentia: reſpõderi poteſt, tres perſonæ. Capitur tamen nomen perſonæ quandoque pro hypoſtaſi, vel ſubſiſtentia, & hoc iuxta prędicta, propter vocabulorum penuriam: ità cùm dicimus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſunt tres perſonæ: ſenſus eſt, id eſt, tres hypoſtaſes, vel ſubſiſtentes. Denique, & quandoq; ſupponit proprietate perſonali, ſub eius tamen aliqua differentia, vt ex prędictis patet.

Naturam ſignat, ſignat, vel hypoſtaſin anceps,
Nomen perſonæ, propria ſiue notat.

Diſt. 26. Nunc de proprietatibus perſo. &c. Epitome.

Amb lib. de fide. cap. 10.

LOQVENTES de diuinarum perſonarum proprietatibus, in primis cautos nos eſſe cõuenit de nomine hypoſtaſis, propter hæreticorum verſutiam, qui eo vtebantur pro perſona ſimul, & eſſentia, & per hoc ſimplices capiebant: quod tamen modò pro perſona tantùm, ſine periculo accipitur. Eſt autem proprietas perſonalis patris, genere: filij, generari, ſpiritus ſancti, procedere, ſpirati. Quæ quidem proprietates, relationes quædam ſunt, quibus perſonæ ad inuicem relatæ diſtinguntur: & paternitas, filiatio, & proceſſio, dicuntur. A quibus, & perſonarum nomina, ſcilicèt, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, ſumuntur. Neque tamen, quia relatiua ſunt, accidentaliter dicuntur, quia incommutabiliter prædicantur. Dicitur autem ſolus filius in diuinis propriè filius Dei, homines autem per adoptionẽ tantùm, filij Dei dicuntur. Sicut & hoc intellectu eſſe donum, eſt

Aug lib. 5. cap. 5. de Trinit.
Ioan. 17.

Spiritus Sancti proprium, quo, & ipſe ad alias perſonas refertur. Quamuis etiam omnes communiter perſonę, nomine Spiritus Sancti ſumpto eſſentialiter, nominari poſſint, tertiæ tamen perſonæ approprietur ſumptum relatiuè, & per hæc nomina ſcilicèt donum, & Spiritus Sanctus, ipſius intelligitur relatio, cui nomen non eſt impoſitum.

Aug lib. 5. cap. 12. de Trinit.

Perſonam perhibent diſtingui proprietate,
Prædicat externum, non tamen illa genus.

Diſtinct. 27. Hic quæri poteſt, &c. Epitome.

Ioan. Dama. lib. 6. de ortho. fide.

EAdem eſt patris proprietas, quæ his ſignificatur nominibus, Pater, paternitas, generatio actiua: Et filij, quæ ſignificatur nominibus his, quæ ſunt, filius, filiatio, generatio paſſiua: Et Spiritus Sancti per hæc: quæ ſunt, Spiritus Sanctus, ſpiratio paſſiua, & procedere ab vtroque. Significantur tamen hæ proprietates per iſta nomina, diuerſis rationibus. Nominibus enim perſonarum (quæ ſunt, Pater, Filius, Spiritus Sanctus) ſignificantur non tantùm proprietates, ſed etiam hypoſtaſes: nominibus autem proprietatum, vt ſunt paternitas, & filiatio, &c. ſignificantur ipſę proprietates ſecundùm ſe, vel actus ipſarum proprietatum, vt generare, naſci, vel generari. Sunt autem, & nomina, quæ propriè filio conueniunt, & perſonalem eius proprietatem præciſè exprimunt: quæ non ſubſtantialiter, ſed reſpectiuè de eo, reſpectu patris, dicuntur: qualia ſunt, genitus, verbum, imago. Dicitur enim genitus genitoris genitus, & ſic de aliis. Eſſentialia etiam quãdoq; ponuntur pro perſonis, vt Deus de Deo, Deus genuit Deum, lumen de lumine, ſed non è conuerſo. Non enim dicimus, verbum de verbo, vel filius de filio, &c.

Aug. lib. 5 cap. 6. de Trinit.

Aug. lib. 6. cap. 2 de Trini.

Vni perſonæ ſi multa vocabula dentur,
Res eadem multis fit manifeſta modis.

Diſt. 28. Præterea conſiderare oportet, &c. Epitome.

Aug lib. 5. cap 5. de Trini.

Am lib. de incarnationis Domi-caſacram. c. 8. tom. 2.

PRAETER eas proprietates, quæ ſuprà dictæ ſunt perſonales, vt eſt paternitas, & huiuſmodi, ſunt adhuc quædam aliæ, de quibus eſt nomen, ingenitus, quod ad patrem ſpectat, & tamen aliam, quàm hoc nomen paternitas, proprietatem importat. Non enim de ratione patris eſt eſſe ingenitum, cùm abſque hoc aliquis eſſe poſſit pater. Eſt autem ſenſus alius illarum propoſitionum, patrem eſſe, & filium eſſe, quia hoc idem eſt. Vna enim eſt eſſentia diuina, qua vterq; eſt: Et illarum eſſe patrem, & eſſe filium, tranſpoſitis, ſcilicèt, terminis. Non enim eſt eadem

proprietas, qua ille eſt pater, & alter filius. vt patet. Notãdum quoq; quod nomen, imago, relatiuè quãdoq; ſumitur, & tunc ſoli filio conuenit. Sumitur autem, & quandoque eſſentialiter pro tota trinitate: ad cuius, ſcilicèt imaginem homo dicitur creatus. *Aug. lib. 7. cap. 2. de Trinit.*

Et pater ing-nitus cognomine dicitur apto
Dicitur & natus ſolus, imago patris.

Diſt. 29. Eſt prætereà aliud nomen, &c. Epitome.

HOc nomen, principiũ, in diuinis dicitur ad aliquid, & multiplicem notat relationem. Conuenit enim toti Trinitati, & ſingulis perſonis. Eſt namque pater prĩcipium totius diuinitatis, quia principium Filij, & Spiritus ſancti: & ſic eſt principium ſine principio. Spiritus ſanctus autem eſt principium creaturæ, & principium de vtroque tota Trinitas totius creaturæ vnum principium, & hoc ex tempore. Quamuis autem, & vna perſona ſit alterius principium, vt iam dictum eſt, hoc tamen non eſt ex tempore, & eſſentialiter, ſed notionaliter. Sunt autem, & vnum principium Spiritus Sancti Pater, & Filius: & hoc vna notione, quamuis hæc, vt Magiſter dicit, non habeat nomen impoſitum, quæ tamen hodie à doctoribus dicitur communis ſpiratio. *Aug. lib. de Trinit. cap. 20.* *Aug. lib. 5. cap. 14. de Trinit.* *Aug. lib. 5. cap. 13. de Trinit.*

Omnes principium perſonas dicimus vnum
Principium, natum dicimus atque Patrem.

Diſt. 30. Sunt enim quædam quæ ex tempore, &c. Epit.

ALiqua ſunt relatiua, quæ de Deo ex tempore dicuntur, ſine tamen ſui mutatione. Vndè nec per hoc ei aliquid accidit, ſed rei temporali: qualia ſunt, creator, dominus, refugium, donatum, & huiuſmodi. Tunc enim cœpit hoc modo Deus eſſe creator, quandò cœpit eſſe ipſa creatura: & ſic ſimiliter de alijs. De tempore tamen dicitur, quòd Deus non cœpit eſſe dominus temporis in tempore, ſed cum tempore, eòque tempus in tempore eſſe non cœperit. Eſt ergo talis relatio realiter ſolùm in creatura, in Deo autem ſolùm eius appellatio, ſeu ſecundùm rationem. Fit enim hoc, vt dictum eſt, ſine ipſius mutatione: ſicut in ſimili nummus ſine mutatione ſui fit præcium. Hic, & patet quomodo Spiritus Sanctus puris mentibus ſine ſui mutatione confertur. *Ioan. 6.*

Sic dominus rerum quamuis in tempore factus,
Non demutatum dicimus eſſe Deum.

Diſt. 31. Præterea diligenter amor. &c. Epitome.

Aug. lib. 5. cap. 13. de Trin. ILLA nomina, æquale, & ſimile in diuinis relationem quidem dicunt, ſed ea eſt ſolum relatio rationis. Nihil enim eſt ſibiipſi æquale, ſicut nec ſimile, & tamen perſonarum æqualitas eſt ſecundùm eſſentiam. Æqualitas ergo in diuinis nihil aliud eſt, quàm identitas virtutis diuinarum perſonarum: eſtq; relatio ſecundùm nomen, ſeu rationis tantùm. Et idem dicendum de hac voce, ſimile. Qua propter, & aliqui dicere volebant, quòd illa nomina in diuinis nihil ponerent, quod & Magiſter approbare videtur: Sed hoc non tenetur. Affirmatur autem in diuinis ſecundum appropriationem de patre vnitas, & æternitas, quia illa pertinet ac principium, qui & innaſcibilis dicitur: De filio autem imago, ſpecies, & pulchritudo. & æqualitas, ob perfectam Patris repræſentationem: De Spiritu ſancto amborum nexus, & charitas, munus quoque, & vſus: quia per ipſum, & ab ipſo omnia nobis donantur. Quia verò neutrum genus ad eſſentiam refertur, maſculinum verò ad perſonam, ſeu hypoſtaſin, ideò Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus dicuntur quidam vnum, non autem vnus, niſi cum additione, vt vnus Deus, vel huiuſmodi.

Hil. lib. de Syno. ca. 6.

Ioan. 10.

Aug. lib. 6. cap. 3. de Trinit.

Aug. lib. 5. cap. 11. de Trin.

Natura æqualis, non proprietate, parenti
Filius, ac vnum, non tamen vnus erit.

Diſt. 32. Hic oritur quæſtio ex prædictis, &c. Epit.

PAter, & filius in diuinis diligunt ſe Spiritu ſancto, & hoc, capiendo diligere notionaliter, vt ponitur pro cõmuni ſpiratione, differente: ſ. ab eſſentia ſecundùm rationem. Non autem eſt concedenda illa propoſitio, Pater ſapit ſapientia genita, ſeu per eam ſapientiam, quam genuit: nè Filius qui eſt ſapientia genita, videatur eſſe cauſa ſapientiæ in Patre. At dum quæritur, an Filius ſapiens ſit ſapientia ingenita, concedi debet, eò quòd ipſe eadem ſapientia, ſapiens eſt, qua Pater. Eſt enim ſenſus, quòd Filius eſt de ſapientia ingenita. Conceditur etiam à quibuſdam illa, Filius ſapiens eſt ſapientia genita, vel ſeipſo, quod idem eſt, non tamen à ſeipſo. Eſt autem vna, eadémque ſapientia Patris ingenita, & genita ſecundùm rem, ſecundùm rationem tamen differens. Hoc enim additum, Patris, facit ſapientiam ſtare pro perſonis. Si verò abſolutè ponitur; ſtat pro eſſentia ſicut & de dilectione eſt cõſiderare. Vndè & ſicut in deitate eſt dilectio, quæ eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſcilicèt, ipſa diuina eſſentia, & tamen ſpiritus Sanctus eſt dilectio,

Aug lib. 15. cap. 7. de Trin.

Aug lib. 5. 15. cap 7. de Trin.

Hil lib. 9. de Trinit.

ctio,quæ non eſt Pater,nec Filius: nec tamen per hoc ſunt duę dilectiones,ſed vna tantùm: ſic eſt, & ſuo modo de ſapientia. Denique, & diligere, ſi capiatur eſſentialiter, & idem eſt,quod eſſe, tunc Pater non diligit ſpiritu Sancto, ſed benè, ſi capiatur notionaliter pro paſſiua ſpiratione. Tunc enim,& ſi idem ſit, quod diuina eſſentia ſecundùm rem,non tamen ſecundùm modum ſignificandi. Secus tamen eſt hîc de ſapere quod ſemper eſſentialiter capitur.

Quamuis ſe genitor ſpiramine diligat almo,
Attamen ugenito, non ſapiente ſapit.

Diſt.33. Poſt ſupradicta interius,&c. Epitome.

Divinarvm perſonarum proprietates ſunt ipſæ perſonæ,ſunt, & diuina eſſentia: vt paternitas eſt Pater, & eſt diuina eſſentia:ſic,& filiatio, filius, & proceſſio ſpiritus ſanctus. Nulla enim in diuinis poteſt eſſe diuerſitas, nec compoſitio:ſed ob diuinæ naturæ ſimplicitatem, Deus eſt quicquid habet, vbi non repugnat relatiua oppoſitio. Fuerunt autem aliqui, qui hoc negantes, dixerunt ipſas proprietates non eſſe perſonas,ſed quaſi extrinſecus affixas, quaſi ſi proprietates ſunt perſonæ, ideò eas non diſtingunt. Sed hoc non ſequitur: Nàm, & ſeipſa res diſtingui poteſt, ſeu determinari. Addunt autem, dicentes, ſi proprietates ſunt diuina eſſentia,ergo in eis perſonæ conueniunt, ſicut in eſſentia, vbi non attendunt repugnare relatiuam oppoſitionem. Plenum tamen horum intellectum nemo mortalium habere poteſt, ſed ſtandum eſt in his veritati fidei. Neque etiam ſequitur,paternitas eſt in eſſentia, ergo eſſentia generat,vt ipſi volebant. Non enim eſt ibi determinendo,vel diſtinguendo eam,ſicut eſt in perſona, cuius eſt generare.

Hie.4.in expla adſimb. Adam.&. Hil.lib.7. de Trinit.

Io.Dam,3. De ortodox. fid.

Auguſt in Pſalm.68. Tom.8.

Vni perſonæ quod conuenit, omnibus apta.
Conueniet, modo ni dempta relata fient.

Diſt.34. Prædictis autem adiiciendum, &c. Epitome.

Per hoc, quòd in diuinis perſona eſt idem cum eſſentia, non eſt eadem res, quæ generat, & generatur, vt hæretici volebant: quia, & ſi generans, & generatum in ſubſtantia conueniant, non tamen in perſonalitate: quia perſona, & eſſentia ſecundùm rationem differunt. Et ſi etiam vnus Deus dicatur tres perſonæ, ſitque vnà eſſentia trium perſonarum, & tres perſonæ vnius eſſentiæ, non tamen poteſt ſanè dici vnus Deus trium perſonarum, vel tres perſonæ vnius Dei. Per hoc enim ſignificaretur Deus

Hil. lib.8. de Trinit. Rom. 8. Ioan. 15. Eſaye. 19. Matth. 20. Ioan. 10. Exod.3. Auguſt.in Pſal.68.

in aliqua habitudine principij reſpectu perſonarum, quod non valet. Neque ſimile eſt de eſſentia, quia hæc vox, Deus, ſignificat in ratione principij effectiui, non autem eſſentia. Quod autem Patri attribuitur potentia, Filio ſapientia, & Spiritui Sancto bonitas, quamuis omnes eadem potentia ſint, & ſapientia, & bonitas: hoc fit, ne pater impotens putetur, & filius inſipiens, & Spiritus Sanctus tumidus: vt in humanis, ſeu creaturis eſſe conſueuit. De nomine etiam, homouſios, notandum, quòd ad tempus propter hæreticos abolitum, patefacta ipſius ſignificatione, in conſuetudinem locutionis eſt reſumptum: valet tantùm, ideſt, vnius, & eiuſdem ſubſtantiæ. Nomina verò tranſlatiuè de Deo dicta, vt ſpendor, ſpeculum, & huiuſmodi, intelligi debent ſecundùm rationem tranſlationis, & ſimilitudinis eorum.

Hil. lib. 1. de Trinit. *Luc. 11.* *Mat. 23.* *Deut. 4.* *Aug. lib. 3. contra Maximi. ca. 14.* *Ioan. 10.*

Perſonis eadem fuerit natura, tametſi.
Eſt perſonarum candidus ordo trium.

Diſt. 35. Cùmque ſuprà diſſeruimus, &c. Epitome.

SCientia Dei ſiuè ſapientia, quamuis ſimplex ſit, & vna, propter varios tamen rerum ſtatus, & effectus multa ſortiuntur nomina: vt ſcilicèt iam dicatur præſcientia, prout ſcilicet eſt de futuris, & omnibus, tàm bonis, quàm malis: iàm diſpoſitio, inquantùm eſt de faciendis: iam prędeſtinatio, vt eſt de ſaluandis: iam prouidentia, inquantùm eſt gubernandorum: quæ, & pro diſpoſitione accipitur, licèt interdum, & pro præſcientia accipiatur. Sapientia verò, vel ſcientia eſt de omnibus, tàm bonis, quàm malis, præſentibus, & præteritis, temporalibus, & æternis. Si autem nulla futura fuiſſent, licèt tolleretur præſcientia, diſpoſitio, vel prædeſtinatio, quo ad reſpectum, & anteceſſionem, quam ad futura important, non tamen quod ad eſſentiam, quæ tali reſpectui ſubiicitur. Intuetur autem Deus omne futurum, vt ſibi præſens, eo quòd omnia tàm præterita, quàm futura, ſicut, & præſentia ab æterno in Dei fuerunt ſcientia.

Rom. 8. *Epheſ. 1.* *Eſa. 64.* *1. Corint. 2* *Aug. in ge. tomo. 3. lib. 3. cap. 18.* *Amb. lib. 5 cap. 8. de Trinit.* *Auguſt. in Pſal. 49.*

Nomina multa, Dei tenet vna ſcientia, rerum,
Quod ſplendens varijs efficit ordo modis.

Diſt. 36. Solet hìc quæri, &c. Epitome.

OMnia à Deo cognita ſunt quidem in eius ſciētia, non tantùm illa omnia dici debent eſſe in ipſius eſſentia. Multa enim ſcit, quæ eſſentia eius non ſunt. Deus etiam aliquo modo cognoſcit bona, quo non cognoſcit mala, quæ ſcilicèt in eo eſſe non poſſunt, cùm illa ſolùm in eo eſſe

Rom. 11. *Auguſt. Pſal. 117.*

dicantur, ad quæ in ratione principij ipſe ſe habet, qualia non ſunt mala, quæ nec ipſe approbat. Denique, & ſi omnia, quæ ſunt de Deo poſſunt dici ex ipſo, non tamen è conuerſo, omnia quæ ex ipſo ſunt, de ipſo dici poſſunt, vt patet de creaturis: quæ quidem ex ipſo, quia ab eo factæ: non autem de ipſo, quia non de ſua ſubſtantia. *Auguſt de natura boni. cap. 18. tom. 6.*

Nouit multa Deus quæ eſſentia ineſſe negantur:
Nouit non eodem, quo bona, praua modo.

Diſt. 37. Et quoniam demonſtratum eſt, &c. Epitome.

IN omnibus generaliter rebus Deus eſt præſentialiter, potentialiter, & eſſentialiter, ſine tamen ſui diffinitione, eſt & in omni loco ſine circunſcriptione, in omni etiam tempore ſine mutabilitate. Inſuper eſt in ſanctis ſpecialiter, & excellentius, ſcilicèt per gratiam ſuam: Excellentiſſimè autem eſt in homine Chriſto, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. Eſt ergo vbique per eſſentiam: ſed in Solis bonis habitat per gratiam. Priuſquam autem res, aut ſancti eſſent, Deus, qui nullius eget, æquè, vt modò in ſe habitauit. Neque tamen per hoc, quod Deus præſens eſt in rebus etiam immundis maculatur: ſicut nec ſpiritus humanus à corpore leproſo, nec à rebus fœdis radius Solaris. Et quamuis Deus eſt vbique, & in omni tempore, non tamen temporalis eſt, nec localis: quia nec ſubeſt motui, nec loco terminatur, nec circunſcribitur. Spiritus autem creatus, loco quidem terminatur, non autem circunſcribitur: qui & per tempus mouetur ſecundùm affectiones tempori ſubiacentes, non autem Deus. Qui & ſine ſui mutatione de nouo incipit, vel deſinit eſſe in creatura, modo prædicto. *Col. 2.* *Hier. 23.* *Eſaia. 66.* *Aug lib 3. cap. 2 ad Maxim.* *Eſaia. 6.*

Solus vbique Deus nullo diſcrimine rerum,
Mutatur nullo tempore, ſiuè loco.

Diſt. 38. Nunc ergo ad propoſitum, &c. Epit.

CAuſa rerum eſt Dei præſcientia, ità quòd res futuræ non fieren, niſi eas Deus præſciret, quòdque impoſſibile ſit eas non euenire, dùm Deus eas præſciuit: nec tamen per hoc ſequitur, quòd ipſe ſit cauſa malorum, eo quòd mala ab eo ſcita ſunt. Non enim noſcit mala, niſi notitia ſimplicis intelligentiæ, per quàm notitiam non eſt cauſa rerum. Niſi fortè ſic dicatur cauſa malorum ſine qua non. Nàm ſine eo mala non eſſent, licèt ipſe nec velit, nec approbet ea, ſed tantùm bona. Stat autem, & cum Dei certiſſima præſcientia, contingentia futurorum: ità ꝙ non ſequitur, Deus ea certè præſciuit, & eius præſcientia falli non poteſt, *Origen. lib. 1. cap. 13.* *Auguſt. homil. 53. to. 5.*

Orige in tom. 4. ad cap. 8. ergo neceſſariò euenit. Contingentia enim futura, ſecundum ſe contingentia ſunt, licèt certum ſit ea euenire, quantùm ad Dei præſcientiam. Vndè propoſitiones illæ, & ſimiles: impoſſibile eſt euenire, quòd Deus præſciuit: poſſibile eſt non euenire futurum à Deo præſcitum, coniunctim in ſenſu compoſito falſæ ſunt, in ſenſu autem diuiſo veræ. Tunc enim ſimul ſtat, ea à Deo præſcita, & tamen in ſe fore contingentia,

Quamuis non poſsit diuina ſcientia falli.
Libera contingunt multa futura tamen.

Auguſt. 2 cap. 5. de Trinit. Diſt. 39. Præterea quæri ſolet, & cætera. Epitome.

ET ſi aliquid ſubiectum eſſe poſſit ſcientiæ Dei, quod antè non fuit, aut etiam deſinere poſſit aliquid ſubiectū eſſe eiuſdē ſcientiæ, quod ante ſubiectū fuit: tñ ipſa Dei ſcientia per hoc non mutatur, ſed omninò immutabilis eſt, Hæc enim eſt eius ſapientia, & illa ſua eſſentia. Vndè nec augmẽtari poteſt, nec minui immò, & abſq; ſui mutatione, Deus ſcire poteſt, quod neſcit, & poteſt velle quod non *Hie to. 6. in Abac.* vult. Et hoc ſi propoſitiones illæ diuiſim intelligantur. Sic enim deſignant Deum habere libertatem, & potentiam omnia ſciendi, vel non ſciendi, ſicut ab æterno habuit. Et hoc loquendo de ſcientia approbationis. Poteſt ergo & ad hunc ſenſum plura ſcire, quàm ſcit, & è contra pauciora *Sap. 12.* ſcire, quàm ſcit, ſed ſine ſui mutatione. Prouidentia quoque Dei omnes creaturæ ſimul gubernantur, quamuis non æqualiter omnibus prouideat, ſed cuilibet ſ'm modū ſuū.

Vna manet ſemper diuina ſcientia, quando
Illam augere, nil minuiſſe poteſt.

Diſt. 40. Prædeſtinatio verò de bon. &c. Epitome.

Aug. lib. de prade. cap. 10. in tom. 7. PRædeſtinatio, (quæ ſcilicèt præſcientiam, ſecundùm intellectum præſupponit) eſt gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro præparatio. Ipſa enim eſt ſolùm reſpectu ſaluandorum. Præſcientia autem etiam ad damnandos ſe extendit. Eſt autem certus prædeſtinatorum numerus, eo quòd nullus damnandus ſaluari poteſt, nec ſaluandus damnari. Vndè & illæ propoſitiones: præſcitus poteſt ſaluari: vel prædeſtinatus poteſt damnari, in ſenſu compoſito falſæ ſunt, licèt in ſenſu diuiſo concedantur. Neque etiam *Epheſ. 1.* prædeſtinatus, eſſe poteſt, non prædeſtinatus, niſi ſecundùm diſtinctionem datam. Nàm coniunctim hæ, & ſimiles falſæ ſunt, diuiſim autem veræ. Prædeſtinatus enim inquantùm fallit, nunquàm poteſt damnari aliâs ſcientia Dei mutabilis eſſet, & prædeſtinatio incerta. Cuius

etiam effectus, eſt ſaluatio: ſicut effectus reprobationis damnatio.

Saluus erit, quemcunque Deus prædeſtinat, idem
Quem reprobat, Stygias triſtis adibit aquas.

Diſt. 41. Si autem quærimus meritum, &c. Epitome.

OBdurationis quidē, quæ .ſ. eſt gratiæ diuinæ ſubſtractio, ſeu non collatio, meritū aliquid eſt .ſ. obdurati
præcedens peccatū: non autē reprobationis, quæ .ſ. eſt æterna. *Rom. 9.*
prædeſtinationis autem nec quo ad æternā Dei electionem, *Malac. 1.*
nec quo ad temporalem ipſius gratiæ collationem, aliqua *Rom. 5.*
cauſa eſſe poteſt, ex parte prædeſtinati: quia primam gratiam nullus meretur, alias gratia non diceretur, quæ ſcilicèt *Rom. 9.*
gratis datur. Sic ergo non propter merita, vel demerita *Rom. 9.*
futura Deus hunc elegit, & hunc reprobauit: ſed liberè iuxta ſuæ beneplacitum voluntatis. Neque verò Dei reprobatio eſt cauſa peccati, ſicut tamen eius prædeſtinatio eſt cauſa boni, cùm peccanti liberum dederit arbitrium. Quā- *Aug. lib. 1.*
uis autem præſcientia Dei, quæ eſt reſpectu futurorum, *cap. 27.*
minui poſſit, futuris, ſcilicet in præſens, vel præteritum *retract.*
tranſeuntibus, non tamen minui poteſt eius ſcientia, quæ videlicet eſt omnium præteritorum, ſicut & futurorum & præſentium.

Non Deus ex meritis quemquam, prædeſtinat, & ſi
Peccatis reprobus ſordeat ipſe ſuis.

Diſt. 42. Nunc de omnipotentia Dei, &c. Epitome. *Aug. lib.*

OMnipotens dicitur Deus, non ideò, quia poteſt om- *quæſt. ve-*
nia, quæ vult, ſed quia poteſt omnia, quæ ſunt *teris, ac*
factibilia, ſeu quæ ſub actiua cadunt potentia. Nàm ad *nouæ legis.*
omnipotentiam non ſufficit poſſe omnia, quæ quis velit: *cap. 6.*
aloquin & quilibet beatus, omnipotens dici poſſet. Nec valet ſi dicatur, quòd ipſe non poteſt ambulare, aut loqui, *Aug. lib. 7.*
& ſic de aliis; ergo non poteſt omnia, Poteſt enim, licèt *de ſymb.*
non per ſe, quia ſibi non competit, tamen per nos, & in *de ſi.*
nobis ea facit. Sic nec valet, non poteſt mentiri, fallere, decipi, aut peccare, ergo non poteſt omnia. Talia enim facere, non eſt potentiæ, ſed potius infirmitatis. Quòd au- *10. Chryſ.*
tem quædam authoritates dicunt Deum ideò omnipotentè *in hom. de*
dici, eo quòd poteſt omnia, quæ vult, intelligendæ ſunt, *expo. ſim.*
id eſt Dei voluntas impediri non poteſt. Filius quoque, ſicut & Spiritus Sanctus, dicitur omnipotens, licèt non à ſe, quia vterque eſt ab altera: tamen per ſe, quia eadem omnipotentia, quàm pater.

Sola Dei nullo conſtricta potentia fine eſt,
Quicquid enim eſſe poteſt, hoc facere ipſe poteſt.

Diſt. 43. Quidam tamen de ſuo ſenſu, &c. Epit.

Auguſt. in Gen ca. 19. ERrauerunt, & defecerunt in ſcrutinio ſuo, qui potentiam Dei infinitam, ad menſuram coartare volentes, dixerunt Deum non amplius, nec aliud, nec melius facere poſſe, quam fecit, nec quod facit, omittere poſſe. Et rationes, quas adducunt, inſufficientes ſunt. *Auguſt. de ſymb. lib. 1. cap. 1.* Nàm quod arguunt à ratione boni, & iuſti, quod Deus nihil, niſi tale facere poſſit: ſi referatur ad præſens tempus, nihil impedit. Nempè ſi Deus alia faceret, vel meliora, ſimiliter bona, & iuſta eſſent: quamuis quo ad omne tempus, nihil facere poſſit, niſi bonum, & iuſtum. Quòd etiam arguunt Deum nihil facere, niſi quod debet, & omne, quod debet, facere, non valet: quia verbum debiti in diuinis locum non habet. Quòd etiam à rationabili arguunt, ſcilicet omne, quod Deus facit, eſſe rationabile, dicimus etiam alia rationabilia eſſe, ſi ea faceret, *Ioan. 11.* De præſcientia verò, quod dicunt, ſuprà explicatum eſt. Quamuis etiam idem ſint in Deo voluntas, & potentia, potentiæ tamen plura ſubſunt, quàm voluntati. Hinc concluſiuè dicitur, Deum plura poſſe facere, quæ non vult, nec facit. Poteſt enim omnia poſſibilia, & non implicantia. Poſſet etiam omittere, quæ facit, quod & hinc patet, cùm poſſit iuſtificare omnes: quod tamen, vt conſtat non facit.

Si dimiſſa Deus faceret dimitteret acta.
Iniuſtum poſſet dicere nemo tamen.

Diſt. 44. Nunc illud reſtat, &c. Epitome.

Aug. lib. 83. quæſt. 50. tom. 4. RErum vniuerſitatem Deus meliorem facere poteſt, quã fecit. Nàm niſi hoc poſſet, creatura aut eſſet ſummè bona, & ſic creatori ęqualis, quod eſt impoſſibile: aut Deus ei maioris bonitatis capacitatem conferre non poſſet quod ſimiliter falſum eſt. Nec obſtat, quod ſibi filium, ęqualem genuit: quia ille eſt de patris ſubſtantia, creatura autem de nihilo. Hæc tamen intelligenda ſunt, ex parte rerum. *Aug ſuper Gen. li. 11. ca. 7. to. 3.* Dei enim ſapientia, qua facit, melior eſſe non poteſt, ſed ipſa, creatura. Non eſt ergo limitata diuina potentia nunc magis, quàm vnquam ad faciendum, quod vult, licèt non eodem modo res ad eadem ſe habeant: vt patet in eo, quod in præteritum tranſit. Sic, & de voluntate, & ſcientia, ſuo modo dicendum eſt.

Longè aliter potuit, poteritque poteſtque creare,
Optima quantumuis cuncta creata Deus.

Diſt. 45. Iàm de voluntate Dei, &c. Epitome.

Voluntas quidem Dei eſt idem realiter, quod ſua eſſentia: quia id tamen ea differt ratione, ſicut & ſcientia, ideò aliqua voluntati Dei attribuuntur, quæ non attribuuntur eius eſſentiæ. Non enim Deus eſt oĩa, qui tamen vult oĩa. Eſt autẽ diuina voluntas cauſa vniuerſalis oĩm, & quæ naturaliter, & quæ mirabiliter fiunt. Cúmque ipſa ſit cauſa prima ipſius, non eſt quærenda alia cauſa, alioquin ipſa non eſſet ſimpliciter prima: nominatur quoque voluntas multipliciter. Nàm quandoque accipitur propriè ſecundùm quod eſt diuina eſſentia, & illa dicitur voluntas beneplaciti: alia autem dicitur voluntas ſigni, quæ in hoc differunt, quia illa eſt æterna, iſta temporalis: hæc ſemper impletur, nõ autem iſta: vt eſt præceptio, prohibitio, cõſilium, permiſſio, & operatio, quæ dicuntur voluntas Dei, quia ſunt eius ſigna: non quaſi hæc omnia fieri velit, ſed quia ad modum volentis ſe habet.

Aug li.83. q.28 in to. 4. — *Pſal.113.* — *Rom.9.* — *Mat 9.* — *Gene 2.* — *Mat. 1.*

Quæ vel ſunt, vel erunt, vel quondam facta fuere.
Cunctorum ratio eſt vnica, velle Dei.

Diſt. 46. Hic oritur quęſtio, &c. Epitome.

Semper impletur voluntas Dei beneplaciti, qua, ſcilicèt facit quæcũque vult in cœlo, & in terra. Nec obſtat, quod dicitur, vult omnes homines ſaluos fieri, & tamen non oẽs ſaluantur. Nàm hoc ſic habet intelligi, ideſt omnes, quos vult ſaluos fieri, ſaluantur: quomodo in ſimili dicitur, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, omnem, ſcilicèt, qui illuminatur. Et in ſimilibus, ſimiliter. Non etiam concedendum eſt, Deum velle mala fieri. Nàm tunc iniquus eſſet: omnem, ſcilicèt, qui illuminatur. Et in ſimilibus, ſimiliter. Non etiam concedendum eſt Deum. Neque quod vult non fieri mala, quia ſic mala, quomodo in ſimili dicitur, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, mala nunquam fierent. Sed magis dicẽdum eſt, quòd non vult ea fieri, quia ſolum permittit. Vndè nec ſic voluntati eius reſiſtitur. Neque fieri malum, bonum eſt ſimpliciter: ſed inquãtùm ex malis, poſſunt elici bona. Nàm bonum aliquod eſt tale in ſe, & ei cui fit: ſed non facienti. Et eſt aliquod bonũ in ſe, & facienti, ſed non cui fit. Et eſt aliquod bonũ in ſe, & facienti, & cui fit. Eſt autẽ, & aliquod in ſe non bonũ, & facienti nocet: & tamẽ ad vniuerſi valet decorẽ, à Deo ordinatũ. Quòd etiã dicitur mala fieri, verũ eſt: ſed omne verũ, eſt à Deo, ergo, &c. Veritas quidem huius dicti, à Deo eſt, ſed non res dicta.i. malũ. Veruntamen nullũ malum fit, niſi à Deo (vt dictum eſt) permittatur.

Pſal.113. — *Rom.9.* — *1.Tim 2.* — *Mat.23.* — *Ioan.1.* — *Rom 9.* — *Auguſt. in Enchirid. c.11, to.3.* — *Aug. lib. 83. q.1.*

Vult mala, ſimpliciter nunquam Deus ipſe, tametſi
Quò minus, haud quanquam ſemper agantur, obeſt.

Diſt. 47. Voluntas quippe Dei ſemper, &c. Epitome.

Auguſt. in Enchirid. c. 100. Pſal. 100. Rom. 9. EST autem, & ſemper efficax diuina voluntas, nihilque contra eam (quamuis præter eam) fieri poteſt, quin ſemper impleatur, & hoc aut à creatura, dùm benè facit: aut de creatura, dum ipſe de malè faciente ordinat, vt vult. Quia autem præter Dei voluntatem aliquid fieri poſſe dicitur, cùm tamen ei, nihil reſiſtere valeat: intelligendum eſt, quo ad ipſius promiſſionem: quod etiam eſt, dum aliquid fit cōtra eius præcepta, vel prohibitiones. Hinc, & obſequuntur diuinæ voluntati etiam mali; quia reſiſtentes voluntati eius, quæ præceptum, vel prohibitio dicitur, ea faciunt; vndè voluntas eius, quæ ipſe eſt, ſemper inuicta permaneat. Neque etiam Deus omnia, quæ præcepit, vel prohibuit, ità fieri *Gene. 22.* voluit, ſed ad modum volentis ſe habuit: vt patet in præcepto de immolando Iſaac, & de curatis læproſis.

Haud vlla in re vnquam fruſtra eſt diuina voluntas,
Quanquam ſunt vulgo peſſima miſta bonis.

Diſt. 48. Sciendum eſt quoque, &c. Epitome.

Auguſt. in Enchirid. c. 101. tom. 3. INtereſt inter voluntatem Dei, & hominis, adeò, quòd contingit quandoque aliquem mala voluntate velle id, quod Deus benè vult: vt ſi filius malus patrem mori velit, quem & Deus mori vult. Et ècontra, quandoque contingit, *Pſal. 138.* quòd quis vult bona voluntate, quòd Deus non vult: vt ſi bonus filius patrem velit viuere, quem Deus vult mori. Vndè bonam voluntatem nō oportet ſemper conformari voluntati Dei in volito. Denique, & quandoque Dei bona voluntas per malum hominis voluntate impletur: vt in crucifixione Domini Ieſu patet. Non quaſi actum Iudæorum malum Deus voluerit, ſed Chriſti ns paſſionem bonam. Hinc, & viris bonis Dominica Paſſio, intuitu voluntatis Dei, & noſtræ redemptionis placuit, non autem intuitu cruciatus ſui: ſicque de eodem (ſed non ob idem) lætabātur, & triſtabantur. Sanctorum autem paſſiones quamuis, & ipſæ bona voluntate, & mala appeti potuerint, tamen hoc refert: quia ſola Chriſti Paſſio, eſt noſtræ ſalutis cauſa. Quam nobis idem concedere dignetur, qui cū Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus, per omnia ſęcula ſæculorum, Amen.

Velle Dei, & noſtrum quanto diſcrimine diſtent,
Quàm varijſque cupi res, queat, vna modis.

Libri Primi Magiſtri Sententiarum,
FINIS.

LOCATIO IN SECVNDVM SENTENTIARVM.

LIBER SECVNDVS SENTENTIARVM, eſt de rerum, creaturarumque creatione: Et habet Quadraginta-quatuor Diſtinct.

COMPENDIOSVM MEMORIALE
Libri Secundi Sententiarum.

ſ. Deus in principio cælum, & terram ex nihilo.	*ſ. ſimul creauit cum cælo empireo, & materia.*	*ſ. ſunt Angeli, & perſonaliter diſtincti in eſſentia.*
Diſt. Creauit 1.	Angelos 2.	difformes 3.
ſ. creauit Angelos, non miſeros, non beatos.	*gratia data eſt bonis Angelis cooperans.*	*ſ. inter omnes Angelos cecidit, ſcilicet, Lucifer.*
perfectos 4.	reformans 5.	maior 6.
ſ. diabolus voluntate obſtinata.	*ſ. proprio non ſunt veſtiti Angeli.*	*ſ. ſunt chori Angelorum.*
malèfecit 7.	corpore 8.	nouem 9.
ſ. omnes Angeli Deo, & hominibus.	*ſ. Angeli boni homines.*	*i. materiam informem fecit Deus in principio.*
miniſtrant 10.	cuſtodiunt 11.	terram 12.
ſ. facta eſt prima die.	*ſ. fecit Deus in medio aquarum 2. die.*	*ſ. factus eſt ſexta die poſt omnia.*
lux 13.	firmamentum 14.	& homo. 15.
ſ. & ſimilitudinem ſuam poſuit Deus in homine, & Angelo.	*ſ. Deus Adam in paradiſum terreſtrem.*	*Formatio facta eſt de coſta Adæ dormientis in paradiſo.*
Imaginem 16.	locat 17.	Euæ 18.
ſ. fuit factus primus homo quodammodo, & immortalis.	*ſ. fuiſſet natus in ſtatu innocentia ſine corruptione, & pruritu.*	*ſ. diabolus primum hominem in ſpecie ſerpentis ex ſuperbia, & inuidia.*
Mortalis 19.	puer 20.	Tentat 21.
ſ. dicit Euã principali peccato inobediẽtia.	*ſ. Adam plenum triplici cognitione.*	*ſ. habens arbitrium.*
peccantem 22.	ſcientem 23.	liberum 24.

ſ. gaudet non ſolùm homo, ſed & Deus, & Angelus.

ſ. duplex eſt, operans, & cooperans.

ſ. numeratur inter magna bona, & quid ſit.

libertate. 25.
Pelagij opinio hæretica de virtute liberi arbitrij.

Gratiaque 26.
ſ. fuerunt noſtri parentes gratia, & virtutibus.

virtus 27.
ſ. peccatum primi hominis in omnes homines pœnaliter & culpabiliter.

monachi 28.
ſ. tenet fides animam à Deo non à traduce.

ſpoliati 29.
ſ. baptiſmus animam à peccato originali.

tranſit 30.
ſ. eſt ſtatus puerorum decedentium in originali.

Infuſam 31.
ſ. mali, & bonum i. bona natura.

purgat 32.
ſ. diffinitio eſt multiplex.

pœnalis 33.
ſ. Deus vnum peccatum per aliud.

origo 34.
ſ. omnium bonorum eſt Deus.

peccati. 35.
i. ex fine eſt voluntas bona, vel mala.

Iuſtè punit 36.
ſ. voluntas inordinatum malum, non aliarum potentiarum.

author 37.
malo iudicatur omnis actus exterior malus: non ſic de bono.

finalem 38.
ſ. non in omni actu peccant.

actum 39.
homines voluntate & operatione tanquam vno peccato.

ex fine 40.
blaſphemie eſt ſceleratiſſimum genus peccati.

Infideles 41.
ſ. & potentia peccandi vtitur homo, quam habet à ſe, vel à diabolo.

peccant. 42.

ſpiritus 43.

poteſtate. 44.

LIBER SENTENTIARVM
Secundus, & continet diſtinctiones 44.

Diſt. 1. Creationem rerum, &c. Epitome.

OMNIVM rerum, viſibilium ſcilicèt, & inuiſibilium Deum eſſe creatorem, & eas in temporum principio creaſſe, ſcriptura ſacra in ſui oſtendit primordio, elidens per hoc errores Platonis, & Ariſtotelis: quorum alter Deum, non creatorem, ſed quaſi opificem rerum eſſe poſuit: ſupponens, ſcilicèt materiam, in opere Dei, cùm creatio ſit ex nihilo: quo etiam modo aliquid facere ſoli Deo conuenit. Ariſtoteles autem ponens duo principia, ſcilicèt materiam, & formam, & tertium operatorium mundum æternum dixit. Dicitur autem Deus aliquid facere, vel agere, non quia operando mutetur, ſed æterna voluntate ſine ſui motione, cuius ſimile aliquod in calore Solis eſt inuenire. Cauſa autem rerum creatarum eſt bonitas creatoris. Qui etiam, vt creatura beatitudinis ipſius particeps fieret, rationalem fecit creaturam, eam, ſcilicèt, quæ ſummum bonum intelligeret,
amaret, poſſideret, & per hoc ea frueretur. Quæ quidem di- *Pſal. 51.*
ſtincta eſt in incorpoream, ſeu Angelum, & corpoream, ſeu
hominem. Non quaſi ipſe creator his indiguerit, ſed vt ei *1. Cor. 3.*
ſeruirent, ac eo fruerentur. Denique, & ipſe mundus ad ſer- *Heb. 1.*
uiendum vlterius homini factus eſt, & homo ad ſeruiendũ Deo: non ad Dei, ſed totum ad hominis vtilitatem, ad Dei autem gloriã. Inſuper, & Angeli, licèt nobis ſuperiores ſint, natura, noſtri tamẽ ſunt, quia ad vſum nobis ſunt, & ſeruire nobis debẽt: vt in ſimili, res dñorum, dicunť famulorũ provsũ. Nec propter Angelorũ ruinã factus hõ diciť principaľr, licèt illa ſit vna cõcauſa. Eſt autem aĩa corpori vnita primò,
quia Deus ita voluit: dehinc, vt vnio hominis cum Deo per *Matt. 22.*
amorem poſſibilis oſtenderetur: atque vt in corpore Deo *2. Cor. 3.*
deſeruiens homo, maiorem mereretur coronam. Inter Angelum autem, & hominẽ alia eſt creatura quædã corporalis tantùm: & de his tribus tractabitur in hoc Libro Secundo.

Prodijt ex vno rerum natura creata,
Id tamen ante ſophos non placuiſſe ferunt.

Diſt. 2. De Angelica itaque natura, &c. Epitome.

ANgelica natura (quæ, & in ſcriptura, ſapientia, quan- *Eccle. 1.*
dòque dicitur) omnium prima creata eſt: non quidem *Gene. 1.*
quaſi tẽpore omnes præcedens, ſed dignitate. Ipſa enim, & *Pſal 101.*

Auguſt. in Gen. lib. 1. cap. 1. 10. 3. Eccle. 18. Luc. 10. Gen. 1. cælum empyreum, tempus, & quatuor elementorum materia, ſimul ſunt condita. Vndè quod dicitur, in principio creauit Deus cælum, & terram: per cælum, ſecundùm Auguſtinum, intelligitur ſpiritualis creatura: per terram autem corporalis. Quamuis autem angelum, alias creaturas, omnes duratione quadam præceſſiſſe, Hieronymus dicere videtur, hoc tamen non ex propria, ſed ex aliorum opinione locutus putari debet. Denique, ſicut ex ſcripturæ authoritate colligitur, in cælo empyreo, creati ſunt angeli: Vndè & mali per peccatum, indè corruerunt, & boni in eodem permanſerunt. Quod quidem cælum tale dicitur, quaſi igneum: & eſt id de quo dicitur, quòd in principio Deus celum creauit, &c. Eſt autem angelus primò creatus informis, quò ad habitum gratiæ: poſtea autem ſecundùm eandem formatus, & ad *Eſaia 14.* Deum conuerſus. Notandum tamen extra textum, quod ſecundùm quoſdam, creatus in gloria angelus tenetur.

Nam mens ſpirituum, quàm rerum cætera moles,
Mox à principio nuda creata fuit.

Diſt. 3. Ecce oſtenſum eſt, &c. Epitome.

CIrca naturam angelicam, quatuor in primis conſideranda occurrunt, eſſentiæ, ſcilicet, eorum immaterialis ſimplicitas: diſtinctionis eorum perſonalis diuerſitas: intelligendi perſpicacitas: & volendi libertas. Quæ quidem *Iob. 4.* omnes angeli in eorum acceperunt creatione, non tamen æqualiter, Verùm, ſicut in naturæ gradu vnus alterum excedit, ſic & in cognitione, & etiam gratiæ collatione, in arbitrij quoque libertate, prout, ſ. voluntatem ſequitur. Nàm, quo ad id, quod cogi nō poteſt arbitriū, omnes ſunt æquales Neque verò angeli aliqui mali creati ſunt, vt nihil moræ in- *Ioan. 8.* terceſſerit inter creationem, & lapſum, vt aliqui opiniati ſūt *Matth. 23.* ſed omnes boni creati ſunt, quantùm ad naturam attinet. Vndè & mora aliqua interuenit inter creationem, & lapſum malorum. Nihil enim mali Deus producere poteſt. Inſuper & mox creati angelici ſpiritus, omnes naturalē cognitionē ſui, ac creatoris, ac cæterarum creaturarum habuerunt, intelligentes quid bonū, aut malum. Habebant & naturalem quemdam Dei & ſui amorem, licèt ſecundùm Magiſtrum, nondum meritorium, eò quòd (vt dicit) gratiam tunc nondum acceperint.

Non eadem angelicas ornabant munera mentes,
Hæc minor ingenio, promptior illa fuit.

Prou. 14. Diſt. 4. Poſt hæc videndum eſt, &c. Epitome.

NEc in beatitudine, neque in miſeria angeli creati ſunt, eò quod miſeria non eſt, niſi ſit peccatum, in quo ipſi

treati non ſunt. Neque etiam boni angeli ſtatus ſui certitudinem habuerunt, ſicut nec alij pòſt lapſũ illius ſui lapſus præſcij fuerunt. Quamuis autem beatus Auguſtinus bonos præſcios ſuæ confirmationis fuiſſe dicere videatur, hoc tamen (vt ex verbis ſuis patet) non aſſertiuè, ſed inquirendo potius dicit. Poſſunt autem dici angeli creati perfecti, & imperfecti: perfecti quidem pro illo ſtatu, & tempore, quia habebant quicquid ille requirebat ſtatus. Imperfecti autem reſpectu eius, cuius erant capaces: vt quod adhuc eis reſtabat, conferendum. Quo tamen etiam accepto, à perfectione diuina in infinitum diſtant. *Geneſis.1.*

Non miſer, aut fælix primo fuit angelus æuo,
Conſcius euentus nec fuit ille ſui.

Diſt. 5, Poſt hæc conſideratio adducit, &c. Epitome.

POſt creationem ſuam angeli quidam creatori amore adherentes, per gratiam illuminati ſunt: alij verò ab eo auerſi, excæcati: non quaſi obcæcationem Deus eis immiſerit, ſed quia gratiam ipſis non appoſuit Per dictã autẽ cõuerſionẽ hi facti ſũt iuſti, ſicut per auerſionẽ alij peccatores. In hac etiẽ ſua cõuerſione boni gratiã cooperãtẽ acceperũt ſine qua, ſcilicèt ad meritũ vitæ, nemo proficit. Nã gratia iuſtificante nõ indigebant, eo quòd mali nũquã fuerint Vndè ꝙ boni conuerſi ſunt à bono, quod habebant, ad bonũ, quod non habebant, ex gratia ipſis prouenit. Hæc autem gratia licet malis collata non fuerit, non tamen per hoc excuſari poterant: quia quouſque eis cõferetur, ſtare nolebant. Aliis autem dicentibus, quòd boni per gratiam eis collatam beatitudinem tunc meruerint, aliis verò quòd non, ſed magis per ea quæ modò circa nos faciunt: Magiſter dicit ſibi, hoc vltimum magis placere. In hoc autem Magiſter non tenetur, ſed primum amplectuntur doctores. *Eſa.14.* *Ephes.*

Mox è ſpiritibus maleſuada ſuperbia quoſdam
Damnauit, reliquos conſtabiliuit amor.

Diſt. 6. Præterea fieri oportet, &c. Epitome.

DE omnibus angelorum ordinibus aliqui ceciderunt. *Eſa.14.*
Inter quos & ſupremus omnium Lucifer propria *Apoc.12.*
excellentia malè conſpecta, cecidit primus. Qui & in hunc *Ephes.6.*
aërem caliginoſum vſque ad iudicij diem detruſi ſunt, quaſi *Ioan.14.*
ad locum ob eorum tenebroſitatem ſibi debitum, & ob *Matt.25.*
exercitium noſtrum. Vltimò autem ad infernum detruden- *1.Cor.15.*
tur. At vſque ad iudicij diem tàm inter bonos, quàm malos, *Oſe.4.3.*
officia prælationis, & ſubiectionis permanent, vbi & mali à vitiis, in quibus tentant, quandoque denominantur. Eſt au-

Apo. 20. tem verſimile, quotidiè aliquos dęmonum ad infernum de-
Matt. 24. ſcendere, ad animas illic cruciandas deducendum. Lucifer verò ibi religatus à quibuſdam putatur ab eo tempore, quo à Chriſto victus eſt, circa tempora Antichriſti ſoluendus, quidam tamen ab initio peccati ſui, illic eum fuiſſe dicunt. Sed & alij demones cū à nobis vincuntur, tentandi poteſtatem amittere videntur: & hoc maximè in vitio, in cuius reſiſtentia victi ſunt.

Obſcurum quamuis habitet malus aera dæmon,
Attamen hunc poterit vincere, caſtus homo.

Diſt. 7. Supra dictum eſt, &c. Epitome.

PErſtantes angeli in bono, per gratiam ſunt confirmati, ità quòd iam peccare non poſſunt: cadentes verò, ob-
Luc 15. ſtinati, quòd iam etſi bonum aliquando ſit, quod volūt, benè tamen per hoc, vel hi, vel illi liberum amiſerunt arbitrium: non obſtante, quòd hoc ad vtrumque ſe habet, cùm boni adiuti gratia, ſpontaneè hoc faciant: mali etiam à gratia deſerti, & corrupti, ſurgere ad bonum nolunt, immò per hoc boni arbitrium habent liberius, quia peccato ſeruire non poſſunt, quod antè potuerant, prout loquitur Hieronymus. Quamuis autem mali angeli per maliriam obdurati ſunt, viuaci tamen ſenſu non ſunt penitus priuati, ſed magno ſcientiæ acumine vigent, tàm natura, quàm experientia, quàm etiam bonorum ſpirituum reuelatione, quę eis, quandoque fit Deo, id volente. Quorum, & malorum ſcientia magicæ artes, Deo permittente, fiunt ad fallendū fallaces, & ad monendū fideles, & ad probandum patientes. Neque verò per hoc viſibilis rerum natura, malis angelis ad nutum deſeruit. Nec ipſi ex hoc creatores dici poſſunt, cùm hoc ſit ſolius Dei, ſed per occulta quædam, & latentia in rebus ſemina ea perficiunt: ſicut nec parentes filiorum dicuntur creatores, ſicut in ſimili homo exterius docere poteſt, licèt difficilius: ſed ſolus Deus intrinſecus inſtificare. Poſſunt tamen & multa per naturæ ſubtilitatem, dæmones, quæ à Deo facere non permittuntur, prohibentibus etiam quædam bonis angelis.

Non malè conatur bonus angelus, aut benè paruus.
Sit licet arbitrio liber vterque ſuo.

Diſt. 8. Solet enim in quæſtione verſar: Epitome.

COrpora naturaliter ſibi vnita, angeli ſiuè boni, ſiuè mali, non habent. Et licèt Auguſt. eos corpora aërea habere, dicere videatur: hoc tamen non aſſertiuè, ſed magis recitatiuè ponit. Aſſumunt autem corpora, vt viſibiliter no-

bis pro voluntate, aut permiſſione Dei appareant, & circa nos operentur: Vndè & iterũ illa corpora deponunt In quibus etiam corporibus aſſumptis locuti ſunt quandoque ex parte totius Trinitatis. quãdoque autem in perſona patris quandoque filij, quãdoque & ſpiritus ſancti. Vtrum autem Deus aliquãdo in formis corporalibus apparuerit: & vtrum angeli in corporibus apparentes, in ſuis tantùm corporibus hoc faciant ea ingroſſando (dato quòd corporei ſint) angroſſiora quædam ſuperinduant, ſub dubio relinquit Magiſter. Sed extra textũ dicitur, quòd faciũt in corporibus aſſumptis. Ipſi enim corpora nõ habent. Eſſẽtia autẽ Dei, quia immutabilis eſt, nunquã in ſe videri potuit ab aliquo. Neq; verò diabolus, vel etiã angelus bonus ſubſtantialiter mẽti humanæ illabi poteſt, ſed ſolus Deus, licèt dæmones corpora ingredi poſſint, & ea vexare. *Augu. li. 2. cap. 3 de. Trinit. Ion 6. Exod 33. Ioan. 1. Aug. lib. 2. cap. 10. de Trinit. Matt. 8. Mar. 5.*

Angelus interdum commiſſa negotia complens,
Aere deliquido ſumere membra ſolet

Diſt. 9. Poſt prędicta ſupereſt, &c. Epitome.

NOuẽ angelorũ ordines eſſe ſcriptura tradit, qui in tres diſtincti ſũt hierarchias: vt Seraphin, Cherubĩ, Throni, & Dominationes, Virtutes, Poteſtates, & Principatus: Archãgeli, & Angeli. Dicitur autẽ ordo, multitudo cęleſtiũ ſpiritum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ aſſimilantur, vt Seraphin in charitatis ardore, Cherubin in ſcientiæ plenitudine, & ſic de aliis. Hæc autẽ nomina ipſis conueniunt propter nos. Et ab his nominatur, quæ in ipſis præcellunt: non quòd alij ordines hoc non habeant, ſed quia illi in hoc excellunt, ſcilicet reſpectu inferiorum. Et hi ordines in angelos ab initio creationis eorũ ſecũdũ Magiſtrũ nõ fuerũt, eo quòd à gratiis denominantur, quæ poſtea ſecundũ eundem acceperunt. Vndè nec dæmones cecidiſſe dicuntur, quia in ordinibus fuerint, ſed quia poſtea fuiſſent, dum perſtitiſſent, Neque verò omnes eiuſdem ordinis angeli, ſũt æquales, ſed ſicut in ordine apoſtolorum, aut martyrum alius alio dignior eſt. Ad hos autem angelorum ordines, homines ſaluandi aſſumẽtur. & per hoc, decimum dicuntur, efficere chorum. Saluabuntur etiam tot ex hominibus ſecundùm Gregorium, quot ex angelis perſtiterunt. Quod nec Auguſtinus abnuit, licèt ad minus tot, quod ceciderunt, ſaluandos putet. *Ezech. 28. Epheſ. 6. Sap. 12. Rom. 4.*

Conſecrata choris cæli nitet aula nouenis,
Spirituum ſummo qui famulantur hero.

Diſt.10. Hoc etiam inueſtigandum eſt,&c. Epit.

Daniel. DE angelorum miſſione, & aſſiſtentia opinioines ſunt:
Eſaia.6. Nàm quidam aliquos mitti putant,alios verò nunquam, ſed ſemper aſſiſtere, iuxta Danielis, & Dionyſij au-
Hebr.1. thoritatem. Alij verò omnes mitti, dicunt, eo quòd ad
Ioan.1. Eſaiam de Seraphin (qui ſupremus ordo dicitur) aliquis
Pſal.103. miſſus legatur: & Apoſtolus omnes eos adminiſtratorios
Luc.10. ſpiritus eſſe commemorat. At his contrariũ eſt, quòd vnus
Iob.46. tantùm ordo angelorum, id eſt, nunciorũ dicitur. Ad quod
Eſaia.6. tamen dicunt, omnes angelos dici quandò mittuntur. Nàm
Heb.1. ab officiis angeli, & dæmones nomina ſortiuntur, vt de Michael, & Gabriel, ac ſimilibus patet. Similiter & de dæmonum nominibus, qualia ſũt diabolus, Sathan, Belial, & ſimilia. Vndè, hi, autoritates Danielis, & Dionyſij exponere nituntur. Sed extra textum, notandum, quòd Neoterici primam communiter affirmant opinionem. Vndè & Magiſter alios eſſe dicit, qui omnes præter primos tres ordines mitti dicunt. Et ſi Seraphin ad Eſaiam miſſum, dicunt non de ordine ſupremo fuiſſe, ſed ſic dictum propter inflammandi officium. Angeli autem, & adminiſtratorii ſpiritus omnes dicuntur, quia ſuperiores mediis, & hi infimis denunciant, quod ad homines perferant. Vel per ly omnes, non niſi eos; qui de inferioribus ſunt, intelligitur.

Angelus ad noſtras quoties delabitur oras,
Officio proprium nomen habere ſolet.

Diſt.11. Illud quoque ſciendum eſt,&c. Epit.

Matt.18. A Natiuitate ſua quiuis homo angelum habet bonum pro ſui cuſtodia, habet, & malum pro pro exercitio.
Act.12. Et cùm omnes angeli boni noſtram velint ſalutem, ſpecialiter tamen illi, qui alicui deputatus eſt, ſic, & ſpecialiter ma-
Eſa.69. lus ille plus alijs eundem ad malum incitat. Quicquid autẽ ſit de maiori numero angelorum, vel hominum bonorum,
Pſal.33. ſiuè malorum, tamen ſinguli homines actualiter exiſtentes, ſingulos habere poſſunt angelos pro ſui exercitio, vel cuſtodia. Quamuis, & pluribus hominibus vnus deputari poſſet, & eis ſufficere, & vnum angelum poſſibile ſit plures homines ſucceſſiuè cuſtodire. Proficiunt autem ſecundùm quoſdam (quod, & Magiſter magis approbat) omnes angeli vſque ad diem iudicij, tàm in merito, quàm in præmio: hoc eſt, in Dei cognitione, & dilectione. Alij autem oppoſitum dicere volunt, quod ſcilicèt, quo ad præmium non proficiant, habentes pro ſe authoritates Gregorij, & Iſidori, quas tamen Magiſter ſoluit, ſed ſolutione illa, non obſtante

ſtante, quòd in præmio, ſalutem eſſentiali, proficiant angeli non tenetur.

Mox puerum poſt quam liquido caput intulit orbi,
Cuſtodes ſubeunt, hic bonus, ille malus.

Diſt. 12. Hæc de angelicę naturæ, &c. Epitome.

Elementorum materiam Deus in principio cum angelica natura produxit informem, & confuſam, ſeu indiſtinctã, quam, poſtea ſex diebus diſtinxit, atque formauit ſecundùm quoſdam ſanctorum, licèt ſecundùm alios alia materia ſimul creata ſit, & diſtincta. At primum magis conſonum videtur literæ ſacræ, quod & magis Magiſtro placet. Eſt autem materia illa multis, & vſitatis nominibus appellata, ſcilicet terræ, abyſſi, & aquæ: ne vnius tantùm forma receptiua putaretur, & vt rudes (quibus loquebatur Moyſes) facilius docerentur. Tenebræ autem illæ quæ ſuper faciem abyſſi fuiſſe dicuntur, iam lucis ſignificant abſentiam, & nihil ſunt: iam verò aërem obſcurum, & tunc ſunt aliqua creatura. Nec tamen dictam materiam informẽ fuiſſe, hoc modo accipiendum eſt, quaſi omni forma caruerit: ſed quia confuſam habuit formam poſtea diſtinguendam. Erat autem illa materia, vbi modò mundus eſt, & extendebatur vltra locum firmamenti, inferius quidem groſſior, ſuprà autem rarior: Vndè & aquæ illæ factæ ſunt, quæ ſupra firmamentum eſſe dicuntur. Sic ergo Deus ſex diebus materiam creatam diſtinxit: & opere perfecto, ſeptima die quieuit, ſcilicèt à facienda noua creatura. Nihil ominus tamen, & vſque modò operatur. Non enim ſolùm omnia in verbo diſponendo, & temporaliter creando, ac diſtinguendo operatus eſt, ſed & alia ex aliis producendo quod vſque modò facit.

Geneſ. 1. *Dan. 8.* *Gene. 1.*

Primum materies ſub inerti pondere rerum
Condita, per ſenos eſt renouata dies.

Diſt. 13. Prima autem diſtinctionis ope. &c. Epitome.

In opere diſtinctiones Deus primò congruenter fecit lucem, quæ alia habet manifeſtare. Quæ quidem lux, & ſpiritualis intelligi poteſt, ſcilicet angelica natura præcedẽte per cælum ſignificata: hìc autem per lucem, id eſt, per gratiam formata: poteſt & intelligi corporalis, ſcilicèt pro nubecula aliqua lucida de præiacẽti materia producta, in ea, ſcilicèt, parte, vbi modò Sol eſt, ſeu mouetur, cuius & vices habuit, noctem, & diem in illo triduo diſtinguens Quæ nec ab aquis impediebatur propter earundem tunc raritatem. Poteſt autem dies tunc dicta intelligi aut lux prædicta, aut

Gene. 1.

Vult mala,ſimpliciter nunquam Deus ipſe, tametſi
Quò minus,haud quanquam ſemper agantur, obeſt.

Diſt. 47. Voluntas quippe Dei ſemper, &c. Epitome.

Auguſt.in Enchirid. c.100. EST autem,& ſemper efficax diuina voluntas, nihilque contra eam (quamuis præter eam) fieri poteſt, quin ſemper impleatur,& hoc aut à creatura, dùm benè facit: aut de *Pſal. 100.* creatura, dum ipſe de malè faciente ordinat, vt vult. Quia *Rom.9.* autem præter Dei voluntatem aliquid fieri poſſe dicitur, cùm tamen ei, nihil reſiſtere valeat: intelligendum eſt, quo ad ipſius promiſſionem: quod etiam eſt, dum aliquid fit cõtra eius præcepta, vel prohibitiones. Hinc, & obſequuntur diuinæ voluntati etiam mali; quia reſiſtentes voluntati eius, quæ præceptum, vel prohibitio dicitur, ea faciunt; vndè voluntas eius, quæ ipſe eſt, ſemper inuicta permaneat. Neque etiam Deus omnia, quæ præcepit, vel prohibuit, ità fieri *Gene.22.* voluit, ſed ad modum volentis ſe habuit: vt patet in præcepto de immolando Iſaac, & de curatis leproſis.

Haud vlla in re vnquam fruſtra eſt diuina voluntas,
Quanquam ſunt vulgo peſſima miſta bonis.

Diſt. 48. Sciendum eſt quoque, &c. Epitome.

Auguſt.in Enchirid c. 101.tom. 3. INtereſt inter voluntatem Dei, & hominis, adeò, quòd contingit quandoque aliquem mala voluntate velle id, quod Deus benè vult: vt ſi filius malus patrem mori velit, quem & Deus mori vult. Et ècontra, quandoque contingit, *Pſal. 138.* quòd quis vult bona voluntate, quòd Deus non vult: vt ſi bonus filius patrem velit viuere, quem Deus vult mori. Vndè bonam voluntatem nõ oportet ſemper conformari voluntati Dei in volito. Denique, & quandoque Dei bona voluntas per malum hominis voluntate impletur: vt in crucifixione Domini Ieſu patet. Non quaſi actum Iudæorum malum Deus voluerit, ſed Chriſtus paſſionem bonam. Hinc, & viris bonis Dominica Paſſio, intuitu voluntatis Dei, & noſtræ redemptionis placuit, non autem intuitu cruciatus ſui: ſicque de eodem (ſed non ob idem) lætabãtur, & triſtabantur. Sanctorum autem paſſiones quamuis, & ipſæ bona voluntate, & mala appeti potuerint, tamen hoc refert: quia ſola Chriſti Paſſio, eſt noſtræ ſalutis cauſa. Quam nobis idem concedere dignetur, qui cũ Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat Deus, per omnia ſęcula ſæculorum, Amen.

Velle Dei, & noſtrum quanto diſcrimine diſtent,
Quàm varijſque cupi res, queat, vna modis.

Libri Primi Magiſtri Sententiarum,
FINIS.

LOCATIO IN SECVNDVM SENTENTIARVM.

LIBER SECVNDVS SENTENTIArum, eſt de rerum, creaturarumque creatione: Et habet Quadraginta-quatuor Diſtinct.

COMPENDIOSVM MEMORIALE Libri Secundi Sententiarum.

ſ. Deus in principio cælum, & terram ex nihilo. Diſt. Creauit 1.	*ſ. ſimul creauit cum cælo empireo, & materia.* Angelos 2.	*ſ. ſunt Angeli, & perſonaliter diſtincti in eſſentia.* diſformes 3.
ſ. creauit Angelos, non miſeros, non beatos. perfectos 4.	*gratia data eſt bonis Angelis cooperans.* reformans 5.	*ſ. inter omnes Angelos cecidit, ſcilicet, Lucifer.* maior 6.
ſ. diabolus voluntate obſtinata. malèfecit 7.	*ſ. proprio non ſunt veſtiti Angeli.* corpore 8.	*ſ. ſunt chori Angelorum.* nouem 9.
ſ. omnes Angeli Deo, & hominibus. miniſtrant 10.	*ſ. Angeli boni homines.* cuſtodiunt 11.	*i. materiam informem fecit Deus in principio.* terram 12.
ſ. facta eſt prima die. lux 13.	*ſ. fecit Deus in medio aquarum 2. die.* firmamentum 14.	*ſ. factus eſt ſexta die poſt omnia.* & homo. 15.
ſ. & ſimilitudinem ſuam poſuit Deus in homine, & Angelo. Imaginem 16.	*ſ. Deus Adam in paradiſum terreſtrem.* locat 17.	*Formatio facta eſt de coſta Ada dormientis in paradiſo.* Euæ 18.
ſ. fuit factus primus homo quodammodo, & immortalis. Mortalis 19.	*ſ. fuiſſet natus in ſtatu innocentia ſine corruptione, & pruritu.* puer 20.	*ſ. diabolus primum hominem in ſpecie ſerpentis ex ſuperbia, & inuidia.* Tentat 21.
ſ. dicit Euã principali peccato inobediẽtia. peccantem 22.	*ſ. Adam plenum triplici cognitione.* ſcientem 23.	*ſ. habens arbitrium.* liberum 24.

ſ. gaudet non ſolùm homo, ſed & Deus, & Angelus.	*ſ. duplex eſt, operans, & cooperans.*	*ſ numeratur inter magna bona, & quid ſit.*
libertate. 25.	Gratiaque 26.	virtus 27.
Pelagij opinio hæretica de virtute liberi arbitrij.	*ſ. fuerunt noſtri parentes gratia, & virtutibus.*	*ſ. peccatum primi hominis in omnes homines pœnaliter & culpabiliter.*
monachi 28.	ſpoliati 29.	tranſit 30.
ſ. tenet fides animam à Deo non à traduce.	*ſ. baptiſmus animam a peccato originali.*	*ſ. eſt ſtatus puerorum decedentium in originali.*
Infuſam 31.	purgat 32.	pœnalis 33.
ſ. mali, & bonum. i. bona natura.	*ſ diffinitio eſt multiplex.*	*ſ Deus vnum peccatum per aliud.*
origo 34.	peccati. 35.	Iuſtè punit 36.
ſ. omnium bonorum eſt Deus.	*i. ex fine eſt voluntas bona, vel mala.*	*ſ. voluntas inordinatum malum, non aliarum potentiarum.*
author 37.	finalem 38.	actum 39.
male iudicatur omnis actus exterior malus: non ſic de bono.	*ſ. non in omni actu peccant.*	*homines voluntate & operatione tanquam vno peccato.*
ex fine 40.	Infideles 41.	peccant. 42.
blaſphemie eſt ſceleratiſſimum genus peccati.	*ſ. & potentia peccandi vtitur homo, quam habet à ſe, vel à diabolo.*	
ſpiritus 43.	poteſtate. 44.	

LIBER SENTENTIARVM
Secundus, & continet diſtinctiones 44.

Diſt. 1. Creationem rerum, &c. Epitome.

OMNIVM rerum, viſibilium ſcilicèt, & inuiſibilium Deum eſſe creatorem, & eas in temporum principio creaſſe, ſcriptura ſacra in ſui oſtendit primordio, elidens per hoc errores Platonis, & Ariſtotelis: quorum alter Deum, non creatorem, ſed quaſi opificem rerum eſſe poſuit: ſupponens, ſcilicèt materiam, in opere Dei, cùm creatio ſit ex nihilo: quo etiam modo aliquid facere ſoli Deo conuenit. Ariſtoteles autem ponens duo principia, ſcilicèt materiam, & formam, & tertium operatorium mundum æternum dixit. Dicitur autem Deus aliquid facere, vel agere, non quia operando mutetur, ſed æterna voluntate ſine ſui motione, cuius ſimile aliquod in calore Solis eſt inuenire. Cauſa autem rerum creatarum eſt bonitas creatoris. Qui etiam, vt creatura beatitudinis ipſius particeps fieret, rationalem fecit creaturam, eam, ſcilicèt, quæ ſummum bonum intelligeret, amaret, poſſideret, & per hoc ea frueretur. Quæ quidem diſtincta eſt in incorpoream, ſeu Angelum, & corpoream, ſeu hominem. Non quaſi ipſe creator his indiguerit, ſed vt ei ſeruirent, ac eo fruerentur. Denique, & ipſe mundus ad ſeruiendum vlterius homini factus eſt, & homo ad ſeruiendũ Deo: non ad Dei, ſed totum ad hominis vtilitatem, ad Dei autem gloriã. Inſuper, & Angeli, licèt nobis ſuperiores ſint, natura, noſtri tamẽ ſunt, quia ad vſum nobis ſunt, & ſeruire nobis debẽt: vt in ſimili, res dñorum, dicunť famulorũ pro vſũ. Nec propter Angelorũ ruinã factus hõ diciť principal͡r, licèt illa ſit vna cõcauſa Eſt autem aĩa corpori vnita primò, quia Deus ita voluit: dehinc, vt vnio hominis cum Deo per amorem poſſibilis oſtenderetur: atque vt in corpore Deo deſeruiens homo, maiorem mereretur coronam. Inter Angelum autem, & hominẽ alia eſt creatura quædã corporalis tantùm: & de his tribus tractabitur in hoc Libro Secundo.

Pſal. 51. *1.Cor. 3.* *Heb. 2.* *Matt. 22.* *2.Cor. 5.*

Prodijt ex vno rerum natura creata,
Id tamen ante ſophis non placuiſſe ferunt.

Diſt. 2. De Angelica itaque natura, &c. Epitome.

ANgelica natura (quæ, & in ſcriptura, ſapientia, quandóque dicitur) omnium prima creata eſt: non quidem quaſi tẽpore omnes præcedens, ſed dignitate. Ipſa enim, & *Eccle. c. 1.* *Gene. 1.* *Pſal 101.*

Auguſt. in Gen. lib. 1. cap. 1. to. 3. cælum empyreum, tempus, & quatuor elementorum materia, ſimul ſunt condita. Vndè quod dicitur, in principio creauit Deus cælum, & terram: per cælum, ſecundùm Auguſtinum, intelligitur ſpiritualis creatura: per terram autem corporalis. *Eccle. 18. Luc. 10. Gen. 1.* Quamuis autem angelum, alias creaturas, omnes duratione quadam præceſſiſſe, Hieronymus dicere videtur, hoc tamen non ex propria, ſed ex aliorum opinione locutus putari debet. Denique, ſicut ex ſcripturæ authoritate colligitur, in cælo empyreo, creati ſunt angeli: Vndè & mali per peccatum, indè corruerunt, & boni in eodem permanſerunt. Quod quidem cælum tale dicitur, quaſi igneum: & eſt id de quo dicitur, quòd in principio Deus celum creauit, &c. Eſt autem angelus primò creatus informis, quò ad habitum gratiæ: poſtea autem ſecundùm eandem formatus, & ad *Eſaia 14.* Deum conuerſus. Notandum tamen extra textum, quod ſecundùm quoſdam, creatus in gloria angelus tenetur.

Nam mens ſpirituum, quàm rerum cætera moles,
Mox à principio nuda creata fuit.

Diſt. 3. Ecce oſtenſum eſt, &c. Epitome.

CIrca naturam angelicam, quatuor in primis conſideranda occurrunt, eſſentiæ, ſcilicet, eorum immaterialis ſimplicitas: diſtinctionis eorum perſonalis diuerſitas: intelligendi perſpicacitas: & volendi libertas. *Iob. 4.* Quæ quidem omnes angeli in eorum acceperunt creatione, non tamen æqualiter, Verùm, ſicut in naturæ gradu vnus alterum excedit, ſic & in cognitione, & etiam gratiæ collatione, in arbitrij quoque libertate, prout, ſ. voluntatem ſequitur. Nàm, quo ad id, quod cogi nō poteſt arbitriū, omnes ſunt æquales Neque verò angeli aliqui mali creati ſunt, vt nihil moræ in- *Ioan. 8.* terceſſerit inter creationem, & lapſum, vt aliqui opiniati ſūt *Matth. 23.* ſed omnes boni creati ſunt, quantùm ad naturam attinet. Vndè & mora aliqua interuenit inter creationem, & lapſum malorum. Nihil enim mali Deus producere poteſt. Inſuper & mox creati angelici ſpiritus, omnes naturalē cognitionē ſui, ac creatoris, ac cæterarum creaturarum habuerunt, intelligentes quid bonū, aut malum. Habebant & naturalem quemdam Dei & ſui amorem, licèt ſecundùm Magiſtrum, nondum meritorium, eò quòd (vt dicit) gratiam tunc nondum acceperint.

Non eadem angelicas ornabant munera mentes,
Hac minor ingenio, promptior illa fuit.

Prou. 14. Diſt. 4. Poſt hæc videndum eſt, &c. Epitome.

NEc in beatitudine, neque in miſeria angeli creati ſunt, eò quod miſeria non eſt, niſi ſit peccatum, in quo ipſi

treati non ſunt. Neque etiam boni angeli ſtatus ſui certitudinem habuerunt, ſicut nec alij pòſt lapſū illius ſui lapſus præſcij fuerunt. Quamuis autem beatus Auguſtinus bonos præſcios ſuæ confirmationis fuiſſe dicere videatur, hoc tamen (vt ex verbis ſuis patet) non aſſertiuè, ſed inquirendo potius dicit. Poſſunt autem dici angeli creati perfecti, & imperfecti: perfecti quidem pro illo ſtatu, & tempore, quia habebant quicquid ille requirebat ſtatus. Imperfecti autem reſpectu eius, cuius erant capaces: vt quod adhuc eis reſtabat, conferendum. Quo tamen etiam accepto, à perfectione diuina in infinitum diſtant. *Geneſis.1.*

Non miſer, aut fœlix primo fuit angelus æuo,
Conſcius euentus nec fuit ille ſui.

Diſt. 5. Poſt hæc conſideratio adducit, &c. Epitome.

POſt creationem ſuam angeli quidam creatori amore adherentes, per gratiam illuminati ſunt: alij verò ab eo auerſi, excæcati: non quaſi obcæcationem Deus eis immiſerit, ſed quia gratiam ipſis non appoſuit Per dictā autē cōuerſionē hi facti ſūt iuſti, ſicut per auerſionē alij peccatores. In hac etiē ſua cōuerſione boni gratiā cooperātē acceperuūt ſine qua, ſcilicèt ad meritū vitæ, nemo proficit. Nā gratia iuſtificante nō indigebant, eo quòd mali nūquā fuerint Vndè ꝙ boni conuerſi ſunt à bono, quod habebant, ad bonū, quod non habebant, ex gratia ipſis prouenit. Hæc autem gratia licet malis collata non fuerit, non tamen per hoc excuſari poterant: quia quouſque eis cōferetur, ſtare nolebant. Aliis autem dicentibus, quòd boni per gratiam eis collatam beatitudinem tunc meruerint, aliis verò quòd non, ſed magis per ea quæ modò circa nos faciunt: Magiſter dicit ſibi, hoc vltimum magis placere. In hoc autem Magiſter non tenetur, ſed primum amplectuntur doctores. *Eſa.14.* *Ephes.*

Mox è ſpiritibus maleſuada ſuperbia quoſdam
Damnauit, reliquos conſtabiliuit amor.

Diſt. 6. Præterea fieri oportet, &c. Epitome.

DE omnibus angelorum ordinibus aliqui ceciderunt. Inter quos & ſupremus omnium Lucifer propria excellentia malè conſpecta, cecidit primus. Qui & in hunc aërem caliginoſum vſque ad iudicij diem detruſi ſunt, quaſi ad locum ob eorum tenebroſitatem ſibi debitum, & ob exercitium noſtrum. Vltimò autem ad infernum detrudentur. At vſque ad iudicij diem tàm inter bonos, quàm malos, officia prælationis, & ſubiectionis permanent, vbi & mali à vitiis, in quibus tentant, quandoque denominantur. Eſt au- *Eſa.14.* *Apoc.12.* *Ephe.6.* *Ioan.14.* *Matt.25.* *1.Cor.15.* *Oſ.4.3.*

bis pro voluntate, aut permiſſione Dei appareant, & circa nos operentur: Vndè & iterū illa corpora deponunt. In quibus etiam corporibus aſſumptis locuti ſunt quandoque ex parte totius Trinitatis, quādoque autem in perſona patris quandoque filij, quādoque & ſpiritus ſancti. Vtrum autem Deus aliquādo in formis corporalibus apparuerit: & vtrum angeli in corporibus apparentes, in ſuis tantùm corporibus hoc faciant ea ingroſſando (dato quòd corporei ſint) an groſſiora quædam ſuperinducant, ſub dubio relinquit Magiſter. Sed extra textū dicitur, quòd faciū in corporibus aſſumptis. Ipſi enim corpora nō habent. Eſſētia autē Dei, quia immutabilis eſt, nunquā in ſe videri potuit ab aliquo. Neq; verò diabolus, vel etiā angelus bonus ſubſtantialiter mēti humanæ illabi poteſt, ſed ſolus Deus, licèt dæmones corpora ingredi poſſint, & ea vexare. *Aug. li. 2. cap. 3. de. Trinit. Ion 6. Exod 33. Ioan. 1. Aug. lib. 2. cap. 10. de Trinit. Matt. 8. Mar. 5.*

Angelus interdum commiſſa negotia complens,
Aere deliquido ſumere membra ſolet

Diſt. 9. Poſt prędicta ſupereſt, &c. Epitome.

NOuē angelorū ordines eſſe ſcriptura tradit, qui in tres diſtincti ſūt hierarchias: vt Seraphin, Cherubī, Throni, & Dominationes, Virtutes, Poteſtates, & Principatus: Archāgeli, & Angeli. Dicitur autē ordo, multitudo cęleſtiū ſpiritum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ aſſimilantur, vt Seraphin in charitatis ardore, Cherubin in ſcientiæ plenitudine, & ſic de aliis. Hæc autē nomina ipſis conueniunt propter nos. Et ab his nominatur, quæ in ipſis præcellunt: non quòd alij ordines hoc non habeant, ſed quia illi in hoc excellunt, ſcilicet reſpectu inferiorum. Et hi ordines in angelos ab initio creationis eorū ſecūdū Magiſtrū nō fuerūt, eo quòd à gratuis denominantur, quæ poſtea ſecundū eundem acceperunt. Vndè nec dæmones cecidiſſe dicuntur, quia in ordinibus fuerint, ſed quia poſtea fuiſſent, dum perſtitiſſent. Neque verò omnes eiuſdem ordinis angeli, ſūt æquales, ſed ſicut in ordine apoſtolorum, aut martyrum alius alio dignior eſt. Ad hos autem angelorum ordines, homines ſaluandi aſſumētur. & per hoc, decimum dicuntur, efficere chorum. Saluabuntur etiam tot ex hominibus ſecundùm Gregorium, quot ex angelis perſtiterunt. Quod nec Auguſtinus abnuit, licèt ad minus tot, quod ceciderunt, ſaluandos putet. *Ezech. 38. Epheſ. 6. Sap. 12. Rom. 4.*

Conſecrata choris cæli nitet aula nouenis,
Spirituum ſummo qui famulantur hero.

Diſt.10. Hoc etiam inueſtigandum eſt,&c. Epit.

Daniel. DE angelorum miſſione, & aſſiſtentia opinioines ſunt:
Eſaia.6. Nàm quidam aliquos mitti putant, alios verò nunquam, ſed ſemper aſſiſtere, iuxta Danielis, & Dionyſij au-
Hebr.1. thoritatem. Alij verò omnes mitti, dicunt, eo quòd ad
Ioan.1. Eſaiam de Seraphin (qui ſupremus ordo dicitur) aliquis
Pſal.103. miſſus legatur: & Apoſtolus omnes eos adminiſtratorios
Luc.10. ſpiritus eſſe commemorat. At his contrariũ eſt, quòd vnus
Iob.46. tantùm ordo angelorum, id eſt, nuntiorũ dicitur. Ad quod
Eſaia.6. tamen dicunt, omnes angelos dici quandò mittuntur. Nàm
Heb.1. ab officiis angeli, & dæmones nomina ſortiuntur, vt de Michael, & Gabriel, ac ſimilibus patet. Similiter & de dæmonum nominibus, qualia ſũt diabolus, Sathan, Belial, & ſimilia. Vndè, hi, autoritates Danielis, & Dionyſij exponere nituntur. Sed extra textum, notandum, quòd Neoterici primam communiter affirmant opinionem. Vndè & Magiſter alios eſſe dicit, qui omnes præter primos tres ordines mitti dicunt. Et ſi Seraphin ad Eſaiam miſſum, dicunt non de ordine ſupremo fuiſſe, ſed ſic dictum propter inflammandi officium. Angeli autem, & adminiſtratorii ſpiritus omnes dicuntur, quia ſuperiores mediis, & hi infimis denuntiant, quod ad homines perferant. Vel per ly omnes, non niſi eos; qui de inferioribus ſunt, intelligitur.

Angelus ad noſtras quoties delabitur oras,
Officio proprium nomen habere ſolet.

Diſt.11. Illud quoque ſciendum eſt,&c. Epit.

Matt.18. A Natiuitate ſua quiuis homo angelum habet bonum pro ſui cuſtodia, habet, & malum pro pro exercitio.
Act.12. Et cùm omnes angeli boni noſtram velint ſalutem, ſpecialiter tamen illi, qui alicui deputatus eſt, ſic, & ſpecialiter malus ille plus alijs eundem ad malum incitat. Quicquid autẽ
Eſa.63. ſit de maiori numero angelorum, vel hominum bonorum, ſiuè malorum, tamen ſinguli homines actualiter exiſtentes,
Pſal.33. ſingulos habere poſſunt angelos pro ſui exercitio, vel cuſtodia. Quamuis, & pluribus hominibus vnus deputari poſſet, & eis ſufficere, & vnum angelum poſſibile ſit plures homines ſucceſſiuè cuſtodire. Proficiunt autem ſecundùm quoſdam (quod, & Magiſter magis approbat) omnes angeli vſque ad diem iudicij, tàm in merito, quàm in præmio: hoc eſt, in Dei cognitione, & dilectione. Alij autem oppoſitum dicere volunt, quod ſcilicèt, quo ad præmium non proficiant, habentes pro ſe authoritates Gregorij, & Iſidori, quas tamen Magiſter ſoluit, ſed ſolutione illa, non obſtante

ſtante,quòd in præmio,ſalutem eſſentiali, proficiant angeli non tenetur.

Mox puerum poſt quam liquido caput intulit orbi,
Cuſtodes ſubeunt, hic bonus, ille malus.

Diſt. 12. Hæc de angelicę naturæ, &c. Epitome.

Elementorum materiam Deus in principio cum angelica natura produxit informem, & confuſam,ſeu indiſtinctã,quam,poſtea ſex diebus diſtinxit, atque formauit ſecundùm quoſdam ſanctorum, licèt ſecundùm alios alia materia ſimul creata ſit, & diſtincta. At primum magis conſonum videtur literæ ſacræ,quod & magis Magiſtro placet. Eſt autem materia illa multis, & vſitatis nominibus appellata, ſcilicet terræ, abyſſi, & aquæ:ne vnius tantùm forma receptiua putaretur, & vt rudes (quibus loqnebatur Moyſes) facilius docerentur. Tenebræ autem illæ quæ ſuper faciem abyſſi fuiſſe dicuntur, iam lucis ſignificant abſentiam, & nihil ſunt: iam verò aërem obſcurum, & tunc ſunt aliqua creatura. Nec tamen dictam materiam informẽ fuiſſe,hoc modo accipiendum eſt,quaſi omni forma caruerit:ſed quia confuſam habuit formam poſtea diſtinguendam. Erat autem illa materia, vbi modò mundus eſt, & extendebatur vltra locum firmamenti, inferius quidem groſſior,ſuprà autem rarior: Vndè & aquæ illæ factæ ſunt,quæ ſupra firmamentum eſſe dicuntur. Sic ergo Deus ſex diebus materiam creatam diſtinxit:& opere perfecto, ſeptima die quieuit,ſcilicèt à facienda noua creatura. Nihil ominus tamen, & vſque modò operatur. Non enim ſolùm omnia in verbo diſponendo, & temporaliter creando,ac diſtinguendo operatus eſt, ſed & alia ex aliis producendo quod vſque modò facit.

Geneſ. 1. *Dan. 8.* *Gene. 1.*

Primum materies ſub inerti pondere rerum
Condita,per ſenos eſt renouata dies.

Diſt. 13. Prima autem diſtinctionis ope. &c. Epitome.

In opere diſtinctiones Deus primò congruenter fecit lucem, quæ alia habet manifeſtare. Quæ quidem lux, & ſpiritualis intelligi poteſt,ſcilicet angelica natura præcedẽte per cælum ſignificata: hìc autem per lucem, id eſt,per gratiam formata:poteſt & intelligi corporalis, ſcilicèt pro nubecula aliqua lucida de præiacẽti materia producta, in ea, ſcilicèt,parte,vbi modò Sol eſt,ſeu mouetur, cuius & vices habuit,noctem,& diem in illo triduo diſtinguens Quæ nec ab aquis impediebatur propter earundem tunc raritatem. Poteſt autem dies tunc dicta intelligi aut lux prædicta,aut

Gene. 1.

ipſius illuminatio, aut ſpatium viginti quatuor horarum. At prima dies naturalis à plena luce exordium ſumens, aurora, & mane caruit: & per veſperam in mane ſequentis diei tendēs, excreuit in ſpatium ſupradictum. Poſtea autem in myſterio, dies à veſpere incœpit. Dicta verò lux, ſolùm ſuperiores illuminabat partes: nec ita clarè, vt Sol modò facit. Vndè nec fruſtra pòſt, quarta die, Sol formatus eſt
Pſal. 103. Et hoc autē de eadem luce, vel ſaltem eam coniunctam ha-
Gene. 1. bet. Porrò Deus Pater mundum producens, nullum vocis
Heb. 1. ſonitum edidit, ſed verbo ſuo (id eſt) filio, non quidem
Pſal. 31. vt inſtrumento, ſed vno ſecum opifice, ex ſe æternaliter genito, cuncta creauit. Quod incidenter dicit Magiſter contra hæreticos, qui in ſcripturarum intellectu enormiter oberrabant.

Tempora quo certis Deus intercideret horis.
Mox à luce ſuum nobile cœpit opus.

Diſt. 14. Dixit quoque Deus, &c. Epitome.

SEcunda die Deus fecit firmamentum, quod ſecundùm Bedam, dicitur cælum ſidereum: quod quidem, ſecundum ſcripturas, habet aquas ſupra, & ſubtus ſe: quod qualitercunque fiat, diuinæ tamen virtuti poſſibile non dubitatur. Eſt autem firmamentum à firmitate dictum, ſiuè moueatur, ſiuè non. Nàm etiam ſi moueatur ſecundùm ſubſtantiam, tamen eſt firmum: quòd ſi non moueatur, poſſibile tamen eſt ſidera in ipſo moueri. Extra textum tamen dicendum eſt, ipſum vnà cum ſideribus fixis moueri: planetas autem ſingulos, ſuos habere orbes cum quibus moueantur. Die verò tertia Deus aquas, quæ ſub cælo ſunt, in vnum locum congregauit: vbi tunc alia corpora clariora apparuerunt, herbæ, & ligna fructifera producta ſunt. Dicta autem aquarū congregatio, facta eſt aut aquis inſpiſſatis, aut partim terræ concauitates intrantibus: quæ & occultis meatibus ſibi continuantur. Cum autem præcedentibus diebus opus ſuum poſt creationem ipſius Deus diſtinxerit, ſequentibus tribus diebus ipſum ornauit. Nam die quarta ornatum eſt firmamentum Sole, Luna & Stellis, vt per eas illuſtretur pars inferior mundi, per quorum, & motum, tempora, dies, & anni deſignantur, &c. Quinta verò die
Gen. 1. aër volatilibus, & aqua piſcibus ornatum acceperunt & ſexta demum die terra iumentis. reptilibus, & beſtiis ornata eſt: poſt quæ vltimò factus eſt homo, de terra quidem formatus, ſed ad cælum poſſidendum ordinatus.

Sidereos orbes lux admirata ſecunda eſt,
Tertius obſtupuit facta elementa dies.

Hinc firmamentum ſtatuit, mox diſpulit vndas,
Protulit, & quartæ lumina magna die.

Diſt. 15. Dixit etiam Deus, &c. Epitome.

Die quinta, Deus fecit opus ornatus aëris, & aquę, creans volatilia, & ea in aëra ſurſum leuans: piſces verò in aquis relinquens. Sexto autem die, terras ornauit iumentis, reptilibus, & beſtiis de ea formatis. Animalia tamen nociua, & venenata, creata fuerunt innoxia: ſed homine peccante, facta ſunt noxia, vt per ea peccata puniantur, & bonorum probetur patientia. Ea verò, quæ ex putrefactione naſcuntur, tunc producta non fuerunt, niſi materialiter. Nouiſſimè verò factus eſt homo, tanquam omnium dominator animalium. De creatione autem rerum, quidam dicunt per interualla ſex dierum res eſſe formatas, & diſtinctas: quod & ſcripturæ magis videtur conſonum, & ab Eccleſia approbatum. Alii autem dicunt omnia ſimul facta eſſe, quædam quidem formaliter, quædam autem materialiter tantùm, & poſtea diſtincti: de quo, & ſuprà habitum eſt. Die autem ſeptimo Deus quieuiſſe dicitur, & opus ſuum compleuiſſe, per hoc, quod vltra creaturam nouam non condidit, quæ ſcilicet materialiter, vel in ſuo ſimili non præfuerit: res tamen productas ſanctificauit, & benedixit. Sic ergo die ſexto compleuit opus ſuum operando: ſeptimo autem, ipſum opus ſanctificando. Vndè dies ille, myſtica quadam ratione, dicitur ſanctificatus.

Gene. 1. *Gene. 4.* *Apoc. 4.* *3 Reg. 8.* *Exod 20.*

Aëra quinta dies, tellurem ſexta repleuit,
Septima completum ſanctificauit opus.

Diſt. 16. His excurſis, &c. Epitome.

Quòd ſcriptura narrat Deum dixiſſe: faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, intelligendum eſt, locutum Patrem ad Filium, & Spiritum ſanctum non autem ad ſpiritus quoſcunque creatos. Nàm aliorum ſpirituum, vt angelorum, non eſt eadem imago cum Deo. Neque homo factus eſt ad imaginem vnius perſonæ, ſed totius Trinitatis. Vndè falſum eſt, quod quidam dixerunt, per imaginem Filium intelligi debere, & non hominem. Neque approbatur, quod alij dicunt per imaginem intelligi Filium, & per ſimilitudinem Spiritum ſanctum. Eſt ergo homo factus ad Trinitatis imaginem ſecundùm naturam, ſcilicèt, animam: & ad ſimilitudinem, quo ad ſuperaddita, vt ſunt virtus, & innocentia. Dicitur autem Filius imago Patris, non ad imaginem: quia non creatus, ſed natus, æqualis Patri, & in nullo diſſimilis. Homo verò,

Gen. 1. *Aug lib. 7. de Trinit.* *1. Cor. 11.* *Aug. lib. 15. cap. 11. de Trinit.*

imago dei, & ad imaginem dicitur, quia non æqualis eſt creatus; & per hoc longè diſtans à modo exiſtendi imaginem, quomodo filius eſt.

Optimum ad exemplar præſtans homo factus, imago
Vnus & trinis dicatur eſſe Dei.

Diſt.17, Hîc de origine, &c. Epitome.

Animam hominis Deus non de ſua ſubſtantia inſpirauit: nec faucibus, aut manibus corporis, ſed eam de nihilo creando, & corpori de terra facto admodum flatus infundendo. Et quicquid ſit de primi hominis anima, de aliis tamen certum eſt, quòd in corpore creantur, & ſic creando infunduntur, & infundendo creantur. Eſt autem homo non virtute naturæ, ſed diuina in ætate virili, & extrà paradiſum creatus: & ſic poſitus in paradiſū vt ſic, quia indè pellendus erat, agnoſceret ex gratia, non ex natura illic ſe fuiſſe. Qui quidam locus, licèt ſecundū quoſdam ſit corporalis præciſè, ſecundū alios autē ſpiritualis: poteſt tamen dici eſſe vtrūq;. Corporalis enim eſt locus à terra habitabili longè diſtans, altitudine vſque ad globum lunarē pertingens, gerens ſpiritualiter typū Eccleſiæ præſentis, vel futuræ. In quo erant ligna diuerſa, inter quę vnum fuerat dictū, lignum vitæ, cuius fructus diuinitus acceperat virtutē conſeruandi à morte, & infirmitate. Fuerat autem, & ibi lignū ſcientiæ boni, & mali, q̧ ſic ab euentu dictū eſt, dum homo de eo prohibito guſtans, boni, & mali diſtantiam experimento didicit.

Eſa.37. *Aug. lib 7. cap 14. Exo. 7.* *Aug. lib. 8. cap. 6 Gen. 13.*

Primus homo validis ſub tempora conditus aui,
Delicias tenuit, quas paradiſus habet.

Diſt. 18. In eodem quoque paradiſo, &c. Epitome.

Intra paradiſum mulier formata eſt à Deo. Poſtquā enim Adā illic poſitus eſt, & animalibus ad eum adductis, nomina eis impoſuerat, immiſit Deus ſoporem in ipſum, & ex vna de coſtis eius, Euā formauit. Noluit autē Deus mulierē ſimul cum viro creare: & ad confundendā diaboli ſuperbiā, qui principium aliud à Deo eſſe voluit:, & vt ſimilitudo Dei qui eſt omniū rerū principiū, in homine per hoc fieret manifeſta. Eſt autē mulier facta non de capite, aut pedibus, ſed de coſta viri, vt non domina, aut ancilla, ſed ſocia, illius haberetur. Et hoc ipſius dormientis, nè ſcilicèt dolorē ſentiret, & Deus potentiam ſuam in non excitando eum per hoc oſtenderet: vtq́ue ſacramētorum proceſſus de latere Chriſti figuraretur. Nec ad coſtam illam aliqua fuit addita materia, ſed (vt cum quinque panibus factum eſt) materia illa virtute Dei fuit multiplicata. Licèt autem angeli ad hoc mini-

Ephe.32. *Gene.7.* *Ioan.7.* *Mat. 14.* *Num.17.* *Luc.1.*

ſtrauerint, ſolus tamen Deus quod creationis eſt, effecit. Neque organizatio corporis illius fuit ex aliqua ratione ſeminali,ſicut in rebus à natura productis fieri ſolent, ſed virtute diuina ſupernaturali. Anima verò ipſius mulieris non(vt quidam ſentiebant) de anima Adæ,cùm indiuiſibilis ſit,ac incorruptibilis,formata eſt:nec præcedenter etiam eſt creata, ſed creando (vt cæteræ) infuſa, & infundendo creata. *Pſal 32.*

Olim formoſi grauido de corporis eſſe
Scilicet enata eſt fœmina prima viri.

Diſt.19. Solent quęri plura,&c. Epitome.

IN innocentiæ ſtatu, homo mortalis erat quodam modo, & quodam modo immortalis. Poterat enim mori, poterat,& nõ mori.Habuit ergo tunc poſſe non mori: poſt peccatum habet neceſſe mori: poſt reſurrectionem autem non poterit mori. Erat ergo tunc corpus ipſius hominis animale,cibis indigens,vndè & mortale:ſed poſtea factum eſt mortuum,neceſſitatem moriẽdi habens: poſt reſurrectionem verò erit ſpiriuale,nec cibis egens,nec mori potens. Quam tamen immortalitatem, non ex conditione naturæ, ſed dono gratię habuit homo, ex eſu,ſcilicet, ligni vitæ,de quo,ſi non ediſſet,peccaſſet,eo quòd de hoc edere præceptum ſibi fuerat, vndè & moreretur. De hoc etiam ligno quidam dicunt,quòd non fuit totalis cauſa immortalitatis, ſed coadiuuans. Alij,autem,quòd immortalitatem omninò habuit homo ex vſu ligni vitæ. Sed & quibuſdam videtur quòd à natura quandam habuiſſet immortalitatem, & perfectionem eiuſdem ex vſu dicti ligni aſſecutus fuiſſet. Magiſter autem ſentit,quòd ex eodem, etiam primam immortalitatem habuerit. *Rom 8. Gene. 2. Aug. lib 3. cap. 25. Gene. 2. lib 3. Aug. ſuper cap. 2 Gene.*

Dum paradiſiacis diuerſaretur in hortis.
Nulla mortis erat lege reuinctus homo.

Diſt.20. Poſt hęc videndum,&c. Epitome.

ETiam in innocentiæ ſtatu, homines contra falſam quorumdam opinionem, filios generaſſent, abſque libidinoſa cõcupiſcentia: genitalibus enim membris adhoc opus, vt cæteris, pro voluntate vſi fuiſſent. Quòd autem non generauerint, indè euenit, quia Deus hoc nondum pręceperat, & paulò poſt mulieris formationem peccauerunt, poſtea quàm autem in paradiſo generaſſent, an parentes illic relicta poſteritate, ſtatim tranſlati fuiſſent ad requiem beatitudinis, vel expectaſſent omnes quouſ- *Aug. lib. 8. cap. 10. ſup. Gene.*

que beatorum numerus compleretur, ex ſcripturis ſacris certum non eſt, vt Magiſter dicit. Tamen extra textum, communiter primum amplectuntur doctores. Generaſſent autem etiam in hoc ſtatu paruulos filios pro ſtrictitudine vteri materni: qui filij ſecundùm magis probabilem opinionem in ſtatu corporis, loquela, aliíſque huiuſmodi per temporis ſucceſſionem, profeciſſent. Nam vt ſuprà dictum eſt, cibi quoque in eodem ſtatu indigebant. Sed & in pertinentibus ad animam cum tempore profeciſſent, neque tamen pœnoſa eis fuiſſet, rerum inſcitia, nec ob id ignorantia dici potuiſſet, eo, quòd reſpectu eorum, quæ nec ſcire tenebantur, fuiſſet. Parauerat ergo Deus homini, ſicut bonum temporale, & viſibile pro natura corporis, ſic inuiſibile, & ſpirituale pro anima. Vndè ſi præceptum Dei ſeruando perſtitiſſet, vltimò ad requiem beatitudinis ſine mortis interuentu ipſe, & tota poſteritas ſua fuiſſet tranſlatus. *1. Cor. 15.*

Spumat perpetuo caro fœda libidinis æſtu.
Quam nimium primus cõmaculauit homo.

Diſt. 21. Videns igitur diabolus, &c. Epitome.

Aug. lib. 11. cap. 2. in Gen. INuidens diabolus homini, quem per obedientiam aſcenſurum ſciebat, vndè per ſuperbiam ipſe corruerat, in debiliori eum parte, ſcilicèt muliere, tentando aggreſſus eſt, dolo ſupplantare volens, quos virtute ſuperate non poterat: apparens, ſcilicet, eidem in ſpecie, non qua voluit, ſed qua permiſsus eſt: in qua tamen fraus eius facilè perpendi poſſet, per ſerpentem, ſcilicèt, quaſi per inſtrumentum eidem locutus, vt angelus bonus per aſinam Balaam: quem *Num. 22.* tamen mulier loquelam à Deo accepiſſe credebat, Hinc ergo interrogatione ſolicitauit, vt qua via tentando incederet, ex ipſius diſceret reſponſione. Vndè & cùm quaſi dubitando reſponderet mulier, ſtatim intulit, quod voluit metum, ſcilicet mortis, ſi comederent, mendaciter ex*Gene 3.*cludens: & dignitatis excellentiam falsò promittens. Tentauit autem eam de gula, de vna gloria, & auaritia perdictam promiſſionem. Eſt nempe duplex tentatio, exterior, ſcilicet, & interior: quæ vltima quandoque ab hoſte tantùm fit ſine peccato tentati, quandoque à carne: & tunc non eſt ſine peccato, quæ & quia difficilior eſt, quàm exterior, qua homo cecidit, ideò grauius puniendus erat. At quamuis leuẽ habuit ad peccandum occaſionem, quia tamẽ ad alterius ſuaſionem peccauit, ideò remediabilis fuit, non autem diabolus, qui nullo ſuadente peccauit, præſertim etiam, quia non tota angelica natura ceciderat, vt humana

per quam, & angelica ruina fuerat reparanda. Præceptum autem Domini, de non comedendo, vtrique datum, ad mulierem per virum conuenienter peruenerat, eo quod ipſa viro ſubdita eſſe debebat: quos & Deus fecerat, vt inuicem loqui poſſent, & ab aliis (ſi eſſent) diſcere. *Aug lib. 8. cap 16 ſuper Gene.*

Callidus accendens muliebria pectora dæmon,
Perſuaſit miſeræ ſumere poma necis.

Diſt. 22. Hîc videtur diligenter inueſtigandum. Epitome.

PRotoparentum primi peccati origo fuit quædam præſumptionis elatio reprimenda, ex qua primò mulier, poſt hoc vir in peccatum conſenſit, non quaſi illa elatio diaboli ſuggeſtionem, ſed opus peccati præceſſerit. Quæ tamen aliter in animo mulieris fuit, quę ſerpenti credebat, non autem vir: vndè & aliter, quàm mulier illectus fuit. Hinc etiam & grauius peccauit mulier: tùm quòd ſerpenti contra Deum credidit: tùm quòd elatè nimis ſe æqualem Deo fieri poſſe putauit, quod vir non fecit tùm etiam, quòd nedum in ſe, & proximum, vt vir: ſed etiam in Deum peccauit. Nec obſtat, quòd parem factum in vtriſque fuiſſe Auguſtinus dicit. Hoc enim de excuſatione intelligitur, ſed nō quo ad prædicta. Sed nec hi, qui & virum Dei æqualitatem appetiiſſe dicunt, mulierem in hoc magis exarſiſſe tacent. Denique & ſi mulier peccauit ex ignorantia, quo ad hoc, quod ſeducta eſt, vir autem ſeductus non eſt, non tamē ignorauit Dei præceptum: vndè nec per hoc excuſari poteſt. Non enim omnis ignorantia excuſat, ſed inuincibilis tantùm: Vincibilis autem potius aggrauat. Porrò cùm hominis natura bona eſſet ſine vitio, conſenſus mali ex libero voluntatis arbitrio proceſſit, diabolo id ſuggerente. Vndè nec voluntas mala inquantùm actus, peccatum præceſſit, licèt inquantū quędam natura, ſeu naturalis potentia. *Aug lib. 11. cap. 18. ſuper Gene. 1. Cor. 14. Rom. 5. 1. Tim. 2. Pſal. 82. Phil. 2.*

Eſſe Dei ſimilis dum falſa cupiuerit vxor,
Deguſtanda viro noxia poma dedit.

Diſt. 23. Præterea quæri ſolet, &c. Epitome.

QVanquàm Deus hominem caſurum præſciret, tentari tamen eū permiſit, ad dignitatem hominis oſtendendā: qua potior eſt ille, qui tantari quidem poteſt, & non conſentire, quàm nec conſentire, nec tentari poſſe. Quem & licèt malum futurum ſciret, creauit tamen ob bonum, quod indè nouit euenturum. Nec eum impeccabilem facere voluit, licèt melius eſſet, eo quòd hoc ſit ſanctorum angelorum: Neque à conſenſu eum præſeruauit, vt ſic nec infructuoſè eſſet bonus, nec malus impunè. Sed nec voluntatis *Aug lib. 11. cap. 4. ſuper Gene. Rom. 12. 1. Cor. 6.*

diuinæ præter ipſam, alia cauſa eſt quærenda. Dedit autem homini mox cùm ipſum creauit, ſcientiam rerum creatarum, ſui ipſius, & creatoris, per quandam interiorem inſpirationem, infrà tamen eam, quæ in patria eſt: qua quidem ſcientia quid cuique deberet, ſatis agnouit. Et quamuis agendòrum tantam habuerit ſcientiam, caſus tamen ſui præſcius non fuit: vt ſuprà de angelo malo dictum eſt.

Aug. in Gen. lib. 11. ca. 18.

Primum hominem ornabat numeroſa ſcientia, quamuis
Non fuerit caſus præſcius ipſe ſui.

Diſt. 24. Nunc diligenter inueſtigari oportet, &c. Epit.

HAbuit protoparens ex ipſa ſui creatione, rectæ voluntatis auxilium, quo reſiſtere malo potuit, licèt non mereri: alioquin ſi hoc non habuiſſet, non fuiſſet ſibi imputabile peccatum: Hinc fuit voluntas illa recta, per mali carentiam. Nec ſequitur: per eam malo reſiſtere, potuit, ergo & mereri, cùm hoc ipſum reſiſtere ſit mereri. Hoc enim non in primo homine, ſed in nobis tenet, qui ad malum incitamur: quod in innocentiæ ſtatu non fuit. Fuit autem auxilium, hoc ipſum liberum arbitrium gratia adiutum: quod quidem eſt facultas voluntatis, & rationis, quo & bruta carent, quæ ſenſum tantùm habent, & ſenſualitatis appetitum. Nàm id, quod cum brutis commune habemus, per rationem excedimus. Quæ & in portionem ſuperiorem, & inferiorem diuiditur, non quaſi duæ ſint potentiæ, ſed propter diſtincta potentiæ vnius officia: quæ ſunt intendere æternis, & diſponere temporalia. Contingit autem in nobis peccatum ad inſtar peccati primorum parentum: vt ſcilicèt vice ſerpentis habeatur ſenſualitas: ratio inferior vice mulieris, & ſuperior viri. Motus ergo peccati, ſi in ſola ſit ſenſualitate, erit venialis: quod ſi ad ſuperiorem rationem perueniat, fit mortale: & hoc eſt virum comedere. Si verò in inferiori ſit, nec diù teneatur, ſed ſtatim repellatur, manet veniale: at ſi ibi diu voluntariè teneatur, erit item mortale, etiam ſi perficere nolit: & hoc eſt comedere mulierem. Aduertendum quoque, quòd ratio inferior quandoque pro ipſa ſumitur ſenſualitate, quod inter legendum authores perpendi debent.

Aug lib. 12. cap. 1. de Trini. — *1. Cor. 1.* — *Rom. 6.* — *Ioan. 13.* — *Luc. 22.* — *Gene. 2.* — *Can. 4.*

Arbitrium, ſummam partem rationis amœnam,
Quo mala vitaret, primus habebat homo.

Diſt. 25. Iam verò ad propoſitum redeamus, &c. Epitome:

APud Philoſophos liberum arbitrium, dicitur eſſe liberum de voluntate iudicium, eo ſcilicèt, quòd liberè

ad hoc, vel aliud moueri poſſit, & hoc reſpectu futurorum *1. Cor. 12.*
contingentium. Quod quidem aliter eſt in Deo, ſcilicèt ab omni ſeruitute peccati liberum: & in angelis beatis, ſcilicèt per gratiam confirmatum: & in nobis, ſcilicèt flexibile ad bonum, & malum. Nàm, & in nobis ſecundùm ſtatus diuerſos, diuerſa quoque inuenitur libertas. In ſtatu namque primo potuit homo peccare, & non peccare: in beatitudine non poterit peccare. Ante reparationem non poteſt *Luc. 15.*
non peccare mortaliter: poſt reparationem autem, venialiter. Vndè patet, per peccatum vulneratum eſſe liberum arbitrium, quo ad naturalia, & ſpoliatum, quo ad gratuita: à quibus ſine gratia reparari non poteſt, ſicut in ſimili patet de occiſo, quia implicat. Eſt autem triplex libertas, ſcilicèt à *2. Cor. 3.*
coactione, quę manet homini ſemper: & à miſeria, & hanc *Ioan. 8.*
libertatem habuit in ſtatu primo, & habebit in gloria: & à *Rom. 6.*
peccato, quam per gratiam aſſequetur in via: carentia autem iuſtitiæ, non libertas, ſed ſeruitus eſt dicenda. Quamuis autem, & poſſe in bonum, & malum, vtrumque ſit à libero arbitrio, tamen alterum habet ex ſe: primum autem à *Ioan. 8.*
à gratia, ſine qua in bonum, non niſi multum debiliter poteſt. Hinc, & liberum arbitrium per peccatum quodam modo corrumptum eſt, & imminutum, eo quòd ante peccatum potuit ſine difficultate moueri ad bonum, poſt autem non ſic. Neque enim libertas naturæ, ſeu à coactione ſufficit ad bonum agendum, niſi gratia concurrente. Nempè non *Rom. 9.*
eſt currentis, nec volentis, ſed Dei per gratiam miſerentis.

Arbitrij fœda pulcherrima munera lapſu.
Primi hominis quodam ſunt temerata modo.

Diſt. 26. Hæc eſt gratia operans, &c. Epitome.

DVplicem Deus gratiam libero confert arbitrio: operantem, ſcilicèt qua voluntatem præparat, vt bonum velit: & cooperantem, ne fruſtrà, ſed effectualiter velit. Hinc malè ſentit hæreticus, putans hominem poſſe, & velle bonum operari ex libero arbitrio ſine gratia, cùm dicat Apoſtolus: Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Neque enim ideò Deus alicuius miſeretur, quia velit, & currat: ſed ideò vult, & currit, quia Deus ſui miſeretur: ità vt totum Deo tribuatur, qui hominis voluntatem prçuenit, & præparat ad iuuandum, & adiuuat prçparatam ad efficaciter operandum: ſicque gratiam comitatur bona voluntas, non gratia voluntatem. At eadem gratia, quæ dicta eſt operans, & cooperans, quandoque, & præueniens, & ſubſequens nominatur. Quæ operans, ſeu præ-

Rom. 9. *1. Cor. 15.* *Pſal. 26.* *Pſal. 58.* *Matth. 5.* *Luc. 11.*

ueniens fides eſt cum dilectione exiſtens, voluntatem bonam, non quidem tempore, ſed natura, & cauſalitate præcedens ab ipſa voluntate, non aliquo merito acquiritur, ſed à Deo gratis datur: habita tamen gratia, & ipſa voluntas cum eadem multa alia Dei dona præcedit. Denique, & (vt ex verbis Auguſtini colligitur) per gratiam præuenientem, & operantem, qua bona in homine voluntas præparatur, bona quædam ex Dei gratia, & libero arbitrio præcedunt: quædam etiam ex ſolo libero arbitrio, ſcilicèt, vt videamus bonas eſſe Dei iuſtificationes: deindè vt eas deſiderare concupiſcamus, & tunc tandem, faciente gratia, earum delectet operatio.

Hoc opus humanum merita bonitate decorum eſt,
Praua quod veſtit gratia, quodque ſequens.

1. Cor. 4. Diſtinct. 27. Hic videndum eſt quid, &c. Epitome.

VNa eſt eſſentialiter gratia operans, & cooperans, ſecundùm diuerſos effectus, aliter, & aliter nominata. Inquantùm enim voluntatem à malo liberat, operans, dicitur: inquantum autem eandem adiuuat ad bonum vlterius faciendum, cooperans appellatur. Sunt autem hominis tria bonorum genera, magna, ſcilicèt vt virtus, quibus nemo malè vti poteſt: minima, vt bona temporalia: & media, vt potentiæ animæ: quibus vltimis duobus, & benè, & malè homines vti poſſunt. In mediis autem bonis etiam liberum arbitrium continetur, cuius etiam bonus vſus, virtus eſt: quę in magnis bonis computatur, quæ omnia à Deo eſſe conſtat. Propriè tamen virtus non eſt actus, vel vſus, ſed bona mentis qualitas, qua rectè viuitur, & qua nullus malè vtitur, quam Deus ſolus in homine operatur: quod ſecundùm magiſtros de virtute intelligitur infuſa: quod de virtute iuſtitiæ, & fidei apertè ex ſcripturis probatur, ſic quòd virtus non animi motus, vel affectus, ſed qualitas, ſeu habitus. Quod, & de gratia cenſeri debet, cùm ipſa quoque virtus, quandoque nominatur. Quamuis autem nullum ſit in homine meritum ſine libero arbitrio: principalis tamen merendi cauſa eſt gratia gratum faciens, quo voluntas hominis ſanatur, & iuuatur. Vndè ex gratia, & libero arbitrio bonus animi motus, & meritum procedit. Vndè, & per gratiam virtutes mereri rectè dicuntur, ex quarum actibus iuſtè viuimus. Hinc quod ſuprà dictum eſt, vſum liberi arbitrij virtutem eſſe, pro actu virtutis eſt accipiendum. Hinc etiam malè opinati ſunt, qui fidem, & charitatem, & ſimiles motus animi fore dicebant, cùm ſint virtu-

Auguſt. de ſpirit. & lit. cap. 4. tomo. 3.

Aug. lib. 3. cap. 10. de doctr. Chriſt.

1. Cor. 13. Auguſt. de gratia, & libero arbitrio.

tes animum ad actum mouentes: iuxtà quòd, & verbum Auguſtini accipiendum eſt, quo dicit fidem eſſe, credere quod non vides: hoc eſt, fides eſt virtus mouens ad credendum id, quod non vides.

Omne licèt meritum capiat deuota voluntas,
Hoc tamen in primis gratia ſola parit.

Diſt. 28. Id verò in concuſſe, &c. Epitome.

INdubitanter tenendum eſt, liberum arbitrium ſine gratia præueniente, & adiuuante ad ſalutem non ſufficere, nec meritis noſtris gratiam aduocari, ſicut tamen hæreſis aſſeruit Pelagiana: quæ adeò gratiæ Dei contrariatur, vt omnia ipſius mandata implere hominem ſine ea poſſe dicat: nec gratiam dari voluit, niſi vt facilius ea impleantur: ipſum liberum arbitrium per naturam illam fore gratiam aſſerens, ſine qua nihil boni facere valemus, Deo per legem ſuam, nos inſtruente. Itaque per hæc concedebant Pelagiani dari quidem gratuitò ſcientiam, at non ſic charitatem, & gratiam, ſed quaſi ex meritis ea acquiri. Deſtruunt autem, & per hoc Eccleſię orationes. Et inſuper, paruulos ſine originalis peccati vinculo, naſci contendebant. Authoritates verò Auguſtini, quibus erronci innitebantur, ad ſanum intellectum acceptæ, nihil pro eis faciunt, vt in textu. Igitur liberum (vt Hieronimus inquit) ſic confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper indigere Dei auxilio: & tàm illos errare, qui cum Manicheo dicunt hominem peccatum vitare non poſſe, quàm illos, qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare. Quo ſimul, & error Pelagij eliditur. *Aug. lib. 1. Retract. cap. 4.*

Nemo implere poteſt leges, aut vincere crimen,
Cuius in arbitrio gratia nulla ſedet.

Diſtinct. 29. Poſt hæc conſiderandum, &c. Epitome.

INdiguit homo primus gratia operante, non quidem vt ea à malo ſeu peccato (quòd non habuit) liberaretur, ſed vt ad bonum voluntas eius præpararetur. Habuit autem (opinione contraria non obſtante) virtutes, vt iuſtitiam, & ſimiles, quas tamen actualiter peccando amiſit. Hinc, & in peccati pœnam à voluptatis horto excluſus fuit, ſimiliter ab eſu ligni vitæ prohibitus. De quo (non quidem poſt peccatum, ſed ante) comedens viuere in æternum poterat. Vndè quod in Geneſi legitur: videte ne ſumat de ligno vitæ, &c. Accipiendum eſt, ſcilicèt quo indignus nunc eſt, de quo dum ante peccatum comediſſet, immortalis eſſe poterat. Et in hunc etiam modum poſita eſt cuſtodia, nè ad paradiſum homo rediret. Quanquam autem de *Gene. 3. Rom. 8.*

Aug. ſuper Gen. lib. 11. ca. 4. Rom. 13. ipſo ligno vitæ ante peccatum manducaſſe probabiliter putari poteſt, non tamen ſtatim immortalitatem permanſiuã aſſecutus eſt: quia ad hanc conſequandam requirebatur, ſæpe iterata eiuſdem ligni comeſtio.

Exturbatus homo fœlicibus exulat hortis,
Mox vetitum cupido dum capit ore cibum.

Diſt. 30. In ſuperioribus inſinuatum eſt, &c. Epitome.

Rom. 5. Aug. li. de bap. cap. 8. Exod. 13. Rom. 3. Pſal. 50. Eccle. 26. Magiſter vbi non tenetur. Matt. 15. ID peccatum, quod (iuxta Apoſtolum) per primum hominem in mundum intrauit, non actuale, vt quidam volebant, ſed originale debet intelligi. Quod nec ſolùm imitationis exemplo, vt Pelagiani dicebant, vt ſic ſit actuale cuiuſlibet, ſed vitio propagationis in poſteros peruenit. Eſt itaque hoc peccatum ſecundùm veritatem, culpa quædam à primo parente per originem in poſteros traducta. Quæ quidem non eſt actus hominis, ſed concupiſcentia quædam vitioſa habitualis, concitans in ipſo deſideria prauitatis. Quæ iam dicitur languor naturę, iam lex menbrorum, iam fomes peccati, iam lex carnis, concupiſcentia, concupiſcibilitas, vel tyrannus. Quod quidem peccatum ex inobedientia primi prouenit parentis, in quo voluntarium fuit, licèt poſteri neceſſariò ipſum incurrãt. Alij enim homines ſecundùm corpora fuerunt in Adam per ſeminalem rationem: & ex eo, lege propagationis, deſcenderunt. Quod autem Magiſter adijcit de alimento in humani corporis veritatem nihil tranſire, & id quod de ipſius veritate eſt, in Adam actualiter fuiſſe, non tenetur.

Vt generis noſtri primo deducta parente,
Eſt caro, ſic prima vulnera carnis habet.

Diſt. 31. Nunc ſuper eſt inueſtigare, &c. Epitome.

Rom. 4. COntrarium eſt fidei Catholicæ, quod quidam opinati ſunt originale peccatum trahi ſecundùm animam, non ſolùm ſecundùm carnem: dicẽtes animam quoque eſſe ex traduce, quæ tamen ſecũdùm veritatem ex creatione eſt: vt ſuperius patuit. Trahitur autem originale à parentibus ſecundùm carnem, eo quòd in feruore libidinis concipitur, & in corpus formatur: ex cuius contractu infuſa anima, & ipſa polluitur, fitque rea concupiſcentiæ illius, quę ſuprà originalis vocatur. Quod quidem dicitur, manere in carne, nõ ſicut in ſubiecto, cùm ipſa culpæ ſubiectum eſſe non poſſit, ſed ſicut in cauſa ipſum virtualiter continente. Eſt itaque ipſum originale quidam carnis defectus, & fœditas, quæ ipſius vitium, & corruptio rectè dici poteſt: quam, & in carne ante animę infuſionẽ eſſe, hinc patet, quòd ipſa infuſa illicò

commaculatur. Nec mirùm filios originale trahere à parentibus baptizatis, quorum iam originale dimiſſum eſt, cùm & ab homine circũciſo, filius habens præputiũ naſcatur,&ex grano purgato ariſta. Vocatur autem originale hoc peccatum: eò quòd ob origine ſua proies ipſum contrahit, faciente hoc carnis ſeminali commixtione libidinoſa. *Pſal. 50.*

Eſt caro, qua miſeram conſpurcat origine prolem,
Nempe animam ſobolis non dat origo ſequax.

Diſt. 32. Quoniam ſuprà dictum eſt orig. &c. Epitome.

REmittitur in baptiſmo originale, quantùm ad culpam: quamuis concupiſcentia etiam poſt baptiſmum remaneat,quæ tamen per ipſum minuitur,& debilitatur: ſicut in actuali peccato reatus manet actu tranſeunte, vt in homicidio,vel conſimili. An verò etiam ipſa caro à fœditate,quam conceptione contraxit, baptiſmo liberetur,quidam contraria ſentiunt:vbi & Magiſter declinat ad partem affirmatiuã: Doctores verò alij oppoſitum tenent. Dictæ autem concupiſcentiæ Deum cauſam eſſe, inquantùm pœna eſt,non dubium: licèt in quantùm culpa eſt à diabolo fit, & à primo peccante. Imputatur inſuper animæ originale, non quia in ſui infuſione carni maculatæ condelectetur, etenim ſic actuale peccatum eſſet:ſed ob id, quòd primi hominis anima peccatrix carnem infecit, à qua vlterius anima prolis inficitur. Eſt autem peccatum originale neceſſarium, pro eo quòd vitari non poteſt:at voluntarium eſt ideò,quòd ex primi hominis voluntate proceſſit,vndè, & alij ipſum contrahunt. Quo non obſtante, Deus animam carni coniungit ſecundùm ſuæ beneplacitum voluntatis, vt ſic ſaluetur propagationis humanæ inſtitutio. Ex quibus, & patet animas,dùm corporibus infunduntur, non omnino tales manere,quales à Deo creantur,cùm ex mundis fiant inquinatæ.Quæ nec æquales à Deo creantur,ſed aliæ alijs, in naturalibus quoque, potiores. *Rom. 9.* *Aug. de ciuit. Dei lib. 14. cap. 3.*

Sit purgata ſacro,quamuis baptiſmate culpa,
Non tamen inſano fomite membra carent.

Diſt. 33. Prædictis adiiciendum videtur,&c. Epitome.

ACtualia parentum ſuorum, vel etiam priorum, paruuli ab origine non contrahunt: alioqui non eſſet mitiſſima pœna eorum, qui ſine baptiſmo in originali decedunt, vt tamen Aug. aſſerit. Quãuis autem idem in quibuſdã dicere videatur eos,etiã actualia parẽtum contrahere, hoc nõ aſſertiuè,ſed magis acquiſitiuè dicit. Quod etiã in pſalmo dicitur: In iniquitatibus conceptus ſum, non eſt in contrariũ. *Pſal. 50*

Ibi enim plurale pro ſingulari, iuxta morem ſcripturæ, ponitur. Quanquam etiam priorum parentum peccatum maximum intulit nocumentum, non tamen fuit omnium grauiſſimum, vt patet de peccato in Spiritum ſanctum, quod nec
Mat. 3. in futuro remiſſibile dicitur. Denique quod totam naturam
Matt. 12. corrupit, non ratione grauitatis ſuæ prouenit, ſed quia in Adam tota tunc conſiſtebat humana natura. Quòd etiam maiora damna intuliſſe dicitur, non quo ad pœnam æternã, ſed quo ad defectus ex eo ſequentes, accipi debet. Porrò in in filijs parentum peccata non puniuntur, niſi in quibus eorundem filij imitantur nequitiam. Et ſic intelligi oportet ſcripturas, quæ dicunt in filijs parentum peccata viſitari.
Ezech. 18. Nam & alia ſcrip. dicit: Filius nõ portabit iniquitatẽ patris.

Multa licèt noſtros damnent errata parentes,
Sola tamen pueris triſtis origo nocet.

Diſt. 34. Poſt prædicta de peccato actu, &c. Epitome.

ORigo, & cauſa prima primi peccati, res bona fuit, cùm antè id malum nullum extiterit: & hoc in primo Angelo peccante initium cæpit. Sequentium tamen peccatorum cauſa, fuit prima voluntas mala. Ac per hoc cauſa peccati prima bona eſt, non autẽ ſecundaria, & proxima. Omne quoque malum ſiuè pœnæ, ſiuè culpæ, in bono eſſe oportet: nec ſubiectum mali eſſe poteſt, niſi bonum, cùm malum nõ ſit niſi boni corruptio, ſeu priuatio. At vbi bonum non eſt, ibi nec eius priuatio. Ac per hoc nec malum eſſe poteſt, ſicut nec morbi, aut vulnera ſunt, niſi in corporibus. Hinc cum homo malus dicitur, perinde eſt, ac ſi dicatur bonum malũ.
Regula Dialecticorum vbi non habet locum. Nec habet ibi locum Dialecticorum regula de contrarijs, quæ in eodem non ſimul exiſtunt, quamuis in alijs contrarijs tenere comperiantur. Neque etiam contrà eſt, quod Propheta imprecatur: Væ dicentibus bonum eſſe malum.
Eſa. 5. Hoc enim intelligitur de eo, qui cauſam, qua bonus, malus efficitur, vt fornicationem, bonam diceret: non autem, qui dicat hominem natura bonum, ex vitio malum eſſe.

Hac mala, qua primum nimis inficere parentem,
Non niſi principio deſiluere bono.

Diſt. 35. Poſt hæc videndum eſt quid ſit pec. &c. Epitome.

DEfinitur peccatum, eſſe dictum, vel factum, vel concupitum contrà legem Dei. Vel, eſt voluntas volendi, vel retinendi, quod iuſtitia vetat. Vel, eſt præuaricatio legis, & cœleſtium inobedientia præceptorum. Quarum definitionum prima, & vltima actus tàm interior, quàm exterior, ſecunda autem interior, oſtẽditur peccatum eſſe. Et cùm peccatum ſit in actu tàm interiori, quàm exteriori, non obſtã-

tibus opinionibus extraneis quorundam, principalius tamẽ
eſt in actu interiori procedens, vt fructus malus ex arbore
mala.ſ.praua voluntate. Quamuis autem voluntas,& ipſius
actus,mala quædam dicuntur, inquantùm ſunt contra legẽ
Dei,quia tunc nihil ſunt bona, tamen quædam inquantùm *Mat. 12.*
bona,ſunt à Deo,à quo nihil mali eſſe poteſt. A Deo autem
eos eſſe patet,alioqui ad ipſius non pertinerent prouidentiã.
Adulterium ergo,homicidium,& huiuſmodi, actum quidẽ
nominant,inſuper,& actus deformitatem, & ſecũdum hanc
à Deo non ſunt. In peccatis quoque omiſſionis licèt nega-
tiones importare videantur,tamen aliquid poſitiuum in
eis intelligitur.ſ.receſſus à bono.Neque tamen peccatũ tale *Luc. 10.*
malum eſt, quale pœna, quæ.ſ. à Deo eſt:ſed eſt corruptio
actiua,quę nihil eſt.Vndè ſic à Deo non eſt:corruptio tamẽ
paſſiua effectus eſt peccati. Nàm per ipſum anima ſpoliatur
gratuitis,& homo in naturalibus,quo ad aĩm,& corpus vul-
neratur.Et per hoc ceſſant quorundã obiectiões,vt in textu.

Finitur varia ſceleris ſubſtantia lege,
Quam magis hoc complet,quod latet intus, opus.

Diſt. 36.Sciendum tamen quædam ſit eſſe peccata,&c.Epit.

VNius peccati pœnam eſſe peccatũ aliud, ex vtriuſque *Auguſt. in*
teſtamenti ſcriptura oſtendi poteſt,vt ꝙ Geneſis dicit, *Pſal. 57.*
nondũ cõpleta eſſe peccata Amorreorũ. Et Apocalyp. Qui *Rom. 1.*
in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc,& ſic de alijs,vt in litera.Eſt *Gene. 15.*
autẽ hoc intelligendũ de peccato,non inquantùm tale:quia *Oſee. 4.*
ſic eſt malum,nec eſt à Deo: ſed inquãtùm corruptio quędã *1. Theſ. 2.*
ſequens peccatũ. Et licèt eſſe corruptionẽ omni peccato cõ- *Ioan. 1.*
ueniat,nõ tamẽ omne eſt pœna peccati,ſed illud tantũ,ꝙ ab *Apoc. 22.*
alio cauſat̃,& eſt effectus ipſius.Abſurdũ tamẽ nõ eſt, ſiquis
dicat etiam alia quædã peccata pœnas eſſe eorũ, quorũ effe-
ctus nõ ſunt,ſed eſſentialr̃ eſſe aliorũ pœnas, vt de rebelliõe
carnis Aug.dicit.Sed & ira,inuidia,ſupbia, & ſimilia, ſpiri-
tualem quandã pœnã annexã habẽt, quæ tamen peccatũ nõ
eſt.Cùm autẽ Aug. dicat peccata quædã fieri ex neceſſitate,
Hieron. verò dicat ſẽper in hoĩs eſſe poteſtate peccare, vel
nõ peccare,nõ tamẽ intelligẽdi ſunt ſibi cõtradicere: cùm
hic de venialibus,ille verò de mortalibus loquat̃,gratiæ au-
xilio ſuccurrente:vel de ſtatu ante peccatũ vult intelligi.Sũt *Auguſt. de*
igitur actus aliqui,boni quidẽ eſſentia: mali autẽ inquãtùm *lib. ab. lib.*
deordinati, vt peccata: aliqui verò boni ſunt ex genere,vt *3. cap. 17.*
opera mĩæ: quidam etiam abſolutè boni ſunt ex cauſa, &
fine,& hi ſunt perfectè boni.

Sæpe ſcelus ſceleri comes indiuiſus adhæret,
Vt fiat ſceleri pœna ſub inde ſcelus.

Diſt. 37. Sunt & alij plures, &c. Epitome.

PRædictæ ſententiæ, qua dictum eſt voluntatem malam, & actum malum inquantùm actus aliquid eſſe, & bona eſſe, ac à Deo fore, licèt non inquantùm deformitates quædam ſunt, plurimi contradicunt, aſſerentes ea nulla ratione bona eſſe, nec aliquo modo à Deo fore, cùm ſcriptum ſit: Sine ipſo factum eſt nihil, ideſt, peccatum. Soluuntque *Ioan. 1.* rationem ſuprà adductam, ſcilicèt, omnia, quæ ſunt, inquantum ſunt, bona ſunt, &c. Dicentes hoc veritatem habere in eſſe naturale, & ſubſtantiale, habentibus, qualia peccata non ſunt. Dicunt enim illud per quod homo fit deterior, quale eſt peccatum, à Deo eſſe non poſſe neque ipſum cauſam eſſe eius, quod eſt nihil: vt eſt peccatum, &c. Magiſter ergo harum opinionũ iudiciũ lectori relinquens, nihil ibi expreſsè concludit. Doctores autem extrà textum ſentiunt cum prima, iuxta dicta. *Aug. ſup. Pſal. 68.* Nec difficilè eſt ſoluere alterius motiua, diſtinguendo inter peccatum inquantùm actus, & inquantùm deformitas, ſecundùm quam etiam diſtinctionem diuerſæ authoritates accipi poſſunt, & concordari. Porrò cùm dicitur, Deum mali cauſam non eſſe, quod omnes tenent: nomine mali pœna intelligenda non eſt, ſed peccatum. Alioqui verum non eſſet, quod dicitur: Non eſt malum in ciuitate, quod Deus non fecit. *Amos 3. Eſa. 54.* Et, Ego ſum Deus creans malum. Pœnæ enim malæ quidem ſunt malis: inquantùm autem iuſtæ ſunt, à Deo ſunt, & bonę. Sicut & Deus dicitur mortem non feciſſe, ideſt, hoc pro quo mors infligitur, ſcilicèt *Sap. 1.* peccatum: & tamen ſcriptum eſt mortem à Deo eſſe, ſcilicèt inquantùm pœna eſt.

Nulla Deo quemquam premit auſpice culpa, tametſi
Cauſa voluntatis ſit Deus ipſe mala.

Diſt. 38. Poſt prædicta, &c. Epitome.

EX fine ſuo voluntas rectitudinem, vel peruerſitatem accipit: vt à bono, bona fiat; & à malo, mala. *Aug lib. 11 cap. 6. de Trinit.* Eſt autem finis bonus charitas, qui tamen ad vlteriorem finem ordinatur, ſcilicèt ad Deum. Hinc bonæ voluntatis finis eſt charitas, beatitudo, vita æterna, & Deus ipſe. *Pſal. 118. 1. Tim.* Finis autem malus eſt delectatio in aliquo vitioſo. Poſſunt ergo tàm bonę, quàm malæ voluntatis eſſe plures fines intermedij, qui ſunt quaſi iter quoddam, & via ad vltimum finem perueniendi. *Luc. 12. Mat. 6.* Cui nec obſtat, quod Auguſtinus dicit non poſſe duos ſimul fines conſtitui. Hoc enim verum eſt, vbi vnus in alterum non ordinetur, quod tamen fit in propoſito. Notandùm etiam non idem eſſe omninò voluntatem, quæ nomi-

nat

nat potentiam,& intentionem,quæ motus eſt, quo ad ipſum finem tendimus,& finem in quem tendimus. An etiam idem actus ſit,quo quis vult finem,& ea,quæ ſunt ad finem, vel ſint actus diuerſi,Magiſter ſub dubio relinquit: Sed Doctores concedunt,vtrumque ſub diſtinctiõe. Poteſt enim in vtrumque voluntas abſolutè,& ſecundùm ſe ferri: & ſic ſunt duo motus voluntatis: vel in vnum propter aliud, & ſic erit vnus. *Aug. lib. 1. cap. 6. de Trinit.*

Recta voluntatem profert intentio rectam,
Et probatur intenti regula finis opus.

Diſt. 39. Hîc autem oritur quæſtio,&c. Epitome.

Voluntas quidem de ſe bona eſt, inquantùm, ſcilicèt, naturalis potentia: mala tamen dicitur ob deordinationem, quæ in ea contingit. Et hic quidem eſt modus dicendi,ſeu ſententia eorum, qui dicunt omnia eſſe bona inquantùm ſunt: ſed ſecundùm Magiſtrum quæri, tunc ab eis poteſt,cur non ità ſit, & in cæteris animæ potentiis, vt memoria,& cæteris. Vbi vlterius illi dicunt, quòd in actibus harum non contingit deordinatio eo modo, quo in actu voluntatis: ſed ratione inordinatæ voluntatis actus eorum mali fiunt. Quod quidem indè eſt, quod earundem actus non ſunt eiuſdem generis cum actibus voluntatis, pro eo quòd ad concupiſcendum,vel reſpuendum non ordinatur, vt actus voluntatis,quamuis actibus eorum voluntas abuti poſſit. Vtrùm autem idem ſit voluntatis motus,quo bonum elegit,& malum reſpuit, vel diuerſus, Magiſter refert contrarias opiniones,nec definit: Doctores autem communiter ſentiunt,quòd ſint diuerſi. *Auguſt. de fide ad Petrũ cap. 25.*

Sola voluntatis mala dicitur actio,quamuis,
Cætera virtutum ſit maculata cohors.

Diſt. 40. Poſt hæc de actibus,&c. Epitome.

Actus exteriores boni ſunt quidem omnes,inquantùm ſunt iuxta quod ſuprà ſecundùm opinionem magis probatam,dictum eſt. Moraliter autem boni, aut mali, ex recta,vel inordinata voluntate iudicari habent, ſic, ſcilicèt, vt hi boni ſimpliciter dicantur, qui bonam, ac rectam cauſam habent ex bona facti intentione, hoc eſt, ad bonum tẽdunt finem: mali verò ſimpliciter, quæ ex peruerſa procedũt intentione. Hinc & Dominus voluntatem arbori: & fructibus,opera comparauit. Hæc,opinionibus alijs dimiſſis, de omnibus actibus vniuerſaliter intelligenda ſunt: exceptis tamen eis, qui de ſe mali ſunt, vt adulterari,&huiuſmodi. Hi enim, per voluntatem, boni fieri non poſſunt: malũ nempè *Aug. ſup. Pſal. 31.* *Matt. 12.* *Rom. 7.* *Gen. 26.* *1. Cor. 6.*

Hebr. 13. Exod. 10. etiam ſi pia intentione fieri videatur, bonam tamen cauſam veraciter habere nequit. Neque enim bonum poteſt eſſe furtum, etiam ſi ideo fiat, vt pauperi ſubueniatur, neque rapina: & ſic de alijs, quamuis bonas cauſas habere videantur.

Præcipua commendat opus bonitate voluntas
Quamuis, & propria ſit ratione bonum.

Diſt. 41. Cùmque intentio, &c. Epitome.

Aug. in Pſal. 83. NOn omnis infidelium actio, peccatū eſt: ſed multa in genere bona operari poſſunt, etiam fide carentes, quāuis per huiuſmodi vitam beatam non mereantur, vt pote extra gratiam facta. Bonum námque multipliciter dicitur: quandoque, ſcilicèt quod eſt licitum, quandoque quod vtile: quandoque etiam, quod eſt aut ſignum boni, aut ſpeciem boni habet, aliquando autem hoc bonum, dicitur, quod dignum eſt remuneratiōe vitę, quo quidem modo licèt carentes fide bonum agere non poſſint, præcedentibus tamen poſſunt modis: Vndè & opinio contraria non valet. Porrò peccatum omne voluntarium eſt, ità quòd ſiuè actuale ſit mortale, ſiuè veniale, imò, & originale, voluntas tamen aliquo modo in eo concurrat: quod cùm in originali minus videatur; voluntarium tamen eſt in voluntate primi parentis. Denique & ſic voluntarium eſt peccatum, quod nedum actus malus peccatum dicitur: verùm, & ipſa voluntas, qua peccatur, peccati nomine per Auguſtinum cenſeatur, ſeu peccatum dicatur.

Non ſatis eſt feciſſe bonum, niſi feceris aptè,
Is ſolus meritum, qui benè fecit, habet.

Diſt. 42. Cùm autem voluntas, &c. Epitome.

VNum eſt peccatum, mala voluntas, & actus exterior malus: nec obſtant oppoſitæ opinionis rationes. Etſi enim ſint duo actus, interior ſcilicèt, & exterior, quia tamen Aug. ad Pſal. 79. ex vno fiunt contemptu, vnum reputantur peccatum. Quòd verò plus punitur, ſi quod intus conceptum eſt malum, opere perficiatur, quàm ſi in ſola perſiſtat cogitatione: non ideò eſt, quia diuerſa ſunt peccata, ſed quia ex pluribus hoc peccatum procedit. Nec etiam obſtat quòd diuerſis præceptis, Exod. 12. peccandi voluntas, & opus peccati prohibentur, vt de furto, vel adulterio: ꝙ à ſimili patet de charitate, quæ cùm vna ſit, diuerſis tamen mandatis eſt præcepta. Trāſeunt autem actu Hier. ſup. Ezech. peccati ſimul, & peccandi voluntate, peccatum tamen reatu ad pœnam obligante, manere dicitur. Notandùm etiam, quòd omne peccatum ſi mortale eſt, prouenit aut ex cupidi-

tate malè incendente, aut timore malè humiliante: & fit aut verbo, aut facto, aut cogitatu, & hoc aut in Deum, proximum, aut ſeipſum. Dicitur autem peccatum à facto: delictũ verò à facti omiſſione. Inſuper peccatum in ſeptem cap. Greg. partitur, ſcilicèt inanem gloriam, iram, inuidiam, acцediam, auaritiam, gaſtrimargiam, atque luxuriam: ex quibus mortiferæ corruptelæ omnes, quaſi ex fontibus quibuſdam, manant. Vndè, & capitalia vocantur: nec tantùm per hoc minus rectè ex ſuperbia ſimiliter, & auaritia omnia mala oriri dicuntur, diuerſo reſpectu. *Sup. Exo.* *Eccle. 10.* *Aug. ſup. Gen. lib. 11. cap. 14.*

Qui labor externus mentis ſecretus ab actu eſt,
Huic eadem ſceleris noxa ſubeſſe poteſt.

Diſt. 43. Eſt præterea quoddam peccati genus, &c. Epit.

Grauiſſimum omnium peccatorum eſt, id, quod in Spiritum ſanctum fieri dicitur, quod ſcilicèt, nec in hoc ſæculo, nec in futuro remittitur: nec pro eodem orandũ ſcriptura dicit. Quod tamen variè à diuerſis ſcribitur: nàm ſecundùm quoſdam eſt induratæ mentis obſtinatio, & animus pertinax in malitia: per quam homo fit impœnitens, ac de Dei miſericordia deſperat, malitiam ſuam excedere putans diuinam poteſtatem: an verò omnis talis obſtinatio peccatum in Spiritum ſanctum dici debeat, etiam ea à qua homo adhuc ante mortem reſipiſcit, & conuertitur, nécne, duæ ſunt opiniones: quarum prima hoc ipſum affirmans, peccatum in Spiritum ſanctum dicit irremiſſibile, pro eo, quod difficulter remittatur: Alia verò dicens, quòd illa ſolùm obſtinatio, quæ eſt cum finali impœnitentia, ſit peccatum in Spiritum ſanctum, ſicut & cuiuſlibet peccati finalis impœnitentia, & hoc ipſum penitus irremiſſibile dicit, & vtraque eſt vera ſecundùm modum, quo accipit hoc peccatum: Sed ſecunda magis conuenit ſcripturæ. Definitur etiã hoc peccatum, quod eſt inuidẽtia, ſeu oppugnatio fraternæ, ac ſupernæ gratię: quæ tamen tale peccatum propriè non eſt, niſi cum finali impœnitentia, quę non ſolùm neget pœnitendi actum, ſed etiam ſit in propoſito. Denique, & definitur eſſe peccatum contra bonitatem, & virtutem Spiritus ſancti commiſſum. Quod tamen non ſic in Spiritum ſanctum committi dicitur, quaſi per hoc aliæ perſonæ non offendantur: ſed quia contra appropriatum ſit Spiritui ſancto, ſcilicèt bonitatem diuinam. *Luc. 12.* *1 Ioan. 5.* *Gen. 4.* *Aug. in Pſal. 67 & Pſal. 147.* *Aug. lib. 1. retract. cap. 9.* *Mat. 12.*

Tunc animam vitiat teterrima culpa nocentem
Flaminis irridet cum pia dona ſacri.

Diſt. 44. Poſt prædicta conſideratione dignum, &c.

Epitome.

OPinati ſunt quidam peccandi potentiam à Deo non eſſe, ſed à nobis ipſis, & diabolo: à Deo autem nobis eſſe tantum rectæ actionis potentiam, ſicut de mala voluntate dicitùr. Sed hoc ſcripturis contrarium eſt, ex quibus *Rom. 13.* conſtat potentiam omnem, nedum benè agendi, verum- *Ioan. 19.* etiam peccandi, à Deo fore. Non enim eſt poteſtas (ſecun- *Aug. ſup.* dùm Apoſtolum) niſi à Deo. Ad quod, & alia pleraque aſti- *Pſal. 32.* pulantur, vt in litera. Neque verò per hoc malitia voluntatis, ſed poteſtas, qua malè agens, volens abutitur, à Deo eſſe dicitur. Nec cuiuſquam rei poteſtas aliundè eſſe poteſt, niſi à Deo æquo, quamuis æquitas illa nos lateat. Hic nec valet, quod in oppoſitum dici poſſet: Ergo poteſtati tyranni, *Rom. 13.* vel diabolo non eſt reſiſtendum, eo quod Apoſtolus dicit: *1. Pet. 1.* Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Et ſi enim *Sap. 6.* ſemper obediendum ſit à ſubdito ipſi poteſtati, non tamen abuſui eius, qua contra Deum, poteſtas aliqua præcipit. Nàm tunc præcipiente contempto, ipſi Deo eſt obtemperandum.

Omnis vt æterno venit ex authore poteſtas,
Patrandi ſceleris ſic venit ipſe vigor.

Libri Secundi Magiſtri Sententiarum,

FINIS.

LOCATIO IN TERTIVM Sententiarum.

TERTIVS SENTENTIARVM LIBER, eſt de Incarnatione verbi, ac Reparatione humani generis, atque de virtutibus, habens diſtinctiones Quadraginta.

COMPENDIOSVM MEMORIALE HVIVS LIBRI.

ſ. Filius tẽpore plenitudinis humanã naturam non Pater, non Spiritusſanctus.	*ſ. humanitatem aſſumpſit carnem, & animam, ſcilicet Deus.*	*ſ. purgata in ſua conceptione.*
Diſt. Aſſumpſit 1.	totam 2.	in matre 3.
ſ. Chriſtus de Spiritu ſancto.	*ſ. humanam aſſumpſit Deus, non perſonam.*	*ſ. Deus eſt homo, quòd per hominem intelligitur.*
conceptus 4.	naturam 5.	Factus 6.
ſ. ſecundùm triplicem opinionem illa propoſito, Deus factus eſt homo.	*ſ. Chriſtum. ſ. de patre, & matre, ſecundùm duas naturas.*	*ſ. adoranda eſt caro. Chriſti non nuda.*
exponitur 7.	bis natum 8.	Latria 9.
ſ. reduplicatio verificat propoſitiones aliquas.	*ſ. nõ dicitur Chriſtus ſimpliciter.*	*i. non potuit peccare Chriſtus.*
plicat. 10.	Creatus 11.	nec peccat. 12.
gratia, & ſapientia, vt caput.	*ſ. omnium habitualis fuit in Chriſto.*	*i. defectus pœnales animæ, & corporis accepit Chriſtus, prout conueniens fuit.*
plenus 13.	ſcientia 14.	pœnali. 15.
ſ. fuit Chriſtus, & paſſibilis in corpore, & anima.	*ſ. non pro ſe, ſed pro ſua ſenſualitate.*	*ſ. ſibiipſi, & nobis, aliter, & aliter.*
Mortalis 16.	orauit 17.	merendo. 18.
ſ. alligauit Chriſtus vinculis paſſionis ſuæ.	*ſ. nos liberando non potentia, ſed iuſtitia.*	*ſ. Chriſtus fuiſſe per ſeparationem animæ à carne confitemur, non per ſeparationem Deitatis ab anima.*
ſathanam 19.	vicit 20.	Moriturum. 21.

ſ. hominem in ſepulchro tenet Magiſter.
Chriſtum 22.
ſcilicèt eadem eſt fides, & noſtra.

ſ. homo fide formata: & quid ſit.
credidit 23.
ſcilicèt eſt de bonis æternis futuris non viſis.

ſcilicèt ex auditu, de non viſis oculo exteriori.
fides. 24.
ſ. dilectio Dei, & proximi, qua eſt eadem.

antiquorum. 25.
Spes 26.
amat. 27.

ſ. homines ſicut ſeipſum.
proximos. 28.

ſ. vt primo diligatur Deus.
ordinéque 29.

ſ. diligere, & amicos ſimul eſt maioris meriti, quàm amicos tantum.
inimicos. 30.

ſ. dilectio perfecta in viatore, ſed incipiens poteſt amitti.
Manet 31.

ſ. eſt Dei ad omnes creaturas.
dilectio. 32.

ſ. virtutes quatuor fuerunt in Chriſto, & manent in patria.
cardinales 33.

ſ. ſunt ſeptem Spiritus ſancti.
dona 34.

ſ. ſunt dona ſapientia & ſcientia, & intellectu.
diſtincta. 35.

ſ. omnes gratuitas connexas habet ſimul, qui vnam habet.
Virtutes. 36.

ſ. Deus decem mandata.
præcipit 37.

ſ. vtitur tripliciter mendacio.
mendax. 38.

ſ. fit tripliciter.
periurium. 39.

ſ. malus contra duo vltima præcepta,
cupit. 40.

LIBER SENTENTIARVM TERTIVS COMPLECTITVR Diſtinctones. XL.

Diſtinctio .1. Cùm venit igitur plenitudo temporis, &c. Epitome.

SEcundùm Apoſtolicam authoritatem Deus miſit filium ſuum in temporis plenitudine, quod eſt tempus gratię, & veritatis, in quo per charitatem legis fiat impletio,& verificetur patribus de Saluatore facta promiſſio. Eſt enim hęc miſſio filij incarnatio. Quę quidem filio magis,quā aliis perſonis congruebat: vt ſic,queadmodū in ſapientia patris omnia cōdita ſunt,ſic & per eandē omnia reſtaurarētur: & ille,qui eſt à ſolo patre,primò mitteretur,ſicque is,qui in deitate filius erat,fieret,& filius hominis. Per quod tamen non abnuitur,quin & pater,& ſpiritus ſanctus incarnari potuerint,ac poſſint. Qui & cùm filio aſſumptionem carnis fecerunt,ſed ea ad ſolum filium terminata eſt, qui ſolus homo factus eſt.

Ioan.1. Gala.4. Philip.2. Augu. de fide ad Petrum.ca.2. Pſal.103. Luc.15. Aug.lib. 4.cap.20. de Trint. Mat.1. Mar.1.

Impleto tandem decreti tempore miſſus,
Egremio patris filius ipſe ſui eſt.

Diſt.2. Et quia in homine,&c. Epitome.

NAturam humanam filius Dei totam aſſumpſit, vt ſic eam totam curaret; quæ protoparentis peccato tota corrupta fuit. Totam inquam, contra quorundam hæreſes id eſt, corpus, & animam cum proprietatibus eorundem, Quod enim eſt inaſſumptibile,eſt incurabile. At tamen carnem mediante anima aſſumi congruebat ob diuinæ ſimplicitatis ſubtilitatem: quod non debet intelligi ordine temporis,ſed naturæ. Tametſi autem inueſtigabilis ſit, & inexplicabilis vnio naturæ humanę ad verbum, error tamen deteſtandus eſt eorum,qui dicebant non veram Dei filium carnem aſſumpſiſſe, & ſimulatione quadam oſtendiſſe, ignauiter ſuſpicantes, alioquin à carne humana diuinitatem inquinari, cùm nec Solis corporalis radij à ſordibus,quas contingunt,maculantur.

Mat.11.

Totum vt curares hominem,Deus optime totum,
Crederis à nobis aſſociaſſe tibi.

Diſt.3. Quæritur etiam de carne verbi,&c. Epitome.

IVxta ſactorū atteſtationis cōueniātiā,caro Chirſti in virgine peccato,vt reliqua virginis caro,obnoxia fuiſſe dic. *Luc.1.*

Operatione verò ſpiritus ſancti omninò mundata, ante-
Aug lib de quam ab eo aſſumeretur:pariendi tamen paſſibilitate, non
natura. & neceſſitate,ſed libera ipſius voluntate, inexiſtente. Nàm &
gratia.c.36. ipſam virginem Spiritus ſanctus præueniens, à peccato ſic
Matt.7. purgauit,quod & à fomite peccati, aut ipſum totaliter au-
Luc.7. ferendo, quod magis videtur: aut ipſum ſic attenuando,vt
Eſa.7. nullius poſtea peccati occaſio ſibi eſſet,eam liberauit. Inſu-
Ioan.1. per & vt euangelica docet lectio, potentiam generandi
Rom.5. abſque viri ſemine ſibi contulit. Quamuis autem Chriſtus
Aug. lib. ſecundùm corpulentam ſubſtantiã in lumbĩs Abrahæ, ſicut
30.cap.2. & Leui, fuerit:tamen non in eo decimatus eſt, vt ille, quia
ſup. Gene. non vt ille ſecundùm ſeminalem rationem ab eo deſcen-
Rom.8. dit,neq; ſecundùm legẽ cõmunẽ, ſed ſuper naturæ vires, &
Mat.4. ſine peccato. Vndè & primitiua noſtræ maſſæ aſſumpſiſſe
Ioan.19. dicitur. Hĩc & caro eius ſimilis fuit carni noſtrę nõ in culpa,
ſed pœnalitate. Quæ etiã mox in conceptionis ſuæ initio,
membrorum debita diſtinctione formata eſt,ſimul & ani-
mata,atque aſſumpta: quamuis per ſucceſſum temporis ſũ-
ſerit corporis incrementum.

In lumbis Abra quamquam piè Chriſte fuiſti,
Vt Leui,tamen es non decimatus ibi.

Diſt.4. Cùm verò incarnatio verbi,&c. Epitome.

Ioan.1. TAmetſi incarnatio opus ſit trinitatis, in ſcripturis te-
Phili.2. men Spiritui ſancto attribuitur, pro eo quòd Spiritui
ſancto attribuitur,pro eo quòd Spiritus ſanctus patris,& filij
Gala.4. charitas eſt,&donum,& ex ineffabili Dei charitate verbum
caro factum eſt:ſicque per hoc ab incarnationis opere Pa-
ter,& filius non excluduntur. Neq; tamen ob id, Chriſtus
filius eſt Spiritus ſancti. Non enim de eo, ſicut de patre
genitus eſt. Virginis autem filius rectè dicitur, eo ꝙ de ipſa
Mat.1. genitus eſt, vt matre. Neque verò quicquid ex alio na-
Aug de ſcitur,filius eſt: vt patet de pilis hominis, & baptiſmate re-
ſpiritu natis reſpectu aquæ. Dicitur autem Chriſtus incarnatus de
ſanct.c.5. ſpiritu ſancto, eo quòd incarnatio ipſa non promerita, ex
Rom.1. Dei dono eſt, virtute videlicet Spiritus ſancti effecta. Hinc
Gala.2. nec Spiritus ſanctus, quaſi ſeminalis materia ipſius accipi
poteſt. Et ſi etiam de virgine Chriſtus natus ſit, factus ta-
men per Apoſtolum dicitur ex muliere, & ex ſemine Dauid
putà per virginem, quæ de Dauid ſemine fuit. Et hoc dicitur
ad ſignificandam eius ſingularem conceptionem, quæ
opere Spiritus ſancti facta eſt: quod aliis non competit.

Diuini flatus fuit incarnatio donum,
Quamuis non deerant filius, atque Pater.

Diſt. 5. Præterea inquiri,&c. Epitome,

IN incarnationis myſterio nec perſona aſſumpſit perſonam, nec natura perſonamſe,d perſona diuina naturam, ſcilicet, humanam. An autem diuina natura humanam naturam aſſumpſerit, videtur eſſe in authoribus contrarietas. Concilium namque Tolentanum dicit, ꝙ ſolus filius carnem,ſeu naturã aſſũpſit humanã. Authoritates autem quædam aliæ dicere videtur,naturã diuinã aſſũpſiſſe. Tenendũ tamen eſt perſonã diuinã,naturã aſſumpſiſſe humanã. Vndè illæ authoritates capiẽdæ ſunt,ꝙ diuina natura humanę naturæ in perſona filij ſit vnita: & ſecundùm hunc intellectũ diuina natura dicatur incarnata. ſ. in filij perſona. Vndè & cùm dicitur ſolum filium carnem aſſumpſiſſe, natura quidẽ non excluditur,ſed incarnationem ad perſonã aut Patris,aut Spiritus ſancti terminatã nõ eſſe, deſignatur Nec tamẽ per hoc dici debet diuina natura caro facta, nè conuerſio naturæ in naturã ſignificari putetur. Neq; etiã natura diuina homo facta, vel eſſe dicitur, quia non ſic in vnitatẽ,& ſingularitatẽ ſui,vt ꝑſona verbi, humanã aſſũpſit naturam. Manet enim in ſingularitate ꝑſonæ,naturarũ diſtincta proprietas,Porrò perſonã hominis verbum non aſſumpſit, ſed aſſumendo ſibi naturam vniuit, & vniendo aſſumpſit, ſicq; perſonalitatem præuenit. Quod verò Auguſt. dicit verbum aſſumpſiſſe hominem: intelligitur per homiuem non perſona,ſed natura. Quod etiam Magiſter dicit, animam ſeparatam eſt perſo nam,non tenetur.

Aug. de fide ad Pet. c. 2.

In concilio Toletan. 8. & 11.

Aug. lib. 1. cap. 7. de Trinit.

Ioan. 1.

Ioan. Damaſ. li. 3. cap. 6. de orto fide

Auguſt. in expo. ſimboli & in Pſal. 64.

Nè credas aliam, quòd ſumat hypoſtaſis vna,
Et ſi naturas continet vna duas.

Diſt. 6. Ex præmiſſis autem,&c. Epitome.

PRouidè loquendum eſt in expreſſione eorũ, quæ concernunt incarnationem verbi gratioſiſſimam. Nàm de propoſitionibus illis: Deus factus eſt homo, & homo eſt Deus,& ſimilibus: atq; an per hoc Deus factus ſit aliquid, vel non factus: tres ſunt modi dicendi, ſeu opiniones, ad exprimendum modum vnionis prætactæ. Quarum prima inter alia effectualiter dicit in Chriſto, duo eſſe ſuppoſita, & vnam tantùm perſonam: & hæc eſt falſa. Secunda, quod in Chriſto vnum eſt ſuppoſitum tantùm, ac vna tantũ perſona. Nam corpus,& anima Chriſti, ſimul tempore vnita fuerunt,& aſſumpta, atque per hoc vnum ſuppoſitum,ſeu vna perſona in ipſo, in duabus ſubſiſtit naturis. Hinc & propter vnionem duplicis ipſius naturæ in vno verbi ſuppoſito, nomina vtriuſque naturæ proprietates ſignificãtia, de Chri-

Tres modi dicendi.

Aug 13. cap. 17. de Trinit.

to prædicari poſſunt: ità vt verè dicatur, Deus paſſus eſt, ac homo iſte eſt æternus. Ex hoc quoque infertur, poſt incarnationem, perſonam verbi eſſe compoſitam, cùm prius ſimplex fuerit: non quidem compoſitione, quaſi ex partibus vndè totum reſultet: ſed quia perſona verbi, quæ antè in vna tamen ſubſiſtebat natura, poſt incarnationem in duabus ſubſiſti, & hæc benè intellecta, habetur vera. Tertia de hinc dicit, verbum humanam naturam, vel habitum, ſeu indumentum aſſumpſiſſe. Sed hæc hæretica à doctoribus reputatur, & abiicienda, quam tamen Magiſter per longum, ſicut primam proſequitur: & indeterminatam tandem relinquit. Quod etiam Magiſter in hac diſtinctione animam ſeparatam dicit eſſe perſonatum, ab aliis non tenetur.

Corporis, ac animæ qualis foret vnio Chriſti.
Prendere doctores non potuere prius.

Diſt. 7. Secundùm primam verò dicitur, &c. Epitome.

Aug. ad Rom. 1. LOcutiones illæ, de quibus diſtinctone præcedenti dictũ eſt ſecundùm tres dicendi modos ſimiliter habitos, diuerſimodè determinantur. Nàm iuxta primum Deus factus eſt homo, & èconuerſo, &c. eo quòd Deus ſubſtantia rationalis eſſe cœpit, quæ, antè non fuerat, & ſic factus eſt aliquid: ac illa ſubſtantia cœpit eſſe Deus, quod ex gratia habuit, non ex meritis, nec natura. Quod cùm ab æterno præuiſum fuerit, ideò Chriſtus prædeſtinatus eſſe filius Dei dicitur. Iuxta ſecundùm verò modum Deus eſt homo, & èconuerſo: quia in incarnatione ex duabus naturis, & tribus ſubſtantiis ſubſiſtens eſſe cœpit: ac ſic, quia humanam aſſumpſit naturam, ſecundùm hanc homo dicitur eſſe à Deo aſſumptus. Vndè & ſecundùm hunc modũ Chriſtus etiã inquantùm homo, eſt aliquid ſcilicèt ex corpore, & anima cõſtitutum. Et ſecũdùm quod humana natura vnita eſt Deitati in tẽpore, quæ vnio ex gratia facta eſt, & ab æterno à Deo prædeſtinata, & ſic etiã eſt predeſtinatus cognitus. Sed iuxta tertiã, Deus homo factus dicitur, & èontra: quia Deus hominẽ accepit, & homo aſſumptus eſt à Deo, ità quod habens hominem, eſt Deus. Per hoc autem Chriſtus non eſt aliquid ſecundùm quod homo, ſed aliquo modo ſe habens. Secundùm quod etiam homo, prædeſtinatus dicitur eſſe filius Dei, eo quòd ab æterno præuiſum ſit, & in tempore per gratiam collatum, vt ipſe ens homo, ſit filius Dei. Neque verò Chriſtus dicitur homo dominicus, cùm & Aug. olim ſic locutus, poſtea hoc retractauit.

Aug. de Trinit. c. 13. lib. 1. Idem ſup. Io. tract. 66.

Aug. lib. 1. cap. 2 de Trinit.

Aug. lib. 1. retr. cap 19.

Quæſtio multiplici verſans ambage magiſtros,
Quod parte ex aliqua ſectio ſexta docet.

Quid veri teneat, diſpectis omnibus iſthac
Septima demonſtrat ſatque ſupereſt tibi.

Diſt.8. Poſt prædicta inquiri debet,&c. Epitome.

COncedi non debet natura diuina,nata de virgine, niſi inquantũ perſona nata de eadẽ,dicitur. Nã inquantũ natura ſtat pro eſſẽtia.nec de virgine,nec de patre nata dici poteſt. Quo etiã mõ ſuprà dictũ eſt diuina natura incarnata,ñ niſi pro quãto in pſona ĩcarnata dicitur. Affirmatur autẽ Christus bis natus, ſed duas habuiſſe natiuitatẽs: diuinam, ſcilicet ex patre & temporale ex matre,ob diſtinctas illarum natiuitatum propritates.

Ioan. Damaſ. lib.3. cap.2. de orto. fide.

In Chriſto natura Dei nè nata vocetur
Ni modo perſonam ſignificare voles.

Diſt.9. Prçterea inueſtigari oportet,&c. Epitome.

OPinione quorũdã,caro,vel anima Chriſti,ſeu eius humanitas adoratione illa quç latria dicitur,&diuinitati debet quç dilectione cordis,& ſacriſiciorũ exhibitione,&c. conſiſtit,non,eſt adoranda, nè idololatria cõmittatur. Honorãda autẽ eſt Chriſti humanitas ſeu adorãda,dulia excellenti:ac ſuper omnẽ creaturã venerãda, & diligẽda: Secũdũ alios autẽ ſine omni periculo,eadẽ Chriſti humanitas latria rectè adoratur,ꝗquidẽ rõe.ſui,ſed ſuppoſiti,inquãtũ,ſ.à Deo vnitate ſuppoſiti eſt aſſũpta, nec ab ea vnq̃ ſeparata. Quç quidẽ ſentẽtia vera eſt, & dictis ſãctorũ in litera cõfirmata.

Rom.1.

Cuncti humanitas quaſi odo. ratione adoranda.

Nunquam ſacra Dei verbum caro deſerit abſens,
Obque id culta pari ſemper honore fuit.

Diſt.10. Solet etiam quibuſdam inquiri,&c. Epitome.

NOn eſt concedendũ Chriſtum ſecundũ quod homo eſſe perſonã alioqui verbũ nõ naturam,ſed perſonam aſſũpſiſſe ſequeretur:quod ſuprà eſt improbatũ. Sequeretur etiã,quòd ſecundũ,quod homo,eſſet tertia in Trinitate perſona:quod patet eſſe falſum. Nec oppoſitũ argui poteſt, eo ꝙ eſt ſubſtantia rationalis. Nõ enim hoc ſufficit ad rationẽ pſonæ,quæ dicitur,quaſi p ſe ſonans, nèc alteri coniuncta, ſicut tamen eſt natura humana in Chriſto. Neq; etiã vulgaris perſonæ definitio perſonis diuinis cõuenit,ſed aliis. Sed & nec impedit eũ ſecundũ quod hominẽ,prædeſtinatũ eſſe filiũ Dei, qui eſt perſona Nõ enim quo eſt,eo homo filius Dei eſt,ſed per gratiã hoc accepit. Deniq; nec filius adoptiu' Chriſtus dici debet,ſed naturalis. Non enim prius eſſe cœpit,& poſthac in filiũ adoptat' eſt,ſed ſẽper fuit fili' çterni patris. Virginis quoq; filius ẽ per naturã,&gratiã,nõ quidem adoptionis, ſed vnionis. Poteſt autẽ dici perſonã, quæ ſẽper fuit,prædeſtinatã eſſe ſecundùm hominem aſſũptum

Ephe.1.

Rom.1.

Aug.ſupr. Ioan. cap. 2. vt ſcilicèt ipſa ens homo, eſſet Filius Dei. Item & naturam humanam, vt verbo Patris perſonaliter vniretur.

Quod Chriſto nomen perſonæ conuenit, hoc fit
Ipſius haud hominis, ſed ratione Dei.

Diſt. 11. Solet etiam quæri, &c. Epitome.

Aug lib. 1. cap. 13. de Trinit. SImpliciter, & abſq; determinatione dici non debet Chriſtus factus, creatus, vel creatura, quippè per quam omnia facta ſunt, atq; per hoc ipſe factus abſolute dici non poteſt. *Rom. 6.* Et alioqui ipſi Euāgeliū prædicatum diceretur, eſſétq; ſubiectus vanitati. Hęc etenim ſecundùm ſcripturas omni conueniunt creaturę. At de Chriſto ea abſolutè dici, eſt abſurdū: Veruntamē cōcedi poteſt addita determinatione. Eſt enim creatura, inquantū homo: & inquantùm talis eſſe cœpit. *Amb. de fide. cap. 6.* Per quod quidē non ſequitur, eum ſimpliciter eſſe creaturam, aut cœpiſſe, Nā hoc eſſet procedere tropicè à parte ad *Gal. 4.* totum.

Nequit ſimpliciter Chriſtus factura vocari,
Quamuis hoc certa conditione queat.

Diſt. 12. Poſt prædicta quæritur, &c. Epitome.

Augu. ſup. Pſal. 80. AD hanc, vel ſimilem: an ille homo, ſcilicèt Chriſtus, eſſe cœperit, non eſt ſine diſtinctione reſpondendum. *Ioan. 8.* Nempe ſi ad perſonam reſpicias, verum eſt eum ſemper fuiſſe: ſi verò ad naturam humanam, conceditur eum cœpiſſe. Per quam diſtinctionem, & authoritates, quæ contrariæ videntur, vt ꝙ Chriſtus eſt recens homo, & quod puer iſte *Aug. lib. 13. cap. 14. de Trinit.* creauit ſtellas, abſolui poſſunt. Potuit autem Chriſtus hominā aliundè aſſumere, quam de genere Adam: ſed ità fieri, magis congruebat, vt ſic diabolus vinceretur per aliquem de genere eius, qui victus fuerat. Tametſi autem de genere Adā aſſumptus ſit homo, tamen nec perſona ipſius, nec natura aſſumpta, vt verbo vnita peccare potuit, quamuis, vt in ſe conſiderata. *Ioan. 3. Eccleſ. 31.* Nec obſtat liberum eum arbitrium habuiſſe, cùm nec in angelis cōfirmatis hoc peccabilitatem arguat. Quòd etiam ſcriptum eſt, qui potuit tranſgredi, & nō eſt tranſgreſſus, de mēbris Chriſti potius intelligendū eſt totum, aut ſolū pro vltima parte de Chriſto. Qui, & ſexum muliebrem aſſumere quidem potuit, ſed virilem ex fœmina eum aſſumere, magis erat congruum, vt ſic vtriuſque ſexus liberatio per eum fienda oſtenderetur.

Non potuit Chriſtus quamuis committere culpam,
At potuit fieri fœmina, factus homo.

Diſt. 13. Prætereà ſciendum eſt, &c. Epitome.

PLenus fuit ſapientia, & gratia, ac omnibus donis Chriſtus, ſecundùm hominem, mox ab inſtanti, quandò

conceptus eſt,adeo quod nec amplius accipere poſſet. Non enim eſt ei datus Spiritus ad menſuram: & de plenitudine ipſius, vt putà capitis, ſecundùm quandam ſimilitudinem omnes acceperunt. Nec contrà hoc eſt, ſcripturas dicere eum in his profeciſſe. Nàm hoc fiebat,non per augmentum talium ſucceſſiuè accipiendum, ſed ſecundùm exteriorem, & ampliorem manifeſtationem. Quo etiam modo intelligendum eſt,quod Ambroſius dicere videtur eum ſecundũ ſenſum hominis profeciſſe, iuxtà quod ſcriptura inſinuat eum parentes ignoraſſe, ideſt ſic ſe ad eos habuiſſe, quaſi agnitionis eorum tunc expers eſſet. Vel extra textum dici poteſt,de experimentali hoc ſcientia accipiendum. *Luc. 2.* *Eſaie. 8.* *Eſaie. 11.*

Chriſtum virginea quam mox conceptus in aluo eſt,
Sic,nihil vt ſupra,cuncta habuiſſe ſimul.

Diſt. 14. Hîc quæri opus eſt, &c. Epitome.

Omnia,quæ Deus ſcit, anima Chriſti per ſcientiam ſibi collatam in verbo, cognoſcit: nec tamen per hoc ſcientiæ Dei æquatur, quandò non ità perſpicuè, vt Deus ea intelligit. Nouit igitur omnia,quæ Deus quod ad numerum ſcitorum,non tamen, quo ad ſciendi modum. Ex hoc autem non ſequitur,eam creare quid poſſe. Quamuis enim creandi habeat ſcientiam,agnoſcens quomodo mundus eſt creatus:non tamen creandi habet potentiam, cùm ſit creatura,quæ capax:non eſt omnipotentiæ, qualis in creatione requiritur. Veruntamen iuxtà Ambroſium,Chriſtus omnipotentiam, quàm Filius Dei ſemper habet naturaliter,hanc dùm filius hominis factus eſt, ex tempore accepiſſe dicitur,pro eo quòd perſona,quæ verbi ſemper fuit,futura quoque erat perſona hominis. *Pſal. 138.* *1. Cor 2.*

Omnia Chriſti animam nouiſſe fatebimur omnes,
Non tamen omnipotens ipſa fuiſſe datur.

Diſtinct 15. Illud quoq; prætermittendum non eſt,&c. Epi.

Veram hominis naturam,tàm quo ad corpus,quàm animam,paſſibilem Chriſtus aſſumpſit cum vtriuſque defectibus pœnalibus,non quidem,omnibus, ſed iis, quos ipſum ſuſcipere decuit,& ſaluti noſtræ expediuit:ſecundùm quod:& intelligendæ ſunt, ſi quæ ſcripturæ occurrunt,quæ eum omnes defectus præter peccatum aſſumpſiſſe aſſerunt. Hinc dicere dolorem in carne,& in anima triſtitiam veram, paſſionis tempore Chriſtum non ſenſiſſe,à veritate alienum eſt,& hæreticum:ac ſi dicatur ipſum non hominem verum, ſed eius tantùm ſimilitudinem aſſumpſiſſe. Hinc verba Hilarij,quæ oppoſitum dicere videntur, ſanè intelligi oportet. *Aug ſuper. Geneſ. 12. cap. 24.* *Heb. 4.*

Quos tamen defectus pœnales non coactè aſſumpſit, ſed voluntariè, ſecundùm quandam propaſſionem, quo ſcilicèt mens ipſius à rectitudine, & Dei contemplatione eiſdem paſſionibus non ſit dimota.

Eſaia.55. Matt. 26. Marc.14. Pſal.87.

Suſtinuit noſtra Chriſtus diſcrimina vitæ,
Quæ ſibi pro nobis congrua viſa pati.

Diſtinct.16. Hic oritur quæſtio, &c. Epitome.

Rom.8. NEdum moriendi aptitudinem, verum, & patiendi in anima, & moriendi in corpore Chriſtus aſſumpſit neceſſitatem, non quidem aliqua coactione, ſed ſpontanea voluntate. Nàm nec nobis hæc neceſſitas prouenit ex natura, vt primò inſtituta eſt, ſed vt vitiata eſt ex peccato: quod Chriſtus non habuit. Accepit autem de omni ſtatu hominis aliquid ipſe Chriſtus, vt de innocentiæ ſtatu, peccati immunitatem: de ſtatu poſt peccatum, defectus, & pœnam: de ſtatu ſub gratia, eiuſdem plenitudinem, & de ſtatu gloriæ, impeccabilitatem, & Dei contemplationem perfectam. *Hebr.9.*

Sint tua Chriſte neci quamuis obnoxia membra,
Hæc tamen inuitus non capis, imò libens.

Diſtinct.17. Poſt prædicta, &c. Epitome.

Ioan.6. Marc.14. Matt.26. SEcundùm duas in Chriſto naturas, plures in eo fuiſſe voluntates oſtenditur: ſecundùm quarum aliquam à patre petiuit quod non impetrauit, ac non ſe impetraturum præſciuit, cùm, & nec ſecundùm aliam, hoc voluit. In eo nàmque voluntas diuina erat, & humana: & hæc vltima duplex, rationis ſcilicèt, & ſenſualitatis, ſecundum quam pati, & mori refugiebat: quod tamen ſecundùm diuinam voluntatem, & rationis humanæ, volebat. Nec tamen per hoc in eo rebellio carnis ad ſpiritum erat vlla, quia nulla concupiſcentia. Erat autem in eo ſenſualitas, vt in ipſo naturæ humanæ veritas comprobaretur. Hinc, & orauit, vt nobis orandi in neceſſitate, exemplum relinqueret. Quanquam autem à patre ſub conditione aliquid petierit, & ob id quaſi dubitaſſe à ſanctis dictus videatur, hoc tamen intelligi ſanè debet: id eſt, ad modum dubitantis ſe habuiſſe, *Pſal.134. Luc.22. Matt.26.*

Exoraſſe patrem ſemper nè credito Chriſtum,
Quando nec horroris tranſiit iſte calix.

Diſt.18. De merito etiam Chriſti præter, &c. Epitome.

Philipp.2. MEruit Chriſtus, per paſſionem ſuam, nedum nobis, vt quidam dicebant, ſed etiam ſibi: nobis quidem redemptionem, & regni apertionem, &c. ſibi verò corporis immortalitatem, & animæ impaſſibilitatem, ac nominis

clarificationem, quam, & animæ impaſſibilitatem; mox poſt ipſius à corpore ſeparationem adeptum eum eſſe: quamuis Magiſter ſub dubio relinquat, per alios tamen aſtruitur Hęc autem prædicta non tantùm in paſſione, verum,& à conceptionis ſuæ initio meruit: quod ità poſſe, ex gratię, & virtutum habuit plenitudine. Vndè nec in merito proficere potuit, quo ad meriti efficaciam: ſed ſolùm quo ad numerum meritorum, idem ſcilicèt pluribus modis merendo. Hinc, & licèt acceperit impaſſibilitatem poſt mortem, antè tamen abſolutè loquendo, non minus beatus fuit: quamuis ſecundum aliquid, ſcilicèt ſecundum onus miſeriæ, immunitatem. Hinc etiam quòd Deus vocetur, ante mortem habuit. Et quod Apoſtolus hoc ſibi per paſſionis humilitatem collatum dicit, quo ad innoteſcentiam intelligi debet. Quod etiam Ambroſius dicit idipſum nomen donatum ſibi Deo, Auguſt. autem homini: diuerſo id dicūt reſpectu. Primus nàmque loquitur reſpectu naturæ: alter gratiæ. Ea autem, quę ſibi Chriſtus meruiſſe dictus eſt, ſine merito (ſuppoſita mortalitate,& paſſibilitate, quàm aſſumpſerat) habere non potuit: quamuis talem naturam aſſumere poterat, vbi illa ſimul accepiſſet: & ſic nec meruiſſet, & nomen ſuum aliter potuerat clarificare: Sic, & redemptionem noſtram intelligendum eſt ipſum alia via, quàm per paſſionem prócurare potuiſſe, illa tñ videtur congruétior. *Philip. 2.*

Cùm tibi, tùm nobis meruiſti Chriſte, nec ortu,
Quàm nece crediderim te meruiſſe minus.

Diſt. 19. Nunc ergo quæramus, &c. Epitome.

PEr paſſionem, & mortem ſuam Chriſtus nos à peccato,& diabolo redemit, quò, & charitatis ſuæ magnitudine, charitatem in nobis viciſſim accendi voluit, vt per fidem paſſionis, & mortis eius, qui ſe ſacrificium pro nobis obtulit, dictorum malorum euaſionem adipiſcamur. Factus enim eſt homo, vt per mortem ſuam diabolum iuſtè vinceret in natura prius victa, ſicque,& à pœna æterna nos liberauit: quia culpam pro qua pœna debetur, ſua morte deſtruxit, temporalem quoque tandem ablaturus. Eſt proindè ob vſum poteſtatis,& operis expletionem. Chriſtus propriè humani generis redemptor, quamuis primum, & patri, & Spiritui ſancto conneniat: qua propter vel Pater, vel Spiritus Sanctus Redemptor, quandoque nuncupatur. At Mediator Dei, & hominum ſolus ipſe eſt, non Pater, nec Spiritus Sanctus: ſecundum quod etiam *Rom. 5. Eac. 22. Pſal. 68. 2. Cor. 5. Aug. lib. 13. de Trinit. cap. 16. 1. Thm. 6. Rom. 7. Iob 2.*

nec Chriſtus dicitur ſecundùm diuinitatem, ſed ſecundùm naturam aſſumptam, qua, & minor Patre, & caput hominum eſſe probatur.

Cur voluit Chriſtus ſoboles æterna parenti
Factus homo mortis vincere morte ducem?
Victa in natura ſuperaret, vt aquius hoſtem.
Et nobis tanto charior inde foret.

Diſt. 20. Si verò quæritur, &c. Epitome:

Augu. de Trini. lib. 13. ca. 10. ALio quidem modò quàm per Chriſti paſſionem Deus cuius poteſtati omnia ſubſunt, hominem liberare potuiſſet: ſed nullus alius infirmitati noſtræ ſanandæ fuerat conuenientior. Hoc enim modo voluntas hominis per amorem magis in Deū dirigitur: & iuſtitia manifeſtius eſt obſeruata in victoria diaboli, qui cùm Chriſtum occiderit, nullam in eo mortis cauſam reperiens, poteſtatem vſurpatem in omnes fideles, iure amiſit. *Eſa. 55. Rom. 8. Ephe. 5.* Neque tamen etiam ſi Deus (quod potuit) vno nutu hominem redemiſſet, iniuria aliqui eſſet illata: quippe in cuius manu vniuerſa conſiſtunt. Chriſtus ergo hoſtiam, & precium redemptionis noſtræ ſeipſum offerens, per paſſionem ſuam, cauſa fuit effectiua, & author reconciliationis humanæ, pro omnibus quidem ſufficienter: efficienter verò pro electis tantùm. *Mat. 2. Luc. 14.* Qui & cùm ad paſſionem traditus ſit à ſeipſo, à patre, à Iuda, & à Iudæis: hi tamen vltimi quamuis opus eorum operatum bonum eſſet; at habito reſpectu ad operantium intentionem, peſſimum egerunt facinus, innocentiſſimum *Ioan. 10.* Dominum ex iniquitate offerentes, quem Pater, ac ipſemet ſeipſum ex maxima obtulerant charitate.

Quanquam humana ſalus alio pacto eſſe valebat,
Et nihilo quod enim cuncta creauit, idem
Omnia longè aliter potuit, modus haud tamen vllus.
Qui mage quam tua mors Chriſte quadraret, erat.

Diſt. 21. Poſt prædicta conſiderandum, &c. Epitome.

IN Chriſti paſſione diuinitas ab anima ipſius, ſiuè etiā à carne, ſeparata non fuit. Quòd autem, Chriſtus in Cruce derelictum ſe clamat à Deo intelligendum, non quòd vnio perſonalis ſoluta fuerit: ſed quia auxilium defenſionis *Mat. 17. Luc. 21.* humanitati, ad tempus erat ſubtractum. Et hoc etiam modo capiendum eſt dictum Ambroſij, quod oppoſitum videtur ſonare, Quod etiam Athanaſius dicit hominem reaſſumptum in reſurrectione, & ſic in morte depoſitum, dicitur, non quaſi vnio perſonalis fuerit ſoluta, ſed quia anima à corpore per mortem fuit ſeparata: Vndè, & verè mortuus probatur

probatur, Hinc & Flius Dei paſſus dicitur, & mortuus, propter proprietatū vtriuſque naturæ communicationem: qui tamen ſecundùm diuinitatem impaſſibilis eſt, & immutabilis. Ex quo etiā paſſus, & non paſſus: mortuus, & non mortuus dici poteſt, diuerſorum reſpectu, *Pſal. 18.*

Quanquam mors animam Chriſti de corpore truſit
Ipſa tamen Deitas manſit vtrique comes

Diſt. 22, Hic quæritur vtrum, &c, Epitome.

IN triduo mortis ſuæ Chriſtus, ſecundùm Magiſtri ſententiam, fuit verus homo, vera ipſius morte non obſtante: nec tamen dicendus fuit tunc homo mortalis, vel immortalis: quod ipſe ſolùm in puris hominibus tenere dicit. Ex quo & concedit quod & in ſepulchro, & limbo Chriſtus tunc fuit homo, quia ibi erat ſecūdum hominem; non tamen per hoc, vbicunque fuit homo, eo quòd non ſecundùm quod homo, ſed ſecundùm quod Deus, eſt vbique. Hæc autem vult ſequi ad inſeparabilem vnionem humanitatis Chriſti ad perſonam verbi, reſpondens ad rationes in oppoſitum, Sed in his non tenetur ab aliis, qui, & vt veras rationes illas aſſumunt ſcilicèt quia Chriſtus inquantùm homo, verè mortuus erat: homo autem mortuus, non eſt homo, & ſic de aliis. In illo tamen triduo Chriſtus totus fuit in ſepulchro, & totus in limbo, quamuis non totum. Per ly totus enim repræſentatur perſona, per totum autem, natura. Perſona autem ipſius, cùm ſit indiuiſibilis, non fuit maior coniunctis inter ſe anima, & corpore, quàm ſeparatis, quæ tamen ipſa per mortem non reliquit. Sed & filius hominis, ſeu ille homo ſcilicèt Chriſtus, venit de cœlo & eſt vbique, & filius Dei crucifixus eſt, &c. per cōmunicationem idiomatum, reſpiciendo ſcilicèt ad perſonæ vnitatem. Et tantùm de verbi incarnatione. *Aug. lib. de fide ad Petru ca. 1* *1. Cor. 1.*

Non tibi verum hominem perſuadeat ipſe magiſter.
Chriſtum, ſub tumuli colle fuiſſe ſacri.

Diſt. 23. Cùm verò ſupra prohibitum, &c. Epitome. *Aug. in Pſal 77.*

OCcaſione dictorum de plenitudine gratiæ Chriſti, inquirendum eſt de fide, ſpe & charitate.] De quarum prima aduertendum, quòd ipſa eſt virtus qua creduntur, quæ non videntur: quæ quidem capta, vel pro credibili, vel habitu informi, non eſt virtus, ſed, dum eſt habitus charitate, informatus, quomodo eſt in ſolis iuſtis. Cùm etiam aliud ſit, credere Deum, & credere Deo, ac credere in Deum: primis duobus modis, etiam peccatoribus imò, & demoni-

bus credere competit, & eſt nihilominus donum Dei. Tertio autem modo non competit, niſi fidem formatam
Ioan. 2. habentibus: Hoc enim modo credere, eſt per opera bona in Deum ire. At in habente fidem informem, charitate ſuperueniente, vtrum ea maneat, & formetur, vel ea depulſa alia ſuccedat: primùm magis dicendum videtur. Eſt
Epheſ. 4. aũt vna tm̃ cõfitenda eſſe pro credibili fide capiatˀ, ſiue pro habitu. Hinc enim eſt in vno idem numero, in diuerſis autem ſaltem idem ſpecie. Quamuis autem ea, quæ credimus, apertè non videmus, credere tamen nos intellectualiter
Heb. 11. cognoſcimus. Eſt enim fides (ſecundùm Apoſtolũ de ſperandis, & non apparentibus. Quæ etiam fides conuenientiam quidem aliquam habet cum ſpe, magis tamen ab ea differt. Vnde, & diffinitio fidei, ſpei propriè non conuenit. Quod autem Magiſter inducit de charitate hominis, quòd ſit Spiritus ſanctus, non tenetur: vt & ſupra in primo habitum eſt.

Quicquid ad æterna ſpectat decreta ſalutis,
Hoc ſi oculi nequeant, iudicat alma fides.

Diſt. 24. Hic quæritur ſi fides, &c. Epitome.

FIdes, & ſi, iuxta prædicta, propriè non ſit niſi de non viſis, eam tamen largè ſumendo, quandoque etiam credere dicimur, quæ videmus, quomodo Chriſtus ait: Vt cùm factum fuerit, credatis. Verùm hîc agitur de fide propriè dicta. Quod etiam Augu. dicit fidem eſſe de rebus pręſentibus, accipit ipſe fidem pro mercede fidei in patria ac-
1. Pet. 4. cipienda. Hinc Petrus fidem paſſionis Chriſti habuit, non quia hominem mori vidit, ſed quod hunc Deum eſſe credidit: ſicut nec nobis per hoc fides meretur, quòd credimus hominem crucifixum, mortuum, ſed quòd eum credimus eſſe Deum. Quamuis autem fides non ſit de cognitis viſu exteriori, oportet tamen credita (ſecundùm Augu.) per intellectum aliquo modo apprehendi: quòd tàm de his, quæ ſciri non poſſunt, niſi credita, quàm etiam de his, quæ niſi ſcita aliquo modo non creduntur, verum eſſe probatur. Creditur ergo quod ignoratur, non tamen penitus.

Credita, ſint oculis quamuis incognita noſtris,
Nota aliquo certum eſt attamen eſſe modo,

Diſt. 25. Prædictis adiiciendum, &c. Epitome.

OMni tempore mundi, fides homini ad ſalutem fuit neceſſaria: nec ſufficiebat credere Deum eſſe, & in ſe ſperantium remunerationem fore, ſed & mediatoris fidem habere oportuit: quæ tamen fides articulorum diſtincta

cognitione, & credentium conſtantia, & deuotione cre- *1.Tim. 2.*
uiſſe probatur. Quæ, & de veteris teſtamenti hominibus *Rom. 10.*
intelligi debent, quorum nullus ſine fide Mediatoris ſaluari poterat: quamuis quod nos in hoc factum credimus, ipſi credebant. Veruntamen ſimplices, implicitè hoc cre- *Iob. 1.*
debant in fide maiorum, quibus hoc expreſſius erat reuela- *3.Reg.17.*
tum: ſicut & modò maiores ea expreſſius credere oportet. Credi autem tunc ſecundùm quoſdam expreſſè oportuit mediatoris natiuitatem, mortem, reſurrectionem, & iudicium: ſecundùm alios autem, ſufficiebant primum, & vltimũ cum fide Trinitatis. Quam fidem, & Cornelius Centurio habuit: vndè, & Deo acceptus erat, quamuis Chriſtũ iam *Actor.10.*
veniſſe neſciret, pro quo & denunciando Petrus ei miſſus fuit. Vbi, & aduertendum, fidem, ſpem, charitatem ſecundùm operationem interiorem in praeſenti æqualiter intẽdi: *1.Cor.13.*
inter quas tamen, charitas maior dicitur: quia aliis euacuatis in futuro, ipſa manet, & eſt mater aliarum. Dicuntur autem fides, & ſpes charitatem præcedere, non quidem cauſa, aut tempore, ſed quia illa ſine ipſis eſt, & non ècontra.

Quiſquis ad æthereas ſedes conſederit vſquam,
Hunc Mediatoris iuuit aperta fides.

Diſt.26. Eſt autem fides virtus, &c. Epitome.

SPes inquantum virtus eſt, ſpiritualia, & æterna reſpicit bona: cũ ſit certa expectatio futuræ beatitudinis ex Dei gratia, & meritis præcedentibus proueniens. Nàm ſine meritis eam ſperare, non ſpes, ſed præſumptio eſt. Et hæc cum *Rom.8.*
fide quidem conuenit, eo quòd eſt de inuiſibilibus, de quibus tamen fides eſt, vt non viſis: ſpes autem, vt non habitis, in quo differunt: ſicut, & in hoc, quòd fides indifferenter eſt de bonis, & malis, præſentibus, præteritis, & futuris, de ſuis, ac alienis: ſpes verò de bonis tantùm, & futuris, ac ad ſe pertinentibus. Porrò in Chriſto etiã pro huius vitæ ſtatu, neutra harum fuit, cùm clariſſimè Deum viderit, & bona æterna comprehenderit, qua, & ratione nec *Ioan. 7.*
ſunt in beatis. Chriſtus autem quædam ſperaſſe, & crediſſe *Pſal. 30.*
dicitur quia firmiter eis aſſenſit. At partes in limbo eas virtutes habebant, quoùſque Deum non videbant.

Spes ſacrata fidem comitatur paſſibus æquis,
Quam de non viſis rebus habere ſoles.

Diſt.27. Cùm autem Chriſtus, &c. Epitome.

CVm tàm eximiam, & incomparabilem Chriſtus charitatem habuerit, qua maior eſſe non poſſit, qua, &

animam ſuam pro nobis poſuit,& ad dilectionem nos prouocauit: ideò de charitate primò ſciendum, quod ea eſt, qua Deum diligimus, & proximum propter Deum, quæ quamuis vna ſit, geminatur tamen ob duo dilecta, Deum, ſcilicèt, & hominem: Vndè, & duo de ea dantur præcepta, quia, & duo ſunt propter motum duplicem in ipſa dilecta. Hoc tamen, quod Magiſter dicit dilectionem eſſe Spiritum ſanctum, accipiatur, vt ſuprà. Præcipitur autem nobis, & charitas habenda, & modus ipſius ſeruandus inſinuatur, qui eſt vt toto corde, &c. Deum diligamus: proximum propter Deum: qui, licèt rebellione carnis impediente, in hac vita impleri perfectè non poſſit, non tamen fruſtrà datum eſt mandatum. Neque enim aliquis curreret, niſi ſciret, quò currendum eſſet. In patria ergo hîc inchoatum, implebitur. Ambo denique charitatis præcepta adeò connexa ſunt, quod vnum abſque altero impleri non poteſt. Vndè, & vnum pro vtriuſque quandoque ponitur.

Marc. 10. Ephes. 5. Deut 6. Mat. 22. 1. Tim. 1. Auguſt. in lib. 1. de Doctri. Chri. cap. 22. Rom. 15. Gala. 5.

Quæ duo præcipuè tibi ſunt adamanda, doceris
Iſthic, & virtus quanta ſit, ipſius amor,

Diſt. 28. Hîc poteſt quæri, &c. Epitome.

QVicquid diligi ex charitate oportet, in dictis duobus de dilectione mandatis continetur. Quatuor enĩ ex ea diligēda tradit. Aug. Quæ ſũt Deus, ſupra nos: proximus, iuxtà nos: anima noſtra, & corpus, quod eſt infrà nos: de quibus tamen vltimis duobus, præcepta dari non oportuit, quia in alijs implicantur: & ipſa diligere naturaliter homini incertum eſt. Neque enim viri iuſti corpus macerantes, ipſum ob id, ſed corruptiones ipſius odiunt. Nomine autem proximi quilibet, cui beneficium conferendum eſt, atque per hoc omnis homo intelligi debet: quod, & ex parabola Domini de ſemiuiuo patet. Inſuper, & à quo accipitur. Hinc angeli, qui multa nobis bona impēdunt, proximi noſtri cenſendi ſunt, ac diligendi. Quamuis autem à Deo omnia habeamus, ipſe tamen proximus noſter non eſt, ſed incomparabiliter excellentior. Hinc dilectio ſuprà noſmetipſos, & maxima ipſi debetur. Homo etiam Chriſtus quamuis nomine proximi contineatur, magis tamen eum, quàm nos pro ſui excellentia diligere debemus, minus tamen, quàm Deum: quia in hoc eo minor ẽ. Aduertendum quoque, quod alter alterius proximus dici poteſt, aut ſcilicèt, conditione primæuę originis, vt ſunt omnes homines: aut ſpe conuerſionis, & ſaluationis, vt ſunt, nedum ad fidem conuerſi, ſed etiam conuertibiles: aut

Aug. lib. 1. de Doct. Chri. c. 23. Ephes. 5. Luc. 10. Pſal. 10. Luc. 6. Gen. 1.

propinquitate cognationis, vt ſunt nobis ſanguine ſpecialiter iuncti: & ratione beneficæ ſubuentionis, quales ſunt Sancti Angeli.

De mandata foret quamuis dilectio nulla,
Corporis ac animæ certa tenenda tamen,

Diſt. 29. Poſt prædicta de ordine, &c. Epitome.

Dilectionis ordo depoſcit, vt diligantur diligenda, alijs poſthabitis. In diligendis quoq; plus diligatur, quod plus diligibile eſt: ſic quod primò, & ſuper omnia diligatur Deus, de hinc anima propria, deindè proximus, & vltimo proprium corpus. De proximis autem opinantibus quibuſdam, quòd affectu quidem omnes æqualiter diligendi ſunt, non autem effectu: alijs verò tàm affectu, quã effectu æqualiter eos diligendos, dicentibus: Magiſter tertiam amplectitur viam, vt ſcilicèt nec affectu, nec effectu æqualiter ſint diligendi, cùm ordo abſque inæqualitate eſſe non poſſit: & effectus affectui, cæteris paribus, reſpondere debeat. Ea autem, quæ in oppoſitum videntur, intelligenda veniunt, pro quantò ad idem beatitudinis bonum omnes diligere debemus: non tamen æquali oportet affectu, id fiat, ſed meliores amplius. Sunt proindè boni extranei in hac vita plus diligendi, quàm parentes mali, cùm vinculo charitatis ſint nobis coniunctiores. Inimicos quoque Dominus nos diligere iubet ob bonum naturæ: quod in omnibus diligendũ eſt, & vt ad bonum moris conuertantur: vitium autem in eiſdem, immò, & in parentibus odiendum. Itaque ſunt hi charitatis gradus quatuor. *Cant. 2.* *Luc. 8.* *Marc. 3.* *Mat. 5.* *Act. 7.*

Quemlibet affectu ſimili deamare, vel æquo
Quemlibet effectu, lex data nulla iubet.

Diſtinct. 30. Hîc ſolet quæri, &c. Epitome.

Amicorum dilectio ſimul cum inimicorum dilectione magis eſt meritoria, quàm ea, quæ eſt amicorum ad vtraſque comparata: ſi tamen quælibet per ſe conſideretur, magis meritoria eſt ea, quæ eſt amicorum, quia feruentior. Quòd autem Auguſt. eam, quæ eſt inimici, dicit eſſe meliorem, intelligendum eſt ſimul cum amicorum dilectione acceptam. Nec valet opinio, qua quidam putabant charitatem haberi poſſe abſque inimicorum dilectione, occaſionem ſumentes ex verbis Auguſtini, qui dicere videtur inimicorum dilectionem eſſe perfectorum, &c. Præceptum enim de dilectione extendit ſe ad omnes generaliter. Et quod Auguſt. dicit, intelligendum eſt de perfecta inimicorum dilectione, per quod non excluditur, quin, & alij ſuo modo eos diligere poſſint, & teneantur. *Deut. 6.* *Mat. 22.*

Maius habet meritum chari dilectio fratris,
Quam tenet aduerſi frigidus hoſtis amor.

Diſt.31.Illud quoque non prætereundum,&c. Epitome.

1.Cor.13. NON eſt neceſſarium charitatem ſemel habitam ſemper permanere:ſed habita amitti poteſt, & amiſſa recuperari:ſicque à damnandis quandoque habetur, & à prędeſtinatis quandoque temporaliter amittitur, non autem finaliter,quin gratia Dei recuperetur.Quæ verò ex Apoſtolo,& alijs contrà allegari poſſunt,intelligi debent de charitate perfecta,& ſecundùm finalem charitatis effectum.Licèt autem,& fides,& ſpes in patria,tàm quo ad habitum, quàm actum,ſint euacuandæ: ſicut, & ſcientia, quo ad actum deſtruetur,ſubſtantia ipſius manente, charitas tamen quo ad vtrumque manebit.Quæ,& charitas ſecundùm modum patriæ in Chriſto fuit.Vndè,& modum charitatis eorum,qui ſunt in patria,ipſe adhuc in via ſeruauit,ità, ſcilicèt, vt electos ſicuti ſe ſcilicèt ad vitam æternam,dilexerit,eorùmque ſalutem iuxtà diuinam optauit voluntatem.

Luc.4.

1.Ioan.4.

Sæpius terris diuinum perdit amorem,
Quem tamen in cælis, perdere neſcit homo.

Diſtinct.32.Præmiſſis adijciendum eſt, &c. Epitome.

Sap.11. Geneſ.1. DE dilectione Dei dicere volens Magiſter, ponit eandem eſſe charitatem increatam,qua ipſe Deus nos diligit,& qua nos eum diligimus,ſcilicèt diuinam vſiam, ſeu eſſentiam:quod quidem ex patre Dei certum eſt, ex parte autem noſtra,niſi, & habitum eſſe concedat charitatem in mente diligentis à Spiritu Sancto infuſum, non conceditur:de quo,& ſuprà dictum eſt. Præfata autem dilectione, Deus vna,eadémque omnia creata ab æterno ęqualiter dilexit,ipſam in ſe conſiderando, vt putà, quæ eſt æterna, & immutabilis Dei eſſentia:quæ nec magis, nec minus ſuſcipere poteſt. Secundùm efficientiam autem id magis ab æterno dilexiſſe dicitur,cui in tempore abſque ſui mutatione plus boni impattitur.Vndè, & ſecundùm effectum vnũ plus vno tempore,quàm alio diligere dicitur.Quod autem de electis aſtruitur, abſolutè Deum eos ab æterno dilexiſſe,de reprobis non conceditur, niſi cum additione, ſcilicèt inquantùm opus eius erant futuri.

Philipp 4.

Aug lib 5. cap 16 de Trinit.

Malac.3.

Non eſt Vnus amor,licèt aſſerat ipſe Magiſter,
Quo calet omnipotens, & pius ardet homo.

Diſt.33. Poſt prædicta de quatuot virtutibus,&c. Epitome.

VIrtutes cardinales, ſeu principales quatuot ſunt, ſcilicèt Iuſtitia, quę(vt Augu. loquitur) eſt in ſubueniendo miſeris: Prudentia, quæ eſt in præcauendis inſidiis: Fortitudo, in perferendis moleſtiis. Temperantia, in coercendis delectationibus prauis: quibus quidem in hac vita benè viuitur,& poſt hanc vitam peruenitur ad æternam. Et hæc in Chriſto pleniſſimè fuerunt ſecundùm vſum, quem habent in patria, atque etiā ſecudū eum, quē habent in via, quo ad paſſiones ab extrinſeco illatas. Quæ etiā virtutes in patria remanebunt, quantū ad habitū, quāuis aliū ibi vſum ſint habituræ. *Aug. lib. 14. cap 9. de Trini.* *Sap. 8.*

Quatuor egregias ſancta moderamina vitæ.
Virtutes, Chriſtum nemo habuiſſe negat.

Diſt.34. Nnnc de ſeptem donis,&c Epitome.

SEcundùm Ambroſij ſententiam de donis Spiritus ſancti dicendum ea virtutes eſſe, operationem videlicet humanam perficientes: quæ ſunt ſeptem: ſcilicet donum ſapientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientiæ, pietatis, & timoris. Quæ & in patria nedum deſitura, non ſunt: ſed immò abundantius à beatis, ſecundùm alios tamen actus quàm in via habentur. Quæ & ipſæ in Chriſto erant, iuxta Iſa. vaticinium, Requiſcet, inquit, ſuper eum Spiritus ſapientiæ. Ea autem in patria permāſura, cùm de aliis minus dubij habeat; de timore ſpecialitet oſtenditur, de quo tamen & ſcriptura dicit: Timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi. Vndè & ipſe ibi etit, nedum per effectum, verùm & ſecundum habitum. Sed eſt timot multiplex. Nēpe alius mundanus, ſiuè humanus dicitut,& hic malus eſt,& deuitandus. Eo enim, contra Deum, timentur carnis pericula, & tēporalis amiſſio bonorum. Alius autēm dicitur ſeruilis, quo ſcilicet à peccato ſe quis cohibet ad pœnam vitandam: qui bonus quidem eſt, ſed inſufficiens. Initialis, quo quis iam amare incipit, quod durum videbatur: & ſic pro Deo peccata deuitat, reſpectum tamen,& ipſe ad pœnam habet. Et ille eſt cum charitate, quæ ſeruilem timorem excludit. Eſt deinde timor caſtus,& filialis, ſeu amicabilis, qui de amore ꝓcedit, quo nè dilectum, quoquo modo offendat, quis timet. Hæc ergo ſunt quatuor timoris genera, q̄uis authores quidam pauciora diſtinxerint. Hinc & diuerſus loquendi modus ꝓuenit. Et ſi autem timor ſeruilis cum charitate non ſit, ei tamen locū præparat,& ei cedit: vt in ſimili de ſe tamen & filio apparet. Sub hac dinſtictiōe id, ꝙ Ioānes Apoſtolus *Amb. lib. 1 de ſpiri. ſancto. cap. 20.* *Iſa. 11.* *Pſal. 18.* *Augu. ſup. Pſal. 127. & ad Romanos. 8.* *Mat. 10.* *Ioan 4.* *Pſal 18.*

ait timorem in charitate non eſſe: Dauid autem dicit timorem in ſæculum permanere aperta, eſt vtriuſque veritas ſi primũ de ſeruili, alterum autem de caſto accipiatur timore. Quorum etiam diſtinctio accipi poteſt à ſimili de muliere vna adulterium deuitanre: nè a viro deprehẽdatur: & altera nè ab ipſo deſeratur. Initialis autem timor, inter hos medius eſt quodammodo. Nàm peccare cauet partim peccati horrore, partim & virtutis amore: qui etiã vna cũ ſeruili initium ſapientię dici poteſt, alio tamen reſpectu: quia, ſcilicèt cum ſapientia, ſeu charitate venit, quàm ſeruilis, vt tactum eſt, inducit. Porrò donum timoris in patria, vt præfatum eſt, permanſurum, in Chriſto fuit ſecundum actum reuerentiæ. Qui & quamuis pœnam timuerit, non tamen per hoc mundanus, vel ſeruilis, vel etiam initialis in eo eſſe potuit, ob perfectiſſimam ipſius charitatem. Pœnas autem timuit ex naturali quodam timore, qui ex peccato inoleuit: quẽ ipſe, ſicut & alios defectus, ſine tamen peccato, voluntariè pro nobis aſſumpſit.

Prou. 1.

Hebr. 5.

In Chriſto patria caſtum mituiſſe timorem,
Flaminis, vt ſacra cætera dona, reor.

Diſt. 35. Poſt præmiſſa diligenter, &c. Epitome.

1. Cor 12. Iob. 26. Aug. lib 12. de Trit. cap. 14.

ET ſi tàm ſapientia, quàm ſcientia prout dona ſunt Spiritus ſancti, diuinarum, humanarumque rerum notitia dici poſſint: propriè tamen ſapientia diuinarum: ſcientia autem eſt rerum humanarũ. Quæ etiam ſapientia theoſebia appellatur, hoc eſt Dei cultus, quo videlicet Deum agnoſcimus, & amamus: ſcientia verò, à malis abſtinemus. Hinc ad ſupernorum contemplationem illa pertinet iſta verò ad temporalium actionem. A ſapientia etiam intellectus per hoc diſtinguitur, quòd cùm hæc de rebus ſit æternis, iſta de rebus eſt ex tempore ortis, quodque ſapientia de cognitis per eam delectamur: at non ſic intellectu, quo res tantùm apprehendimus. Sic igitur ſcientia valet ad temporalium rerum rectam adminiſtrationem, & ad bonam inter malos conuerſionem: intelligentia verò ad creatoris, & creaturarum inuiſibilium ſpeculationem: ſapientia verò ad ſolius æternæ veritatis contemplationem, ac delectationem, Quæ quidem, vt dona ſunt Sancti ſpiritus, ab eis, quæ à natura ſunt nominibus eiſdem appellatis, ex hoc ipſo differunt, & ea perficiunt. Nec dicta ſapientia Deus eſt, ſed magis donum eſt ipſius.

Aug. lib. 13. cap 16. de Trinit.

Eſt diſtincta alijs praclara ſcientia donis,
Numine, quam ſacro dicimus eſſe datam.

Diſt. 36. Solet etiam quæri, &c. Epitome.

IN charitate, quæ virtutum omnium mater eſt, & totius plenitudo legis, virtutes reliquæ infuſæ videlicet, ità connexæ ſunt, vt qui vnam habuerit, habeat omnes: & omnibus careat, qui caret vna. Nec tantùm hoc modo conuexę ſunt virtutes, verùm & ſunt æquales, ità vt vna intenſa, & reliquæ proportionabiliter intendantur, vt qui pares ſunt in aliqua, in aliis quoque pares eſſe comprobentur. Quæ tamen accipi debent, quo ad habitum in animo exiſtentem. At in actu exterius hoc fieri non oportet. Hinc quòd Abraham in fide, in patientia Iob, in manſuetudine Moyſes, & *Iacob. 5.* ſic de aliis, excelluiſſe dicitur: quo ad vſum, & per compara- *2. Reg. 5.* tionem ad alios, venit intelligendum: non autem quaſi ſin- *Num. 12.* gulis ſingulas has virtutes intenſius habuerint. Hæc tamen extra textum de æqualitate proportionis oportet intelligere, vndè per hoc non excluditur, virtutem vnam alia eſſe maiorem, & charitatem omnium primam. Neque per hoc *Heb. 11.* peccata paria eſſe oportet, cùm vnum charitati amplius contrarium inueniatur. Porrò ad Dei, & proximi charitatem, *Matt. 5.* omnia decalogi præcepta reducuntur: ad quæ, & moralia *Aug. lib. 1.* omnia ex decalogo manantia, ceremonialia quoque legis *cap. 35.* veteris ſpiritualiter intellecta, referri habent. *doct. Chriſti.*

Iunguntur valde virtutum germina nexu,
Iam periere omnes, ſi perit vna tibi

Diſt. 37. Sed iam diſtributio decalogi, &c. Epitome.

DEcem ſunt decalogi præcepta, quorum tria (ſcilicet primæ tabulæ mandata) ad Deum: reliqua verò ſeptem (quę ſecundæ tabulæ) ad proximum nos habent ordinare. *Exo 20.* *Deut. 5.* *Mat 7.* *Luc. 6.* Vndè primum primæ tabulæ præceptum (quod de cultu vnius Dei exiſtens, quamuis Origines diuidat. Augu. tamen vnum eſſe oſtendit) ordinat ad Patrem, in quo eſt vnitas, & authoritas. Alterum autem, quod eſt de non aſſumendo in vanum nomine Dei, allegoricè filium Patri æqualem ſignificans, ordinat ad filium, in quo eſt æqualitas. Tertium verò, quod eſt de ſabbato ſanctificando, & ſignificat *Rom. 6.* abſtinentiam à vitiis fiendam pro futura quiete, ordinat ad Spiritum ſanctum, cuius charitate eam obtineamus, per quem & ſanctificamur. Secundæ verò tabulæ primum pręceptum, honorem, & in caſu prouiſionem parentibus exhibendam indicit. Secundo, prohibetur corporale, & ſpirituale homicidium. Tertio, mœchia exploditur, & omnis *Dan. 5.* *Mat. 5.* membrorum genitalium abuſus. Quarto, cauetur furtum,

& rapina, & omnis iniurioſa alienæ rei vſurpatio. Quinto, crimen mendacij, & periurij interdicitur. De duobus reliquis Magiſter poſterius dicit.

Nil præcepta iubent tabulis conſcripta duabus
Quàm ſibi perpetuus ritè colatur amor.

Diſt. 38. Sciendum tamen, &c. Epitome.

Aug. ſup. Pſal. 5. perdes omnes &c. Ioſue. 2. Exod. 1.

TRia ſunt mendacij genera: officioſum ſcilicèt quod ſalute, aut commodo fit alicuius abſque malignitate: quale fuit illud obſtetricum, & Rahab Iericho ntinæ. Iocoſum quod nec fallit, ſed ſcitur cauſa ioci dictum. Et pernitioſum, quod ſcilicet ex malignitate, & fallendi animo procedit: quod omnibus modis fugiendũ eſt. Prima autem duo et ſi leuia ſunt, non tamen ſunt ſine culpa. Quòd autem Dominus obſtetricibus, & ipſi Rahab benè feciſſe legitur, hoc non fiebat propter mendacium, ſed ob miſericordiam populo Dei exhibitam. Neque verò ideircò hoc de aliis peccatis inconſequentiam trahendum eſt, alioqui deteſtanda ſequi manifeſtum eſt. Aug. aũt octo mendaciorum genera diſcernit, quæ tamẽ omnia ad tria reducũtur pręfata Eſt aut differentia inter mẽtiri, & mendaciũ dicere: cum id quidẽ ſine falſitate, illud autem nequaquã fieri põſſit. Sed & quiſquis mẽdaciũ loquitur, mentietur, & nõ ẽ cõtra. Hinc falſum loquens verax eſſe poteſt, cùm ſcilicèt loquitur, quod cordi ſibi eſt. Hinc & ẽ contra, Iudęus Chriſtum dicens eſſe Deum mentitur quidem, quia non credit: non tamen loquitur mendacium, quia verum eſt, quod dicit. Omne igitur mendacium peccatum eſt, vnum tamen altero grauius: qui grauitatis ordo per cõparationẽ ad id, quod fit in doctrina fidei accipi poteſt. Ex his etiam patet, nõ idem eſſe mentiri, & errare, cùm hoc abſque peccato, quandoque eſſe poſſit.

Ioſue 2. & 6.

Gene. 27.

Impia ſe pandunt octo mendacia rami,
Crimine quæ ſemper corda ferire ſolent.

Diſt. 39. Nunc de periurio videamus, &c. Epitome.

Aug. de verbis Apoſtol. ſerm. 28.

COmites ſuos iuſiurandũ, ſeu Iuramentũ ſhabere debet, veritatem ſcilicet, iudicium, & iuſtitiam: qui ſi defuerint iuramẽtum fit periurium. Hinc periurare eum conſtat, qui fallendi voluntate falſum iurat: eumque qui iuramento falſum firmat, quamuis ipſe verum putet: eum quoque, qui cùm verum ſit, quod iurat, putat tamen falſum eſſe, vbi quamuis mentiatur iurans, non tamen eſt mendacium: vt ex ſuprà dictis patet. Periurat autem nihilominus talis: Iuramentum enim facit fallendi intẽtione, Qui autem

iurat ſe aliquid præſtiturum, quod tamen non dat periurus non eſt, niſi mutando propoſitum, aut terminum tranſgrediendo, Quanquam autem iurare non ſemper ſit malum ſeu illicitum: iurare tamen falſum eſt grande peccatum: nec ſine peccato eſt, citra neceſſitatem etiam verum iurare. Ex neceſſitate autem ſuper aliquo licito iurare, benè licet, vt cùm innnocentis probitas per hoc oſtendi debet: & ſic de aliis. Per creaturas autem iurare, perfectis quidem Megiſter dicit licitum, non autem imperfectis. Per quas tamen iurãt minus obligatur, quàm iurans minus obligatur, quàm iurans per Deum. Per falſos quoque deos etiam verum iurans infidelis, peccat: quo tamen eius iuramento ſine peccato ad bonum fidelis vti poteſt. Iuramenta autem in malum exitum vergentia, obſeruanda non ſunt. Neque tamen callida arte verborum deceptoriè iurans, neque alterum periurare ſcienter cogens, à mortali excuſatur: ſecus autem, ſi exigat ideo, vt fidem de re iurata habeat. Hoc enim humana eſt tentatio. Eſt autem iuxta Eccleſiæ decretum, ad iuramentum ſolenne ieiuno ſtomacho accedendum, niſi pro pace fiat: aut periculum ſit in mora. *1. Reg. 25.* *Beda homil 44.*

Qui iuramentũ mẽdacia dicta tuetur,
Is periuro animam polluit ore ſuam

Diſt. 40. Sextum præceptum eſt, &c. Epitome.

SExtum vltimæ tabulæ præceptum, & ordine decalogi nonum, quod eſt de non concupiſcenda proximi vxore: & præceptum finale de non appetenda qualibet re alterius, differunt à duobus prioribus mœchiam, & furtum prohibentibus. In his enim prohibita ſunt opera: in illis verò concupiſcientia, ac per hoc actus interiores, Quòd autem lex vetus manum tantùm comprimere dicitur, non animum, quo ad ceremonialia intelligi poteſt: vel etiam quòd non ita generalis ſit prohibitio concupiſcentiæ, ſicut in lege noua, quæ & ideò vtrumque comprimere dicitur, litera autem occidens lex vetus dicitur, eo quòd concupiſcentiam quidem mandato occaſionaliter auget, nec gratiam tribuit, quæ per Euangelium datur abundantius. Hinc & litera legis ab Euangelio diſtare dicitur: quia in eis diuerſa promiſſa, ſacramenta diuerſa, diuerſa quoque non quidem moralia, ſed ceremonialia inueniuntur præcepta. *Matt 5.* *2. Cor. 3.* *De legis & euangelij differentia*

Furti, & adulterij prohibet lex edita factum,
Quum deſiderium lex vtriuſque vetat.

Libri Tertij Sententiarum,

FINIS.

LOCATIO IN QVARTVM SENTENTIARVM.

Liber Quartus Sententiarum eſt de Sacramentis Eccleſiaſticis, & ſignis Sacramentalibus, & de Reſurrectione Mortuorum, extremóque Iudicio: Et habet Quinquaginta Diſtinctiones.

Compendioſum memoriale huius Libri.

ſ. dicitur multipliciter, & quid ſit.	*ſ. Sacramentorum nouæ legis eſt baptiſmus.*	*ſ. fit ex verbo, & elemento.*
Diſt. ſacramētū 1.	primum 2.	baptiſmus 3.
id eſt baptiſmus.	*ſ. baptiſmus à bono, & malo.*	*ſ. à ſolis Sacerd. ſed in neceſſitate à laicis.*
triplex 4.	æque datur. 5.	Baptizati 6.
i. confirmati accipiūt Sacramentum à Solis Epiſcop.	*ſ. Chriſti nos reficit.*	*ſ. homines duobus modis.*
firmi 7.	corpus 8.	manducant 9.
ſ. corpus Chriſti eſt ſub ſpecie panis.	*ſ. Sacerdos, tranſſubſtantiatur panis in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti.*	*Sacerdos non corpus Chriſti verùm, ſed ſpecies panis.*
verum 10.	Conficiens 11.	frangit. 12.
ſ. Sacerdos conficit, ſicut bonus.	*ſ. appropinquat Deo per ſecundam tabulam.*	*ſ. omnibus poteſt agi vera pœnitentia.*
malus 13.	Pœnitens. 14.	de peccatis 15.
oportet primò pœnitentiam eſſe iuxta qualitatem criminis.	*eſt hominem eſſe neceſſarium in corde, id eſt propoſito confitendi.*	*ſ. Sacerdos per claues ſpirituales.*
Contritum 16.	confeſſum 17.	ſoluit 18.
ſ. quilibet accipit vtramque clauem in conſecratione.	*poteſt quis agere pœnitentiam veram.*	*legimus aliquibus fuiſſe peccata poſt hác vitam in purgatorio.*
Sacerdos 19.	in fine. 20.	Dimiſſa 21.
ſ. peccata iterum quo ad magnitudinem.	*ſ. oleo infirmorum.*	*ordinatis ab Epiſ. 7. ordines conferente.*
redeunt 22.	vnctis 23.	clericis 24.

ſ an poſſint conferri ordines, ſunt opiniones.	*ſ. matrimonium fuit in paradiſo ante peccatum inſtitutum in officium.*	*ſ tanquam cauſam efficientem requirit matrimonium.*
à præciſis 25.	Coniugium 26.	conſenſum 27.
dico fieri conſenſum per traditionem parentum, & benedictionem Sacerd.	*ſ. aliquis aliquam ad contrahendum vario metu.*	*ſ. fortuna, vel qualitatis non impedit, ſed perſona.*
ſolennem 28.	cogit 29.	error 30.
ſ. eſt bonum matrimonij, fides, proles, & ſacramentum.	*ſ. ſibi inuicem in matrimonio debitum.*	*ſ. uxores poterãt habere antiqui patres.*
Tripertitum 31.	reddunt 32.	perplures 33.
ſ. fuerunt perſonæ aliæ ante legem, aliæ ſub lege, aliæ nunc.	*æqualis eſt vir, & mulier ad celebrandum diuortium cauſa fornicationis.*	*ſ. cum ancilla aut libera contrahere poteſt: ſed non liber cum ancilla.*
legitimæ 34.	iuris 35.	Seruus 36.
ſ. in minoribus poteſt contrahere, non in maioribus.	*i. votum priuatum tantùm impedit, ſed ſolenne etiã dirimit.*	*ſ. cultu exiſtentes, non poſſunt contrahere.*
ordinatus 37.	vouet 38.	diſpari 39.
aliquo conſanguinitatis exiſtentes, quomodo contrahere poſſunt.	*quis efficitur tàm in coitu matrimoniali, quàm fornicationis.*	*quis efficitur tenens puerũ ad baptiſmũ, vel confirmationem.*
gradu. 40.	affinis 41.	& compater 42.
ſ. omnes mortui, & morituri.	*ſ. reſurgent homines.*	*ſ. diuerſa habent habitacula.*
reſurgent 43.	totique 44.	defuncti 45.
ſ. pœnam dat Deus damnatis.	*ſ. vltimam dabit Chriſtus Deus.*	*ſ. apparebit in forma ſerui.*
iuſtam 46.	ſententiam 47.	iudex. 48.
poſt Reſurrect. Deus bonis, & malis varias manſiones.	*ſ. habebunt mali in inferno.*	
tribuétque 49.	pœnam. 50.	

LIBER SENTENTIARVM Quartus, continet Diſtinctiones. 50.

Diſt. 1. Samaritanus enim, &c. Epitome.

Aug. lib. 2. cap. 1. de Doct. Chr. Idem lib. 10. de Ciuit. cap. 55.

CVm in hoc Quarto Sententiarum Libro de Sacramentalibus Signis tractãdum ſit, adiecta de finalis Iudicij retributione: in primis aduertendum eſt, ꝙ Sacramentum (vt ſumit,) eſt ſacræ rei ſignũ, neque verò omne ſignũ, ſacramẽtum eſt: ſed ꝙ ex inſtitutiõe ſignificat, gerens. ſ. rei ſignatæ ſimilitudinẽ: ſignum ſimul exiſtens, & cauſa. Eſt ergo inuiſibilis gratiæ forma viſibilis, eiuſdem gratiæ gerens imaginẽ, & cauſa exiſtens. Ea propter, & veteris legis Sacramenta, quæ ſolùm ſignificabant, non dicuntur propriè ſacramenta. Quanquam autem abſque Sacramentis Deus homini gratiam dare poſſet: ob humiliationem tamen hominis ſub ſenſibilibus creaturis: ac eiuſdem eruditionem, qua per hæc ad inuiſibilia cognoſcenda proficiat: & ob ipſius exercitationem, nè ſcilicèt per otium ad peiora dilabatur, inſtituta ſunt ſacramenta in rebus, & verbis conſiſtentia. Denique cùm nouæ legis Sacramenta à veteribus in hoc diſtẽt, quod hæc ſalutem conferunt: illa autem ſolùm promittebant. Intereà tamen Circunciſio egit, quod modò facit Baptiſmus, quo ad culpæ deletionem, non tamen regni apertionem. Quæ data Abrahæ iam adulto, octauo natiuitatis die, cultro petrino poſterius fieri debebat: ſine qua, ſi puer ante diem octauum deceſſit, de eo, vt modò de paruulis, non baptizatis, fiebat. Quamuis in caſu mortis anticipare fortè Circunciſionem licebat: ante eam tamem datam in fide parentum pueri ſaluari poterant.

Rom. 4. Rom. 3.

Hieſ. epiſt. ad Ruſticũ de forma viuendi.

Geneſ. 17. Ioſ. 5. & 25.

Quid Sacramentum, vel ſit, vel proſit, abundè, Enodat quarti ſectio prima libri.

Diſt. 2. Iam ad Sacramenta nouæ legis, &c. Epitome.

Hugo lib. 1. parte. 2. cap. 8.

SEptem ſunt nouæ legis Sacramenta: Baptiſmus ſcilicèt, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, & Coniugium: Quorum quidem alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam conferunt adiutricem, vt Baptiſmus: alia verò in remedium tantùm ſunt, vt Coniugium: alia verò gratia, & virtute nos fulciũt, vt Ordo, & Euchariſtia. Quæ ideò poſt Chriſti Aduentum inſtituta ſunt: quia ex ipſius paſſione efficaciam ſortita ſunt. Coniu-

gium tamen etiam olim ante peccatum inſtitutum eſt, in ſacramentum, ſcilicèt & officium: poſt peccatum verò, etiam in carnalis concupiſcentiæ ordinatur remedium. De Baptiſmo autem ſacramentali, notandum, quòd ad ipſum, baptiſmus Ioannis erat præparatorius: ille enim in aqua tantùm lauabat, non autem peccata relaxabat: ſicque ad Chriſti baptiſmum homines diſponebat. Baptizabat autem Ioannes in nomine venturi, ſ. Chriſti. An verò baptiſmo illo baptizati, rebaptizandi eſſent, necne? Magiſter de eis, qui in ipſo ſpem non ponebant, perfectã de diuinis perſonis fidem habentes, negatiuè reſpondet, quamuis de aliis concedat. Sed in hoc ipſe Magiſter non tenetur. Nàm baptiſmo Chriſti baptizari oportebat (ſecundùm alios Doctores) omnes indifferenter, etiam baptizatos Ioannis baptiſmate, qui ſcilicèt baptizabat in nomine venturi.

Gen. 2. *Mat. 5.* *Marc. 1.* *Luc. 3.* *Matt. 28.* *Act. 2.* *Mat. 3.* *Ioan. 4.*

Enumerat ſeptem præſentia dona ſalutis,
Sacramenta noua legis amator homo,

Diſt. 3. Poſt hæc videndum eſt, &c. Epitome.

Baptiſmus eſt ablutio corporis exterior facta in aqua ſub certa verborum forma præſcripta. Nàm accedente verbo ad elementum fit ſacramentum: ſicque in verbo, & elemento Baptiſmus conſiſtit, quæ ſcilicèt, ſunt de eius ſubſtantia. Cætera verò ad ipſius decorem, & ſolennitatem inſtituta ſunt, quæ ſi etiam omittantur, non eſt minus, verum, & ſanctum ſacramentum. Quòd verò Apoſtoli in nomine Chriſti baptizaſſe in Actibus leguntur, diſpenſatiuè fiebat ad tempus, ad diuulgationem nominis Chriſti: in quo & tota Trinitas intelligitur, ſcilicèt Pater vnguens, & Filius vnctus, & Spiritus ſanctus per quem vnctus eſt. Quamuis autem, & in nomine vnius perſonæ, aliȩ intelligantur, quapropter præſertim, & in mortis articulo vna perſona tantùm expreſſa, quis baptizari poſſet, habita intentione baptizandi: tutius tamen eſt, omnibus expreſſis. Inuocando autem Trinitatem, non debet dici in nominibus: nàm tunc ſacramenti forma mutaretur: ſed in nomine, quia tota Trinitas ſimul ibi operatur, quæ & in Chriſti baptiſmo apparuit, cũ ſcilicèt Chriſtus tactu mundiſſimæ carnis ſuæ vim regeneratiuam aquis contulit, vbi & ipſum inſtituit. Sub prædicta etiam forma Apoſtolos ante Paſſionem Chriſti baptizaſſe intelligi poteſt, quamuis ſcriptum non ſit. Eſt autem huius ſacramenti materia, aqua pura: in quali, & Chriſtus baptizatus eſt, de qua, & Nicodemum inſtruxit, quæ & ex ipſius latere in Cruce profluxit. Et hoc conuenienter

Aug ſup. Ioan tracta. 80. *Mat. vlt.* *Act. 8. & 10.* *Matt. 1.* *Ioan. 1.* *Act. 1.* *Amb. lib. 2. de Spiritu ſancto, c. 3. inte. 2.* *Luc. 10.* *Mat. 10.*

propter elementi communitatem, & locutionis ſignificationem. Poteſt autem baptizundus ter, vel ſemel aſpergi ſecundùm morem patriæ: licèt primum melius ſit, Chriſti ſignificans mortem, & ſepulturam, in qua, & legalia terminata ſunt. Cauſa verò inſtitutionis baptiſmi, eſt hominis à peccato (quo infectus fuit) innouatio, quam baptiſmus habet ex Dominica Paſſione. Quæ quidem innouatio, eſt res illius Sacramenti.

Peccati maculas pura detergit in vnda.
Baptiſmus membris integer ipſe ſuis.

Diſt., 4. Hìc dicendum eſt, &c. Epitome.

INter eos, qui baptizantur, quidam ſimul accipiunt rem, & Sacramentum, vt adulti diſpoſiti, & paruuli ritè baptizati: Quidam autem Sacramentum tantùm, & non rem, vt adulti, qui ficti, & ſine fide, & ſine contritione accedunt. Conſequuntur etiam quidam rem baptiſmi ſine Sacramento, vt hi qui ſanguinem pro Chriſto in charitate fundunt, nec ſacramentum habere poſſunt: aut contriti non potentes habere, decedunt. Quod autem Apoſtolus dicit: Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, loquitur de ritè diſpoſitis: quò etiam Auguſtini inquiſitio reduci debet. Porrò authoritates, quæ dicere videntur, quòd ſine aqua baptiſmi, ſalus conſtare non poſſit, de contemnentibus ſacramentum accipiuntur. Neque hæc tantum in fundentibus ſanguinem vera ſunt, ſed & in alijs fidem, & charitatem habentibus, in paruulis autem, quibus aliena fides oportet ſuffragetur, ſecus eſt, Hinc niſi in aqua baptizentur, pereunt. Quòd ſi quis ante baptiſmum modo prætacto gratiam, & ſic peccati deletionem, aſſecutus ſit, non eſt per hoc baptiſmus fruſtrà. Nàm obligationem ad pœnam aufert, & gratiam adauget, fomitem quoque reſtringit, & in numerum fidelium expreſſè ponit: immò nec ſine baptiſmi voto gratiam quis aſſequeretur. Manent autem poſt baptiſmum pœnalitates: tùm, vt vitam futuram, vbi hæ penitus, ceſſant, ſtudioſius inquiramus: tùm etiam vt virtutis exercendę materiam habeamus. Patet ex his, rem ſacramenti, ſcilicèt gratiam idipſum quandoque præcedere, quod nec inconueniens reputatur, cùm & quandoque longè poſt ſequatur, vt patet in fictè accedente, poſtea pœnitente. Quanquam autem paruuli vſum arbitrij nondum habeant, gratiam tamen in baptiſmo habitualem accipiunt: qua & vti poterunt adulti, niſi peccando eam extinguant.

Gala. 3. *Aug. lib. 3. cap. 7. de Trinit.* *Rom. 10.* *Mat. 25.* *Rom. 11.* *Ioan. 11.* *1. Cor. 6.*

Rem

Rem pium interdum, fluuio baptiſmatis abſque,
Martyr purpureo ſanguine lotus habet.

Diſt. 5. Poſt hæc ſciendum, &c. Epitome.

AEquè verus, & ſanctus baptiſmus à bonis datur, & à malis miniſtris: nec plus à bono, nec minus à malo. Neque enim hominis munus eſt baptiſmus, ſed Dei qui principaliter baptizat. Vndè nec Petri, nec Pauli baptiſmus dicitur, ſed Chriſti: qui ſibi baptizandi poteſtatem retinuit, miniſterio aliis collato. De eis verò, qui baptiſmum recipiunt, dicendum quòd hæreticus, vel ſchiſmaticus quamuis baptiſmum recipiat, non tamen virtutem eius poteſt participare. Quòd ſi eccleſiæ ſe coniungat, non quidem reiterandus eſt baptiſmus, ſeu ipſe in vnitate catholica, effectum ipſius conſequetur. Addit etiam Magiſter, ꝙ Chriſtus authoritatem, ſiue poteſtatem baptizandi homini communicare potuit, ſi voluiſſet, ſicut & poteſtatem creãdi. Sed in his Magiſter à doctoribus communiter non tenetur.

1. Cor. 3
Cela. 6.
Exod. 19.
Leui. 21.
Magiſter hic non tenetur communiter.

Quòd nihil interſit, baptizet iniquus, an æquus,
Fidus an infidus, maſculus an mulier:
Dum niſi verborum ſeruetur iuſta ſtatorum
Formula, dúmque obſtans nil aliunde fiet.

Diſt. 6. Nunc quibus liceat, &c. Epitome.

EXtra neceſſitatis caſum baptizare nõ conuenit, niſi ſacerdotibus. In neceſſitate autem permittitur etiam laicis, & mulieribus. Qui ſi etiam extra neceſſitatem ad baptizandum ſe intromittant, ſeruatis aliis ſeruandis, verus baptiſmus eſt, nec iterandus, licèt peccet ſic baptizans: ſicut nec rebaptizari debent, ab hæreticis ſecundùm formam eccleſiæ baptizati, ſed ſunt reconciliandi. Quod autem Cyprianus in oppoſitum dixit, ex ignorantia proceſſit, quæ per martyrium in ipſo expiata eſt. Neque eſt niſi vnus baptiſmus, qui trina fit immerſione, propter miſterium Trinitatis. In vteris autem maternis etiamſi mater baptizetur puerum baptizari non contingit. Oportet enim hominem prius naſci quàm renaſci: nec valet obiectio de ſanctificatis in vtero: quia hoc per priuilegium factum eſt, vbi & an vſus rationis acceleratus ſit, in dubio relinquitur. Neque etiam baptiſmum impedit incongrua baptizantis locutio, ex ignorantia prouenines. Quia ſi quis ignoraret baptizatus ſub conditione baptizari debet: nec reputandus eſt tunc baptiſmus iteratus, cùm neſciatur datus. Si quis autem ſolo ioco tingatur etiam prolata forma, baptiſmus non eſt ſecundùm ſapientes, cùm intentio ſit neceſſaria

Beda in homil. 36. in Mat.

Quòd ſi paruulus ſpe commodi offeratur, nihilominus baptiſmum recipit. Poteſt autem baptiſmus dari omni tempore, licèt conuenientius in ſabbato Paſchæ, & Pentecoſtes. Et quidem ſi adulti ſint baptizandi, pro ſe reſpondeant ſi verò paruuli, alij reſpondent pro eis: at paruuli illa reſponſione tenentur, cùm adoleuerint. Ea autem, quæ ſunt pro baptiſmatis ſolennitate, etiam ſi omittantur, baptiſmum non impediunt

Forma ſolæciſmo turpi lacerata iuuabit.
Integra verborum dummodo ſenſa manent.

Diſt. 7. Nunc de ſacramento confirmationis, &c. Epit.

Confirmationis ſacramentum, quod inſtitutum eſt ad fidei firmitatem, & gratiæ profectum, ab epiſcopis, & his ſolis conferendum eſt, & hoc ſub forma determinata. ſcilicèt, Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti. In quo quidem ſacramento donatur Spiritus Sanctus, ad roborandum eos, qui baptizati ſunt, qui, & datus eſt in baptiſmo ad peccati remiſſionem. Quamuis autem preſbyteri cõfirmaſſe legantur, hoc tamen fuit temporaliter actum ex ſpeciali conceſſione, nec iam vltrà fieri debet. Videtur autem hoc ſacramentum baptiſmo maius, vt potè à digniore, & in potiori corporis parte, ſcilicèt, in fronte datum: quòd forte maius præſtat virtutum augmentum, quamuis baptiſmus plus valeat ad peccati remiſſionem. Debet autem accipi à ieiunis, ſi non obſtet neceſſitas. Nec iterari debet, ſicut nec baptiſmus, nec ordo.

Mirificum robur tibi confirmatio præſtat,
Intrepidè Chriſti, quo fateare fidem

Ioan. 6. Diſt. 8. Poſt ſacramentum baptiſmi, &c. Epitome.

Eccle. 24. Dominici corporis, & ſanguinis ſacramentum, quòd Euchariſtia (hoc, ẽ bona gratia) vocatˀ per ꝙ ſpiritualiter reficimur, in quo, & nedũ gratię, & virtutis confertur augmẽtũ, ſed, & ſumitur ille, qui eſt fõs, & origo gratiarũ. Hoc,
Exod. 16. inquã, in lege veteri figurã habuit mãna, ꝙ in deſerto patri-
Num. 21. bus Deus pluit, poſt tranſitum maris rubri per quem Ba-
Pſal. 77. ptiſmus eſt figuratus. Cæterum eſt Euchariſtia inſtituta à
Sap. 6. Chriſto in vltima cœna poſt eſum agni paſchalis, quandò
Greg. in homo paſchali, & cap. ſpecies de conſec. diſt. 2. Chriſtus præſentiã ſui corporalẽ viſibilẽ diſcipulis erat ſubſtracturˀ: vt ſic memoriæ diſcipulorũ arctius infigeretˀ: quo & veteris legis ſacramenta terminabantur. Et hoc ſub certa verborum forma, ad quam fiat cõuerſio panis, & vini in ſubſtantiam corporis, & ſanguinis ſui. Cætera vero, miſſapicũtˀ,

ad laudes Dei ptinent,& orationes. Et ſi autem poſt cœnam inſtitutū ſit hoc ſacramentū, vt tameā ieiunis ſumatur, ob ſui reuerentiam rationabiliter ab eccleſia eſt ordinatum. In quo quidem ſacramento tria eſt conſiderare: ſcilicèt ſacramentum tantùm, quòd eſt ſpecies panis, & vini: ſacramentum, & rem, quod eſt corpus Chriſti verum: & rem tantùm quod eſt myſticum corpus eiuſdem Domini Ieſu Chriſti. *Aug. li. 10 cap 5. de ciuit. Dei* *Aug. lib. 4. de ſacr 4.*

Contulit hinc abiens præcepta ſalubria Chriſtus,
Corporis inſtituens myſtica ſacra ſui.

Diſt.9. Et ſicut duæ ſunt res,&c. Epitome. *Aug. de ſacramen. fidelium.*

DVplex eſt huius ſacramēti manducandi modus, ſacramentaliter, ſcilicèt & ſpiritualiter: duplici rei ipſius correſpondens, ſcilicèt, corpori ipſius myſtico, & vero, de quibus diſtinctione præcedenti. Sumitur namque corpus domini in hoc ſacramento verè, & realiter à bonis, & malis ſed à malis ſacramētaliter tātū, à bonis ſacramētaliter ſimul, & ſpiritualiter, quotū primus conſiſtit in ſuſceptione ipſius ſub viſibili ſacramento, alter verò in vnione ad ipſum ſub ſacramento contentum. Secundùm quos manducandi modos diſtinguenda ſunt quædam doctorum verba, qui alioqui ambiguè loqui videntur, & contrariè. *1. Cor. 11.* *Greg in homilia. paſchali.*

Corpus idem cunctos æquè ſibi ſumere Chriſti,
Nanciſci fructus haud tamen inde pares.

Diſt.10. Sunt item alij,&c. Epitome.

INſana eſt, & execrāda hæreſis, qua quidā iuxta ſui obtuſitatem in ſacramento altaris dicunt verum Chriſti corpus realiter non contineri, ſed tantùm repræſentatiuè, fruſtrà innitentes ei, quod dominus dicit: Spiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quicquā. Et pauperes ſemper habetis, me autem nō ſēper habebitis,&c. Quotū primò dicit corp⁹ ſuū non diſcerptum per partes comedendum, altero autem non viſibiliter ſumendum. Hi autem non aduertunt alia, quæ Dominus de huius veritate ſacramēti dicit: Caro mea verè eſt cibus: & hoc eſt corpus meum,&c. Verè igitur, & realiter corpus eius verum in ſacramento continetur, inuiſibiliter tamen, & ſub ſpeciebus panis, & vini occultatū. Et qui author eſt muneris, ipſe eſt teſtis veritatis. Quod multis exemplis, & authoritatibus in textu oſtenditur. *Ioan. 6.* *Aug. in Pſal. 54.* *Ioan. 5* *Mat. 19* *Marc. 14.* *Ioan. 6.*

Sub ſpecies panis ſanctiſſima membra teguntur,
Et mutata ſacro vina cruore madent.

Diſt.11. Si autem quæritur,&c. Epitome. *Aug de Trinit lib. 1. cap 4.*

COnuerſio panis in corpus Chriſti, & vini in ſanguinem eius ñ eſt formalis remanētib⁹ præexiſtētib⁹ accidētib⁹

ſ.ſapore, pondere, figura, & colore: ſed potius ſubſtantiális à quibuſdam dicitur, ſeu tranſſubſtantiatio, eo quòd ſubſtantia panis, & vini in corpus & ſanguinem Chriſti conuertuntur: nec tamen hoc ſit per nouam corporis formationem, vel præexiſtentis augmentum, quia quantitas manet: nec panis ſe habet vt materia reſpectu corporis eius ſic quod ſub accidentibus ſub quibus prius fuit ſubſtantia panis, tranſſubſtantiatione facta, eſt corpus Chriſti: quod tamen illis accidentibus non afficitur, nec panis annihilatur, ſed (vt dictum eſt) in corpus Chriſti conuertitur. Occultantur aũt idem corpus, & ſanguis ſub aliena ſpecie: tùm ad vitandũ horrorẽ ſumentium: tùm irriſionẽ infideliũ, tùm etiã ob fidei meritũ, quæ ſcilicèt eſt de his, quæ nõ videntur. Sub duplici etiã ſpecie conficiatur vt filiũ Dei corpus, & animam aſſumpſiſſe ſignificetur: & vtrũque nobis ipſe tueatur Quod nec vnitatem ipſius tollit, quia ſub vtraque ſpecie totum ſumitur. Neque verò de aliis ſubſtantiis quàm panis & vini, confici debet, aut poteſt. Cui tamen vino aqua miſcenda eſt, ad vnionẽ populi cũ capite Chriſto ſignificandum Et quidem diſcipulis Chriſtus mortale, & paſſibile adhuc corpus tradidit. Nos autem tale, quale modò eſt, accipimus, quod nec intinctum in ſanguinem, ſed ſiccum populo tradi debet.

Mirificum ſermo panem demutat in artus,
Audeat vt Chriſti ſumere corpus homo.

Diſt. 12. Si autem quæritur de accidentibus, &c. Epitome.

Luc. vlt. ACcidentia panis, & vini in Sacramento poſt cõſecrationem remanentia non ſunt in corpore Chriſti, quod videlicet eidem non eſt affectum: nec ſunt iu pane, & & vino, quæ tunc nec extãt, ſed ſtant, ſine ſubiecto, ex potentia ſuſtentante diuina: remanent autem ad miſterii ritum, & fidei ſuffragium, ac oris guſtum, De fractione autem (falſis refutatis opinionibus) dicendum, quod vera eſt fractio in ipſo ſacramento, non quidem in corpore Chriſti, quod impaſſibile eſt, ſed in accidentibus remanẽtibus ad ſignificandum diuerſum ſtatum corporis ipſius veri, ſcilicèt in mũdo in ſepulchro, & in cœlo: atq; ad ſignifican. corporis ipſius miſtici partes, quarum aliqua in beatitudine cum eo regnat, alia in mundo ambulat, alia autem in ſepulchro quieſcit. Eſt autem totus Chriſtus in ſingulis partibus fractionis, quotieſcũque fractio fiat ex eodem fundamento Denique hoc quotidiè facit ſacerdos, & ſacrificiũ, & immo-

1. Cro 1.

molatio propriè dici poteſt. Eſt enim ſignũ memoriale, & figura immolationis pro nobis ſemel factæ. Hinc & quotidiè ſumitur in charitatis augmẽtũ, & medicinã peccatorũ.

Subiecto, quod ineſſe ſolet, ſe permanet ipſo,
Subiectoque datas gliſcit habere vices.

Diſt. 13. Solet etiam quæri, &c. Epitome

SAcerdos quilibet, etiã prauus in moribus, in vnitate eccleſiæ exiſtẽs, Euchariſtię ſacramẽtũ cõficere poteſt, malitia ſua perſonali nõ obſtãte. Nõ enim in merito conſecrãtis, ſed in verbo efficitur creatoris: cuius virtus ſub tegumẽto viſibiliũ rerũ ſalutẽ ſecretius operatur. At iuxta Magiſtri ſẽtẽtiã, hæretic⁹ ab eccleſia præciſus ſacerdos, cõficere nõ poteſt, eo ꝙ oblatio illa fit ex perſona Eccleſiæ à qua ille diuiſus eſt, &c. Secũdum alios autẽ conſecrare poteſt hæreticus, ſicut & errãs in fide (quod vltimũ, & ipſe Magiſter cõcedit) ſi eſt ſacerdos, ſeruata forma, & intẽdẽs facere, ꝙ & alij faciũt, ſeu eccleſia facit. Dicit etiã Magiſter, à brutis animalibus corpus Chriſti nõ ſumi, etiam ſi ſumere videantur: ſed nec hoc ab aliis tenetur. Hæreticũ autẽ facit praua intentio in intelligentia ſcripturarum. Et incurritur hæreſis ex verbis inordinatè prolatis. Hinc hæreticus, temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatuſque ſui gratia, falſas, ac nouas opiniones gignit, vel ſequitur. *Aug. lib. de corpore domini.*

Sciſmaticos placuit non conſecrare Magiſtro:
Hæreſis, & captos, quos malè ſuada tenet.

Diſt. 14. Poſt hæc de pœnitentia agendum eſt, &c. Epit.

POEnitentia, de qua nunc agendum eſt neceſſaria eſt hominibus per peccatum à Deo longè ſeparatis. Eſt enim ſecunda tabula poſt naufragium, ſicut baptiſmus prima. Nãm poſt baptiſmum lapſi per pœnitentiam reparari poſſunt. At baptiſmus eſt Sacramentum tantùm, pœnitentia autem eſt, & virtus ſcilicèt ea, quæ eſt interius. A *Matt 3.* pœnitentia autem, & Chriſtus, & Ioannes præcurſor ipſius, *Mar. 6.* prædicationem incœperunt: quæ a puniendo dicta, à timore *Matt. 3.* initiatur. Eſt igitur Pœnitentia, præterita mala plangere, & *Eſa. 6.* plangenda iterum non committere, quod cum ſimilib. accipiendum eſt in propoſito plangentis. Vndè erroneum ẽ, quod quidam dixerunt veram pœnitentiam non fuiſſe, vbi plangentem contingit iterum peccare. Veruntamen per peccatum ſequens, pœnitentia prior, & alia bona mortificãtur, attamen ſi peccator iterum reſurgat per pœnitentiam, opera in charitate facta reuiuiſcunt, quamuis non ea, quæ in *Aug. de vera & falſa* peccato facta, nunquam enim viua fuerunt: par quę, & ſanus

peni cap. 8. quæ habetur intellectus eius , eius , quòd Augustinus dicit : inanem eſſe pœnitentiam , quam ſequens culpa coinquinat. Similiter & id quod de relapſis dicit, non eos veniam conſequi, &c. Quòd etiamrdicit. Pœnitentem dolote gaudere debere, de perfectorum intelligitur pœnitentia, Quòd verò Ambroſius ait pœnitentiam non teiterandam, de ſolenni pœnitentia accipitur. Hinc concluſiuè
Heb. 1. tenendum , pœnitentiam toties teiterandam eſſe, quoties quis peccat. Nec contrà eſt authotitas Apoſtoli. qui erronei quidã innitebantur,ſi rectè intelligatur: vt patet intuẽti.

Quiſquis pæniteat , quam tactat criminis vnda,

Comprehendet tabulam, qua natet ipſe, leuem.

Mat. 18. Diſt. 15. Et ſicut prædictis authoritatibus,&c. Epitome.

A Veritate longè deficiunt , qui putant vnum mortale ſine altero dimitti,ſeu de vno ſine altero pœnitentiam agi poſſe. Quod autem ſcriptura dicit, Deum non punire bis in idipſum , intelligendum eſt de his , qui ex flagellis (quæ quidem quintuplici cauſa infliguntur) emendationem accipiunt. Sicut , & accipiendum eſt, quod Hierony-
Gen. 19. mus adducit aliquos temporaliter punitos; nè in æternum
Exod. 14. punirentur. Nam extra textum ſciendum, quod in non pœ-
Num. 1. nitentibus etiam leuia æternaliter ſaltem per accidens puniuntur, quia ſcilicet cum eis ſimul,& mortalibus decedunt. Quod etiam dicitur, ciuitatem complui in vna parte,& non in alia, non eſt in conttarium: quia non quo ad criminis ve-
Heb. 6. niã, ſed alicuius peccati deſertionem quãdoque hoc cõtingit. Sed & illud Ambro ſiſij: fides deſit, pœna ſatis facit, intelligitur de peccato ignotato. Nã fides hic ſtat pro ſciẽtia. Vn-
Mat. 6. dè de vno peccato mortali ſine alio, ſatisfactio fieri non
Act. 15 poteſt. Eſt enim ſatisfacere , peccati cauſas excidere , &
Tit. 2. earum ſuggeſtionibus aditum non præbere: quod non facit
Luc. 12. qui vel in vno remanet mortali Hinc nec blandiri ſibi de-
Phil 4. bent de eleemoſynis, qui non de omnibus pœnitẽt: eo quòd
Eccle. 30. dicat Dominus: Date eleemoſynam ,& ecce omnia , munda ſunt vobis. Eleemoſynam enim , ſeu miſericordiam, oportet ſibi ipſi homo primum impendat, ſcilicèt de peccatis pœnitendo. Bona autem in ſtatu peccati facta , non re-
Luc. 8. muneratione gloriæ, ſed tẽporali aliquo cõpẽſat Deus. Sed
Marc. 5. nec bona in charitate facta, per peccatum mortificata , niſi per pœnitentiã reuiuiſcunt. Igitur vnum peccatum mortale ſine altero nõ dimittitur, ſicut nec Chriſtus hominẽ niſi totũ aliquando ſanauit: aliàs Deus inimico,& ei qui non habet timorem, veniam daret: nec plenam , ſed dimidiam, quod

inconueniens eſſe patet. Denique & ad veram pœnitentiam, malè ablatorum reſtitutionem fieri neceſſarium eſt, dummodo facultas aſſit.

Nec ſceleri credas, alio ſine, parcier vni,
Nec de hoc abſque illo pœnituiſſe velis.

Diſt. 16. In perfectione autem pœnitentiæ, &c. Epitome.

TRes ponuntur partes perfectæ pœnitentiæ, ſcilicèt cordis Cōtritio, oris Confeſſio, & operis Satisfactio: nàm & corde, & ore, & operis conſuetudine ſpiritualiter morimur: in cuius etiam ſignum tres mortuos Dominus ſuſcitauit, vnum in domo: alium extrà portam: tertium iam fœtidum in ſepulchro. Eſt autem pœnitenti neceſſaria diſcretio, vt ſcilicèt conſideret qualitatem criminis: tempus, locū, & perſonam: & ſic de alijs circunſtantijs, quę ipſum variare, & in aliud genus trahere poſſunt: quantùmque in eo perſeuerauerit, & de omnibus doleat, nec confeſſionem diuidat, paratúſque ſit Sacerdoti obedire, & tunc tandem ad communionem Euchariſtiæ accedat. Caueat autem ea, quæ veræ pœnitentiæ ſunt impeditiua, qualia ſunt ludi, & ſpectacula, & negotia, vel officia, in quibus ſine peccato permanere non poteſt. In quibus tamen exiſtentes, aliqua bona opera *Pſal. 6.*
facere commonendi ſunt, vt ſic eos Deus ad pœnitentiam *Mat. 3.*
illuſtret. Eſt autem Pœnitentia triplex. Quædam enim peragitur ante Baptiſmum ab adultis, quos veterem hominem *Luc. 5.*
exuere oportet, priuſquam nouum induant: Alia poſt Baptiſmum pro mortalibus, & alia pro venialibus: quæ etſi leuia videantur, multiplicata tamen grauant, & opprimunt. *Rom. 6.* *Col 3.*
Quod tamen opprimere intelligendum eſt, non inquantùm venialia manent: ſed inquantùm interueniret contemptus, *Mat 7.*
vel alia mortalis circunſtantia.

Cor dolet, os loquitur, pœnas opus irrogat aquas,
Cura ſalutaris crimina quandò lauat.

Diſt. 17. Hìc ponitur quæſtio, &c. Epitome.

SIne Confeſſione ore tenus facta, dùm tamen non aſſit confeſſionis contemptus, ſed ea in voto habeatur, & ſine operis exterioris pœna, peccata deleri poſſunt, per interiorem cordis contritionem. Per quod quidem contrariæ opiniones ad ſanum intellectum reducuntur, & authoritates, quas adducunt, rectè intelliguntur. Oportet autem, vt hoc effectum perducatur, tempore opportuno. Nec ſoli Deo *Iaco. 5.*
confiteri ſufficit, dummodo copia Sacerdotis haberi poſſit, qui pœnitentiā imponat. Nàm ſatisfactionis modus, & peccatoris reconciliatio, ad miniſtros Eccleſiæ pertinent:

ſine confeſſione fieri non poſſunt. Sed & erubeſcentia in confeſſione, eſt magna pars delectionis pœnæ debitæ pro
Luc. 17. peccatis. Vndè, & leproſis dictum eſt, quòd oſtenderent ſe
Mat. 9. Sacerdotibus: vndè & expedit, idem peccatum pluribus cõ-
Marc. 5. fiteri. Quærat autem confitens Sacerdotem ſcientem ſolue-
Iac. 5. re, & ligare: Quod ſi Sacerdos defuerit, ſocio interim confiteatur. hoc tamen non eſt neceſſarium, cùm authoritatem abſoluendi ille non habeat. Quod autem Petrum legitur fleuiſſe, non tamen legitur eum peccatum confeſſum eſſe,
Mat. 26. prædictis non obſtat. Non enim omnia facta, ſcriptis man-
Mar. 14. data ſunt. Similiter & alia, quæ in oppoſitum facere viden-
Ioan. 21. bantur, in textu diſſoluuntur. Igitur neceſſaria eſt oris confeſſio, pars pœnitentiæ: tùm propter peccatoris erubeſcen-
Iob. 13. tiam, tùm ob Sacerdotis iudicium, tùm ad futurorum cautelam, & humilitatem.

Tandem Syncerum cordis liquet eſſe dolorem,
Si quis propoſitum, vt confiteatur habet.

Diſt. 18. Hic quæri ſolet, &c. Epitome.

Claues, quibus Regnum Cœlorum indignis clauditur,
Mat. 16. & dignis aperitur, non corporales ſunt, ſed ſpirituales,
Luc. 5. diſcernendi videlicèt ſcientia, & poteſtas iudicãdi: a qua ſcilicèt Eccleſiaſticus iudex dignos habet recipere, & indignos excludere à regno Dei, id eſt, Eccleſia, & Sacramentorum perceptione. Vndè & hoc non hæreticis præciſis, ſed Eccleſiæ miniſtris competit. Clauium igitur vſus conſiſtit in diſcernendo ligandos, & ſoluendos, & illa exequẽdo. Quam-
Eph. 5. uis autem magis probabiliter ſolus Deus dicitur animam
Ioan. 20. à peccato ſuſcitare, & pœnam relaxare, & animam à macula
& 11. purgare, quia ſolus charitatem infundit, qua hæc fiunt, tamẽ & Sacerdos dicitur peccatum dimittere, & peccatorem ſol-
Auguſt. de uere: quia hęc facta, vel non facta oſtendit, & manifeſtat.
vera, & Etſi enim apud Deum aliquis ſolutus eſt, non tamen in fa-
falſa pœnit. cie Eccleſiæ talis habetur, niſi per Sacerdotis iudicium. Li-
cap. 10. gare etiam Sacerdos dicitur, dum pœnitentiæ ſatisfactionẽ
Mat. 3. imponit. Soluere autem dicitur, aliquid de eadem remitten-
Ioan. 11. do, & cõmunionem decernendo. Item & ligare dicitur,
& 16. contumacem excommunicando, & ſoluere pœnitentem re-
Mat. 10. reconciliando. Per quam excommunicationem, gratia & Dei protectio homini ſubtrahitur: & excommunicatus ſibi ipſi relinquitur, & diabolo poteſtas in ipſum datur, nec orationes Eccleſiæ prodeſſe ipſi putantur. Sunt autem hæc om-
1. *Cor.* 5. nia intelligenda, dum adſit diſcretio, & claue non errante. Macula autem de qua dictum eſt ſuprà, eſt diſſimilitudo, &

elongatio. Tenebræ autem interiores ſtant in gratiæ ablatione,& naturalium debilitate, quæ fiunt per peccatum: à quibus omnibus homo per pœnitentiam purgatur. In qua Sacerdos vices habet medici,cuius eſt viuentes quidem curare, non autem mortuos ſuſcitare. Hoc enim Dei eſt, per gratiam ipſius facere. *Aug. ſuper. Pſal. 87.*

Donat presbytero binas Eccleſia claues,
Vt benè diſcernat,iudicet vtque benè.

Diſt. 19. Poſtquam oſtenſum eſt, &c. Epitome.

SOlis quidem Sacerdotibus per myniſteriū Epiſcopi in promotione ſua dantur claues: ſimul enim cum ordine Sacerdotij,& claues recipiuntur. Magiſtro tamen de claue ſcientię,ſeu diſcretionis videtur,quòd non omnes eam recipiant.Sed hoc ab alijs non tenetur, niſi limitatum, ſcilicèt ad dignam receptionem eiuſdem clauis,quæ, ſcilicè t eſt authoritas diſcernendi.Nàm & illa ſtare poteſt,ſine actuali cognitione. Sed & qui ſcientiam habent, dictam tamen diſcernendi authoritatem nō habent,niſi ordinati, ergo nec ſcientiæ clauem. Igitur claues illas ligandi, & ſoluendi Sacerdotes omnes dum ordinātur.accipiunt: ſed ſoli boni eas dignè habent, & eis dignè vtuntur. Tametſi autem ſancti viri,non Sacerdotes benedicere alijs poſſint, non tamen ea benedictione,quæ eſt Sacerdotū:quam & quamuis omnes habeant ſoli tamen boni habere dicuntur, quia hi ſoli rectè ea vtuntur. Neque tamen mala quorumdam Sacerdotum vita bonos lædit,dum modo in bona ipſorum doctrina ipſis obſequuntur. Quod autem Propheta dicit contra Sacerdotes malos viuificare, ſcilicèt eos qui non viuunt, & cætera intelligitur de præciſis ab Eccleſia. Quod etiam Dominus per Malach dicit: Maledicam benedictionibus veſtris, quo ad ipſam Sacerdotum maledictionem, ſeu quo ad eos, quos adulando ſeducunt, intelligi debere dicit Gregorius. Sacerdos igitur alios ſoluere volens,& ligare,iuſtus eſſe debet in vita,& diſcretus in ſcientia. *Num. 6. Mat. 16. Malac. 2. Rom. 2. Malac. 2. Ezech. 13.*

Sacrifici ijſdem omnes donantur clauibus, etſi
Sola ipſarum vſum dictio iuris habet.

Diſt. 20. Sciendum eſt etiam, &c. Epitome.

POenitentię tempus quidem conceditur peccatori vſque ad extremum præſentis vitæ terminum: ſed eſt periculoſum vſque adeò eandem differre, pro eo quod non ex timore ſeruili,ſed amore fieri debet ipſa pœnitentia. Hinc & Auguſt.ſeram in tantùm difficultate videtur pœnitentiam. Difficile enim eſt in vltimo ſtatu verè pœnitere propter *Mat. 24.*

multa impedimenta tunc occurrentia, mundum, ſcilicèt filios & vxorem,& mortis dolorem, & ſimilia. *Luc.23.* Poſſibile tamen eſt,& tunc hominem veraciter pœnitere : ſed abſque condigna ſatisfactione hinc diſcedens, acerbiſſimam purgatorij pœnam ſe paſſurum,certum habeat, niſi ob vehementiorem contritionem in hac vita ea remittatur. *Pſal.50. Act.1.* Deniquè & alij,qui etiam maturè pœnitentes, ſatisfactionem in hac vita non expleuerint, in purgatorio perſoluant. Vndè per eleemoſynas, & amicorum orationes, pœnitentiæ eorum pondus eſt releuandum. Neque morientibus pœnitentia imponenda eſt,ſed innoteſcēda dumtaxat,quam peragant, ſi conualeſcant. Neque alicui morienti reconciliationem petenti ea deganda eſt , quam etiam ſi tunc petere non poſſit, & prius eam appetierit,ſufficit. Hinc & à publico crimine Sacerdos ſimplex in caſu mortis , Epiſcopo abſente, ſoluere poteſt: quod tamen aliàs eo inconſulto , facere non debet, ſicut nec virgines conſecrare. Denique ſi moriens Sacerdotem petat,nec habere poſſit, oblatio ipſius non venit reſpuenda

In ſeros dilata dies, Confeßio prodeſt,
Vltima, rarò tamen corrigit hora ſcelus.

Diſt.21. Solet etiam quæri, &c. Epitome.

QVædam peccata,venialia ſcilicèt, etiam poſt hanc vitam quibuſdam remittuntur, his, ſcilicèt, qui in hac vita, vt ſibi remitterentur, meruerunt: in gratia videlicèt decedentes,& in hac vita lignum,fœnum , aut ſtipulam ſuper fundamento fidei (ſecundùm Apoſtolum) ædificantes: *1.Cor.3. Aug. de ciuit Dei lib.2.c.26.* hæc temporalia plus iuſto,circa tamen auerſionem à Deo, diligentes. Nàm hi,qui aurum,& argentum, aut lapides pretioſos,ſcilicèt charitatem Dei, & proximi, ac pia opera ædificant, etiam ab hoc igne erunt immunes : intelligendo de perfectis in dicta dilectione. Qui quidem ignis, & ſi tranſitorius ſit, grauis vis tamen eſt plurimum. In præſenti enim exhibetur miſericordia: in futuro verò iuſtitia exercebitur. Debent autem in Confeſſione omnia detegi , & ſingula mortalia,quorum aliquis habet memoriam,prius ſcilicèt legitimè non confeſſorum: alia autem in generali ſufficit dicere,ſicut & ipſa venialia,quę & vtraque per confeſſionem generalem remittuntur. Cauendum eſt etiam confitenti , donec ſicut nullum mortale debet ſcienter retinere : ſic nec confiteri , quod non fecit. Neque enim mentiendum eſt in confeſſione veritatis: Sacerdos quoque omninò caueat, ne cōfitentium vllo modo peccata prodat: nec ſubditi pro-

prium Sacerdotem confitendo dimittant: Nec Sacerdos alienum ad confeſſionem accipiat. In caſu tamen ignorantię proprij Sacerdotis, alium quandoque requirere licet.

Criminis horrendi ſi quos oblitus cepit,

Purgantur, triſti dummodo mente dolent.

Diſt. 22. Cúmque multis authoritatibus, &c. Epitome.

PEr recidiuum in peccatum per pœnitentiam remiſſum, peccata priora redire dicuntur; Quod quidem quomodo, vel quouſque fiat authores diuerſimodè, ſeu ſub duplici modo loquuntur: dicentibus quibuſdam ex ipſa redire, nec tamen ea per hoc bis puniri, vt appatet, cùm peccator pro eis non condignè pœnituiſſe videatur, & ingratus quoque exiſtit recidiuando. Alijs verò dicentibus, quod redeāt, quantùm ad pœnam, per modum circunſtantiæ aggrauantis peccata iterum commiſſa. Quod quamuis Magiſter ſub dubio relinquat, recentioribus tamen vltimum hoc magis placet. Eſt autem in actione pœnitentiæ (ſecundùm quoſdam) Sacramentum id, quod fit exterius: res verò ipſius, eſt contritio pœnitentis. Secundùm alios verò id, quod fit exterius, eſt ſacramentum tantùm: contritio verò interior eſt res, & ſacramentum: remiſſio verò peccatorum, eſt res eius tantùm. *2. Pet. 2.* *Mat. 18.* *Aug. lib. de Bap.* *Beda ſuper Lucā. lib. 4. cap 47.*

Hoc peccatori cruciatus acerbior inſtat,

Crimina quo nouit plura remiſſa peccata.

Diſt. 23. Præter præmiſſa eſt etiam aliud, &c. Epitome.

VNctio extrema ſacramentum eſt exeuntium de hac vita: & fit oleo per Epiſcopum conſecrato, nempè inter tres vnctiones, quibus vtitur Eccleſia, ſcilicèt chriſmatis, & cathecumenorum, & illa tertia: quę dicitur oleum infirmorum. Quod quidem ſacramentum inſtitutum eſt ad peccatorum remiſſionem, & corporalis alleuiationem infirmitatis. Quæ tamen non ſemper ſequitur, cùm hoc nec homini ſemper expediret. In quo etiam ipſa exterior vnctio, eſt ſacramentū tantùm: res verò ipſius, eſt interior peccatorum remiſſio, & virtutum ampliatio. Quod etiam ſacramentum ex contemptu, vel negligentia omittere nullus debet, nec etiam reiterare, niſi & morbus redeat: ac per hoc eſt quidem reiterabile, quo ad ſuſcipientem, non tamen, nō tamen, quo ad materiæ identitatem. *Iac. vlt.*

Hinc dec eſſurus per funditur vnguine ſacro,

Vt valeat ſuperas fortis adire domos.

Diſt. 24. Nunc ad conſiderationem,&c. Epitome.

SEptem ſunt ordines Eccleſiaſtici. Nàm aliqui in Eccleſia ſunt oſtiarij,alij lectores, exorciſtæ, acolythi, ſubdiaconi,leuitæ,inſuper, & aliqui preſbyteri. Quorum ſingulorum officia, quæ ſint, & alia ad ipſos pertinentia, Magiſter in textu aperte,& prolixè proſequitur. Quos etiam ordines in ſemetipſo Chriſtus exhibuit, & Eccleſię ſeruandos reliquit. Horum autem ordinum vltimi duo ſunt ſacri ſcilicèt diaconatus, & preſbyteratus:alij dicuntur non ſacri, reſpectu illorum. Eſt autem ordo ſacrum quoddam ſignaculum, per quod ſpecialis poteſtas traditur ordinato. Hinc: & omnibus his nomen ordinis conuenit. Et quia in omnibus ſacramentum ſignificatur,ideò, & omnes hoc reſpectu ſacri dicuntur. Sunt inſuper, & alia nomina dignitatum,ſeu officiorum,quæ non ſunt ordinum,vt pontificatus, & epiſcopatus,quæ,& vlterius in textu diſtinguntur. Debent autem aſſecuti ordines Eccleſiaſticos,conari vt vita eorum dignitati reſpondeat, vt ſic plebs ex eis proficiat, & ipſis gratanter obtemperet,à quibus ſacramenta percipiunt, & miſſarũ ſolemnia audiunt. Quæ quidem miſſa dicitur,vel quia miſſa eſt hoſtia,quæ ibi commemoratur:vel quia miſſus cœleſtis venit ad conſecrandum corpus dominicum.

Num.3.
Act.8.
Act.6.
1.Tim.3.
Ezech.33.

Officijs ſacer ordo ſuis diſcrimina ſumit,
In ſe quæ voluit Chriſtus obire prius.

Diſt.25. Solet etiam quęri, &c. Epitome.

AN ab hæreticis tradi, vel accipi poſſit ordinis ſacramentum,diuerſę ſunt authorum ſententię,dicentibus quibuſdam quòd non,pro quo multas inducunt authoritates,alijs oppoſitum aſſerẽtibus:quod,& tenetur,ſi in forma Eccleſiæ id tradant,quamuis hoc in ſui faciant perniciem. Authoritates autem,quæ oppoſitum dicere videtur, prætẽdentes,quod ſacramenta ab hæreticis accepta, falſa ſint, & inania,&c. intelliguntur quo ad effectum gratiæ indè conſequendum. Qui autem pro ordinum collatione aliquid dant,vel accipiunt,Symoniaci dicuntur,& vtrique veniunt puniendi. Veruntamen qui ignoranter à Simoniacis ordinantur,tolerari poſſunt:ſcienter autem ab eis ordinati,conſecrationem habent irritam. Eſt autem triplex ſimoniacæ hæreſis ſpecies,quo ad ordines. Quidam enim ſimoniaci à ſimoniacis ſimoniacè ordinantur: alij ſimoniaci ſimoniacè,ſed non à ſimoniacis:tertij verò non ſimoniaci, à ſimoniacis. Et hi tolerari poſſunt,dummodo ignoranter hoc fecerint. Quod etiam dicitur à ſimoniacis ordinatos dam-

Act.8.
4.Reg.5.

nandos, intelligitur, niſi violenter ab eis quis ordinetur. Porrò in ſubdiaconum ante annos quatuordecim non debet quis ordinari: in diaconum non ante viginti quinque: in præſbyterum autem non ante triginta. Quæ tamen hodie modificata ſunt, vt præſbyter quis ordinetur vigeſimũ quintum habens, ſeu agens annum.

Si datur oblata ſacer ordo numiſmate, dantem
Stringit, & emptorem pœna Simonis atrox.

Diſt. 26. Cùm alia ſacramenta, &c. Epitome.

Matrimonij Sacramentum in paradiſo, ante peccatũ primò inſtitutum eſt pro officio generandi prolem. *Gen 12.* Nunc verò eſt etiam pro cauendi criminis remedio. Quæ, *Heb. 13.* & vltima inſtitutio in hoc à prima differt, ac etiam, quòd prima fuit neceſſitatis: illa autem genere humano multiplicato, eſt voluntatis. Quarum prima facta eſt in paradiſo, *Ioan. 2.* altera verò extrà. Quidam autem hæretici pernicioſè ſentientes, nuptias condemnant, cùm tamen, & Chriſtus ſui *Mat. 14.* præſentia nuptias approbauerit, & eaſdem Apoſtolus commendauerit. *1. Cor. 7.* Significat autem hoc ſacramentum coniunctionem Chriſti cum Eccleſia. Quod etiam per animorum conſenſum abſque copula carnali perfectum eſt, quamuis ſic à perfecta deficiat ſignificatione.

Natura officio connubia præſtita quondam,
Iam ſunt, & fragilis carnis honeſta ſalus.

Diſt. 27. Poſt hæc aduertendum, &c. Epitome.

Cvm matrimonium ſit viri, & mulieris maritalis coniunctio inter perſonas legitimas, indiuiduam retinens vitæ conſuetudinem: ideò coniuges ſine conſenſu mutuo non ſeparantur, nec vnus ſine altero continentiam vouere poteſt, ſed debitum ei reddere tenetur. Fit autem matrimonium per conſenſum cordium dictarum perſonarum, per verba de præſenti expræſſum, etiam ſi copula carnalis non interueniat. Eſtque differentia inter ſponſalia, & matrimonium, cùm ſponſus etiam inuita ſponſa monaſterium ingredi poſſit, & ècontrà: non autem coniuge cognita hoc poteſt, quamuis, & ſponſi coniuges quandoque dicantur. Quòd ſi ſponſalia cum vidua de futuro contrahantur, per hoc bigamia non inducitur: bene autem, ſi de pręſenti, vt Magiſter dicit. Sed in vltimo non tenetur.

Præſentis verbo nubendum temporis, idque
Durat quàm coniux viuit vterque diu.

Diſt. 28. Hic quæri debet, &c. Epitome.

CONſenſus de futuro, matrimonium non facit, etiam ſi iuramento firmatus fuerit, cùm per huiuſmodi iuramentum ſit confirmatio, non de facto, ſed fiendo. Hinc ſi alter contrahentium ad aliam copulam tranſierit, diſſoluta eſt prima promiſſio. Lex autem, quæ aliud dicere videtur, intelligẽda eſt, ſi verba de præſenti interuenerint, aut quod futurum ſit matrimonium. Traditio autẽ parentum ipſius ſponſæ, & ſacerdotis benedictio, de Sacramenti ſubſtantia non ſunt, ſed ad quandam ipſius pertinẽt ſolemnitatem, & honeſtatem. Sed conſenſus etiam occultè per verba de præſenti expreſſus, matrimonium in conſcientia perficit, vt dictum eſt: quamuis in Eccleſiæ iudicio verba illa non cogant, cùm teſtari non poſſint. Debet autem ille conſenſus eſſe in coniugalem ſocietatem, quapropter mulier ex latere viri ſumpta ſcribitur. Vndè & inter fratrem, & ſororem cohabitantes matrimonium non eſt: fuit autem inter virginem, & Ioſeph.

Gene. 2.

Copula ſi fuerit verbo contracta futuro,
Nondum coniugij fœdera certa manent,

Diſt. 29. Oportet autem conſenſum, &c. Epitome.

COnſenſus per coactionem extortus, matrimoniũ non facit: nec conſenſus appellandus eſt, que ſic extorquetur. Veruntamen ſi poſt huiuſmodi coactionem liber conſenſus ſuperuenerit, vt potè ſi ſimul cohabitent, & non reclament, conſenſus iam liber factus videtur, & priorem defectum emendare. Debet autem conſenſus eſſe liber, nedum in nuptiis, ſed & in ſponſalibus. Dicitur etiam ille conſentire, qui manifeſtè, & euidenter non contradicit. Vndè & ſponſalia talis conſenſus confirmare dicitur.

Non erit adſenſus per agens connubia, qualem
Prabet verberibus ſæpe grauatus homo.

Diſt. 30. Nec ſolùm coactio, &c. Epitome.

1. Cor. 11. MAtrimonium error diſſoluit, non quidem omnis, ſed qui conditionis eſt ſeruilis, aut perſonæ: non aũt ille,
Gene. 29. qui eſt qualitatis, vt probitatis, aut pulchritudinis, aut fortunæ, ſcilicèt diuitiarum. De conſenſu autem in matrimonium Mariæ, & Ioſeph, ſentiendum, quòd virgo propoſuit ſeruare virginitatem, niſi Deus aliter reuelaret, & ſine voto expreſſo in ſocietatem maritalem, ſeu coniugalem conſenſit ex conſilio familiari Spiritus ſancti. Poſteà verò vnà cùm Ioſeph votum expreſſit, fuitque inter eos coniugium,

perfectum ſanctitate, licèt non itá ſignificatione, quia ſine copula carnali. Sunt autem multæ cauſæ cur matrimonium communiter contrahatur: Quædam principales, vt prolis procreatio, & fornicationis vitatio: Quædam etiam ſunt minus honeſtæ, vt diuitię, & pulchritudo: Et aliæ honeſtæ, vt pax, & reconſiliatio. Nec tamen dictæ cauſę minus honeſtæ, matrimonium impediunt, vt quidam volebant, eo quòd malitia contrahentis Sacramentum non maculat. Fuerunt autem, & cauſæ ſpeciales cõtractus inter virginẽ, & Ioſeph, vt ſcilicèt virgo ſolatium haberet, & ſuſtentamentum: partus autem virgineus diabolo celaretur, & Ioſeph teſtis eſſet caſtitatis coniugis ſuæ. *1. Cor. 7.* *Deut. 21.* *Matt. 1.*

Sunt duo, quæ dicant diſſoluere fœdera lecti,
Sunt errata duo, quæ temerare negent.

Diſt, 31. Poſt hæc de bonis coniugij, &c. Epitome.

TRia ſunt matrimonij bona ſcilicèt fides inuicem ſeruanda, & proles ſuſcipienda, ac educenda, & ſacramẽtum de matrimonij ſocietate non diſſoluanda, etiã ſi quandò corporalis fiat diſiunctio. Neque hoc tertium deficit in matrimonio, etiã ſi prima duo deficere contingat. Coniuges tamen, quę prolẽ nolũt, ſed ſterilitatẽ procurant, potius fornicarij iudicandi ſunt: & ſi fœtus tunc animatus fuerat, ſunt homicidæ, Dicta autẽ bona ſic matrimonij actum ordinant, vt ſi fiat cauſa prolis peccatum non ſit, aut ſit non mortale, vt cum ſeruata fide thori conueniunt cauſa incõtinentiæ. Quod autem Apoſtolus dicit hoc eſſe ſecundùm indulgentiam, accipiendum eſt de indulgẽtia conceſſionis, ſi fiat cauſa prolis, quaſi de minus bono, non tamen malo. Si verò fiat cauſa incontinentiæ, accipiendum eſt de indulgentia permiſſionis, quaſi de minus malo. ſ. veniali: dummodò intrà limites matrimonij fiat, quos limites, ſi quis excedat, non excuſatur. Nec eſt contrà prædicta, quod concupiſcentia ſemper mala eſt. Verum eſt enim de malo pœnæ, & non culpę, niſi vt dictum eſt. Gregorius autem ab ingreſſu Eccleſiæ prohibet poſt acceſſum ad vxorem, eum tantùm, qui hoc agit incontinentiæ cauſa, vel quia rarò ſit ſine huiuſmodi concupiſcentia. *Cor. 17.*

Quæ tria coniugij bona ſint, quibus illud honeſtum,
Redditur, hocce loco docte Magiſter agis.

Diſt. 32. Sciendum etiam eſt, &c. Epitome.

QVamuis in alijs, vir mulieri præeſt, ſicut caput corpori, tamen in redditione debiti ius eſt eis æquale, adeò quòd etiam ſi cauſa prolis mulier debitũ poſcat, vir ei red- *1. Cor. 11.* *Rom. 7.*

dere teneatur, & è contra: & neuter, etiam ad continendũ, ſui corporis poteſtatem habet, niſi de conſenſu communi. Attamen licèt peccatum non ſit, debitum reddere, exigere tamen vltra generandi neceſſitatem, veniale eſt: mœchari verò, criminale. Quòd ſi vir vxori conſentiat, vt Deo cõtinentiæ votum offerat, ſi tamen reuocet priuſquam mulier impleat, reuocatum eſt: non autem, ſi iam fuerit impletum. Quamuis autem petenti debitum reddi debeat, ſunt tamen dies in quibus hoc ipſum petere non licet, vt in textu Quòd autem Hier. aliter dicere videtur, de eccleſiæ miniſtris accipiendùm eſt. Sunt & tempora in quibus nuptiæ celebrari non debent, vt à ſeptuageſima vſq; ad octauam Paſchæ, & tribus ſeptimanis ante feſtum Ioannis ſecundùm Magiſtrum. Aliàs autem dicitur de diebus rogationum vſq; ad octauam Pentecoſtes. Item ab Aduentu vſque poſt Epiphaniam.

Debita certa ligant ſocialis fœdera lecti.
Quæ pariter coniunx debet vterque ſibi.

Diſt. 33. Quæritur hic de antiquis, &c. Epitome.

A Mũdi quidem exordio vnus vnam habuit vxorem, quod & obſeruatum eſſet, ſi primi parentes non cecidiſſent. Nàm inter filios eorum, & filias vnus vni coniungebatur, cum nec aliæ eſſent mulieres. Lamech verò primus legitur duas habuiſſe vxores:, & quidem reprehenſibiliter, quia carnaliter. Quia tamen proceſſu temporis omnes penè ad idola declinabant, diuinitus conſultum eſt, patres plures ducere, nè Dei cultus, & notitia ex eorum paucitate deficeret. Vndè, & maledicta in lege ſterilis habebatur. Hinc etiam non imparis meriti æſtimatur caſtitas coniugalis Abrahæ, caſtitati virginali Ioannis, cum vtraque Deo pro tempore militauerit. Nec patres fidem thori per hoc violarunt, quod Deo volente, plures habebant vxores: quia ſuis fidem ſeruabant. Sub lege etiam de coniugio magis expreſſum fuit. In noua autem lege fœcunditati virginitas præfertur: & ſacerdotibus caſtitas indicitur, eò quòd per totum mõdum fides iam eſt publicata.

Gene. 2. Gene. 4. Gene 16. Gene. 29. Gene. 13. Gene. 30. Leuit. 18. Deut. 24. Gala. 4.

Cura ſacra ſubolis, non execranda libido,
Patribus vxores ſua ſit habere duas.

Diſt. 34. Nunc ſuper eſt attendere, &c. Epitome.

AD contrahendum matrimonium aliquæ perſonæ ſunt plenè legitimæ, ſcilicèt ſine omni impedimento: aliquæ autem ex toto illegitimę, vt habentes impedimentum ordinis ſacerdotalis, aut huiuſmodi: quædam verò medio

medio modo ſe habent, aliter tamen nunc, quàm vt olim, quibus obſtat frigiditas, vel cognatio, quod ſi quia cauſa frigiditatis debitum reddere non poteſt, ſi vtriuſque placet, ſimul manere poſſunt. Quòd ſi mulier vult eſſe mater, & nunquam conuenerunt, & hoc legitimè probet, contrahere cum alio permittitur, niſi & ipſa ſit inhabilis. Quòd ſi ex maleficio impediatur, pœniteat de peccatis ſuis: & per exorciſmos Eccleſiæ reſtituatur, per quos ſi non liberetur, poteſt alteri nubere, iudicio Eccleſiæ interueniente: vbi ſi conualuerit, non poteſt ad priorem redire, niſi Eccleſiæ iudicio Furioſi etiam, & amentes, vt ſic contrahere nõ poſſunt. Sed & ille, qui cùm ſorore vxoris ſuæ dormit, neutram illarum habere debet: & vterque ſine ſpe coniugii remanebit. Neque verò propter infirmitatẽ corporalem dimittere licèt cõiugẽ, ſed magis alter alteri auxilio eſſe debet in hoc caſu. *Aug. in lib de ſermone domini in monte.*

Qui ſint connubijs apti, qua pacta ſecundum
Legem, vllo aut nullo ſint dirimenda die.

Diſt 35. Hoc enim notandum, &c. Epitome.

Vxorem vir dimittere poteſt propter adulteriũ, & hoc ſi ipſe ſimili crimine pollutus non ſit. Quod ſi vterque reus ſit, neuter propter hoc alterũ poteſt dimittere. Si verò propter adulterium vnius ſeparati fuerint, neuter alium ducere poteſt, alio adhuc viuente: poſſunt aũt inuicem reconſiliari. Quòd ſi vir adulteram pœnitentiã non agentẽ retinere vellet, in crimine ſibi participare videretur: Repulſam tamen etiam, & pœnitentẽ recõſiliare ſibi poterit, niſi ſæpe recidiuet. Nec poteſt aliquis vxorem ducere eam, quã prius per adulterium polluit, ſi ipſa machinata ſit in mortem prioris mariti: & alter alteri, adhuc priore marito viuente, fidem de ducendo dederit. *Mat. 6.*

Non mœcha mœchum, ſi vult, tamen abſque viri ſpe,
Viuo illo alterius, mittere iura ſinunt.

Diſt. 36. Nunc de conditione videamus, &c.

Mulier libera ſeruum ducere poteſt: ſimiliter & vir ingenuus, ancillam. Quod ſi libero de ſeruitute alterius conſtitit, fixum erit matrimonium: ſin autem deceptus eſt, dimittere poteſt iunctam ſibi perſonam poſtquam ſcire incipit, Poteſt & eſſe conſugium inter virum, & mulierem, ſi ambo ſeruilis ſint conditionis, dummodò voluntas dominorum vtriuſque acceſſerit: imò ſecundùm quoſdam, dominis etiam diſſentientibus: At ſi coniux libeſernum ſe fecerit præter coniugis conſenſum per hoc nec ſeparabuntur, nec ipſa ſerua efficitur. Matrimo- *Mat. 14.*

nium etiam contrahi non poteſt, niſi maſculus decimum quartum habeat annum, & puella duodecimum: aliàs ſeparari poſſunt, quamuis ex conſenſu parentum id factum ſit. Iuncti verò præcedēter, ſi poſt diſcretionis annos voluerint ſimul manere, poſſunt: ante ſeptennium tamen nec ſponſalia contrahi poſſunt, cùm contrahentes ſaltem intelligere habeant quid agatur.

Quomodo coniugium impediat ſeruum eſſe, quotoque
Cuique anno liceat fœdus inire thori.

Diſt. 37. Sunt igitur quidam, &c. Epitome.

IN ordinibus ſacris. ſ. ſubdiaconatu, & ſuprà conſtitutus, coniugium nequaquam cōtrahere poteſt: & ſi de facto contrahat, nullū eſt, & dirimitur. In alijs verò ordinib⁹ contrahi permittitur coniugium, niſi religionis habitum ſum pſerint ordinati, vel continentiæ votum emiſerint. Interdicitur etiam coniugiū vxorum ſuarum occiſoribus, qui & pœnitentiam agere compellentur, aut ſpirituali gladio feriendi ſunt nolentes: non curato de legibus ſæcularibus in hac parte.

Occidens propriū mulier violenta maritum.
Nullo deinde alij nubere iure poteſt.

Diſt. 38. Nunc de voto inſpiciamus, &c. Epitome.

VOtū (quod quādoque matrimonium impedit, quanque etiam dirimit eſt, quædā ſpontaneę promiſſionis teſtificatio· quæ de his, quæ Dei ſunt propriè fieri debet. Hinc vota fatua irritanda ſunt, nec vota reputanda. Et eſt votum multiplex. ſ. cōmune, & ſingulare, ſimplex, & ſolēne. Inter quæ votum ſimplex, ſeu priuatum cōtinētiæ, matrimonium impedit contrahendum. Solenne autem continētiæ votum, quod, ſ. in facie fit Eccleſiæ, per ſacri ordinis ſuſceptionem, vel profeſſionem religionis ſolennizatum, dirimit etiam cōtractum. Nō ꝙ antè licitum fuit, poſt votū fit illicitū. Quòd ſi tales cōtrahunt, ab Eccleſiæ ingreſſu arcendi ſunt, quouſque humiliter ſatisfaciant: Quomodo

Rom. 1. etiā intelligēdus eſt loqui Innocentius. Quāuis autē adulterium graue ſit, grauior tamen eſt inceſtus: & peccatū contra naturā grauiſſimū. Mulier etiā, quæ maritū remotis agērem mortuum putans, alium ducit: eo redeunte, ad ipſū redire debet alio dimiſſo: nolens autem, eſt excommunicāda.

Hug. 4. Qui verò vxore dimiſſa ſecedit, & alia ducit, & poſt ductus

Sen. cap. 4. pœnitentia vult ſecundam dimittere, aſſerens ſe aliam habere, nec tamen permittitur, Eccleſia ſciliēt nō credente, per obedientiam quidem, & timorem iam incipit excuſari &

debitũ penitus reddere poteſt mulier illi, quæ, ſ. per ignorãtiam, excuſatur, ſed petere non debet. Hæc Magiſter. Sed ꝙ talis, reddere poſſit debitum etiam penitus, non tenetur.

Quid votum, quotuplex ve ſiet quandòve reſiſtat
Quo minus vxorem ducere ritè queas.

Diſt. 39 Poſt hæc de deſpari cultu, &c. Epitome.

A Perſonis diuerſarum religionum, vt Chriſtiano, & homine Iudaicæ ſuperſtitionis, &c, matrimonium ſimul contrahi non poteſt, cùm diſpar cultus faciat perſonas ad contrahendum illegitimas. Nec eſt contra hoc, Apoſtolus qui, ſcilicèt de his loquitur, qui dũ contraxerant, ambo fuerunt infideles. Quamuis autem dimittere poſſit fidelis infidelẽ etiam cohabitare volentẽ, ſuadet tamen Apoſtolus ipſe, quod ſi de infidelibns cõiugibus vnus ad fidẽ cõuertatur, & alter cũ habitare citra iniuriã cõſẽtit creatoris, quòd ipſum non dimittat: quia fortè per eam ſimiliter conuertetur. Poteſt autem, & coniunx cõiugem propter alias cõcupiſcentias, quę animã à Deo aberrare faciunt, dimittere. Quia ſi infidelis ſuas põte diſcedat, aliã ducere fidelis poteſt nec ſequi eam tenetur, cùm ambo infideles exiſtentes iuncti fuerint. Si ambo iũcti fuerunt fideles, ſed vnus infidelis fiat, alter eam dimittere poteſt: ſed aliam, illa viuente ducere non poteſt: Ratum eſt enim coniugium fidelium, non autem infidelium, quia ſolui poteſt, nec habet illud triplex bonũ, quod matrimonij actum à peccato excuſat: nec meretur præmium, quia ex fide non eſt.

Exod. 34. Deut. 7. Exod 10. 1. Cor. 7. Aug. in lib. de adul. coniug. lib. 1. cap. 18. Rom. 14. 1. Cor. 7. Ambr. ad Hilarium. Aug. in ſermone Domini in mõte.

Nulla tenent illos valide connubia nexa.
Quos retinet diſpar religionis amor.

Diſt. 40. Nunc ſupereſt de cognatione, &c. Epitome.

CVm & cognatio, & affinitas matrimonium impediãt, in hac diſtinctione de carnali videndum eſt: de hinc etiam de ſpirituali. Vt autem olim obſeruatum eſt, ad ſeptimum vſque gradum habuit illa cognatio matrimonium impedire, quod ex doctorum veterum authoritatibns liquet, quamuis aliter Iſidorus, & alij quidam inueniantur gradus illos, quo ad truncum, cõputare Quòd autem Grego. genti Anglorum in quarto, & in quinto gradibus contrahere conceſſit, ad tempus hoc fieri voluit, cùm nouitij eſſent in fide. Extra literam tamen notandum quòd modificante Eccleſia hodiè vniuerſaliter in quinto gradu & ſuprà, inter perſonas alias legitimas cõtrahi poteſt, & truncus incipitur à patre.

Fœdera coniugij prohibens cognatio carnis.
Recta lege quotum durat ad vſque gradum.

Diſt.41. Nunc de affinitate.&c Epitome.

AFfinitas (quæ & ipſa matrimonium impedit) eſt parentela, quæ ad virũ pertinet ex parte vxoris, & è contra: eo quòd vir, & vxor eius, vna caro dicũtur. Sic ergo vir, & ſoror vxoris eius ſint in primo affinitatis gradu: filij verò vxoris in ſecũdo gradu, & ſic cõſequenter. Et illa olim impediunt vſque ad ſeptimum gradũ hodiè verò tantùm vſq; ad quartũ gradũ incluſiuè impedit, modificãte hæc Eccleſia Manet autem ipſa affinitas, etiam matrimonio trãſeunte, ità vt impediat contractus prohibitos æquè ſic prius, eò quòd vir, & mulier iuxta verbũ Dei, ſunt duo in carne vna. Vndè & contra prædicta coniunctos Eccleſia ſeparat. Si tamen ignoranter coniũcti fuerũt, filij eorũ legitimi reputãtur. Notandũ autem iuxta hoc, quòd licèt fornicatio ſit omnis coitus extra coniugem, ſpecialiter tamen eſt meretricum, viduarum, & cõcubinarũ. Stuprum verò eſt, virginũ defloratio illicita. Adulterium, alieni thori violatio. Incœſtus, conſanguinearum, vel affinium abuſus. Raptus autem, violenta eductio puellæ de domo patris, vt ea corrupta in vxorem habeatur, ſiuè ipſi, ſiuè parenti illa fiat violentia, quod quidem morte punitur, niſi per confugium ad Eccleſiam raptor euadat. Sunt quoque notanda quædam nomina ad hæc pertinentia, ſcilicèt, fratiſſa, leuir, ianitrix, & glos, quæ quid ſignificent, patet in textu.

Gene. 2. *Mat. 19.*

Quod ius cognatos inhibet connectier vnà,
Legitimè affines nectit idem minimè.

Diſt. 42. De parentalium graduum famoſa, &c. Epitome.

INter ea, quę matrimonium impediunt, eſt etiam ſpiritualis cognatio, ſeu propinquitas, quæ, ſcilicèt, eſt inter compatrem pueri carnalem, & cõmatrem ſpiritualem, & inter eos, quorum vnus alterum de ſacro fonte leuauit, aut in cathechizatione, vel confirmatione tenuit, ac etiam inter filios carnales, & ſpirituales, eiuſdẽ hominis. Hæc ergo matrimonium impedit: & ſi tales fuerint iuncti, ſeparandi ſunt. Si tamẽ poſt legitimum matrimonium aliquis, vt ab vxore ſeparari poſſet, filium ſuum leuaret, vel baptizaret, per hoc ſeparandus non eſt, ſed pœnitentiam agat. Authoritates verò, quæ eum ſeparandũ dicunt, intelligendæ ſunt de his, qui filios ſuos leuãt ante cõtractũ cõiugiũ, vel ſolũ ad ter-

rorem loquuntur. Filij quoque alicuius naturalis, & ſpiritualis matrimonio iungi non poſſunt, ſiuè ante, vel poſt cognationem ſpiritualem nati ſint: & hoc, quo ad eos per quos ad compaternitatem deuentum eſt, de aliis ſecus. Neq; verò vxoris ſuæ commatrem aliquis poſt eius mortem ducere poteſt. Nec vir, & vxor puerum ſimul leuare debent. Per hæc autem bigamia, vel trigamia damnanda non eſt, quamuis à ſacerdotio prohibeat.

Non tàm ſæpe vetat nubentem agnatio carnis,
Miſtica quin multò ſæpius illud agat.

Diſt. 43. Poſtremò de conditione reſurrectionis, &c. Epit.

Null⁹ fideliũ dubitare permittitur, oẽs qui, & nati ſũt, & naſcẽť, & qui mortui ſũt, & moriẽť, diuina virtute ĩ die nouiſſimo reſurrecturos ad tubã Chriſti, per quã aliq eũ idẽs & præclarũ ſignũ intelliget: & quãdoq; vox, vel filij Dei, vel Archãgeli appellať. Fiet autẽ hoc media nocte, non quo ad tẽp⁹, ſed quia occultè, quãdo .ſ. nõ putať, & cõſciẽtiarũ libri aperiẽť: ꝙ tamen bonis nõ in triſtitiã cedet, ſed in gaudiũ, & gratiarũ actionẽ. Quorũ etiã peccata per pœnitẽtiã hîc deleta, ſ'm mẽtẽ Magiſtri, alijs non patebũt: ſed malorũ ſcelera oĩbus fient manifeſta. An verò aliqui ſine morte media ad iudiciũ vẽturi ſint, quãuis dubiũ videať, pars tamẽ negatiua ſcripturis magis apparet conformis. Quamuis etiã omnes reſurgent incorrupti, quia membris integri: non tamen omnes impaſſibiles, quia hoc fallit in damnatis.

Iſa. 26. 1. Theſ. 4. Pſal. 97. Ioan. 5. 1. Cor. 15. Mat. 25. 1. Theſ. 5. Exod. 12. Dan. 7. Mat. 10. 1. Cor. 4. 1. Cor. 15.

Mortales omnes, præſentes, atque futuros.
Et quos iampridem fœda ſepulchra tenent:
Vltima iudicij ſurgentes hora videbit,
Laturos factis præmia digna ſuis.

Diſt. 44. Solent autem nonnulli percontari, &c. Epitome. *Ephe. 4.*

In perfecta quidem ætate, ſcilicèt iuuenili, omnes homines abſque dubio reſurgent. An non in eadem ſtatura, ſed in ea quilibet, quam vel habuit, vel habuiſſet, ſi ad perfectam, non impeditus, perueniſſet ætatem. Omnes quoque generaliter reſurgent omnibus membris integri, quocunque materia corporum prius fuerit diſperſa, ità videlicet, vt tota humani corporis materia toti illi corpori ſit reddenda: quamadmodum in ſtatua contrita, & ex eadem materia reſtituta, aduerti poteſt. Hoc tamen diſſimili fiet qualitate in corporibus bonorum, & malorum: Nempè bonorum corpora dotanda ſunt dotibus gloriæ: malorum verò corpora abſque his, æternis ignibus tradenda. Quæ etiam, an cum deformitatibus ſuis ſurrectura ſint. Auguſtinus ſub du-

Luc. 21. Mat. 13.

bio reliquit, nec curandum putauit, cùm de eorundem certa
Mat. 25. conſtet damnatione. De abortiuis, quòd reſurgant, aſſerendum eſt, ſi vnquam anima vixerint rationali. Quæ, & tunc ſicut, & mõſtra, à mõſtruoſitate illa ſua ſunt emẽdanda.

Quantumcunque ſenes, & quantumcunque tenelli,
Quidam obeant, vultus omnibus aequus erit.

Diſt. 45. Præterea ſciendum eſt, &c. Epitome

STatim poſt mortem corporalem, animæ pro meritis, vel demeritis in locis ſibi deputatis premia ſua, vel pœnas accipiunt, quæ tamen poſt iudicij diem augebuntur, corpore, ſcilicèt reſumpto. Qui verò puniendi ſunt, iuuari poterunt per Eccleſiæ ſuffragia, hi ſcilicèt, qui in præſenti vita, vt iuuarentur, meruerunt, quilibet pro modo ſuo, Quamuis autem pompæ funerales magis ſint ad viuorum ſolatia, decentẽ tamen curã defunctis exibere laudabile eſt. Quòd ſi pro diuite multa fiant ſuffragia, pro paupere verõ pauca, vel tantùm generalia, proderunt quidem certis parib᾽ vtriq; in hoc pariter: quod non proſunt diuiti ad pleniorẽ liberationẽ, bene tamẽ ad celeriorẽ. Hi autẽ, qui in fine mundi reperientur, per ignẽ conflagrationis, & ſanctorũ orationes purgabuntur. Orationes etiam noſtras angeli Deo, qui omnia prænouit, offerre dicuntur, quando quid agendũ ſit percipiunt: quas quoq; ſancti cognoſcunt, quantũ ad eorũ pertinet gaudium, & noſtrum auxilium.

Viuentum preculas animis prodeſſe quibuſdam,
Si tamen hoc ipſum promeruere prius.

Diſt, 46, Sed quæritur hic, &c. Epitome,

Iac. 2. NOn obſtantibus quibuſdam authoritatibus, ſi rectè
Psal. 7. intelligantur, dicendum eſt, quod circà damnatos eſt aliqua Dei miſericordia in eorum punitione,
Psal. 104. non tamen ſic, quod à peccatis, vel damnatione per hoc abſoluantur. Cum autem miſericordia Dei, & ipſius iuſtitia ſint idem, tamen propter diuerſam noſtram de Deo conceptionem, ſeu effectum Dei, aliqua ipſius opera miſericordiæ, aliqua verò iuſtitiæ attribuuntur. Qui & nunc occultè iudicans, ſcilicèt purgando, conuertendo, vel excæcando, tandem manifeſtè iudicabit. Cuius quoque
Rom. 11. iudicia circà res omnes diſpoſitio quãdoq; vocatur. Quod
Psal. 15. etiam Pſalmiſta dicit, vniuerſas vias Domini miſericordiã
Psal. 24. eſſe, & veritatem, intelligi poteſt pro eo, quòd duplex eſt aduentus ipſius: quorum vnus miſericordiam reſpicit, alter iuſtitiam. Vel quia eius dono bona facimus, & mala declinamus. Quæ etiam miſericordia videlicet, & iuſticia, in

omnibus Dei reperiuntur operibus: ſecundùm aliquos, quidem ſecundum eſſentiã, non autem ſecundùm effectum; ſecundùm alios autem, etiam, ſecundùm effectum, vel ſignum, & hoc vel occultè, vel apertè. *Pſal. 100.*

Commiſerans iudex, aliàs aquiſſimus, ipſos,

Damnatos punit, quam meruere, minus.

Diſt. 47. Solet etiam quæri qualiter, &c. Epitome.

AN vocaliter, vel mentaliter tantùm iudicij extremi ſententia proferenda ſit, non eſt vſquequaq; per ſcripturas explicatũ. Cùm Chriſto tamẽ perfecti, ſecũdũ ſcripturas, certò iudicabunt: Quod quidem per ſedes duodecim quas ipſe dicit, ſignificatur. Erit autẽ in iudicio ordines quatuor. Nàm aliqui iudicabũtur, & peribũt, vt impij Chriſtiani: alij verò tũc peribũt, ſed nõ iudicabũtur: vt infideles, alij autem iudicabũtur, & ſaluabũtur decendentes. ſ. in pœnitẽtia: alijquoque ſine iudicio tũc ſaluabũtur, vt perfecti in hac vita. Congregabuntur autem iudicandi ad iudicium angelico miniſterio, purgatiõe mũi per cõflagrationẽ ignis iã cõpleta. Et electi quidẽ in aëre, reprobi autẽ erũt in terra Sicque finaliter vltima à iudice proferetur ſẽtẽtia. An verò reprobi poſt iudiciũ à dæmonibus puniẽdi ſint, an non, diuerſimodè loquũtur diuerſi: negatiua tñ probabilior videtur. *Mat. 25.* *1.Cor. 15.* *Ioan. 1.* *Iac. 2.* *Mat. 13.* *Pſal. 44.* *1.Cor. 15.*

Vltima prudenti dabitur ſententia Chriſto,

Quam confirmabit candida turba patrum.

Diſt. 48. Solet etiam quæri in qua forma, &c. Epitome

IN forma quidem humana Chriſtus tàm bonis, quàm malis glorioſus in iudicio apparebit, ſed virtute diuinitatis iudicabit, ſecundùm quod, & authoritates, quæ Chriſto iudicium attribuunt, ſunt intelligendæ. Neque ſine Patre, & Spiritu ſancto iudicium exercebit. Erit aut lætitiæ iuſtis illa apparitio, & terrori malis, qui nec vnquam Chriſti videre poterunt diuinitatem. Virtute etiam diuinitatis ipſe ſuſcitabit mortuos, quod pro eo humanitati attribuitur, quia in hac reſurrectionem noſtram meruit, & eſt cauſa exemplaris ipſius. Cuius quidem iudicij locus erit in valle Ioſaphat, & in aëre circuncirca. Tunc autem Sol, & Luna à claritate iudicis obſcurabuntur, & virtutes angelicæ admiratione quædam mouebuntur. Obſcurabuntur autem, & ante iudicium ad literam, poſt iudicium verò clarius lucebunt. Et quidem quo ad motum, ceſſabunt: quo ad eſſe autem ſemper manebunt ad Dei gloriam, & vniuerſi decorem. *Eſa. 26.* *Aug. ſup. Ioan. tra-cta. 23.* *Ioel. 3.* *Mat. 24.* *1.Theſ. 3.* *Iob. 26.* *Ioel. 3.* *Eſa. 30.*

Sol, & Luna ſuos venienti iudice motus,

Siſtent, at neuter deſinet eſſe tamen.

Diſt.49. Poſt reſurrectionem verò, &c. Epitome.

EXacto iudicio, duæ ciuitates ſ. Chriſti, & diaboli, fines ſuos habebunt, illa quidem in gloria conſummabitur: iſta verò in miſeria, ſic tñ, quòd in illañ oẽs æqualiter gloriã participabunt, ſicut nec hi in iſta pœnam, ſed vtrobique gradus quidẽ erunt. Quãuis aũt oẽs homines beatitudinẽ appetant, non tñ in eodẽ eam oẽs quærunt. Neque enim eſt vera beatitudinis ratio habere id, quod delectat, ſed habere quod velis, & nihil mali velle. Quãuis etiã oẽs Deum cognoſcant, tñ in mõ cognoſcendi eſt gradus, ſeu differentia. Hinc, & vnus alio eſt beatior. Nãm, & ſi gaudiũ æquale ſit omniũ, quo ad id, in quibus gaudẽt, non tñ omniũ eſt ęquè intenſum gaudiũ, & beatitudo. Quæ etiã poſt iudicium indubiè maior erit, quia maius gaudium, atque cognitio maior.

Augu de Trinit. lib. 13 cap. 4.

Iudicio facto, geminas fore credimus vrbes,
E quibus hac Diti ceſſerit, illa Deo.

Diſt. 50. Hic oritur quæſtio, &c. Epitome.

IN damnatis mala quidem voluntas perſeuerat, ea tamẽ non eſt peccatum, ſed magis peccati pœna, eò quod ſunt extrà ſtatum demeriti: ſicuti, & bonis in gloriã cedet, quòd voluntatem habent in bono, firmatã. In tenebris quoq; exterioribus mali fore dicuntur, eò ꝙ à viſione Dei pœnitus ſunt excluſi, tùm ob voluntatis malitiam, tùm etiã ex obliuione à grauitate pœnarum cauſata: hoc tñ plus erit poſt iudicium, quàm antè. Et ſi autem curã aliquam de ſuis notis habeant, tñ quę in mundo aguntur, non agnoſcunt. Qui, & in locis corporalibus ad pœnam detineri poſſũt, vt de Diuite, Chriſto narrante, apparet: cuius tamen deſcriptio difficilis eſt intellectu. Vident aũt ſe mutuò boni, & mali vſque ad iudicij diem, quãuis per magnum chaos diuiſi ſunt. Poſteà verò etſi boni malos viſuri ſunt, non tamen è contrà. Nec ad compaſſionem boni per hoc mouentur propter perfectã eorum voluntatem. Neque verò per hoc gloria eorum minuitur, ſed interim augetur. Ad quam beatorum perennem gloriam perducere nos dignetur in ſolio ſedens excelſo, de quo Magiſter pertractans, à facie ipſius exorſus eſt, & per media procedens, ad pedes vſque eodem duce fœliciter peruenit. Amen.

Luc. 16.

Hier. 51.

Non poterunt, erit hircus vbi diſiectus ab agno,
Vel bene vel mali, vel male velle boni.

FINIS EPITOMES QVARTI LIBRI Magiſtri Sententiarum.

TABVLA PRIMA CONTINENS ARTIculos, in quibus Magiſter Sententiarum non tenetur communiter ab omnibus, & primò,

PRIMI LIBRI.

PRIMÒ, quòd charitas, qua diligimus Deum, & proximũ, eſt Spiritus ſanctus. diſtinct. 17. cap. 2. vel quòd charitas, quæ eſt amor Dei, & proximi, non eſt aliquid creatum.

Secundò, quòd nomina numeralia dicta de Deo dicuntur ſolùm relatiuè. diſtin. 24. cap. Et ſi diligenter, vel hæc nomina numeralia Trinus, & Trinitas non dicunt poſitionem, ſed priuationem tantùm.

Tertiò, quòd ſimile, & æquale ſimiliter dicuntur de Deo priuatiuè, diſtinct. 21. ca. & hoc idem.

Quartò, quòd Deus ſemper poteſt quicquid aliquando potuit: & vult quicquid voluit: & ſcit quicquid ſciuit. diſtin. 44. c. Prætereà quæri ſolet.

IN II LIBRO.

Primò, quòd Angeli non meruerunt beatitudinem per gratiã ſibi datam: ſed quòd præmium præceſſit meritum, & poſteà meruerunt per obſequia fidelibus exhibita diſtinct. 5. cap. Hîc quæri ſolet, vel quod Angelis præmiũ præceſſit, & meritum reſpectu præmij ſubſtantialis habet ſub ſequi.

Secundò, quòd Angeli in merito reſpectu eſſentialis præmij, & in ipſo præmio proficiunt vſque ad iudicium, diſt. 11. cap. Præterea illud.

Tertiò, quòd charitas eſt Spiritus ſanctus ſcilicèt illa, quæ animæ qualitates informat atque ſanctificat diſtinct. 27. cap. Cùm igitur.

Quartò, quòd in veritate humanæ naturæ nihil tranſit extrinſecum, ſed quòd ab Adam deſcẽdit per propagationem auctum, & multiplicatum reſurget in iudicio. diſt. 30. cap. penult.

Quibus reſpondetur, vel quòd nihil de cibis tranſit in veritatem humanæ naturæ, nec per generationem, nec per nutritionem.

IN III. LIBRO.

Primò, quòd anima à corpore exuta ſit perſona. diſt. 2. cap. Hîc opponitur à quibuſdam.

Secundò, quòd Christus conuenienter mortuus, & non mortuus dicitur paſſus, & non paſſus diſt. 21. cap. vlt.

Tertiò, quòd Chriſtus in triduo mortuus fuit homo. diſtinct, 22. cap. 1.

IN IIII. LIBRO.

Primò, quòd ſacramenta legalia nõ iuſtificabant, etiam ſi cum fide, & deuotione fierent. diſt. 1. cap. Non igitur.

Secundò, quòd homo ſine medio videbat Deum ante peccatũ

eadem diſt.cap. Triplici.

Tertiò, quòd Circuncíſio nõ conferebat gratiã ad benè operandum, nec virtutes ad augmẽtum: ſed ſolùm ad peccata dimittenda valebat. eadem diſt. cap. Duo igitur.

Quartò, quòd paruuli ante octauum diem morientes incircuncíſi peribant, & quòd cauſa neceſſitatis poterant antè circũcidi. eadem diſt. cap. Si verò.

Quintò, quòd quædam ſacramenta nouæ legis inſtituta ſunt in remedium tantùm: vt matrimonium. diſt. 2. cap. pri. Iam ad ſacramenta.

Sextò, quòd baptizati baptiſmo Ioannis non ponentes ſpem in illo, non erant baptizandi baptiſmo Chriſti. diſt. 2. cap. vlt. Hîc conſiderandum, vel aliter, baptiſmus Ioannis cum impoſitione manuum ęquipollebat baptiſmo Chriſti, ita ꝙ baptizatus baptiſmo Ioannis nõ erat baptizãdus.

Septimò, quòd Deus potuit dare potentiam creaturæ creandi. & interiùs abluendi, ideſt, peccata dimittendi. diſt. v. cap. vlt. Hîc quæritur, quæ ſit. Vel ſic, quòd Deus poterat dare poteſtatẽ alijs baptizandi interius, & quod creatura potuerit ſuſcipere, & ſimiliter, quod Deus poteſt poteſtatem creandi creaturæ communicare, & creare per creaturam tanquam per miniſtrum. diſt. v.

Octauò, quòd ſchiſmatici degradati, ꝑciſi ab Eccleſia, hæretici, excommunicati non habent poteſtatẽ cõſecrandi corp' Chriſti. diſt. 13. cap. Illi verò.

Nonò, quòd brutum non ſumit verum corpus Chriſti, etſi videatur. diſt. 13. cap. Illud etiam ſanè.

Decimò, quòd ſcientia diſcernendi, vt notat habitum ſcientiæ ſit clauis. diſt. 19. cap. 1.

Vndecimò, quòd Epiſcopi Symoniaci degradati non poſſunt conferre ordines. Diſt. 25. cap. de Symoniacis.

Duodecimò, quòd ſecundus maritus alicuius mulieris incognitæ carnaliter à primo ſit bigamus per cognitionem illius, & prohibetur ab ordinibus. diſt. 27. cap. vlt.

Decimo tertiò, quòd cognoſcens ſororem vxoris ſuæ non tenetur vxori petenti debitum reddere. diſt. 24. cap. de his.

Decimo quartò, quòd ille, qui vxore viuente duxit aliam in aliena patria, qui rediens ad conſcientiam vult eam dimittere, & nõ poteſt, ſi cogitur ab Eccleſia remanere, & debitum reddere, quia ſibi non creditur: dicit magiſter ꝙ incipit excuſari per obedientiam, & timorem, & tenetur reddere debitum, ſi petatur. diſt. 38. cap. vlt.

Decimo quintò, quòd peccata deleta non pateſiant alijs in iudicio. diſt. 44. cap. Hic quæritur vtrùm electis.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

TABVLA SECVNDA, SINGVLAS DISTINCTIONES,

TOTAMQVE IN VNIVERSALI QVATVOR Librorum Magiſtri Sententiarum materiam ob oculos ponens, perquàm commoda, & vtilis ſacræ Theologiæ Candidatis.

LIBER PRIMVS QVADRAGINTA, ET OCTO diſtinctionibus contemplatur Deum in æternitatis abyſſo, ſe, & alia in ſe intelligentem, & volentem, cuius

Diſt. prima agit de vniuerſali Theologiæ materia, ſcilicèt de rebus, & ſignis. Car. 1011

Secunda Diſtinctio, de rebus fruibilibus, nempè de vnitate diuinæ eſſentię, & perſonarum Trinitate, ex ſacris inueſtigabilibus ſcripturis. cap. ibid.

Tertia, de iiſdem fruibilibus rebus, inueſtigabilibus per creaturas. 1012

Quarta, de Perſonarum proceſſionibus. ibid.

Quĩta, de Genitore, & Genito. ibid.

Sexta, de generantis potentia. 1013

Septima, de proprietate potentiæ generantis. ibid.

Octaua, de diuinæ eſſentię veritate, ſimplicitate, & immutabilitate. 1014

Nona, de coæternitate genitoris, geniti, & generationis. ibid.

Decima, de proceſſione Spiritus Sancti actiua. ibid.

Vndecima, de proceſſione Spiritus ſancti paſſiua. 1015

Duodecima, de ordine proceſſionis Spiritus Sancti, à Patre, & Filio. ibid.

Tertia Decima, de differentia proceſſionis, & generationis in diuinis. 1016

Quarta decima, de proceſſione temporali Spiritus Sancti inuiſibili. ibid.

Quintadecima, de principio temporalis proceſſionis Spiritus Sancti in perſonis increatis. ibid.

Sexta Decima, de proceſſione temporali, eademque viſibili Spiritus Sancti. 1017

Decima Septima, de proceſſione Spiritus ſancti inuiſibili. ibid.

Decima octaua, de proprietate Spiritus ſancti, ſecundum quam temporaliter procedit. ibid.

Decima Nona, de æqualitate perſonarum. 1018

Vigeſima, de perſonarum æqualitate in operandi potentia. 1019

Vigeſima prima, de modo loquendi de perſonis cum excluſiua dictione. ibid.

Vigeſima Secunda, de multiplici nominum, ac prædicationũ differentia in diuinis. ibid.

Vigeſima Tertia, de hoc nomine perſona. 1020

Vigeſima quarta, de Nominibus numeralibus in diuinis. ibid.

Vigeſima quinta, de nomine hoc,perſona, accepto pluraliter. 1021.

Vigeſima ſexta,de proprietatibus perſonarum. ibid.

Vigeſima Septima,de diuerſis nominibus proprietatum perſonalium. ibid.

Vigeſima octaua,de proprietatibus non perſonalibus. 1022.

Vigeſima nona, de communi ſpiratione. 1023.

Trigeſima, de relationib., quę conueniunt Deo ex tépore. 1023.

Trigeſima prima, de appropriatis, 1024.

Trigeſima ſecunda,de intellectu aſſignatarum. Proprietatum præſertim de amore,& ſapientia. ibid.

Trigeſima Tertia, de comparatione proprietatis perſonarum ad eſſentiam. 1025.

Trigeſima Quarta,de perſonarum cum eſſentia, vnitate. ibid.

Trigeſima quĩta,de attributis, quæ conueniunt Deo reſpectu creaturæ. 1026.

Trigeſima Sexta, de comparatione rerum ſcitarum ad Dei ſcientiam, & modo,quo res ſunt in Deo. ibid.

Trigeſima Septima,de comparatione Dei ad res, & modo,quo Deus eſt in rebus. 1027.

Trigeſima,Octaua,de comparatione ſcientiæ Dei ad res ſcitas. ibid.

Trigeſima nona, de immutabilitate ſcientiæ Dei. 1028.

Quadrageſima, de prædeſtinatione,& reprobatione, & earum effectibus. ibid.

Quadrageſima prima, de cauſa reprobationis, & prædeſtinationis. 1029.

Quadrageſima ſecunda, de Omnipotentia Dei. ibid.

Quadrageſima Tertia, de quantitate Omnipotentiæ Dei.

Quadrageſima Quarta, de qualitate potentiæ Dei. 1030.

QuadrageſimaQuinta, de voluntate Dei, & eius acceptione. ibid.

Quadrageſima Sexta, de voluntate, quo ad ſuos effectus. 1031.

Quadrageſima Septima, de diuinæ voluntatis impletione. 1032.

Quadrageſima Octaua, de conformitate voluntatis humanæ ad diuinam,& hæc eſt ſumma totius primi libri Magiſtri in generali. ibid.

LIBER SECVNDVS QVADRAGINTA quatuor diſtinctionibus contemplatur Deum, mundum ab æterno præuiſum,in tempore producentem, cuius,

Diſtinctio prima agit de creatione vniuerſi. 1035.

Secunda, de creatione Angelorum. ibid.

Tertia,de Angelis ſecundùm ſuas cõditiones intrinſecas. 1036.

Quarta,de Angelorum morali bonitate, vel malitia in ſua creatione. ibid.

Quinta, de conuerſione, & auerſione Angelorum. 1037.

Sexta, de Conſequétibus auerſionem Angelorum. ibidem.

Septima, de Angelorum libero arbitrio. 1038.

Octaua, de Angelorum incorporeitate. ibidem.

Nona, de conſequentibus confirmationem Angelorum. 1039.

Decima, de miſſione Angelorum. 1040.

Vndecima, de cuſtodia Angelorum. ibid.

Duodecima, de Corporalis creaturæ conditione, & primò q̃tũ ad materiale principiũ. 1041.

Tertia decima, de dierum, operumque diſtinctione. ibid.

Decima quarta, de operibus, ſecundæ, tertiæ, & quartæ dierum. 1042

Decima qũinta, de opere quintæ diei, & ſextæ. 1043

Decima ſexta, de hominis creatione, quantum ad principium effectiuum. ibidem.

Decima ſeptima, de creãtione animæ humanę. 1044

Decima octaua, de productione mulieris. ibidem.

Decima nona, de ſtatu hominis in natura integra. 1045

Vigeſima, de ſtatu naturæ per Adam ante peccatum propagandæ. ibid.

Vigeſima prima, de lapſu primi parentis. 1046

Vigeſima ſecunda, de cauſa primi peccati, quo homo tentatus lapſus eſt. 1047

Vigeſima tertia de Dei permiſſione in actu tentandi, & ſcientia Adæ ante lapſum. ibid.

Vigeſima quarta, de adiutorio per quod homo ante lapſum ſtare potuit. 1048

Vigeſima quinta, de conditionibus lib. arbitrij. ibid.

Vigeſima ſexta, de auxilio liberi arbitrij, ſcilicèt gratia. 1049

Vigeſima ſeptima, de virtute, eiuſque actibus. 1050

Vigeſima octaua, de erroribus Pelagianorum, & Manicheorum circa gratiam, & liberum arbitrium. 1051

Vigeſima nona de poteſtate liberi arbitrij ante lapſum. ibid.

Trigeſima, de peccato originis, & tranſitu eiuſdem in poſteros. 1052

Trigeſima prima, de peccato originali quomodo tranſeat à patribus in poſteros. ibidem

Trigeſima ſecunda, de ablatione peccati originalis per baptiſmum. 1053

Trigeſima tertia, de peccato originali quantùm ad numerum. ibid.

Trigeſima quarta, de peccato actuali, & eius cauſa. 1054

Trigeſima quinta, de peccato actuali, quo ad eius quidditatem, & ſubſtantiam, & cauſam. ibid.

Trigeſima ſexta, de effectu peccati. 1055

Trigeſima ſeptima, de cauſa peccati ſecundum quorumdam opinionem. 1056

Trigeſima octaua, de actibus quantùm ad potentias à quibus producuntur. ibid.

Trigeſima nona, de ſubiectiua potentia actus. 1057

Quadrageſima, de actibus exterioribus. ibid

Quadrageſima prima, de actibus infidelium. 1058

Quadrageſima ſecũda, de actu peccati, quo ad ſuas differentias, ſcilicèt, quò ad actũ exteriorem, & interiorem. ibid.

Quadrageſima tertia, de grauiſſimo omnium peccatorum. ſ. in Spiritum ſanctum. 1059

Quadrageſima quarta, de potentia peccandi, & hæc de ſecundo libro Sententiarum generaliter. 1060

LIBER TERTIVS QVADRAGINTA DISTINCTIONIBVS contemplatur Deum in temporis plenitudine, incarnatum mundum ſufficienter redimentem: cuius,

PRima Diſtinctio tractat de verbi Dei Incarnatione, ex parte perſonæ, quæ aſſumit naturam humanam. 1063

Secunda, de eadem incarnatione ex parte naturæ aſſumptæ. ibid.

Tertia, de conditione naturæ aſſumptæ. ibid.

Qurata, de agente, quo formata eſt natura aſſumpta. 1064

Quinta, de modo vtriuſque naturæ, & aſſumẽtis, & aſſumptæ. 1065

Sexta, de opinionibus, & loquutionibus verbi incarnationẽ exprimentibus. ibid.

Septima, de definitione loquutionum iuxta prædictas opiniones. 1066

Octaua, de conſequentibus incarnationem. 1067

Nona, de ijs, quæ conueniunt naturæ humanæ, ratione naturæ diuinæ. ibid.

Decima de ijs, quæ conueniũt Chriſto ratione naturæ humãæ, quo ad dignitatem, ſiuè naturalem, ſiuè gratuitam. ibid.

Vndecima, de ijs, quæ conueniunt Chriſto ratione naturæ humanæ quantùm ad defectus quinatura inſequuntur. 1068

Duodecima, de incæptione quomodo Chriſto conueniat. ibid.

Decima tertia, de dignitate naturæ humanæ in Chriſto ratione vnionis ad verbum. ibidem.

Decima quarta de comparatiõe ſapientiæ Chriſti ad ſapientiam Dei. 1069

Decima quinta, de defectibus quos Chriſtus aſſumpſit cum natura humana. ibid.

Decima ſexta de modo, quo defectus ſuperius expoſiti Chriſto infuerunt. 1070

Decima ſeptima, de potentijs, & operationibus naturę humanæ in Chriſto. ibid.

Decima octaua, de merito Chriſti. 1071

Decima nona, de efficatia, & vtilitate paſſionis Chriſti. ibid.

Vigeſima, de poſſibilitate alterius modi redemptionis, & de congruitate modi accepti. 1072

Vigeſima prima, de ijs, quæ ad mortem Chriſti pertinent. ibid.

Vigeſima ſecunda, de ijs, quæ cõſequuntur eam. 1073

Vigeſima tertia, de virtutibus Theologalibus. ibid.

Vigeſima quarta, de fide quan-

tum ad eius obiectum, ſiuè materiam. 1074

Vigeſima quinta, de fidei virtute, & efficatia. ibidem.

Vigeſima ſexta de ſpe. 1075

Vigeſima Septima. De charitate. ibid.

Vigeſima octaua, de numero diligendorum. 1076

Vigeſima nona, de ordine diligendorum. 1077

Trigeſima, de ordine charitatis ſecundùm ordinem meriti. ibid.

Trigeſima prima, de duratione charitatis. 1078

Trigeſima ſ'a, de charitate increata, qua Deus nos diligit. ibid.

Trigeſima tertia, de virtutibus cardinalibus. 1079

Trigeſima quarta, de donis. ibi.

Trigeſima quinta, de donorū quorundam differentia. 1080

Trigeſima ſexta, de connexione eorum. 1081

Trigeſima ſeptima, de operib. mandatorum. ibid.

Trigeſima octaua, de pertinentibus ad octauum præceptum, ꝙ in officio linguæ eſt. 1082

Trigeſima nona, de piurio. ibi.

Quadrageſima, de duobus quæ Conſiſtunt in animo. 1083

LIBER QVARTVS QVINQVAGINTA DISITNCTIONIBVS contemplatur Deum, ſub ſignis, & ſacramētis meritū Christi incarnati & paſsi diſtribuentē, ac demum ijs adiutos efficaciter beatificantem,

DIſt. prima, agit primò de Sacramentis in genere Secundò de Sačto veteris legis. 1085

S'a, de Sačtis nouælegis. 1086

Tertia, de ordine, & numero ſacramentorū nouæ legis, & primò de Baptiſmo. 1087

Quarta, de effectu baptiſmi per comparati onē ſuſcipientes. 1088

Quinta, de eodē per cōparationem ad miniſtros.

Sexta, de eodem quantùm ad vſum, & ſolemnitatem. 1089

Septima, de Sacramento confirmationis. 1090

Octaua, de Sacramento Euchariſtiæ. ibid.

Nona, de eodē q̃tū ad vsū. 1091

Decima, de eodem quantùm ad veritatem. ibid.

Vndecima, de eodem quantū ad conuerſionem ſubſtantiæ in ſubſtantiam. ibid.

Duodecima, de conſequentib. conuerſionem. 1092

Decima tertia, de eodem quā. tùm ad diſpenſationem. ibidem.

Decima Quarta, de pœnitentia quo ad ſuam quidditatem. 1093

Decima qūta, de eadem quātum ad ſui integritatem. 1094

Decima ſexta, de partibus Pœnitentiæ. 1095

Decima Septima, de Confeſſione Sacramentali. ibid.

Decima octaua, de poteſtate Miniſtrorum Sacramenti Pœnitentiæ. 1096

Decima nona, de clauibus Eccleſiæ. ibid.

Vigeſima, de quibuſdam pœnitentiam conſequentibus. 1097

Vigeſima prima, de quibuſdam quæſitis circà confeſſionem Sacramentalem. 1098

Vigeſima ſecunda, de effectu Sacramenti Pœnitentiæ. ſ. remiſſione peccatorum. 1099

Vigeſima tertia, de Extrema vnctione. 1099
Vigeſima quarta, de Sacramentis, quæ ordinantur ad remedium totius Eccleſiæ: & primò.
De Sacramento Ordinis, quod pertinet ad multiplicationẽ ſpiritualem Eccleſiæ. 1010
Vigeſima quinta, de conferentibus, & ſuſcipientibus Sacramẽtum Ordinis. ibidem.
Vigeſima ſexta, de Sacramento Matrimonij, quod petinet ad carnalem multiplicationem Eccleſiæ. 1001
Vigeſima ſeptima, de cauſa effectiua Matrimonij, ſcilicèt conſeuſu. 1002
Vigeſima octaua, de qualitate conſenſus ad matrimonium requiſiti. ibidem.
Vigeſima nona, de impedimẽtis conſenſum remorantibus. ibidem.
Trigeſima, de impedimento erroris. ididem.
Trigeſimaptima, de bonis Matrimonij. 1003
Trigeſima ſecunda, de actu Matrimonij, ſcilicèt ratione debiti. ibidem.
Trigeſima tertia, de Antiquorum patrum Matrimonio. 1004
Trigeſima quarta, de cauſa materiali Matrimonij, ſ. perſonarũ legitima coniunctione. ibid.
Trigeſima quinta, de diuortio. 1005
Trigeſima ſexta, de Impedimentis concomitantibus Matrimonium. 1105
Trigeſima ſeptima, de impedimẽtis, quæ impediunt matrimonium contrahendum. 1106
Trigeſima octaua, de voti impedimento. ibidem.
Trigeſima nona, de impedimentis, quæ faciunt perſonã penitus illegitimam reſpectu quarumcunque perſonarum. 1107
Quadrageſima, de impedimento cognationis. ibidem.
Quadrageſima prima, de affinitate. 1108
Quadrageſima ſecunda, de cognatione ſpirituali. ibidem.
Quadrageſima tertia, de beatitudine, ad quam per ſacramenta perdicitur homo. 1109
Quadrageſima quarta, de reſurgentium conditione, primò bonorum, ſecundò malorũ. ibid.
Quadrageſima quinta, de finali omnium præmio, 11010
Quadrageſima ſexta, de pertinentibus ad iudicium. ibidem.
Quadrageſima ſeptima, de Iudicij forma. 1011
Quadrageſima octaua, de perſona iudicantis. ibidem.
Quadrageſima nona, de finali remuneratione bonorum, & malorum. 1012
Quinquageſima, de pœna malorum, & hæc de quarto, vel potius, de quatuor libris Magiſtri Sententiarum. ibidem.

FINIS.

TABVLA GENERALIS,

TOTIVS OPERIS,

Tertia in ordine, omnium rerum memorabilium in toto hoc Gymnaſio tractatarum ſummam complectens, quæ in Quinque adhuc Tabellas maioris claritatis ergò partitur, Quinque eiuſdem Gymnaſij Claſsibus cóciñè reſpondentes, quarum prima ſic incipit,

TABVLA ALPHABETICA,

CLASSIS LOGICORVM.

Nota, A primam; B ſecundam indicare paginam.

A

ABSTRACTIO *poſtrema quid* 12.b.

Abſtractio non poſtrema quid 13.a.

Abſtractio, à ſubiecto, à fundamento, & ab inferioribus quid ibidem.

Abſtractum nomen quid 288.b.

Abſtractorum diſtinctio 289.a.

Abiectione pro excluſione vtuntur Theologi 49.a.

Accidens multiplex. ibid.

Actus multipliciter ſumitur. ibid.

Actio duplex. 50.b.

Accidens quid, & quotuplex 145.a.

Accidens quid, & quotuplex 156.b.

Accidens in ratione vniuerſalis quid ſit ibidem.

Actio quid, & eius proprietates 166. b.

Accentus quid, & quotuplex 247.a

Accidentia duplia. 229.a.

Accidens quomodo capitur 250.b.

Accidens quid. 252.b.

Adæquatio quæ 50.b.

Adiectiuum quid, & quotuplex. 137.a

Affectus duplex 51.a.

Affirmatio quid 185.a.

Agens quotuplex 54.b.

Album eſt prædicatum vniuocum 10. b.

Aliquid opponitur alteri quadrupliciter. 167.a.

Amphybologiæ tres modi. 241 a.

Ampliatio quid. 28.b.

Amphybologia quid, & eius fallacia. 240.b.

An quod quid eſt poſsit demonſtrari de eo cuius eſt. 211.a.

An idem contingat opinari, & ſciri, & quare ſcientia non eſt opinio. 207.a.

Antiquorum duo errores circa ſcientiam. 186 b.

Antecedens quid, & vndè dicatur. 265. a.

Antecedens quotuplex ſit. 266.b
An diuerſorum poſsit eſſe demonſtratio. 210.b
Antecedens quid. 85.a
Appellatio quid. 31.a
Ariſtoteles exercebat Diſcipulos ſuos diſputationibus. 273.a
Argumentum quid. 221.a
Argumentatio quid. 265.a
Argumentatio repetenda eſt à minoribus. 267.a
Argumentis rem obſcurare eſt Sophiſtarum. 263.a
Arguens nulla paſsione debet torqueri. 264.b
Artium omnium, tùm liberalium, tùm mecanicarum, tùm realium, tùm rationalium, tùm naturaliũ, tùm ſupernaturalium partitio, & diſſinitio. 100.b
Argumentatio quid. 221.a
Argumentationis quatuor ſpecies. 111.a.
Argumentatio quid. 85.a
Ars quid. 10.b
Argumentari quid. 1.a
Attingentia quid. 15.a
Authoritas quid, & ab ea locus Dialecticus. 232 b

C

CAuſa quid, & quotuplex. 227.a
Cauſa efficiens quid, & eius locus Dialecticus. 228.b
Caſus quid. 232 b
Cauſa apparentiæ, & cauſa defectus in fallacia quid. 238.b
Cauſa per ſe, & per accidens quid. 51.a
Circulus capitur duobus modis. 196.b
Contradictio quid. 230.b
Coniugata, & caſus differunt. 232.b
Corruptio quid, & eius locus Dialecticus. 229.a
Contra veritatem temerè non eſt diſputandum. 263.a
Coniunctio quid, & quotuplex. 265.a
Conſequutionem negare quid. 269.a
Conſequutionem concedere, aut diſtinguere quid. ibidem.
Conſequutio legitima neceſſaria, & veriſimilis quid. 270.b
Concreti ſignificatum duplex. 288.b
Complexum duplex. 18.b
Conceptus duplex. 51.a
Componere, & diuidere quid. 52.b
Communicabile, vt quod, & vt quo. 52.b
Contactus duplex. ibidem.
Continentia quadruplex. ibid.
Contrahere quid, & quomodo fit. 53.a
Cognitio duplex. 50.b
Conſequentia neceſsitas. 57.a
Conſequentis neceſsitas. ibidem.
Compoſitionum in genere vna Metaphyſica, alia Phyſica. 59.a
Conceptus ſimpliciter ſimplex quid. 68.b
Copula verbalis quid. 74.b
Conſequentia nota quid. 85.a
Concedere propoſitionem quid. 88 b
Concedere, & negare conſequentiam quid. ibidem.
Conſequentia bona quid. ibidem.
Conſequentia mala quid. ibid.
Conſequentia bonitas vndè pendet. 91.a
Concluſio quid. 221.a
Corruptibilium non eſt demonſtratio. 191.a
Concludere directè, & indirectè quid. 172.b
Contradictio quid. 185.a
Contingens, & poſsibile idem. 139.a
Communitates quinque prædicabilium. 146.b

Currit dupliciter ſumitur. 240.b

D

Deſcenſus. 25.a
Deſcenſus quotuplex. ibid.
Deſcenſus canones ſex. 27.a
Deſcriptio quid. 225.a
Demonſtratio vniuerſalis an potior particulari. 202.b
Defendentis partes, ſeu efficia in diſputatione. 266.b
Defendens quot vicibus habeat repetere. 297.a
De Principijs ſcientia præſupponitur quid, & quia. 292.b
Demonſtratio propter quid, & quia, & quomodo differt. 196.b
Demonſtratio propter quid eſt per cauſam propinquam demonſtratio vero quia eſt per effectum, aut cauſam remotam. ibid.
Demonſtratio propter quid pertinet ad ſcientiam ſubalternantem, & demonſtratio quia ad ſubalternatam. 197.a
Demonſtrare circulariter eſt impoſſibile. 186.b
Demonſtratio procedit ex propoſitionibus per ſe. 189.a
Demonſtrator non interrogat de vtraque parte contradictionis. 184.b
Demonſtrationem ex neceſſarijs eſſe. 187.a
De omni quid ſit. ibidem.
Demonſtratio affirmatiua potior negatiua. 204.b
Demoſtratio oſtenſiua potior ducente ad impoſſibile. 204.b
Demonſtratio quid. 184.b
Dependentia duplex. 54.b
Determinatio multiplex. ibidem.
Demonſtratio quomodo fit. 190 b
Deſcriptio quid. 180.b
Deffendens nunquam debet negare conſequens. 269.a
Dialectica quid. 1.a
Dialectica non eſt circa determinatum genus ſcientiarum, ad omnes tamen eſt applicabilis. 194.b
Dialecticus vtrumque concludit diuerſimodè. ibidem
Diuidere quid. ibid. a
Diuiſio quid, & quotuplex. 178.b
Difficile cognoſcitur quando aliquid ſcitur. 192.b
Diſputatio quid. 98.b
Differentia quid ſit formaliter. 154.b
Differentia in ratione differentiæ differt à differentia in ratione vniuerſalis. ibid.
Diſtinguere propoſitionem quid. 88.b
Diſtinguere antecedens quid. 268.b
Diſciplina rationalis quid, & quotuplex. 81.a
Diuiſio Diductio, & Diſtributio quid. ibidem.
Diuiſum quid. 83.a
Diffinitio, & diffinitum quid ibid.
Differentia quid, & quotuplex. 144.b
Differens dicitur tribus modis. 142.b
Diſtributio quid. 32.b
Diſtributionis plures ſpecies. 33.a
Diſtributio ſingularis quotuplex. 34.
Diſtributio quadruplex. ibidem.
Diſtributio ſimplex, quadruplex. ibidem.
Differentia loci à proportione à loco, à ſimili. 231.a
Diſputatio quid ſit. 262.b

Diffinitio dari non debet per Metaphoram. 217 a.
Diffinitio oïs eſt vniuerſalis. ibidem.
Dignitatis, ſuppoſitionis, petitionis, & diffinitionis adinuicem diſcrimen. 193. a.
Differentia inter poſitionem, petitionem, & quæſtionem. ibid.
Differentia tres inter diffinitionem, & ſuppoſitionem. 195. a.
Diuiſionis quatuor præcepta. 179. a.
Diffinitio quid, & quotuplex. 180. b.
Diffinitio eſſentialis quid. 181. a.
Dignitas quid. 186. b.
Diffiniendi præcepta valdè notanda. 182. b.
Diffinitionis enodatio. 4. b.
Dialectica quid, & vnde dicta. 129. a.
Diffinitio quid 224. b.
Dictum ſimpliciter quid. 252 b.
Diffinitionum alia quid rei, alia quid nominis. 213. b.
Diſputatio, Doctrinalis, Dialectica Tētatiua, & Sophyſtica quid. 235 a.
Diuiſionum multiplicitas. 233. a.
Dici de omni, & dici de nullo quid. 170. b.
Diſputatio quid, & quotuplex 234. b.
Diffinitio quid. 145 a.
Diſtinguere conſequentiam quid. 99. a.
Diffinitio non affirmat, neque negat. 186. b.
Diſputatio cur eſt inuenta. 262. b.
Diſcrimen inter Grammaticas, & Dialecticas proprietates. 278 b.
Dici de ſubiecto, & eſſe in ſubiecto quid. 160. b.

E

Eclipſis Lunæ quid ſit. 206. b.
Elenchus quid. 253. a.
Enthymena quid. 222 b.
Enthymenatis redutio ad Syllogiſmū perfectum. ibidem.
Enuntiatio quid. 185. a.
Enuntiatio quid. 223. a.
Eſſe formaliter in aliquo bifariam contingit. 58. b.
Ex vno nihil ſequi quomodo intelligitur. 187. a.
Exercitatio naturam vincit, & aliquando mutat. 262 b.
Extremi excluſi duo canones. 38. b.
Exemplum practicum de modo diſputandi. 271. a.
Exercitatio quid. 98. b.
Exemplum quid. 222. b.
Expoſitio quid. 36. b.
Exponibilium propoſitionum genera ſeptem. 36 b.
Æquiuocationis tres modi. 238 b.
Æquiuocatio quid. 277. a.
Æquiuoca, vniuoca, & denominatiua quæ. 159. a.
Æquipolentiarum regula. 136. b.
Æquiuocatio, & Amphybologia in diſputatione fugienda, ſicuti & mendacia. 263 a.

F

Fallacia ignorantia Elenchy. 254. b.
Fallacia facientes multiplex potentiale. 243. a.
Fallacia omnes quomodo reducuntur omnes ad ignorantiam Elenchy. 259 a
Fallacia accentus quid, & eius modi. 247. a
Fallacia extra dictionem. 250. b
Fallacia accidentis quid. ibidem.
Fallacia æquiuocationis quid. 238. b
Fallacia qualibet duplicem habet in

ſe cauſam, ſcilicet apparentia, & defectus. ibidem.
Fallacia figura dictionis quid, & eius modi. 248.b
Fallacia bifariam ſumitur. 237.a
Fallacia non cauſa, vt cauſa. 257.a
Fallacia quid, & quotuplex. 236.b
Fallacia ſecundùm quid ad ſimpliciter. 252.b
Fallacia conſequentis quid. 256.b
Fallacia compoſitionis quid, & cauſa apparentia, & defectus in ea. 244.b
Fallacia diuiſionis quid, & quotuplex. 245.a
Falſum quid. 235.a
Figura Syllogiſtica quid. 171.a
Figura quid. 165.a
Finita finite ſumpta non ſunt infinita. 201.a
Finis quid, & ab ipſo locus Dialecticus. 228.b
Forma, & circa hoc aliquid conſtans figura. ibidem.
Forma quid, & ab ea locus Dialecticus. ibid.
Forma totius, & forma partis qua. 59.a. & 60.b
Fundamentum duplex. 60.b

G

GEneratio quid, & ab ea Locus Dialecticus. 229.a
Generis tres acceptiones. 149.a
Generis diffinitio proformali. ibid.
Generis diffinitio. 141.a
Generis diuiſio. ibid.
Generis generaliſſimi diffinitio. 143.a
Generis generaliſſimi diuiſio in decem prædicamenta. ibidem.
Genus Logicum quid. 142.b
Genus Logicum, & Phyſicum quid. 60.b.
Genus ſubalternum quid. 143.a
Genus ſubalternum quid ſit Logicaliter. 151.a
Genus primo modo, & pro ſecunda intentione ſumptum quomodo fundatur. 150.b
Genus ſecundo modo pro ſecunda intentione quid ſit. ibid.
Genus tertio modo quomodo diffinitur formaliter. 151.a
Genus generaliſſimum quid ſit Logicaliter. ibidem.

H

HAbere dicitur multipliciter. 169.a
Habitus, & diſpoſitio quid ſit. 165.a
Habitudo quid. 60.b
Habitus quid, & eius proprietates. 167.a
Homonymorum duo genera. 10.b

I

IDem tripliciter dicitur. 142.b
Idem poteſt demonſtrari per plures cauſas. 213.a
Ignorantia quotuplex. 199.a
Ignorantia pura negationis quomodo in nobis cauſetur. ibidem
Ignorantia Elenchy quid ſit. 254.b
Illationis nota qua. 2.b
In demonſtratione ſunt tria. 191.a
Inſtantia quadruplicia. 43.a
Immediatio duplex. 61.a
Intentio triplex. ibidem
Interrogationis nota qua. 95.a
Inductio quid. 221.a
Indiuiduum quid. 145.a
In cauſis cauſatis quomodo eſt poſſibilis circularis demonſtratio. 215.a

Immortale dupliciter capitur. 240.b
Incorruptibile capitur dupliciter. ibid.
In medijs demonſtrationis non eſt proceſſus infinitus. 200.b
In locum, à toto, à parte, à cauſa, ab effectu, à generatione, à corruptione, ab vſibus, & à communiter accidentibus, & diffinitio quorũcumque notũ eſt multiplex. 226.b
Inopinabile quid. 235.a
In diſputatione quid valdè attendendum eſt. 264.b
In diſputatione duo ſunt neceſſarij. ibidem.
Interrogationes proprias habet qualibet ſcientia. 144.b

L

LOcus à diffinitione, à diffinito, à deſcriptione, & à deſcripto quid. 224.b
Locus à relatiuis, à relatiuè oppoſitis, à contrarie appoſitis, & à priuatiuè oppoſitis quid, & ab ipſis locis Dialecticis. 230.b
Locus Dialecticus quid. 223.a
Locorum Dialecticorum diuiſio. ibid.
Locus à contradictoriè oppoſitis quid. 230.b
Loci extrinſeci qui, & quot. ibid.
Loci à coniugatis, & a caſibus. 232 b
Loci medij quot. ibidem.
Locus intrinſecus, extrinſecus, & medius quid. 223 a. & 224.b
Locus maxima, & locus differentia maxima quid. 223.a
Locus à ſubſtantia quid. 224.b
Locus ab Etymologia quid. 225.a
Loci à concomitantibus ſubſtantiam diuiſio. ibidem.
Logica quid ſit. 153.a
Logici munus præcipuum eſt diſputatio. 161.a
Linea quid. 163.a
Luna quare defficit. 209.a

M

MAius, & minus quid, & ab ipſis loci Dialectici. 231.a
Maior propoſitio quid. 85.a
Minor propoſitio quid. ibid.
Materia propoſitionum triplex, ſcilicèt naturalis contingens, & remota, harum diffinitio. 134.b
Membra diuidentia quæ, 178.b
Medium quid. 221.a
Modi per ſe quatuor, & quid vnuſquiſque ſit. 188.b
Modi eſſendi in, octo. 159.a
Modus intrinſecus quid. 61.a
Motus ſex ſpecies, ſcilicèt generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, & ſecundum locum mutatio. 169.a
Modus diſputãdi Academiæ Louanienſis laudabilis. 262.b
Multiplex tribus dicitur modis. 237.a
Multiplex actuale quando ſit, ibid.
Multiplex potentiale, & actuale ibid.

N

NAturalis potentia, vel impotentia quid. 165.a
Negatio duplex. 62 b
Negare propoſitionem quid. 88.b
Negare, aut concedere antecedens quid. 268.b
Negatio cognoſcitur per affirmationem. 145.a
Negatio quid. 175. & 185.a
Neceſſario non ſcitur niſi ex neceſſarijs. 189.a
Nimis non eſt inhærendum verbis, neque à latinitate recedendũ. 178.b
Nomina affirmatiua, & negatiua. quæ. 23. a
Nomen fontanum quid. 4.b
Nomen Phyloſophicum quid. 3.a
Nominis diffinitio. 130.b
Nominis diuiſio. ibid.
Nomen materiæ multiplex. 61.a

Notitia principiorum non ſit ex principijs notioribus. 222.b
Notitia principiorum non ineſt nobis à natura. 221.a
Notitia actualis principiorum quomodo acquiritur in nobis. ibid.
Notitia ad aſſentiendum principijs quō ineſt nobis à natura. ibid.
Notiora aliqua dicũtur tripl'r. 185.a
Non omnis cuius eſt diffinitio eſt demonſtratio. 210.b
Nulla ſcientia particularis vtitur principio cōmuni ita manēte. 192.b
Nullius, & eiuſdem eſt definitio, & demonſtratio. 210.b

O

OBiectum multiplex. 62.b
Oīs doctrina ſit ex praexiſtenti cognitione. 183.a
Opponens quid. 97.a
Oppoſita diſparata quæ. 230.b
Oppoſitorum quatuor ſpecies. ibidem.
Oppugnantis tria munia. 265.a
Oſtenſio duplex. 190.b
Oratio indicatiua quid. 74.b
Orationis diffinitio, & diuiſio. 131.a

P

PAßio, & paßibilis qualitas. 165.a
Paßio quid, & ei⁹ propria. 167.a
Pars multipliciter capitur. 63.a
Per ſe, & per accidens duobus dicitur modis. 67.a
Perfectio triplex. 65.a
Petitio principij quid. 255.a
Petere principium quid. ibid.
Poſitio quid, & quotuplex. 185.a
Poßibili poſito ineſſe nullum ſequitur impoßibile. 160.b
Potentia multipliciter ſumitur. 64.b
Poſitio quid, & eius proprietates. 167.a
Potentia ſenſitiua vniuerſalis, actus verò ſentiendi ſingularis. 222.b
Prædicatum quid. 74.b. & 132.b
Prædicamentorũ coordinationes impermixta. 198.b
Propoſitiones immediatæ an ſint aliquæ. ibid.
Prædicatio multiplex. 64.b
Præcognitiones duæ ſunt, tria verò præcognita. 183.a
Prædicatum quid. 6.b
Præcepta abſque diſputatione parùm prodeſſe. 291.a
Prædicari vniuocè, equiuocè, & denominatiuè quid. 147.a
Prædicatio æquiuoca, & vniuoca quid. 10.b
Prima figura, & eius nouem modi. 172.b
Prius dicitur quintupliciter. 168.a
Principiorum diuiſio. 192.b
Principium primum quomodo ingreditur demonſtrationem. 144.b
Principia prima quomodo nobis innoteſcunt. 221.a
Priuatio non inhæret. 11.a
Principium variè ſumitur. 65.a
Principium vniuerſale quomodo ſit nobis notum. 221.a
Propriũ quid, & quotuplex. 145.a
Propoſitio quid. 123.a
Propoſitio falſa quid. 88.b
Propoſitio Hypothetica quid, & quotuplex. 135.a
Propoſitio cōditionalis, copulatiua, & disiunctiua quid. 138.b
Propoſitiōis cathegoricæ diuiſio. 132.b
Propoſitiōis immediatæ diuiſio. 185.a
Propoſitio ſecundi, & tertij adiacentis quæ. 3.a
Propoſitio vniuerſalis, particularis, indefinita, & ſingularis quid. 132.b
Propoſitio affirmatiua, vel negatiua quid. 133.a
Propoſitionũ triplex quiſitiuũ, ſcilicet quæ, qualis, & quanta. ibid.

Propoſitio vera quid. 88.b.

Propoſitio quid. 74, & 170.b.

Propoſitionum multiplicitas. 66 b.

Propoſitio multiplex quid. 88. b.

Propoſitio modalis quid. 138.b.

Propoſitionum modalium æquipollentia. 138.b.

Propoſitiones exceptiuæ quæ, & quo duobus modis ſatis explicantur. 39 a.

Propoſitiones reduplicatiuæ, Ipſarūque ſigna. 40. b.

Propoſitionum reduplicatiuarum duo Genera recipienda. 41.a.

Propoſitio quid, & quot eius partes. 266 b.

Propoſitio iſta poteſt dicere duplicem circunſtantiam. 238.b.

Propoſitio immediatè Dialectica, & demonſtratiua quid. 185.a.

Propoſitio quid, & quotuplex. 132 b.

Propoſitio categorica quid, & vndè dicta. 132 b.

Propoſitiones exponuntur dupliciter. 37.a.

Propoſitio negatiua immediata datur. 198.b.

Propoſitio negatiua quot modis dicitur immediata. ibid.

Propoſitio, quæſtio, concluſio, quomodo differunt. 223. a.

Propoſitiones excluſiuæ quæ. 36 b.

Propoſitio plures quid. 258.b.

Propoſitio hæc Chriſtus eſt Mariæ primogenitus quomodo exponenda. 48.b.

Propoſitiones neceſſariæ à temporis differentia abſoluuntur. 29.a.

Proportio duplex. 65 a.

Proportio quid, & locus ab ea ſumptus. 231.a.

Proprium dicitur quatuor modis. 154.b.

Proprium in ratione proprij quid. 155.a.

Proprium in ratione vniuerſalis quid ſit logicaliter. ibid.

Propoſitionis, Contrariarum, ſubcontrariarum, Contradictoriarum, & ſubalternarum definitio. 133.a.

Propoſitionum modalium diuiſio. 140.b.

Prædicabile quid. 141.a.

Prædicabile, & vniuerſale idē. 141.a.

Propoſitionis dialecticæ duæ ſunt partes. 2.b.

Propter quid quomodo inueſtigandum. 217.a.

Q

Qualitas quid, & eius ſpecies. 165. a

Qualia quæ, & quotuplicia. 165.a.

Qualitatis proprietates. 166 b.

Quantitas quid, & quotuplex. 163.a.

Quantitas continua quid, & quotuplex. ibid.

Quadruplex excluſiuarum declaratio. 36 b.

Quatuor artis vocabula. 37. a.

Quando quid quotuplex, & eius propria. 167.a.

Qualia debent eſſe, ex quibus conſtituitur quod quid eſt. 215.a.

Quæſtio quid. 321.905.a.

Quæſtiões ſcibiles quæ, & quot. 206 b.

Quæſtiones omnes ſcibiles quærunt de medio. 206.b.

Qualibet quatuor cauſarum poteſt eſſe medium demonſtratiuum 213 a.

Quilibet effectus quomodo poſſit demonſtrari. 214.b.

Quō erratur circà vniuerſale. 158 b.

Quod quid eſt quomodo inueſtigandum. 215. a.

Quod quid eſt quomodo demonſtretur. 205 a.

Quod quid eſt non poteſt demonſtrari de eo cuius eſt in eo quod quid eſt nec per ſyllogiſmum reduplicatiuum. 211.a.
Quod quid eſt non oſtenditur per ſillogiſmum diuiſiuum, nec per definitionem, nec per ſyllogiſmum demonſtratiuum. ibid.
Quod quid eſt quomodo poſſit demõſtrari de eo cuius eſt. 212 b.
Quod quid eſt, quomodo terminatur. ibid.

R

Ratio pro diffinitione eſſentiali ſumitur. 10.b.
Ratio ſumitur multipliciter. 68 b.
Ratio multis dicitur modis. 220.b.
Ratio formalis quid. 62.b.
Redargutio quid 235.a.
Reſtrictio quid. 30.b.
Reſtritio fit per omnes Grammaticæ orationis partes. ibid.
Res ſucceſſiua, & momentanea quæ. 43.a.
Reſpondendi modi tres. 97.a.
Relatiuorum tres ſpecies. 164.b.
Relatiua quæ, & quotuplicia. ibid.b.
Regula quatuor pro æquipolentijs modalium. 138.b.
Reſpondere quot modis liceat. 268 b.
Regulæ tres de terminis obſeruanda. 92.b.
Res permanentes duo genera dicuntur. 42.b.
Res quando magis ſcitur. 203.a.
Reſpondens quis. 97.a.
Reducere fallacias ad ignorantiam Elenchy quid. 259.a.
Ridere eſt verbum æquiuocũ. 239.a.
Ridiculum eſt ſuperfluè, aut diminutè reſpondere. 267.a.

S

Scientia vndè habet vnitatem, & diuerſitatem. 205.a.
Scientia doctrinalis, & Dialectica differentia quinque. 198.b.
Scire quid. 184.b.
Scientia quomodo ſe habet ad habitus intellectuales. 207.a.
Secunda figura quatuor modi, & regulæ. 173.a.
Syllogiſmus quid. 170.b.
Syllogiſmus ex quibus, & quot terminis conflatur. ibid.
Scibile duplex. 69.a.
Signa Syncathegorematica quæ. 282.b.
Signum vndè eſt dictum. 279.a.
Syllogiſmorum omnium nõ eſſe eadem principia. 206.b.
Syllogiſmorum modus quid. 71.a.
Significare naturaliter quid. 280.b.
Signum mentale, vocale, & ſcriptum quid. ibid.
Syllogiſmus Demõſtratiuus, Dialecticus, & Sophyſticus, quid. 234.b.
Syllogiſmus eſt ex tribus terminis. 200.b.
Significare quid. 279 a.
Significare ad placitum quid ibid.
Signum quid. 81.a.
Signa ſuppoſitionem diſtributiuam afficientia. 22.b.
Simul dicitur tripliciter. 196.a.
Syllogiſmorum regulæ vniuerſales. 175.a.
Sinchathegoremata quid. 74.b.
Similitudo quid, & eius locus Dialecticus. 231.a.
Syllogiſmus duplex 257 a.
Syllogiſmus Oſtenſiuus, & ad Impoſſibile quid. 257 a.
Syllogiſmus Sophyſticus ad quinque metas ordinatur. 235.a.
Scientiæ ſpeciales quomodo vtuntur principijs cõmunibus. 292.b.
Solæciſmus quid. 235 a.
Solus non ſẽper dictio excluſiua. 38.b.

Sonus quid, & quotuplex. 130.b.
Sonus vox quid. ibid.b.
Sophyſta finis. 236.b.
Solers, & ſolertia quid ſit. 208 b.
Solutio recta quid, & quotupliciter fiat. 240.b
Species dupliciter dicitur. 69.a.
Species omnes eſſentialiter diffiniri poſſunt. 181.a.
Species quid, & quotuplex. 143.a.
Species dupliciter capitur. 152.b.
Species ſubalterna logicaliter quid ſit. 153.a.
Species ſpecialiſſima, & ſubalterna quid. 143 a. & 152.b.
Subiectum, copula, & prædicatum quo aliter ſe habent in argumentatione. 266.b.
Suppoſitio quid. 186.b.
Subiectum quid. 132.b.
Suppoſitio, & petitio quid ſint. 193 a.
Subiectum quid. 6 b.
Subſtantia quid, & quotuplex. 161.a.
Subſtantiæ proprietates. ibi. a.
Subiectum varie capitur. 69.a.
Suppoſitio quid. 18.b.
Subiectum quid. 74. b.
Suppoſitio ſimplex quid. 23.a.
Suppoſitio ſimplex quotuplex. 24. b.
Suppoſitio materialis quid. ibidem
Suppoſitionis tria Genera. 20 b.
Suppoſitio perſonalis quid. idid.
Supperius quid. 21. a.
Suppoſitio multiplex. ibid.

T

Termini adiectiui qui. 10. b.
Terminus logicus, & non logicus quid. 81.a.
Termino ſeptem accidunt. 6 b.
Termini duplex qualitas. ibid.
Termini non ſunt vnius Generis. 7.a.
Termini vocales, ſcripti, & mentales qui. ibidem a.
Terminus materialis, & perſonalis quid. 77.a.
Terminus incomplexus, complexus, abſolutus, connatiuus, communis, & ſingularis quid. 78.b.
Terminus primæ intentionis, & ſecundæ intentionis quid. 81.a.
Termini vis conſideratur. 8.b.
Termini cathegorematici, ſiuè ſincathegorematici quid. 8.b.
Termini ſingulares, ſiuè communes qui. 8.b.
Termini vniuoci, & æquiuoci qui. 9 a
Terminus ſingularis æquiuocè de pluribus prædicatur. 10.b.
Termini abſoluti multiplex acceptio. 13 a.
Termini relatiui, ſinonymi, & conuertibiles quid. 14.b.
Termini primæ, & ſecundæ intentionis quid. 15.a.
Termini diſparati, non diſparati, finiti, infinitati, infiniti, limitati, tranſcendentes, incomplexi, & complexi qui. 16.b. & 17.a.
Terminus vocalis ſcriptus, & mentalis quid. 74. b.
Terminus vniuocus, æquiuocus, & homonimus quid. ibid.
Terminus cathegorematicus, & mixtus quid. ibid.
Termini ſubſtantiui qui. 11.a.
Termini concretiui, & abſtractiui qui. 11. b.
Termini quid. 5.a.
Terminus quid. 170 b.
Termini ſecundæ intentionis non ampliantur tertia figura regula, & modi. 174.b.
Termini tribus modis. 59.a.
Totum vniuerſale, & pars vniuerſalis quid, eiuſque locus dialecticus quid. 226.b.

Totũ integrale, & pars itegralis quid, & eius locus dialecticus. 226.a.
Totum in quãtitate, & eius pars, & locus dialecticus quid. 227.a.
Totum in modo, & pars eius, & locus dialecticus quid. 227.a.
Totum in loco, & pars eius, & locus dialecticus quid. ibidem.
Totum in tempore, & pars eius, & locus quid. ibid.
Tranſſumptio quid, & quotuplex, & eius locus dialecticus. 232. b.
Tranſſumptio quid. 239.a.
Tres ſunt creantes, & non creatores duo ſpirãtes, & nõ ſpiratores. 32 b.
Tranſſumptio quid. 241. a.
Tria ſunt in demonſtratione. 192 a.

V

VAria medicorum officia. 61.a.
Vbiq; tripliciter ſumitur. 239.a.
Vbi prædicamentum quid, quotuplex, & eius proprietates. 161.a.
Veritas aut falſitas in qua oratione reperiatur. 2.b.
Verum, & falſum quomodo ſunt in rebus, & in oratione. 162.b.
Verbi diffinitio, & diuiſio. 131 a.
Verbum prædicatur dicit aptitudinẽ, & non actum. 143. a.
Verbum quid. 2.b.
Verba cõpoſita ab arte arcẽda eſſe. ibi.
Verbi natura. 3. a.
Verbũ ſubſtantiuum eſt dialecticum verbum. ibidem.
Verum concedere, falſum negare, multiplex diſtinguere oportet reſpondendo. 265.a.
Vitiũ in materia forma argumentationis quando eſt. 268 b.
Via, & ratio inueſtigandæ diffinitionis. 181.a.
Vox connotatiua, abſoluta, & reſpectiua, quid. 2[?]9.a.
Vox cathegorematica quid. ibidem
Vox quid. 279.a.
Vox diſparata, non diſparata tranſcendens, non tranſcendens, finita, & infinita quid. 292.b.
Vox vniuoca, & æquiuoca quid. 282.b
Vox communis quid. 283.a.
Vox ſingularis quæ. ibidem
Vox propriè ſumpta quid. 288 b.
Vox Metaphſica quid. ibidem.
Vox ſignificatiua, & non ſignificatiua quid. 130 b.
Vox complexa, & incomplexa quid. ibidem.
Vox ſignificatiua naturaliter, vel ad placitum. 130.b.
Vocis Inſtrumẽta quæ, & quot. ibid.
Vox conuertibilis, & non conuertibilis cõis, magis cõis, minus cõis, excedens, & exceſſa quid. 290 b.
Vox ad placitum quid. 279 a.
Vniuerſale quid. 141.a.
Vniuerſalis diuiſio in quinque prædicabilia. 141.a.
Vniuerſale honorabilius ſingulari. 206.b.
Vniuerſale quid per ſe, & ſecundum quod ipſum idem. 88 b.
Vl'enõ eſt aliud præter ſingulare ibid.
Vnicus quomodo excludat. 38 b.
Vniuocum, & æquiuocum idem nomen. 182 b.
Vnius concluſionis an vnum medium vel plura. 220.b.
Vniuerſale, & ſingulare opponuntur. 185.a.
Vſum eſſe patrem doctrinæ. 99.a.
Vſus rerum omnium magiſter. 261.a.
Vſus quid, & locus ab eo. 229.a.

TABVLA ALPHABETICA, RERVM MEMORABILIVM, QVÆ CONTINENTVR IN CLASSE PHYSICORVM.

A

ABſtrahentium non eſſe mēdatium. 310.b
Ab oppoſito in oppoſitum, mutatio oīs per ſe. 359.a
Actionis, & paſſionis quinque conditiones. 445.a
Actus actionis, & paſſionis ſunt in patiente. 509.a
Actus actiuorum eſſe in patiente benè diſpoſito. 496.b
Ad Phyſicum ſpectat determinare de caſu, & fortuna. 314.b
Ad Philoſophum naturalē non pertinet diſputare contra Philoſophos, non naturaliter locutos, nec ſoluere ratiōes Permēidis, & Meleſſi 295.a
Ad quæ, & quot prædicamenta ſit per ſe motus. 361 a
Ad quátuor genera eſſe per ſe motum. 325.a
Agens, & patiens eſſe ſimilia genere, & non ſpecie. 443.a
Agens per formam agit. ibid.
Agentia in agendo repati. ibid.
Agere eſt aſſimilare ſibi paſſum, & pati aſſimilari agenti. ibid.
Agere, & mouere quomodo conueniunt, & differunt. 442.b
Aliquid eſſe in numero tripliciter. 453.a
Aliquid eſt mouens tripliciter. ibid.
Aliquid eſſe in tēpore tripliciter. ibid.
Aliquid eſſe in ſe ipſo non contingit primò, & per ſe. 339.a
Aliquid eſſe in aliquo tripliciter dicitur. ibidem.
Alteratio quid. 329.a
Alteratio per ſe, ad quas qualitates. 350.b
Alterationis differentia ab aliis motibus. 438.b
A magis vniuerſalibus ad minus vniuerſalia procedendum. 294.b
Anaxagoræ opinio de principiis rerum naturalium. 299.a
An ſit vnus, & idem auditus à remoto, & à propinquo. 531.a
An ſit poſſibile propriè aliquid augeri. 439.a
An tonitruū præcedit corruſcationē. 480. b
Anima eſt quodāmodo omnia. 517.a
Anima vegetatiua quid, actus eius, & obiectum. 498.b
Anima quid ex mente Ariſtotelis. 493.a
Anima cauſa effectiua vocis. 504.b
Anima, & corpus an ſint vnū 494.b
Alitum nutriri quādiu viuit. 441.a
Animā eſſe cauſam corporis viuentis iuxta triplex genus cauſæ. 498.b
Animæ duplex diffinitio. ibid.
Animæ conſideratio pertinet ad Phyſicum. 491.a
Animæ potentiæ quomodo comparantur ad inuicem, & ad diuerſa viuentium genera. 519.a
Animæ comparatio ad figurā. 497.a
Animæ potentiæ quæ, & quot. ibid.

Animæ partes quomodo diſtinguntur. 518.*b*
An aliquis mot⁹ ſit perpetuus. 393.*a*
An omnis motus omni motui in velocitate, & tarditate comparari poßit. 381.*a*
An bruta ſentiant odores. 529.*a*
Animalia reſpirantia quomodo odorant. 528.*b*
Animalia ſanguine carentia non habere odorem. 515.*a*
Antiqui attribuerūt Cœlum Dijs pro loco. 416.*b*
Antiqui cur ſacrificabant Dijs in numero ternario. 400.*b*
Antiquorum opiniones de anima. 492.*b*
Antiquorum tres opiniones de caſu, & fortuna. 315.*a*
Antiquorum opiniones de vacuo reprobantur. 345.*a*
Antiquorum opiniones de colore, & ſapore. 525.*a*
Antiquorum ſententia de modo actionis, & paßionis. 443.*a*
Antiquorum conuenientia, & differentia circa principia. 302.*b*
Aqua quare fluūt, & refluūt. 470.*b*
Ars imitatur naturam inquantùm poteſt. 311.*a*
Aromata an conferant guſtui. 528.*b*
Aſtra cuius naturæ ſint. 425.*b*
Aſtra ad motum ſuorum orbium moueri. 423.*a*
Aſtra eſſe ſphericæ figuræ. 425.*a*
Aſtra diſparia ſunt in motu. *ibidem.*
Aſſerere non eſt ſatis, ſed oportet aßignare rationem. 387.*a*
Augmentatio quid. 325.*a*
Augmentationis comparatio ad alias mutationes. 441.*a*
Augmentationis diſcrimen à cæteris mutationibus. 438 *b*
Augmētationis ſex conditiōes. 440.*b*

C

Caſus, & fortuna, quales cauſæ. 919.*a*
Caſus, & fortuna non ſunt cauſæ per ſe Cœli. 319.*a*
Cauſarum genera quot, & ad quem ſpectet earum conſideratio. 319.*a*
Cauſa motionis, & ceſſationis ventorum. 475.*a*
Cauſa efficiens generationis, & corruptionis quæ. 455.*a*
Cauſa dicitur quatuor modis. 312 *b*
Cauſarum proprietates tres. 313.*a*
Cauſarum quadruplex diuiſio *ibid.*
Cauſa quæ, & quot, & earum proprietates. 312.*b*
Cauſæ per accidens duplices. 317.*a*
Cauſæ omnes per ſe reducibiles ad aliquem quatuor modorum. *ibidem.*
Caſum, & fortunam non eſſe cauſam Cœli. 315.*a*
Caſus, & fortuna ſunt cauſæ poſteriores intellectu, & natura. 313.*a*
Caſus, & fortuna ad quod genus reducuntur. *ibid.*
Centrum quid ſit. 432 *b*
Cœlum voluitur in viginti quatuor horis. 405.*a*
Cœli motum eſſe regularem. 421.*a*
Cœlum eſt ſphericæ figuræ. 420.*b*
Cœlum, & terram non eſſe de natura ignis. 460.*b*
Cœlum nō eſſe graue, nec leue. 402.*b*
Cœlum moueri à parte determinata ad determinatum. 421.*a*
Cœlum eſſe ingenerabile, incorruptibile, inaugumentabile, & inalterabile. 403.*a*
Cœli longitudo ſumitur iuxta polorum diſtantiam. 418 *b.*
Cœlum eſſe vnum, ſempiternū principium, & corruptionem non habens. 416.*b*
Cœlum tripliciter ſumitur. 411.*a*

Cælū, & aſtrū, non eſſe calida. 461.a
Cælū eſt ſpherica figura. 420.b
Cibi cur condiuntur. 526.b
Conſideratio Phyſica de quibus rebus ſit. 310.b
Conſequenter ens quid. 392 b
Continuum quomodo eſt cōpoſitum, & quomodo non eſt compoſitum ex indiuiſibilibus. 368.b
Continui diffinitio. 400.b
Continuum omne diuiſibile in ſemper diuiſibilia. 368.b
Cometa quid quotuplex, quō mouetur & qua portenta indicat. 463.a
Contactum, & continuu quid 362.b
Conditiones comparabilium adinuicem. 382 b
Conditiōes requiſita ad tactum. 442 b
Contrarietates ſeptem, qualitatum t ngibilium. 449.a
Contraria ſecundm locū quid. 362.b
Corpora cæleſtia plura neceſſario ponenda. 419.a
Corpus infinitum non d·ri. 470.a
Corporum cæleſtium difficilis eſt determinatio 419.a
Corpora, & magnitudines, & circa eorum paſſionem, & motus. 399.a
Corpus animatum augeri. 439.a
Corporis diffinitio. 400.b
Corpus infinitū vndique extenſum. 407.a
Cor principale ſenſitiuum. 537.a
Corpora ſuperiora calefacere hac inferiora. 461.a
Corruſcatio quid. 481.a
Cur aliqui nunquam ſomniant. 539.a
Cur in ſuprema regione aëris non generātur nubes, neque vēti 460 b
Cuiuſlibet rei naturalis eſſe tria principia. 706.b
Corruptibile neceſſe eſt aliquādo corrumpi. 415.a
Corruptibile tripliciter. 413.a
Corruptio quid. 325.a

D

D*Eus, & natura, nō agunt fruſtra.* 404.b
Democritus expertus circa naturalia, Plato vero circa diuina, & vniuerſalia fuit. 435.a
Degeneratio quid. 438.b
De quibus rebus prius ſit determinādum in ſciētia naturali, & à quibus incipiendum. 294.b
Determinatio de principio materialium, generabiliū, & corruptibilium ſecundùm veritatem. 449 a
Diſortunium quid. 317.a
Diffinitione vna aliā demonſtrari nō eſſe inconueniens. 495.a
Differentia inter augmentationem, & diminutionem. 499.a
Diffinitiones naturales differre ab aliјs. 491.a
Differentia dua inter Empedoclem, & Anaxagoram. 299.a
Diffiniendi tres modi. 491.a
Differentia phantaſia ab intellectu, & ab opinione. 512 b
Diffinitionis bona quatuor conditiones. 34.b
Diuiſio eorum qua ſunt in loco. 342.b
Deſcrimen inter cælum, & quatuor Elementa. 402.b
Deſcrimē inter caſum, & fortunam. 318. b
Dictum vulgare. 354 b
Dictum Empedoclis. 321.a
Diminutio quid. 329.a
Dicentes naturam non agere propter finem deſtruunt naturam, & ea qua fiunt ſecundùm naturam. 322.b
Dormire cur eſt in animalibus. 536.b
Dubia de partibus ponendis in diffinitione anima. 460.b
Dubitationes circa motum. 327 a

E

Ecnephias quid ſit. 481.a
Elementa quatuor eſſe, & non plura. 450.b
Elementa habentia Symbolum facilius tranſmutantur. 451.a
Elementa quatuor eſſe prima generabilia, & corruptibilia. 452.b
Elementa omnia poſſe ad inuicem tranſmutari. 45.a
Elementa eſſe finita. 451.a
Elementa eſſe quatuor. 432.b
Elementorum quinque proprietates. 450.b
Elementorũ ordo ad inuicem. 460.b
Elementorum numerus penes quas qualitates ſumendus. 449.a
Elementorum generatio. 453.a
Entiũ alia actiua, alia paſſiua. 447.a.
Entium diuiſio. 305.b.
Errores antiquorum circà materiam, & priuationem. 306.b.
Error paruus in principio eſt maximus in fine. 405.a.
Æquiuoca non nunerantur in nomine. 409.a.
Eeufortunium quid. 317.a.
Eſſe, & poſſe non differunt in perpetuis. 330.b.
Eſſe in loco multipliciter. 342.b.
Exhalationes terreſtres cauſare ſalſedinem. 474.b.
Exhalatio duplex. 480.& 474.b
Exalationem calidam, & ſiccam eſſe cauſam ventorum. ibidem
Exiſtens intus prohibet extraneum paſſio duplex ſit. 6.b
Ex eiſdem ſumus, & nutrimur 455.a
Ex duobus elementis non poſſe fieri tertium elementum ab vtroque diſtinctum. 451.a
Expergefationis cauſa. 538.a
Expulſio quid. 379.a

F

Fames quid. 497.a
Finis ſcientia ſpeculatiua ſcire, practica operari. 517.a
Finiti ad infinitum non eſt proportio. 367.a
Finiti ad infinitum non datur proportio. 331.a
Figura non eſt cauſa ſufficiens motus ſurſum, & deorſum. 432.b
Flamma quid. 452.b
Forma quid. 307.a
Forma eſt natura. 309.a
Fortuna quid. 315.a, & 317.a
Fortuna diuiſio. 317.a
Fortunam eſſe indeterminatã. ibid.
Fontium, ac fluuiorum origo, & de ipſis antiquorum opiniones. 468.b
Fluuij omnes naturaliter fluunt ad mare. 472.b
Fruſtrà fieri per plurima, quod poteſt fieri per pauciora. 33.a
Fulmen quomodo generatur. 481.b
Phantaſia natura. 513.a
Phantaſiam non eſſe compoſitam ex ſenſu, & opinione. 512.b
Phantaſia quid. 311.a
Philoſophus quare determinat de ſonis armonicis. 424.b
Philoſophi propria ſententia de motu ſitu, quiete, & figura terræ. 428.b
Philoſophia naturalis conſiderat materiam, & formam. 511.a
Philoſophantium veterum ſententia de ſitu, motu, quiete, & figura terra. 426.b
Phiſicus per omnes cauſas habet demonſtrare.

G

Gallaxia qua, ſeu via qua lactea dicitur. 465.a
Generatio duplex. 359.a

Generatione poſteriora, perfectione priora. 394.b
Generatione quomodo differt à corruptione. 437.a
Genitum à corruptibile conuerti probatur. 415.a
Genitum tripliciter. 413.a
Generationes, & corruptiones quomodo aquè veloces. 383.a
Graue, & leue duplex. 430.b
Graue ſimpliciter, & ſimpliciter leue quid. 431.a
Graue, & leue quid ſint. 402.b
Grandinis natura, locus, tempus, & generatio. 467.a
Guſtus obiectum, & organum quid. 506.b
Guſtus, & guſtabilis determinatio. 506.b

H

HAbitibus praſentibus in materia ceſſat motus. 443.a
Habens naturam quid. 308.b
Holo cuius figura, & coloris ſit. 484.b
Halo, & Iris quō differunt. 486.b
Hyatus, & varagō cuiuus coloris, vndè & quō cauſantur. 463.a
Hyatus, & Vorago quomodo differunt. 463.a
Homo prudētiſsimus animaliū. 505.a
Homogenea partes duplices. 440.b
Humidum dupliciter dicitur. 450.b

I

IDem eſſe in ſeipſo non contingit primo, & ſecundū accidēs. 339.a
Idem eſſe vnum, & multa probatur. 297.a
Incorruptibile tripliciter. 413.a
Inconueniens eſt dicere omnia ſemper quieſcere, aut ſemper moueri 728.b
Inconueniens eſſe opinari naturam non agere propter finem. 322.b
Inconueniēte vno dato multa ſequuntur. 296.b
Indiuiſibile tripliciter dicitur. 516.b
Indiuiſibili nihil minus. 377.a
Idem eſſe vnum, & multa probatur tripliciter. 297.a
Infinitum quid. 296.b
Infinitum quomodo eſt, & quomodo non eſt. 331.a
Infinitum non eſſe quomodo probat Philoſophus. 330.b
Infinitum eſſe probatur. 329.a
Infinitū dicitur quinque modis. 330.b
Infinitum quid, & eius proprietates. 334.b
Infiniti tractatio pertinet ad naturalem. 328.b
Infiniti loci, vacui, & temporis determinationem ad Phyſicum pertinere. 324.b
Infirmitas intellectus eſt dimittere ſenſum, & querere rationē. 388.b
Ingenitum tripliciter. 41.a
Impoſsibile eſt principia rerum naturalium eſſe vnum tantum. 303.a
Impoſsibile eſt plures numeros. 410.b
Impoſsibile penitus, motum penitus, & aque tertium dāda ſunt. 372.b
Immobile aliquid dicitur tripliciter. 361.a
Impulſio quid. 379.a
In quolibet genere eſt vna prima contrarietas. 303.a
In quolibet motu quinque reperiuntur. 357.a
In mouentibus, & motis non eſt abire in infinitum. 379.a
In omni ſenſatione medium eſt neceſſarium. 502.b
In ſempiternis nihil fiere à caſu. 421.a
Ipſius motus eſt motus dupliciter intelligitur. 360.b

Iris

Iris quid, & eius colores. 484.b
Iris cur apparet per modum ſemicirculi. 487.a
Inſipiēs abſque ratiōe loquitur. 386.b
Intellectus eſt quodammodo omnia. 556.b
Intellectus agens inſeparabilis, incorruptibilis, immortalis, & incorporeus. 555.a
Intellectus agentis proprietates. ibid.
Intellectus agens quid. ibid.
Intellectus operatio duplex. 516 b
Intellectus nihil intelligit abſque phātaſmatibus. 517.a
Intellectus poſsibilis eſt locus ſpecierum. 514.b
Intellectus proprietates, & quomodo differt à ſenſu. ibid.
Intellectus poſsibilis quid. 555.a

L

Lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. 517.a
Locus quid ſit, inueſtigatur. 341.a
Locus proprius debet eſſe loco aqualis. 340 b
Locus an ſit materia, vel forma. 338.b
Locus duplex. ibidem.
Loci dua proprietates. 343.a
Loci conſideratio ad quē ſpectet. 336.b
Loci definitio. 342.b
Luminis diffinitio. 502 b
Lumen quid. 524.b

M

Materia quid. 307.a
Materia eſt natura. 308.b
Materia quomodo generabilis, & corruptibilis per accidens. 307 a
Materiam eſſe tantùm ens in potentia. ibid.
Materia eadem magni, & parui. 349.a
Materia generabilium, & corruptibilium eſt eadem. 439.a
Materia appetit formam, vt turpe pulchrum. 307.a
Materia primum principium materiale. 449.a
Materiam eſſe propter finem, & pertinere ad quidditatem rei materialis. 323.a
Materiam & priuationem eſſe vnū numero, & ſpecie diſtingui. 305.a
Materia contrariorum eadem. 419.a
Mathematicus, & Phyſicus conſiderant de eodem diuerſimodè. 310 b
Mathematicorum opinio de menſura terra. 429 a
Magnitudini an conueniat infinitum. 331.a
Magis vniuerſalia, magis nobis nota. 294.b
Magis, & minus aliquid dicitur tripliciter. 414.b
Mala fortuna quid. 317.a
Mare quandiù durabile, & vnde ſalſum. 472 b
Maris natura quid. 471.a
Memoria quid, & cuius ſit, & qua animalia pollent memeria 533.a
Memoria quomodo augeatur, & cōſeruetur. 534 b
Memorandi modus. 535.a
Metallorum genera ſeptem, & quomodo generantur. 488.b
Medium duplex. 416.b
Medium quid. 362 b
Medium inter contraria eſt quodammodo vtrumque. 358 b
Medium inter tangibile, & tactum debet poni. 508.b
Menſura debet eſſe notiſsima. 336.b
Mineralia qua, quotuplicia, & quomodo generantur. 488.b
Mixta quō dicuntur grauia. 431.a
Mixta quō generantur ex Elementis. 454.b

Mixtum, & mixtibile quid. 464.b
Mixtio duplex. 524 b
Mixtionem neceſſe generationem, neque alterationem, neque augmentationem. 446.b
Modus compoſitionis mixti perfecti 455 a
Modus generationis mixti. 454 b
Modi eſſenæ in quot. 338 b
Modus per quem animalia ſentiunt à longe. 520.b
Modum eſſe ſempiternum nititur probare Ariſtoteles. 414.b
Modus generationis corruſcationis. 480 b
Modus quomodo diuiſibilis. 372 b
Motus regularis, & quot modis dicatur irregularis. 363.a
Motuum ſpecialium ad inuicem cōparatio. 382.b
Motus in quo eſt, & vnde denominatur. 357.a
Motus quotuplr dicitur vnus. 363.a
Motus omnis violentus, aut naturalis eſt. 346.b
Motus quilibet à perpetuitate alienus præter circularem. 395.a
Motus circulari Cæli non eſſe alium motum contrarium vni. 403 a
Motus nihil eſt præter ſubſtantiam, quantitatē, qualitatem, & vbi. 325.a
Motū non eſſe aliquid vniuocū. ibid.
Motus localis inter omnes motus ſolus eſt perpetuus. 394.b
Motus naturalis eſt velocior in fine quàm in principio. 410.b
Motum eſſe actum entis in potentia probatur. 315.a
Motum cæli eſſe cauſam generationis, & corruptionis. 456.b
Motus contrarij inter terminos contrarios. 404.b
Motus localis diuiſiones. 379.a
Motus per ſe ad quæ prædicamenta. 325. a
Motus quid. 325.a
Motui infinito infinita potentia debetur. 297.a
Motus primò eſt menſura primi mobilis. 756.b
Motus circularis perpetuus, & vnus. 396.b
Motus, & mutationis quot ſpeciés, quot entitates. 325 a
Motus quomodo ad inuicem contrariantur quinque modis. 365.a
Motus omnis de contrario in contrarium. 360.b
Motus determinatio pertinet ad Phyſicum. 32[illegible]
Mouens duplex. 320 b
Mouetur, & moueri quotupl r. 337.a
Mouetur aliquid dupliciter. 340.b
Mouens omne ſe ipſum diuiditur in partem per ſe motam, & per ſe mouentem. 391.a
Mouens, & motum ſimul ſunt. 379.a
Mouens omne moueri non eſſe neceſſe. 391a
Mouentium, & n otorum diuiſiones. 389.a
Mouentium diuiſiones. 390.b
Mouentia in duplici ſunt differentia. 320. b
Moueri ad mutatum eſſe quomodo ſe habet. 374.b
Mundus tantum vnus eſt. 409.a
Mutatio omnis eſt in tempore. 355.a
Mutatio ſola de ſubiecto in ſubiectum eſt motus. 360 b
Mutationis ſpecies tres. 358.b
Motus ſempiternitas probatur. 386.b
Matatū eſſe quid, & quotuplex. 373.a

N

N*Atura nihil agit fruſtra.* 518.b
Natura præter duo vtitur re-

ſpiratione. 528.b

Naturam appetit ſemper eſſe. 457.a

Naturam agere propter finem. 321.a

Neceſsitas in rebus naturabibus vnde proueniat. 323.a

Nihil generatur, vt raptim tranſeat 362.b

Nihil moueri in infinitum. 432 b

Nihil pati ab omnimo ſibi ſimili 443.a

Nix quomodo generatur. 469.a

Non omne quod fit non fit ex ſibi ſimili ſecundùm ſpeciem 301.a

Nõ quodlibet poteſt ſegregari ex quolibet. ibidem

Non odorabile tripliciter. 505 a

Non quodlibet eſt quolibet. 300 b

Non ens dicitur tripliciter. 359.a

Nullum corpus eſſe infinitum probatur rationibus logicis. 402.b

Nullum corpus rectè motum eſſe infinitum. 406.b

Nullum corpus ſenſibile eſſe actu infinitum. 331.a

Nullum corpus ſenſibile eſſe infinitum ex parte actionis, & paſsionis. 470.a

Nullum ſempiternum eſſe genitum, vel corruptibile probatur. 414.b

Nullum corpus circulariter motum eſſe infinitum. 404.b

Numerus ternarius perfectus. 400.b

Nunc copulans partes temporis indiuiſibile eſt. 371.a

Nutrimentum quomodo ſe habet ad illud quod augetur. 400.b

O

OCcidens æquinoctionale quid. 476.b

Odorandi modi declaratio. 528.b

Odoratus ſubiectum quid. 527.b

Odoris ſpecies in communi. ibidem

Odoris ſpecies quo nominãtur. 505 a

Olfactus, & eius obiecti determinatio. ibidem

Omne mouẽs Phyſicũ moueri. 326.b

Omne quod ſtat mouetur, & omne quod ſtat, ſtat in tempore. 375.a

Omnis ars habet conſiderare de materia, & forma circa quas eſt. 311.a

Omne quod mouetur ab alio mouetur. 390 b

Omnium natura conſtantium certus eſt terminus augmentationis, & diminutionis. 499.a

Opiniones diuerſa de vacuo. 349.a

Oppoſita iuxta ſe poſita ſenſibiliora. 422 b

Opiniones, & confutationes veterum Philoſophantium de Principijs rerum naturalium naturaliter loquentium. 299 a

Opiniones antiquorum de perpetuitate motus. 385.a

Orbes, & aſtra ſuis motibus nõ cauſate ſonos armonicos. 424.b

Oriens æſtiuale quid. 476.b

P

PAſsio duplex. 500.b

Polus arcticus eſt deorſum, antarcticus ſurſum. 418.b

Parallelus quid. 487.a

Perpetuitatis generationem, & corruptionum duplex cauſa. 418.b

Poſitionum differentia quomodo in cælo reperiuntur, & quot. 417.a

Potentia motiua quid, & vnde fluit. 518.b

Potentia aliquid eſt dupliciter. 389.a

Potentia viſiua qua, & eius obiectũ. 502.b

Poſsibile, & impoſsibile duobus modis. 413.a

Præter quatuor elemẽta datur quintum corpus. 401.a

Primus motor, vnus, immobilis, & ſimplex. 399.a

Primum motum, & primum mobile ſempiterna 388.

Principia parua in quantitate, magna tamen in virtute. 405.a
Principium generationis duplex. ibid.
Principia rerum naturalium quæ, & quot. 303.a
Principia rerum naturalium eſſe contraria 302.b
Principium motiuũ aialis quid. 510.b
Priuatio eſt quodammodo natura. 309.a
Priuatio non eſt omnino extra principium rei. 307.a
Proprietates motui attributa ab antiquis. 326.b
Protecta à quo mouentur, quãdo ſunt extra proijciens. 397.a
Propter communia ſenſibilia non eſt ponendum ſenſum propriũ. 509.a
Pruina quomodo generatur. 466.b
Puncti, & vnitatis diſcrimen. 303.a
Pueri cur non ſomniant. 539.a
Philoſophi opinio de graui, & leui. 430.b
Phyſica differt à Mathematica. 310.b
Pluuia quomodo generatur. 466.b
Pluralitatem rerum non eſſe ponendam abſque neceſſitate. 445.a

Q

Qualitates ſenſibiles, an ſint in infinitum diuiſibiles. 529.a
Quæſtiones tres de Elementorum ordine ad inuicem. 460.b
Quæ non ſunt in tempore. 354.b
Quid ſentiendũ de principijs rerũ naturalium ad mentẽ Philoſophi. 301.a
Quicquid poteſt prima cauſa cum ſecunda, illud poteſt per ſe ſola 390.b
Quid requiritur ad perpetuitatem generationum, & corruptionum præter motum cœli. 456.b
Quietum contrarietas. 366.b
Quod mouetur ab alio mouetur. 378.b

R

Ratio ob quam ponebant vacuũ antiqui philoſophi. 344.b
Rationes probantes motum non eſſe perpetuum ſoluuntur. 387.a
Reprobatio paſſionum Parmenidis, & Meliſſi. 297.a
Reprobatio Empedoclis, & Anaxagoræ. 386.b
Reminiſcentia quid, & quõ fit. 534.b
Res naturales quõ generantur. 305.a
Rectũ eſt iudex ſui, & obliqui. 493.a
Res quomodo generatur. 466.a
Roris, & pruinæ conuenientia, & differentia. ibid.

S

Saporis ſpecies ſeptem. 607.a
Sentire contingit duplic. ter. 500.b
Senſus quæ potentia. ibidem.
Senſus communis quid. 510.b
Senſus, & ſenſibile duplex. ibidem.
Senſus eſt particularis, ratio vniuerſalis. 303.a
Senſibilia communia quinque. 501.a
Senſus exteriores quinque. 509.a
Senſibile poſitum ſupra ſenſum non facere ſenſationem. ibid.
Senſibile per accidens quid. 501.a
Senſibilium diuiſio. ibidem.
Sedendo, & quieſcendo, fit anima prudens, & ſciens. 781.a
Sequentium *Parmenidem, & Meliſſum conturbatio.* 297.a
Singulare *includit materiã, vniuerſale autem non.* 410.b
Signum *magnæ ſtultitiæ, aut præſumptionis eſt inquirere de oibus.* 421.a
Situs quid. 497.a
Simul *tangentium definitio.* 442.b
Simul *loco quæ.* 362.b
Simul *tangentia tripliciter.* 442.b
Sciẽtia tres iuxta tria genera entium. 720.b
Sciẽtia de anima, quõ præſtans, vtilis, & difficilis, & ad quem ſpectet de

ea determinare. 489.*a*
Scientiæ ſecantur ſicuti res, de quibus ſunt. 517.*a*
Sol eſt cauſa quietis ventorum dupliciter. 475.*a*
Somnium quid, & vndè 538.*b*
Somnij ſecunda diffinitio. 557.*a*
Somnia à quo proueniant. 540.*b*
Somnia quam difficilia ad exponendum, & quis eorum optimus interpres. ibid.
Somnus quid, cuius, & à quo effectiue. 536.*b*
Sonus armonicus, haud à motu aſtrorum cauſatur. 424.*b*
Sonorum differentia. 50[illegible]
Sonus quomodo generatur, & quæ requirantur ad eum. 503.*a*
Supra indiuiſibile nihil moueri. 369.*a*
Suppoſito quod ſint plura principia, an ſint finita, vel infinita. 365.*a*

T

TActus ſenſus, vbi cõſiſtat. 508.*b*
Tactus, & tangibilis determinatio. 507.*a*
Tactus obiectũ, & organũ quid. 508.*b*
Tantũ eſſe tria corpora. ſ. cælũ, terrã, & corpora intermedia. 410.*b*
Tempus quõ menſurat motum, & quõ ſe habet ad temperanda. 353.*a*
Tempus eſt menſura quietis. 354.*b*
Tempus an ſit perpetuum. 335.*a*
Tẽpus eſt cauſa obliuiõis ſcientiæ. 355.*a*
Tempus an ſit inquiritur. 350.*b*
Tempus, & nunc proprietates. 352.*b*
Terminus ad quem motus immobilis, & triplex eſt. 357.*a*
Terræ motus vndè, & quomodo generatur, eiuſque proprietates. 478.*b*
Terram eſſe ſphericæ figuræ probatur. 428.*b*
Typhonis Generatio. 481.*b*
Tonitrui, & corruſcationis origo, & natura, & quid ſit. 480.*b*
Tractio quid 379.*a*

V

VAcui determinatio ad quem ſpectet. 343.*a*
Vacuum non eſſe probatur ſeptem rationibus ſuprà ex parte vacui. 347.*a*
Vacuum non eſſe materiam. 545.*a*
Vapor, & exhalatio quid. 460.*b*
Vbi deſinit Phiſicus incipit Medic. 521.*a*
Vectio quid 379.*a*
Velactus quid. 370.*b*
Velocitatis, & tarditatis duæ cauſæ. 347.*a*
Ventorũ diſtinctio quadruplex. 478.*b*
Ventorũ numerus, ac nomina. 476.*b*
Ventorum origo, & cauſa. 474.*b*
Vertigo quid. 380.*b*
Veteres, quid opinati ſint de graui & leui. 429.*a*
Viſus obiectus quid, & quale. 523.*a*
Vniuerſi partes moueri tripl'r. 342.*b*
Vniuerſũ perfectũ eſſe ꝓbatur. 399.*a*
Vnum dicitur multipliciter. 396.*b*
Vnum vni contrarium. 403.*a*
Vnum proprium mouens, immobile, & perpetuũ neceſſariò dandũ. 392.*b*
Virga quid ſint. 487.*a*
Violentum nullum perpetuum 402.*b*
Vitæ opera multiplicia ſunt. 495.*a*
Vita cõſiſtit in calido, & humid. 144.*a*
Vocabula iſta nunc, tunc, iam, modo, quotupliciter dicuntur. 355.*a*
Vocis ſubiectum quid. 502.*b*
Vocis diffinitio, & finis. 504.*b*
Viuendi quatuor gradus. 495.*a*
Vtrum primum principium ſit mobile, vel immobile. 295.*a*
Vtrum omnes paſsiones ſint cõmunes animæ, & corpori. 491.*a*
Vtrum ſint plura entia in tempore, vel tantùm vnum. 350.*b*

Z

ZEnonis rationes probantes non eſſe motum. 376.*b*

TABVLA ALPHABETICA,

RERVM MEMORABILIVM,

QVÆ TRACTANTVR IN CLASSE Metaphyſicorum, & Matemathicorum in Duas diuiſa Sectiones, quarum Prima eſt Metaphyſicorum; Secunda Mathematicorum.

SECTIO PRIMA, QVÆ EST METAPHYSICORVM.

A

AB eo, quod res eſt, vel non eſt, propoſitionem dici veram, vel falſam. 71[illegible]

Abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam, & ſciendi modum. 551.a

Abſtractio duplex. 610.b

Accidens non habere materiam ex qua, ſed in qua. 752.b

Accidens eſt forma ſimplex. 753.a

Accidens dupliciter capitur. 717.a

Accidentia ſimplicia quæ. 723.a

Accidentia copulata quæ. ibid.

Accidentia ſunt duplicia. ibid.

Actio duplex. 583.a

Actio tranſiens quid. ibid.

Actio immanens quid. ibid.

Actus, & generationes circa ſingularia ſunt. 582.b

Adiacens ſecundùm quid. 686.b

Adiacens tertium quid. ibid.

Ad cognitionem cuiuſlibet rei requiritur omnium cauſarum cognitio, 736.b.

Ad Metaphyſicum ſpectat cõſiderare de ſubſtantijs, & accidẽtibus. 627.a

Album eſt prius nigro. 762.b

Aliqua eſſentialiter diſtingui eſt dupliciter. 677.a

Aliquid poſſe ſciri dupliciter. 711.a

Aliquid terminari dupliciter. 727.a

Analogum quodlibet eſſe vniuocum, vel æquiuocum. 632.b

Anima cognoſcit ſe, actus ſuos, intentiões ſecũdas, & multa alia. 600 b

Anima duplex officium. 614.b

Anima rationalis immediatè à Deo producta. 750.b

Animalia in quo conueniant. 577 a

Aĩalia oĩa habere ſenſum tactus. ibid.

An Cælum ſit compoſitum ex materia, & forma. 612.b

An in rebus ſit aliquis effectus. 661.a

An qualibet ſcientia debeant demonſtrari per oĩa genera cauſarũ. 616.b

Appetitus triplex in rebus. 525.a

A priuatione ad habitum non datur regreſſus. 659 a

Ars quid. 518.b

Ars quõ in nobis generatur. 579.a

Ars. & experimentum quandò eſt in hominibus. 546.b

Ars vniuerſalium, experientia ſingularium. 582.b

Artis cõparatio ad experimẽtũ. 581.a

Auicẽna opinio de intelligẽtia. 769.a

Auicenna error ſecundùm commentatorem. 727.a

C

CAuſa difficultatis cognitionis veritatis vndè. 549.a

Cauſa naturalis quõ cauſat. 668.b

Cauſa materialis quid. 609.a

Cauſa finalis quid ibid.
Cauſa formalis quid. ibid.
Cauſa efficiens quid. ibid.
Cauſa per ſe quid. 610 b
Cauſa per accidens quid. ibidem.
Cauſarum diuiſio. ibid. & 612.b
Cauſarum ſufficientia. ibid.
Cauſa accidetaliter ſubordinata qua. 607.a
Cauſa eſſentialr ordinata qua. ibid.
Cauſa eſſentialiter ordinata tripliciter differunt à cauſis accidentaliter ordinatis. 611.a
Cæcitas duplciter cõſideratur. 657.a
Cælum ſecundùm Philoſophum ingenerabile, & incorruptibile. 613.a
Ciceronis opinio de rerum cognitione. 604 b
Collatio duplex, & in quibus propriè ſit. 579.a
Colores perfectiones, & imperfectiores dicuntur ſecundùm acceſſum, & receſſum ad albedinem. 762.b
Cognitionis gradus. 577.a
Cognitio duplex. 579.a
Cognitio noſtra à ſenſu oritur. 708.b
& 598.b
Cognitio experimentalis per ſe eſt ſingularis. 582.b
Cognitionem noſtram procedere à communioribus ad propria 709.a
Cognoſcendi difficultas vndè proueniat. 600.b
Cõmentatoris opinio de rebus. 599.a
Cõpoſitio ex natura rei duplex. 753.a
Cõpoſitio poteſt intelligi dupl'r. 978 b
Compoſitio rei, & rei qua. 753.a
Conceptus triplex in demonſtratione reperitur, quorum primus eſt ſubiecti, ſecundus definitionis, tertius demonſtrationis. 948.b
Concluſiones eſſe inprincipijs virtualiter, & principia in ſubiecto. 707.a
Concretum, & abſtractum idẽ ſignificare, ſed non eodem modo. 622.b
Concretum duplex 620.b
Conſideratio negationum, & priuationum ad Metaphyſicum pertinere. 645.a
Conſilium de quibus ſit. 578.b
Contradictoria concedens habet concedere quodlibet eſſe aliquid, & nihil. 555.a
Contradictionis diffinitio explanatur. 653 a
Contradictio quid. ibidem.
Contradictiones nullo modo habere medium. ibid.
Contraria quædam mediata, quædam immediata. 658.b
Contrarietas quid. 645.a
Cõtinere virtualiter eſt dupl'r. 521.a
Conuenire alicui eſt dupliciter. 695.a
Corruptibile, & incorruptibile quomodo differunt. 766.b
Cratilli dementia. 652.b
Creatio quid. 731.a
Creatio eſt productio media inter ens, & nihil, generatio verò inter ens, & priuationem. 732.b
Cur ex ſubiecto, & accidente conſtituitur vnum per accidens. 754.b
Cur ex materia, & forma conſtituitur vnum per ſe. ibidem.

D

DEfinitio potentiæ data à F: de Mayronis. 689.a
Definitio per quã dari debeat. 742.b
Definitio propter quid medium in demonſtratione potiſſima. 565.a
Demonſtratiõ propter quid duplex. 649.a
Demõſtratio quid, & quotuplex. ibi.
Demonſtratio certa non eſt in omnibus expetenda. 551.a
Denominans, denominatum, & denominatiuum quid. 622.b

Denominatio duplex, ſcilicèt intrinſeca, & extrinſeca quid. 621.b
Denominatio duplex. 742.b
Diriuationum quatuor modi. 702 b
Deus, & creatura quomodo diſtinguuntur.
Dictum antiquorum erroneū. 548.b
Dici de omni quid. 619.a
Dici de nullo quid. ibid.
Differentia ſpecifica comparari potoſt ad tria. 674.b
Differentia duplex. 617.a
Differentia hominis à brutis. 546.b
Differentia triplex in artem, & experimentum. 546 b
Diffinitiones principaliter ſumi à forma. 689.a
Diſcrimen inter veritatem complexam, & incomplexam. 714.b
Diſputationes diuerſæ contra diuerſas opiniones. 558.b
Diſpoſitio quid notet, & quotupliciter dicatur, 701.a
Diſtinctio formalis ſufficit ad prædimentorum diſtinctionem. 698.b
Diſtinctio extremorum requiritur ad realem relationem. 683.a
Diſtantia duplex. 654.b
Diuiſio omnis quomō debet eſſe bimembris. ibidem.
Diuiſibilitas ſit relatio an quantitas. 690.b
Doctoris Subtilis opinio de vniuocatione entis. 638.b
Dubitatio vtilis ad veritatem. 551.a

E

Eadem dupliciter. 559.a
Effectus nullus ſimpliciter neceſſarius. 668.b
Ens, per ſe in potentiā, & actū. 682.b
Ens, & vnum non dici eandem naturam conuertibiliter. 641.a
Ens, & vnum non dici eandem naturam quidditatiuè. 642 b
Ens, & vnum eandem naturam dicunt realiter, & tamen diſtinguntur formaliter. 642.b
Ens rei capitur dupliciter. 635.a
Ens quando vniuocum Deo, & creatura, & quando æquiuocum. 637.a
Ens rationis quid dat intelligere. ibid.
Ens dupliciter dicitur. 639. & 681.a
Ens inquantùm ens eſſe ſubiectum in Metaphyſica. 635.a
Ens, & vnum eandem ſignificare naturam. 638.b
Ens per accidens dicitur bifariā. 715.a
Ens inquantùm ens ſubiectum primum Metaphyſicæ. 567.a
Ens ſecundùm accidens tripliciter. 682.b
Ens per accidens quid. 692.b
Ens inquantùm ens quid dicat, & quas habeat paſſiones. 563.a
Ens ſubiectum reale, & ſpeculabile. 709.a
Entis paſſiōes an de eo demōſtrabiles. 564.b
Entis diuiſio in finitum, & in infinitum. 562.b
Entis finiti diuiſio in decem prædicamenta. ibid.
Entis conceptus quomodo communis eſt Deo, & creaturæ. 634.b
Entis conceptus neque finitus, neque infinitus poſitiuè. ibidem.
Enti quando non conueniunt paſſiones propriæ. 639.a
Entia rationis à quo fabricātur. 638.b
Entia quomodo aliqua dicuntur. 582.b
Elementum quid, & quotuplex. 558.b
Elementum ſtrictè quid. 665.a
Elementi conditiones. 565.a

Errorum multorum cauſa. 612.b
Eſſe in intellectus ſtat dupl'r. 745.a & 626.b
Eſſentia diuina vna numero in tribus perſonis. 622.b
Eſſentialia, & notionalia quæ. 623.a
Expertus ex frequentibus agere vbi habeat habitum. 582.b
Æquiuoca non faciunt propoſitionem neque habent diſtribui. 634.b
Æquiuocans duplex. 632.b
Æquiuocum à caſu quid. ibid.
Æquiuocum à conſilio quid. ibid.
Æqualitas duplex. 644.b

F

Finis cur dicatur prior in intentione. 609.a
Finis potior ijs, quæ sũt ad finẽ. 373.a
Finis ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt ſcire, practicæ operari. 60.b
Finis capitur dupliciter. 606.b
Fixio eſt quædam pedalitas.. 743.a
Phyſicæ conditiones tres. 560.b
Philoſophus quomodo accipiat proceſſum in formis. 609.a
Forma dicitur dupliciter. 674.b
Forma vocatur quod quid eſt. 609.a
Formæ ſunt ſicut numeri. 749.a
Fundamentum quid. 699.a
Fundamentum quomodo differt à ſubiecto. ibidem

G

Genus duplex Phyſicum, & Logicum. 766.b
Generationes mutuæ. 764.b
Genera omnia cauſarum reperiũtur in Phyſicis. 616.b
Genera generaliſſima ponuntur primò ſub ente. 709.a
Genera poſſunt cõparari ad duo. 727.a
Gradus quid. 751.a
Gradus animalium. 546.b

H

Heracliti opinio de primo principio. 646.b
Heracliti opinio ponens omnia ſemper eſſe in motu. 652.b
Homines ſe iuuant ad cognitionem veritatis dupliciter. 605.a
Hominem bifariam alium iuuare ad veritatis cognitionem. 550.b

I

Iam, modò, & repente quid. 355.a
Identitas quid. 652.b
Identitas realis quomodo inueſtigatur. 635.a
Idem tractatur in diuerſis ſcientijs diuerſimode.. 612.b
Idem tractari in diuerſis ſcientijs diuerſimodè nõ eſſe incõueniens. 710.b
Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe. 54.b
Indeterminatio duplex. 756.b
Indiuiſiones quomodo ſe habent adinuicem. 624.b
Indiuiſio duplex ſcilicèt abſoluta, & relatiua, & quid vnaquaque. ibid.
Indiuiduationem ſubſtantiæ per quod ſit. 621.a
Indiuiduationis cauſam non eſſe exiſtentiam. 672.b
Indiuiduationem non habere eſſe per materiam, vel per formam. 673.a
Inhærentia duplex. 757.a
Inhærentia actualis quid. ibidem.
Inhærentia aptitudinalis quid. ibid.
In omni genere eſt vnum, quod eſt menſura omnium. 762.b
In omni genere contrarietas differentiarum. 766.
In ſingulari duo conſideranda. 585.a
Inquantum, & qualibet dictio reduplicatiua dupliciter ſumitur. 573.a
Intellectus habitus quinque. 588.b
Intellectus agens facit vniuerſalitatem in rebus. 746.b
Intellectus quid. 588.b

Intellectus, & ſenſus potentia ſubordinata. 586.b
Intellectus aliquando vtitur vno, vt duobus. 713 a
Intentio duplex prima, & ſecunda,
Intentio prima quid. 744.a
Intentio ſecunda quid. ibid.
Intentiones ſecundæ quid. 637.a, & 639.a
Inuentoribus ſcientiarum grates habenda. 605.a
Iuuenes quomodo imbuendi ſunt in ſcientijs. 773.a

L

Logica quomodo dicitur docens, & vtens. 595 a
Logica cur præ alijs ſcientijs ſit adiſcēda, 612.b
Logicam eſſe de ſecundis intentionibus. 708.b
Logicus quomodo cōſiderat res. 446.b

M

Materia quid. 722 b
Materia prima vna reſpectu omnium formarum, quæ eſt eadem numero in generato, & corrupto. 608.b
Materia, & forma quomodo opponuntur. 674.b
Materia cur non eſt cauſa indiuiduationis. 674.b
Materia prima creata fuit. 608.b
Materia capitur tripliciter. 734.b
Mathematicæ ſcientiæ conditiones. 561.a
Medicina diuiditur in practicam, & ſpeculatiuam. 706 b
Mediū nō datur inter contradictoria, licèt aliquādo inter cōtraria 765.a
Medium inter oppoſita intelligitur dupliciter. 658 b
Medium inter aliqua duplex. 653.a
Medium in demonſtratione paſſionis quodnam ſit. 639.a
Menſura duplex. 670.b & 762 b
Menſura intrinſeca quid. 670 b
Menſura extrinſeca quid. ibid.
Metaphyſica eſt cauſarum ſpeculatrix. 596.b
Metaphyſica eſt ſapientia, & principaliſſima inter omnes alias ſcientias. 589.a
Metaphyſica qualis ſcientia ſit. 548.b
Metaphyſica ſcientia ſpeculatiua. 589.a
Metaphyſica verſatur circà primas cauſas, & principia rerum. 548 b
Metaphyſica vndè dicta. 568.b
Metaphyſica differētia ab alijs. 560.b
Metaphyſici eſt diſputare contra negantes principia aliarum ſcientiarum. 652. b
Metaphyſici eſt conſiderare de principijs demonſtrationis. 645.a
Metaphyſicus debet determinare de ente, & vno.. 553 a, & 560.b
Metaphyſicus conſiderat primum principium. 646 b
Modus procedendi in inquiſitione veritatis. 622.b
Modus veritatem inquirendi. 551.a
Modorum quantitatis, & per accidens per ſe diſtinctio. 691 a
Modorum relatiuorū diſtinctio. 693.a
Modi huius quod eſt diuerſum. 359.a

N

Natura quatuor capitur modis. 631 a
Natura ſex dicitur modis. 558.b
Natura quid intendit producere. 739.a
Natura intendit ſpeciem, & producit indiuiduum. 631 a
Natura ſpecifica non eſt de ſe hoc, vel

ſingularis. 671.a

Neceſsitas conſequentis, & conſequentia quid. 667.a

Neceſsitas duplex. ibid. & 660.b

Neceſſ. ria rationes quomodo aliquando formantur ex contingentibus. 648.b

Neceſſarium quinque modis. 558.b

Neceſſarium quotuplex modis dicitur. 666.b

Negatio duplex ſcilicet in genere, & extra genus. 645.a

Negatio extra genus quid. ibid.

Negatio in genere quid. ibid.

Negatio extra genus de quibus verificatur. 645.a

Non eſſe capitur bifariam. 654.b

Notitia omnis quorum ſit. 580 b

Notitia duplex ſcilicet ſenſitiua, & intellectiua. 603.a

Notiones in diuinis quot. 613.a

Numerus duplex. 641.a

O

Obiectum intellectus ex natura potentia eſſe ens. 737 a

Obiectum ſenſus quomodo indifferens. 586 b

Obiectum ſenſus quid. 585.a

Ois inquiſitio ex admiratione. 559.a

Omne viuens praſtantius non viuente. 730.b

Omne quod eſt in pradicamentum abſtrahit ab exiſtentia. 735.a

Oppoſita priuatiua qua. 659.a

Oppoſitio duplex. 655 a

Oppoſitio incomplexa quid, & quotuplex. ibid.

Oppoſitio relatiua ter, vbi inuenitur. ibid.

Oppoſitio priuatiua quid. 659.a

Oppoſitio contraria accipitur dupliciter ſcilicèt largè, & ſtrictè. 657.a

Oppoſitionis cōtraria ſex conditiones. ibid.

Oppoſitionum ſufficientia. 655.a

Ordo eminentia, aut perfectionis vbi reperitur 644.b

P

Paſſio propria vndè oritur. 638.b

Paſſionum à ſubiecto fluentium ordo. 565.a

Pater quomodo eſt in pradicamento, & quomodo non. 696.b

Perfectius aliquid dupliciter. 571.a

Perfectum quot dicatur modis. 700.b

Platonis opinio de Ideis. 743.a

Plato vndè motus fuit ad ponendum Ideam. 723.a

Potentiarum ſeptem genera. 687.a

Pluralitas non ponenda ſine neceſſitate. 747.a

Potentia actiua quid. 688 b

Potentia paſſiua quid. ibidem.

Potentia obeditiua. ibidem.

Potentia Mathematica. ibidem.

Potentia Logica. ibidem.

Potentia ſubiectiua. ibidem.

Potentia receptiua. ibidem.

Potentia obiectiua. ibidem.

Potentia rationalis dupliciter capitur. 757.a

Potentiale eſſe quid. 689.a

Practica quibus agenda. 550.a

Practicū, & ſpeculatiuū dupl r. 703 a

Praxis Grace idem eſt, quod operatio Latinè. 594.b

Pradicatio denominatiua quid. 621.b

Pradicatio Identica quid. ibidem.

Pradicatio Identicè identica quid. 623.a

Pradicationis Identica gradus. ibid.

Primitas duplex. ibid.

Primitas perfectionis quid. ibid.

Primitas adaquationis quid. 626.b

Principia prima duplicia. 598.b

Principia cognoſcimus inquantùm terminos cognoſcimus. 581.a

Principia prima, quæ. 598.b
Principia prima quomodo cognoſcuntur à nobis. ibid.
Principia tria neceſſariò ponenda. 661.a
Principiũ quid, & quotuplex. 665.a
Principium primũ eſſe firmiſſimum. 646.b
Principium huiuſmodi negantes confutantur. 554.b
Principium primum quod, & quale, & tres eius conditiones. 553.a
Principium ſex modis dicitur. 557.a
Principium primum non poſſe demonſtrari. 647.a
Prius quid. 685.a
Prioritatis modi. 685.a
Prioritas temporis quid. 686.b
Prioritas ſitus. ibid.
Prioritas naturæ. ibid.
Prioritas perfectionis quid. ibid.
Prioritas originis quid. ibid.
Priuatio eſt negatio in genere. 645.a
Priuatiõ capitur quadrupliciter. 660.b
Priuatio duplex. 765.a
Prius temporè quid. 720.b
Productiones duæ in diuinis ponuntur. 756.b
Proceſſus infinitus in cauſis non datur. 607.a
Proceſſus infinitus in cauſis dandus non eſt. 550.b
Propter vnumquodque tale, & illud magis quõ intelligendum. 606.b
Propter noſtrum negare, vel affirmare nihil mutatur in re. 563.a
Prudentia quid. 578.b
Prudentia propriè in hominibus, metaphoricè in brutis. ibid.
Prudentia quid. 588.b
Prudentia duplex. 578.b
Prudentia quomodo generatur. ibid.
Punctus duplex. 691.b
Punctus in actu quid. ibid.
Punctus in potentia quid. ibid.

Q

QVantitas duplex. 644.b
Quantitas dupliciter. 694.b
Quantitas triplex. 751.a
Quantitatis quatuor paſſiones, & earum ordo. 690.b
Quantitatis ratio non eſt diuiſibilitas. ibid.
Quantitatis ſpecies. 691.a
Quidditas forma totius, non autem partis. 730.b
Quidditas ſubſtantiæ materialis eſt obiectum noſtri intellectus pro ſtatu noſtro. 601.a & 695.a
Quidditas duplex. 760.b
Quid intelligatur per conceptum entis. 626.b

R

RAtio menſuræ in quo eſt primò. 760.b
Ratio ſeminalis quid. 730.b
Ratio quantitatis non eſt diuiſibilitas. 690.b
Ratio præciſa ſuſcipiendi magis, & minus quæ. 751.a
Regula logica. 676.b
Relatio nomen æquiuocum. 699.a
Relatio rationis quomodo fabricata. ibidem.
Relatio æquiparentiæ, & diſquiparentiæ quid. 700.b
Relatio rationis capitur dupliciter. 638.
Relatio realis duplex ſecundùm eſſe, & ſecundum dici. 700.b
Relatio poteſt dupliciter ſe habere ad abſolutum. 695.a
Relatio fundari poteſt ſuper relationem. ibid.
Relationes eſſe per ſe in Genere relationis, non autem relatiua. ibid.

Digitized by Google

Relationis reali tria debent conuenire. 699.a
Relatiua ſecundùm eſſe quid. 700.b
Relatiuorum tres modi. 695 a
Res ſicuti ſe habent ad eſſe, ità ad cognoſci. 606.b
Res qualibet eſt ſingularis, & indiuidualis per aliquam relationem poſitiuam, & entitatem. 674.b
S
SApientis ſigna ſex. 547 b
Sapientia quid. 588.b
Sapientiæ conditiones ſex. 559.a
Scientia quid. 588.b
Scientia diſtinguitur multis modis. 711.a
Scientia propriè quid. 648.b
Scientia impropriè quid. ibidem.
Scientia duplex practica, & ſpeculatiua. 761.a
Sciẽtia quare dicatur practica. 705 a
Scientia ſpeculatiua tres tantũ. 708.b
& 561.a
Scientia eiuſdem eſt conſiderare oppoſita. 644.b
Scientia & ſẽſus magis menſurantur quàm menſurent. 761.a
Scientia omnes ordinantur ad Metaphyſicam. ibid.
Sciẽtia cuiſlibet eſt cõſiderare ſubiectũ propriũ, partes, et paßiões. 665.a
Scientia diuiſio. 707 b
Scientiarum diuiſio. 703 a
Scire quid 646.b
Scientis quid, & propter quid ſapientiores ſcientibus quia. 553.a
Scientis ſignum eſt docere. 583.a
Scire quomodo generatur. 546.b
Scriptores Theologi venerandi 605.a
Scibile quomodo refertur ad ſcientiã. 626 b
Secunda intentio quomodo in intellectu. 745.a
Secunda intentiones aliquando ſupponunt pro primis. 561.a
Senſus eſt ſingularium, intellectus vniuerſalium. 737.a
Sentire eſt ſingularis. 581.a
Similitudo duplex. ſ. virtualis, & formalis. 732 b
Singulare quomodo poteſt intelligi ab intellectu. 737.a
Singulare per ſe intelligibile. ibid.
Singularitas non eſt ratio agendi, ſed agentis conditio. 585.a
Syllogiſmus demonſtratiuus ex duobus terminis conſtatur. 64.a
Syllogiſmus demonſtratiuus ex tribus propoſitionibus. 649.a
Sola ſpecies hẽt quod quid eſt. 722.b
Species accipitur tripliciter. 734.b
Speculatiui ſapientiores practicis. 547.a
Speculatiuum, & practicum qua differentia. 704 b
Subiectum alicuius ſcientiæ quomodo inueſtigandum. 709.a
Subiectum quid. 699.a
Subſtãtia dicitur multipliciter. 682 b
Subſtantia dicitur quatuor modis. 559 a
Suſtantia dupliciter capitur. 694 b
Subſtantia diuiſio in materiam formam, & compoſitum. 721.a
Subſtantia ſeparata quomodo à nobis cognoſcuntur.
Subſtantiam incorpoream non poſſe ſciri à nobis via ſenſus. 703.a
T
TEmpus quomodo ſe habet ad animam, & an ſit menſura cuiuſlibet motus. 356.b
Theologia qualis ſcientia. 705.a
Terminus quotupliciter dicatur. 701.a
Totum capitur cathegorematicè, & Syncathegorematicè. 598.b

V

Veritas complexa quid. 714.b
Veritas quam difficilis cognitu, & quare. 549.a
Veritas eſt duplex. 713.a
Veritas incomplexa quid. 44.b
Veritatis conſideratio pertinet ad Metaphyſicum. 605.a
Veritatis cognitio quomodo aliquando facilis, & aliquando difficilis. 597.a & 599.a
Veritatis cognitionem, quæ impediũt, & quomodo inueſtiganda. 5881.a
Viſus cur præ aliis ſenſibus diligatur. 577.a
Vnitas realis minor vnitate numerali danda. 584.b
Vnitas proportionis quomodo inueſtigatur. 679.a
Vnitas attributionis minor vnitate æquiuocationis. 634.b
Vnitatis per ſe quatuor modi, & quid vnuſquiſque illorum. 759.a
Vnitatis per ſe quinque modi. 669.a
Vnitatum ſufficientia. 679.a
Vniuerſale capitur dupliciter. 744.b
Vniuerſale eſſe in re quomodo intelligitur. 796.b
Vniuerſalia quomodo generantur. 582.b
Vniuocum quid. 639.a
Vniuocum eſſe, & vniuocè prædicari quomodo differunt. 635.a
Vniuocum eſſe quid. ibid.
Vniuocè prædicari quid. ibid.
Vniuocatio Metaphyſica quid. 631.a
Vniuocatio Phyſica quid. 630.b
Vnius diuiſiões, ac proprietates. 558.b
Vnius differentia. 671.a
Vnius quædam proprietates. 667.a
Vnum paſſio prima entis. 666.b
Vnum genere, & vnum ſpecie 667.a
Vnum quid. 638.b
Vnum dupliciter. 641.a
Vnum quod paſſio eſt entis dicit aliquid formaliter poſitiuum. 642.b
Vnum dupliciter. 669.a
Vnum propriè eſſe indiuiſibile. 760.b
Vnum diffinitione. 669.a
Vnum eſt ratio, & principium cognoſcendi in omnibus. 670.b
Vnum per accidens quid. 669.a
Vnum quid. 649.a
Vnum Logicum quotuplex. 670.b
Vnum, & multa quomodo ſe habent. 763.a

SECTIO SECVNDA, quæ eſt Mathematicorum.

A

Angulus contingentiæ quid. 781.a
Angulus rectus quid. 781.b
Angulus rectilineus quid. 780.b
Arithmetica conſiderat de numero. 774.b

C

Circulus quid. 779.a
Circuli ; centrici circoncentrici quid. 781.a
Concluſiones octo geometricæ. ibid.
Conditiones ſcientiæ ſubalternatæ. 773.a
Corda, & arcus quid. 781.a

D

Differentia inter circulum, & ſphæram,
Diameter quid. 780.b

Classis Metaph. Et Mathem.

E

Ex materia, & forma conſtitutus vnum per ſe. 753.a

F

Figuræ diffinitio, & diuiſio. 779.b

G

Geometria duplex theorica, & practica. 779.a
Geometriæ practicæ ſubdiuiſio. ibid.

L

Linea circularis quid. 780.b
Linea perpendicularis quid. ibidem.
Linea recta quid. ibidem.

M

Magnitudinis diſcrimen 779.a
Mathematica eſt de ſubſtantia quanta. 775.a

N

Numerus compoſitus. 778.b
Numerus ſuperficialis quid. 777.a
Numerus articulus quid. 778.b
Numerus ſuperfluus quid. 776.b
Numerus diminutus quid. ibid.
Numerus perfectus quid. ibid.
Numerus triplex. 774.b
Numerus quid. ibid.
Numerus productus quid. 777.a
Numerus digitus quid. 778.b
Numerus ſolidus quid. ibid.
Numerus linealis quid. 777.a
Numerus in ſe, vel in alium quid. ibidem.
Numerum vnum alium numerare quid. ibidem.
Numeri Mathematici diuiſio. 776.b
Numeri paris diuiſio. 777.a

P

Proportio quid, & quotuplex. 774.b
Proportio quid, & vbi fūdatur. 775.a
Proportionum multiplicitas. ibid.
Proportio circuli quid. 780.b
Punctus quid. 779.a
Plurarum figurarum diuiſio. ibid.

Q

Quantitas duplex diſcreta, & continua. 773.a

R

Rectilinearum figurarum diuiſio. 779.a

S

Semidiameter quid. 780.b
Semicirculus quid. ibid.

T

Totũ cathegorematicè, & Syncathegorematicè quid. 786.a
Triangulus quid, & quotuplex. 780.b

V

Vnitas numeri duplex. 774.b
Vnitas eſt prior puncto. 773.a
Vnus numerus comparatur multipliciter ad alium. 774.b

TABVLA ALPHABETICA, RERVM MEMORABILIVM, QVÆ IN CLASSE Formaliſtarum, ſeu Scotiſtarum comprehenduntur, in Tres diſtincta Sectiones: Quarum Prima Terminorum Formaliſtarum Indicem tantùm complectitur, Secunda Grammaticæ Speculatiuæ Scoti, Tertia Primarum, & Secundarum Intentionum Cardinalis Sarnani.

SECTIO PRIMA.

Terminorum Formaliſtarum Indicem comprehendens.

A

Abſtractio multiplex. 815.a

Actus intellectus quid. 799.a

Actus intellectus duplex. ibid.

Ad continentiam vnitiuam quid requiratur. 842.b

Affirmatio in cauſis præciſis ſi eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis. 844.b

Aliqua obiectiuè diuerſa dupliciter. 834 b.

C

Compoſitio duplex ex his, & cum his. 797.a

Conceptus ſimpliciter ſimplex quid. 796.b

Contingens complexum quid. 797.a

Contingens, & neceſſarium duplex. ibidem.

Contingentia vnitiua, quorũ ſit 842.b

D

Differentia non identitatis in diuinis quadruplex. 802.b

Diſcrimen inter modum intrinſecum & differentiam. 805.a

Diſtinctionem nullam ex natura rei minorem diſtinctione formali dari. 837.a

Diſtinctionem ſe totis obiectiuè non inferre omnes alias, nec maiorem eſſe omnibus alijs. 845.a

Diſtincta realiter. 825.a

Diſtincta ratione. 800 b

Diſtincta eſſentialiter quæ. 827.a

Diſtinctio ſe totis ſubiect. quid. 860 b

Diſtinctio ex natura rei quanam ſit. 837. a

Diſtinctio ex natura rei duplex. 857.a

Diſtinctio rationis quid. 800. b, & 836. b & 956. b

Diſtinctio realis quid. 824. b, & 808. b. & 837.

Diſtinctio realis duobus modis ſumitur. 809.a

Diſtinctio formalis quid. 827.a, & 858. b.

Diſtinctio ſe totis obiectiuè, quid. 837. a, & 860. b.

Diſtinctio eſſentialis quid. 859.a, & 837. a

Diſtinctio duplex. ſ. communis, & propria. 856.b

Diſtinctio modalis quid. 851 b

Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè. 837 a

Diſtinctio realis reperitur in diuinis, non autem eſſentialis. 853.a

Diſtinctio

Diſtinctio realis duplex. 853.a
Diſtinctio formalis duplex. 852.b
Diſtinctio ex natura rei quid. 857.a

E

EAdē, & diuerſa ex natura rei. 804.b
Eadem ratione qua. 800 b
Eadem, & diuerſa ſubiectiuè qua. 827.a
Eadem, & diuerſa obiectiuè qua. 828.b
Ens, & res ſumuntur dupliciter. 802 b, & 800 b
Ens independens quid. 708.b
Ens tranſcendentiſſimè quid. 795.a
Ens dependens quid. 898.b
Ens captum tranſcendenter, & trāſcendentiſſimè. 895.a
Ens receptiuum quid. 792 b
Ens quomodo vniuocè dicatur de ente ſimpliciter, & de ente ſecundùm quid 794.b
Ens tranſcendenter quid. 795.a
Ens reale quid. 792.b
Ens rationis quid. ibid.
Ens rationis tribus modis ſumitur. ibid.
Ens abſolutum quid. ibid.
Ens ſimplex multiplex. 796.b
Entis diuiſio in ens ſimpliciter, & in ens ſecundùm quid. 794.b
Entis diuiſio. 792.b
Entis diuiſio in ens independens, & in ens dependens. 798.b
Eſſentia diuina quomodo diſtinguitur à relationibus. 819.a
Eſſentias prædicamentorum eſſe inpræmixtas quomodo intelligēdum. 818.b

F

FOrma diuerſimodè ſumitur. 809.a
Formalitas, & formale vnde 809.a
Formalitas tribus modis accipitur. 803.a
Formaliter quinque dicitur modis. 810.b

I

IDem eſſentialiter quid. 823.a
Idem realiter dupliciter. ibid.
Identitas rationis quid. 856.b
Identitas rationis duplex. ibidem.
Identitas eſſentialis duplex. 826.b
Identitas formalis quid. 818.b, & 858.b
Identitas rationis non infert omnes alias identitates
Identitas, ſeu vnitas poteſt habere multos gradus. 850.b
Identitas modalis duplex. 858.b
Identitas ex natura rei quid. 857.a
Idētitas ſe totis ſubiectiuè quid. 860 b
Identitas eſſentialis quid. 859.a
Identitas realis quid. ibidem.
Impoſſibile idem ſimul, & non eſſe 825 a
Intellectus agens, & poſſibile quid. 799.a

M

MOdus inueſtigandi diffinitiones, & identitates. 829.a
Modus inferendi vnam identitatem ex alia. 831 a
Modus inferendi vnam diſtinctionē ex alia. 832.b
Modus intrinſecus quid. 837.a, & 805.a
Modus intrinſecus non eſt propriè formalitas, vel quidditas 837 a
Modi intrinſeci in diuinis qui. 805.a

N

NEceſſarium complexum quid. 797.a.

Neceſſarium incomplexum quid ſit. id
Neceſſarium ſecundùm quid ibid.
Nullam rem ſe gignere 837 a
Nomina ſubſtantiua duobus modis enuntiari in diuinis. 815.a

O

Omnia ſuperiora vniuocè continentur in ſuis inferioribus. 842.b
Ordo inter ſubſtantiam, naturam, eſſentiam, & quidditatem 802 b
Ordo eſſentialis duplex. 826.b

P

Paſſio omnis propria identificatur realiter cum ſuo ſubiecto, & omnes paſſiones eiuſdem ſubiecti inter ſe. 845 a
Prædicatio denominatiua quot habet gradus. 813 a
Prædicatio formalis quid ibid.
Prædicatio identice identica. 814.b
Prædicatio eſſentialis quid 817.a
Prædicatio quadruplex 810.b
Prædicatum æquiuocum quid 794 b
Prædicatum vniuocum quid. ibidem.
Prædicamenta omnia conuenire in iſta ſecunda intentione genus Generaliſſimum. 847.a
Primus modus dicendi per ſe. 810.b
Prioritas multiplex. 822 b

Q

Quidditatiuum ſex modis dictum. 803.a

R

Ratio formalis quid. 837.a
Ratio varijs dicitur modis 800.b
Ratio formalis diffiniti eſt alia a ratione formalis diffinitionis 840.b
Ratio diffiniti eſt ratio totius ibidem.
Ratio diffinitionis eſt ratio partium. ibidem.
Rationale duobus dicitur modis 811.a
Regulæ generales. 802.b
Regula tres notandæ 812.b
Relatio extrinſecus adueniens quid. 795 a
Relatio intrinſecus adueniens quid. ibidem.
Relatio nihil cauſare poteſt. 803.a
Relationum diuerſitas. 792.b
Res quomodo dicitur à ratus nomine adiectiuo, & à reor verbo 894.b
Res à ratu triplex ſcilicet eſſentia, exiſtentia, & ſubſiſtentia. 823 a
Res in diuinis duplex. ibid.

S

Subiectum, & propria paſſio quomodo diſtincta. 819.a
Subſtantia tribus capitur modis. 793.a
Superius, & inferius non ſolùm diſtingui ex natura rei, ſed etiam formaliter. 841.a

V

Vnitatis gradus. 818.b
Vniuocè prædicari quid. 794.b
Vniuocatio limitata quid 795.a
Vniuocatio duplex. ibidem.
Vniuocatio tranſcendens quid. ibid.
Vnum dicitur quinque modis. 799.a

SECTIO SECVNDA,
COMPLECTENS INDICEM
Grammaticæ Speculatiuæ Scoti.

A

ACcidentia quomodo ad numerationem ſubiectorũ numerantur. 907.a
Actus duplex ſcilicet ſignatus, & exercitus. 883.a
Aduerbia loci, quantitatis, qualitatis, vocandi, dubitandi, interrogandi, affirmandi, negandi, iurandi, hortandi, optandi, temporis, interrogatiuum, & reſponſiuum, quid ſint, & quotupl'a 902 b, 903.a & 904.b
Aduerbium quid. 901.a
Anima quotupliciter poſſit moueri. 913.a

C

CAſum habere ſicut partes declinabiles. 913.a
Caſus nominis quid, & quotuplex. 881.a
Caſuum ſufficientia. 884.b
Conformitas duplex. 928.b
Congruitas, & perfectio requirit conſtructibilium vnionem. 931.a
Congruitas quid. 918.b
Congruitas ſpectat ad Grammaticũ. 927.a
Congruitas, & incõgruitas vndè cauſata.. ibidem.
Congruitas quid requirit. ibidem.
Coniunctionum ſufficientia. 909.a
Coniugatio quid. 896.b
Coniugatio penes quid attendatur. ibidem.
Conſtructio quid. 915.a, & 932 b
Conſtructio duplex. 916.b
Conſtructio tranſitiua actuum quid, & quotuplex. 924.b
Conſtructio tranſitiua perſonarum ibidem.
Conſtructio figuratiua. 926.b
Conſtructio intranſitiua actuũ quid. 919.a
Conſtructio intranſitiua perſonarum quid. ibidem.
Conſtructio intranſitiua actuum quomodo diuerſificatur. ibid.
Conſtructio intranſitiua quid. 917.a
Conſtructio tranſitiua quid. ibidem.
Conſtructio reciproca tranſitiua qd. 918.a
Conſtructio retranſitiua ex quibus. ibidem.
Conſtructiõis tranſitiuæ diuiſio 924 b
Conſtructionis intranſitiuæ diuiſio. 919 a
Cum ſuppoſito quot. 920 b

D

DEclinatio vndè oriatur. 885.a
Dialecticus quomodo reſoluit Syllogiſmos, & propoſitionem. 866.b
Dictio ſimplicis figura qua. 881 a
Dictio compoſita figura qua. ibidem.
Dictio decompoſita figura quid. ibid.
Diffinitio quorſum datur. 915.a
Donatus quid per qualitatem intelligat. 894.b

E

ESſe Dei, & intelligentiarum non eſſe ſucceſſiuum. 890.b

F

FIgura quid. ibid.
Figura nominis quid. 880 b
Figura ſimplex quid. 881.a
Figura decompoſita quid. ibid.
Finis quid 915.a
Finis conſtructionis duplex. 928.b
Finis propinquus. ibid.
Finis remotus quid. ibid.

G

GEneris terminatio attendenda. 898.b
Genitiuus vndè dicatur. 882.b
Genus verbi quid. 898 b
Genus nominis quid. 878.b
Genus maſculinũ quid. 879.a
Genus fœminnum quid. ibid.
Genus commune quid. ibidem.
Genus neutrum quid. ibid.
Genus actiuum quid. 898 b
Genus paſsiuum quid. ibid.
Genus verbi vndè ſumitur. 897 a
Generis definitio materialis,non formalis. ibidem.
Genus vndè dictum. 898 b
Grammatica quid. 928.b

I

IN Deo non eſt proprietas paſsiua. 863 a
Interiectio quid. 912 b
Interiectio quomõ determinat verbum,vel participium. ibi.
Interiectionum ſufficientia. 913 a

M

MAteria prima ex ſe indeterminata reſpectu cuiuſcunq; formæ naturalis. 885.a
Modus ſignificandi duo ĩportat.861 a
Modus ſignificandi æquiuocè dicitur de modo ſignificandi actiuo,& paſſiuo. ibidem.
Modus ſignificandi actiuus quid.ibi.
Modus ſignificandi paſsiuus quid. 862.b
Modus omnis ſignificandi actiuus eſt ab aliqua rei proprietate. ibid.
Modi ſignificandi ad Grammaticam per ſe primò pertinet,modi ſignificandi paſsiui niſi per accidens.ibid.
Modum ſignificandi per modum cõmunis,vndè ſumatur. 868 b
Modi propoſitionis diuiſio. 910.b
Modus ſignificandi nominatiui. 882.b
Modus ſignificandi genitiui. ibidem.
Modi ſignificandi accidentalis diuiſio. 868 b
Modi accidentales coniunctionis quid. 909 a
Modus ſignificandi qui ſecatur demonſtratio à quo ſumatur. 886.b
Modus indeterminata apprehenſionis quid. 885.a
Modus ſignificandi abſolutus quid. 868 b
Modus ſignificandi reſpectiuus quid. ibidem.
Modus ſignificandi eſſentialis generaliſsimus nominis quid ſit.ibidem.
Modus ſignificandi ablatiui. 884.b
Modus ſignificandi coniunctionis qd, & à quibus oritur. 908 b
Modus ſignificandi accuſatiui.883 a
Modus ſignificandi vocatiui.ibidem.
Modus ſignificandi datiui. 882.b
Modus eſſendi,intelligendi, & ſignificandi quid. 865 a
Modus eſſendi, intelligendi actiuus, & intelligendi paſsiuus quomodo differunt. ibid.
Modus ſignificandi generaliſsimus aduerbij. 901 a
Modus ſignificandi eſſentialis quid. 867.a
Modus ſignificandi accidentalis quid. ibidem.
Modus ſignificandi generaliſsimi,ſubalterni, & ſpecialiſsimi quid. ibid.

Modus ſignificandi interiectiōis quid, & quotuplex. 911.a
Modus ſignificandi, & intelligendi, duplex eſt. 864.b
Modus intelligendi actiuus quid ſit. ibidem.
Modus ſignificandi per ſe ſtandi, vndè ſumatur. 870 b
Modus intelligendi paſſiuus. 864.b
Modus eſſe in participio, & in verbo idem.
Modus quid. 895.a
Modus, vt accidēs verbi à qua ſumitur proprietate. ibidem.
Modus ſignificandi generaliſſimus verbi quid 890.b
Modus ſignificādi prapoſitionis quid. 910.b
Modus ſignificandi per modum appropriati, vndè ſumatur. 870.b
Modus ſignificandi qui vocatur relatio à quo ſumatur. 887.a
Modus intelligendi actiuus, & ſignificandi paſſiuus quid dicant. 865.a
Modus ſignificandi paſſiuus in quo ſit. 866.b
Modus entis quid ſit. 868.b
Modus eſſe quid ſit. ibid.
Modus ſignificandi adiacentis vndè ſumatur. 810.b
Modi ſignificandi per ſe ſtantis quinque. 871.a
Modus ſignificandi primitiuus, deriuatiuus à quo ſumatur. 887 a
Modus deriuatiuus duplex. 888.b
Modi ſpecialiſſimi adiacentis viginti quatuor. 871.a
Modi ſignificandi actiui à quibus proprietatibus ſumuntur. 864.b
Modi principales entium. 868.b

N

Nominatiuus quid. 881.a
Nomē dubij generis quid. 879.b
Nomen demonſtratiuum quid. 874 b
Nomen relatiuum quid. ibid.
Nomen poſitiuum quid. ibid.
Nomen comparatiuum quid. ibidem.
Nomen ſuperlatiuum quid. ibidem.
Nomen ad aliquid quid. 875.a
Nomen verbale quid. ibidem.
Nomen temporale quid. ibidem.
Nomen locale quid. ibid.
Nomen ordinale quid. ibidem.
Nomen numerale quid. ibidem.
Nomen proprie proprium quid. ibid.
Nomen proprium pronomen quid. ibi.
Nomen proprium pronomen quid, & eius Etymologia. 876.b
Nomen proprium agnomen quid. ibidem.
Nomen triplicis figuræ quid. 880.b
Nomen de compoſita figura quid. ibidem.
Nomen ſubſtantiuum generale quid. 871.a
Nomen patronimicum quid, & à quibus deriuatur. 871.a
Nomen diminutiuum quid. ibidem.
Nomen collectiuum quid. ibidem.
Nomen proprium quomodo ſignificet. 870. b
Nomen adiectiuum quomodo ſignificet. ibidem.
Nomen ſubſtantiuum quomodo ſignificet. ibidem.
Nomen adiectiuum denominatiuum quomodo ſignificet. 872.b
Nomen adiectiuum Generale quid ſignificet. ibidem.
Nomen adiectiuum ſpeciale quomō ſignificet. ibidem.
Nomen commune, vel appellatiuum quomodo ſignificet. 870.b
Nomen adiectiuum poſſeſſiuū quid. 872.b
Nomen denominatiuum quid. 873 a

Nomen collectiuum quid. ibid.
Nomen diuiſiuum quid. ibid.
Nomen gentile quid. ibidem.
Nomen patrium quid. ibid.
Nomen interrogatiuum quid. ibidem.
Nomen reſponſiuum quid. ibidem.
Nomen infinitum quid. ibid.
Nomen negatiuum quid. ibid.
Nomen deriuatiua ſpeciei quid. 878.b
Nomen primitiua ſpeciei quid. ibid.
Nomen epicæni quid. 879.a
Nomen quid ſit. 878.b
Nominis diuiſiones plures. 871.a
Numeri diffinitio, & diuiſio. 880.b
Numerus ſingularis quid. ibid.
Numerus pluralis quid. ibid.
Numerus quare dicatur accidentalis. ibidem.
Numerus quid. 879.a

O

Omne, quod reperitur in ſermone quid. 921.a
Orationis qualibet pars habet tria. 902.b

P

Participij accidentia ſex. 907.a
Participij ſignificatio quid. ibid.
Participium quid, & vnde dicatur. 905.a, & 906.b
Participium aliquod eſſe ſignificatiõis actiua, vel paſſiua vnde oriatur. 907.a
Perſona prima quid. 884.b
Perſona, ſecunda quid. 885.a
Perſona tertia quid. ibidem.
Perſona nominis quid. 884.b
Perſona triplex. ibidem.
Perſona verbi quid. 900.b
Perſona quomodo inſit verbo. ibidem.
Perſona verbi diſtingui per triplicem differentiam. ibidem.
Præpoſitio cur inuenta. 910.b
Præpoſitio quid. ibidem.
Præpoſitio dupliciter preponitur orationis partibus. 911.a
Præpoſitio dupliciter componitur cum partibus orationis. ibid.
Principia conſtruendi ſermonem congruè, & perfectè eẽ quatuor. 914.b
Principium materiale quid. ibidem.
Principium formale quid. ibidem.
Principium efficiens conſtructionis duplex. ibidem.
Principium intrinſecum quid. ibidem
Principium extrinſecum quid. 915.a
Principium finale quid. ibid.
Priuationes, & figmenta non cadunt ſub proprietatibus cum non ſint entia. 863.a
Priuationes, & negationes omnes eẽ entia poſitiua in anima. 885.a
Priuationes ex ſuis habitibus intelligi. 863.a
Priuationes, licet non ſint entia poſitiua extra animam ſunt tamen entia poſitiua. ibid.
Pronomina ſubſtantiua tria, ſcilicet ego, tu, & ſui. 888.b
Pronomen deriuatiuum poſſeſſiuum quid. ibidem.
Pronomen deriuatiuum gentile quid, & quotuplex. ibid.
Pronomen quid. 885.a
Pronomen quid ſignificet. 890.b
Pronomen relatiuum à quo conſtituatur, & quomõ rem ſignificet. 887.a
Pronomen demonſtratiuum quomodo non ſignificet. ibidem.
Pronominis ſex accidentia. ibidem.
Proprietates duæ ſcilicet agentis, & patientis inueniuntur in rebus. 878.b
Proprietates tres communes in rebus inueniri. 880.b

Q

Quando intellectus imponit vocem ad ſignificandũ, & conſignificandũ ei duplicem rationem tribuit. 862.b

R

Res quomodo cognoſcatur 915. a.
Recordatio quid, & quorum ſit 887. a.
Reſpectus Dei ad creaturas eſſe rationis, & non realis. 847 a

S

Sermo perfectus tria requirit. 929. b.
Signum eſſe propter ſignificatū 915 a.
Signum dictio pars orationis, & terminus quomodo differunt & quo modo conueniant. 866.b.
Significari, & conſignificare quid. 862 b
Significatio duplex. 902 b.
Significatio cur accidentalis dicatur. 6?2.b.
Significatio accidentalis verbi quid. 897.a.
Species nominis quid, & quotuplex. 878.b.
Species primitiua quid. ibid
Species deriuatiua quid. ibid
Subſtantias ſeparatas nō intelligi niſi ex ſenſibilibus 863.a.

T

Tempus vbi & quid. 900.b.
Tempus praſens quid. ibid.
Tempus praeteritum quid. ibid.
Tempus non eſſe accidens reſpectiuum verbi 901. a.
Tranſitiuā, & intranſitiuam. 918.b.

V

Vnum aliquid dicitur dupliciter. 889 a.
Verbum quomodo cōſideratur à grammatico 867 a.
Verbum quomodo ſignificat. 892 b
Verbum ſubſtantium quomodo ſignificat. ibid.
Verbum ſubſtantium quid ſignificat. ibid.
Verbum adiectiuum quid ſignificat & quomodo diuidatur in quatuor modos. 893 a.
Verbum adiectiuum actiuum quomodo conſtituatur, & quid ſignificat. ibid.
Verbum paſſiuum à quo conſtituatur, & quid ſignificat. ibid.
Verbum neutrum quomodo ſignificat. ibid.
Verbum commune à quo conſtituatur & quid ſignificat. ibid.
Verbum deponens non diſtingui ab actiuo. 894.b.
Verbum eſſe generis actiui paſſiui & vndè procedat. 898 b
Verbum cōmunis generis quid.-899.a.
Verbum neutrum quid. 898 b.
Verbum deponens. 899.a.
Verbi modi quomodo diuerſificantur. 695.a.
Verbi forma eadem cum ſpecie nominis. 896 b.
Verbi diuiſio. 894b
Verba perſonalia vndè dicta. 921.a.
Verbum omne requirere ſuppoſitum. 916.a.
Vnitas duplex, 879.a.
Vnum datur, quod eſt metrum omnium 91 b.
Vnio contingit dupliciter. 927.a.

SECTIO TERTIA, TERMINORVM Tractatus Cardinalis Sarnani, de Primis, ac Secundis Intentionibus, indicem complectens.

A

ABſolutum, & reſpectiuum quid. 960.b
Accidens reale, ut modus quo cõcernit ſubiectũ. 951.a
Accidens non prædicatur de ſubiecto, niſi denominatiuè. 953.a
Accidens, ut quid poteſt comparari ad tria. 951.a
Accidens reale poteſt comparari in concreto ad tria. ibidem.
Accidens quomodo poſſit prædicari de accidente. 956 b
Accidens ſumitur dupliciter, ſcilicèt in concreto, & in abſtracto. 948.b
Accidens in abſtracto quid. ibid.
Accidens in concreto quid. ibid.
Accidens abſolutum quid. ibid.
Accidens reſpectiuum quid. ibid.
Accidens, ut modus quomodo prædicetur de ſuo ſubiecto. 959 a
Accidentia quo inhereant. ibidem.
Actio, & paſſio eſſe idẽ realiter. 934 b
Actus paſſiuus eſt quid ſuperius ad primam, & ſecundam intentionem. 939.a
Actus paſſiuus, & ens rationis quomodo ſunt idem. ibid.
Actus intellectus diuiſio. ibid.
Actus actiuus collatiuus quid. 935.a
Actus paſſiuus collatiuus quid. ibid.
Actus reflexus actiuus quid. 936.b
Actus reflexus paſſiuus quid. ibidem.
Actus intellectus triplex ſecundùm Scotiſtas 934.b
Actus rectus intellectus actiuus quid. ibidem.
Actus rectus duplex. 935.a
Actus paſſiuus rectus. ibid.
Actus intellectus quid. 937.a
Albedo includit colorem. 954.b
Aliquid cõe eſſe intelligi poteſt dupliciter, uno modo per realem exiſtentiam, alio modo per indifferentiam. 961.a
Animal communicabile ſuis ſpeciebus. 945.a

C

CAuſatum verè quid ſit. 942 b
Chymerã cognitam, eſſe primã intentionem. 946.b
Chymera an ſit prima, vel ſecunda intentio. 935 a
Cognitio paſſiua duplex. ibidem.
Comparatio quomodo ſit ſecunda intentio. 941.a
Comparatio ſecunda intentionis ad aliam dupliciter. 955.a
Comparatio paſſiua quid ſit. 943 a

D

DEfinitionis primæ intentiõis declaratio. 937.a
Duæ ſecundæ intentiones fundantur ſuper duas primas intẽtiones. 955.a
Duæ ſecundæ intentiones fundantur ſuper duas primas intentiones incompoſſibiles. ibid.

E

ENs quomodo ſit commune Deo, & creaturis. 933.a
Ens rationis quando ſumitur, generalius ly actus ponitur loco generis. 619.a
Ens rationis nõ eſſe proprie ens. 942 b
Ens rationis quo ſit ineffectibile. ibid.
Ens rationis abſolutum quid. 941.a
Ens rationis reſpectiuum quid. ibid.

Ens rationis quid. 934.b
Ens rationis an ſit extra animam. ibidem.
Ens reale abſolutum quid. 940.b
Ens reale reſpectiuum quid. ibid.
Entia realia quid. 934.b
Entia realia quæ. ibid.
Entia rationis quæ. ibidem.

F

Franciſci de Mayroñis opinio multùm ſingularis, de Secũdis Intentionibus. 945.a
Fundamentum relationis quid. 941.a
Filiatio vbi fundatur. ibidem.

G

Genus, & ſpecies eſſe duas ſecũdas Intentiones diſparatas. 955.a
Genus ſupponit pro animali, 962.b

H

Homo quomodo dicatur prima intentio. 937.a

I

Indiuiduum ſupponit pro quolibet vno numero. 962.b
In homine cognito duo eſſe. 935.a
Intellectus quõ deciperetur. 945.a
Intellectus quomodo comparat vnam ſecundam intentionem ad aliam. 947.a
Intellectus ſolus dicitur ratio. 939.a
Intellectus quomodo poſſit vnum obiectum cognitum ad aliud dupliciter comparare. 936.b
Intentio quomodo propriè capiatur. 938.b

L

Logicus conſiderat ſecundas intentiones applicatas primis. 956.b
Logicus concretiuè conſiderat ſecundas intentiones. ibidem.

M

Metaphyſicus quomodo conſiderat ſecũdas intentiões. ibid.

N

Nomen ſecundæ intentionis quomodo originetur. 942.b
Nulla ſecunda intentio, vt quid, poteſt prædicari de alia. 953.a
Nulla ſecunda intentio, vt quid poteſt prædicari de prima intentione. ibidem.

O

Obiectum cognitũ dupliciter dicitur. 937.a
Omnis relatio requirit fundamentum, & terminum. 961.a
Aureolus, & alij plures volũt ſecundas intentiones nõ cauſari propriè, vel effici, vel produci, ſed potius derelinqui ex comparatione obiectorum cognitorum. 942.b
Oratio ſecunda intentio quõ fiat. 943.a

P

Prædicatio duplex exercita, & ſignata, & quid vnaquaque earum. 950.a
Primæ intentionis, duæ diffinitiones. 937.a
Prima intentio habet eſſe abſolutum. 947.b
Prima intentio particularis, & communis quid. 961.a
Prima omnis intentio habet eſſe cognitum, & ab intellectu. 937.a
Prima intentio quomodo ſit propriè fundamentum ſecundæ. 938.b
Prima intentio an ſit quid reſpectiuum. 940.b
Prima intẽtio eſt quid abſolutũ. ibid.
Prima intentio omnis habet connatam realem aptitudinem, vt ſuper eam fundari poſſit ſecunda intentio. 945.a

Propoſitio vera ſignata quomodo eſt vera exercita. 960 b
Propoſitio vera qua. 954 b
Propoſitio falſa qua. ibid.
Propoſitiones iſta genus eſt ſpecies, ſpecies eſt ſpecies, vniuerſale eſt genus, an ſint omnes veræ. 658.b

Q

QVare dicatur prima intentio. 938.

R

REalitates quatuor concurrunt in actu noſtro intelligẽdi. 940 b
Ratio duplex. ibid.
Relatio omnis præſupponit duo extrema. 641.a
Relatio omnis requirit fundamentum, & terminum. ibid.
Reſpectus intrinſecus aduenies quid ſit. 640.b

S

SEcunda intentio vniuerſale, & Syllogiſmus quõ originãtur. 944 b
Secunda intentio eſt accidens rationis. 948 b
Secunda intentio capitur in concreto, & in abſtracto. ibid.
Secunda intentio, vt modus ſuperior quõ prædicatur de inferiori. 954 b
Secunda intentio poteſt comparari ad tria. 952 b
Secunda intentio poteſt prædicari de alia ſecunda inferiori ſicut ſuperius de ſuo inferiori. 652 b
Secunda omnis intẽtio fundatur ſuper obiectum actu cognitum. 938 b
Secunda intentio quid. ibid.
Secunda intentio quomodo non poſſit prædicari de alia. 957 a
Secunda intentio quomodo poſſit prædicari de prima. 958.b
Secunda intentio diffinitur à Logico. 961.a
Secunda intentio eſt relatio, & non habet eſſe abſolutum. 947.a
Secunda intentio derelinquitur in Prima. 642 b
Secunda intentio præſupponit primã. 946.b
Secunda intentio quõ ſit prima. ibid.
Secunda intentio poteſt comparari ad tria. 951 a
Secunda intentiones, ſpecies, & genus quomodo fiant. 944 b
Secunda intentiones ſ indiuiduũ, & ſpecies quõ originentur. 943.a
Secũda intentiones pro quo ſupponũt. 956. b.
Secunda intentiones quomodo ſunt in aliquo. 959 a
Secunda intentiones ſecundum eſſe quidditatiuũ ſemper ſunt, nõ autem ſm eſſe actualis exiſtẽtia. 947.a
Secunda intentiones quõ conſiderantur. 945.a
Secũda intẽtiões genus generaliſſimũ & ſubalternũ quõ originẽtur. ibid.
Secunda intentionis definitio. 941.a
Secunda intẽtionis extrema quæ ibid.
Secundas intentiones fieri ab intellectu impropriè dicitur. 942.b
Species intelligibiles quõ ſunt entia realia de genere qualitatis. 954 b
Species intelligibiles, quare dicuntur entia rationis. 933.a
Subſtantia non habet aliud limitatũ ſupra ſe. 945.a

T

TErmini omnes à Logico in prædicamentis poſſiti ſunt prima, aut ſecunda intentiones. 937.a
Terminus relationis quid 941.a
Terminus ſecundæ intentionis quid. 946 b

V

VNiuerſale quõ ſit primum obiectum intellectus noſtri 938 b
Vniuerſalis definitio. 956 b
Vnum accidens diſparatum quõ poteſt prædicari de alio. 953 a

TABVLA ALPHABETICA,

RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN CLASSE THEOLOGORVM REPERIVNTVR, IN QVATVOR Sectiones tributa, Quarum prima cõprehendit Indicem Terminorum Theologalium.S. Bonauenturæ: Secunda Definitionum, tùm Philoſophicarum, tùm Theologalium, Scoti. Tertia Terminorũ F. de Mayronis. Quarta Epitomes Quatuor Libri Magiſtri Sententiarum.

Sectio Prima Terminorum Theologalium S. Bonauenturæ.

A

ACcidia quid. 976 b
Adulatio quid. 975.a
Aliquid poteſt intelligi quadrupliciter. 966.b
Amor quid 978.b
Amicitia quid. 979 a
Angelus quid. 972 b
Anima quid ibid.
Apoſtaſia quid. 977.a
Appropriare aliquid perſonis diuinis quid. 970.b
Auaritia quid. 976.b
Augurum quid. 977.a
Aureola quid. 980.b
Aurea quid. ibid.
Aureola virginum. ibid.
Autoritas ſacræ ſcripturæ probatur multipl'r. 995.a

B

BAptiſmus quid. 680.b
Blaſphemia quid. 976.a
Bonum quid. 970.b
Bula quid. 977 a

C.

CAuſa quid. 674.b
Cauſa multiplex. 972.b
Cautio quid. 678 b
Charitas quid. ibidem.
Clementia quid. ibid.
Circum lectio quid. ibid.
Commiſſum quid. 975.a
Concordia quid. 979.a
Confirmatio quid. 680.b
Conſcientia quid. 975 a
Conſenſus quid. ibid.
Contemplatio quid. 979.a
Contentio quid. 675.a
Contentio quid. ibid.
Continentia quid. 618.b
Contumelia quid. 976 b
Coitus quid. ibid.

D

DElictum quid. 605.a
Deſperatio quid. 976.b
Detractio quid 916.b
Deus omnipotens, & quõ. 970.b
Deum mitti quid. ibid.
Deum ſedere in beatis quid. ibid.
Deum appareres quid. ibid.
Deum deſcendere. ibid.
Dilectio quid. 978.b
Diſciplina quid. 979 a
Diuinatio quid. 977 a
Docilitas quid. 678.b
Duo modi prædicãdi in diuinis. 970.b
Dulia quid. 679.a

E

EManatiões duæ in diuinis. 678 b
Eſſentia diuina quid. 970.b
Eſſentia diuina eſt ſumma vna, ſummè ſimplex, immenſa, æterna, incõmutabilis, neceſſaria, & prima in qua eſt sũma fœcũditas, sũma charitas, ſumma liberalitas, ſumma æqualitas, ſumma permanſitas, sũma conformitas, & inſeparabilitas. 967.a

Exiſtimatiua quid. 973.a
Eucharistia quid. 908.b
Æquitas quid. 979.b
Æromantia quid. 977.a

F

Fallatia quid. 977.a
Fellea paſſio quid. 976.b
Fides quid. 978.b
Fidentia quid. 979.a
Fidutia quid. 908.b
Filiatio quid. 969.a
Filius dicitur multipliciter. ibid.
Fortitudo quid. 978 b
Fraus quid. 977.a
Furtum quid. 976.b
Phantaſia quid. 973.a
Phantaſma quid. ibidem.

G

Geomantia quid. 977.a
Gratia generaliter, 978 b
Gratia gratis data. ibidem.
Gratia gratum faciens. ibidem.
Gratia iuſtitiæ quid. 979.a

H

Habitare Deum in nobis quid. 970.b
Hæreſis quid. 677.a
Hierarchia diuina quid. 972.b
Hierarchia Angelica quid. ibid.
Hierarchia Eccleſiaſtica quid. ibidem.
Hypocriſis quid. 678.b
Hypocriſis quid. 976.b
Hydromantia quid. 977 a
Hyperdulia quid. 979.a
Hypoſtaſes tres in diuinis. ibid.

I

Iactantia quid. 976.b
Idolatria quid. 977.a
Ignorantia negationis quid. 675.a
Ignorantia priuationis quid. ibidem
Ignorantia diſpoſitionis quid. ibidem.
Ignorantia ſimplex quid. ibidem.
Ignorantia craſſa, aut ſupina quid. ibidem.
Ignorantia affectata quid. ibidem
Imago Creationis quid. 674 b
Imago recreationis quid. ibid.
Imago glorificationis quid. ibid.
Imago Dei quid. ibid.
Imaginatio quid. 972.b
Inacceſſibilitas quid. 969 a
Inanis gloria quid. 976.b
Inobedientia quid. ibid.
Innocentia quid. 979.a
Inſomnium quid. 973.a
Intellectus duplex. ibidem.
Intellectus quid. ibidem.
Inuidia quid. 976.b
Ira quid. ibid.
Iurare quid. 975.a
Iuſtitia quid. 977.a

L

Latria quid. 979.a
Liberalitas quid. ibid.
Libertas arbitrij quid. 974 b
Liber intus ſcriptus quid. 972 b
Liber foris ſcriptus quid. ibidem
Luxuria quid. 977.a

M

Magnanimitas quid. 928 b
Maleficium quid. 977.a
Malum culpa quid. 974.
Malum pena quid. ibidem.
Malum pugna quid. ibidem.
Malum ſecundum ſe quid. ibidem.
Malum in ſe, ſiue in genere quid. 975.a
Malum ex circunſtantia quid. ibidem.
Malum quid. 974.
Male dicere quid. 976.b
Matrimonium quid. 980.b
Memoria quid. 978.b
Mendacium quid. 915.a
Miſericordia quid. 979.a
Modeſtia quid. 978.b
Motiua ſenſitiua quid. 773.a

N

NEcromantia quid. 977 a
Notia ſimplex Dei quid. 972.b
Notiones quinque in diuinis. 969 a
Notio quid. 979 a
Notitio viſionis quid. 972 b
Notitia approbationis quid. ibidem

O

OBedientia mera quid. 972.b
Obedientia quid. 979.a
Obſeruantia quid. ibidem.
Oratio quid ibidem.
Ordo Angelorum quid. ibid.
Oraculum quid. 973.a
Ordo quid. 980 b

P

PAternitas quid. 969.a
Potentia quid. 979.a.
Peccatum operis quid. 976.b
Peccatum ex induſtria quid. 977.a
Peccatum cordis quid. 975.a
Peccatum originale quid. ibidem.
Peccatum actuale quid. ibidem.
Peccatum veniale quid. ibid.
Peccatum mortale quid. ibid.
Peccatum ex infirmitate quid. 977.a
Peccatum in Deum, in proximum, & in ſe ipſum quale ſit. ibid.
Peccatum ignorantia quid. ibidem.
Periurium. 975.a
Pœnitentia quid. 950 b
Portio animæ ſuperior, & inferior quid. 773.a
Perplexitas quid. 975.a
Perſeuerentia quid. 979 a
Pyromantia quid. 977.a
Præceptum affirmationũ quid. 975.a
Præceptum negationum quid. ibid.
Prædicamenta quinque vltima non eſſe in Deo niſi figuratiuè. 979.a
Prædicare per modum ſubſtantiæ quid. 970.b
Prædicare ſecundùm variationem quid. ibidem.
Potentia diuina quid. 971.a
Potentia completa quid. ibid.
Potentia incompleta quid. ibidem
Præmium conſubſtantiale quid 980 b
Præmium ſubſtantiale quid. ibidem.
Præmium accidentale quid ibidem.
Præſtigium quid. 977.a
Præditio quid. ibidem
Proceſſio quid. 969.a
Prodigalitas quid. 976.b
Proprietas perſonalis quid. 969.a
Prudentia quid. 978.b
Puſillanimitas quid. 976.b

R

RApina quid. 976.b
Ratio quid. 973.a. & 953.b
Relationes quatuor in diuinis. 969.a
Reuerentia quid. 979.a
Rixa quid. 976 b

S

SAcramentum quid. 979.a
Sapientia Dei quid. 971 a
Sapientia Dei multis modis dicitur. 971 a
Schiſma quid. 977 a
Securitas quid. 978.b
Senſus quid. 972.b
Senſus communis quid. 973 a
Seueritas quid. 979 a
Similitudo quid. 974 b
Simonia quid. 977.a
Somnium quid. 973 a
Spes quid. 978.b
Spiratio quid. 969 a
Spiritus dicitur multipliciter. ibid.
Superbia quid. 976.b

T

TEmperantia quid. 678.b
Tentare quid. 975.a
Torpor quid. 976.b

V

VEntus quid. 979.a
Verecundia quid. 978.b
Verum quid. 970 b

Veſtigium Dei quid. 674.b
Vindicatio quid. 979.a
Vis generatiua quid. 973.a
Vis nutritiua quid. ibidem
Vis vitalis quid. ibidem.
Vis naturalis quid. ibidem.
Vis animalis quid. ibidem.
Viſio quid. ibidem
Vnctio extrema quid. 980.b
Vnum quid. 970.b
Voluntas Dei quid. 972.b
Vſura quid. 977.a

SECTIO SECVNDA, DIFFINITIONVM PHILOSOPHICARVM, ac Theologalium Io. Scoti.

A

Abiectio propter peccata tranſeuntia quid. ibid.
Abſtractio vltimata quid. 981.a
Acceptatio propter merita tranſeuntia quid. ibid.
Actus vltimus quid. ibid.
Adoptare quid. ibidem.
Affectio iuſtitiæ quid. ibidem.
Affectio commodi quid. ibidem.
Affinitas quid. ibidem.
Agilitas quid. ibidem.
Amicitia quid. ibidem.
Ars quid. ibidem
Aureola virginitatis quid. ibidem.
Auerſio quid 982.b
Auerſio actualis à fine vltimo quid. ibidem.
Auerſio virtualis quid. ibid.

B

Baptiſmus quid. 982.b
Baptiſmus quid. ibidem
Baptiſmus quid. ibidem.
Beatitudo quid. ibidem.
Beatitudo ſimpliciter quid. ibidem.
Beatitudo ſecundùm quid ibidem.
Bonitas moralis actus quid. ibidem.
Bonitas moralis. ibidem.

C

Cauſa per ſe quid. 982.b
Charitas quid. ibidem.
Charitas quid. ibidem.
Charitas eſt amicitia Dei. 683.a
Clauis regni Cælorum quid. ibid.
Concupiſcibile quid ibidem.
Cognatio ſpiritualis legalis quid ibid.
Cognitio perfecta obiecti quid. ibid.
Cognitio imperfecta quid. ibidem.
Cognitio diſtincta immediata quid. ibidem.
Cognitio obiecti in ſe quid. ibidem.
Cognitio obiecti in nobis quid ibid.
Cognitio intuitiua quid. ibidem.
Cognitio ſecundùm ſpeciem quid. ibidem.
Cognitio abſtractiua quid. ibidem.
Commutatio iconomica quid. ibid.
Contractus quid. ibidem.
Commutare quale quid. ibidem.
Cōceptus ſimpl'r ſimplex quid 984.b
Creare quid. ibidem.
Creatio quid. ibidem.
Creatura quid. ibidem.
Conceptus vniuocus quid. ibidem.
Conceptus ſimplex quid. ibidem.
Confirmatio, ſeu Sacramentū Confirmationis. ibidem.
Conſanguinitas quid. ibidem.
Cōpoſitio medij ex extremis quid. ibi.
Continere primò virtual'r quid ibid.
Contingenter cauſatū quid. ibid.
Continuum quid. ibid.

Cōueniens aptitudinaliter quid. ibid.
Corruptibile potentia remota quid. ibidem.
Corruptibile potētia propinqua quid. ibidem.

D

DEpendētia aptitudinalis quid. 985.a
Dependentia potentialis quid. ibid.
Dependentia naturæ ad verbum quid. ibid.
Diſpenſatio quid. ibid.
Diſtinctio realis actualis quid ibid.
Dolor carnis quid. ibid.
Dolor animi in triſtitia dicitur quid. ibidem.
Dos claritatis in beatis quid. ibid.
Ducere quid. ibid.

E

EFfectus in maiori parte quid. 685 a
Effectus rarò eueniens quid. ibid.
Electio propriè dicta quid. ibid.
Ens reale, quod diſtinguitur contra ens rationis quid. ibidem.
Ens infinitum quid. 986.b
Ens in potentia obiectiua quid. ibid.
Ens in potentia ſubiectiua quid. ibid.
Epicyclus quid. ibid.
Eſſe ante omnem actum intellectus quid. ibid
Æternitas quid. ibid.
Euchariſtia quid. ibid.
Excommunicatio ſimpliciter, quæ ſola eſt maior quid. ibid.

F

FAma quid. 986.b
Fides quid. ibidem.
Fictus quid. ibidem
Filiatio propriè dicta quid. ibidem.
Filiatio communiter dicta quid ibid.
Filius adoptiuus quid. ibid.
Formaliter includere quid. 987.a
Forma naturalis quid. ibid.
Fortuna quid. ibid.
Forus in Eccleſia ſecretiſſ. quid. ibid.
Fruitio quid. ibid.
Fruitio ordinata quid. ibid.
Fruitio in communi quid. ibid.

G

GRadus conſanguinitatis quid. 987.a
Gratia quid. ibid.
Genitum propriè quid. ibid.

H

HAbitus quid. 987.a
Habere ſimpl'r eſſe quid. ibid.

I

IDea quid 988.b
Identitas formalis quid. ibidem
Illuminatio in Angelo quid. ibid.
Intellectio abſoluta quid. ibid.
Intellectio comparatiua quid ibidem
Infamia quid. ibid.
Infinitum quid. ibid.
Infinitum in entitate quid. ibid.
Infinitum quid. ibidem.
Imputabile quid. ibid.
Intendere quid. ibidem.
Intendere actualiter quid. ibid.
Intendere habitualiter quid. ibid.
Intendere virtualiter quid. ibid.
Intentio quid. ibid.
Interdictum quid. ibid.
Inuoluntarium ſimpl'r quid. 989.
Iraſci quid. ibid.
Iudicium propriè ſumptū quid. ibid.
Iudiciū cōmuniter ſumptū quid. ibid.
Iudicium quid. ibid.
Iuramentum quid. ibid.
Iuramētum aſſertionum quid. ibid.
Iuramentū promiſſionum quid. ibid.
Iuramentum incautum quid. ibid.
Iuſtitia quid. ibid.

L

LInea conſanguinitatis quid. ibid.
Linea conſanguinitatis deſcendens quid. ibid.
Linea aſcendens quid. ibid.

Digitized by Google

Linea tranſuerſalis quid. ibi.
Locus quid. ibi.

M

Matrimonium quid. 989.a
Mendaciũ pernicioſum quid. 990.b
Mendacium officioſum quid. ibidem.
Mendacium iocoſum quid. ibidem.
Menſurare quid. ibidem.
Menſurari actualiter quid. ibidem.
Meritum quid. ibidem.
Miraculum quid. ibidem.
Miſericordia in nobis quid. ibidem.
Miſeria completa quid. ibidem.
Modeſtus quid. ibidem.
Munditia cordis quid. ibidem.

N

Natura quid. 990.b
Neceſſarium ſimpliciter quid. ibidem.
Nihil propriè quid. ibidem.
Nolle eſt actus poſitiuus voluntatis. ibidem.
Nolitio efficax quid. ibidem.
Nolitio remiſſa quid. ibidem.
Notitia habitualis quid. 991.a
Notitia virtualis quid. ibidem.
Notum habitualiter quid. ibidem.

O

Obiectum primum primitate adæquationis quid. 991.a
Obiectum primum primitate virtutis quid. ibidem.
Obiectum primum primitate perfectionis. ibidem.
Obiectum beatificum quid. ibidem.
Obiectum primũ actus quid. ibidem.
Omnipotentia quid. ibidem.
Ordinatio quid. ibid.
Ordo quid. ibidem.
Ordo ſacer quid. ibidem.

P

Pax, quid. 992 b
Pœna Canonica quid. ibidem.
Pœna formaliter. ibid.
Peccatum mortale quid. ibid.
Peccatum originale quid. ibidem.
Perfectio formalis quid. ibidem.
Perfectio ſimpliciter quid. ibidem.
Permiſſio propriè dicta in nobis quid. ibidem.
Periurium doloſum quid? ibidem.
Perſona quid. ibidem.
Praxis ad quam cognitio practica extenditur quid. ibidem.
Prædeſtinatio propriè ſumpta quid.
Poſſibile quid. ibidem.
Poſſibile logicum quid. ibidem.
Poſſibile reale quid. 993 a
Potentia ordinata quid. ibidem.
Potentia eſſentialis quid. ibidem.
Proles perfecta memoriæ. ibidem.
Proportio Geometrica quid. ibid.
Propoſitio per ſe nota quid. ibidem.
Proprietarius quis dicitur. ibid.
Proximus quid. ibidem.
Pulueres mortuorum quid. ibidem.
Punctio quid. ibid.
Pænitere quid. ibid.
Pænitere quid. ibid.
Pænitere quid. ibid.
Pænitere quid. ibid.
Pænitentia quid. ibid.

R

Radius rectus quid. 994 b
Radius reflexus quid. ibidem.
Radius fractus quid. ibidem.
Ratio obiecti quid. ibidem.
Ratio ſeminalis quid. ibidem.
Ratio in ſe falſa quid. ibidem.
Recedere primò à non eſſe quid. ibid.
Recordatio quid. ibidem.
Repugnantia formalis quid. ibidem.

Reſurrectio

Reſurrectio quid. ibidem.
Reſpectus intrinſecus aduenens quid. ibid.
Reſpectus extrinſecus adueniens quid. ibid.

S

SAcramentum quid. 994 b
Sacramentum Matrimonij quid. ibidem.
Sacramentum nouæ legis quid. 995.a
Satisfactio quid. ibid.
Semen quid. ibid.
Species intelligibilis quid. ibid.
Senſibile in potẽtia remota quid. ibid.
Senſibile in potentia propinqua quid. ibidem.
Status quid. ibid.
Stipes in conſanguinitate quid. ibid.
Suſpenſio quid. ibidem.
Scientia quid. ibid.
Subiectum primũ ſcientiæ quid. ibid.
Subiectum primum primæ veritatis contingentis quid. ibid.

T

THeologia in ſe quid. 996 b
Tranſlatio rei ſecũdum actum merè liberalem quid. ibid.
Tranſlatio rei quid. ibid.
Tranſubſtantiatio quid. ibid.
Theologia in nobis quid. ibid.

V

VElle quid. 969 b
Velle efficax quid. ibid
Velle remiſſum quid. ibid
Velle volũtate beneplaciti Dei quid. ibidem.
Verbum quid. ibid.
Vermis peccatoris quid. ibid.
Veſtigium quid. ibid.
Violentum quid. ibidem
Vniuocatio completa quid. ibidem
Vniuocum quid. ibid.
Vniuocum prædicatum quid. ibidem
Vniuocè prædicari quid. 997.a
Vniuerſalius perfectione quid. ibid.
Verum per ſe notum quid. ibid.
Vnctio extrema quid. ibid.
Virtus quid. ibidem
Virtus quid. ibid.
Volendum propter ſe quid. ibid.
Volitio abſoluta quid. ibid.
Volitio comparatiua quid. ibid.
Votum ſolenne quid. ibid.
Votum perſumptum quid. ibidem
Volitio ſimplex quid. ibid.
Volitio efficax quid. ibid.
Vſus quid. ibid.
Vti quid. ibid.

SECTIO TERTIA, TRACTATVS F. MARONII, DE EXPLANATIONE Terminorum Theologalium Indicem ob oculos ponens.

A

ABſtracta iſtorum nominũ, ſcilicet Paternitas, filiatio, & proceſſio ſunt duplicia. 1000.b

D

DIfferẽtia magna eſt inter iſtas propoſitiones videlicet omnis eſſentia diuina eſt Pater, & omne quod eſt eſſentia diuina eſt Pater. 1003.a

F

FOrma arguendi, quæ in diuinis communiter non valet. 1004.b

N

NOmina eſſentialia, quæ. 998.b
Nomina notionalia quæ. ibid.
Nomina perſonalia, quæ. ibidem.
Nomina communia, quæ ibid.
Nomina perſonalia in duplici differentia ſunt. 998.b, & 1005.a
Nomina ſubſtantialia 1005.a
Nomina, quæ, de Deo dicuntur in quadruplici eſſe differentia. ibid.
Nomina eſſentialia, quæ. ibid.
Nomina eſſentialia ſunt duplicia. ibi.
Nomina accidentalia quæ. ibid.
Nomina notionalia dicuntur perſonarum diſtinctiua. ibid.
Nõia perſonalia, quæ. ibid. & 1999.a
Nomina eſſentialia in triplici differentia eſſe. ibid.
Nominorum diuinorum multiplex acceptio. 998 b
Nominum de Deo dictorum duplex differentia. ibid.
Notio, unde dicatur. 1005.a
Notiões habẽt multa nomina. 1008.b
Notiones in diuinis quinq;. 1999.a
Notionum ſufficientia. 1000.b
Notionum ſeptem regulæ. ibid.

P

PAter, & Filius ſunt ſpirantes Spiritum ſanctum, & tamẽ hæc eſt hæretica, Pater Filius ſunt ſpiratores Spiritus ſancti. 999 a
Prædicatio duplex in diuinis. 1008.b
Prædicatio formalis quid. ibid.
Propoſitio iſta Pater eſt Filius quomodo poteſt diſtingui. ibidem
Propoſitiones aliquæ notandæ. 1066 b
Propoſitiones 12. valdè notandæ ibid.
Proprietas vocis, & relatio quomodo differunt. 1000.b
Proprietates perſonales ſunt tres propriè loquendo. 1999.a

Q

QVid requiratur ad hoc propoſitiones ſingulares ſunt benè ordinatæ, & in ipſis valeat argumentum. 1004 b

R

RElatio omnis eſt notio non autẽ è contra. 999.a
Relationes in diuinis ſunt quatuor ibidem.
Regulæ ſeptem propter minorum ſuppoſitionẽ notandæ. 1001.a
Regulæ nouem valdè notandæ. ibid.
Regulæ aliquæ de terminorum Syllogiſare. ibid.

S

SIcut triplex datur ſuppoſitio in terminis logicalibus, ità triplex inuenitur in terminis diuinis. 1004.b
Syllogyſmi expoſitorij quando valent in diuinis. ibidem.
Spirator præcisè competit Patri, & Filio. 1999.a

SECTIO QVARTA, IN QVA CONTINETVR INDEX EPITOMES

Quatuor Librorũ Magiſtri Sententiarũ Epiſcopi, quondam Pariſienſis.

A

ACcidentia panis, & vini in Sacramento poſt conſecrationem quomodo ſe habeant reſpectu Corporis Chriſti. 1092.b
Actus quõ boni, & quõ mali. 1055.a
Actus exteriores boni ſunt omnes antiquũ ſunt moraliter; tamẽ boni, vel mali ex recta, aut inordinata voluntate iudicari habent. 1057.a

Adulterium quid. 1081.b
Affinitas quid. ibidem.
An vocaliter, vel mentaliter tantùm iudicij extremi ſententia proferenda ſit, non eſt per ſcripturas expoſitum. 1111.a
An ab hæreticis tradi, vel accipi poſſit ordinis Sacramentum varia opiniones. 1100.b
An neceſſarium ſit charitatem ſemel habitam, ſemper permanere, necne. 1068 b
An perſona, vel natura prædeſtinata. 1067 a
Angeli, vbi creati. 1036.b
Angeli mali in hunc aërem caliginoſum vſque ad iudicij diem detruſi ſunt. 1037.a
Angeli, nec boni, nec mali corpora habent ſibi vnita. 1038.b
Angeli aſſumunt corpora aliquando, vt viſibil' nobis appareãt, in quibus aliquando loquuti ſunt 1039.a
Angeli in bono præſtantes per gratiã ſunt confirmati, cadentes verò obſtinati. 1038.b
Angeli neque in beatitudine, neque in miſeria creati. 1036 b
Angeli poſſunt dici creati perfecti, & imperfecti. ibid.
Angeli alij illuminati, alij verò excæcati fuerunt poſt creationem ſuã. 1037.a
Angelorum aliqui ex omnibus ordinibus ceciderunt ibid.
Angelorũ ordinẽs nouẽ eſſe, qui in tres deſtinati ſunt Hierarchias. 1039.a
Angelorum ordo quid. ibid.
Angelus prim⁹ qualis creatus. 1036.b
Anima quare corpori vnita. ibid.
Anima Chriſti per ſcientiam ſibi collatam in verbo cognoſcit omnia, quæ Deus ſit. 1067.a
Anima Chriſti à corpore per mortem ſeparata fuit. 1032.b
Anima creãdo infunditur, & infundendo creatur. 1044 b
Anima ſtatim poſt mortem corporalem pro meritis, vel demeritis in locis ibi deputatis præmia, vel pœnas accipient, quæ poſt iudicij diem augebuntur corpore reſumpto. 1110.b
Anima non æquales à Deo creantur, ſed aliæ alijs, in naturalibus quoque pauciores. 1053 a
Apoſtolus quare dicit Chriſtũ factũ quem nos fatemur natũ. 1064.b
Aquarũ cõgregatio q̃ão facta. 1041.b
A veritate longè defecêre eos, qui putant vnum mortale ſine altero dimitti, ſiuè de vno, ſine altero pœnitentiam agi poſſe. 1094 b
Authoritas iſta in principio creauit Deus Cœlum, & terram, q̃uo intelligenda. 1036 b

B

Baptizandi conditiones. 1090.b
Baptizãdus ter, vel ſemel aſpergi poteſt ſ m morem patriæ. 1088.b
Baptizare nõ cõuenit, niſi Sacerdotib⁹, excepto caſu neceſſitatis. 1089 a
Baptizatorũ triplex genus. 1088.b
Baptiſmus quid. 1086.b
Bonum multipliciter dicitur. ibid.

C

Cauſa principalis merendi, quæ. 1050.b
Cauſa inſtitutiõis baptiſ. quæ. 1088.b
Cauſa rerũ creatarum, quæ. 1035.a
Cauſæ ob quas dirimitur matrimonium. 1504.b
Charitas virtutum omnium mater eſt, ac totius plenitudo legis. 1081.a
Charitatis diffinitio, & duo præcepta. 1075.a
Charitatis gradus quatuor. 1077.a

Caro Chriſti in cōceptionis ſuæ initio membrorum debita diſtinctione formata & animata, atque aſſumpta fuit. 1064.b

Caro Chriſti ſimilis fuit carni noſtræ, non in culpa, ſed in pœnalitate, 1014.b

Chriſti humanitas, qua ſit adoratione adoranda. 1067.a

Chriſtus filius Dei naturalis dici debet. ibidem.

Chriſtus per paſſionem ſuam nedum nobis ſed etiam ſibi meruit. 1070.b

Chriſtus per paſſionem & mortem ſuam nos a peccato, & diabolo redemit 1071.

Chriſtus cur factus eſt homo. ibidem.

Chriſtus propriè humani generis redemptor. ibidem.

Chriſtus mediator Dei & hominum ſolus ipſe eſt ibidem.

Chriſtus quomodo eſt creatura, & quomodo eſſe incæpit. 1067.a

Chriſtus non rectè dicitur homo dominicus. 1066 b

Chriſtus filius virginis dicitur. 1064 b

Chriſtus cur incarnatus dicatur de Spiritu ſancto. ibidem.

Chriſtus filius Dei quomodo paſſus, aut mortuus dicatur. 1072.b

Chriſtus an in triduo fuerit homo ſecundū magiſtri ſententiam. 1073.a

Chriſtus an in triduo fuerit homo mortalis, vel immortalis. ibidem.

Chriſtus quomodo in triduo totus fuit in ſepulchro, & totus in limbo non autem totum. ibidem.

Chriſtus veram hominis naturā tàm quoad corpus, quàm quoad animam cum vtriuſque defectibus penalibus aſſumpſit. 1009.a

Chriſtus dicitur bis natus & duas habuiſſe natiuitates. 1067.a

Chriſtus mox ab inſtanti ſuæ conceptionis plenus fuit ſapientia, gratia, & omnibus donis. ibidem.

Chriſtus de omni ſtatu hominis aliquid accepit. 1070.a

Chriſtus nedum moriendi aptitudinem, verum, & patiendi in anima aſſumpſit voluntarie neceſſitatem. ibi

Chriſtus ſicut duas habuit naturas, ita & voluntates ibidem.

Chriſtus cur orauit. ibidem.

Chriſtus virginis filius eſt per naturam, & gratiam. 1067.a

Chriſtus quis Sacramentū corpulantē ſubſtentiā in lumbis Abrahæ, ſicut Leui fuerit, & non tamen in eo decimatus eſt. 1069.a

Chriſtus in forma humana tàm bonis, quā malis glorioſ⁹ in iudicio apparebit virtuteq; diuinitatis iudicabit. 1111.

Chriſtus cauſa fuit effectiua, & author reconciliationis humanæ pro omnibus ſufficienter, pro electis verò efficaciter. 1071.b

Chriſtus totus in ſingulis partibus fractionis continetur. 1092.b

Circa naturam Angelicam quatuor conſideranda. 1036 b

Claues quibus regnū cœlorum indignis clauditur, & dignis aperitur quales ſunt. 1096.b

Clauium vſus vbi conſiſtat. ibid.

Concenſus de futuro matrimoniū non facit, etiam ſi iuramento firmatus fuerit nec per coactionē extortus. 1102.b

Conſentire quid. ibidem.

Confeſſori omnia, & ſingula mortalia peccata debent detegi. 1098 b

Confirmationis forma qua. 1090.b

Confirmationis ſacramentum à quibus recipi debeat. ibid.

Confirmationis ſacramentum, cur inſtitutū, & à quibus conferendū. ibid.

Confitens quærere debet ſacerdotem ſcientem ſoluere, & ligare. 1096.b
Creatio ex nihilo fit. 1035.a
Creatura quædam corporalis tantùm eſt inter Angelum, & hominem, ibid.
Creatura rationalis cur facta. ibidem.
Cur Patri attribuatur potentia, Filio, ſapientia, & Spiritui ſancto bonitas. 1025.a
Cuſtodia Angelica cur ad paradiſum poſita. 1051.a

D

Deum plura facere poſſe, quæ, non vult, neque facit. 1030.b
Deum eſſe creatorem omnium rerũ viſibilium, & inuiſibium. 1035.a
Deum mali cauſam non eſſe. 1056.b
Dei ſcientia eſt immutabilis. 1028.b
Deo ſoli confiteri non ſufficit, ſi copia ſacerdotis haberi poſſit. 1095.a
Deus, etſi trinus eſt, non tamen triplex dici debet. 1018.b
Deus cur dicatur omnipotens. 1029.a
Deus ſine ſui mutatione quomodo incipit, vel deſinit eſſe in creatura. 1027.a
Deus ſolus, ſeu diuina natura verè eſt immutabilis, ac ſimpliciſſima. 1014.b
Deus non põt mentiri, fallere, decipi, aut peccare. 1029.a
Deus qualiter ſit in ſanctis. 1027.a
Deũ duplicem libero arbitrio conferre gratiam. 1049.a
Deus, quare hominem impeccabilem non fecit. 1047.a
Deus, vbi habitabat antequam res, aut ſancti eſſent. 1027.a
Deus, qua notitia cognoſcat mala. ibidem.
Deus, cur voluit mulierem ſimul cũ viro creare. 1044.b
Deus rerũ vniuerſalitatẽ an meliorẽ facere poſſit, quàm fecit. 1030.b
Deus poteſt omnia poſſibilia, & non implicantia. ibidem.
Deus factus ẽ homo, & homo factus eſt Deus rectè dicitur. 1065.a
Deus, & ſi aliter quàm per Chriſti Paſſionem hominem liberare potuiſſet; non tamen ità conuenienter. 1071.b
Demones cùm à nobis vincuntur tentandi poteſtatem videntur amittere. 1078.b
De proximi dilectiõe opiniões. 1077.a
Differentia legis ab Euãgelio. 1081.a
Differentia inter mentiri, & mendacium dicere. ibidem.
Differentia ſacramentorum nouæ legis à veteri. 1086.b
Difficilis tamen eſt in tali tempore verè pœnitere. 1097.a
Diabolus quomodo tentauit mulierem, de Gula, vana Gloria, & Auaritia. 1046.b
Diabolus inuidens homini ipſum tẽtauit. ibid.
Dialecticorum regula de contrarijs vbinàm habet locum. 1054.
Dilectionum quanàm magis eſt meritoria. 1077.a
Dilectionis ordo quid depoſcat. ibid.
Diſcrimen inter credere Deum, credere Deo, & credere in Deum. 1073.a
Diuina voluntas eſt cauſa vniuerſalis omnium. 1071.a
Diuinitas in Chriſti paſſione neque ab anima ipſius, neque à carne ſeparata fuit. 1072.b

E

Elementorum materiam Deus in prĩcipio cum Angelica natura produxit informem. 1040 b

Elementorum materia informis, & confuſa vbi erat. ibidem.
Eſſentia diuina vnitas quomodo aliquo modo inueſtigari poteſt. 1012.b
Eſſentia in diuinis, nec generat, nec generatur. ibidem.
Euchariſtia Sacramentum à quo inſtitutum, & quando. 1090.b
Exacto iudicio dua Ciuitates nempè, Chriſti, & diaboli finem habebunt. 1111.b
Extrema vnctio quale ſacramentũ, & quomodo ſit, & quorſum inſtitutum. 1099.a
Æqualitas in diuinis quid. 1023 a
Æquales ſunt diuina perſona, nec ſe inuicem excedunt in aternitate, potentia, vel magnitudine. 1018.b
Æquale, & ſimile in diuinis relationem dicunt. 1024.b
Æquè verus et ſanctus baptiſmus eſt qui à bonis, & à malis datur miniſtris. 1009.a

F

Fides, ſpes in patria euacuanda, non autem charitas. 1068.b
Fides quotuplex. 1074.b
Fides quid. 1073.a
Fides omni tempore fuit ad ſalutem neceſſaria. 1074.b
Fidei definitio non conuenit propriè ſpei. ibidem.
Filius in diuinis, & Spiritus ſanctus dicitur omnipotens. 1029.a
Filius quomodo dicatur imago patris. 1041.a
Filius Dei quare totam humanam naturam aſſumpſit. 1063.a
Filius Dei quare carnem aſſumpſit, non pater, vel Sp̃s ſanctus. ibid.
Filÿ Dei miſſio quid. 1053 a
Finis malus eſt delectatio in aliquo vitioſo. 1056.b
Finis bona voluntatis eſt charitas, beatitudo, vita, aterna ibid.
Firmamentum quandò ornatum fuit Sole, Lune, & ſtellis. 1042.b
Firmamentum quandò factum fuit. ibidem.
Firmamentum, vndè dictum. ibid.
Fornicatio quid. 1108.b
Fortitudo quid. 1079.a
Frui quid. 1011.a

G

Gratia multis nominatur modis. 1049.a
Gratia vna eſt eſſentialiter ſ. operans & cooperans, ſ'm tamen diuerſos effectus alster, & alter nominata. ibidem.
Generare proprietas eſt patris, generari filÿ, ſpirari ſpiritꝰ ſãcti. 1021.a

H

Hæreticorum circà error liberum arbitrium. 1049.a
Homines quomodo dicuntur filÿ Dei. 1021.a
Homines in ſtatu innocẽtia, quõ filios generaſſent abſque libidine. 1045 a
Homine quomõ ſit fruendũ. 1015.a
Hominis tria ſunt bonorum genera ſ. magna, minima, & media 1050.b
Homo primus an indignus gratia operante. 1051.a
Homo factus ad imaginem totius Trinitatis. 1043.a
Homo à voluptatis orto excluſus fuit in peccati ſui pœnam. 1051 a
Homo vltimò creatus fuit. 1042.b
Homo, & ſi habuit ſcientiam à Deo rerum creatarum ſui ipſius, & creatoris; non tamen fuit ſui caſus praſcius. 1048.b
Homo quõ ſe habuit ĩ primo ſtatu ante reparationem, & poſt. 1049.a

Homo poſt peccatũ cur remediabilis, non autem diabolus. 1046.b
Homo in ſtatu innocentiæ erat quodammodo mortalis, & quammodo immortalis. 1045.a
Homo qhbet à natiuitate ſua Angelũ hẽt bonum, & malum. 1040.b

I

IEiuno ſtomacho ad iuramentum accedendum eſſe. 1081.a
Ignorantia excuſabilis, quæ. 1047.a
Incarnatio quare Spiritui ſancto attribuatur, cùm ſit opus Trinitatis. 1064.b
Inceſtus quid. 1108.b
In diuinis nullam inueniri diuerſitatem, vel compoſitionẽ. 1025 a
Inimicos cur Dominus diligere iubet. 1077.a
In omnibus generaliter rebus Deum eſſe præſentialiter, eſſentialiter, & potentialiter. 1027.a
In quibus gradibus non valet contrahi matrimonium. 1108.b
In quibus ordinibus non valet contrahi matrimonium. 1106.b
Ioannes, nomine cuius baptizabat. 1086 b
Iuramenta in malum exitum vrgẽtia, non ſunt obſeruanda. 1081.a
Iuramenti conditiones. 1082.b
Iurare falſum eſt grande peccatum. ibidem.
Iurare citra neceſſitatem, etiam verum, non eſt ſine peccato. ibidem.
Iuſtitia quid. 1079.a

L

LIbertas triplex. 1049.a
Liberum arbitrium ſine gratia præueniente, & adiuuante ad ſalutem non ſufficere, nec meritis noſtris gratiam aduocari. 1051.a
Liberum arbitrium per peccatum quodammodo corruptum, & imminutum eſſe. 1049.a
Liberum arbitrium apud Philoſophos quale. ibidem.
Ligare, ſiuè ſoluere ſacerdotis quid 1096.b
Lucifer cecidit primus, propria excellentia malè conſpecta. 1037.a

M

MAtrimonij Sacramẽtum vbi, & quandò inſtitutũ 1101.a
Matrimonij multa cauſa. 1103.a
Matrimonij bona tria. ibidem
Matrimonium contrahentiũ diuerſitas. 1104.b
Matrimonium quid, & quomodo fit. 1101.a
Matrimonium qualis error diſſoluat. 1102 b
Matrimonium inter virginem, & Ioſeph perfectum fuiſſe. ibidem.
Mendacij genera tria. ſ. officioſum, iocoſum, & pernicioſum. 1081.a
Meritum, & bonum animi motum ex gratia, & libero arbitrio procedere. 1050.b
Miſericordia in præſẽti exhibetur, iuſtitia verò in futuro exercebitur. 1098.b
Modus duplex huius ſacramenti manducandi. 1091.a
Mulier cur facta fuit de coſta viri. 1044.b
Mulier quomodo formata in paradiſo. ibid.

N

NAtura Angelica omnium prima creata. 1035.a
Natura diuina concedi non debet nata de virgine, niſi inquantùm perſona nata de eadem dicitur. 1067 a
Natura diuina dici nõ dẽt caro facta, neq; & homo facta, quare. 1065.a

Non omnis infidelium actio peccatum eſt. 1058.b

Nomen hoc, perſona, tàm in ſingulari, quà in plurali eſſentiam ſignificare, & quando pro hypoſtaſi, vel eſſentia accipi debet. 1021 a

Nomen hoc principium in diuinis dici ad aliquid, & mulplicem notare relationem. 1023 a

Nomen imago quandoque ſumitur relatiuè, quandoque eſſentialiter. ibidem.

Nomina de Deo dicta in multiplici inueniuntur differentia. 1019.a

Nomina omnia reduci poſſunt ad duo. 1020.b

Nominibus his vnus, duo, vel duæ tres, &c quid ſignificetur, cũ loquamur de diuinis. ibidem.

Nulla diuerſitas eſſentialis, ſeu differentia eſt in diuinis perſonis. 1018.b

Nullum eſſe ſine peccato hic, excepta virgine Glorioſa 1064 b

Nullus ſine fide mediatoris ſaluari poteſt. 1074.b

O

OBduratio quid. 1029 a

Omnes reſurrecturi, vbi, & quando. 1109.a

Opera Trinitatis ad extra eſſe indiuiſa. 1016.b

Opiniones de Angelorum miſſione, & aſsiſtentia. 1040.b

Ordines Eccleſiaſtici ſeptem ſunt nempè Oſtiarij, Lectores, Exorciſtæ, Acoliti, Subdiacõi, Leuitæ, & Præsbiteri. 1100.b

Originale peccatum, vbi remittatur. 1053.a

P

PAtrem filio æqualem eſſe. 1019.a

Pater filius, & ſpiritus ſanctus quomodo dicuntur vnum, non autē vnus, niſi cum additiōe. 1024.b

Pater, & filius quomodo diligunt ſe ſpiritu ſancto. 1055.a

Pater principium totius Trinitatis. 1023 a

Pater in diuinis quomodo genuit filium. 1013 a

Pater an potuerit, aut voluerit, generare filium. ibidem.

Patri cur miſſi non conueniat. 1017.a

Peccata venialia poſt hāc vitam, quibus remitti poſſunt. 1097 a

Peccata actualia parentum ſuorum, vel etiam priorum paruulos ab origine non contrahere. 1053.a

Peccatũ in ſpiritum sāctum variè deſcribitur. 1059.a

Peccati minus pœnam eſſe peccatum aliud quomodo intelligitur. 1055.a

Peccatorum diuiſio multiplex. 1059.a

Peccatorum omnium grauiſſimum eſt id, quod in Spiritum ſanctũ, dicitur. ibidem.

Peccatũ multipli͠r diffinitur. 1054 b

Peccatum primorum parentum q̄uis maximum intulit nocumentum, non tamen fuiſſe omnium grauiſſimum. 1053.a

Peccatum originale quid, & quotupliciter nominetur. 1052.b

Peccatũ originale quomodo neceſſarium, & quomodo voluntarium dicatur. 1053.a

Peccatum originale à quibus trahitur, & quomodo. 1052.b

Peccatum omne voluntarium eſt. 1058.b

Peccatum quomodo in nobis contingit ad inſtar peccati primorum parentum. 1048.b

Pœnitentia vnde dicta. 1093.a

Pœnitentia quid, & quibus neceſſaria. ibidem.

Pellagianorum hereſis. 1051.a

Pœnitentia triplex. 1095.a

Digitized by Google

Pœnitentiam toties reiterandum eſſe, quoties quis peccat. 1064.b
Pœnitentia perfecta tres ſunt partes. ſ. cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio. 1095.a
Pœnitentia tẽpus conceditur peccatori vſque ad extremum vitæ. 1097.a
Pœnitenti cur neceſſaria diſcretio. 1098.a.
Perſona, & eſſentia quomodo differunt. 1028.a
Perſonam diuinam, naturam aſſumpſiſſe humanam. 1065.a
Perſonæ omnes æternæ. 1015.a
Perſona legitima, & illegitima ad cõtrahendum quæ. 1105.a
Perſonæ diuinæ inuicem æternæ. 1014.b
Portio duplex ſuperior, & inferior 1048.b
Potentia peccandi, vnde ortum habeat. 1059.a
Præcepta decalogi decem ſunt, quorum tria ad Deum, reliqua vero ſeptem ad proximum ordinantur. 1082.a
Præſcientia Dei quid. 1028.b
Propoſitiones excluſiuæ quanam veræ ſint. 1019.a
Propoſitiones aliquæ in diuinis quomodo intelligendæ. 1013.a
Proprietates diuinarum perſonarum quænam ſunt. 1025.a
Proprietates perſonarum diuerſis nominibus exprimuntur per vocabula magis vſitata. 1021.a
Protoparentum primi peccati origo. 1047.a
Protoparens ex ipſa ſui creatione quomodo habuit rectæ voluntatis auxilium. 1048.b
Proximi nomine, quid venit intelligendum. 1076.b
Prudentia quid. 1079.a

Q

Quatuor ordinatè diligẽda ſunt, nempè Deus, proximus, anima noſtra, & corpus. 1076.b
Qua ætate, & qua ſtatura omnes reſurgere debent. 1109.a

R

Aptus quid. 1108.b
Relatiua aliqua eſſe, quæ de Deo ex tempore dicuntur ſine tamen ſui mutatione. 1023.a
Rerũ aliquæ ſunt, quibus fruẽdũ, aliquæ, quibus vtẽdum, & aliæ q̃dam quæ fruuntur, & vtuntur. 1011.a

S

Acerdos quilibet etiam prauus in vnitate Eccleſiæ exiſtens Eucharistiæ Sacramentum conficere poteſt 1093.a
Sacerdotibus ſolis per miniſterium Epiſcopi claues dantur. 1097.a
Sacramenta quare inſtituta. 1086.a
Sacramenta nouæ legis ſeptem ſunt ſ. Baptiſmus, Confirmatio, Eucharistia. Pœnitentia Extrema Vnctio, Ordo, Coniugium. ibid.
Sacramenta quare poſt aduentum Chriſti inſtituta ſunt. ibid.
Sacramentum quid. ibid.
Sapientia quid. 1080.b
Satisfacere quid. 1094.b
Scientia quid. 1080.
Scientia Dei, vel ſapientia, cur diuerſa ſortiuntur nomina. 1026.b
Sẽſualitas cur deſit in Chriſto 1070.b
Simoniaci dicuntur dantes aliquid, vel accipientes pro ordinum collatione. 1100.b
Spes quid. ibid.
Spes quanam bona reſpiciat 1075.a
Spiritum ſanctum à Patre, & Filio procedere 1015.a
Spiritus ſanctus dupliciter miſſus eſt. 1017.a

Spiritus ſanctus, quo eſt amor ſiuè charitas, ſeu dilectio Patris, & Filij qua. ſ. ſe inuicem diligunt. 1014.b
Spiritus ſanctus à Patre, à Filio, & à ſe ipſo donatur fidelibus. 1017.a
Spiritus ſanctus alia ratione dicitur donum, & alia ratione dicitur datū. 1018.b
Spiritus ſanctus quomodo à Patre procedit. 1015.a
Spiritus ſanctus, nec dici debet ingenitus, nec genitus. 1016.b
Spiritus ſancti gemina eſt preceſſio. ſ. æterna, & temporalis. ibidem.
Spiritus ſancti dona, quæ, & quot 1079.a
Spiritus ſancti dona qualiter in Christo fuêre. ibidem.
Stuprum quid. 1108.b

T

Tempora in quibus nupti celebrari non debent 1104.b
Temperantia quid. 1879.a
Tentatio duplex ſ. exterior, & interior. 1046.b
Timor multiplex. 1079.b
Totus ſacra pagina tractatus, aut eſt circa res, aut circa ſigna. 1011.a
Tres modi dicendi, ſeu opiniones ad exprimendum modum vnionis diuinæ. 1065.a
Tres perſonas eſſe, vnam deitatem, & vnum Deum, tres perſonas. 1012.b
Tria conſiderantur in Sacramento Euchariſtia. 1091.a
Trinitas vnus eſt, ac ſolus verus Deus. 1015.a
Trinitas perſonarum in creaturis aliquo modo inueſtigari poteſt, ibidem.

V

*Verbum diuinum aſſumpſiſſe ſimul animam, & carnem, vel tamen caro prius eſſe concept*ā*, quàm aſſumptam.* 1063.a
Vir quandò vxorem dimitetre poſſit. 1010.a
Viro, & mulieri in æquale in debito redire. 1103.a
Virtus propriè quid. 1050.b
Virtutes Cardinales, ſeu principales quæ, & quot ſunt. 1068.b
Virtutes Cardinales, quomodo in Christo plenſſimè fuerunt. 1079.a
Virtutibus, quomodo ſit fruendum. 1015.a
Vnus Deus ſunt tres diuinæ perſonæ, & ſunt idem in natura, diſtincta tamen in perſonalitate. 1014.b
Vnus baptiſmus eſt, licèt trina fiat immerſione. 1089.a
Vocabula, quibus non eſt vtendum in diuinis. 120.b
Voluntas de ſe bona, eſt mala tamen ob deordinationem. 1057.a
Voluntas Dei beneplaciti, quomodo ſemper impletur. 1031.a
Voluntas Dei eſt idem realiter quod ſua eſſentia. 1030.b
Voluntas diuina multipliciter nominatur. 1031.ab
Voluntas Dei quomodo differt à voluntate hominis. 1032.b
Voluntas, & potentia in Deo quamuis idem ſunt, potētia tamen plura ſubſunt, quam voluntati. 1030.b
Votum quid, & quotuplex. 1106.b
Vti quid. 1111.a

TABVLARVM FINIS.

CANDIDE LECTOR.

ERrata minus principalia, quæ inter imprimendum ob impreſſorum, aut Correctoris incuriã (quæ ſæpe haud parua eſt) cõmiſſa, vel omiſſa ſunt, ſicuti punctorum, interrogationum, literarum, & accentuũ, tranſpoſitionum, vel diſtinctionum iudicio tuo ſubiecimus: magis verò principalia hîc inferius poſita correcta te primũ legere rogamus, vt opera noſtra tutius vti queas ſi amabis, veniam dabis. VALE.

Fol.3.l.26.praddicatum, lege prædicatum f 3.l.25. ſignificcaas. leg. ſignificant. f.9.l.17. qualibet, le. qua licet, f.9.l.32. æquiuocata, æquiuoca. f.11 l.22. omnia, le. Nomina, f 19.l.38. abiycias, le. obiycias. f.22.li. 24. vniuerſum, le. in vniſum. f 29.l.10. qdod, le. quod. f 33.l.9 concidienda, leg. concipienda. f 36 l.34. paradeigmata leg paradigmata f.41.l.penul. primo non, leg. primo modo. f.65.l.18. crebo, leg crebrò, f.67.l.15 eſt eſt, leg. eſt. f.53.l.25. vttinent, leg attinent. f.55.l.2. abque, leg. abſque f 55 l.20. dictionum, leg. diſtinctionum f 63.l.4. hit. l. hic. f.32 l.10. deſſin deſſi. leg. diſſin. diſſi. f.34.l.18. propoſitionis. leg. propoſitionis. f.101.l.6. actis, leg artis f.150 l. habentes, ad. amoue virgulam, & leg. habentes ad. & l. ſecunda, nec ad, leg. et ad. f 948 l.7. increto, leg inconcreto. f 900.l.15. deprecatione ſignata, & exeneta. leg. de prædicatione ſignata, & exercita, f.1016.l 30 aliqui leg aliquo. 1017 l.31. doatur leg donatur. f.1020.l.25. habeferetur. leg. habetur. & l.33. genere. leg. generare. f.1020.l.32. determinẽdo, leg. determinando. f 1026.41. tantùm, leg tamen. f.1027. l. 38. fieren. leg. fierent. f 1028 l.14. endem, leg eidem. f.1046.l 34. vna, leg. vana. f.1053.l.41. acquiſitiuè, leg inquiſitiuè. f.1061. in margine, cunctis humanitas et leg. Chriſti humanitas, qua doratione ſit adoranda. f.1065 l.19. hamanam leg. humanam. & l.26. eſt, leg. eſſe. f.1066.l.7. ſubſiſti, leg. ſubſiſtit. l. 22. qua quidem. leg. non quidem. f.1067 l.27 homina, leg. hominem. f 1069.l.19. quod ad. leg. quo ad. f 1090 l. vltima miſſa picuntur, leg. quæ miſſa dicuntur. f.1092.l. vltima. hoc quotidie, leg. hoc quod quotidie.

GRATIARVM ACTIO.

REGI SECVLORVM IMMORTALI, & Inuiſibili, Soli Deo ſit Honor, Virtus, & Gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.



PARISIIS
APVD MICHAELEM SONNIVM, via Iacobæa, cum Superiorum permiſſu, ac Regio Priuilegio, ad Decennium.

M. D. C. V.

TOTIVS HVIVS OPERIS Fauſtiſſimus Finis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE